Hic. Liber est michaelis Gribaudi Villæ Franchiæ
Pedemontanæ, empus anno milesimo septigentesimo
decimo quinto

Anno Dñi Mill. Sep. Dig.
Sett et D[illegible]

ACCADEMIA DI MEDICINA DI TORINO

Ambr. Parei opera chirurgico-medica
a Jacobo Guillemeau chirurgo Parisiensi
Latinitate donata, et a Petro Uffenbach.
edita.

Francofurti ad Moenum
anno 1610.

Ambrosius Pareus Chirurgus regius primarius quatuor Galliae Regum; quem primum Europae Chirurgum vocat Boerhave ... vir fuit modestus, cordatus, expertissimus etc.
Haller in methodo studii medici Herm. Boerhaave tom. 2. p. 188.

Hieronymus Bloss M. D. et P.
1617.

AMPLISSIMIS,

SAPIENTIA, HVMANITATE, OMNIQVE VIRTVTVM GENERE PRÆSTANTISSIMIS VIRIS, TOTIVS ANTIQVISSIMÆ ET HONORATISSIMÆ,

SOCIETATIS à Frawenſtein/

Quæ eſt in nobili FRANCOFVRTO *ad* MOENVM,

Dominis & amicis ſuis ſumma animi obſeruantia colendis:

PETRUS UFFENBACH

REIPUBL. FRANCOFURTANÆ MEDICUS ORDInarius τὸ ὑγιαίνειν.

CVM arbitrarer, Ampliſſimi ac Prudentiſſimi Viri, Domini & amici colendi, multum Chirurgiæ ſtudioſis profuturum, ſi optimi quiq; huius artis autores coniunctim ederentur, facere non potui, quin illos ipſos, quos titulus ſua ſerie recenſet, quoſq; cum inter antiquos, tum neotericos probatiſſimos putaram, in vnum colligerem. Nam etſi negotiis eiuſcemodi, quæ quidem eruditionem adeo magnam non expoſcunt, laborum tamen pleniſſima ſunt, ſuperſedere iam dudum decreueram, & in iiſdem plus ſatis huc vſq; ſudauerim, typographi tamen multoties repetita efflagitatio, vtpote exemplaria Parei ad vltimum vſq; eſſe diſtracta confitentis, vt & Clariſſimi atque experientiſſimi Domini D. IOANNIS HARTMANNI BEYERI, *Compatris mei & Collegæ plurimum obſeruandi, (cui propter multiplicem erga me fauorem omnia debeo) tantum apud me valuerunt, vt non dubitauerim conſilium meum mutare. Et quantum ſane prædictorum autorum vnuſquiſq; præſtiterit, quantumq; etiam inter doctiſſimos excelluerit, non eſt, vt longo ſermone enarrem, cum ſua quemq; ſcripta ſatis commendent. Quod autem V. P. & H. bonum hocce publicum dedicare fuerim auſus, præter veſtrum illud patrociniũ, quo contra maleuolos carere non poteſt, in cauſa etiam fuit ſingularis illa amicitia, quam de vnoquoq; veſtrum mihi ipſi polliceor, quaq; ipſa fretus illud idem facile ſuſceptum iri ſpero. Hiſce viri prudentiſſimi ac humaniſſimi valete, meumq; hoc qualecunq; ergo vos ſtudium approbate. Francofurti ad Mœnum 10. Calend. April.*

ANNO MDCX.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

MEDICINÆ ortum plerique omnes á cœlo repetunt. Produnt enim, qui de mundana Geneſi optime omnium ſentiunt, cretis, diſcretiſq; elementis, cum nondum homo editus eſſet, mox Dei iuſſu herbas plantaſq; omnes infinita florum, odorum, ſaporum, colorum, & facierum varietate è terræ viſceribus emerſiſſe, tot & tantis viribus dotatas, vt tantum munus totque in vſus comparatum, alteri, quam Deo tribuere iniurium videri debeat. Itaque ne harum quidem rerum notitiam, niſi monſtrante Deo mens humana vnquam delibare potuiſſet: nam & magnus huius vniuerſi cõditor & Architectus Deus, vbi primum Adamum ſpiritu oris ſui afflatum, in viuum, ſpirantemq; hominem confirmauit, naturam & proprias ſingularum rerum, quas mundi vniuerſitas ſuo complexu continet & fouet, facultates, doteſque edocuit. Adeo vt ſi quis inuentionis huius gloriam humano ingenio adſcribere velit, in Dei numen ingratus vel Plinij iudicio cenſendus ſit. Cæterum notitia hæc haud vna cum Adamo, ſepulta iacuit: verum eodem Dei munere his cõceſſa, quos ipſe in medicum munus, vt reliquis mortalibus ſalutares manus admouerent, elegit. Quæ opinio non communi modo & tacito gentium omnium conſenſu recepta eſt, ſed & à Moſe literis con-
Geneſ.1. ſignata. Quod ipſum Ieſus filius Syrach inter Hebræos ſapientiſſimus confirmauit. *Honora* (inquit) *Medicum, propter neceſſitatem enim creauit il-*
Cap.38. *lum Altiſſimus: nam & ſanitas omnis à Deo eſt, Dominus de terra produxit Medicinam, eam ob id vir ſapiens non abhorrebit. Da locum & honorem Medico, hunc enim creauit* Dominus. Græci, qui primi plenius & illuſtrius Medicinam profeſſi videntur, his conſentanea loquuntur, dum Apollinem Medicinæ inuentorem agnoſcunt, neq; id iniuria. Siue enim per Apollinem Solem intelligant, qui blando & vitali calore ſuo profert, temperat, & fouet omnia, ſiue heroem aliquem qui præſtanti & prope diuino ingenio incitatus primus Medicinam herbariam, doctrina & opera excoluit: quo ſenſu ſic ipſum loquentem inducit Ouidius:

Inuentum Medicina meum eſt opifexq; per orbem
Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.

Medicinæ origo cœleſtis ſemper celebrabitur, his initiis orta, hac maxime ratione increuit. Poſt Apollinẽ à patre edoctus Æſculapius filius, rudem adhuc & vulgarem hanc artem, paulo ſubtilius excoluit, eoque nomine in Deorum numerum referri meruit. Iiſdem temporibus florebat Chiron Cẽtaurus, qui cum & ipſe herbarum notitia excelleret, & rem herbariam Æſculapium

lapium multorum fama edocuiſſet, à Plinio multisq; aliis inuentor Medicinę creditus eſt. Æſculapio filij duo fuere. Podalirius & Machaon, qui patris veſtigia ſecuti, & Medicinam profeſſi, eius eam maxime partem excoluerunt, quæ Chirurgia dicitur, cuius ob id inuentores celebrantur. Poſt hos Aſclepiades Medicinam multis partibus auctam, poſteris ſuis velut hæreditariam reliquit: quorum ſcilicet ſtudio ea Medicinæ pars inuenta & addita eſt, quæ morbos intus latentes ſolertiore indagine veſtigat, & curat. Aſclepiadarum illuſtri familia natus Hippocrates Cous Heraclidæ filius, Medicorum, quotquot ante fuerunt, facile princeps, Medicinam perfecit, & in artem ac præcepta ſcriptis Græce de ea libris redegit. Hunc ſexcentis poſt annis ſecutus Galenus, vir non Medicinæ modo, ſed & ſcientiarum omnium notitia clariſſimus, quicquid in Hippocratis ſcriptis obſcurum erat, fideliſſime interpretatus, multis voluminibus illuſtrauit. Hoc igitur Medicinæ, quantum ab humana induſtria ſperare fas eſt, initium, hoc incrementum, hoc deniq; complementum fuit. Quanquam vere negare non poſſimus, quin & hanc artem multum adiumenti experientia, vt ad res pleraſque alias, attulerit. Homines enim cum ad hoc illudq; morbi genus alia ſalubria, alia inſalubria depræhenderent, notarunt ea ad medendum, & ex ſingulorum obſeruatione & perceptione, vniuerſalia præcepta ratasq; regulas ſtabilierunt, & artem effecerunt. Sic enim hiſtoriarum monumẽtis proditum legimus, arte haud dum inuenta, Babylonij, Aſsyrijsque in more fuiſſe, ægros languentes in porticibus ædiumq; veſtibulis ſtatuere: aut in forum compitaq; deportare, vt prætereuntes, qui eos adirent, conſulerent, hortarenturq; ad ea, quæ ipſi faciendo effugiſſent ſimilem morbum, aut alium nouiſſent effugiſſe: nec fas fuiſſe quempiam ægrotum ſilentio præterire. Cum, Strabone authore, mos eſſet in Græcia, ægrotos Epidaurum ſe in Æſculapij templum conferre, vt illic dormientes per omnium eorum, quæ ſalubria eſſent, à Deo admonerentur, liberatoſque morbis, quibus remediis conualuiſſent, in tabellis ad templi poſtes defixis deſcribere, non ad numinis modo gloriam, & grati animi memoriam, ſed etiam vt poſt ſimilitudo proficeret, exſcripſiſſe omnia traditur Hippocrates, & ita ex his artem Medicam excerpſiſſe. Bruta quoque ad hanc artem multa contulerunt. Non enim homo ab homine modo: ſed & à beſtiis pleraq; didiſcit: nonnullas enim herbas atq; remedia commonſtrarunt, quibus ſe natura ſola edoctæ à morbis tuentur, quę homini mox vſui forent. Cum igitur tot & tam multa in Medicæ artis perfectionem conuenerint, quis de hinc auſit de eius præſtantia dubitare? ſi pręſertim ſubiectum, corpus nempe humanum, quod reliquis nobilius eſt, & cuius gratia reliqua mundana condita ſunt attendat? Quę res Herophilum olim mouit, vt Medicos Deorum manus vocaret: vt enim lapſos dextra porrecta è cœno & gurgite expedimus: ſic moribundos, & ſanitatis gradu, morbi impetu deiectos, ſalutaribus Medicinæ remediis ſubleuamus, & quaſi Deorũ aliquo munere è mortis faucibus eripimus. Poetarum Græcorum princeps Homerus Medicum vnum, multis virtutib. ante multos homines pręualere cecinit. Tota antiquitas hoc honore Medicos proſecuta eſt, vt eos tanquam Deos, aut Deorum filios ſumma veneratione coleret. Quem enim non rapiat ſalubrium remediorũ diuina vis, qua,

Lib. 7. ca. 1.

Coſmogr. Lib. 8.

quotidianis experimentis, Medici velut Mercurii virgula inſtructi, animas pallentes & iamiam in Plutonis peculio poſitas, orco euocant? Hinc factum eſt, vt diuini olim Vates, Orpheus, Muſeus, Heſiodus; Nobiles imprimis Philoſophi Pythagoras, Plato, Ariſtoteles, Theophraſtus, Chryſippus, Cato Cenſorius, & Varro nihil prius aut pręſtantius eſſe duxerint, quam medicamentorũ cognitione excellere, eamq́; rem ſcriptis monumentis teſtatam, poſteritati reddere. *Quid vero nobilius, aut libero homine dignius eſſe poteſt, quam id Medicæ artis beneficio conſequi, vt ſummi veluti imperii inſignibus inſtructus, ius domini in reliquos homines habeas principibus, Regibus, Impp. quæ gratioſus quæ ſanitati tuendæ depellendisq; morbis vtilia & ſalubria ſunt, imperes, præſcribas? Quod ſi fructus ex ſcientiis quæritur, intelligemus haud ſine quæſtu, Medicinæ profeſſores laudem ſibi & amicos parauiſſe. Hipp. Abderas ad liberandum inſania Democritum properanti, non viri modo Abderitani, ſed & mulieres, pueri, omnisq; ſexus ætatis & conditionis homines obuiam proceſſerunt, ipſum tutelaris Dei, & patris patriæ nomine communi & clara voce dignati. At Athenienſes, quia Atticam peſte liberaſſet, ludos in eius honorem triumphali pompa celebrarunt, capiti coronam mille aureos pendentem, tanquam Regi magnifice impoſuerunt, ſtatuam, in perpetuũ pietatis & doctrinæ monumentum, ipſi poſuerunt. Eraſiſtratus Ariſtotelis ex filia nepos, centum auri talenta à Ptolomeo rege, cum ipſius filium ſanitati reſtituiſſet, vltro oblata, accepit. Antonium Muſam Auguſtus Imp. aurea ſtatua donauit. Q. Stertinius quotannis ex Imperatoris fiſco 12. aureorum 1000 ſupra 500. capiebat. Auorum temporibus Petrus Aponenſis Conciliator dictus, rerum Medicarũ gloria ſic per vniuerſam Italiã florebat, vt nemo eum qui modo aliquo in numero eſſet ægrotus, niſi perſolutis in ſingulos dies 50. aureis peregre ab vrbe ad ſe vocaret.* Quin ad Honorium S. Pontificem curandum profectus, 400. pro quoq; die aureos reportauit. Annales noſtri ſatis loquuntur, quo in prætio apud Ludouicum 11. Regem fuerit Iacobus Cotterius Medicus: dum ipſi ex Regio fiſco ſtatuta & perſoluta ſingulis menſibus coronatorũ 10000. teſtãtur. Profecto tanti ſemper fuit apud magnates & ſummos viros Medicina, vt pleriq; Reges & principes eius ſtudio delectati, & gloriæ inde captandæ auidi, nomina ſua plantarũ pleriſq; impoſuerint. Sic enim Gentiana à Gentio Illyricorum, Lyſimachia à Lyſimacho Macedonũ, Scordium Mithridatia herba à Mithridate Ponti & Bithynię rege, Achilea ab Achille, Centauriũ à Chirone Centauro, Arthemiſia à Caria Regina Arthemiſia, nomẽ habuerunt. Attalus v. Pergami Rex, Salomon Iudæorũ, Euax Arabum, Iuba Maurorũ, nõ addiſcendæ modo rei herbariæ cupiditate flagrarũt: ſed & de ea libros ſcripſerunt, vel magno poſteritatis cõmodo mixtas ex multis ſimplicib. ſalutares antidotos, artis fiducia cõpoſuerunt. Nec v. diſcedæ nobilis huius ſciẽtiæ ardor plane adhuc reſtinctus eſt. Teſtatur id Antarctris petũ, nobilis v. Catharinaria & Medica vulgo Reginæ herba dicta, q eius vim malignis vlcerib. vulneribusq; vtilẽ, Gallis antea incognitã, Catharina Medicea Regum noſtrorũ mater, ſingulari ſtudio & induſtria patefecerit. Intelligebant n. ſummi illi viri, his tanquã ſtirpium altis & immortalib. radicibus, depactam gloriã ſuam nunquã morituram: ſed infinita ſeculorum ſerie cum renaſcentibus earum pullulantibusq; ſurculis, ſtolonibus, florib. & fructibus rediuiuam, in omnẽ poſteritatem propagandã. Nec v. nobili ingenio principes illi homines Medicinæ hanc partẽ dum excoluerunt, alterã, q̃ de corporis humani diſſectione eſt, ſui expertẽ eſſe paſſi ſunt: ſapientum ſcil. pręceptis doctrinaq; imbuti, quã artificioſa eſſet, quamq; mortali inimitabilis hæc fabrica. Non eſt veriſimile Apim, Oſiridem, Ptolemeum Ægypti Reges, Salomonem, Alexandrum Magnum, Mithridatẽ, Attalum, cum ſe totos rerum naturalium contemplationi dedidiſſent, Anatomicã adminiſtrationẽ neglexiſſe, hominesq; ſui cognoſcendi cupidiſſimos, corporum ſuorum ſtructurã, im-

Quo in honore fuerint Medici.

Nomina plantis impoſita.

Catharinaria & Medica herba.

mortalis

mortalis animæ, & ad Dei imaginē factæ, domiciliū ignorauiſſe: certis oculis Solis, lunę & reliquorū ſyderū lumina diſtantia admouiſſe, tot terras, tot maria, tot oras tam longe diſſitas, per itinera gelu, ſitu & caligine horrenda per ſaxa, enſes, ignes, ſummo labore, impenſis, & vitæ periculo, quo animum ſuum diſcendi auidum rerum cognitione explerent, penetraſſe, rem vero ſumme omnino nobilem, admirabilem, & ſcitu digniſſimam, cęterum in medio omnibus poſitā, nullo capitis, nullo fortunarum diſpendio quærendā non attigiſſe.

Cum vero Medicinæ, q̃ hodie profitemur, tres ſint partes, Chirurgia qdem manuum opera, diætæ conuenienti victus ratione, Pharmacia medicamentis morbos pellere & ſanitatē tueri aggreditur. Harum, q̃ præſtantiſſima ſit nō ſine ratione principes inter ſe Medici certant. Pharmaciā certe Herophylus tanti fecit, vt medicamenta ab Apolline, quē ſummum Deum credebat antiquitas primum mixta, ægrotiſq; exhibita crederet. Diætā v. Plinius adeo ſuſpexit, vt vera morborum alexiteria quotidie in olus, facilemq; victum vel indigentiſſimo cuiq; cedere, exclamet. Profecto hoc docti omnes ꝓfitentur, longe faciliorem & fœliciorē eſſe, q̃ victu perficitur curandi rationem, q̃ quæ medicamentis: vt q̃ multo labore & ſumptu q̃ſita cum nauſæa admittuntur, admiſſa ægre retineantur, retenta ſummo labore operentur. Quæ res Aſclepiadē olim, mouit, vt medicamentorum vſum, tanquā ſtomacho noxium ab arte excluderet. Quanq̃ ſi Celſum authorē credimus, neutra palmā mereatur, ſed vtraq; Chirurgiæ cedat. ſiquidē in morbis cum multum fortuna conferat, eademq; ſæpe ſalutaria, ſæpe vana ſint medicamenta, & alimenta, ꝓfecto dubitari poteſt, ſecunda valetudo diætæ & Pharmaciæ, an corporis beneficio contigerit. In his quoq;, in quib. medicamentis maxime nitimur, quamuis ꝓfectus euidentior eſt, tamen ſanitatē & per hæc fruſtra quæri, & ſine his reddi ſæpe manifeſtum eſt. Sicut in oculis quoq; & quartanariis deprehendi poteſt, qui à Medicis diu vexati ſine his interdum ſaneſcunt. At chirurgię effectus, vt apprime eſt neceſſarius, ſic inter omnes Medicinæ partes eſt euidentiſſimus. Quis n. fracta luxataq;, quis ęgre patientes, qs vteri ꝓlapſum, quis calculum in veſica, quis gangręna & ſphacelo obſeſſum membrum, ſine Chirurgia curare ſperet? Quin & hæc pars omnium vetuſtiſſima eſt: Nā Podalirius & Machaon Troiano bello ducē Agamemnonē ſecuti, nō mediocrem opē cōmilitonib. ſuis attulerunt. Quos tamen Homerus, nō in peſtilentia, neq; in varijs generib. morbor[illegible] aliquid attuliſſe auxilij, ſed vulnerib. tantum ferro & medicamentis mederi ſolitos eſſe, poſuit. Quod ſi diſcendi difficultas artis p̄ſtantiam arguit, cum dubium eſſe poteſt, quin Chirurgia p̄ſtantiſſima ſit, cum Chirurgus nem[illegible]dici debeat, & q̄ ſui muneris implere queat, ſine diętę & pharmacię cognitione? At vtraq; ſine Chirurgia opus ſuum perficere poteſt, ſi Galenum authorē ſequimur. Quanq̃ ſi rē ipsā ꝓpius ad veritatē intueamur: tres has partes h[illegible]ere quoddā cōmune vinculum, & arctiſſima quadā cognatione cōtineri intelligemus, adeo vt altera alterius opem imploret, nec quicq̃ citra trium illarum conſpirationē & cōſenſum laude magna dignum Medicus patrare poſſit. Itaq; olim trium illarum partiū vnus opifex erat. At hominum creſcente quotidie multitudine, vita humana cōtra decreſcēte, adeo vt trib. illis addiſcēdis & exercendis ſufficere nō poſſe videretur, diuiſerunt ſeſe opifices. Itaq; q̄ cuiq; ſeu ſorte, ſeu conſilio obtigerit, id vnum ſequatur, id vnum tueatur, in vnico eo ſe exerceat, memor, quam vita ſit breuis, ars vero longa.

Medicinæ tres partes.

Chirurgiæ præſtantia.

Sententia notatu digna.

(:) 4 DE

DE MEDICINÆ CHIRVRGICÆ PRÆSTANTIA ET ANTIQVITATE, CONRADI GESNERI OBSERVATIONES ad Geryonem Seilerum nobilem Auguſtanæ Reipublicæ medicum.

TERTIAM *eſſe medicinæ partem* (inquit Cor. Celſus) *quæ manu curet*, *& vulgo notum, & à me propoſitum eſt*. Ea non quidem medicamenta atque victus rationem omittit, ſed manu tamen plurimum præſtat: eſtque eius effectus inter omnes medicinæ partes euidentiſſimus. Siquidem in morbis cum multum fortuna conferat, eademque ſæpe ſalutaria, ſæpe vana ſint, poteſt dubitari ſecunda valetudo medicine (alias medicinæ) an corporis beneficio contigerit. In his quoque, in quibus medicamentis maxime nitimur, quamuis profectus euidentior eſt, tamen ſanitatem & per hæc fruſtra quæri, & ſine his reddi ſæpe manifeſtum eſt. Sicut in oculis quoque deprehendi poteſt, qui à medicis diu vexati, ſine his interdum ſaneſcunt. At in ea parte quæ manu curat, euidens eſt omnem profectum, vt aliquid ab aliis adiuuetur, hinc tamen plurimum trahere. Hæc autem pars cum ſit vetuſtiſſima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quam à prioribus exculta eſt. Deinde poſteaquam diducta ab aliis habere profeſſores ſuos cœpit, in Ægypto quoq; increuit, Philoxeno maxime authore.

HOMERVS quidem antiquiſſimus poeta cum de reliquis medicinæ partibus quam parciſſime & nihil fere ſupra vulgi cognitionem & conſuetudinem ſcribat, chirurgiæ ſæpius & perquam honorifice meminit: vt hiſce verſibus Iliados λ.

> Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,
> Ἰούς τ' ἐκτάμνειν, ἐπί τ' ἤπια φάρμακα πάσσειν.
> *Eſt medicus vnus vir multis anteferendus,*
> *Tela excindendiq; , & lenia pharmaca gnarus.*

Plagæ inſpergendi. Vbi pleriq; hoc γνωμικῶς & in vniuerſum de Medicis pronunciatum accipiũt, annotat Euſtathius: alii vero de Machaone priuatim, tanquam is tantum huiuſmodi eſſet. Et ſane videtur Homerus Machaonem hoc elogio ornaſſe, quoniam vulgus hominum ſcientiã Medicorum contemnit & aſpernatur tanquam ſubtilem quandam, & curioſam potius, quam vtilem loquacitatem tantum non ſolidam: quemadmodum etiam grammatici homines ſtulti & parum ſapientes exiſtimantur, quod Athenæus indicat ſcribens: Εἰ μὴ ἰατροὶ ἦσαν, οὐδὲν ἂν ἦν τῶν γραμματικῶν μωρότερον: h. e. *Niſi Medici eſſent, nihil ſtultius foret grammaticis*, nimirum iuxta plebis ac vulgi iudicium. (Tales nimirũ non tam ἰατροὶ, quam logiatri & iatroſophiſtæ ſunt, qui potius verboſi & circa problemata prompti, quam in opere medico felices erant. Et huiuſmodi quidem logiatrica *in problematis* apud Ariſtotelem, Alexandrũ Aphrodiſien, Caſſium iatroſophiſtam & Macrobium reperire eſt.) Cæterum quod Homerus Medici officium facit excindere ſagittas, videtur hoc voluiſſe indicare, quod niſi à perito Medico præſtari non poteſt, aut certe non debet. Simplex enim teli extractio à quouis forte perfici poſſet: exciſio vero, periculoſis tantũ ictibus adhibenda, à perito duntaxat Chirurgo. *Non enim ſagittæ omnes neceſſario excinduntur*, (inquit Euſtathius) *ſed pleraq; extrahuntur integræ*. Sed poteſt ſagittæ nomine etiam vulnus ab ea inflictum intelligi: quanquam vulnus quoq; non omne exciditur. Agnouit ſane poeta belulciæ, hoc eſt, telorũ exemptionis modos tres: nempe ἐκτομήν, id eſt, exciſionem, vt in Eurypylo: διωσμὸν, hoc eſt, adactionem in partẽ aduerſam, vel extractionem à parte oppoſita, vt in Diomede: denique ἐξολκὴν, hoc eſt, ſimplicem extractionem, vt in Menelao. Paris quidem Iliados λ ſagitta ferit Diomedis Ταρσὸν δεξιτεροῖο ποδός, διὰ δ' ἀμπερὲς ἰὸς Ἐν γαίῃ κατέπηκτο. hoc eſt, *tarſum, vel proximam tibiæ & eminentiorem pedis proni partem, ſagitta vero penetrans pedem terræ affixit*. hanc ei Vlyſſes per poſteriorem pedis partem extrahit. Sic Iliados ε. Pelagon Sarpedoni,

> Ἐκ δ' ἄρα οἱ μηροῦ δόρυ μείλινον ὦσε θύραζε
> Ἴφθιμος Πελάγων.

Porro *Iliad. lambda circa finem*, Patroclus Eurypyli ſagittam è femore excidit cultro, eo quod per totum femur ictus penetraſſet, διὰ τῆς πληγῆς διαμπερῆ γενομένης. (atqui in Diomede ſimiliter icto per διωσμὸν extrahebatur ſagitta. Tũ ſanguinẽ aqua tepida abluit. nam calida etſi dolores mitigat, ſanguinem tamen prolicit, frigida vero horrorẽ excitat. Poſtremo radicem amaram craſſiuſcule & manibus tantum

con-

contritam immiſit. ſanguis enim effluens pollinem tenuiorem ſuo motu facile repuliſſet, χερσὶ διατρίψας ὀδυνήφατον, ἥ οἱ ἁπάσας Ἔσχ᾽ ὀδύνας, τὸ μὲν ἕλκος ἐτέρσετο, παύσατο δ᾽ αἷμα. *Aiunt autem aliqui*, inquit Scholiaſtes, *radicem hanc fuiſſe ariſtolochiam dictam, & iſchæmon alio nomine.* Euſtathius addit, aliquos Achilleam dictam putare. Curat autem hoc Eurypyli vulnus Patroclus ἐκτανύσας, id eſt, extendens ipſum in pellibus bubulis ſubſtratis. Aiunt enim veteres, vt teli extractio commodius peragatur, ſaucium in eadem corporis figura poſitum eſſe oportere, in qua erat, dum vulnus acciperet. (Eurypylus quidem dum vulneraretur, ſtabat, vt ex poetæ verbis conijcio.) Itaq; fertur de Medico quodam, quod renitente extractioni ſagitta ſaucium interrogarit, in qua corporis figura vulnus accepiſſet, & intellecto inter equitandum id accidiſſe, collocato illi ad equitantis figuram, telum eduxiſſe.

> ἕλκος δ᾽ ἰητὴρ ἐπιμάσσεται, ἠδ᾽ ἐπιθήσει
> φάρμαχ᾽, ἅ κεν παύσῃσι μελαινάων ὀδυνάων,

Iliad. δ. Euſtathius verbum ἐπιμάσσεται interpretatur *ſpongia deterget*, vel *contrectando curabit*, vel *exuget*, ἐκμυζήσει. *Eodem libro* Machaon viſo Menelai ex ſagitta vulnere,

> Αἷμ᾽ ἐκμυζήσας ἐπ᾽ ἄρ᾽ ἤπια φάρμακα εἰδὼς
> Πάσσε, τά οἵ ποτε οἱ πατρὶ φίλα φρονέων πόρε Χείρων.

hoc eſt, *Sanguinem exprimens* (vel ore exugens) *lenia inſperſit pharmaca, quæ patri eius aliquando beneuolus donauerat Chiron.* Exprimebant autem ſanguinem (teſte Euſtathio) ne in vulnere putreſcens in pus abiret & cicatricis inductioni moram pareret. Quod autem hic ἐκμυζᾶν, ſuperius ἐπιμάσσεσθαι dixit. *Noſtro etiam tempore multi* (inquit Euſtathius) *præſertim ex Barbaris; ſicubi vulnus inflictum fuerit, ore exugunt inde ſanguinem, tanquam & hoc ad eius curationem conferat.* Μυζᾶν ſane proprie eſt *ſugere*, vt lac ex vberibus, medullam ex oſſibus. Hæc ex Homero & interprete eius Euſtathio de antiquitate & præſtãtia Chirurgiæ dicta ſufficiãt.

Pœnorum, qui paſtorales (Nomades) ſunt, an omnes non queo pro certo dicere; ſed plerique hoc faciunt: Vbi filii ipſorum quadrimi effecti ſunt, venas verticis illorũ lana ſuccida inurunt. nonnulli venas temporum, eam videlicet ob cauſam, ne vllo vnquam tempore phlegma, id eſt, pituita defluens è capite officiat: eaque de re ſe aiunt eſſe optima valetudine. Et ſunt reuera Pœni inter omnes, quos nos nouimus homines ſaluberrimo corporum ſtatu, incertum mihi, an ob hanc cauſam, certe optima valetudine ſunt. Quod ſi pueris dum inuruntur, ſpaſmus ſuperueniat, inuẽta eſt ab eis medicina. vrina enim hirci aſperſa eos liberant, Herodotus *lib.* 4. Atqui apud nos Germanos, vt alia multa egregia remedia vel recepta non ſunt, vel deſerta, ſiue ob Medicorum imperitiam, ſiue mollitiem hominum, qui ſcil. longiore morbo potius diu confici, quam ſemel vel breuiſſimo tempore dolere fortiter & liberari, malũt. ſic & cauteria in nullo pene vſu ſunt, quibus Italia & aliæ nationes externæ frequẽter & fœliciter vtuntur, quibus ſolis multi magni ac difficiles morbi vel depelli vel præueniri poſſunt. quorum antiquiſſimus vſus eſt, vt cum aliunde, tum ex Arabica vſtione authoribus celebrata conſtat. De qua etſi in hiſtoria capræ inter Quadrupedes viuiparas, quæ tum occurrebant, ſcripſerim hic tamen pleraq; eadem opportune repetiturus mihi videor, & ea inſuper adiuncturus, quæ Petrus Bellonius *in Gallico libro Singularium obſeruationum ſuarum* ſuper eadem vſtione ſcripta reliquit. *Vtilem* (inquit Dioſcorides) *iſchiadicis vſtionem hunc in modum accipi int: In eo interſtitio, vbi pollex brachiali committitur, caua veluti lacuna ſubſidet, in qua lana oleo imbuta ſubſternitur, deinde ſigillatim feruentes ſtercoris caprini pilulæ imponuntur, dum vapor per brachiũ ad coxam ſentiatur peruenire, & coxendicum dolorem mitigare: aduſtio id genus Arabica appellatur*, Hæc ille. Ego cauam illam lacunam in ipſo brachiali ad latus internum ſub pollice reperio: quæ tamen non ſemper apparet: manum vero ita tenenti, vt digitus minimus infimo loco ſit, pollex ſupremo, idemque ſurſum & retro tendatur, omnino conſpicua fit inter duos neruos, figura plane idonea quæ baccam recipiat caprinam, &c. Plinius hoc remedium Magis adſcribit: *Fimum caprinum*, inquit, *ſubiecto linteolo vncto caua manu* (cauo manus ſub pollice) *quantum pati æger poſſit, feruens ſuſtineri iubent: ita vt ſi læua pars doleat, hæc medicina in dextra manu fiat, aut è contrario. Fimum quoq; ad eum vſum acus æreæ punctu tolli iubent. Modus curationis eſt, donec vapor ad lumbos ſentiatur peruenire. Poſtea vero manum porro tuſo illinunt: item lumbos ipſo fimo cum melle, ſuadent q; in eodem dolore & teſtes leporũ deuorari*, Hæc Plinius. Simile remedium etiam author *alibi* docet, in quo plus rationis, (vt Marcello Vergilio etiam videtur,) minus ſuperſtitionis eſt: *Iſchiadicos*, inquit, *vri ſub pollicibus pedum* (Aggregator legit *ſub poplite*) *fimo caprarum feruente vtiliſsime tradunt. Arabica illa* (inquit Marcellus Vergilius) *apud Dioſcoridem vſtio, noſtra æſtate quod audierimus, in nullo vſu eſt* Plutarchus quidem *in commentario, Cur ſero ſcelerati à numine puniantur*, in vſu eam fuiſſe vſtionem, his verbis teſtatur: Καὶ γελοῖος ὁ φάσκων ἄδικον εἶναι τῶν ἰσχίων πονούντων καίειν τὸν ἀντίχειρα. Quod eſt, *Ridiculus præterea eſt, dicens iniuſtum eſſe Medicum, qui in coxendicis dolore pollicem vrat.* Coxendicis dolor per femora, genua tibiaſque ad infimos talos pertinet, quod in ſuperiore hominis parte non ſit. Quamobrem plus rationis eſſe videtur, cur pedum pars potius, quam manuum vratur. Præterea qui aptiorem vſtionem coxendicum docuerunt, Hippocrates, Paulus Ægineta, aliique Græcorum Medici, aliter vri in eo malo hominem voluerunt. Non diſſimilis quidem vſtionibus his ea eſt, qua in gente noſtra circa quadrageſimum à partu diem infantes, candente ferramento, ab aliis in imo occipitio, ab aliis in interſcalpio, ab aliis ſub poſteriore humero paſſim vruntur, vulgoque creditur ſine vſtione non poſſe fœliciter primæ illius ætatis pericula infantes euadere, Hæc fere Marcellus Florentinus, qui noſtra memoria Dioſcoridem Latinitate donauit. Aetius *libro duodecimo cap. iij.* ex Archigene & Antyllo multa ſuper hac re adfert digna memoratu: & Dioſcoridis etiam verba repetit, quæ ex Cornarii interpretatione nonnihil ab excuſis Dioſcoridis codicibus variare video. Sed quoniam codice Aetii Græco deſtituor, Cornarii tranſlationem recenſebo. *Veteres* (inquit Archigenes) *etiam vſtione in iſchiadicis vſi ſunt, alius aliter, &c. Quidam ad propinqua cruri affecto manus locum inter magnum digitum & indicem medium, circa infernum pollicis articulum, caprinum ſtercus feruens per forcipem imponunt,*

De cauteriis, & primum de infantium vſtione.

Vſtio Arabica.

Infantium vſtio.

ſtercora-

ſtercora permutant, donec ſenſus vſtionis ad locum affectum perferatur. Dioſcorides hanc rem ita tradit, *Caprinum* (inquit) *ſtercus feruefacito, & extenſo pollice manus, cauum locum circa inferni eiuſdem articuli finem nota, &c.* vt ſuperius recitaui. Antyllus autem, *Nos* inquit *etiam huiuſmodi vrendi modo vtimur. Stercus caprinum ſiccum feruefactum, eoq; ventrem magni digiti a ſectis ſedis perurimus paulo infra vnguem, vſq; ad os ipſum vſtione penetrante. Hac quidem vſtio extremas coxendicum affectiones, & quæ nullis aliis præſidiis cedunt, diſſoluit. Cæterum poſt vſtiones porri folia cum ſale trita imponito, &c.* Bellonius *libro 3 cap. 21. Singularium obſeruationum ſuarum de cauteriis Turcarum & vſtione Arabica* ſic fere ſcribit, vt nos e Gallico ſermone conuertimus. *Turcæ cum aliqua defluxione aut capitis aut alterius partis morbo afficiuntur, locum affectum fungo igniario vel panno inurunt. Huius vſtionis Græci quam Arabicam vocant, ante annos mille ſexcentos meminerunt. & apud Turcas & Arabes in hunc vſq; diem tam frequens eſt, vt multorum frontes, tempora & aliæ corporis partes cicatricum ex hac vſtione veſtigia præ ſe ferant. Ego hunc inurendi modum vtiliſſimum eſſe re ipſa deprehendi nam Theſſalonicæ in Macedonia a dolore capitis mulierem Iudæam, quæ vltra ſexennium laborauerat, eodem plane, quem Dioſcorides vſtionis Arabicæ ad coxendicum curationem modum præſcribit, vſus: pilulis ſiſtuli ſimi caprini ardentibus in cauum carpi ſub pollice immiſſis, non amplius quinq; Turcæ quidem aliter faciunt: capite enim vel alia parte dolente, pannum de goſſipio contorquent ita vt ſolidi Gallici latitudinem & nucis fere magnitudinem referat: aut ſi deſit hic pannus, fungum igniarium accipiunt & ignitum particulæ ægræ impoſitum, donec per ſe extinguatur & in cinerem refrigeratus abeat, mira fortitudine & conſtantia relinquunt,* Hæc Bellonius. His de

Cauterium ſine dolore. cauteriorum antiquitate hoc veluti corollarium addiderim, quod Cardanus *lib. 7 de Subtilitate* refert. *Eſt* (inquit) *eſcharoticum abſq; dolore, quod facile cutem pertundit horis xxiiij ſi ſana eſt cutis, ipſum ſolum corio circumdatum imponitur ſin autem ſanies, vt in ſuppurationibus ſubeſt, locus aceto acerrimo lauatur. Conſtat medicamentum è tenero ſapone & calce viua tenuiſſime mixtis, adeo vt in vnguenti formam mollis tranſeant.* Cauterium potentiale vulgo vocant, quod non actu ignem continet, ſed aliquantiſper in corpore noſtro relictum à calore natiuo ex potentia in actum producitur, vt inſtar ignis vrat: quod inter metalla maxime facit hydrargyrus ſublimatus, inter animalia, cantharides, in ſtirpium cenſu, ranunculi genera & quæ flammulæ appellantur, iberis, lepidium, aliæque à veteribus aut recentioribus traditæ, & inſuper, quod nos experti ſumus, conſiliginis flores mirifice (ſicut & flores flammulæ illius, quam vitem ſylueſtrem cauſticam appellamus, clematidi congenerem ac ſimilem, niſi quod maior eſt :) item inter radices raphani maioris vulgo dicti radix, & ari, & lepidii maioris cui folia lauri Ægineta tribuit, & vitis nigræ radix quã

Galenus notatur. & tanum & tamarum appellant cum albæ vitis radix non vrat, etſi Galenus (Dioſcoridem ſecutus) vitem nigram eadem præſtare ſcribat, quæ alba, ſed ignauius omnia, quod ille mihi non ſatis perpendiſſe videtur. Capſici vel cardamomi Arabici ſemina, & multo magis ſiliquas maturitate coralli inſtar rubentes ac nitentes, efficaciſſime omnium citiſſimeque inter ea, quæ natura tantum conſtat (nam calx & hydrargyrus, aliaque ſublimata vt vocant, artis, non naturæ opera ſunt) vrere non dubitarim: cum vel leuiſſimus & primus ſtatim guſtatus ipſius linguam igneo feruore prorſus inflammet. Senſi & aconiti primi, hoc eſt, toræ Valdenſium, quam nemo adhuc recte deſcripſit, in Sabaudicis montibus guſtata radice cum nondum agnoſcerem, ſtrenuum ac venenoſum feruorem. Sed hæc ſingillatim perſequi prolixum, nec huius inſtituti foret. Sat fuerit è plurimis pauca & rariora, hoc eſt, à nobis primum obſeruata & tradita παρέργως & corollarii loco annotaſſe.

A

INTRODVCTIO, SEV VIA AD CHIRVRGIAM

B

COMPENDIARIA, AMBROSIO PAREO CHIRVRGO REGIS PRIMARIO, AVTHORE.

A VIRO DOCTO PLERISQVE LOCIS RECognita, & latinitate donata, Iacobi Guillemeau, Regij, & Pariſienſis Chirurgi labore & diligentia.

Quid ſit Chirurgia. CAP. I.

C HIRVRGIA eſt *ars, quæ viam docet cum ratione, qua manus opera morbos, qui nobis humanitus contingunt curare, præcauere & mitigare poßimus.* Aliis viſum eſt aliter deſcribere: *Medicinæ* ſcilicet *partem eſſe, quæ morborum curationem ſola manuum induſtria aggrediatur: nempe reſcindendo, vrendo, ſerra diuidendo, fracta vniendo, luxata reſtituendo, & alia,* quæ mox dicentur *opera faciendo.* Ita enim definitionum medicarum authori Chirurgia definitur: *Intrepidarum manuum celer motus cum experientia:* vel, *actio in medicina per manus artificioſa, conuenientis finis compos.* Non eſt tamen, quod quis ſe res illas pro dignitate conſequi poſſe ſperet, ſine duarum, quæ reſtant, medicinæ partium adminiculo; Diætetices, inquam, & Pharmaceutices, atque varia propriorum remediorum quaſi inclinatione, pro cauſarum, morborum, ſymptomatum, & ſimilium circumſtantiarum conditione, quas rerum, vt vocant, naturalium, non naturalium, & præter naturã complexu, ſuo deſcribemus ordine. Quod ſi qui inſtent, multos reperiri, qui Chirurgica tractent opera, abſque vlla rerum eiuſmodi notitia, quibus tamen deſperatorum morborum cura fœliciter ſuccedat, hoc à me reſponſum ferant: talia potius caſu contingere, quam artis induſtria, parumque cautos eſſe, qui ſe illis committunt. Fœlicem enim vnum aliquem, quem ſors dederit, iactum, mille poſtea errorum diſpendio diffamare, vt in Empiricos *multis methodi locis* iactat Galenus. Quoniam ergo ſtatutum à nobis eſt, D Chirurgiam ſolertem eſſe manuum operationem, Diætetices & Pharmaceutices præſidiis fultam, dicendum nunc eſt, quæ & quales ſint eiuſmodi operationes.

Definitio chirurgiæ.

Quæ chirurgo neceſſaria.

De Chirurgicis operationibus. CAP. II.

CHIRVRGO quinque omnino ex officio incumbunt: ſuperflua demere, ſuo, quæ exciderant loco, reponere, continua diſtrahere, diſtracta continuare, quod naturæ deeſt, ſupplere. Horum notitiam longe facilius & fœlicius longo vſu & multo exercitio conſequeris, quam iugi librorum lectione, aut aſſidua doctorum auditione. Non enim oratio, quantumuis illa perſpicua ſit & elegans, tam poteſt quicquam ad viuum exprimere, quam quod eſt oculis digitisque fidelibus ſubiectum.

Chirurgi natura.

Experientia, quam ars, chirurgo magis neceſſaria.

Demendi ſuperflui exempla habemus in amputatione digiti, ſi cuipiam ſextus adnaſcatur, aliudve membrum monſtroſum ſuccreſcat: in exciſione membri putridi intus corrupti: in fœtus mortui, ſecundarum, molæ, ſimiliumque corporum ab vtero muliebri extractione: Tumorum omnium, vt glanE giorum, verrucarum, polyporum, cancrorum: & huius conditionis hyperſarcoſeon complanatione: globulorum ſclopo eliſorum, ſquamarum nexilium, ſpiculorum, arundinum, teſtarum, ariſtarum, ſpinarum ſurculorum, omniſque generis veteramentorum, in quacunque corporis parte ſeſe dederint, auulſione. Sed & ſuperflua demit, qui ciliorum pilos ſua in oculum conuerſione moleſtos vellit; qui vnguem corneæ partem totamque adnatam occupantem, exſcindit: qui ſuppurata ad expuratum promouet: qui calculos, quocunque corporis locorum concreuerint, eliminat: qui dentem carioſum vel aliàs qui officientem, vnguemve in carnem ſe defigentem eximit: qui laxiorem vel vuam vel palpebram ſectione minuit: qui catarrhactam decutit: qui recens editis puerulis vmbilicum præputiumve, qui mulieribus pterygomata, aut nymphas prominentiores reſecat.

Demendi ſuperflui exempla.

Suo, quæ exciderint loco, reponendi exempla extant in luxatis oſſibus reſtituendis: in inteſtinorum

Reponendorum exempla.

& omenti in ſcrotum, aut extra vmbilicum aluumue accepta plaga prouolutorum, in vteri delapſi, ani, craſſiue inteſtini, aut oculi ab orbita prominentis repoſitione. A

Continuata diſtrahendi exempla.

At continuata diſtrahendi exempla petere licet ex cohærentibus inter ſe, ſeu caſu aliquo, vt viſione, ſeu formatricis imbecillitate, digitis: ex membranæ hymen dictæ, aut cuiuſuis alterius, quæ vteri collum obſederit, diductione: ex ligamenti linguæ, quod pueris papillarum complexum ac loquelam intercipit, eiuſue, quod glandem præputio denudari prohibet, diſſectione: ex venæ varicoſæ ac ſemireſecti nerui tendini conuulſifici diuiſione: ex membranæ auditorium meatum, nares, os, anumve obſtruentis: ex contumacis ciliorum adhæſus diuulſione. Huc refer omnia, quæ cauſticis, ſerra, terebra, phlebotomo, cucurbitulis, ſcalpello, hirudinibus, ſeu vacuationis, ſeu deriuationis, ſeu reuulſionis ergo fiunt opera.

Diſtracta adducendi in vnum exempla.

Diſtracta vero in vnum adducit Chirurgus, qui ſutura, qui duplicato panno, qui faſcia, qui quiete, & debita partis collocatione vulnera agglutinat: qui fracta reparat: qui luxata ſuis ſedibus reddit: qui ſanguinis currentis impetum iniectis vaſi vinculis remoratur: qui fiſſa labra & vulgo leporina dicta cicatrice complet: qui vlcerum, qui fiſtularum ſinus ad æqualitatem reuocat. B

Supplendi quæ deficiũt exempla.

Sed quæ, ceu primis ab incunabulis, ceu poſtea ex euentu deſunt, quantum ars & natura patiuntur, ille reparat, qui auriculam, qui oculum, qui naſum, qui vnum aut plures dentes ſupponit, qui exeſi ex lue venerea palati lacunas, lamina aurea vel argentea aut penicillo replet: qui deſectam linguæ portionem oppoſita appendice ſupplet: qui manum, qui brachium, qui tibiam artificio vinculiſque adnectit: qui thoracem multo filo compunctum, vel ferreis laminis inſtructum, corpori, quo iunceum reddatur, circumponit: qui calceum iuſto ſubere auctiorem, ac calceolum lineum loris ad cingulum reuinctum claudo, vt rectus incedat, aſſuit. Has omnes operationes fuſe hoc opere perſequemur. Cæterum in his manu perficiendis etſi committere non poſſimus quin dolorem inferamus; (Quis enim brachium tibiamve reſcindere, veſicæ ceruicem diuidere ac dilaniare, commota ſuis alueolis oſſa reſtituere, abſceſſibus exitum aperire, fibulas oris vulnerum iniicere, cauteria admouere, partum emortuum excutere, & alia eiuſmodi patrare citra dolorem queat?) Sæpius tamen res eo rediit, vt niſi aduocata manu medica, vel mors obeunda ſit, vel reliqua, quæ ſupereſt vita, in perpetuis miſeriis exigenda. C Quis igitur Chirurgus iure hoc nomine abhorreat, aut crudelitatis inſimulet? aut illos tam miſeris modis exceptos cupiat, quam olim Romani Archagatum: quem in primis ciuitate donatum, mox vero, quod paulo triſtius vreret, ſecaret, & reliqua ſtrenui Chirurgi opera faceret, domo in campum Martium abſtractum lapidibus obruerunt, quemadmodum à Sexto Cheroneo Plutarchi ex filia nepote literis proditum legimus. Dirum profecto ingratitudinis genus, hominem in artis neceſſariæ operibus intentum, tam crudeliter trucidaſſe. Sed nec facinus Senatus probare potuit: itaque vt id, quibus artibus ſupererat, expiaret ipſi ſtatuam auream Æſculapii in templo ad perpetuam memoriam poni ac dedicari curauit. Quod ad me attinet, mihi mirum in modum placet Celſi ſententia, Chirurgum eſſe debere manũ ſtrenua, ſtabili, nec vnquam intremiſcente, animo intrepidum, immiſericordem: ſic vt ſanari velit eum, quem accipit: non vt clamore eius motus, vel magis, quam res deſiderat, properet: vel minus quam neceſſe eſt ſecet: ſed qui perinde faciat omnia, ac ſi nullus ex vagitibus affectus oriatur: vani iudiciorum vulgi, Chirurgis per inſcitiam obtrectandis, ſecurum.

Chirurgica ſine dolore perfici non poſſe.

Archagatus Chirurgus.

In præfat. lib. 7. Chirurgi dotes.

De rebus naturalibus. CAP. III. D

Agendorum vnde petantur indicationes.

PRædicta opera vt rite & ex arte exequi Chirurgus poſſit, debet ſibi certas agendorum indicationes ob oculos ponere: Empiricus alias futurus, quem ars nulla, certa ratio nulla, ſed cæca tantum fortunæ temeritas ad audendum & agendum impellit. Petuntur autem agendorum illæ indicationes ex rebus, vt loquuntur, naturalibus, non naturalibus, & præter naturam, harumque adiunctis, vt præclare eſt à maioribus perſpicaci ingenio viris traditum. Quare omnem artis huius noſtræ ſpeculationem, illo rerum ordine perſequemur. Inprimis igitur res naturales id nominis ſortitæ ſunt, quod inſinuent contineantque corporis humani naturam, quæ tota pendet ex miſtione & temperie quatuor primorum corporum, vt eſt ab Hippocr. demonſtratum *lib. de natura humana*: quare ipſarum contemplatio ad eam medicinæ partem ſpectat, quæ phyſiologice dicitur: vt rerum non naturalium examen ad diæteticem, quod rerum huiuſmodi vſu ſanitatem retinere & tueri conetur: At rerum præter naturam perſpicientiam Therapeutice ſeu morborum, omniumque præter naturam affectuum curatrix ſibi vendicat. Iam vero res naturales ad ſeptem capita reuocantur: præter quæ in eum etiam cenſum veniunt ipſarum, quę vocant, annexa: E

Quæ dicantur res naturales.

Res non naturales ad quam medicinæ partem pertineant.

Ad quam res præter naturam.

Summa illa ſeptem rerum naturalium capita ſunt,	His vero adiuncta & cognata ſunt.
Elementa.	*Ætas.*
Temperamenta.	*Sexus.*
Humores.	*Color.*
Partes ſeu membra.	*Commoderatio.*
Facultates.	*Tempus ſeu Tempeſtas.*
Actiones.	*Regio.*
Spiritus.	*Vita inſtitutum.*

A

De Elementis. CAP. IV.

Elementum vulgo recepta apud Medicos definitione, eſt *minima, & ſimpliciſsima eius rei, quam conſtituit, portio*: ſeu, quo ſit hæc clarior oratio. Elementa vocantur *quatuor prima & ſimplicia corpora, ignis, aer, aqua & terra, quæ rebus omnibus, quas cœleſtis regio ſuo cingit ambitu, promiſcue gignendis, ſeu perfecte mixta illa intelligantur, ſeu imperfecte, ſeſe tanquam materiam accommodant & ſubijciunt.* Eiuſmodi elementa ſola mente fas eſt concipere: cum nullo eorum, qui foris patent, ſenſuum illa tractare in pura & abſoluta natura ſua ſit datum. Quæ cauſa Hippocratem impulit, vt illa non ſubſtantiarum, ſed qualitatum primarum nominibus exprimeret: Calidum dicens, frigidum, humidum & ſiccum: quod eiuſmodi qualitatum altera ſuo cuique elemento inſit tanquam propria & eſſentialis forma, ſecundum excellentiam non latitudinis modo, ſed & agendi virtutis: cui comes altera accedit, ſimplex illa quidem adeoque ſumma, ſed quæ tamen ſummum ſui generis gradum non impleat, vt ex Galeni *lib. 1. de Elementis*, eſt intelligere. Sic enim in aere, verbi gratia, duas notamus qualitates, calorem & humiditatem, ſummas ambo & nullius contrariæ qualitatis admixtione, remiſſas: alioqui ſimplices non ſint. Quid igitur obſtat, inquies, quo minus caloris effectus ſummi ſe prodant æque in aere, atque in igne? quia, vt prædictum à
B nobis eſt, & ſi calor aeri inſit ſummus penes naturam ſuam, latitudinem & gradum, haud aliter, quam igni, non tamen ſecundum vim agendi ſummus ineſt: Ratio eſt, quod calefaciendi illa in aere vis impeditur, & velut vincta tardatur comitis & tanquam additæ qualitatis conſortio, humiditatis ſcilicet, quæ vim caloris hebetat, vt eandem contra ſiccitas acuit. Sunt ergo elementa his qualitatibus inſtructa:

Quid elementum.

Elementa ratione, non ſenſu intelligi.

Cur hiſce elementum qualitatum nominibus expreſſerit.

Duas qualitates ſummas eſſe in ſingulis elementis.

Cur aer haud ſemper ſe vt ignis calefaciat.

Nomina ſubſtantiarum.	*Ignis* / *Aer* / *Aqua* / *Terra*	*Eſt*	*Calidus & ſiccus* / *Humidus & calidus* / *Frigida & humida* / *Sicca & frigida*	*Nomina qualitatum.*

Retinent vero quatuor elementa in corporum naturalium compoſitione eaſdem illas qualitates, quas ante habebant, niſi quod mixtione ipſa, & contrariarum concurſu temperatæ ſunt ac refractæ. Sunt autem ipſa elementa, ſic mutuo tota per tota confuſa, nihil vt ſimplex notari poſſit: non magis, quam in maſſa emplaſtri diachalciteos ipſam per ſe axungiam, oleum, lytargirum, chalcitidem demon-
C ſtraueris: adeo ſunt caloris omnia per omnia miſcentis vi minima minimis, & tota totis apta & tranſfuſa. Hanc quatuor ſubſtantiarum elementarium in vnum compoſitum, mixtionis nexu factam concretionem, ex ipſarum diſſolutione in ſuccenſa viridium lignorum ſtrue cognoueris. Flamma enim ignem, fumus aerem, qui per extrema reſudat humor aquam, cinis terram nobis adumbrant: hoc familiari ac ſenſibus peruio exemplo facile concipias, quid reſolutio ſit, ad quam ſequitur compoſitæ ſubſtantiæ interitus: quid contra mixtilium primorum corporum in vnum coagmentatio eiuſmodi, vt nuſquam ſincerum quid habeatur miſtionis expers. Nam ſi calor, qui in igne prædominans, elucet ſummis ſuis viribus in miſto permaneret ſuo ille perniciali contactu omnia abſumeret: par eſt frigiditatis, par humiditatis & ſiccitatis ratio: quanquam ex his qualitatibus duæ actiuarum titulo inſignitæ circumferantur, calor nempe & frigus, quod ſuis ſint viribus efficaciores: duæ paſſiuarum reliquæ, quod inita ad ſuperiores comparatione, ignauiores cernantur & tardiores. Ex harum ſubſtantiarum, qualitatumque elementarium miſtione conſurgunt corporum omnium ſublunarium temperamenta: quæ cura cauſaque præſertim exſuſcitauit animos noſtros ad elementorum hanc delibandam notitiam. At vero vires effectuſque qualitatum elementarium altiori relinquo contemplationi perſequendas id contentus adnotaſſe ex primis illis qualitatibus, hoc nomine donatis, quod primis quatuor cor-
D poribus primario & è natura inſint, alias emergere, ac tanquam effluere, quas inde ſecundas nominant: cuiuſmodi è multis ſunt grauitas & leuitas, per quatuor elemēta varie diſtributę, prout illa caloris, aut frigoris, humiditatis aut ſiccitatis dominio tenentur inſignius. Ex elementis n. duo leuia dicuntur, quod ſurſum viā affectent: reliqua duo grauia, quod ſuo pondere deorſum ferantur. Sic ignē leuiſſimum, quod ſupremo inferioris mundi loco emineat, illi proximum aerem, leuem: aeri vero ſubiectam aquam, grauem; at terram in centro defixam omnium grauiſſimam intelligimus. Hinc eſt, quod corpora, parteſque in corporibus leues, plurimum habeant elementorum leuium: graues contra plurimum grauium. Hæc eſt orbis huius caduci, quæ ſola mente cernuntur elementorum, paucis deſcripta ratio, ad quam placet & aliam ex primorum admiſtionem concurſu velut profluentium elementorum diſtinctionem adiungere: alia enim inſuper generationis, alia humani corporis elementa circumferuntur. Quæ certe vt ſunt corporata magis, ſic etiam ſenſuum fide magis innoteſcunt. Qua mente motus Hipp. *lib. de natura humana*, poſt deſcriptam calidi, frigidi, humidi & ſicci naturam, compoſitionis ordine ad horum notitiam aggreditur. Sunt ergo generationis noſtræ, adeoque animalium omnium ſanguineorum elementa ſemen & ſanguis menſtruus. Corporis vero noſtri elementa ſunt partes ſolidæ ac ſimilares, ex illis elementis generationis conflatæ. Huius generis ſunt oſſa, membranæ, ligamenta, venæ, arteriæ, aliæque complures oculis manifeſtæ quas fuſe in anatomica commentatione deſcribemus.

E

Qui elementa in compoſitis mixtis intelligantur.

Cur ex qualitatibus primis duæ actiuæ & duæ paſſiuæ.

Qualitates primæ cur ita dicantur.

Secūdæ quæ dicantur qualitates.

Quæ leuia & grauia elementa.

Quæ ſint generationis elementa.

Quæ corporis miſtorum elementa.

De Temperamentis. Cap. V.

Quid tempe-ramentum

Temperamentum definitur *calidi, frigidi, humidi & ſicci mistio proportionata*, vel eſt *diſcordium primarum qualitatum concentus*. Emergit autem harmonia illa ex quatuor primorum mundi corporum natura. Hæc [illegible] concordia plantis, brutiſque item animantibus pro vitæ principio adeo [illegible] & [illegible] data eſt. Sed vt plantæ brutis animantibus inferiori ſunt ordine & dignitate quando in illis [illegible] anima ignobilior ac minus efficax cernitur, vegetatrix enim ſolo munere in illis [illegible], quo ſuccum e terra tanquam e materno vbere [illegible], [illegible] quo incrementa debitis limitibus [illegible] quo deinde ad propagatæ ſpeciei [illegible] procreent. Brutorum vero anima ad tria illa munera illud [illegible] ſentiendi [illegible] quo tanquam interno cognitionis principio, quæ ſibi nocent [illegible] fugiunt, profutura autem [illegible] atque pro libidinis impetu in omnem partem ex ſe vbique [illegible]. At hominis anima, cæteris longe perfectior & nobilior, minime ex terrena illa elementorum mistione & temperie exurgens multo diuiniorem agnoſcit, habetque originem, vt poſtea docebimus. B

Anima ignobilior in plantis [illegible] brutis

Anima humana ſeniſ extrinſecus

Temperamentorum multiplex diuiſio

Temperamentum ad pondus

Temperamentum prima diuiſione in duas ſpecies partiuntur, vt ſit aliud temperatum, aliud intemperatum temperamentum. Intemperatum duorum eſt generum. Eſt etiam intemperies omnino duplex. Vna vitioſa penitus, quæ mediocritatis limites omnino exceſſit: Altera, quæ intemperiæ quidem mediocritate decedit nonnihil ſed tamen ſanitatis adhuc terminis continetur quæ ſcilicet non ita euidentem actionibus noxam infert, ſed tantum quo minus belle ſiant & ad amuſſim exactæ temperiei eſt impedimento. At vitioſa functiones corrumpit peruertitque tribus modis: ipſas vel debilitando, vel deprauando, vel abolendo. Sic enim ſtupor motus celeritatem minuit tardatque: conuulſio deprauat: paralyſis abolet, adimitque. Sed & temperatum temperamentum diuiſionem pariter in duas ſpecies [illegible]. Tale enim eſt vel ad pondus, vel ad iuſtitiam. Temperamentum ad pondus dicitur, quod ex paribus exacte concurrentium qualitatum viribus conflatum coaluit, ac tanquam in æquilibrio ſitum, [illegible] hanc, neque in illam partem propendet. Huius temperamenti exemplum elucere putant in cute, interiore præſertim, extremorum digitorum hominis ad iuſtitiam temperati. Tactus enim cum illic reſideat exquiſitiſſimus, procul eſſe debent ab omni contrarietatis exceſſu: alioqui caloris aut frigoris, humiditatis aut ſiccitatis conſuetudine temerata, intemeratum de tactilibus illis qualitatibus iudicium ferre nequeat. In quam rem natura, fabrica ac coagmentatione partium, ex quibus cutis conſurgit pulchre ipſi conſuluit. Eſt enim carne calida & humida, adeoque molli & tendone neruoque frigido & ſicco, atque adeo duro æqua lance non modo aptis & appoſitis, ſed & penitus confuſis, conflata, quo fit, vt ab omnibus oppoſitionis extremis ſemota in medio tanquam iudex & regula internoſcendorum, qui in tactum cadunt, exceſſuum ſit collocata. Sic oculum futurum viſus inſtrumentum, oportuit nullo certo colore infectum eſſe, quo in colorum cenſura minus hallucinaretur. Sic auditum nullo diſtincto ſono decuit eſſe circumſtatum, quo eſſet aurium de ſonis paribus diſparibuſq;, nec rata proportione diſtinctis certius iudicium, nec linguam pariter æquum fuit vllo eſſe ſapore delibatam, ne ſaporis perſuaſio ipſi in tot ſaporum diſcriminibus internoſcendis imponeret. Temperamentum vero ad iuſtitiam temperatum definitur, quod etſi ab exacta illa & ſeuera miſtarum qualitatum paritate nonnihil abſit, eam tamen eſt adeptum æquabilitatem, quæ functionibus omnibus, ad quas natura ſua dicitur apte, decore, & integre perficiendis, plene, & abunde ſufficiat, itaq; nec aliunde ipſam, quam ex actionum integritate expendere licet. Hinc enim & id nomen traxit, quod quemadmodum iuſtitia diſtributiua cuique pro meritis præmia & pœnas æqualiter irrogat: ſic natura ſingularum corporis partium ratione habita, omnibus eam temperiem attribuit, quæ muniis, ad quæ comparatæ ſunt, exequendis ſatis eſſet. Sumamus in exemplum os. Nemini dubium eſt, quin id, & vt reliquæ ſimilares corporis partes, ex quatuor elementorum miſtione coaluerit: ſed tamen cum natura eius vſum expenderet, deſtinaretque fulciendo reliquo corpori, plus terreni ſicciique elementi ipſi affuſum eſſe voluit, quo firmius eſſet, atque aduerſum pondera ſtabilius. Ligamentum vero cum eſſet ad alia munera comparatum, minus oſſe, plus tamen carne terrenæ illius ſiccitatis obtinuit, omnino ad naturam ſuam accommodatæ. Sic naturæ viſum eſt æquabili elementorum qualitatumque non quidem portione, ſed proportione partes corporis omnes inſignire. Id nos temperamentum ad iuſtitiam appellamus: meritoque in plantis, brutis, corporibuſque omnibus natura conſtantibus dicimus, cum eam temperiem ac mediocritatem ſunt ſortita, quæ ſuæ naturæ conueniat. Ad id vero comparatione facta, octo exurgunt temperamentorum intemperatorum genera, nempe. C D

Manus cutis [illegible] ad pondus temperata.

Temperamentum ad iuſtitiam

Oſſa quo ſint temperamento donata

Temperamentorum intemperatorum ſpecies.

Quatuor ſimplicia.
- Calidum / frigidum — In ſiccitate & humiditate — Temperata.
- Humidũ / ſiccum. — In calore & frigore. — Temperata.

E

Quatuor compoſita.
- Calidum & humidum
- Calidum & ſiccum
- Frigidum & humidum
- Frigidum & ſiccum.

Sunt vero temperamenta illa, vel corporis totius, vel partis alicuius.

A

Eiuſque vel	Principu	Cerebri, Cordis, Hepatis, Teſtium.
	Cæterarum è multis partium, quæ nullum in corpore principatum obtinent.	

Eiuſmodi rurſum temperamenta vel ſalubria ſunt, quæ inculpatis actionibus edendis ſufficiunt: vel inſalubria, quæ manifeſtam iiſdem noxam inferunt, horum ſigna à Galeno deſcripta leguntur. Eſtque animaduertendum, quod cum corpus partemve aliquam calidam dicimus, calidiorem intelligimus, quam temperatæ ad iuſtitiam eiuſdem ſpeciei conueniat; vt cum hominem calido pronunciamus hepate, calidius illi eſſe hepar ſignificamus, quam homini eſſe debeat ad iuſtitiam temperato: ad hanc enim temperiem, reliquæ omnes, ſeu corporis totius, ſeu partis alicuius ſunt reuocandæ: in eademque tanquam in ſcopum in morborum curationibus eſt intuendum, quod ſimilium vſu ſit, quantum fieri poteſt, conſeruanda. Quia igitur perquam neceſſarium eſt perſpectam habere temperamentorum diſtinctionem, breuiter hoc loco viſum eſt exequi partium corporis, ætatum, anni temporum, humorum, B & medicamentorum temperamenta. Partium ergo corporis noſtri temperamenta non modo tactus, hominiſque ad iuſtitiam temperati manus iudicio (Cui ſæpe imponit calor fluens, qui à corde in vniuerſum corpus effuſus caloris ſpeciem quandam omnibus infert,) Sed etiam rationis, compoſitionis, ſubſtantiæque ipſarum regula, ſunt eiuſmodi. *Lib. 2. de temper. & in arte medica.* *Quæ ſint partium corporis humani temperamenta.*

Os ſicciſſimum eſt & frigidiſſimum.
Minus hoc cartilago.
Ligamentum minus cartilagine.

Tendo frigidior, ſicciorque eſt tanto membrana, quanto hæc eadem temperie venam vincit & arteriam. Hinc ſequuntur nerui duriores. Molles enim medium ſicci humidique obtinent, vt & cutis: quanquam omnes & molles, & duri frigido ſint temperamento. Omnes ergo hæ partes propria natura, & ſua frigidæ ſunt & exangues: quanquam venæ & arteriæ contenti ſanguinis calore incaleſcant, qui tamen & calorem illum à corde mutuatur: Parte nempe omnium calidiſſima & molliore, quam ſit cutis. C A corde in calidarum partium ordine ſequitur hepar, cute ipſa longe mollius: Nam ſi ex Galeni ſententia, cor paulo minus durum eſt, quam cutis, & id inſuper longe durius eſt hepate, vt patet tactu indice, neceſſe eſt, hepar multò mollitie cutem ſuperare. Cutem intelligo ſimplicem & à ſubiecta carne cui tenaciſſime adhæret, abſtractam. Caro humidior, calidiorque eſt cute, ob affuſum ſanguinem. Spinalis medulla cute frigidior, humidiorque exiſtit: Sed illam humiditate tanto vincit cerebrum, quanto à pinguedine ſuperatur. Pulmones pinguedine minus ſunt humidi, parque eſt Splenis & Renum ratio: Et tamen omnes cute humidiores cernuntur. Per ætatum excurſus temperamenta tum totius corporis; tum ſingularium eius partium inſignes ſubeunt mutationes: oſſa enim ſenibus, quam pueris longe duriora exiſtunt, quod vita noſtra ſit quaſi progreſſus quidam ad ſiccitatem, quæ vbi ſumma corpori aduenerit, mortis affert conſecutionem. Quare de ætatum temperamentis nobis hoc loco agendum eſt, ſi prius quid ætas ſit definierimus Ætas igitur vitæ id *ſpatium* definitur, *quo corporis conſtitutio ex ſeſe & ſua ſponte euidentes ſubit mutationes.* huiuſmodi ætates totius vitæ curſus quatuor obtinet. Prima pueritia eſt quæ à primo in hanc lucem ingreſſu vſque ad decimumoctauum annum producta, temperiem obtinet calidam & humidam, quod vitæ principijs; ſemini & ſanguini; calidis humidiſque proxima exiſtat. D Hanc ſequitur adoleſcentia, quæ à decimo octauo anno ad vſque viceſimum quintum prorogata, temperata exiſtit atque in medio omnium exceſſuum. Adoleſcentiam excipit iuuentus, virilis ſeu conſtans ætas, quam vltra annum triceſimum quintum prorogari negant. Temperie propria calida eſt & ſicca: quo fit, vt tum acrior ac mordacior ſentiatur calor qui in pueritia mitis ad tactum apparebat: quod humiditatem natiuam, vitæ ac ſiccitatem progreſſus, multa parte mulctauerit. Hinc ſuccedit ſenectus, in duas omnino partes diuiſa: Prior à trigeſimo quinto ad quadrageſimum nonum annum protenſa, eos complectitur quos ſenes nominamus. Poſterior vero à Galeno in tres velut gradus dirimitur: Primus eorum eſt, qui viribus adhuc integris ciuilia negotia obeunt: quæ certe exequi nequeunt per viridum iam labentium infirmitatem, qui in ſecundo ſenectutis gradu ſedent. At qui in poſtremo iacent, extremis vrgentur imbecillitatibus & miſerijs, tam capite, animiſque minuti, quam toto corpore debiles: de quibus iactatum illud *Bis pueri ſenes:* Qui primo ſtant in ordine ſenes, hilares ſunt & vrbani, hoſque dicimus eſſe cruda viridi ſenectute: Quos vero ſecundus ordo capit, nullius rei, quam menſæ & cubilis tangit amor. At poſtremi ordinis ſenes capulares nempe & ſilicernia nihil niſi feretrum & mortem meditantur: Frigido ſunt & ſicco partium ſolidarum temperamento, propter eam, quam calor inſitus, longo E annorum decurſu molitur humidi primogenij depaſtionem: Quod idem tamen eiuſdem caloris natiui, per febres in igneum conuerſi voraci flamma fere momento contingere poteſt. Quod ſi quis in argumentum ſimilis humiditatis tuſſiculoſos & ſputatores ſenes obiiciat, id illi ego reponam, quod eſt ab antiquo quodam annotatum doctore. nempe teſtaceam lagenam, aqua plenam, multam ex ſe fundere humiditatem: nemo tamen negauerit, terreſtri tale vas ſoliditate ſua ſicciſſimum eſſe: ita plane caloris defectu & excrementorum prouentu humidi ſenes dici poſſunt. Non eſt tamen ſic in anguſtum cogenda ætatum hæc deſcriptio, vt annorum ſpatiis atque interuallis ſit ſemper demetienda, cum multos ſit intueri, qui ſibi ſenium ante ſenectutem accerſentes, ſeniores longe anno ætatis quadrageſimo appareant, quam plerique quinquagenarii. Denique Pythagoras inſignis philoſophus vitam humanam quatuor

Ad finem li. de temper. *Ætatum temperamenta.* *Quid ætas.* *Senectutis dua partes. Secunda partis ſenectutis tres gradus.* *Senes partibus ſolidis ſicci.* *Senium aliud a ſenectute.* *Quatuor ætatum ad quatuor anni tempora comparatio.*

tuor ætatum diſcriminibus diuiſit, ipſiuſque decurſum quatuor anni temporum tempeſtiuitatibus A
proportione quadam contulit, pueritiam enim veri ſimilem eſſe, in quo ſcilicet omnia floreant & pro-
pter humoris vbertatem adoleſcant. Iuuentutem æſtati, propter virium robur, quo tunc plurimo ho-
mines virent. Virilem, conſtantemque ætatem autumno, quod tunc per ſuperioris vitæ multa pericula
cuiuſque hominum ingenii dotibus tanquam naturæ fructibus accedat tempeſtiuitas, & ſua quædam
maturitas. Senectutem hyemi infrugiferæ, plane tempeſtati atque odioſis, quæ nullorum niſi ante par-
torum & congreſſorum fructuum vſu gelidæ & moleſtæ conditionis ſine tædia leuare & conſolari
queat. Quod vero ad vltimam ſenectutem, quæ ad octogeſimum, aut etiam centeſimum vſque annum
progreditur, attinet, frigida adeo eſt, atque ſicca, vt qui decrepiti illius ſenii metas attingunt, importuni
ſint, aſperi, iurgioſi, difficiles, moroſi, queruli: quouſque tandem ſenſibus omnibus, lingua pedibus,
mente capti, ac deliri ad infantiam tanquam à calce ad carceres regrediantur. Atque hæc de ætatum
temperamentis.

Anni temporum temperamenta. Sed & pariter anni temporum temperamenta exponenda ſunt: quæ ſunt omnino quatuor: ver,
æſtas, autumnus, hyems. Ver, cui à Martii fere die duodecima, aut decima tertia, ad medium vſ-
que Maium eſt excurſus, videtur Hippocrates calidum & humidum conſtituiſſe. quæ ſententia non tam B
ex re ipſa manaſſe videtur, quam ex inueterato veterum Philoſophorum errore, qui quatuor ætatum
temperies, ad quatuor anni temporum temperamenta, tanquam proportione reſpondentia adaptare
Quod ver ſit temperatū. voluerunt. Si enim ad veritatis examen res illa reuocanda eſt, agnoſcent omnes in vere Temperiem, vt
quod in medio plane ſit exceſſuum caloris, frigoris, humiditatis, & ſiccitatis: Non modo per compara-
tionem, quod ſit calidius hyeme, & humidius æſtate, ſed quod eam ex ſeſe & peculiari natura ſortem
Aph. 9. ſect. 3. obtineat. Quare ab Hippocrate pronunciatū eſt, *Ver ſaluberrimum eſſe & minime exitiale.* modo natiuam
ſeruet temperiem, à qua ſi deficiat aut alteri intemperatæ tempeſtati ſuccedat, vt Autumno aut hyemi,
Aphor. 20. ſect. 3. plurimis morbis ab Hippocrate deſcriptis occaſionem & anſam præbebit: non quod eos efficiat, ſed
quod in intimo corpore latentes, ſuo tempore in lucem proferat. Æſtas quatuor fere menſium ſpacio
definita, calidæ eſt & ſiccæ temperiei, morborum, qui à bile exiſtunt, procreatrix, quod is humor pluri-
mus eo tempore per ſanguinis vere collecti aduſtionem, in corpore cumuletur. Cæterum eiuſmodi
Autumnus inæqualis. omnes morbi ſua celerrime percurrunt tempora. Autumni initium eſt ab eo tempore, quo Libra Solem
accipit. Par illi cum Vere eſt durationis interuallum. Cum vero ſiccus exiſtat, maximam obtinet caloris
& frigoris inæqualitatem: nam cum matutini & veſpertini dies algoſi exiſtant, meridiani contra æſtuo- C
ſiſſimi ſunt. Quare Autumno plurimi morbi exiſtunt, iique chronici, ſi præſertim ad hyemem vergant,
atque exitiales: quod quotidianæ omnes, & repentinæ ad calorem & frigus permutationes periculoſæ
exiſtant. Quod reliquum ſupereſt anni, hyems occupat: frigidaque & humida exiſtens, natiuum calo-
Cur hyems calorem natiuum augeat. rem auget, appetentiam excitat, & pituitæ prouentum facit. Calorem quidem auctiorem reddit per
antiperiſtaſin, ſeu circumſtantis aeris contrarietatem, qui tum frigidus exiſtens caloris effluuia cohibet:
quo fit, vt impedita diſſipatione intro compulſus calor, iunctis in vnum copiis roboretur. At pituito-
ſum humorem accumulat, quod aucta calore roborato appetentia, homines reddantur voraciores: vn-
de multa cruditas, morborum præſertim chronicorum, hyemali tempeſtate magis, quam alia anni par-
te graſſantium, ampliſſima ſeges. Ad hanc de temporum anni temperamentis diſquiſitionem, reuocan-
da eſt varietas temperamentorum, quæ in ſingulos cadit dies, quæ certe negligenda non eſt, vt ſit ele-
Aphor. 4. ſect. 3. ctioni locus, cum præſertim nihil viget. Huc enim illud pertinet Hippocratis, *Quando eadem die modo ca-*
lor, modo frigus fit, autumnales morbi expectandi ſunt. Hinc itaque ſumpta iudicatio magni eſt ad morborum
Humorum temperamē-ta. iudicia momenti: nam illa ſi morbo congruit, contumacior morbus redditur. Vnde multum ægro Me- D
dicoque exhibetur negotii: at contra ſi reclamat, ægri ſalus ſperabilior exiſtit. Sed nec leuioris eſt pon-
Lib. de nat. hum. ad ſen. 36. ſect. 1. deris, noſſe cultus habituſque locorum & regionum, in quibus verſamur, ſtatus cœli, aeriſque tempe-
ries. Verum has contemplandas Phyſicis relinquemus, vt de humorum temperamentis quid ſit tenen-
dum, pronunciemus. Sanguis, vt qui proportione aeri reſpondeat, calidæ humidæque naturæ eſt, vel
Sanguinis temperies. potius temperatæ, vt teſtatur Galenus. *Certum* (inquit) *& exploratum eſt, ſanguinem neque calidum, neque*
humidum eſſe, ſed temperatum: atque ita temperatum, vt in eius coagmentatione, quatuor primarum qua-
litatum nulla inſigni exceſſu reliquis antecellat, vt idem repetit ad ſententiam trigeſimam nonam. Pi-
tuita, vt quæ aqueæ ſit naturæ, frigida eſt & humida, haud aliter, quā bilis igneæ, calida & ſicca. At me-
lancholicus humor, terræ æmulus, frigidus exiſtit & ſiccus: quod in genere de pituita & humore melan-
cholico pronunciatum, nequaquam in ſingulis eiuſmodi humorum ſpeciebus veritatem obtinet. Pi-
tuita enim ſalſa, calido eſt & ſicco temperamento, vt & omnes humoris melancholici ſpecies, quæ à
Vnde medicamentorū & alimentorum temperies. natiuo & alimentario per aduſtionem defecerunt, vt *ſequenti capite* docebimus. Medicamentorum vero
temperamenta non eandem, quam quæ hactenus ſunt commemorata, ſubeunt iudicii formam: nempe
ex elementari qualitate, quæ à pugna & mixtione victrix dominium obtinuit: ſed plane ab effectis, quę E
ſumpta adnotatæ, temperato corpori imprimunt. Sic enim caloris effectus proferunt, frigoris, humi-
ditatis aut ſiccitatis, calida illa, frigida, humida, aut ſicca pronunciamus. Sed fuſiorem ea de re explica-
tionem in id, quod medicamentis proprium deſtinauimus, caput differemus: vbi non ſimpliciter ne ca-
lida ſint an frigida, ſed quo gradu ſint caloris, frigoris, aut ſimilis alterius qualitatis, exquirimus: quo eo-
dem loco ſaporum temperamenta, & naturam omnem delibabimus, quod ex ſaporum iudicio certiſ-
ſimum ſit de Medicamentis iudicium. Hactenus de Temperamentis: nunc de Humoribus
dicendum, quorum vſus in medica ſpeculatione non minus late
patet, quam Temperamentorum.

De Humoribus. CAP. VI.

De humoribus notitia neceſſaria. *Lib. de nat. hum.*

HVmorum naturam noſſe, non Medico modo, ſed & Chirurgo eſt operæ precium, quod nullus ſit morbus cum materia, qui non ex aliquo, vel plurium humorum confuſione conſurgat. Quod cum intelligeret Hippocrates, ſcripſit, pro humorum in corpore conditione, vnumquodque animal ægrotare vel valere. Et certe febres quotquot ſunt putridæ, ex humorum efferueſcunt putredine. Nec vero aliam abſceſſuum, tumorumue differentiæ omnes agnoſcũt originem & diſtinctionem, vlcerata, fracta, aut alioqui vulnerata membra, non aliunde ſperant reſtituendæ continuitatis ſolatium, quam ex nectareo humorum ad partem læſam allapſu. Quæ cauſa ſæpe ad horum affectuum curationem, Medicos cogit eſſe occupatos in ſanguine temperando, id eſt, quatuor humoribus ſanguinis maſſam conſtituentibus ad mediocritatem reuocandis, ſi quando quantitate aut qualitate peccauerint. Nam ſiue redundet in corpore aliquid, ſiue caloris, frigoris, lentoris, craſſitiei, tenuitatis, aut ſimilis alterius qualitatis, aliquo exceſſu à debita temperie aberret, nihil bene ſolitarum functionum fiet. Quam in

Duo ſanitatis adiumenta.

B rem ſumma illa ſanitatis vel retinendæ vel reſtituendæ præſidia diuinitus adinuenta fuere : Phlebotomia, quæ luxuriantis ſanguinis copiam caſtigaret : & purgatio, quæ vitioſam qualitatem corrigeret & detraheret. Sed iam de humoribus incipiamus dicere, ſumpto à definitione initio.

Quid humor.

Humor à Medicis dicitur, *quicquid in corpore præditorum ſanguine animantium liquidum, profluenſue cernitur.* Is aut naturalis eſt, aut contra naturam. Naturalis id eſt nominis ſortitus, quod tuendæ, conſeruandæ, & ſuſtentandæ animalis vitæ ſit idoneus. Contraria plane natura eſt, & ratio eius, qui non naturalis dicitur. Rurſum prior ille vel alimentarius eſt, vel excrementitius. Alimentarius nutriendo corpori accommodatus, is humor eſt, qui venis arteriiſque hominis temperati, & naturæ conuenienter ſe habentis, coercetur: qui nempe generali eius ſanguinis appellatione, quem ſecta vena effundi cernimus, intelligitur. Alias enim ſanguis certæ ſpeciei humor eſt, calore & tepore ab aliis tota ſanguinis mole vna ſecum comprehenſis, diſcretus. Quod quo facilius intelligatur, placet hoc loco ſanguinis generationem ex cauſis efficientibus, & materialibus perſequi. Sanguini in materiam cedunt eſculenta, poculentaq; omnia, quæ virtute ventriculi attractrice in ipſius fundum pellecta, ibique retenta vi coquendo ipſi inſita, in ſubſtantiam amygdalato ſimilem conuertuntur. Quæ quanquam vna & ſibi ſimilis appareat, partibus tamen diuerſi generis conſtat, quæ non modo ciborum varietas, ſed & vnus idemque

Humorum diuiſio multiplex.

Sanguinis cauſa materiales & efficientes.

C cibus de ſe exprimat. Hanc chylum (vbi coctionis in ventriculo perfectionem conſecuta eſt) dicimus. Sed ipſam mox inde in tenuia inteſtina depulſam, & à venis meſaraicis ſuctam, vena porta excipit, iamque aliquod mutationis rudimentum in via adeptam ad hepar defert, vbi propria atque inſita huic viſceri ſanguificandi facultate, plenam perfectamque ſanguinis formam adipiſcitur. Sed cum illo ſanguine, vna eademque opera omnes ſimul humores naturales, ſeu alimentarii, ſeu excrementitii illi ſint, vna confuſione gignuntur. Itaque ſanguinem quo proprium vſum, id eſt, nutritionis munus implere poſſit, neceſſe eſt duobus excrementitiis humoribus expediri & repurgari. Ex his alterum veſica fellea attrahit, quem bilem flauam dicimus. Alterum lien, humorem nempe melancholicum. Duo illi humores naturales quidem ſunt, at non alimentarii, verum alterius in corpore vſus, vt fuſius poſtea explicabimus. Expeditus ſanguis duobus illis excrementorum generibus, per venas & arterias in omnes corporis partes ad ipſarum nutritionem tranſmittitur. Qui etſi tum vnius & ſimplicis naturæ appareat, talis tamen re vera exiſtit, vt in ipſo quatuor diſſimiles ſubſtantiæ notentur, ſanguis nempe peculiari nomine dictus, pituita, bilis, & melancholicus ſuccus, non colore modo, ſed ſapore etiam & effectis, viribuſque diſtinctæ. Nam vt notat Galenus *lib. de natura humana,* Melancholicus humor acidus eſt, bilis amara, ſan-

Quid chylus.

Vbi ſanguis perficiatur.

Vtriuſque humoris receptacula.

D guis dulcis, pituita fatua. At effectuum varietatem intelligas, tum ex partium alendarum varia temperie, tum ex morborum inde emergentium varia conditione. Ideo enim eiuſmodi ſubſtantiæ certa inter ſe proportione confundi & commiſceri debent, qua permanente ſanitas violata, morbus ſuccedit. Nam & agnoſcunt omnes, œdema ex pituitoſo, ſcirrhum ex melancholico, eryſipelas ex bilioſo, phlegmonem ex ſincero & laudabili ſanguine conſurgere. Contineri vero quatuor has ſubſtantias vna ſanguinis confuſione & mole, docuit Gal. familiari exemplo ſumpto ex muſto ſeu vino recens è torculari expreſſo. In quo nemo non notat quatuor eſſentias ſpecie diſtinctas, nam & vini flos in ſummo ebullienis natat, fæx ad imum deprimitur, crudus vero & aquoſus vna cum dulci & vinoſo liquore per medium vini corpus confuſus circumfertur. vini flos bilem adumbrat, quæ in concreſcentis ſanguinis ſuperficie bullans aureo colore ſplendet. fæx humorem melancholicum, qui ſua grauitate ſemper deorſum ſubſidet, tanquam ſanguinis limus: cruda & aquoſa portio pituita: vt enim crudus ille humor, niſi quantitate ſit rebellis, & qualitate contumax, ſpetabilem facit inſito vini calore in vinum digeſſum. ſic pituita, quæ ſanguis eſt dimidio coctus, vi caloris natiui in laudabilẽ ſanguinem poteſt faceſſere. Quæ

Quatuor diſſimiles in ſanguine humores.

Sanguinis & muſti comparatio.

Pituitam eſſe quendã ſanguinem ex dimidio coctum.

E cauſa extitit, cur nullum ipſi, vt duobus aliis humoribus, natura locum, in quem à ſanguine ſecederet, decreuerit: at germanus & vinoſus vini liquor, ſincerum ſanguinem refert: quod vterque humor confuſæ molis, ſiue laudabilior & perfectior exiſtat, portio. Hæc omnia cuiuſmodi ſint, quæque ſit horum quatuor humorum diſtinctio, ſequenti ſchemate facile innoteſcet.

Cur pituita nullum ſit receptaculum.

Sanguis

	NATVRA	CONSISTENTIA	COLOR	SAPOR	VSVS
Sanguis eſt	*Natura aerea calida & humida ſeu temperata potius*	*Mediocris conſiſtentia, nec craßioris nec tenuioris*	*Coloris rubei, roſei & bermeſini*	*Sapore dulci*	*Eiuſmodi vſus, vt partium carnoſarum nutritioni maxime inſeruiat, & per vaſa delatus calorem toti corpori impertiat.*
Pituita eſt	*Natura aquea frigida & humida.*	*Conſiſtentia liquida*	*Coloris albi*	*Saporis dulcis vel fatui potius, nam & aquam eam demũ probamus, quæ eſt inſipida*	*Nutriendo cerebro idonea, omnibusque aliis partibus frigidis & humidis, ſanguinis ardori temperando & articulorum motui lubricando.*
Bilis eſt	*Ignea natura calida & ſicca*	*Conſiſtentia tenuis*	*Coloris flaui ſeu pallidi*	*Saporis amari*	*Inteſtinorum expultricem promouet, pituitam attenuat illis adhærentem, at alimentaria partibus ſimilis ſibi temperiei nutriendis vſui eſt.*
Melancholicus humor eſt	*Natura terrena frigida & ſicca*	*Conſiſtentia craſſioris & fæculenta.*	*Coloris nigrantis*	*Saporis acidi & pungentis*	*Appetentiam excitat, lienem nutrit, partes [illegible] omnes ſimilis ſibi temperiei, vt oſſa.*

Sanguis propinquam materiam obtinet ex chyli portione benigniore: cumque rudimentum in venis acceperit, formam perfectionemque tandem in iecore adipiſcitur: remotam vero materiam habet ex cibis boni ſucci tempeſtiue poſt exercitia moderata ingeſtis: ſed & ad eam rem ætas alia præ alia, tempusque anni aliud præ alio confert. Vere enim ſanguis copioſior gignitur, quia id anni tempus ad ſanguinis temperiem proxime accedit: quo fit, vt temperatus ſit cenſendus ſanguis, potius, quam calidus & humidus, quia Galeno Ver temperatum ſtatuitur, quin & illo præ[c]ertim tempore ſalubriter venæ ſectio celebratur: ætas vero ad ſanguinis generationem valde idonea eſt adoleſcentia vel Galeni ſententia, illa potius vitæ pars, quæ à viceſimo quinto anno excurrit ad triceſimum quintum: quorum natura huius humoris dominio tenetur, colore florido & roſeo ſunt ſuffuſi, moribus corpulentis & lenibus, placidi, alacres & faceti. Pituitæ generatio eſt non per caloris imbecillitatem, vt veterum quibuſdam placuit. Quibus perſuaſum erat, bilem ab æſtuante, ſanguinem à temperato, pituitam & melancholicum humorem à remiſſo calore fieri. Erroris enim manifeſti plena eſt illa opinio: nam ſi verum eſt, chylum in ſanguinem elaborari ac perfici eadem in parte, eodemque in foco, nempe hepate, vnde in eodem temporis articulo caloris illa vegeti ac defecti varietas emergeret cum vniuerſa ſanguinis moles quatuor illis ſuis elementis diſſimiles, eodem temporis tractu, eiuſdem partis, actionis & ſanguificæ facultatis æquabili perfuſione gignatur: Vnde ergo illa humorum in nobis varietas: Ex eo, quod ea, quibus nutrimur, alimenta, putam corporibus noſtris conditionem ex quatuor elementis primiſque quatuor qualitatibus ſunt ſortita. Quare in ipſorum, qualiacunque illa ſint, coagmentatione, certum eſt, & ſæpe notare licet, ineſſe calidam quandam portionem ignis, frigidam alteram aquæ, ſiccam aliam terræ, humidam denique aliam aeris æmulam. Nec vllum eſt dare alimenti genus quantumuis frigidum, nec lactucam quidem, cui non inſit caloris igneus quidam vigor. Nihil ergò mirum, ſi vnus idemque calor eandemque chyli materiam tot ſubſtantiarum diſſimilitudine variatam verſans, de ipſius velut ſinu & poteſtate tam diſſimiles excitet humores, nempe ex calida bilem, ex frigida pituitam, ex aliiſque aliam pro temperamenti affinitate. Nec eſt, quod quis exiſtimet, potius humorum illam in nobis varietatem ex caloris agentis varietate manare, quam ceram ſiliceinque eodem temporis momento, eodemque cœli & ſoli ſitu poſitam illam ab æſtuoſo ſole liqueſcere; hanc à languido ne vix quidem incaleſcere. Non eſt ergo effectuum illa diuerſitas in cauſæ efficientis vim conferenda, caloris nempe, qui in noſtrum vnoquoque vnus eſt, & vniuſmodi: ſed in materialem potius, quæ cum ex multiplicium ſubſtantiarum confluxu conflata ſit, eam de ſuo velut gremio agendi, calori offert commoditatem, quæ de calidiore ſui particula bilem, de frigidiore & rebelli pituitam exprimere & expromere poſſit. Non iuerim tamen inficias, quin in vno eodemque corpore plus bilis aut pituitæ congeratur, prout caloris in eo acriores erunt aut hebetiores ſtimuli, non inde tamen efficitur, ab acriore bili, ab hebetiore calore pituitæ eodem in homine eſſe originem. Singulis enim noſtrum ſimplex & eiuſdem naturæ calor ſortito contigit, variorum ille quidem operum artifex

Lib. 1. de temper.

Vnum eundemque calorem omnium humorum ſimul eſſe cauſam efficientem. Nos elementis & non elementis nutriri.

Vnum calorem ſolarem ceram liquefacere & eras lutum indurare.

A artifex non ex ſe, ſibi ſemper idem & ſimilis cum ſit, ſed pro materiæ, in quam agit, varia aptitudine, cõ-ſequio, & contumacia. Quarte pituita eodem temporis momento eiuſdem in partis foco eiuſdem ca'o-re cum reliqua ſanguinis mole efficientia ex chyli frigidiore, liquidiore, crudiore, & aquea magis por-tione gignitur. Quæ fit, vt rudis quædam & inchoati ſanguinis expreſſam oſtentet effigiem, cuius rei occaſione nullum ipſi priuatim natura commolita eſt receptaculum, ſed iiſdem venarum ductibus cum ſanguine annexe verſari voluit, quod incidente per medias neceſſitate, ſucci melioris inopia, ſan-guinis totum in pleniore elaboratione prompte ſubire poteſt. Hanc in corpore accumulant frigida & cruda alimenta. Hyeme præcipue & vergente ad ſenectutem ætate propter eam, quæ illi tempori, & ætati cum pituita intercedit temperie ſimilitudinem Hominem illa ſomnolentum, ſegnem, adipoſum ac turgidulum reddit, eademque canos accelerat. Bilis, humorum quidem velut feruor & furor eſt, vna cum ſanguine in iecore genita per venas, arteriasque in corpus vniuerſum deducitur. Quæ ſuperfluit, partim in inteſtina, partim in cyſtin fellis ablegatur, aut tranſpiratu, aut ſudoribus digeritur. Bilis huius alimentariæ admixtione veriſimile eſt arterioſum ſanguinem venarum ſanguine tenuiorem, feruentiorem & pallidiorem fieri. In iuuenili præſertim ætate humor hic congeritur & egeritur, vt iique maxime præbent ciboracies & amari. Occaſionem vero corporis atque animi labores indomiti. Hominem leuem, iratum, ad omnia promptum, macilentum, agilem, irati & coquere cibos celerem reddit. Melancholicus humor ſanguinis portio craſſior partim ab hepate ad lienem ipſi nutriendo a-mandatur, partim per vaſa in reliquum corpus diſtrahitur, atque in alimentum partium terreſtri ſucci-tate præditarum abſumitur, fit ex cibis craſſioris ſucci, animique perturbationibus ad metum & triſti-tiam conuerſis. Autumno augetur & prima ac viridi ſenectute, ſubtriſtes homines reddit, aſperos, con-ſtantes, moroſos, inuidos, ac timidos. Debet vero hoc perſuaſum eſſe omnibus, certis die, horis eiuſ-modi humores commoueri ſuo quodam velut æſtu ſolere. Exæſtuat ergo ſanguis ab hora noctis nona, vſque ad tertiam diei. Bilis inde vſque ad nonam diei. Hinc melancholicus humor vſque ad tertiam noctis, quod noctis reſtat, in dominio eſt pituitæ. Cuius rei exempla manifeſta in morbi Neapolita-ni exacerbationibus habentur. Ab elaborata ſuiſque omnibus numeris abſoluta, vt dictum eſt, ſangui-nis mole, duo ſecundam naturam ſecerni ſolent humorum genera, tanquam ſecundæ coctionis excre-menta. Craſſius vnum eſt, tenuius alterum. Hoc bilis abſolute, vel cum adiuncto bilis flaua appellatur. Illud Melancholicus humor dicitur, qui à liene pellectus tenuiore ſui portione, arteriarum, quæ illic multæ & inſignes ſunt, calore elaboratus, ipſi in alimentum cedit: quod eius reliquum ſupereſt, per vas C venoſum in ventriculi orificium deponitur, quo appetentiam, non quidem faciat, ſed acuat, & ventri-culi actiones adſtrictione ſua corroboret. At flaua bilis in veſicam felleam attracta illic tamdiu cuncta-tur, quoad quantitate vel qualitate moleſta in inteſtina excludatur, quo reſtitantes in ipſis fæces ſolli-citata excretrice acrimonia ſua eluat, & genitos illic vermes ſuo amarore enecet. Idem hic humor vri-nas flauo colore tingere ſolet. Exiſtit & alius humor ſeroſus, ad alendum quidem minime idoneus: cæterum ad multa alia vtilis, qui ſecundæ coctionis nequaquam eſt excrementum, ſed primæ. Itaque ipſum chylo permixtum natura ad hepar vſque peruenire, ac non cum fæcibus ſecerni voluit, quo ſan-guinis craſſitiem dilueret, ac pro vehiculo eſſet: alioqui enim ſanguis per venas hepatis capillares per-meare, & ſimis gibbisque ipſius partibus penetratis ad venam vſq; cauam ſuperare vix potuiſſet. Seroſi huius humoris portio vna cum ſanguine in renũ alimentum cedente ſecreta, moxque in veſicam dela-pſa, in illam, quam quotidie excernimus, vrinam faceſſit, reliqua eius portio in omne corpus cum ſan-guine dimanans, tranſiectionis pari illo munere functa, ſudoribus, in quos degenerat, excluditur. Præ-ter commemoratos, Arabes quatuor alios humores ſunt commenti, quos alimentarios & ſecundarios nominarunt, quod proxima ſint nutritionis materia, vt quatuor illi, quos ſanguis complectitur remo-D ta. Primæ ſpeciei nullum nomen eſt impoſitum, illumque eſſe imaginantur humorem, qui ab extremis venularum oſculis guttæ minutulæ inſtar iam iam lapſurus pendet. Secunda ſpecies, Ros ab illis dicta eſt humor nempe ille, qui in partis ſubſtantiam iam imbutus ipſam irrorat. Tertia barbaro nomine, Cambium, parti nutriendæ iam oppoſita adhæreſcit. Quarta Gluten appellata propria eſt & ſubſtanti-fica partium ſimilarium humiditas, tantum non ipſarum ſubſtantia. Huic humorum diſtinctioni ex ad-uerſo reſpondet graduum nutritionis diſtinctio à Galeno commemorata *libris de Facultat. natur.* Primus gradus eſt, vt ſanguis ad partem quæ nutriri poſtulat, affluat: mox ipſi appoſitus agglutinetur. Tandem vt priore alimenti forma amiſſa aſſimiletur.

Humores contra naturam illi exiſtunt, qui corrupti, corruptionis ſuæ contagio corpus, partesque in quibus ſtabulantur, inficiunt, illi humorum, à quorum perfectione & natura deſciuerunt, appellatio-nis inſignia retinentes, putredine omnes incaleſcunt, etſi antea ex ſeſe frigerent. Corruptionis autem vitium concipiunt, vel in ſolis venis, vel intra extraque venas. In venis quidem ſanguis & melancholi-cus humor, at extra intraque venas, bilis & Pituita. Sanguis ergo dum corrumpitur, portione ſua te-nuiore in bilem abit, craſſiore autem in atram bilem: vitiatur enim ſanguis duobus modis, vel propriæ ſubſtantiæ corruptione per putredinem, vel alienæ ſubſtantiæ admixtione per infectionem. Melan-E cholicus humor, qui corrumpitur in venis, trium eſt generum: Primum fit ex ſucco Melancholico pu-trente, & aliene caloris euentu, velut in cinerem conuerſo, ex quo aduſtum, acre, & mordax cernitur. Alterum fit bile vitellina, quæ aduſtione fit porracea, mox æruginoſa, inde rubra, tandem nigra, quod atræ bilis genus omnium eſt peſſimum, feruens, malignum, erodens & exulcerans, quodque nunquam ad ſalutem apparet aut excernitur. Tertium fit ex pituita in venis putrente, quæ primo in pituitam ſal-ſam, mox vero caloris extranei feruore in atram bilem degenerat.

Pituita

Solam materiæ rationem variationis eſſe cauſam

Pituitæ effectus

Bilis effectus

Humoris melancholici effectus.

Certi, ſint ſingulis diei quadrantibus motus.

Humor melancholicus appetentiam non facit ſed acuit.

Humor ſeroſus.

Secundarij humores.

Humores contra naturam.

Sanguis in quos, dum corrumpitur humores ſeceſſit.

Humor melancholicus corruptus triplex.

- *Pituita non naturalis gignitur, aut*
  - *In venis, eſtque vel*
    - *Acida & valde cruda, vt quæ nullam aut exiguam admodum caloris impreſſionem, ab ea quam primo in ventriculo habuerit, ſit ſortita.* A
    - *Salſa, quam vel diutius putrens & aduſta parit, vel partium aduſtarum & ſalſarum admixtio.*
  - *Vel extra venas, eſtque quadruplex.*
    - *Aquea, cuiuſmodi eſt tenuis ille liquor, qui à cerebro per nares ſtillat.*
    - *Mucoſa, cum nempe aquea illa in mucum inſpiſſatur ſuperuenientis vel lenticuli caloris opera.*
    - *Vitrea, vel albuminea, vitro fuſo vel albumini potius ſimilis frigidiſſimaque exiſtit.*
    - *Gypſea, quæ in gypſi duritiem formamque concreuit, vt cernere eſt in nodoſa chiragra digitorum internodiis, vel in pulmonum inueteratis deſtillationibus.*
- *Bilis non naturalis fit, vel*
  - *In venis, qualis eſt vitellina, oui crudi vitellum conſiſtentia referens, quam retorrida caloris acrimonia ex flaua bile excitat quæ eadem per morbos toto genere exitiales in porraceam, æruginoſam[illegible] tandem cæruleam, glaſtreamve degenerat.* B
  - *In præcordiorum, vt ventriculi, capacitate, eſtque hæc quinque generum.*
    - *Prima porracea dicitur porri ſuccum virore referens.*
    - *Secunda æruginoſa, æruginem tinctura adumbrans.*
    - *Tertia cærulea, ſeu glaſtrea, colore glaſtro ſimilis.*
    - *Quarta rubra, hoc a ſanguine, cuius colorem refert, differens, quod nunquam in grumos concreſcit, ſanguinis inſtar.*
    - *Quinta prærubra, ex huius exceſſu genita, quæ febres profert ardentes.*

Eiuſmodi bilis genera, ſæpe per morbos, exacto febrium vigore vomitu excluduntur, partibus ipſius, per quas iter ad exitum inſtituunt, amarore, acrimonia & mordacitate moleſta.

Hominis ſanguinei ſigna.

Qualis humor, talis color.

Quoniam igitur carni potiſſimum ex ſanguine materia & generatio eſt, manifeſtum eſſe arbitror, C hominem carnoſo corporis habitu denſo, ſolido, ſuauiſque ac vaporoſi, ſucci pleno, ſanguineum eſſe. Sed idem florido eſt & roſeo faciei colore: ex æquali tanquam albi & rubri confuſione temperato, albi quidem ob ſubtenſam cutem, rubri vero ob ſuffuſum ſanguinem: omnino enim qualis eſt ſubiectus humor, talis eſt in facie color. Moribus comis, vrbanus, alloquio blandus, nec ab amoribus mulierum alienus, vultu renidenti & fronte ſerena exiſtit, raro iraſcitur, omniaque in meliorem partem accipit, quia vt humorum, ſic morum eſt inclinatio. At ſanguis humorum omnium cenſetur mitiſſimus. ſed & eundem hominem calor viſcerum vegetus edacem, bibacemque eſſe cogit. Somnia illi occurrunt iucunda, morbis infeſtatur à ſanguine, vt phlegmone crebra, crebriſque per cutem ſanguineis puſtulis, hæmorrhagia multa, multiſque menſtruis. Quare ſanguinis ſecta vena detractionem facile fert, moderato frigidorum, ſiccorumque vſu gaudet, tandemque à calidis & humidis offenditur. Pulſu eſt magno & pleno, vrina quantitate multa, ſed qualitate miti, colore & ſubſtantia mediocri.

Sanguineorum mores & morbi.

Signa hominis bilioſi.

Bilioſi non ſunt adipoſi.

Bilioſi homines colore ſunt citrino & flaueſcente, corporis habitu vel macilento, vel gracili, hirſuto, venis conſpicuis, ampliſque arteriis, pulſu valido & frequenti: illorum cutis ad contactum calida, ſicca, dura, aſpera, ſtrigoſa & ſqualida ſentitur, cum pungente & acri exhalatione, quæ toto expirat corpore. Multam deorſum ano, multam vomitu, multam vrinis bilem excernunt. Ingenio ſunt acuto & verſatili, feroces, audaces, acriores acceptarum iniuriarum vltores, liberales, vel ad prodigalitatem vſq; gloriæ denique appetentiores exiſtunt. Somnus illis ineſt leuis, & quo facile excutiuntur, ignea, ardentia, micantia, & furoris plena omnia ſomniant, eſculentis, poculentiſque frigidioribus & humidioribus delectantur, febribus tertianis, ardentibus, phrenitidi, ictero, eriſipelatis, puſtulis que aliis bilioſis, diarrhœæ, dyſenteriæ & oris amarori obnoxij. D

Bilioſorum mores & morbi

Pituitoſi hominis ſigna.

Pituitoſorum morbi & mores

Quos pituitoſi humoris dominatus tenet, illi facie cernuntur albicante, ſæpe etiam liuente & turgidula, corpore pingui, molli, & ad tactum frigido. Morbis à pituita vt œdematoſis tumoribus, hydropi, febribus quotidianis, capillorum defluuiis, catarrhiſque in pulmones & aſperam arteriam peruii. Ingenio ſunt tardi, hebetes, ignaui, ſomnolenti, pluuias, niues, flumina, natatus, & ſimilia ſic ſomniant, vt E ſæpe ſe aquis obrui putent, aquoſa multa & pituitoſa vomunt, aut alioqui ſpuunt & emungunt, lingua ſunt molli & præhumente, Sed & illos canina fames tenet, ſi quando contigerit pituitam fatuam aceſcere itaque & tarde concoquunt, vnde frigidorum, pituitoſorumque humorum amplior prouentus, qui ſi in coli inteſtini anfractus deuoluantur, murmurilla ac borborygmos excitant, vnde colicus cruciatus. Nam ex pituitoſis eiuſmodi recrementis, à leui & imbecillo calore, qualis eſt pituitoſorum hominum commotis, multi facile flatus ſuſcitantur, qui inſita leuitate per inteſtinorum gyros temere impulſi, ipſa diſtendunt, & in tumorem attollunt, dumque luctantur ad exitum, murmura, ſtrepituſque in aluinis partibus, cient, ventorum inſtar per viarum anguſta irrumpentium.

Vnde borborygmi.

Tactan-

A

Melancholici ſigna.

Melancholicis facies nigricat, nubilus ineſt vultus, ac ſæpe truculentus aſpectus triſtis, ac torvus, *Melancholicorum morbi familiares.*
frequentes ſcirrhi, lienis tumores, hæmorrhoides, varices, quartanæ febres, ſeu continuæ, ſeu intermit-
tentes, quintanæ, ſextanæ, ſeptimanæ, denique erraticæ, omnes illos adoriuntur. At cum congeſtum hu-
morem melancholicum vel aduſtione, vel bilis admixtione exacui, tum impetigines, morphæa nigra,
cancer ſimplex & vlceratus, lepra, & pſora, ſcabies omnino fœtida, furfuracea quædam remittens, (*quæ*
Et Marum malum vulgo appellata) elephas denique inuadunt: arteriis venisque viſuntur anguſtis, quo frigoris tenentur dominio, cuius proprium eſt conſtringere, vt caloris dilatare. Quod ſi quando illæ tu-
mere videantur venæ, non à contento laudabili ſanguine tumor ille eſt, ſed à flatu multo: cuius occa- *Vnde melancholicorum venæ tumeant.*
ſione operoſa in illis eſt phlebotomia: non hoc ipſo tantum, quod aperta vena parum ſanguinis pigro
lapſu effluit, ob humorum terrenam tarditatem: ſed multo magis, quod vena pleno corpore ſcalpelli
impreſſionem non excipit, quia huc illuc à contento flatu fluctuat, & quod ſupertextæ cutis ſtrigota
duritas ferri acumen reſpuit. Corpus durum frigidumque ad manum ſentitur, ſomnus exercentur ter-
B riheis: nam & dæmones illis, & ſerpentes, & ſubterranei caliginoſique ſpecus, & ſepulchra, & cadaue- *Melancholicorum ſomnia.*
ra, multaque alia ſimilis horroris plena per noctem viſa obſeruantur, pro ratione atra fuliginis cerebri
ſenſa varie commouentis, & perturbantis: quod & accidere his videmus quos hydrophobia corripue-
rit. Hos experiare malignos, fraudulentos, parcos, & ad ſordes vſque auaros, tarde nomina diſſoluen-
tes, timidos, triſtes, pauciloquos, gemebundos, cogitabundos, ingenioſos, ſolitagos, hominum oſores, *Mores melãcholicorum.*
ſemel conceptis opinionibus obſtinate adhærentes, ad iram tardos, ſed quam ſuſceptam deponere ne-
ſciant. At cum melancholicus humor naturæ & ſortis ſuæ limites exceſſit, tum à putredine & incenſio-
ne extremi furoris & maniæ ſumma in melancholicis apparent omnia, ſic vt ſæpe ex alto dent ſe præci-
pites, aut alioqui mortem, cuius tamen metu terrentur, ſibi conſciſcant. Animaduertendum vero eſt, *Vnde temperamenti natiui mutatio.*
quod ſæpe vitæ decurſu natiui temperamenti incidunt mutationes, ſic vt qui ſanguineus paulo ante
videbatur, ſit nunc biliosus, melancholicus, aut pituitoſus: non quidem ſanguinis in eiuſmodi humores
conuerſione, ſed diætæ mutatione in victus ratione & vitæ inſtituto. Nemo enim ex ſanguineo non
euadit bilioſus, qui perpetuo alimentis veſcitur calidioribus & ſiccioribus, (vt ſimilia omnia ſimilium *Qui bilioſus euadat quis.*
vſu fouentur & conſeruantur, & contraria à contrariis deſtruuntur) qui rapidis exercitiis, & continuis
C laboribus corpus fatigabit: quique ſuppreſſionem patitur excrementorum bilioſorum, quæ antea vel
natura, vel arte liberum effluxum habebant. At quiſquis veſcetur cibis craſſum ſanguinem gignenti-
bus, vt bubula carne, ceruina, leporina, caſeo veteri, ſalſamentisque omnibus, is proculdubio à natiua
temperie delapſus in melancholicam incidet. ſi præſertim ad illam victus rationem vitæ ratio acceſſe- *Qui melancholicus.*
rit, curis, ſollicitudinibus, ærumnis, acri & pertinaci ſtudio, ſolitudinibus, ac ſollicitis timoribus plena,
ſimul & ſedentario exercitio deſtituta, ſi calor internus tanquam pabulo fraudetur, marceſcit & tor-
pet: vnde craſſorum & fæculentorum humorum in corpore eluuies. Ad id etiam confert loci, in quo
degimus, frigidus ac ſiccus habitus, melancholici humoris per hæmorrhoidas, menſtrua, & inteſtina
euacuari ſoliti ſuppreſſio. Pituitoſum vero temperamentum ſibi acceſſet, quiſquis alimentis indulge- *Qui pituitoſus.*
bit frigidioribus & humidioribus, qui crapulæ, qui priuſquam prior cibus ab aluo deſcenderit, alius
ſubinde ventrem onerabit, qui ſtatim à cibo in exercitia violentius ruet, qui loca frigida & humida in-
colet, qui vitam ſecurus in omni otio exiget, qui denique pituitoſi humoris vomitu, ſcreatu, naribus,
quacunque denique ratione, ſeu natura, ſeu arte vacuari ſoliti ſuppreſſionem patietur. Hæc certe ſcire
magnopere intereſt, vt perſpectum nobis ſit, ſi qui in præſentiarum pituitoſo, melancholico, aut alio
D quouis temperamento cernitur, talis natura ſit, an talis neceſſitate euaſerit. His de Temperamentorum
natura expoſitis, & relegata partium corporis in anatomen deſcriptione, de facultatibus vitam noſtram
diſpenſantibus aggrediemur dicere, ſi prius practica exemplorum appoſitione, vſum ac certitudinem
regularum ante de Temperamentis poſitarum demonſtrauerimus.

Praxis ſuprapoſitarum de Temperamentis regularum. CAP. VII.

QVo traditam ſupra de Temperamentis theoriam ad praxim reuocemus, viſum eſt vitandæ con-
fuſionis gratia, quæ tenebras noſtræ huic introductioni offunderet, ſi ſingulas Temperamento- *Mundi quatuor termini & plagæ.*
rum differentias, quæ in ſingulis ſingularum nationum hominibus elucent, perſequi vellemus, termi-
nos eoſdem nobis conſtituere, quos natura huic mundo poſitos eſſe voluit: nempe Meridionalem, *Norma temperamentorum in indiuiduo.*
Septentrionalem, Orientalem & Occidentalem, eorumque terminorum tanquam centrum, vt homi-
num, regiones illas tanta locorum intercapedine diſſitas, incolentium, deſcripta temperamentorum
E varietas in colore, habitu, moribus, ſtudiis, actionibus, & vitæ ratione, ſit velut norma quædam, qua de
cuiuſque temperie in indiuiduo, certo pronunciare poſſimus prout ab hac aut illa regione propius aut
longius abeſſe videbitur. Qui Meridiem incolunt, vt Afri, Æthiopes, Arabes, Ægyptii, fere diſſimiles
exiſtunt, macilenti, excarnes, colore obſcuro, cano & pallido, oculis nigris, labiis prætumidis, capillis *Meridionalium temperamentum.*
criſpis, voce molli & tenui. Qui vero Septentrioni ſubiecta loca habitant, vt Scythæ, Sarmatæ, Germa- *Septentrionalium.*
ni, faciei colore albo, moderato ſanguine ſuffuſo viſuntur, molli cute & delicata, pronuntia, ſuſa, ſul ſlu-
ua, rutila cæſarie, ſtatura procera, vt plurimum bene conſtituta & compoſita, denſo & pingui corporis
habitu, oculis cæſiis, voce aſpera, rauca & graui. Atqui inter hos media tenent, vt Itali & Franci, nigella
cernuntur facie, formoſi, alacres, robuſti, hirti, graciles, ca[illegible], oculis caprinis, non ita raro cæſiis, voce
clara, canora & ſuaui.

Meridionales mente, Septentrionales manu valere.

Meridionales corpore & viribus tanto à Septentrionalib. vincuntur, quanto hos ingenio ſuperant, A
& animaduertimus. hinc in hiſtoriis legas Scythas, Gothos & Wandalos infinitis incurſionibus Africam
& Hiſpaniam diuexaſſe, maxima denique & clariſſima imperia à Septentrione ad Meridiem propagata
& porrecta fuiſſe. Pauca vero aut nulla à Meridie in Septentrionem. Itaque Septentrionales cum omne
ius in armis poſitum eſſe putarent, ſolo duello lites inter ciues ſuos obortas decernebant, vt ex anti-

Ab his duello, ac, ceptentur lites.

quis Longobardorum, Anglorum, Burgundorum, Danorum & Germanorum legibus & inſtitutis in-
telligimus cautumque id aliquando à Frontone Danorum rege apud Saxonem Grammaticum anim-
aduertimus. Quem morem etiam hodie paſſim apud Moſcouitas vigere ferunt. Sed ab eo ritu longè
Meridionales ſemper abhorruerunt, eumque ferarum potius, quam hominum eſſe arbitrati ſunt. Ita-
que nihil ſimile ab Aſſyriis, Ægyptiis, Perſis, aut Hebræis vſurpatum vnquam audiuimus. Verum in-
genij bonitate impulſi, regna ſibi & imperia in literarum & abditarum ſcientiarum ſolo erexerunt.
Cum enim natura ex temperiei ſiccitate melancholici ſint, ſe ſua ſponte ſolitudini dedunt, & contem-

Meridionales literati & religioſi.

plationi, cum inſigni ſint ingenij acumine, ſe addicunt. Itaque Æthiopes, Ægyptii, Afri, Hebræi, Phœ-
nices, Perſæ, Aſſyrii, & Indi ſcientias multas pulcherrimas adinuenerunt, naturæ myſteria & ſecreta re-
uelarunt, mathemata in ordinem digeſſerunt, motus cœli obſeruarunt, primique Deorum cultum & B
religioſa ſacra introduxerunt. Eouſque etiam, vt Arabes, qui niſi rapto viuunt, quique pro domicilio
ſolum carpentum habent, multa à maioribus in Aſtrologia diligenter & acute obſeruata ſe habere glo-
rientur, quæ indies acutiora & locupletiora reddita, ad poſteros hæreditario iure tranſmittant, vt eſt à
Leone Afro proditum. At Septentrionales, vt Germani, propter humorum & ſanguinis abundantiam,

Septentrionales egregij bellatores & opifices.

qua mens obruitur, ad ſenſibilia ſe demittunt, & ea, quæ manu fiunt opera. Eorum enim animi terrena
corporis mole grauati, à cœlo, & cœleſtium rerum contemplatione, in hæc inferiora facile reuocantur,
ad fodinas cuniculis actis veſtigandas, ad emenda & conflanda metalla, ad opera cudenda ducenda-
que ex ferro, chalybe, ære. Quibus in rebus adeo excelluerunt, vt bombardæ militaris & im-

Hominum dotes qui media tenent.

preſſoriæ artis inuentæ gloria penes illos ſit. Qui media tenent populi, nec ad occultiores ſcientias na-
ti, vt Meridionales, nec ad mechanica, vt Septentrionales apti, ciuilibus negotiis, ſeſe immiſcent &
commerciis ac mercaturæ faciendæ. Cæterum corporis viribus his inſtructi, quæ ſufficiant Meridiona-
lium ſutelis & artibus eludendis. Ea autem prudentia, quæ Septentrionalium furori & impetui coer-
cendo ſatis ſit. Hoc quam verum ſit, quiuis intelligere poteſt Carthaginenſium & Afrorum exemplo,
qui cum vafris conſiliis ſuis, ſubdolis technis, ac captiunculis Italiam per aliquot annos exercuiſſent, C
effugere tamen non potuerunt, quin tandem eluſis artibus, fortuniſque omnibus ſpoliati in Romano-

Septentrionales vincere norunt, at victoria vti nequeunt.

rum poteſtatem venerunt. Gothi, Hunni, aliique ab Aquilone populi, irruptionibus multis & inſulti-
bus in Romanum imperium graſſati ſunt, ſed conſilio & prudentia deſtituti, non potuerunt ea retine-
re, quæ ſibi armis & manu parauerant Ergo in eam rem Hiſtoricorum omnium eſt conſentiens opinio,

Togatorum & cauſidicorum examina ex Italia & Gallia.

bonas leges, & adminiſtrandæ Reipub formam, inſtituta omnia politica, diſſerendi & dicendi artes à
Græcis, Romanis, & Gallis manaſſe. hincque olim plura produſſe, & hodie etiam prodire ſcriptorum,
cauſidicorum, & togatorum hominum examina, quam ex reliquo toto orbe. Vt igitur ſuas ſingulis re-
gionibus dotes tribuamus, Meridionales ad literarum ſtudia, Septentrionales ad bella, & qui hos in-
terſiti ſunt ad imperia natos, inſtructoſque aſſeremus. Italo innata eſt prudentia, Hiſpano grauitas &
conſtantia, Gallo celeritas & diligentia: nam & hunc cum vel progreditur, currere dixeris, ad Iunoniũ

Hiſpanos Iunonium incedere.

Hiſpani ingreſſum contentione facta. Quæ cauſa exiſtit, cur Hiſpani Gallico famulitio præſertim ob-
lectentur, ob celerem ad omnia agilitatem. Orientales in primis ingenio ſunt firmo, ſtabili, & bene

Orientalium ingenia.

ſubacto, minime clauſa & arcana habentes ſua conſilia. Oriens enim naturæ eſt ſolaris, diei vero pars
illa, quæ ſolis ortui vicina eſt, dextra viriliſque habetur: & certe in animantibus dextra omnia ſiniſtris D

Occidentalium mores.

ſunt robuſtiora & vegetiora. At Occidui populi molliores ſunt, & effœminatiores, ac fronte animiſque
minus aperti, non facile quenquam ſecretorum ſuorum faciunt participem. Habetur enim occaſus
Lunæ tanquam obnoxius, quod ipſa per interlunia ad occaſum ſemper vergat, quo fit, vt tanquam no-

Subſolanus ſaluber.

cturnus ac ſiniſter ortui reputetur oppoſitus: minus temperatus, minuſque ſalubris eſt occaſus. Itaque
in ventorum genere nullus exiſtit magis ſalutaris, quam qui ab ortu flat Subſolanus. Etſi enim flatu in-
primis propitio & vitali Zephyrus ab Occaſu exoriatur, raro tamen ſpirat, ac ferme niſi occiduo
ſole.

Septentrionales guloſi & bibaces.

Septentrionales multi quidem cibi homines ſunt, ſed multo largioris potus, diſerti, vbi in vinum
proceſſerunt longius, ac dicenda tacendaque effutientes, in fide, pactiſque parum conſtantes, at pudi-
citiam, caſtitatemque præ cæteris colentes. Longe aliter, quam Meridionales, vt qui inſigniter parci

Qui dicendi ſint Barbari.

ſint & ſobrii, arcani, vafri: atque in omne nefandæ libidinis genus effuſi. Ariſtoteles *in Problematis* bar-
baras eas feraſq, nationes eſſe ait, tum quæ immoderato æſtu torrentur, tũ quæ frigoris exceſſu premũ-
tur, quod mollis cœli temperies mores animumque emolliat. Itaque vtrique tam Septentrionales, vt E
Scythæ & Germani; quam Meridionales, vt Afri, crudeles exiſtunt, ſed illi hoc habent ex innata quadã
ferocia, & militari audacia, & ab ira potius, quam ex præcogitato vindictæ appetitu: quod primos iræ

Sua cuique Septentrionali & Meridionali crudelitas.

impetus præ ſanguinis feruore rationis habenis coerceri nequeant. Si vero ab innata quadam
& inhumana morum malignitate, data opera & de induſtria præmeditati, ad crudelitatis ope-
ra ſe accingunt, quod triſti ſint & melancholica natura. Aquiloniæ crudelitatis exempla ex Tran-
ſyluanis petere licet, aduerſus ſeditioſum ducem Georgium, quem viuum militibus ſuis (triduana ine-

Val. Max. li. 9. ca. 2.

dia eam in rem maceratis) dilaniandum & dentibus diſcerpendum obiecerunt: moxque exenteratum,
& verubus toſtum, captiuis deuorandum appoſuerunt. Hannibalis vero Carthaginenſium ducis
crudelitas pro ſpecie Meridionalis crudelitatis ſufficiet. Is captiuos Romanos oneribus & itinere
feſſos,

A ſeſſos, prima pedum parte ſuccisâ relinquebat. Quod vero in caſtra perduxerat, patria fratrum & propinquorum iungens, ferro decernere cogebat, neque ante ſanguine explebatur, quam ad vnum victorem omnes redegiſſet. Americarum Auſtralium crudele ingenium ſpectemus: Hi in cæſorum hoſtium ſanguine pueros mergunt, deinde ſugunt, & membris colliſis epulantur.

Atque vt Meridionales multorum expertes ſunt morborum plethoricorum, quos ſanguinis parit redundantia, quibus Septentrionales ſunt obnoxii, vt febrium, fluxionum, tumorum, inſaniarum cum riſu, quæ per acceſsionem correptos ad ſaltandum, & choreas impellunt, (*Malum ſancti Viti appellant incolæ*) non aliunde, quam ex muſica remedium admiſſurarum: ſic phrenitidi cum mania & furore inuadenti, frequenter corripiuntur: cuius ardore ſæpe rapti, & tanquam extra ſe poſiti, futura prædicunt. Somniis tenentur horrificis, & per paroxyſmum linguis loquuntur peregrinis & exoticis: ſed & licheni, omni ſcabiei, ac denique elephantiaſi vernaculo velut morbo adeo ſunt peruii, vt per vtramque Mauritaniam iter agentibus, nulla tam frequenter occurrant ædificia, quam noſocomia hoſpitandis elephanticis dicata.

Meridionalium & Septentrionalium morbi.

Qui prærupta & montes incolunt, ferociores ſunt, & ad labores ferrei atq; indomiti: at qui per B plana degunt, præſertim ſi paluſtria fuerint, molli ſunt corpore, & ad primos labores ſudoribus diffluente, cuius rei fidem faciunt Bataui & Friſii. Quod ſi planities ſit eiuſmodi, quæ ſolis ardoribus extorreatur, & variis ventorum turbinibus perfletur, homines alit turbulentos, indomitos, ſeditionum & rerum nouandarum auidos, peruicaces, iugi & ſeruitutis impatientes, vt vel ſolo Narbonenſis Galliæ populorum exemplo innoteſcit.

Montani.

Qui ieiuna & ſterilia loca habitant, fere acutiores & ſolertiores exiſtunt, ac laborum patientiſſimi. Cui rei veritatem arrogant Athenienſium, Ligurum & Romanorum illuſtria illa ingenia, contrario plane Bœotorum in Græcia, Campanorum in Italia, & reliquorum Liguſtici maris accolarum exemplo.

Narbonenſium ingenia.

De Facultatibus CAP. VIII.

FAcultas, *poteſtas quædam eſt, & efficiens cauſa ex partis temperamento proueniens, alicuius in corpore actionis opifex.* Sunt autem facultates tres principes, corpus humanum, quamdiu ſua integritate fruitur, diſpenſantes: animalis, vitalis, & naturalis. Animalis in proprio cerebri temperamento ſedem habet, vnde in omnes corporis partes ſenſum & motum habituras per neruos diſtribuitur. Hæc trium eſt generum: C mouens enim alia eſt, alia ſentiens, tertia princeps. Sentiens in quinq; conſiſtit ſenſibus externis, viſu, auditu, guſtu, olfactu, odoratu, & tactu. Mouens in muſculis præſertim conſiſtit & neruis, tanquam idoneis motus voluntarii inſtrumentis. Princeps ratiocinationem, memoriam, & phantaſiam complectitur, phantaſiæ ambitu Galenus ſenſum communem ſeu internum comprehenſum eſſe voluit, etſi Ariſtoteles vtrumque diſtinxerit.

Quid facultas.
Facultates tres.
Animalis.

Vitalis ſedet in corde, vnde calor & vita toti corpori per arterias diſpenſatur: impeditur hæc præcipue in Thoracis præter naturam affectibus: vt illa princeps cum morbus aliquis cerebrum adoritur. Vitalis facultatis inſignior actio pulſatio eſt, & perpetua illa cordis atque arteriarum agitatio, quæ nempe corpori triplicem præſtat vſum: cordis enim & arteriarum dilatatione ſpiritus vitalis, allecti aeris beneficio, fouetur: contractione cordis fuligo repurgatur. Vtroque autem corporis vniuerſi natiuus calor temperatur.

Vitalis.
Pulſationis vſus triplex.

Poſtrema eſt facultas naturalis, quæ ſedem ſibi præcipue delegit in iecore alimentum illa in vniuerſum corpus diffundit. Eſt vero omnino in tres alias facultates diſtincta: generatricem, quæ generationi & fœtus in vtero formationi præeſt: Auctricem, quæ à formato fœtu vſq; in perfectum partium ſolidarum penes omnem ta dimenſionem longitudinis, altitudinis, & latitudinis incrementum viget. Altri- D cem, quæ vtriq; quaſi mœrtuens reparat, reponitq; continuum triplicis ſubſtantiæ effluxum. Eſt enim nutritio nihil aliud, quam *vacuati quædam repletio.* Altrix hæc à primo conformati fœtus exordio vſque ad eiuſdem prope, vitæ interitum. Magnæ itaque in re medica eſt contemplationis: quatuor vero aliarum ipſi velut famulantium completur ſubſidio. Attractricis nempe, retentricis, coctricis, & expultricis. Attractrix idoneum alendo corpori ſuccum allicit: eum dico, qui parti appoſitus adſimilari poteſt. Hæc illa facultas eſt, quæ in famelicis hominibus vix dum præmanſum cibum, vel primoribus labris delibatum potum, in latrantem ac velut obuium ſtomachum pertrahit.

Facultas naturalis triplex.
Quid nutritio.
Altrici quatuor aliæ facultates inſeruiunt.

Retentrix facultas eſt, quæ attractum alimentum tantiſper retinet, quoad plane elaboratum ac perfecte concoctum extiterit. Quare coctrici facultati non leue adfert adiumentum. Calor enim natiuus coctionis munus implere nequit, niſi cibus partis complexum accipiat, & in eodem aliquandiu hærens moram trahat. Alias ingeſta in ventriculum alimenta nunquam chyli formam induunt, niſi in ipſius rugis tanquam in ſalebra ad iuſtum chyloſeos tempus reſiterint. Concoctrix attractum & retentum alimentum in partis ipſius, cuius facultas exiſtit, ſubſtantiam adſimilat vi caloris inſiti & propriæ partis complexionis. Sic plane ventriculus eſculenta, poculentaque omnia in chylum, & hepar E chylum in ſanguinem commutat: os autem & neruus allapſum per capillares venas ſanguinem, qui ruber & liquidus eſt, in ſubſtantiam albam & ſolidam conuertunt. Eiuſmodi coctio in oſſe & neruo longe operoſior eſt, quam in carne muſculoſa. Ab huius enim natura, quia ſanguis non longe abeſt, ideo vel leui incidente mutatione & concretione in carnem coit. Sed nunquam naturæ & partium votis, hæc reſpondebit concoctio, niſi recrementis defæcatum ſordes ſuas, in partis ſubſtantiam nunquam abiturus, deponat alimentum. Itaq; non à prima modo & ſecunda concoctione duo ſuperſunt concrementorum genera, craſſum vnum, & tenue alterum, vt prædictum à nobis eſt; Sed & à tertia, quæ in ſingulis fit partibus. Vnum ſola ratione concipimus [illegible] inſenſilem tranſpirationem in

Retentricis neceſſitas.
Duo cuiuſq; concoctionis excrementa.

tenues auras vaneſcit. Alterum alias ſudoribus, alias craſſamento quodam pingui, quod ſabuculas A inficit, alias ex pilorum & vnguium generatione, quorum materia ex fuliginoſis eſt, & terreſtribus tertiæ coctionis recrementis innoteſcit. Quare neceſſaria fuit quarta facultas, quæ ad nutritionem non contemnendam operam conferret: expultrix dicta, illis excrementitiis ſuperfluitatibus excernendis dicata, quæ nulla caloris actione, partis ipſius formam ſubire potuerunt. Huiuſmodi facultates nutritioni ſubſeruientes quibuſdam in partibus duplices exiſtunt, quædam nempe communes, quarum fructus in vniuerſum corpus redundat, vt in ventriculo, iecore, & venis. Aliæ tantummodo partibus ipſis ſtudentes, in quibus ſedent defixæ, & quibuſdam partibus omnes illæ quatuor tum communes, tum propriæ inſunt, vt in modo dictis partibus: quibuſdam cum quatuor propriis duæ tantum communes adſunt, vt veſiculæ felleæ, lieni, renibus, & veſicæ. Aliæ ſolis propriis ſunt contentæ, vt partes ſimilares & muſculoſæ, quibus ſi harum quatuor facultatum aliqua deeſt, ipſarum ſanitas labefacta-

Quibus gradibus alimentum aſſimiletur. tur, per atrophiam, vlcus, aliaſve ſimiles contra naturam affectiones iuſtæ & laudabilis nutritionis fruſtratione. At ſi ipſas, quod ſui eſt muneris rite obire contigerit, in propriam ſe induet partis ſubſtantiam alimentum, vereque his tanquam gradibus adſimilabitur. Primum ad partem affluere ipſum oportet, mox apponi: inde agglutinari: tandem, vt dictum eſt, adſimilari. Nunc dicendum de actionibus, quæ à facultatibus manant. B

De Actionibus. CAP. IX.

Quid actio. ACtio, ſeu functio, eſt *motus actiuus à facultate dimanans*: vt enim à temperamento facultas, ſic à facultate actio, & ab actione opus conſecutionis quodam ordine dependet: Etſi vero actionis &

Actio & opus differunt. operis nomina ſæpe confundantur, hoc tamen intereſt, quod actio motum indicet circa rei effectionem: at opus rem ipſam iam effectam: verbi gratia, nutritio & carnis generatio actiones ſunt naturales: at partes nutritæ, vlcuſque cauum, carne expletum motus illius ſeu actionis opera exiſtunt. Quare

Inſtrumentorum ſanitas in debita conformatione exiſtit. opus ab actione, vt hæc a facultate manat concurrente inſtrumentorum integritate. Vt enim ſi facultas vel deficit vel læſa eſt, nulla pulchre fiet actio: ſic niſi inſtrumenta natiuam & debitam ſeruent conformationem (quæ vera illorum eſt ſanitas, actionis, inſtrumento propriæ, opifex, nihil eorum, quæ fieri debent, bene fiet. Itaque ad inculpatas actiones edendas concurrat oportet cum facultate inſtrumenti legitima conformatio. Sunt vero actiones in duplici differentia: Nam vel naturales ſunt, vel voluntariæ. Naturales dictæ ſunt, quod non ſponte noſtra, ſed ſponte ſua, & inuitis nobis fiunt. Cu- C

Actiones naturales. iuſmodi ſunt cordis illa perennis agitatio, arteriarum pulſus, excrementorum diſtributio, & alias ſimiles, quæ velimus, nolimus, naturæ lege in nobis fiunt. Manant hæ actiones vel a iecore & venis, vel a corde & arteriis. Itaque illas naturalium & vitalium nomine complecti poterimus. Nam cuique facultati ſua eſt tribuenda actio, ne facultatem otioſam, ac nihil, quod ſit vſui moleſtum, conſtituere videamur. Inuoluntariæ vitales ſunt cordis & arteriarum dilatatio & contractio, quas vno pulſus nomine complectimur: Illa materiæ attrahuntur, hac depelluntur. Inuoluntariæ naturales ſunt.

Generatio				*Generatrice*
auctio	{	*Quæ manant à facultate*	{	*auctrice*
nutritio				*& nutrice*

Quid generatio. Generatio nihil aliud eſt, *quam materiæ quadam informatio ſeu acquiſitio, & introductio formæ ſubſtantialis in materia.* Duarum hæc facultatum completur ſubſidio: Alteratricis, quæ [illegible] menſtruum varie præparat & diſponit, ad oſſis, nerui, lienis, carnis, & ſimilium [illegible] induendam: Formatricis, quæ varia præparatione diſpoſitam materiam figura ornat, [illegible] compoſitione. D

Quid auctio. Auctio eſt *partium ſolidarum amplificatio, in longum, latum, & profundum integra & [illegible] priſtina forma in figura & ſoliditate.* Ex ſolis autem partibus ſolidis auctionis omnis [illegible]: Non enim ſi corpus in carneam aut adipoſam intumeſcit molem, propterea augeri [illegible] demum, ſi vna pari incremento augeſcant partes ſolidæ, præcipue oſſa, quod ad horum incrementum totius corporis ſequatur accreſſio, etſi forte interim macie extenuetur & tabeſcat.

Quid nutritio. Nutritio eſt *perfecta eius, quod coquitur, alimenti in coquentis partis naturam adſimilatio.* Completur hæc quatuor ſubſidiariarum actionũ adminiculo, attractionis, retentionis, coctionis, & excretionis.

Actiones voluntariæ. Voluntariæ actiones, quas ſponte noſtra ſuſcipimus, ſic dictæ ſunt, quod pro voluntatis arbitrio illas ſiſtere, excitare, tardare, aut incitare poſſimus. Triplices illæ omnino exiſtunt: [illegible] ſenſus alia, princeps denique alia exiſtit actio. Sentiens anima quinque omnino ſenſibus [illegible] comprehendit, viſu, auditu, olfactu, guſtu, & tactu. Ad hos edendos tria concurrant neceſſe eſt, organum, medium, & obiectum. Præcipuum organum ſpiritus eſt animalis [illegible] corporis partes diffuſus, a quibus tales ſuſcipiuntur actiones: ob id partes [illegible] ſentiarum vſurpabimus. Medium corpus eſt, quod obiectum ad ipſam [illegible] E Obiectum externa quædam qualitas eſt, cui vis ineſt ciendi & alterandi [illegible] comparatum. Clarior res hæc euadet ſingulis ſenſuum functionibus per [illegible] concurſum expoſitis.

Qui viſio fiat. Viſus ſeu viſio facultatis videndi actio eſt, [illegible] bus, vt decet, inſtructo, adeoque actionis illius corpore organico, [illegible] viſibilis ad oculum delata. Eſt vero tale obiectum duplex. [illegible] viſibile eſt, vt ſol, ignis, luna, & ſtellæ: vel alterius velut opem, vt tale ſit actu, deſiderat. Sic enim luminis aduentu colores poteſtate viſibiles ad oculum delati, actu [illegible]

Quid auditio. Cæterum talibus obiectis ad [illegible] non licet, niſi per [illegible]

minatum,

A minatum, cuiuſmodi ſunt aer, aqua, vitrum, & cryſtalli genera omnia. Auditus, pro organo meatum habet auditorium, qui ad os petroſum tendit, ſupertexta membranula neruo auditorio & interiore quodam ſpiritu illic concluſo inſtructum. Obiectum eſt omnis ſonus ex percuſſo aere reſiliens, & duorum corporum concurrentium colliſione. Medium eſt aer ambiens, qui ſonum ad meatum defert auditorium.

Qui olfactus.

Olfactus fit in proceſsibus mammillaribus ex propria cerebri ſubſtantia productis, naribus ſummis inſidentibus ex Galeni ſententia: quanquam alii malunt, fieri olfactum in ipſis anterioribus cerebri ventriculis. Actio hæc imbecilla eſt in homine ad reliqua animantia comparatione. Obiectum eius eſt odor omnis: ſeu exhalatio fumida è corporibus expirans. Medium, quo obiectum ad nares defertur terreſtribus quidem & volatilibus aer eſt, at piſcibus aqua ipſa.

Qui guſtus.

Guſtus actio à lingua ſuſcipitur bene & ſecundum naturam comparata, inſtructaque neruo a tertia & quarta cerebri coniugatione in ipſius ſuperficiem diffuſo. Obiectum eſt ſapor: de cuius natura & ſpeciebus, a nobis in antidotario fiet mentio. Medium, quo obiectum id ad organum ita defertur, vt ipſum alliciat: vel externum eſt, vel internum. Externum eſt ſaliua illa, quæ linguam velut iungit

B perfunditque. Internum caro ipſius linguæ ſpongioſa, quæ obiecti qualitate affecta, mox quoque & inſidentem neruum ita afficit, vt eius ſpecies vi ſpiritus in communem ſenſum inferatur. Tactionem partes omnes ſuſcipiunt tangendi neruo donatæ, is ſenſus excitatur præcipue cum tractabilis qualitas ad veram vſque cutem neruoſam penitus & cuticulæ ſeu epidermidi ſubiectam penetrat. Eum vero elucere in ea, quæ digitos extremos veſtit, cute, antea notauimus. Obiectum eſt tractabilis omnis qualitas ſeu illa primi ſit qualitatum ordinis, caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas: ſeu ſecundi, aſperitas, lenitas, grauitas, leuitas, durities, mollities, raritas, denſitas, friabilitas, vnctuoſitas, craſsities, tenuitas. Medium, cuius interuentu inſtrumentum afficitur, vel cutis eſt, vel caro neruis multis intertexta.

Qui tactio.

De motu.

Quæ ſequitur animalis actio, motus eſt, peculiari nomine voluntarius dictus. Hanc ſuſcipit, efficitque muſculus proprium voluntarii motus inſtrumentum. Fit porro omnis motus membri muſculo inſtructi vel flexu & contractione, vel extenſione. quanquam in genere tot motus voluntarii differentiæ exiſtunt, quot ſitus in loco ſpecies commemorantur, itaq; ſurſum motus fieri dicitur, deorſum, ſiniſtrorſum, antrorſum, & retrorſum. Huc motuum infinita genera, quæ muſculorum infinita varie-

C tas edit in corpore, referuntur. In hunc voluntarium actionum cenſum, venit reſpiratio, quod muſculorum ope fiat: etſi ad cordis temperandum calorem ſit comparata. Hanc enim tardare poſſumus, cum volumus & rurſum citatiorem reddere: Quæ demum voluntarii motus ſunt conditiones. Denique vt habeamus, in quo aduerſus infinitas quæſtiones, quæ hac de re moueri ſolent, conquieſcere tuto poſſimus, tenendum illud eſt, reſpirationem a facultate animali edi & ſuſcipi, vitalis autem gratia inſtitui. Princeps actio & in voluntariarum genere primaria in tres omnino diuiſa eſt; imaginationem, ratiocinationem, & memoriam.

Qui reſpiratio motus ſit voluntarius.

Princeps actiones tres.

Imaginatio.

Imaginatio *effictio quadam eſt, & apprehenſio, qua rerum ſenſibilium ſpectra & ſimulachra diſcernit & internoſcit.*

Ratiocinatio.

Ratiocinatio eſt *conceptarum & apprehenſarum imaginum per collationem ipſarum ad inuicem iudex quadam æſtimatio.*

Memoria quid.

Memoria omnium firma cuſtos eſt, & tanquam theſaurus, quam ſæpe mens explicat & aperit feriantibus alijs animi agitationibus. At quia commemoratæ actiones omnes ſeu naturales illæ ſunt, ſeu animales & voluntariæ, ſpirituum fiunt & complentur adminiculo; Ideo nunc dicendum de ſpiritibus eſt.

D

De Spiritibus. CAP. X.

Quid ſpiritus.

SPiritus *ſubſtantia eſt tenuis & aerea ex tenuiore ſanguine ſuſcitata, vt eſſet facultatum, quarum potentia corpus vniuerſum regitur, ad omnes eius partes vehiculum, & primarum functionum obeundarum inſtrumentum.* Huius enim benigno appulſu illæ deſtitutæ illico feriantur omnes & a ſolitis muneribus tanquam emortuæ quieſcunt. Hinc eſt quod pro facultatum numero ſpirituum varietatem commiſcentes, tripartito hunc diuiſerunt, vt eſſet alius animalis, alius vitalis, alius naturalis. Animalis ſpiritus domicilium ſibi conſtituit in cerebro. Illic enim præparatur & abſoluitur. vt inde per neruos delatus, ſentiendi & mouendi vim membris omnibus impertiat. Argumento eſt, quod hyeme gelidiſsima ſeu per interceptionem viarum, ſeu per concretionem eiuſmodi ſpirituum rigent artus, ſtupentque manus, torpent denique omnia ſolita motus agilitate & ſenſus acumine deſtituta. Animalis dicitur, non quod animæ ſubſtantia ſit, ſed quod primum ipſius organum. Subſtantiam ergo habet tenuiſſimam & ætheream: atque pro ſenſoriorum, in quæ illabitur, varia conditione varia ſortitur nomina: qui enim viſum facit, viſiuus dicitur. Hunc oculi attritu de nocte velut expreſſum crebris micantem ignibus intueri licet. Qui ad auditorium meatum fertur, auditiuus nominatur. Qui ad tangendi organa, tactiuus, eſt-

Spiritus triplex.

Vnde dicatur ſpiritus animalis.

Qui fiat.

E que par cæterorum ratio. Fit elaboraturque in venarum & arteriarum cerebri plexibus & anfractibus ex prætenui ſpiritus vitalis portione, eo per carotidas arterias elata: nonnunquam & ex aere puro aut vapore odorato inſpiratu per nares allecto. Hinc ſtrictis ligaturis aditum ad partem, quam reſcindere conſilium eſt, intercludimus. Idem facit per apoplexias & paralyſes humor obſtruens, quo fit, vt ſubiecta membra alias ſine motu, alias ſine ſenſu & motu moribunda langueant. Illi nobilitate & præſtantia ſecundus vitalis ſpiritus in cordis ſiniſtro præſertim ventriculo habitat, vnde per arteriarum canales in vniuerſum corpus decurrit, vt calorem in ſingularum partium ſubſtantia defixum foueat, breui periturum, niſi fluentis vna cum hoc ſpiritu caloris appulſu recrearetur. Et quia ſecundum animalem tenuiſſimus eſt natura, ipſum, ne vaneſceret, neruoſa arteriæ tunica venarum tunica quintuplo

Vitalis ſpiritus.

craſſiore, vt ex Herophili ſententia prodit Galenus, coerceri voluit. Materiam habet ex tenuiore ſanguinis exhalatione & eo, quem ſpirando ducimus, aere. Itaque per immodicas ſpirituoſæ ſubſtantiæ effluuia, per efficaces vacuationes prompte deperit: quemadmodum per horum corruptiones, aeris peſtilentis, aut tetri vaporis inſpiratu facile corrumpitur, quæ res tam præcipua peſte correptorum necis cauſa eſt. Sæpe per obſtructiones, plethoras, ingentes inflammationes hic ſpiritus in ingreſſu ad partem aliquam prohibetur, quo fit, vt breui marceſcente calore ipſius fixo & innato promptus fit in gangrænam & ſphacelum tranſitus. A

Qua eius materia.

De naturali ſpiritu dubitatur.

Spiritus naturalis ſi quis forte ſit, ſtationem in hepate habet & venis. Craſſior longe eſt & obſcurior cæteris, dignitate etiam & actionis, vſuſq; præſtantia, inferior. Vſus eius eſt nutricæ concoctionem tum vniuerſi corporis, tum ſingularum eius partium, & ad eas ſanguinem caloremq; deferre.

Spiritus fixi.

Præter commemoratos alii ſunt ſpiritus fixi, & in ſimilaribus, primiſq; corporis partibus inſiti: qui & ipſi naturales ſunt & loci illius, in quo quiſque inſerti ſunt & depaſti, indigenæ. Et quoniam æthereæ ſunt etiam, atq; igneæ naturæ, Sic calori natiuo coniuncti ſunt vel vniti potius, vt ab ipſo non magis ſeparari queant, quam flamma a calore: quare & functionum, quæ in ſingulis particulis fiunt, cum fluentibus illis ſint prima inſtrumenta, fouentur permanentiamq; habent ſpiritus illi innati ab humore B

Radicalis humor.

radicali & primigenio, qui ſubſtantiæ eſt aereæ & oleosæ & horum ſpirituum calorisq; innati tanquam fundamentum. Itaq; ſine hoc humido nulli ne ad punctum quidem temporis, vita durare contingit. Sed & primaria animæ inſtrumenta ſunt ſpiritus illi cum calore natiuo. Humore igitur hoc primigenio

Mors naturalis.

diſſipato & abſumpto, qui ſpirituum calorisq; eſt ſedes, pabulum & fomentum, qui perſiſtere ipſi poterunt amplius & conſtare? Ergo ad ſalutaris huius & ſubſtantifici humoris detrimentum ſequitur caloris marcor: quare & mors, quæ per caloris natiui reſolutionem diſſipationemq; contingit. Quia vero horum ſpirituum & caloris innati naturas ſingularum ſimilarium partium ſubſtantiam depre[illegible] eſt, dicitur neceſſario, vt quod partium ſimilarium ſpecies totidem ſint & ſpirituum fixorum. Cuique enim quia ſua & priuata temperies eſt & coagmentatio, ſuus etiam & proprius ineſt ſpiritus, ſuus item & calor fixus ac inſitus, qui hinc vt permanentiam, ſic & originem habet. Quare qui oſſis ſpiritus eſt & calor inſitus, alius eſt ab eo, qui in neruo, venæ, talive ſimilaris alterius partis ſubſtantiam eſt inditus, quod illarum partium diuerſa ſit temperies, diuerſa item elementorum mixtio, vnde primum coaluere. Nec vero leuioris eſt operis hæc de ſpiritibus contemplatio: quia in his naturæ noſtræ virtus omnis

Spirituum vſus & neceſſitas.

eſt & robur. His caſu aliquo diſſipatis aut abſorptis languemus inertia, nec ſanus vlla vitæ reſiſtit[illegible]bilis, paulatim vitæ flore marceſcente. Quæ res magis attentos tenere debet animos noſtros ad horum tutelam aduerſus perenne triplicis ſubſtantiæ effluuium. Si enim emarcuerint, iacet iam omnis propria curandi morbi indicatio: vt qua induſtria poſthabita ſæpe cogamur ad reſtaurandas, reparandasq; vires omnes conſilium conferre. Id vero fit cibis euchymis & concoctu diſtributuq; facilimis, generoſo vino, & ſuaue ſpirantibus odoribus. Alias vero ſpiritus illi non quidem diſſipari, ſed in[illegible] concreti & ad fontes ſuos retrouerſi oppreſſionem faciunt & patiuntur. quo fit, vt ſæpe artuum vinculis & frictionibus illorum cogamur diffuſionem & expanſionem moliri. Huc vſque nobis ſermo fuit de rebus, quæ quia naturam noſtram conſtituunt, naturales dicuntur: reſtat vt de illarum annexis & conditionis familiaritate vicinius aliquid dicamus. C

Quod ſpirituum diſſipationi remedium.

Quod ſpirituũ oppreſſioni ſeu concitationi remedium.

Rebus naturalibus annexa ſunt & cognata.
- *Aetas: de qua propter argumenti ſimilitudinem, cum de temperamentis ageremus, coacti fuimus dicere.*
- *Sexus:*
- *Color: de quo item dictum iam à nobis eſt.*
- *Partium organicarum commoderatio.* D
- *Tempus: cuius etiam vires expendimus*
- *Regio:*
- *Victus ratio, & vita inſtitutum:*

De Rerum naturalium annexis. CAP. XI.

Quid ſexus.

SExus non aliud quicquam notat, quam maris & fœminæ diſtinctionem, in quo id in primis venit conſiderandum, maris & fœminæ, quod ad partes corporis, partiumque ſitum attinet, parum intereſſe: fœminæ tamen quam mari parciorem ineſſe calorem. Itaq, illi partes ſpermaticas ineſſe frigidiores, molliores, humidiores, omnes deniq; actiones naturales minus vegetas & deteriores. Ad hanc fœminarum naturam referenda eunuchorum natura, vt qui in fœmineam naturam videantur degenerasse: Nam caloris defectu glabrum corpus, & vox mollis atq; acuta fœmineam egregie ſonant. Animaduertendum tamen eſt, quod reperiuntur fœminæ quædam, quæ, vt ſic loquar, maſculiniſſant, quod & vox virilis & barbitio obſeptum mentum arguunt. Sed & contra maſculi quidam (ſi ita loqui liceat) fœmininiſſant, qui & inde molles atq; effœminati dicuntur. Hermaphroditus velut anceptis ac dubiæ naturæ, inter vtrumq; ſexum medius, per maris & fœminæ participationem eſſe videtur. E

Quæ fœminarum natura.

Eunuchos eſſe fœminas.

Hermaphroditus.

Color temperamenti index.

Qui in corporis habitu & ſuperficie nitet color, cutemque ſuffundit, temperamenti, qualecunque id fuerit, eſt index: Nam vt notat Galenus *comment. Aphor. 2. ſect. 1.* talis in nobis effulget color, qualis eſt ſubiectus humor. Quare ſi roſeus quidam nitor genas colorat, abundare ſanguinem, ac ſpirituum vbertate differtum corpus, indicio eſt: At ſi luteo colore inficitur cutis, bilem: Si albicante & pallido, pituitam: Si nigrante & fuſco, melancholicum humorem dominari, argumento eſt. Sed & in excrementis, quę naturæ lege exeunt, non poſtremæ eſt color conſiderationis. Sic enim ſi vlcus rupta vomica pus effundat album, partis, vnde manat integritatem arguunt. Sin ſaniotum aut cruentum, viride,

liuidum,

A liuidum, aut vari egatum imbecillitatem ſolidæ partis denotat, quæ humo. e in excrementitium, colore, quatenus licebat ſibi coquendo adſimilare nequiuerit. Tumorem præter naturam par ratio eſt: Vt enim color eſt, ita humoris tumorem comitantis dominium eſſe ſolet.

Organicarū partium conformationem rebus qualitatibus abſolut.

Organicarum partium commoderatio, quæ dicitur ſeu integritas, ex figura expenditur, magnitudine, numero, ſitu, & connexione atque conſociatione adinuicem. Figuram conſideramus, cum dicimus partes corporis externas fere omnes in orbem à natura eſſe concinnatas, non ad ſpeciem modo, ſed & ad neceſſitatem, quo ſic læues, & nullis confractæ angulis occurſantium extrinſecus iniuriæ minus paterent. Magnitudinem dicimus, cum amplas alias & craſſas, preſſas alias & emaciatas enunciamus. Numerum vero, cum ſupereſſe aliquas, deficere alias, aut nihil neq; deeſſe, neque deſiderari, notamus. Situm & connexionem inſinuamus, cum ſintne ſuo quæque loco, ſintne decenter aptæ adinuicem & conſociatæ, inquirimus.

Quatuor anni temporum viciſſitudines vbi de temperamentis egimus, ſumus executi. Regionis vero conſideratio, quia idem cum aere ſubit iudicium, relegabitur in eam, quam de aere paramus inter res non naturales, diſquiſitionem.

Diæta.

B Vitæ inſtitutum & victus ratio, quia immutandi aut conſeruandi temperamenti maximam vim habent; Ideo diligenter nobis ſunt attendenda. Sed quia in infinita prope varietate exiſtunt; Ideo vix in artem, quæ omnes victus rationis, & vitæ inſtituti differentias perſequatur, cadere poſſe videntur. Ergo ſi vitæ inſtitutum ſit laborioſum, quale eſt agricolarū, nautarum, & aliorum opificum, eiuſmodi partes corporis denſat, roborat, deſiccat. Quanquam quibus labor circa aquas eſt obeundus, illi frigidis humidiſq; morbis, etſi ſe prope labore conficiant, magis infeſtantur. Contra vero qui metalla tractant vt ferrarū fabri omnes, quiq; fuſa æra in opus ducunt & conflant, morbis calidis, vt febribus potius exercentur. Quod ſi ſedentaria ſit vita, vt ſutorum, qui domi totos ſedendo dies opus ſuum faciunt, corpori mollitiem, carnis effœminationem, & excrementorum prouentum acceſſet. Idem facit vita tum corpore otioſa & negligens, tum animo ſecura in omni epularum luxu & abundantia. Hinc enim calculo, hinc arenulis, hinc arthritidi corpora redduntur obnoxia. quæ modico labore, cultu, victuq; corporis vita ſuſcipitur, ingenito corporis temperamento tuendo videtur eſſe idonea. Plura ex ſe Chirurgus ingenioſus, quæ ſpecialius ad harum rerum examen faciant, ſibi poterit comminiſci. Ergo breuiter rebus naturalibus & his, quæ illis cognatione ſunt affines, expoſitis, ordinis ratio videtur

Mediocris diæta commoda.

C poſtulare, vt de non naturalibus inquiramus.

De Rebus non naturalibus. CAP. XII.

Cur dictæ res non naturales.

RES, de quibus ſumus dehinc verba facturi, non naturales à recentioribus Medicis fuere nuncupatæ, quod non ſint ex earum numero, quæ corporis humani conſtitutionem compoſitionemque ingrediuntur: quemadmodum elementa, humores & ſimilia omnia, quæ antea ſub naturalium nomine complexi ſumus. quanquam eiuſmodi ſunt, vt corpori iam conſtituto & compoſito tuendo ſint neceſſariæ. Ex quo & conſeruatrices à Galeno dictæ fuere, quod earum vſu legitimo corpus perſtet incolume. Neutræ etiam & ancipites dici poſſunt, quod iure & loco vſurpatæ ſanitatem tueantur: inconſiderate vero morbos acceſſant. Quo factum eſt, vt ad eam medicinæ partem pertinere putentur, quæ eſt de ſanitate tuenda, non quidem, quod eiuſmodi rerum nonnullæ abſolutæ & natura ſua ſalubres, inſalubres aliæ eſſent, ſed hoc ipſo tantummodo, quod tales fiant & euadant vſu legitimo vel præpoſtero.

Galen. 1. ad Glauc.

Ergo vſum eiuſmodi rerum ex quatuor conditionibus expendimus: quantitate, qualitate, occaſione, & vtendi modo: Has ſi obſeruaueris, hoc conſequeris, & efficies vt quæ res ex ſe velut ancipites

D ſunt, certos adferant ſanitatis fructus. Tam enim late patent quatuor hæ circumſtantiæ, vt his tanquā artis apicibus, contineantur regulæ, quæ de ſanitate tuenda tradi poſſunt. Res vero ipſas non naturales Galenus alias quatuor vocibus complexus eſt, Sumendorum, nempe, Admouendorum, Educendorum, & Faciendorum. Sumenda ſunt, quæ intro in corpus ſeu ore, ſeu alia quauis via ingeruntur, quo in genere ſunt aer, cibus & potus. Admouenda ſunt, quæ corpori per contactum applicari debent, cuiuſmodi eſt aer nuper dictus, vario qualitatum ſuarum contagio caloris, frigoris, humiditatis, aut ſiccitatis corpora efficiens. Educenda dicuntur, quæcunque inutilia in corpore genita excerni poſtulant. Facienda vero ſunt labor, quies, ſomnus, vigiliæ, & ſimilia. Hæc omnia diſtinctius & propriorum nominum expreſſione ad ſex reuocare licet. Quæ ſunt

1. De ſanit. tuenda.

1. Aer,
2. Cibus & potus,
3. Labor & quies,
4. Somnus & vigiliæ.
5. Repletio & inanitio ſeu excernenda & retinenda. Et 6. animi perturbationes.

E

De Aere. CAP. XIII.

Aeris ad vitam neceſſitas.

AEris ad vitam tanta eſt neceſſitas, vt ſine ipſo ne punctum quidem temporis viuere poſſimus, ſi modo reſpiratio, & multo magis tranſpiratio eſt à vita inſeparabilis. Itaq; noſſe eſt operæprecium, quis aer ſit ſalubris & quis inſalubris, & quis pro ægro aduerſus morbum qualitatum diſſidio pugnet, aut contra qualitatum ſimilitudine morbum foueat, vt ſi morbificis damnis ægrum cumulare videatur, ipſum arte corrigamus. Sic in capitis tractandis vulneribus, hyeme præſertim, omni induſtria aerē quo incaleſcat procuramus. Eſt enim frigidum cerebro, oſſibus, earumq; partium vulnerib. inimicum;

calidum vero amicum. Sed & aere calidiore, inſpiratione in corpus allecto, nouo æſtu cor, pulmones, ſpiritusq; incandeſcant, & debilitantur vires, ſpirituum tenuiorum diſſipatione: frigidiore pariter facultatum robur languet & torpeſcit ſeu per ſuppreſſionem fuliginis, ſeu per ſpirituum inſpiſſationem. A

Quis aer ſalutaris.

Ergo ſalubris ille demum aer æſtimandus eſt, qui ſerenus, qui tenuis, qui purus, & in omnẽ partem liber & patens exiſtit, qui procul abeſt ab omni cadauerosa cæterorum animantium, aliarumve quarumlibet rerum putreſcentium inquinatione, qui longe diſſitus eſt a ſtagnis, paludibus, & graue teterrimumq; reſpirantibus cauernis, neque vicino flumine nebuloſior neque humentior eſt. Talis, inquam, aer ſi ad

Inſalubris.

vernam accedat temperiem, vtiliter ſe habet aduerſus omnes morbos. Illi contrarius aer omnino eſt inſalubris, nempe putridus, concluſus, preſſuſque vicinorum montium anguſtia, tetro denique aliquo vapore infectus. Et quia non licet omnes aerum ſingulis morbis propulſandis conuenientium conditiones perſequi, vt quæ prope innumeræ ſunt, adnotaſſe hic ſufficeret, quid nomine aeris veniat intelligendum.

Aeris nomine tria intelligi.

Aeris nomine tria Medici ſolent audire, præſentem aeris ſtatum, Regionem, in qua degimus, & anni tempus. De hoc poſtremo cum de temperamentis ageremus, diximus. Quare de duobus reliquis prioribus nobis nunc ſermo erit. Præſens aeris ſtatus diſtincto dicitur [illegible] vernus, id eſt, B temperatus, Alias æſtiuus, id eſt, calidus & ſiccus, alias hyemalis, id eſt, frigidus & humidus, alias autumnalis, id eſt, inæqualis, atque poſtremus hic morborum eſt valde ferax. *Quum eodem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbi expectandi ſunt.* Has autem aeris tempeſtates & conſtitutionum varietates venti præcipue & magnopere excitant, vt qui paruo tempore [illegible], non obſtantibus [illegible] vires repentina mutatione producant. Quare breuiſſime eorum naturam attingemus. Qui ab oriente flat, ventus Subſolanus dicitur, eſt pro natura calidæ & ſiccæ, ideoque ſalubris. At qui ab occaſu ſpirat, Fauonius, frigidus & humidus, adeoque morboſus. Meridionalis calidus eſt & humidus, putredinis author ac morborum putridorum. Aquilonaris frigidus eſt & ſiccus adeoque ſalubris. hinc ſi per [illegible] ſalubritatem toti anni conciliare, & putredinis ſemina expurgare, ſi quæ forte in aere inſederint, [illegible]. Atque hæc ventorum quatuor deſcriptio tum demum veritatem habere intelligenda eſt, ſi ventos conſideremus in propria & ſua natura, quam ab illis regionibus, vnde primum ſpirant, mutuantur. Alias enim effectus plane contrarios in aerem inducunt pro ratione locorum, vt [illegible], marium, ſtagnorum, fluminum, ſyluarum, arenoſarum planitierum, per quas prætereuehuntur: Varie nouas

Venti alienas ſibi qualitates quas adſciſcunt.

qualitates mutuantur, quibus poſtea aerem, nos denique ipſos pertundunt. Hinc [illegible] inſalubrem C morboſumque notauimus ex propria regionis, vnde manat, conditione: Talem quidem, id eſt, frigidum & humidum experiuntur Vaſcones tam profecto magno ſuo malo, vt raro apud eos ſpiret, quin corporibus, terrisve frugibus inſignem aliquam calamitatem importet. Et tamen illum Græci, Latiniq;

Fauonium Zephyrum eſſe inſalubrem.

ſalubritatis nomine præ cæteris commendare ſolent. Sed & exortus, occaſuſque ſyderum inſigniorum ventos ſæpe tam frigidos conſtituunt, vt inde totus refrigeretur aer, aliave maligna qualitate imbuatur. Syderum enim vi vapores ſæpe exhalationeſque excitantur; vnde ventis, nubibus, tempeſtatibus, turbinibus, fulguribus, fulminibus, tonitruis, grandini, nimbus, pluuiis, terræ motibus, inundationibus,

Syderum in aerem vis.

æſtibuſque marinis eſt origo. Quarum rerum exactior contemplatio etſi aſtronomorum, coſmographorum, & Geographorum ſit propria, omittere tamen Hippocrates non potuit, quin de his aliquid diceret *lib. de aere & aquis*, vbi noſtram ſibi & vicinarum regionum deſcriptionem deliberat. Ex hac aeris vi in morbis peculiari aut propria, illud manauit celebre Guidonis Cauliaci [illegible] vulnera ſcilicet capitis curatu difficiliora eſſe Lutetiæ, quam Auenioni contraria plane de curandum vulneribus ratione. Etenim

Cur Lutetianus aer capitis vulneribus ſit infenſus crurum vero amicus.

Lutetianus aer frigidus & humidus ad aerem Auenionenſem facta [illegible] vulneribus capitis infenſus. Idem contra quia ſpiritus obtundat, [illegible] & [illegible], humoreſque denſat, & minus in fluxionem celeres reddit, ideo crurum vulnera ſanabiliora efficit, dum humorum, quorum D influxu vlcerum retardatur curatio, curſum intercipit. Manifeſtum vero eſt, quod loca calida & ſicca copioſiorem faciunt innati calidi diſſipationem, vnde virium imbecillitas, quæ eadem ratione ex ſanguinis detractione minus belle ſe habent, quia [illegible] purgationes vero etiam vehementes ob

Quibus modis aer corpora immutet.

humorum a ſiccitate contumaciam facilius ferunt. denique corporum noſtrorum conſtitutionem aer immutat, vel qualitatibus ſuis, vt ſi calidior, frigidior, humidior, aut ſiccior occurrat: vel materia, vt ſi craſſior ſit aut iuſto tenuior, aut inquinamentis terrarum exhalationum conſpurcatus: vel repentina & inſolenti mutatione, quod experietur, quiſquis rapidam faciet ex tranquillo aere in procelloſum & ventorum incurſionibus iactatum aerem. Sed quia poſt aerem nihil æque tuendo corpori eſt neceſſarium, quam cibus & potus, de vtroq; nunc dicere aggrediar.

De Cibo & potu. CAP. XIV.

QVo breuior & apertior ſit noſtra hæc de cibo & potu tractatio, illam in hæc capita conijcere viſum eſt, nempe vt in vtroque bonitatem & prauitatem expendamus, quantitatem, qualitatem, conſuetudinem, voluptatem, ordinem, tempus, atque omnia hæc accommodare ad ætates & anni E tempora. Bonitatem, prauitatemque in eſculentis & poculentis [illegible] ex facie, quam in nobis

Alimentorum bonitas.

gignunt, laudabilis aut vitioſi conditione. Magnam enim morborum partem facit cacochymia. Vt contra euchymia morbos omnes à corporibus arcet, niſi forte aliunde ex quantitate & mole vitium accedat. Quare imprimis eſt neceſſarium, vt qui præſentem ſanitatem tueri, morbiſque aditum intercludere volunt, rebus veſcantur euchimis, quales ſunt laudabile vinum, ouorum vitelli, lac integrum, panis primarius diligenter ſubactus, carnes caponum, perdicum, turdorum, alauda-

rum,

A ſum, vitulinæ, veruecinæ, hædinæ, & aliæ, quas licet ex Gal. *lib. de alimentorum facultatibus* repetere: vbi etiam eas, quæ ſunt mali ſucci, examinant ex manifeſtis qualitatibus, nempe acrimonia, amarore, ſalſedine, aciditate, auſteritate, & acerbitate. Sed cibis & potibus quantumlibet laudabilibus niſi quantitatem modumque adhibeamus nunquam eos, quos iure ſperabamus, ſanitatis fructus conſequemur. Nam vel ſola quantitatis immoderantia morbis materiam ſuggerunt, quin & quantum ſit in quantitate vtriusque partis momentum, ex eo licet cognoſcere, quod ſæpe cacochymi cibi venenata qualitas non noceat, quod iuſtis quantitatis viribus ad nocendum inſtructa non venerit in corpus. Quantitatis ille modus eſt in morbis præcipue attendendus: nam vt ait Hipp. *ſi quis febricitanti cibum dederit, valenti quidem robur, ægrotanti vero morbus ſit*: præſertim vero niſi modus adfuerit. Quare non parum intereſt, qui morbi tenuem & qui largiorem victum deſiderent, qua de re tota inſtituta eſt ab Hippoc. aphoriſmorum ſect. 1. diſputatio; vbi docet per chronicorum morborum initia plenius eſſe cibandos ægros, quo ferendæ morbi diuturnitati pares eſſe poſſint, & ad ſtatum vſque perdurare. In acutis autem, qui extremos ſtatim labores habent tenui victu eſſe vtendum. Tenuiſſimo vero cum morbus in ſuo vigore conſtiterit: in ſuperque rei huius omne conſilium ad vires æ-
B grotorum eſſe reuocandum. In his vero, qui inculpata ſanitate fruuntur, pro vacuationis & diſſlationis ratione cibi debet eſſe modus, viris enim per caloris efficaciam & triplicis ſubſtantiæ copioſiorem diſſipationem, appetentia maior ineſt, quam mulieribus: eadem prorſum ratione, qua iuuenes & qui creſcunt, pluribus & copioſioribus egent alimentis, quam ſenes: quin & inter iuuenes coetaneos alii aliis pleniorem victum iure poſtulant, nempe pro eſſluuii & conſuetudinis modo. Certe quod ad gulæ modum attinet, hoc tale eſt, vt ad omnes extendi poſſit: Tantum omnibus cibi & potionis ſumendum eſſe, vt reficiantur vires, & non opprimantur: ſunt enim Hipp. decreto duo hæc conſeruandæ ſanitatis velut compendia, *non ſatiari cibis, & impigrum eſſe ad labores atq;* hæc de ciborum quantitate. Nec minus attendenda eſt ciborum qualitas ægris, ſanisque. Hæc vel prima eſt, calefaciens, refrigerans, humectans, ſiccans: vel ſecunda, attenuans, incraſſans, obſtruens, aperiens, aut aliud ſimile pro naturæ ſuæ conditione agens. Secundum has victus ratio non inſtituenda modo, ſed & varianda: ſanorum enim præſens ſtatus ſimilium vſu conſeruari poſtulat. Ideo calidis humidis, vt pueris victus calidus & humidus eſt præſcribendus: frigidis & ſiccis, vt ſenibus, frigidus & ſiccus: Si modo tam verum illud eſt, quam vulgo iactatum, *ſanitatem vſu gaudere ſimilium.* Quanquam quia ſenectus, quantumlibet cruda il-
C la viridiſque ſit, ex ſeſe quidam velut morbus eſt, videtur eſſe & ad veritatem, & ad ſalubritatem conuenientius, ſenes contrariis naturæ ſuæ alimentis cibare, id eſt, calidis & humidis, vt ſic mortis cauſas, frigus & ſiccitatem, quæ in illius ætatis exitium properant, quantum fieri poterit, remoremur. Morbis enim, vt qui contra naturam ſunt, contrariorum vſu eſt obſiſtendum. Alias quantum ęgris cibi addideris, tantum morbo virium adiunxeris. Idque ipſum eſt, cur Hipp. dixerit, *Victum humidum febricitantibus omnibus conferre*: quod febris ſicca ſit intemperies. Diligenter ergo inſpiciendum in morbi naturam, vt ea perſpecta, illius impetum contrariorum vſu conemur infringere:

Quantitas.

Ciborum quantitas ex morbi ratione & ægri viribus æſtimanda.

Ciborum qualitas.

Senectus alter morbus.

Aph. 16. ſect. 1.

Sed ſi conſuetudo vt aiunt altera natura eſt, eius quoque magna Medico ratio erit habenda æque in ægris atque in ſanis. Hæc enim aliquando ſenſim ſine ſenſu natiuum temperamentum immutat, ac pro eo aſcititium ſupponit. Quare ſi quis conſuetudinem paulo deteriorem mutare ſtatim vel in meliorem velit, plus profecto nocumenti, quam vtilitatis adiiciet, quod *repentinæ omnes mutationes* Hippocratis ſententia *ſint periculoſæ*. Ergo ſi quid de conſuetudine detrahi neceſſitas flagitet, paulatim id faciendum eſt, vt ſic pedetentim natura citra vim, ſolitæque œconomiæ perturbationem contrarius aſſueſcat. Nam *paulo deterior potus aut cibus, per conſuetudinem autem ſuauior, melioribus quidem, ſed*
D *minus ſuauibus & inſuetis eſt* Hipp. ſententia *præferendus.* Hinc eſt, quod ruſtici ſuillas aut bubulas carnes, quas de more in vſu habent, egregie concoquant, perdicum autem, caponum, & alias laudabilis ſucci in nidorem conuerterint potius, quam in benignum chyli cremorem mitificauerint. Cuius rei cauſa non in ſolum caloris illorum vegetioris, & quaſi vrentis proprietatem eſt conferenda, ſed multo magis in conſuetudinem, quæ familiaritatis accita quadam gratia facit, vt cibi contumaces nullo negotio in laudabilem ſanguinem abeant. Tanta enim vis eſt conſuetudinis, vt aſſueti cibi ſint gratiores: quo fit, vt dum illis voluptuatur ventriculus, arctius quoque ipſos complectatur, ac ſine vllo nauſeæ, vomitus, aut ponderis triſti ſenſu fœliciter concoquat. Contraria omnia occurrunt in vſu ciborum palato & ſtomacho minime arridentium. Ab his enim abhorrens ventriculus ructibus acidis aut nidorulentis, faſtidio, nauſea, vomitu, ponderis ſenſu, capitis dolore, & totius corporis iactatione moleſtiam teſtatur. Quare diligenter reſciſcendum, quos æger cibos in deliciis de more habeat, vt illis oblatis deiecta eſſiem vacuatione, aut vomitu, alioue ſimili caſu appetentia proritetur. Gratis enim & ipſi paulo deterioribus, promptius ac fœlicius reſtituetur: vt ex Hipp. mente paulo ante notauimus. Quibus verbis aperte docuit, non minus boni quam prudentis Medici
E eſſe, ægrorum palato ſubſcribere & inſeruire.

Conſuetudinis vis.

Aphor. 91. ſect. 2.

Aphor. 38. ſect. 2

Conſueti cibi gratiores adeoq; magis alibiles.

Cum vero omnibus in rebus ordo ſit pulcherrimus, tum vere in cibis capiendis eſt valde neceſſarius: quantumuis enim cibi in copia & qualitate ſint laudabiles, quantumlibet vſu ſint familiares & conſuetudine grati, niſi tamen certo & debito ordine ingerantur, vel negotium & tumultum facient ſtomacho, vel non bene coquentur, vel tarde & difficulter: Quare diligens ineunda ratio eſt, qui primis, qui poſtremis epulis cibi aſſumi debeant: quæ enim concoctu difficilia ſunt, non ſunt præmittenda coctu facilibus. Nec aſtringentia ſiccaue lubricantibus. At contra lubrica, pinguia, liquidaque omnia, & quæ facilem ſubeunt mutationem, præire debent, quo ſic humidior fiat aluus: Inde ſequi adſtringentia, vt horum opera, clauſo, conſtrictoque ſtomacho arctius cibos omni ex

Ciborum ordo.

A potib. ſeu liquidis cibus paſtus incipiendus.

parte complectatur ventriculus, & calore proprio coacto & vnito in ciborum mitificationem incumbat fœlicius. Hoc conſilio Hippocrates *lib de victu in acutis*, iubet matutinis epulis ea ſemper ingeri, quæ lubricandæ aluo ſunt idonea. Veſpertinis autem, quæ corpori nutriendo. Non tamen propterea potus cibum præcedere debet, ſed contra cibum potus ordine ab eodem præſcripto. A

Cibandi tẽpus. Nec vero temporis minor cura eſſe debet in cibo aſſumendo, quam ordinis: Certum enim ac definitum eſſe debet tempus ſanorum hominum cibandorum: Hora nempe ſolita & cum fames vrget ſano cuilibet & ſuæ ſpontis homini cibum capere licet, ſed exercitia, laboreſque ſoliti præcurriſſe debent, *Laborum ante paſtum vtilitas.* oportet enim præcepto Hippocratis, vt labor cibum præcedat, quo diſcutiantur excrementa tertiæ concoctionis, calor natiuus augeatur, & partes ſolidæ confirmentur, corroborenturque: quæ demum tres ſunt exercitationis vtilitates, ad vtilem ciborum præceptionem valde neceſſariæ. *Minime in paroxyſmo cibandum.* At in ægris ad temporis illas circumſtantias, & cibi capiendi horam ſolitam vix licet attendere: Potior enim omnib. alijs eſſe ea debet cibandi ægri indicatio, quæ ex motu morbi ſumitur, & declinatione acceſſionis: Nam ſi in febribus, præſertim ineunte acceſſione, cibum offeras, non tam ægrum, quam ipſum morbum nutrias. Tum enim corrumpitur in ventrem ingeſtus cibus, & morbo cedit in materiam. Eſt enim, vt ante ex Hipp. notauimus, cibus ſani robur, ægris vero morbus, niſi tempore vſurpetur, ſoletti ad ægri vires & B morbi vigorem adhibita cautione.

Ciborum varietas. Nec vero ſimplex, & vnius generis cibus eſſe debet, ſed multiplex, & ex varijs vario apparatu inſtructis epulis: ne natura eiuſdem edulij perpetua & odioſa appoſitione tanquam crambe bis poſita, tandem nauſeet, ac ſic nec amice complectatur, nec bene concoquat. aut ventriculus vni cibo aſſuefactus, incidente aliqua, vt faſtidij neceſſitate, ab omnibus alijs abhorreat, & vt ignoti cupido non eſt, nullius oblati cibi voluptate titillari & irritari deiecta appetentia queat. *Cur ciborum varietas vtilis.* Non enim ſuperſtitioſis illis Medicis fides habenda eſt, qui putant eduliorum varietate turbari concoctionis opus. Longe aliter res ſe habet, quorum enim voluptate illectus ventriculus ad appetendum incitatur, arctius illa complectitur, & concoquit fidelius. At natura noſtra variorum eſt appetens. Adde, quod cum corpus noſtrum ex ſe ſubſtantia ſolida, humida & aerea coagmentatum exurgat, & contingere poſſit, vt per tot labores, quos adire & exhaurire in hac vita cogimur, vna ex his maiorem, quam alia diſſipationem, ſuique iacturam patiatur, adigendus eſt neceſſario ad plura ventriculus, ne quid forte deſit ei, quod effluxit, reparando. Sed & ætas, annique tempus cibandi indicationes præbent, alia enim iuueni, alia ſeni, alia hyeme, alia æſtate conueniunt. Quare noſſe oportet, quid quamque ætatem, & quid quodque tempus deceat. Pueri calido & humido, plurimoque egent alimento, vt non modo nutriendo, ſed & augendo corpori ſufficiat. C Quare omnium minime ieiunium ferunt, qui præſertim ſunt inter ipſos viuaciores & alacriores. *Ab ætate cibandi ſumpta indicatio.* Contraria ſenum ratio eſt, hi enim quia parum calidi habent, paucis propterea alimentis egent, quia à multis extinguuntur. Quare ſenes facillime ieiunium ferunt, debent vero calidis & humidis cibis nutriri, quo partes eorum ſolidæ, gelidæ iam & arentes, ſuaui eiuſmodi ciborum tanquam fomento incaleſcant & humectentur. Conſtantis ætatis homines modico gaudent contrariorum vſu, ad caloris paulo acrioris feruorem temperandum. Adoleſcentes ſimilibus ſunt conſeruandi, quia temperati. *Ab anni tempore.* Hyeme victus ratio calida eſſe debet & ad ſiccitatem vergens. Itaque tum aſſorum, generoſi vini, ſpecierum, & ciborum, debet eſſe vſus liberalior; quod hyemali conſtitutione à frigido, & humido aere infeſtemur, & calore interim multo interno vigeamur. *ventres enim Hippocratis ſententia hyeme & vere natura calidiſſimi exiſtunt, æſtate vero febriles:* velut calor frigidorum & humidorum vſu ac liberaliore potu venit temperaneus. Vere temperato mediocria omnia eſſe debent. Autumno vero paulatim ab æſtiua ad hyemalem victus rationem eſt tranſeundum.

De Motu & quiete. Cap. XV. D

Motus quid ſignificet. MOtus nomine hic, vt monent Medici, inaudire nos oportet omnis generis exercitia, cuiuſmodi ſunt deambulatio, ſaltus, curſus, vectio in equo, ludus pilæ, oneris geſtatio & ſimilia. Huius etiam generis frictio eſt, quæ magno olim fuit in vſu & precio, nec hodie à Medicis omnino negligitur. *Frictio triplex.* Plures eius ſpecies numerant, ſed omnes ad tres reuocari poſſunt, vt ſit alia mollis, alia dura, alia mediocris, ſiue corporis totius, ſeu partis alicuius tantum. *Dura frictio* Dura frictio dicitur, quæ aſpera eſt & valida fit ſeu manuum, ſeu ſpongiarum ſeu telæ rudis & crudæ appreſſione, cogit, condenſat, aſtringit, carnem indurat, quanquam ſi ſæpius repetatur & diutius tandem rarefacit, reſoluit, extenuat carnem, & aliam quamuis corporis ſubſtantiam minuit. Sed & reuellit atque humorum influxum ab vna parte in aliam deriuat. *Mollis.* Mollis leui manuum & ſimilium fit attrictu, contraria omnia præſtat, nempe remollit, relaxatque & læuem atque ærugatam cutem reddit, quanquam niſi in longius tempus proceſſerit, nihil horum, quod ſit effatu dignum, facit. *Mediocris.* Mediocris, ambarum in medio exiſtens, carnes amplificat, corporiſque habitum tumefacit quia attractum ſanguinem, ſpiritusque retinet, nec diſſipari ſinit.

Exercitiorũ vſus. Sunt vero exercitij magnæ etiam vtilitates, nam calorem natiuum auget, vnde fœlicior ſequitur E concoctio, adeoque nutritio & inutilium excretio, ſpirituum denique ad ſua munia impetus citatior corporis, meatibus omnibus atque ductibus expurgatis. Deinde reſpirationem, & alias corporis actiones confirmat, & corporis habitum, omneſque artus roborat mutuo ipſorum in ſe inuicem attritu: quo fit, vt laboribus non tam cito frangantur. Hinc ruſticos cernimus ad labores eſſe indomitos Si quis hæc ab exercitio commoda reportare velit, neceſſe eſt, vt adeundi exercitij opportunitatem captet, vt tempeſtiue ab exercitio ſe remoueat, non effrene & violentius exercitium ſubeat, idque interpolatis ex ratione vicibus.

Opportunum exercitio tempus. Opportunum ergo exercitio tempus erit ante paſtum (vt calore natiuo aucto appetẽtia augeatur) redditis

A redditis omnibus excrementis, ne natura famelica & inanita prauos humores inteſtinis aut alia corporis ſede concluſos in vniuerſum habitum, hepar aliasque partes nobiles attrahat & effundat. Sed nec æquum eſt, ſtatim à cibo in exercitia ruere, ne humores crudi, nec dum bene nutrificati cibi in venas rapiantur. Exercitio modus terminusque eſſe debet, cum tumidius apparet corpus, cum facies rubet, cum ſudor erumpere incipit, cum reſpiratio in magnitudinem ac frequentiam augetur ac membris laſſitudo obrepit: vltra ſi quis exerceri pergit confractio & conquaſſatio membra adoritur, corpus ſudoribus diffluens ſpirituoſas & humidæ ſubſtantiæ reſolutionem non facile reparabilem patitur: vnde frigidius & macrius ad deformitatem vſque redditur. *Exercitij modus.*

Exercitij qualitas, quam requirimus, in medio exceſſuum poſita eſt: ſic vt neque velocius aut celerius ſit exercitium, nec tardius, aut ignauius, nec robuſtius, aut validius, nec etiam debilius; non rapidius, non etiam remiſſius, quodque ex æquo membra omnia promoueat. Tale exercitium ſanis corporibus valde eſt accommodatum. At ſi intemperata fuerint, id erit deligendum exercitij genus, quod ſuæ qualitatis exceſſu corporis intemperiem corrigere & ad commoderationem quandam reducere poſſit. Ergo frigidis & craſſis, lentisque humoribus referti homines id ſibi exercitij genus accommodatum eſſe putabunt, quod validius, vehementius, robuſtius, & diuturnius erit, Ita tamen, vt non niſi peracta, prima & ſecunda coctione id aggrediantur: quod ex vrina flaueſcente intelligent. Tenuibus vero & bilioſis humoribus diffluentes lenia exercitia, & rapidæ contentionis expertia ſibi deligent, nec expectata ſecundæ concoctionis abſolutione; ſolidarum enim partium calor acrior voluptuatur ſemicrudis eiuſmodi ſuccis, quos alioqui retorreret, exhauſto omni glutine, vt parti nec apponi, nec agglutinari poſſent. Quod ad exercitij attinet repetitionem, toties erit exercendum corpus, quoties cibandi corporis inceſſet libido. Nam exercitium ſepultum & obrutum in corpore calorem ſuſcitat & promouet. At per ignauum calorem nequit fœliciter obiri coctio: quare neque ex ſumpto cibo vlla vtilitas, niſi præmiſſo exercitio. Exercitij cum ratione ſuſcepti & probe peracti poſtrema pars apoterapia dicitur, quæ mediocri membrorum frictione, ac eorundem deterſione abſoluitur: quo ſic ſudor erumpens, corporisque ſordes & ſimilia ſub cute latitantia excrementa, foras proiiciantur & exhauriantur: ſimul & à laſſitudine ac defatigatione membra vindicentur. Hac hodie vulgo vtuntur, qui pila luſerunt. *Qualitas exercitij.* *Vehementia exercitia quibus vtilia.* *Apoterapia.*

At vero vt ab exercitio conuenienter, ſuſcepto & exacto multa & magna profluunt commoda, ſic
C grauia ex ſegni otio detrimenta: Craſſis enim & lentis ſuccis in corpore cumulatis cruditatum, obſtructionum, calculorum cum in renibus, tum in veſica, arthritidum, apoplexiarum, & mille aliorum morborum ferax id eſſe ſolet. *Quæ ab otio damna.*

De Somno & vigilib. CAP. XVI.

QVo ſit apertior hæc, quam nunc meditamur, de ſomno & vigilia oratio, breuiter, quid commodi aut incommodi apportent, aperiemus: quod ſit ad vtrumque tempus, quæ hora conueniens, quæ cubandi ſit ratio, & qui delectus: quid inſomnia per ſomnum, quidq; à ſomno labor aut alacritas portendant.

Somnus nihil eſt aliud, quam *corporis totius quies & facultatis animalis à ſenſibus & motibus ceſſatio.* Fit ſomnus, cum vaporoſa quadam ſuaui & benigna humiditate cerebri ſubſtantia perfunditur ac quodammodo vincitur & grauatur: vel cum per ſuſceptos labores exhauſti ferme ſpiritus corporis molem ſuſtinere amplius nequeunt, ac neceſſariam quietis conſecutionem adferunt, per quam alios ex nutrificatis in ſanguinem cibis natura ſufficere poſſit. Initus opportune ſomnus concoctionem viſcerum magnopere iuuat, quod per ſomnum ad illa retrogradus cum ſpiritibus feratur calor, coctionis omnis opifex. Nec vero ſomnus, fractis tantum laſſitudine membris, ſolatium adfert, ſed & lenit curas ac corda oblita laborum. Ineundi & captandi ſomni tempus oportunum eſt nox vt quæ ſomnos inuitet ſuo madore, alto ſilentio, ſuisque tenebris. Noctis enim illa obſcura opacitate calor, ſpiritusque in centrum corporis coguntur & coercentur: vt contra ſolis diurno lumine ſibi velut familiari, & conſociali in ſuperficiem atque habitum alliciuntur & euocantur: vnde ſomni abruptio & vigiliarum conſecutio. Adde, & quod facit ad eam, quam ex ſomno ſperamus, non minimam opportunitatem, ſufficere nocturnum ſpatium ad iuſtæ & perfectæ concoctionis opus. Quæ ratio inter multas eſt, cur ſomnus diurnus ſit nociuus: Ante enim euocatis in cutem, ſeu lumine ſeu ſtrepitu diurno, calore & ſpiritibus, à ſomno excitamur, quam incœpta concoctio abſolui poſſit. Nec vero poteſt non eſſe leuior ille ſomnus, qui citra dormiendi incidit neceſſitatem. Quare tentata quidem, ſed non perfecta concoctione, cruditatibus venter impletur, ructibus acidis diſtenditur, ac cerebrum craſſis vaporibus excrementitijs humiditatibus differtur. Vnde dolor, capitis grauitas & frigidorum morborum prouentus, Quanquam vero nocturnus ſomnus ſit ſalubris, oportet tamen, vt mediocris temporis limitibus coerceatur: Nam qui ſuperfluus, excrementorum ſurſum, deorſumque vacuationem remoratur: Interim vero calor nunquam otioſus, ex illis ſeu portionem, ſeu vaporem in venas, partes nobiles, & habitum corporis elicit, morbi alicuius futuram materiam. Tempus id metiri oportet, non horarum ſpatio, ſed abſoluto concoctionis opere, quod alijs citius, alijs tardius procedit. Quod tamen longiſſimum eſt, ſeptem aut octo horis perficitur. Perfectæ illius iudicium præbet in ſe & ſuas tunicas ſubſidens ventriculus, vrina flaua. Contra enim tenſio ventriculi, acidi ructus, capitis dolor, & totius corporis grauitas teſtantur imperfectam concoctionem. *Somnus quid.* *Somni vſus.* *Oportunum ſomno tempus & noctis natura.* *Somnus diurnus.* *Somni nocturni mediocritas eſſe debet.* *Vnde æſtimanda*

In ſomno captando ad formam decubitus in primis eſt attendendum. Primum enim in latus dextrum decumbere debemus, vt ſic cibi in ventriculi fundum præcipitentur: carneus enim cum ſit *Forma & ſitus corporis in dormiendo*

ac minus

qui & qualis eſſe debeat. ac minus membraneus, calidior eſt, atque ad aſſimilationem efficacior. Mox in latus ſiniſtrum conuer- A
tere ſe oportet, vt ſic hepar ſuis lobis velut manibus, ventriculum vndique complectatur, ac tanquam
ignis lebeti ſubiectus coctionem maturet. Tandem ſub diluculum non erit inutile ſe in latus dextrum
reuoluere, vt hoc ſitu ventriculi, recluſo & patente orificio, ſuſcitatis ebullientis chyli elixatione vapo-
Supinus ſomnus incommoda. ribus liberior ſit euaporatio. Supinus recubitus omnino eſt fugiendus. Hinc enim renes inflammantur,
calculi concreſcunt, paralyſes, conuulſiones, omnesque à fluxione in ſpinalem medullam, atque ab hac
Pronus nocumenta. deductos neruos morbi habent originem. Pronus vero his, qui ita iacere conſueuerunt, non eſt inuti-
lis, modo fluxionibus in oculos non ſint obnoxij: ſic enim in partem affectam facilius humor procum-
bit. Cæterum ſic concoctionis opus non parum probetur, quia decubitus illa forma non modo internus
calor circa ventriculum continetur, & cogitur, ſed & plumularum lecti molliorum ſuccenturiatus tepor
ipſi in ſuppetias accedit.

Inſomniorum contemplatio. Nec vero negligenda, quæ per ſomnum obſeruantur inſomnia, his enim diligenter expenſis mirum
in modum innoteſcunt affectus, humoresque ſuperflui, quorum dominio corpus tenetur. Quibus e-
nim bilis furibunda per corpus inter dormiendum oberrat, his luculenta, micantia, ignea ardentia, ſtre- B
pitus & rixarum plena omnia apparent: Qui pituita diffluunt, flumina, niues, imbres, & inundationes
atque ab alto præcipitia ſomniant. Melancholicis, hiatus, voragines, denſæ & obſcuræ caligines, fumi,
antra, atraque omnia & triſtia per ſomnium occurrunt. Quibus vero ſanguine turget corpus, illi nupti-
as, choreas, muliercularum amplexus, dapes, iocos, riſus, viridaria, læta denique omnia & renidentia per
inſomnia cogitant.

Attendere etiam oportet, vt ſe à ſomno habet æger, alacriuſne, an grauius. Hipp. enim ſententia.

Aph. 1. ſect. 2.

Cum labor à ſomno eſt, lethalem collige morbum:
Sin proſit ſomnus, nihil hinc lethale timendum eſt.

Immodicarum vigiliarum damna. Atque vt ſomnus, ſic & vigiliæ, ſi modum exceſſerint, nociuæ: vigiliæ enim cerebri temperiem labe-
factant, ſenſus debilitant, ſpiritus exhauriunt, cruditates generant, capitis grauitates, carnium colli-
quationes & totius corporis emaciationes acceſſunt; vlcera denique aridiora, adeoque rebella, contu-
maciora, & maligniora reddunt. Multa alia de ſomno & vigilijs ſuperſunt dicenda, ſed hæc chirurgo ſuf-
ficere debent.

De Repletione & inanitione ſeu vacuatione. Cap. XVII.

Repletionum ſeu ſeruoris exceſſuum ſpecies. Repletionis ſeu exceſſus omnis duæ ſunt omnino ſpecies: vna ſimplicis eſt qualitatis, ſine humoris C
affluxu & comitatu, qualis apparet, in intemperiebus ſine materia: Altera eſt quantitatis & molis,
cum vel epulis, vel humoribus nimijs corpus grauatur: Vnde morborum infinitus numerus. Ciborum
repletionem, ſaturitatem, ſeu ſatietatem appellant, habetque duas ſpecies: vnam, quæ dicitur ad vaſa;
Repletio ad vaſa & vires. Alteram, quæ ad vires. Satietatem ad vaſa, venarum & præcordiorum, vt & ventriculi diſtentione & tu-
more metimur. Satietatem ad vires dicimus, cum pluribus ferculis corpus oneratum eſt quam quibus
ferendis par eſſe poſſit. Sed & humorum repletio duplex exiſtit. Vel enim vnius alicuius humoris eſt,
13 meth. c. 6. vel omnium: Hanc plethoram ſpeciali nomine appellant. Plethoram enim definit Galenus æqua-
lem humorum omnium redundantiam. Nam ſi aliquando plethoram ſeu plenitudinem ſola ſanguinis
redundantia definiat, tum certe ſanguinis nomine æquabilem quatuor humorum complexum in-
telligit: quemadmodum in ſcholis docent Medici. Repletio, quam vnus aliquis humor committit,
Cacochymia quid. cacochymia dicitur Gal. *loco citato*, ſiue repletio illa ſit humoris bilioſi, ſeu melancholici, ſeu pituitoſi, ſeu
ſeroſi.

Iam inanitio ſeu vacuatio nihil aliud eſt, quam *humorum, qui vel quantitate, vel qualitate moleſti ſunt, ex-*
Vacuationum ſpecies. *cretio, & effuſio.* Vacuationum aliæ ſunt vniuerſales, quæ humores ſuperuacaneos toto corpore exclu- D
dunt: eiuſmodi ſunt purgatio, vomitus, exhalatio, ſudores, phlebotomia. Aliæ particulares, quæ partis
tantum alicuius euacuandi gratia ſuſcipiuntur: qualis eſt cerebri per nares, palatum, oculos, aures: pul-
monum per tracheam arteriam: ventriculi per vomitum, & anum: inteſtinorum per ſedem: iecoris &
lienis per vrinas, & anum. Fiunt hæ vacuationes aliquando ſponte naturæ, ſeſe expedientis, eo quod
moleſtum: Alias artificio Medici ad imitationem naturæ comparato.

Harumq; rurſum alia legitima eſt, cum ſolus humor ſeu quantitate ſeu qualitate noxius, excluditur:
Alia illegitima, ſeu effrænis, qua vtiles vna cum inutilibus excernuntur humores.

Scalptus moderati commoda. Quæcunque vero illæ ſunt euacuationes, vel cutis ſcalptu, attritu & affrictu ſuſcipiuntur & fiunt,
cum nempe bilioſus humor, ſalſus aut ſeroſus, vel flatus aliquis inter cutem & carnem obhærens pru-
ritum facit. Cutis enim ſcalptu exitum habet, manifeſtum quidem, ſeroſæ materiæ effluxu, cruſtas,
ſæpe, & vlcera vrentis, ſi craſſior humor fuerit: inſenſibilem vero, ſi flatus fuerit, rarefacta attritu illo
cute & craſſo flatu attenuato. Proinde parum humane faciunt, qui ſcalptu illo ægris interdicunt, niſi
forte adeo aſper & immanis fuerit, vt iugi calore & dolore in partem fluxionis & decubitus, periculum
minetur. E

Vomitus vis Vel fiunt illæ euacuationes multo humore effuſo, ab aperto abſceſſu, vlcere fluente, fiſtulis, & his ſi-
milibus vomicis. Aut ſudoribus, qui in morbis præſertim acutis valde ſalubres ſunt ſi toto fluant corpo-
re, & diebus criticis contingant. Vomitu, qui ſæpe violentia humoris toto corpore, ab extremis etiam
artubus reuellit, quos cathartica deturbare non potuerant: vt in paralyſi & iſchiade cernere eſt. Screatu,
vt in lateris pulmonibusque ſuppuratis omnibus contingit.

Saliuatio. Spumatu ſeu pituitoſo oris fluxu, vt in lue venerea vexatis euenit. Sternutamento & emunctione:
His enim cerebrum humore grauatum, ſe exonerat, ſeu ſponte, ſeu ſternutatorijs & errhinis ſollicita-
tum.

A tum. Hinc pueri & quicunque cerebro ſunt humidiore, hac via ſe crebrius expurgant. Singultu, ructu: His enim flatus ventriculo contenti erumpunt. Per vrinas; per has namque non febres modo, ſed & quod magis mirabere, non raro lues venerea ſalubriter terminatur. Viſi enim ſunt aliquando lue venerea correpti, quibus cum frictione ex hydrargyro neque aluo, neque ore venenati humoris fluxus citari potuiſſet, copioſis vrinis à mortis periculo, & morbo præclare ſunt liberati. Hæmorrhagia: ſæpe enim natura grauiſſimis morbis in iuuenili præſertim corpore, per ſanguinis è naribus fluxum, viam & ſalutem inuenit. Menſtruali profluuio, in mulieribus; Diarrhœa, purgatione, ſudoribus, reſolutione, ſeu inſenſibili vacuatione & tranſpiratione. ſic enim ſæpe tumores, etiam ad ſuppuratum perducta materia, euaneſcunt, & reſoluuntur, tum ſponte, tum appoſitis diaphoreticis. Idem conſequimur exercitio, diæta, balneis laconicis, ſomno longo, fletu, lachrymis erumpentibus. Suctu; vt vulneris venenato morſu inflicti; cucurbitulis, ſanguiſugis. In omnibus illis vacuationum generibus tria veniunt expendenda, quantitas, qualitas & excretionis modus. Aperto enim (verbi gratia) Empyemate, oportet pus, quod effluit proportione reſpondere materiæ purulentæ, quæ thoracis capacitate continebatur: alias niſi totum pus expurgetur, erit recidiuo locus; oportet illud eſſe album, læue, æquale, & quam minime fœti-
B dum. Oportet denique ipſum effluere non vniuerſim & vno impetu, ſed paulatim & viribus interpolatis, alioqui cum inutili illa materia non parum ſpiritus, calorisque efflunt, vnde virium omnium diſſolutio.

Vrinarum etiam proruptione totum corpus repurgari.

Tria in omni vacuatione notanda.

De animi perturbationibus. CAP. XVIII.

ANimi perturbationes, vulgo accidentium nomine donatæ ſunt, quod vt accidentia corporea corporibus, ſic illæ animis adeſſe & abeſſe poſſunt, citra ſubiectæ velut animæ corruptionem. Non eſt illarum Chirurgo notitia leuiter prætereunda: magnas enim in corporibus excitant turbas, multorumque & non leuium affectuum occaſiones præbent. Cuius rei inprimis fidem facere poſſunt, gaudium, ſpes, & amor. His enim motibus calor, ſpiritusque in vniuerſum corpus alias blando, alias rapido impulſu diffunduntur ad fruitionem præſentis vel futuri boni. Tum enim cor dilatatur, quaſi ad complexum redamatæ, & facies roſeo ac renidente colore tingitur. Eſt autem veriſimile ab obiecto facultatem ipſam moueri, cuius imperio & cor ipſum commouetur. Priuſquam enim vllo perturbationis genere concitemur, neceſſe eſt primum, vt ſenſus externi, propria ſibi obiecta, circa quæ vix falluntur,
C apprehendant: mox vt tanquam internuncij, ea ad ſenſum communem deferant, qui illorum ideas corporibus abſtractas, ad ſingulas facultates tranſmittat. Deinde vt vnaquæque facultas tanquam iudex, rem totam, cuiuſmodi ſit, de integro cognoſcat, atque in obuerſantibus ſibi obiectis, ſpeciem quandam boni vel mali, appetendi vel fugiendi, concipiat. Sic enim cui vnquam ſanæ mentis homini, in riſum effundi contigit, niſi præcognito & perſpecto eo, ſeu dicto, ſeu facto, quod riſus anſam præbet? Gaudium ergo a corde procedit: concepta enim rei exhilarantis ſpecie facultas cor impellit; concuſſum & impulſum à facultate, quæ imperium in ipſum habet, cor, dilatatur atque expanditur, quaſi ad obiectum exhilarans complectendum. Interim autem dilatationis illius impetu, multum caloris, & multum ſpirituum cum ſanguine in vniuerſum corpus effundit, quorum magna pars dum ad faciem adigit, ipſa intumeſcit & dilatatur, frons exporrecta & ſerena nitet, lucidi micant oculi, malæ tanquam minio ſuffunduntur, labra & os ipſum totum contractum, complanantur, nonnullis genæ foſſulis velut duobus excauantur, (quæ ab ipſo effectu gelaſinæ dicuntur) per eam, quam muſculi à repletione ſanguinis, & ſpirituum patiuntur, contractionem, & criſpantem velut corrugationem, quod ipſum denique, ridere eſt. Gaudium facultates omnes vegetat, ſpiritus excitat, concoctionem
D iuuat, habitum corporis lætiorem reddit & impinguat eum promotis eo calore, ſanguine & ſpiritibus, tote alimentario membra omnia perfundit & humectat: quo fit, vt ex omnibus ſola hæc animi perturbatio frugifera ſit, modo modum non prætergrediatur: nam effrene gaudium & inſolens tanto impetu ſanguinem ſpiritusque à corde in corporis habitum rapit, vt exhauſto vitalis humoris perenni fonte, per præcipitem vitam omnium lapſum, cita mors & inopinata veniat. Quæ res contingit præcipue in his, qui natura ſunt minus cordati, vt fœminis & ſenibus. Ira eandem in nobis caloris efflationem molitur, ſed longe rapidiorem, quam gaudium: hac ita pæſſe ſpiritus, humoresque ita inardeſcunt, vt febres accendantur putridæ, ſi præſertim corpus fuerit cacochymum. Triſtitia contrario plane modo, quam ira, corpus exſiccat, quod per hanc cor ita in anguſtum ſuffocato pene calore coerceatur, vt ſolita ſpirituum generatio fieri nequeat: & ſi qui generentur, nequeant inde libere per membra cum ſanguine diffundi: vnde vitalis facultas exoluitur, viuidus faciei color flacceſcit & extinguitur, corpus lenta tabe conſumitur.

Cur animæ perturbationes accidentia dicantur.

Harum vis.

Vnde illa vis.

Gaudii ratio.

Effecta gaudii.

Ira.

Triſtitia.

Timor pariter intro retrahit, reuocatque ſpiritus, at non ſenſim, vt in triſtitia, ſed rapido & violento impetu: hinc pallor faciem derepente occupat, extrema algeſcunt, corpus vniuerſum trepidat,
E quibuſdam aluus ſoluitur, vox faucibus hæret, cor violento pulſu palpitat, quod ſanguinis & ſpirituum affatim irruentium exundante copia, ſtrangulato prope calore obruatur. Sed & horrore comæ attiguntur, quod confluxit calor & ſanguis ad intima, extremæ partes in timore frigidiores & ſicciores fiunt: vnde tota cuticula, porique ipſi, in quibus pilorum radices defixæ ſunt, contorquentur. Pudor *mixtus eſt ex ira & timore quidam quaſi affectus*: itaque ſi in eo pugnantium quaſi perturbationum conflictu, timoris ſupra iram ſit dominatus, ſanguine ad cor confugiente, faciei pallor, & pro contractionis caloris vehementia commemorata, hæc aut illa oboriuntur ſymptomata. At ſi contra ira ſupra timorem victrix euadat, ſanguinis ad faciem impetus conuertitur, flagrant oculi, & nonnunquam

Metus.

Hippo lib. 4. de morb.

Pudor.

ſpuma

Verecundia. ſpuit a ab ore proſilit. Alia eſt pudoris ſpecies, quam Verecundiam Latini nominarunt, in qua caloris, A ſanguiniſque ad cor primo confugientis, mox inde ſtatim reſilientis, rurſus quaſi quidam cernitur. Sed leuis eſt adeo ille motus, vt nullam inde oppreſſionem, nullam ſpirituum paupertatem cor patiatur. Ita nulla hinc oboriuntur effatu digna accidentia, familiaris eſt virginibus & pueris hæc affectio, qui ſi commiſſo per imprudentiam errore erubuerint, ſalua virtutis res, & bonæ indolis argumentum eſſe putatur. *Agonia.* At Agonia, id eſt, certamen cum ex timore forti & ira flagranti, mixta ſit perturbatio, cor vtriuſque motus periculis inuoluit. Quare per hanc perturbationem in maximum diſcrimen facultas vitalis adducitur. Ad has ſex animi perturbationes, aliæ omnes reuocantur, vt odium & diſcordia ad iram: alacritas & iactantia ad gaudium: terror, pauor, & exanimatio ad timorem: inuidia, deſperatio, luctus ad triſtitiam. Ex his euidens eſt, quantum ad immutandum & percellendum corporis ſtatum poſſint animi pathemata nec id alia de cauſa, quam quod cordis compreſſione, & dilatatione ſpirituum, ſanguinis & caloris faciant diffuſionem & contractionem, vnde eorundem ſpirituum diſſipatio vel oppreſſio. Horum ſymptomatum ſigna prompte relucent in facie, cor de ſuarum affectionum notas in ea parte propter cutis raritatem velut appingente. *Cur prima in facie eluceāt perturbationū animi ſigna.* Et certe facies pars eſt ad interni corporis affectus omnes aperiendos accommodata adeo, vt de facie ſenem à iuuene, mulierem à viro, temperatum ab intemperato, B Æthiopem ab Indo, Gallum ab Hiſpano, triſtem a ſecuro, ſanum ab ægroto, viuum denique a mortuo cognoſcere luculenter poſſis. Quid quod in vultu & facie mores, & quæ alto ac tacito corde premantur, legi haud obſcure permulti aſſerunt. *Perturbationum animi vſus.* Cæterum ab explicatis illis perturbationibus, quid commodi, quid incommodi in hominem redundare poſſit, aperuimus, confecimus que tamen non in ſalutatem eſſe poſſe, niſi forte ignauia torpenti & ex frigido, lento, ac pituitoſo humore languenti. Timorem nulli ſalutarem eſſe poſſe, niſi forte his, qui à diaphoretico ſudore, hæmorrhagia immodica, aut ſimili alia ingenti euacuatione in manifeſtam & propinquum veniunt vitæ diſcrimen. Quare prudentis erit Chirurgi videre, ne temere in aliquam harum perturbationum ægrum ſibi commiſſum præcipitet, niſi forte incidente aliqua commemoratarum occaſionum neceſſitate.

De rebus contra naturam, & primum de cauſa morbi. Cap. XIX.

Quæ ſint res contra naturam. EXpoſitis rebus naturalibus & non naturalibus, reſtant illę, quæ contra naturam dicuntur, ideo quod corporis noſtri ſtatum labefactare & corrumpere natæ ſunt. Sunt autem tres numero, cauſa morbi, morbus, & ſymptoma. *Cauſa morbi quid & quotuplex.* Cauſa morbi *contra naturam affectio eſt, quæ morbum facit.* Hæc diuiditur in internam C & externam. *Cauſa procatarctica.* Externa ſiue procatarctica, aut primitiua, aliunde & forinſecus in corpus venit, eiuſmodi ſunt cibi mali ſucci, & quæ in corpus hoſtiliter incedunt tela. *Interna antecedens.* Interna eſſentiam ſedemque habet in corpore, ſubdiuiſa in antecedentem & coniunctam. Antecedens dicitur *quæ morbum quidem nondum actu facit, ſed in propinquo eſt, vt faciat:* ſic humores in partem aliquam copioſius effluentes, vel putreſcere, abſceſſuum cauſæ ſunt antecedentes. *Interna coniuncta.* Coniuncta cauſa *quæ morbum actu facit, & immediate cum morbo tam arcta iuncta affinitate, vt morbo præſente adſit, abſente abſit.* Omnium autem earundem cauſarum, aliæ ſunt nobis congenitæ, vt ſeminis vel vtriuſque & menſtrui exuberans quantitas, & praua qualitas, ex morboſis parentibus morborum multorum cauſæ exiſtunt, & eorum præſertim, quos hæreditarios nominant. Aliæ nobis iam natis adueniunt, vt victus vitioſi ratio, ictus, caſus, lapſus & ſimiles. Quæ nobis congenitæ ſunt penitus vitari corrigiue ne queunt. *Cauſa morbi congenita & ineuitabilis.* Aduenientium quædam vitari poſſunt, vt ictus & lapſus, aliæ minime ſed neceſſario in corpus noſtrum inuadunt, vt aer, cibus potus & ſimilia. Quod ſi quis inter cauſas internas, congenitas & ineuitabiles, humidi primigenij quotidianam, imo momentaneam diſſipationem, quam natiuus calor molitur aſſidue, velit accenſere, nihil moror, non magis, quam cauſarum diuiſionem a Philoſophis celebratam, in materiales, formales, efficientes & finales: non enim tam curioſa meditatio Chirurgum attingit, quem rudi mineruæ inſtituere nobis tantum eſt animus. Quare hæc illis, D quæ diximus, ſufficient.

De Morbo. Cap. XX.

Morb. quid & quotuplex. MOrbus *affectus eſt contra naturam partis, cui inſidet, actionem primo & per ſe lædens.* Morbus omnis eſt triplex, intemperies, mala conformatio, & continui ſolutio. *Intemperies.* Intemperies, *morbus eſt partium ſimilarium, à proprio & natiuo temperamento digreſſarum.* Digreſſus ille à natiuo temperamento fit duobus modis, vel per ſimplicem intemperiem ob vnius qualitatis exceſſum, hæcque quadruplex, calida, frigida, humida & ſicca, vel per coniugatam, ob qualitatum duarum exuperantiam, eſtque etiam quadruplex, calida humida, calida ſicca, frigida humida, frigida ſicca. Rurſus intemperies quæuis, vel nudę & ſolius qualitatis eſt vitiū, vt phlegmonis: vel humorū vitiū habet adiunctū, vt phlegmone. Iterum intēperies vel eſt æqualis, vt in ſphacelo vel inæqualis, vt in phlegmone incipiente vel increſcente. *Mala conformatio.* Mala conformatio *vitium eſt partium organicarum, quarum peruertit compoſitionem.* Hæc quatuor habet ſpecies. Prima eſt vitiata partis figura, ſeu natura, ſeu ex accidente, vel ab obliteratas cauitatis, vt ſi pus quam certum in vſum natura excauatā eſſe voluit, occludatur, coarctetur & obſtruatur, vel denique aſperitatis & læuitatis peruerſæ, ſi nempe quæ pars aſpera eſſe debet, læuis fiat, & contra. Altera eſt in magnitudine partis, aucta vel minuta contra na- E turam. Tertia eſt in numero partium, aucto vel diminuto: vt ſi cui manus ſit quatuor vel ſex digitis diſtincta. Quarta in ſitu eſt, & connexione partium mutua, vt ſi partes, quæ natura vnitæ eſſe debent, & continuæ, euellantur ab inuicem, vt apparet in luxationibus, vel contra. *Continui ſolutio.* Tertia morbi ſpecies generalis, eſt continui ſolutio, communis ſimilarium & organicarum partium morbus, varia nomina ſortitus, pro partium, quibus inſidet, varietate.

De Symptomate. Cap. XXI.

Quid Symptoma. SYmptomatis nomen hoc loco non in genere accipimus pro omni ea, quæ homini contingit præter naturam propriam, mutatione: ſed preſsius, ſpecialiusque pro ea modo mutatione, quam morbus

inuehit,

A inuehit, quæq; morbum ſequitur, vt vmbra corpus. Symptomatis itaq; proprie vſurpati, tres ſunt ſpecies: Prima eſt actio læſa, læſa, inquam, vel quia abolita ſit, vel diminuta, vel deprauata. Sic cæcitas videndi actionis abolitio eſt: hebetudo diminutio: ſuffuſio, qualis incipiente cataracta contingit, cum muſcas, pilos, & ſimilia corpuſcula vltro citroque commeantia, ſibi ob oculos verſari putant, deprauatio. Secunda eſt ſimplex corporis affectus, & mutati habitus ipſius vitium, qualitatum quarundã mutatione contingens, eiuſmodi eſt coloris natiui in flammeum ex phlegmone, aut liuidum & atrum ex gangræna mutatio: talis eſt fœdus odor, quem nares polypo obſeſſæ ſpirant; Sapor amarulentus in ictericis, cutis ſcabra & aſpera in Elephanticis. Tertia eſt excrementorum vitium per immodicas excernendorum retentiones, & retinendorum excretiones: eſt enim contra naturam vtilis tum quantitate, tum qualitate ſucci vacuatio, vt hæmorrhagia in corpore nec cacochymo, nec plethorico, itemq; noxiorum ſubſtantia, quantitate & qualitate retentio: vt menſtruorum, vrinarum, & calculi in veſica. *Tres eius ſpecies.*

De Indicationibus. CAP. XXII.

B CHirurgo, quem non cæca fortunæ temeritas, ſed ratio; non caſus, ſed conſilium in artis operibus ſuſcipiendis & perficiendis dirigat, Indicationum notitia & exercitatio perſpecta eſſe debet. Eſt enim Indicatio, *tuta quædam & compendiaria via, quæ tanquam manu Medicum deducit ad propoſitum finem conſeruandi, præſeruandi, aut curandi ægri conſequendum.* Ita enim Galenus Indicationem definit, agendorum quandam inſinuationem, vel celerem & ſagacem comprehenſionem, eius, quod prodeſſe, vel obeſſe poteſt. Atque vt accipitrariis, nautis, agricolis, militibus, omnibus denique artificibus ſua ſunt vocabula, prophano vulgo minime nota & vſitata: ſic Medicis, Chirurgiſque proprium & peculiare eſt *Indicationis* hoc verbum, tanquam artis vocabulum minime tritum, aut ex foro petitum, quo ante oculos poſito, quaſi monumento aliquo, & ſymbolo mouentur eorum, quæ agenda ſunt ad ſanitatem reſtituendam, aut auertendum imminens malum. *Indicatio quid.* *2. Meth. cap. 7. Lib. de optima ſecta cap. 11.*

Sunt autem Indicationum tres primæ & ſummæ ſpecies, quarum vnaquæque in plures alias ſubdiuiditur. Prima eſt à rebus naturalibus: Secunda ab his, quæ non naturales dicuntur: Tertia ab his, quæ ſunt contra naturam. Res naturales indicant ſui per ſimilia conſeruationem, harumque ambitu continentur omnes, quæ ducuntur indicationes ex natura ægri, id eſt, viribus, temperie, ætate, ſexu, habitu, conſuetudine, diæta. *Indicationis ſpecies.*

C Res non naturales quaſi ancipites ambigunt, alias enim idem cum rebus naturalibus indicant, id eſt, coindicant cum viribus, temperie, & reliquis: alias cum rebus contra naturam conſentiunt, id eſt, cum morbo coindicant. Itaque Galenus cum ait, peti ex tribus rebus indicationes, morbo, natura ægri, & ambiente aere, propoſito aeris, tanquam familiari exemplo, reliquas res non naturales intelligi voluit: quod illas magis pro arbitrio ſubire vel contrectare poſſimus, aeris vero præſentem ſtatum, velimus nolimus, cogamur perferre. Aer ergo indicat nobis aliquid, vel coindicat potius. Si enim cum morbo, velut conſpiratione facta, ipſum fouet, idem, quod ipſe morbus, indicabit, nempe ſui correctionem & emendationem: ſin morbo contrariatur, ſui conſeruationem. *Lib. 9. Meth. cap 9.*

Res contra naturam ſui per contraria ablationem indicant: ergo vt indicationum a rebus naturalibus hauſtarum ſpecies omnes minutius perſequamur, notandum, quod ex his aliæ de viribus ægri ſatagant, quarum conſeruandi ſtudio ſæpe proprii morbi curationem ad tempus deſerere cogimur. Sic enim incidente rigore circa febrilium acceſſionũ initia ſæpe cogimur ad vires, rigoris vehementia concuſſas ſtabiliendas, cibare ægrum, quod ipſum tamen febris periodum tum vniuerſalem, tum particularem producit. Aliæ ad temperiem attendunt, aliæ ad habitum ſpectant, ſi gracilis ſit æger, ſi adipoſus, ſi quadratus, ſi raro, ſi denſo corpore. Aliæ ad partis affectæ conditioné in ſubſtantia, conſiſtentia, mollitie, duritate, ſenſu acuto, vel obtuſo, forma, figura, magnitudine, ſitu connexione, principatu, famulatu, functione, deniq; & vſu. Ex his omnib. tanquam notis, peritus Chirurgus indicationes expromet pro tempore & parte affecta: non enim oculis dolentibus eadem, quæ auribus conueniunt, nec phlegmone in faucibus & gutture eam admittit curationis formam, quam in alia quauis parte. Nemo enim illic repercutientia extrinſecus apponat, citra ſuffocationis præſens periculum. Sic repercutientium nullus eſt vſus in fluxionibus partium, quæ vicinia principes attingunt. Nec vero continui ſolutionem eodem modo in neruo atq; in muſculo curaueris. Partis temperies, vt humiditas, ſui ſemper conſeruationem indicat, etſi morbus humidus fuerit, adeoq; exſiccantium indicationem oſtentet, vt vlcus. Partis principatus adſtringentium ſemper indicationem inſinuat, etſi morbus reſoluentia efflagitet, vt obſtructio hepatis, in qua niſi reſoluentibus adſtringentia admiſcueris, viſceris ipſius robur diſſolueris, vt ſanguificationi dehinc ſufficere nequeat. Partis textura ſiquidem rara fuerit, docet, partem ipſam obſtructioni minus eſſe opportunam: Si denſa, eidem malo magis eſſe obnoxiam: hinc hepar liene obſtructionibus fatigatur crebrius. Si pars ſitu profundiore fuerit, indicat medicaméta vegetiora eſſe debere, & liquidiora: quo vires ſuas eouſque tranſmittere poſſint. Partis ſenſibilitas indicationem præbet medicamentorum mitiorum, quam morbi forte magni poſtularet indicatio. Qui enim æque acria corneæ oculi vlcere obſeſſæ, atq; tibiæ admoueret Medicus, non poſſet non crudelitatis vel inſcitiæ infamiam reportare. Suas etiam ſexus, ſuas ætas, exhibet indicationes: ſunt enim morbi quidam in iuuenta curabiles, quibus ſpem curationis ſenectus adimit: nam raucedines & grauedines in valde ſenibus coctionem non admittunt, vt ait Hipp. *Indicationes a rebus naturalibus petita.* *Partium affectarum conditiones quid indicent.* *Ab ætate indicationes.*

(D at "litie, duritate" line; E at "dicamentorum mitiorum" line.)

Nunquam decrepitus branchum coquit, atque coryzam. *Aph. 40. l. 2.*

Quin eiuſdem decreto renum vitia, & quicunq; veſicam obſident dolores, in ſenibus difficulter ſanantur: ſed & ſuadet ratio, quartanam hyeme curationem non admittere, vix quotidianam, vlceraque *Aph. 6. ſect. 6.*

item curatu hyeme eſſe contumaciora: vt hinc intelligamus, certas à tempore ſumi indicationes: quodque fidem auget, varietatis & certitudinis indicationum certa quædam tempora, atq; in temporibus tempeſtates, remediorum delectum nos inire iubent: nam Hippoc. teſte, A

Aph. 5 ſect. 4

Ad Canis ardorem facilis purgatio non eſt.

Nec diætam pertenuem æque fœliciter Hyeme ac Vere præſcripſeris. Suas etiam aër habet indicationes: Nam experientia docet nos, vulnera capitis Romæ, Neapoli, & Santonum Rupellæ longe difficilius & ægrius curationem admittere. Morbi vero tempora præcipuas exhibent indicationes: alia enim omnino per principia & fines, alia per incrementa, & morborum vigores ſunt vſurpanda remedia. A vitæ etiam inſtituto & victus ratione non contemnendæ petuntur indicationes: aliter enim ex ægris durum colonum, qui parce & duriter vitam inſtituit, aliter vrbanum hominem, qui molliter in ocio viuit, tractaueris. Ad hanc vitæ & victus rationem reuocanda eſt indiuidua quædam & occulta proprietas, qua pleriq; non modo ad ingeſtos cibos quoſdam nauſeant, ſed & ad auditos toto corpore perhorreſcunt. Noui inter Galliæ proceres, primariæ nobilitatis virum, qui appoſita anguilla, medias inter epulas, atq; ſodalium amicorum greges, ſic conſternebatur, vt repente in præcipitem viriũ omniũ lapſum inciderit. Narrat Gal. *lib. de Conſuetudine*, Arium Peripateticum repente mortuum, quod à Medicis, quos in conſilium adhibuerat, coactus frigidam in febris ardore intolerabili, pleno hauſtu hauſiſſet. Non alia ratione, inquit Galenus, quam quod cum ſe ſtomacho frigidiore ab ineunte ætate intellexiſſet, perpetuam ſibi frigidæ abſtinentiam indixiſſet. B

A diæta.

Occulta proprietatis odia.

Indicationes a rebus contra naturã petita.

Quod ad Indicationes attinet, quæ ducuntur à rebus contra naturam, alias ex his ſuggerit vulneris, vlceriſq; longitudo, altitudo & profunditas; alias figura anguloſa, orbicularis, æqualis & lenis, inæqualis & aſpera, ſinu recto, aut cuniculoſo: alias ſitus, dexter, ſiniſter, ſupernus, infernus: alias cauſarum antecedentium & coniunctarum vis & impetus. Sæpe enim cauſæ conditio contraria ipſi morbo poſtulat, vt cum febrem excitauerit, & fouet frigidorum craſſorumq; humorum prouentus. Sic ſæpe ſymptoma morbo contra indicat, in qua veluti antitheſi, potior ſemper habenda erit indicatio eius, quod magis vrget: nam ſi exempli cauſa, in febre Syncope oboriatur, nihil nos remorabitur febrile incendium, quo minus vinum ægro propinemus.

Non ſemper ſequimur, quæ a morbo eſt, indicationem.

Sunt ergo præcipuæ illæ, & imprimis nobiles indicationes, quæ tanquam manu nos ducunt ad ea, quæ ad morborum curationem, præcautionem, & mitigationem pertinent agenda. Quod ſi quis obiiciat inutilem eſſe tam curioſam tot indicationum inueſtigationem, quod multi extant Chirurgi, qui vna ſola ſibi, quæ à morbi ducitur, eſſentia, ante oculos poſita, chirurgicæ peritiæ palmam *vulgi opinione* reportent, is intelligat, non proinde effici ad exactam omnium morborum curationem illam ſufficere indicationem: non enim id ſemper ſequimur, quod morbi indicat agẽdum eſſentia; Sed tum demum, ſi cæterarum indicationum ſupra commemoratarum nulla repugnet, id intelligas exemplo plethoræ, quæ indicatione ab eſſentia rei petita, ſanguinis dictitat detractionem: Quis tamen eſt, qui in trimeſtri puero phlebotomiam celebrare velit? adde, quod eiuſmodi indicatio parum admodum artificioſa eſt, ſed Chirurgo cum plebecula communis. Quis enim eſt, qui ignoret, contraria eſſe contrariorum remedia? & fracta oſſa per vnionem in integrum reſtitui? At quibus artibus id liceat aſ[illegible] qui & perficere, hoc demum artis eſt, & Chirurgo peculiare ac minime populare. Quod abunde docent ex illis fontibus, ad quos digitos ſupra intendimus, hauſtæ indicationes, quæ certis tanquam circumſtantiarum finibus, illã quæ a morbi eſſentia ſumitur, indicationẽ circumſcribunt: ne quis eius vnius indicijs credendũ eſſe putet. Eſt enim in ea magnum & præcipuum aliquid, ſed nequaquam inſunt omnia. Sic nec quenquam ex infima plebe latet continui ſolutionem, eius, quod deperditum eſt, repoſitione curari; At quibus in partibus ſit ſperabilis deperditæ ſubſtãtiæ reſtitutio, in quibus vero ſit deplorata, hoc ſcire & enuntiare periti & ſcientis eſt Chirurgi. Itaq. nec fruſtra ludet operam in diaphragmatis neruoſa parte vulnerata, aut cordis, aut tenuium inteſtinorum, pulmonum, iecoris, ventriculi, cerebri, aut veſicæ reſarcienda. Atq; vt verbo dicam, Empirici non multo ſunt quouis ex plebe peritiores, etſi magnopere ſe ſupra cæteros experientiæ nomine efferant. Experientia n. licet alterum ſit rerum inueniendarum cum ratione inſtrumentum, citra tamen rationem, nunquam docebit, quæ ſit partis, in qua malũ hæret, ſubſtantia, quæ actio, qui vſus, ſitus, connexio, vnde ſpeciales & propriæ ducũtur indicationes. Quibus inſtructus Chirurgus, non modo qui ſit ad remedij inuentionem aditus, intelligit, ſed etiam ne vanis pollicitationibus cuiquam illuſiſſe videatur, qui morbi ſint conclamati, adeoq; minime attingendi, internoſcit. C D

Quibus in partibus nõ ſit ſperabilis continuitatis ſolutæ reſtitutio.

Experientiã ſine ratione eſſe cæcum ducem.

In morbis implicitis indicationes.

Morbi vero implicitri ſuo quiq; viciſſim ordine curari poſtulant, niſi vel vnus ex his aliquis ſit deſperatus, vel adeo vrgeat prematq;, vt præpoſtero ordine ab ipſo exordij curationem Medicus neceſſe habeat, etſi ſæpe ſic cogatur admittere, vt vel ex his morbis vnum aliquẽ inſanabilem reddat, vel noui alterius ſuſcitandi occaſionẽ præbeat, in quas anguſtias neceſſario impingere cogimur, cum verbi gratia, de extraneis corporibus amouendis conſilium eſt: nam rei illius perficiendæ gratia, cogimur vulnus amplificare. Sic enim veſicæ collum diſcerpere neceſſe habemus, quo calculum veſica contentũ auellamus, inflicta plaga, quæ ſæpe in fiſtulam degenerat immedicabilẽ. Quod enim malũ præſentis exitij periculum minatur, tanti eſt momenti, vt eius declinandi gratia, alios etiam incurabiles morbos inuehere, leue & è re ægri haberi debeat: nam ſi puncto neruo conuulſio ſuperueniat, quam nullis remedijs ſanare poſſimus, tum ſecto per tranſuerſum neruo conuulſioni finem imponimus quidem, ſed partem, in quam talis pertingebat neruus, motus alicuius voluntarij opportunitate priuamus. Sic ſi in magno articulo aliquo contingat luxatio, cum vulnere, quia tentata luxatæ partis repoſitione conuulſionis periculum imminet, cogimur vitandæ conuulſionis cauſa ad ſolũ vulnus attendere, atq; interim luxationem miſſam facere. Alias in morbis implicitis ſi nihil ſit, quod vrgeat, atq; a cura ordinaria E

A reuocet, hunc ordinem tenebimus, vt ab eo affectu, qui præcipui morbi curationem remoratur, ducto initio, reliquos eodem & suo persequamur ordine, quoúsque morbis omnibus debellatis partem affectam pristinæ integritati restituerimus. Sit ergo rei huius exemplum: Vlcus in tibia cum oſsis corruptione, varice, & phlegmonodi circumiacenteque tumore; corporis denique totius plethora & cacochymia, ordinis hoc virtus & ratio poscit, vt à ſubito in consilium à docto aliquo Medico dictam conuenienté præscribamus, purgationem & phlebotomiam, quibus licebit artiore ad æquabilitatem reuocemus. Deinde partem, quam maxime tumore obſeſſa tenetur, multis locis ſcarificabimus, mox ſanguiſugis admouebimus, quo materiæ continentæ onere ipſam leuemus: inde cuteria adhibemus, quæ oſſis corruptionem emendent, interimque vlceris figuram circularem in oblongam aut triangularem commutent: tum demum ad varicis ſectionem aggrediemur, reliquumque quod ſupereſt vlcus, vt artis eſt, curabimus, tandemque ad cicatricem perducemus. Hoc interim toto ſpatio æger, neque ambulabit, neq; ſtabit, neq; ſedebit, ſed quietus iacebit, tibia rite & decenter faſciis inuoluta. Quod ſi, vt ſæpe contingit, partis læſæ temperies alia ſit à corporis totius temperie, ſic erit medicamentorum ratio temperanda, vt calidorum aut frigidorum remediorum doſim augeamus, pro rata indicationum hæc vel illa poſcentium proportione.

Exemplum indicationũ in morbo implicito.

Quid agendum, cum partis temperies alia eſt à corporis totius tempere.

B portione. Sit ergo pars vlcere obſeſſa eiuſmodi, vt duobus velut gradibus ſiccior ſit ſupra iuſtam temperiem, Corpus vero vniuerſum eandem temperiem vno humiditatis gradu excedat, ratio & ars poſtulabunt: vt quod medicamentum apponetur vlceri vno gradu ſit ſiccius eo, quod pars alioqui poſtularet, ſi temperata exiſteret. at vice verſa hoc ſupponamus, corpus vniuerſum vno gradu ſupra temperiem eſſe humidius, partem vero vlceratam eſſe vno gradu ſicciorem, in hoc profecto caſu quod admouebitur vlceri medicamentum, partis ipſius ratione, neque ſiccitate erit auctius, ſed totum ad vlceris indicationé erit compoſitum & téperatum, quod ſiccitatis ſuperfluum gradum, humiditatis pari gradu excedentis virtus compenſet. Sed de tota hac re ſicilius eſt artificioſa coniectura, quam regulis & præceptis ſtatuere.

Artificioſam conſecturam in indicationibus multũ valere.

Ad has tot & tam varias indicationes, duæ aliæ nobis videntur adiungendæ, prior dicitur ſimilitudinis, altera vafri cuiuſdam conſilii, & vt loquuntur recentiores Medici, cuiuſdam quaſi ſtratagematis. A ſimilitudine indicationem ducimus in morbis, qui noui ſuboriuntur & emergunt, quamdiu ſcilicet ipſorum ignota & latente eſſentia indicationib. à contrario petitis curari nequeunt: quare curari neceſſe habent via & arte illis morbis ſimili, cum quib. congruentium ſymptomatum & accidétium habere videntur ſimilitudinem. Id ipſum patres noſtri in lue venerea curanda, per emergentis morbi initia factitarunt, quandiu eius curationem ad elephantis inſtar exegerunt, propter eam, quę vtriq; morbo videtur ineſſe, ſymptomatum ſimilitatem. At technas in curando morbo, vafrumq; quoddam conſilium ſequimur, cum occurrentis morbi eſſentia plane cęca eſt & abdita, vel quod naturę ſit penitus abditę & latétis, quæq; manifeſtis qualitatibus nequeat explicari, vel quod in ſubiecto inſideat, quod nec nobis ſatis notum eſt, nec mediocris exiſtit contemplationis, cuiuſmodi eſt animus. Tum enim indicationum à rei natura petitarum indice velut manu deſtituti, mentem noſtram ad impoſturam & veteratoria conſilia conuertere cogimur: hanc þ artem & calliditatem in melancholicis affectibus, commentis de Chimæra, quæ olim fabulata eſt antiquitas, magis difformibus & monſtroſis, locum maxime habere narrant, in quam rem exempla duo commemorare non grauabimur. Vir quidam melancholico morbo prehenſus, neſcio, quo opinionis errore ſibi pertinaciter in animum induxerat, ſine capite ſe eſſe; dementatam illam opinionem quo illi è cerebro ſtatim reuellerent, nulli rei Medici pepercerunt. Sed cum fruſtra remedia omnia tentaſſent, tandem ſubdolum hoc, ſed vtile conſilium commenti ſunt, hominis caput grauiſſima profundi galea induerunt & cinxerunt, quo nutantis ſub pondere capitis nixu & labore erroris ſui commonefieret.

Indicatio à ſimilitudine.

Vafri conſilii indicatio

Exempla.

Alium narrant eiuſdem morbi caligine & tenebris diuexatum, ſibi hoc animo affinxiſſe, affixa ſe

D capiti circumferre cornua: nec de abſurda illa & monſtroſa ſententia dimoueri aut elocari vnquam potuiſſe, quoúſque vitta ſuis oculis, bubulorum cornuum oſſeis aſperitatibus miſere frontem ſugillatus & laceratus, doloriſica ſanguinis in totam faciem ſtillantis expreſſione credere cœpit, magna vi auulſa ſibi cruenta illa eſſe cornua. Horum exemplorum imitatione in pari caſu pꝛia ſibi confingere Chirurgi poterunt ingenioſi. Is enim eſt pꝛæſentis conſilii hominem polleré, qui ſtratagematib. medicis documéta luculenta ſolertiæ ſuæ dederit, quiq; in eodem, vt dicitur, veſtigio conſilia expedire ſtratagematica alia atq; alia poſſit. Cæterum hoc ad extremum huius de Indicationibus commentationis nobis eſt appꝛime adnotandum, eiuſmodi rerum, quæ agenda inſinuant, alias eſſe indicatiuas, quæ ex ſe & abſolute hoc agendum imperant: alias eſſe condicatiuas, quæ idem, quod indicatiuæ illæ, indicant, & agendum commonſtrant, ſed ſecundario quodammodo ac non primario: alias repugnantes, quæ ex ſe & natura ſua contraria penitus, quam indicatiuæ primario ſuadent: ſeu quæ ab eo, ad quod agendum indicatiuæ res impellunt, nos reuocant: alias correpugnantes, quæ repugnantibus aduerſus indicatiuas eodem iure & modo ſuffragantur, quo condicatiuæ indicatiuis conſentiunt & adſtipulantur. Omnium horum ex-

Prudentia conſilii & ingenii medicorum.

Indicantia.

Condicantia.

Repugnantia

Correpugnantia

E emplum hoc eſto. Plethora ex ſe ſanguinis detractionem perſuadet & indicat, idem ſuadet & condicat vernum anni tempus: at huic conſilio ex diametro repugnat facultas infirma, correpugnat puerilis ætas. Diligenter ergo expendenda & animo verſanda veniunt quatuor illa, cum de agendis inibitur deliberatio, atq; ea ſequenda potius, quæ indicantia aut repugnantia dictabunt, nempe quæ morbus & vires ægri poſtulant, quam quæ condicatiua aut correpugnantia ſuadebunt, quod horum virtus in indicando minor ſit ac ſecundaria, non autem eſſentialis & primaria. Quoniam vero tot & tam variæ exiſtunt indicationum ſpecies, ideo quo de illis doctrina ſit apertior & minus confuſa, viſum eſt illam ſequenti ſchemate deſcriptam & diſtinctam oculis ſubiicere.

TABVLA DE INDICATIONIBVS. A

Indicatio complanata veluti & compendiaria via eſt, quæ certo conſtituto, & propoſito fine Chirurgum ducit ad præſentis morbi curationem. Tres eius ſunt ſpecies.

- *Prima ducitur à rebus naturalibus, quæ ſui per ſimilia conſeruationem indicant: huius ſpeciei multæ ſunt, aliæ ſpecies, quæ petuntur, vel*
  - *A viribus & facultatibus ægri.*
    - *Quarum conſeruandarum ergo ſæpe propria morbi cura negligenda eſt: nam vbi hæ deficiunt, impoſsibile eſt, Chirurgum voti compotem fieri.*
  - *A temperamento, vt ſi*
    - *Sanguineus fuerit æger*
    - *Bilioſus*
    - *Pituitoſus*
    - *Melancholicus.*
      - *Cuius conſeruandi ſtudio Chirurgus teneri debet, etſi à Symmetria deuiet, quod ei natura aſſueuerit.*
  - *Ab habitu, vt ſi*
    - *Mollis fuerit & delicatus*
    - *Tenuis & minutulus.*
    - *Statura breui.*
    - *Rarus vel denſus & compactus.*
  - *A conditione natiua læſæ partis, in qua ſpectamus, vel*
    - *Ipſius ſubſtantiam, nempe quatenus eſt ſimilaris, conſideramus ſitne calida, frigida, humida, ſicca, vel quatenus eſt organica, tumq́ ſitne princeps & nobilis, vel miniſtra & ignobilis.* B
    - *Vel ſenſum acutum, aut hebetem, quomodo non tam acria tolerat medicamenta oculus, quam caro ſimplex.*
    - *Vel formam, figuram, magnitudinem, numerum, ſitum, connexionem, actionem, vſum.*
  - *Ab ætate, quæuis enim ætas ſuas priuatim præbet Indicationes. Hinc videas pleroſque morbos in ſenibus incurabiles, qui facilem in adoleſcentibus conſequuntur curationem. Alios, qui in adoleſcentia nullam niſi ætatis & temperamenti conſequentis mutatione, admittunt curationem.*
  - *A ſexu; nam à medicamentis longe facilius exoluuntur mulieres, quam viri.* C
  - *Ab anni tempore; alia enim æſtate, alia hyeme conueniunt medicamina, alia item cibaria.*
  - *A regione; nam vt ſunt tractus, habituſque locorum, ita & ſunt motus humorum, & mores morborum, hinc vulnera capitis Lutetiæ, & tibiarum vlcera Auenioni ſunt contumaciora.*
  - *A morbi temporibus; nam alia per morborum initia, alia per incrementa, ſtatus & declinationes conueniunt.*
  - *A victus ratione; hæc enim, vt propria temperies, ſui conſeruationem indicat. Itaque aliter cibandi, qui delicijs diffluunt, aliter, qui vitam parce ac duriter agunt. Huc refer peculiares quaſdam naturas, quæ ad hoc aut illud cibi genus occulta quadam proprietate peſsime ſe habent. Sunt enim quidam, qui non modo ptiſanam, poma, ſoleam, perdicem, aquam & ſimilia non concoquunt, ſed ne videre quidem citra nauſeam ſuſtinent.* D
- *Altera ducitur à rebus non naturalibus, quæ modo per ſimilia conſeruationem, modo per contraria mutationem indicant. Sic enim*
  - *Si aer cum morbo qualitatum ſimilitudine in ægri quaſi coniurauerit perniciem, erit per contraria, arte corrigendus.*
  - *Quod ſi qualitatum diſsidio morbo repugnarit, erit conſeruandus.*
- *Tertia à rebus contra naturam, quæ ſui ablationem vſu contrariorum indicant, vt*
  - *Morbus ducta indicatione ab eis,*
    - *Magnitudine, complicatione cum aliis.*
    - *Quæ duo, contraria ſæpe morbo remedia indicant & poſtulant.*
  - *Cauſa morbi.*
  - *Symptomata.*
    - *In complicatis morbis ex tribus velut fontibus indicationes haurire licebit.*
      - *Ab vrgentiore,*
      - *à cauſa,*
      - *& eo, ſine quo morbus tolli nequit.*
        - *vt eſt*
          - *doloris acerbitas, fluxio in partem, varix vel intemperies, ſi vna cum morbo adfuerint.* E

De mirabilibus, & ab arte deuiis curandi quibuſdam rationibus. CAP. XXIII.

Monſtra in morbis. Phalangii punctura & vis mira. Ariſt. l. 8 de anim cap. 4. In muſica morbi remedium.

VT in natura, ſic etiam in morbis & morborum euentis ac curationib. contingunt monſtra: Monſtra intelligo mirabiles quoſdam morborum ſucceſſus, ſeu curandorum morborum deuias quaſdam ab arte rationes, quæ præter rationem, prærerq; naturam & communem vſum contingunt. Narrant Alexander ab Alexandro, & Petrus Gilius in Apulia regione Italiæ, frequentem haberi araneorum quandam ſpeciem, Tarentulam indigenæ appellant, Phalangiũ Petrus Rhodius nominat: Araneos illos ſub primũ æſtatis feruorẽ adeo venenatos & perniciales incolę experiuntur, vt quemcunq; morſu virulento attige-

A attigerint (diu enim ſine cibo viuit) is, niſi præſens adſit remedium, ſenſu, motuque omni priuatus ſtatim concidat, aut certe ſi mortis periculum effugiat, vitæ reliquum dementatus exigat: tam præcipiti & mortifero malo experientia remedium à muſica adinuenit. Ergo quam citiſſime poſſunt, citharœdos & varii generis tibicines accerſunt, qui pulſata cythara, inflatisque tibiis multiplicem concentum edant: quo audito qui venenato ictu conciderat, alacris exurgit, atque ad modulos numerumque tamdiu ſalit, quoad laborioſa & diuturna corporis totius concuſſione & exagitatione, venenum omne halitu & ſudoribus diſſipatum fuerit.

Ariſt. lib. 8. de anim. cap. 4. In muſica morbo remedium.

Addit Alexander, contigiſſe aliquando inſpectante ſe, vt defatigati citharœdi ſpiritu manuque deficiente à modulis interquieſcerent: tum ſaltatorem illum ſubito velut exanimum concidiſſe, ſed mox repetito cantu excitatum, denuo tripudia pari alacritate repetiuiſſe ad exactum vſque venenum. Sed & accidiſſe præterea, vt quidam haud perfecte ſic ſanatus, ſuperſtitibus adhuc morbi quibuſdam reliquiis, cum ſatis longo temporis interuallo poſt muſicum concentum forte ſubaudiuiſſet, continuo in ſaltum & choreas ſe dederit, nec ante perfectam curationem amoueri inde potuerit.

B Produnt ex Aſclepiadis ſententia, ſuaui & muſico concentu phreniticos inſigniter iuuari. Tradit Theophraſtus, & Aulus Gellius, arthriticos & iſchiadicos dolores harmonia deleri. Sed & teſtatur ſacra pagina, ſolitum Dauidem citharæ ſuaui ſono demulcere dæmonem illum, quo Saul immiſericorditer cruciabatur. Narrat Herodotus in Clio, Crœſo Lydiæ regi filium fuiſſe, qui in multam vſque ætatem fari non poterat; itaque cum iam adoleuiſſet mutum & elinguem habitum fuiſſe, Cum vero in patrem eius bello magno victum, & vrbe, in qua erat, capta, hoſtis deducto gladio, regem eſſe ignorans, inuaderet, deduxit os adoleſcens clamare nitens, eoque nixu atque impetu ſpiritus vitium, nodumque linguæ rupit, vnde plane & articulate locutus eſt, clamans in hoſtem, ne rex Crœſus occideretur. Tum & hoſtis gladium reduxit, & rex vita donatus eſt, & adoleſcens loqui continenter deinceps cœpit. Plutarchus *lib. de vtilitate capienda ex inimicis*, narrat, Theſſalum quendam nomine Proteum, inueteratum, & ad remedia contumax vlcus, parte quadam corporis circumtuliſſe, nec ſeruari ante potuiſſe, quam hoſtili in certamine vulnere illic forte accepto, redintegrata cura, ad vnum corpus reductum vulnus fuerit.

In muſica dolorum leuamen.

Valida animi perturbatio cōmotis ſpiritibus commodum affert.

Quintus Fabius Maximus authore Liuio, diu multumque quartana febre languebat, nec artis remediis ſucceſſum optatum conſequebatur, quouſque conſerto cum Allobrogibus prælio pugnan-
C di ardore nouo velut incendio, febrile vetus incendium diſcuſſit. Compertum nuper habeo ex cubicularii domini Lanſacii fideli narratu, extitiſſe nobilem Gallum in Polonia, qui febre quartana grauiter exercebatur: is cum aliquando ad Wiſtulæ fluminis ripam, quo quartanarii inſultus moleſtias falleret, deambularet, ab amico forte obuio, per iocum in profluentem impulſus eſt, ex quo (etſi natandi peritus eſſet, id eo ſciente, qui impulerat,) tantum pauorem concepit, vt nunquam ipſum dehinc quartana inuaſerit. Ab Abranenſi exercitu iuſſerat me rex Henricus II. Dorlanam vrbem proficiſci, vt illic eos curarem, qui ex conflictu cum Hiſpanis vulnerati fuerant, à ſancto Albino capitaneus etſi Subillii conflictus tempore quartanario paroxiſmo teneretur, prælio tamen intereſſe voluit, in quo cum glans ſclopo eliſa medias ceruices illi perforaſſet, tanto mortis terrore perculſus eſt, vt febris ardore, frigido metu cedente à quartana deinceps immunis vixerit. Franciſcus Valleriola Arelatenſis Medicus celeberrimus, narrat, Ioannem Berlam conciuem ſuum alterius partis corporis reſolutione multos annos affectum, cum domus incendio conflagraret, iamque ad cubile, in quo decumbebat, flamma ſerperet, graui timore perculſum, derepente ſe ſummo nixu erexiſſe, ac mox recuperatis corporis viribus, qua data feneſtra, è ſummo ædium præcipitem dediſſe, morbo confeſtim libe-
D ratum, reſtitutis parti ſenſu & motu, ſic vt rectus dehinc ſine vllo doloris ſenſu incederet, qui multos ante annos immobilis iacuiſſet. Simile quid *eodem loco* ſubiungit de Ioanne Sobiratio conſobrino ſuo: Is cum Auenionæ conuulſus annos plurimos conſtitiſſet, ita vt contractis poplitibus ingredi non valeret, repentina vehementique percitus in famulum ira, quem plagis cædere nitebatur, ita corpus exagitauit, vt confeſtim diſtentis crurum neruis, poplitibuſque emollitis, ſine vllo doloris ſenſu incederet, & rectus ſtaret, cum incuruo corpore annos totos plus minus ſex conſtitiſſet. poſtea, deincepſq; per omnem vitam ſanus euaſit.

Caſus arti locum dans. At hic natura morborum medicatrix.

Obſeru. 4. lib. 2.

Refert Galenus, accitum ſe aliquando ad ſiſtendum ſanguinem homini, cui ſecta fuerat arteria, quæ eſt ad malleolum: ſua vero opera curatum illum ſublata aneuriſmatis, id eſt venoſi vaſculi relaxationis periculo, atque inſuper ex illa fortuita plaga, liberatum grauiſſimo coxæ dolore, quo per annos quatuor cruciatus fuerat, quamuis vero doloris iſchiadici illa leuatio ex ratione ſucceſſerit per euacuationem materiæ coniunctæ, aperta malleoli eiuſdem lateris arteria: quia tamen minime in eum finem ſecta fuerat, ſed fortuna totum id contigerat, non abhorrere ab hoc argumento mihi caſus ille viſus eſt. Scribit Plinius, quendam nomine Phalereum, ſanguinis per os reiectione graui diu laboraſſe, ac
E tandem nihil proficientibus remediis vitæ, cuius exinde afficiebatur tædio, inermem in primam aciem aduerſus hoſtes inſiluiſſe: ibique vulnere in pectore accepto ingentem ſanguinis quantitatem excreuiſſe, quæ ſanguinis expuitioni, occluſo dehinc vulnere, denſataque vena, quæ ſanguinem continere non poterat, finem in perpetuum attulit.

Cap. 5. lib. de cur. rat. per ſanguin. miſſ. Gal. in ex ſomnio iſchiadicum dolorem curat.

Lutetiæ anno 1572. menſe Iulio, vir quidam nobilis, moribus ad omnem modeſtiam & comitatem compoſitus, in continuam febrem incidit, eaque occaſione phrenitis inuaſit, cuius œſtro percitus, præcipitem ſe per feneſtram e ſecundo ædium tabulato dedit, deciditque primum in ſcapulam Vaterræ Medici Ducis Alenconii, inde in ſubiectum pauimentum, qua ruina coſtas & iſchium grauiter contu-

 ſus, ſed

ſus, ſed interim ſibi reſtitutus rediit ad rationis & iudicii dexteritatem. Aderant ægro præter Vaterram A euentus huius teſtes Medici, Alexis, Magnus, Duretus, Martinus. Idem contigit eodem in morbo & ſimili ex caſu Vaſconi cuidam iacenti in domo Agrippæ, via ſtrata. Othomanus Monſpeſſuli Medicinæ doctor, & profeſſor regius, retulit mihi, fabrum quendam lignarium Broquerii pago Heluiorum, phreneticum factum ex alta feneſtra ſe in profluentem præcipitaſſe, ſtatimque vndis & fluctibus ereptum mentis integritati fuiſſe reſtitutum. Cæterum ſi licet caſum in conſilium artemque vertere, nolim ego ægros per feneſtræ ædium præcipites dare: Sed magis probauerim, derepente, ac nihil tale cogitantes, in ingentem cuppam frigidâ plenam præcipitari, in caput prouolutos, nec inde niſi poſt multam aquam hauſtam eripi, vt repentino illo lapſu, & forti timore fieret translatio materiæ phrenitidem committentis ſuperius, deorſum à partibus nobilibus ad ignobiles, quod fieri poſſe, tum exemplis patet propoſitis, tum exemplo eorum, qui à cane rabido demorſi aquas formidãtes in eadẽ ſæpiuſcule merguntur.

Cauſa nouiſsime cõmemoratarum curationum.

De impoſtoria curatione. CAP. XXIV.

Non eſſe hæreditarias ſcientias.

COnſtitutum nunc mihi eſt, de illis impoſtoribus agere, qui Chirurgi perſonam mentientes, artis B operibus quo iure, quaque iniuria ſe immiſcent: præcipue vero de luxatis, fractiſque oſſibus reſtituendis apud ignarum vulgus ſe iactant: tam falſo, quam impudenter aſſirmantes; harum rerum peritiam ad ſe à maioribus hæreditario quaſi quodam iure deuolutam eſſe. Quod commentum valde ridiculum eſt: animus enim noſter quo primum tempore naſcimur, eſt tanquam tabula raſa, in qua nihil depictum eſt. Alias quid neceſſe eſſet, tot nos laboribus ad capeſſendas ſcientias, exercere & conficere? Auxit quidem rerum quarundam ad vitam tuendam neceſſariarum inſita notitia, ſupra hominem cætera animantia Deus: At illum vice verſa ingenio, incredibili celeritate, & iudicio inſtructo locupletauit, cuius ſolerti & laborioſa agitatione omnia ſuæ ſubiiceret cognitioni. Non eſt ergo magis veriſimile, quenquam hoc ipſo, quod patre Chirurgo natus ſit, Chirurgiam callere, quam aliquem, qui nunquam ſudorem, nunquam puluerem, nunquam Solem in palæſtra pertulerit, concitandi, verſandique ad arbitrium bellatoris equi, & ad brauium in catadromo decurrendi artem noſſe, hoc ſolo nomine, quod patre nobili, & bellandi arte claro ſit progenitus.

Impudentiſſimum impoſtorum genus.

Eſt aliud impoſtorum genus longe pernicioſius & minus ferendum, audacter & inſolenter ſpondentium, oſſa fracta, & luxata, reſtituturos ſe vnitati, & in priſtinam ſedem compulſuros, ſola verborum conceptorum obmurmuratione, modo apud ſe ægri nomen & zonam habeant. Qua in re noſtrorum hominum ſatis nequeo mirari ſocordiam, tam leuiter, tam graui & pernicioſo errori fidem adhibentium: nec ad ſacroſanctam veterum medicorum, præcipueque diuini Hippocratis legem aduertentium, qua ſancitum eſt, ad elocatorum & dimotorum oſſium repoſitionem tria eſſe neceſſaria: oſſa à ſe inuicem abducere os; excipiens firmiter immotum, fida & ſtabili manu continere; os excipiendum in excipientis cauitatem impellere. Quam in rem tot machinas, tot gloſſocomia, & habenas, veterum adinuenit ſolertia, ſi forte manus operoſo illi operi non ſufficeret: quæ malum igitur eiuſmodi impoſtorum veſania eſt, id verbis aggredi perficereve, quod vix tot miniſtrorum validis manibus, tot artis tormentis exequi liceat. C

Ad luxationis curationem tria neceſſaria.

Emerſit paucis abhinc annis in Germania aliud impoſturæ genus, lapidem quendam patria lingua 𝔅𝔞𝔫𝔡𝔰𝔱𝔯𝔲𝔠𝔨 dictum, in pollinem comminuunt, homini, cui fractum luxatumve os aliquod fuerit, in potu exhibent, abunde id ad curationem ſufficere aſſirmantes. Per eandem Germaniam alii vagantur impoſtores, qui telum, quo quis læſus fuerit, ad ſe afferri iubent, id in abdito loco & à ſtrepitu remoto concludunt appoſitis, admotiſque medicamentis, perinde atque ægrum hominem curant: ſecurum interim ſua negotia agere ipſum ſinunt, ac pro ratione appoſitorum telo medicamentorum ipſius vulnus paulatim ſaneſcere, impudenti ore adſtruunt. D

Autoris opinio de Vnguentis armorum.

Arte magna perfici curationes.

Sed nec veriſimile eſt, rẽ inanimatã, quæ ipſa omni ſenſu orba eſt, vllius medicamenti vim ſentire: multo vero minus probabile, inde in læſum hominem fructum aliquem redundare. Nec vero ſi eiuſmodi præſtigiorum veritatem euentis ipſis, indicibuſque oculis mihi intueri aliquis dederit, propterea crediderо, natura rationeque id fieri, ſed incantamentis potius & arte magica.

Vltima Hiſdini expugnatione, dominus de Martigues primæuus, glande ſclopo emiſſi, medium per thoracem perfoſſus fuit. Curabam ego illum vna cum Medicis, Chirurgiſque Caroli V. Imperatoris, & Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis, qui quia captiuum ſaucium vnice amabat, concilium Medicorum & Chirurgorum, quo ipſi conſuleretur, coegit. Omnium vna vox fuit, immedicabile & funeſtum vulnus eſſe, quippe quod medios pulmones perforaſſet, ingentemq; inſuper ſanguinis, & thromborum copiam in thoracis capacitatem effudiſſet. Inuentus eſt tum Hiſpanus quidam, ex hoc impoſtorum numero egregie vafer, qui oppignoratæ vitæ periculo, cum incolumitati reſtitueret, quæ cauſa extitit, cur princeps nobiliſſimus conclamatus illius fidei curandus committeretur: Ante omnia iuſſit ſibi tradi ægri ſubuculam, quam in limbos & linamenta diſſecuit, quæ mox in crucem compoſita, plagis impoſuit, conceptis verbis, murmure concluſo inſuſurratis: De cætero ſeemum ægrum eſſe iuſſit, & diætam ſuiſque deque facere, illum ſe eius nomine præſtiturum, quod certe faciebat: Nam pro eſculentis nihil niſi paucula pruna, & pro poculis ſolum zythum habebat, nihilominus intra biduum princeps ſaucius è vita deceſſit: Hiſpanus ſuæ fugæ conſuluit, & ſuſpendio ſe ſubſtraxit. Ac interea, dum defuncti cadauer coram adſtantibus aromatis condirem, vulneris ipſius ſigna & accidentia, tum demum manifeſtiſſime (vt diximus) apparebant. E

A Sunt & alii huius generis præſtigiatores, qui linamentis vel ſiccis, vel oleo, aut aqua maceratis & obuolutis, certo carmine obmurmurato, omnium vulnerum pollicentur curationem, quibus aliquando ex voto me inſpectante, inceptum hoc ſucceſſit. Sed vulnera illa, in quibus id fiebat periculum, ſimplicia erant quæque ſolam vnionem ad perfectam curationem deſiderabant. Sic certe brutorum fracta oſſa, ipſa per ſe ſolius naturæ beneficio occaleſcunt. At vbi varia ſymptomatum acceſſione morbus erit compoſitus, vt vulnus cum vlcere, inflammatione, contuſione, & oſſis fractura, nihil ex linamentis, nihil ex ſolennibus verbis, præter mortem ſperare poſſis. Itaq; non ſolum ſibi, qui ſalutem ſuam impoſtoribus committunt populares, iniuriam inferunt; quinetiam Reip. & communi ciuium vtilitati male conſulunt, pro cuius libertate & iuſtitia magiſtratus prudens è libero & Chriſtiano conſortio, impoſtores immunitate priuare debebit.

Qua vulnera ſolis linamentis & aqua ſanentur.

Venefici, incantatores, augures, arioli, magi, malefici, poculorum infectores, de multorum morborum ſe iactant curatione: ſed ſi quid hac in re poſſunt & præſtant, id omne fraudibus, technis, maliſque artibus perficiunt, nempe incantamentis, adiurationibus, faſcinationibus, characteribus, nodulis, vinculiſque magicis, annulis, imaginibus, toxicis, limbis decuſſatim impoſitis, aliiſque damnandis
B præſtigiis, quibus vitæ hominum diſpendio primariam, ſacratiſſimamq; artium medicinam polluunt, peruertunt & infamant. Qui quidem vel patriæ legibus in exilium relegandi veniunt: cum præſertim Moſaica lege his verbis cautum ſit: *Nec inueniatur in te, qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet ſomnia atq; auguria, nec ſit maleficus, nec incantator, neque qui Pythones conſulat; nec diuinos; omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos in introitu ſuo.* Sed ad aliam cenſuram pertinent Ieſu Chriſti filii Dei, & Domini noſtri, Sanctorumque eius, & Apoſtolorum in morbis curandis ſupra naturam, omnemque artem miracula, quæ tam rata perſuaſaque omnibus eſſe debent, vt ſit nefas, Chriſtianum addubitare. Horum pleni ſunt ſacri omnes libri, qualia hæc: cæcis viſum, ſurdis auditum, paralyticis ingreſſum reſtituere, dæmones corporibus abigere, elephanticos curare, mulieribus fertilitatem & fœcunditatem adferre, mortuos ſuſcitare, & reliqua, quæ naturæ conditionem & leges excedunt, miracula, per Spiritum ſanctum patrare. Quem obnixe hic precamur, vt nos ab immundis dęmonibus, & diabolicæ fraudis ſpiritibus liberet & protegat: nobiſque hanc mentem tribuat, qua ad cœlum ſemper aſpirare, & in Deo fortunarum omnium noſtrarum ſpem, pręſidium & anchoram figere velimus & valeamus. AMEN.

Deut. 18.

C

D

E

A

DE ANIMANTIBVS, ET HOMINIS PRÆSTANTIA,

LIBER PRIMVS.

B

De Brutorum animantium natura. CAP. I.

Brutorum differentia.

PRIVSQVAM ad humani corporis anatomen aggrediar, placet paucis brutorum animantium naturas perſtringere. Brutis inter ſe, penes naturam multum intereſt. Ex his enim alia ſunt animoſa & audacia, alia timida, alia fera & agreſtia: alia domeſtica: alia armentitia: alia ſoliuaga: quædam teſtis ſquamiſque tecta, & munita: vt crocodilus, teſtudo, & piſcium generis plurima: alia aculeis ſpiniſque. Equo vngula ineſt ſolida, & rigida, ceruixque tanquam generoſo animanti, pilis multis & ſetis horrida. Magnanimi Leonis corpus dentes, vngueſq; adunci & cauda tuentur. Tauri cornu, apri exerto dente genuino tanquam venabulo ſunt formidabiles. Lepori pauido animali corpus nudum eſt & inerme, at in ſubſidium ad fugam citum & velox id natura eſſe voluit. Quod enim ſunt generoſis animantibus arma, id ſunt timidis celeritas & fuga. Infinitæ ſunt aliæ brutorum animantium admirandi artificii dotes, quas mente calamoue complecti vix licet. Nam ſi in ipſorum naturam diligentius inſpicere volumus, adumbrata virtutum veſtigia cernemus, magnanimitatis, prudentiæ, fortitudinis, clementiæ, docilitatis. Multa enim inter ſe charitate tenentur, vt vtilia ſequuntur, declinant nocitura, congerunt conduntq; ad vitam & victum neceſſaria. Tempeſtatum deniq; & aeris, clara dant præſagia. Multa homines docuerunt, ſenſu ſunt acerrimo & exquiſitiſſimo, vocem ad numeros modulantur, partus ſolertem curam gerunt, naturalis ſoli dulcedine tenentur: amicitiæ & caſtitatis iura religioſa colunt; armis inſtructa ſunt, quibus & vltro laceſſere, & ſe tueri laceſſita poſſunt, humanæ culturæ cicuranda ſe ſubmittunt, humanas voces reddunt & æmulantur, ſibi mutuo occinunt. Reip. ſpeciem quandam ſibi conſtituerunt, eorumq; præſentem ſanitatem tueri, morboſque depellere poſſunt, notitiam habent, ex ſeſe, minime ab hominib. edocta: quin ſalubrium rerum magnam partem homines edocuerunt. Quæ res veterum philoſophorum permultos in eam dubitationem impulit, vt quærant, brutiſne ratio ineſſet. Itaq; & ſapiens Salomon, diligentiæ & parcimoniæ exempla à formicis nos petere iubet, Eſaias vero ferum & ingratum in Deum animum Iſraelitis exprobrans, eos ad bouem & aſinum ablegat: ſiquidem dominorum non modo notitia, ſed & amore tenentur. Vnde vero tot remediorum notitia, qua nunc medicinæ ſcientia diues ſplendet, quam a brutis animantibus, vt eſt a Plinio proditum: Dictamni enim certas ad euellenda ſpicula vires, cerui nos edocuerunt, quando venatorum telis impetiti, relicta in corpore ſuo tela eo remedio extrahunt. Idem Cretenſes capras factitare, ſcripſit Ariſtoteles. Chelidoniæ herbæ ad viſum mira vis hirundinum documento innotuit, quod ea pullorum oculos illinire & roborare cernuntur. Serpentes palpebris fœniculo illitis, ſeneſcentem oculorum aciem ſibi acuere & reſtituere creduntur. Teſtudo aduerſus viperarum morſus ſatureia deuorata ſe munit, & tuetur. Vrſi contractum ex mandragoræ vſu venenum, formicarum eſu depellunt. Iidem ventris ſegnitiem, quam ſibi ex veternoſo in ſpeluncis ſopore contraxerunt, Ari herbæ eſu caſtigant. Mira vero ipſorum eſt in alliciendis & intercipiendis formicis aſtutia; formicarum cauernas ſeu foramina taciti adeunt, illicque humi toto corpore velut exanimes fuſi, linguam ſaliua madidam exerunt, nec ipſam ante in palatum reuocant, quam eam formicis humoris dulcedine illectis differtam ſenſerint, hocque deuorato tanquam cathartico, noxios, quibus grauantur, humores per inteſtina depellunt. Canes vulgo cernimus gramine deglutito, quod inde & dens canis dicitur, ſtomachum ſibi vomitu mouere. Porci, fluuiatiles aſtacos venantur, cum ſe ægrotare ſentiunt. Palumbes, merulæ, & perdices, lauri folus ſe purgant. Columbi, turtures, gallinaceumq; omne genus, parietaria humorum ſibi ſarcinam leuant. Ibes ciconiæ haud diſſimilis Clyſterum viſum nobis demonſtrauit; dum enim humorum noxiorum copia ſe degrauari ſentit, roſtro aqua marina impleto ea ſe parte proluit, qua ventris onera reddi maxime ſalubre eſt. Decutiendarum oculi cataractarum inuentio capræ accepta ferenda eſt, quæ fortuito ad ſpinoſos frutices alliſu obſtruentem lumini ſuo & pupillæ cataractam deiecit, ſicque viſum recepit. Inuentæ Phlebotomiæ beneficium debemus Hypotamo, fluminis Nili e quo incolæ, guloſus enim natura, cũ ſe ſanguinis copia opprimi ſentit, ad acutiores ripæ cannas affricto femore ſibi venam pertundit, qua ſuperflui ſanguinis onus à ſe exigit, ſiſtitq; cum par eſt, volutato per craſſum & obſtruentem limum corpore. Teſtudo comeſtis forte ſerpentis

Virtutum in brutis veſtigia. C

Lib. 8. ca. 27. D

Vrſorum aſtutia.

Clyſterum inuentor ſeu demonſtrator Ibes. E

Cataractæ decutiendæ inuentio.

Phlebotomiæ inuentio.

A pentis cumbus ab origano & in arorana antidotum petit. Quin & aduerſus ſæuam & nemini parcen-
tem fulminum vim, veteres à brutis auxilia ſenſere. Nam aquilæ pennis fulmine nunquam tangi credi-
derunt. Itaque ex his faſciculos plumeos capiti circumponebant. Idem de vitulo marino perſuaſum ha-
buerunt. Itaque ex eius pellibus corpora ſua cingere pro certiſſimo contra fulmina præſidio ſolebant.
Cætera perſequi, quæ à brutis animantibus didicimus, tuendæ vitæ & ſanitatis præſidia, ab Ariſtotele
& Plinio fuſe notata, nimis longum eſſet & operoſum. Itaque huic capiti finem imponam ſi hoc prius
addidero, nos brutis animantibus, non modo depellendorum morborum & ſanitatis tuendæ adiumen-
ta, ſed & victum, veſtitum, cultum, ornatumque corporis debere.

De brutorum præſagiendi vi. CAP. II.

PRima vero obſeruandarum in aere, & præſagiendarum tempeſtatum vis & notitia, à brutis terreſtri-
bus, aquatilibus, volatilibuſque manauit. Quotidiana enim docet obſeruatio, aeris mutationem de-
nuntiari, cum agni & arietes petulco cornu in ſe inuicem incurrunt, & pedibus in aerem ſublatis crebro
ſubſultu laſciuiunt. Idem portendi putant, cum bos oppoſito linguæ linctu pilos inuertit, cum repen-
to ſubinde mugitu aerem implet, cum terræ odorem naribus explorat, cum ſolito auidius herbam de-
B paſcitur. Sed & ſi formicæ denſioribus agminibus prædam trepide adeo connectent, vt per ſemitæ an-
guſtias in ſe inuicem incurrant, & alligentur, pluuias imminere putant, vt & ſi talpæ ardentius terram
ſuffodiant. & ſi felis crebro afflicta caput, collumque elatis ſupra aures pedum palmis demulceat. Pi-
ſces, ſi ludibundis ſubſultibus emergere & corpus paululum aquis extrere cernantur, in pluuiæ ſignum
trahitur: Imminentis vero tempeſtatis & procellæ in mari argumentum eſſe putatur, ſi idem Delphi-
ni magno agmine moliuntur. Itaque inde naturæ admoniti hoi rebusque ſuis omni arte conſulunt, ac
ſi fieri poteſt, anchoræ dente tenaci naues fundant. Notum vero ſat eſt, quid portendat ranarum ſolito
importunior coaxatio.

Auium vero in hoc præſagiendi genere mira eſt ſupra reliqua bruta ſagacitas. Si tacite grues per
aera volant, ſerenitatis eſt indicium. contrariæ vero aeris conſtitutionis, ſi clangoſa voce obſtrepant, &
diſſipatæ volitent, vt & ſi aquaticæ aues longius à mari abſcedant & in terram progrediantur. Noctua
ſuo vlulatu præſentis cœli ſtatus in vtrumque mutationem imminentem portendit. Narrat Plutar-
chus, nimbos ventoſque portendere coruum, cum rauca voce altius crocitat, aut alis latera vehemen-
C tius verberat. Quando anſeres aut anates aquis ſe mergunt auidius, & pennas roſtro diſponunt, expli-
cant, excutiuntque, atque ad inuicem garriunt, pluuias denotant: haud aliter, quam ſi hirundines ſic
humiles circa aquas conuolent, vt ſe pennaſque ſuas humore aſpergant. Aut ſi regulus amœnius ſolito
ſtillare & tripudiare cernatur: vel ſi Gallus gallinaceus ſtatim ab occaſu ſolis occinat, vel cocciſſet po-
tius: vel ſi veſpæ, pulicesue acrius paulo momorderint: Si ardea præpetibus pennis cœlo ſe committat,
ſerenitatem: Si contra iuxta aquas deuolet, pluuias denuntiat. Si columbæ ad columbaria ſua ſerius ſe
recipiant, pluuias ventoſque. Si veſpertiliones appetente nocte denſiore agmine conuolent, humi-
dum tempus portendant. Crocodilus eo demum loco oua ponit, quo exundationis Nili terminus eſſe
debet. Itaque circa primum ouorum factum fuerunt, is reliquis agricolis prædicit denuntiatque, quo vſq;
Nilus debeat aſſurgere, & quos ſibi excedens in terram o... debeat; res admiratione digniſ-
ſima, tantam in hoc monſtro præſagiendi vim ineſſe.

De Induſtria piſcium. CAP. III.

MAritimi piſces plurimi vbi primum imminentẽ tempeſtatem ſentiunt, ſaburrant ſeſe, ne temere ad
tempeſtatis arbitrium huc illuc iactentur. Alii rupium cauernis ad exactam vſque maris ſæuitiam
D ſe abdunt. Quod vero aduerſo flumine adnatant, id certa cauſa & induſtria faciunt, ne ſcilicet vndarum, flu-
ctuumque impetu ſquamis ibi ſublatis decidat, ac branchias aqua impleat, vnde nandi difficultas ma-
ior, & reſpirationis interceptio. Quo eodem conſilio grues volant aduerſum ventos, quos alioqui ſi ſe-
cundos haberent, diiectis, diſperſiſque pennis volandi impotentes redderentur.

De auium in nidis ædificandis induſtria. CAP. IV.

AVium in extruendis nidis induſtria tanta eſt, vt lignorum, architectorumque omnium artem, &
induſtriam facile ſuperet. Hinc in prouerbiũ abiit. *Scire omnia homines, & aſſequi, præterquam auibus*
nidos conſtruere: hos enim intus lana, plumis, & eiuſmodi rebus mollibus faciunt, vt fœtibus ſint inſtar
culcitræ. Hirundines nidos ſphærica figura extruunt, quod ea firmior ſit & occurſantium iniuriæ minus
patens ac præterea capacior. Ex luto, paleiſque & interiecto ſtramine multo materiam ſibi deligunt,
tanquam ex ligno & calce. Quæ in arboribus nidificant aues, ramalia ſibi ſolidiora deligunt, tanquã
in firmius futuri ædificii fundamentum. Mas & fœmella, mutuo incubatu oua fouent, partitiſque ope-
ribus cibaria afferunt, neque fœtus vnquam deſerunt, quovſque ipſi per ſe cibum ſibi quærere queant.
Domi meæ paſſeribus paraui multis in figulinis nidos, vbi grandeſcere fœtus & plumis veſtiri incipiunt
E pullitiem totam nido detrahi & in cauea locari iubeo, vt ex parentum in illis cibandis ſolicitudine a-
nimis & mihi oblectationem comparem. Fœtus enim ſuo cibant ordine neque quenquam prætermit-
tunt, neque eidem aliorum diſpendio bis bucellam largiuntur, etiamſi hianti oſculo ſe parenti offe-
rat. Omnino ex diſtributionis iuſtæ norma ſuum cuique commeatum partientes. Sæpe & experiendi
gratia alienigenam paſſerculum eiuſdem ætatis aut ſuppoſui, aut reliquorum cœtui admiſcui, tentatu-
rus ſi illum quaſi legitimum partum parentes cibaturi eſſent. At hunc tanquam ſpurium & ſuppoſitum
fame emori ſinebant bucelliſque adhiantem prætermittebant. Sic agni, ſic capreoli, magno in campis
agmine ad ſuam quiſque matrem accurrunt, quæ etiam certo diſcrimine legitimi à ſpurio, ab alio, quam
à proprio partu ſugi ſe non patitur.

Contra fulmen præſidium.

Arietum concurſus quid denuntiet.

Pluuiarum præſagium.

Imminentis in mari tempeſtatis ſignum.

A coruo præſagium.

Ab ardea præſagium.

Crocodilus ouorum poſitione incrementi Nili terminum monſtrat.

Quæ ſibi aduerſum tempeſtatem cõſulant piſces.

Cur aduerſo flumine nant.

Ex qua materia nidos aues conſtruant.

Qua figura.

Quo ſtudio paſſeres pullitiem educent.

De Aranearum induſtria. CAP. V. A

Araneæ textrices.

Aranea telam miro texit artificio, ad vicina omnia adminicula ſuſpenſam, orſumque, & vndique filo ducto & decuſſata facto eam ſuſtentans & fulciens. Ac quamuis incautè id pendens atque opus ancillarum diligentia texuerint, percutiatque, nihilominus ſedes & incunabula non deſerit, nec ab incepto deſiſtit aut deterretur opere, plura longe pauco tempore interrupto opera retexens, quam multo labore retextum fuerit, vt non aliunde textores, linteones, lanbolarii & acupictores artes ſuas didiciſſe videantur. Si contextus perfectionem & fili ſubtilitatem ſpectes, ſeu telæ contextum modo, in ſolubiles, attendas. Hæc enim nullis abrupta aut interſecta filamentis membranæ tenuiſſimæ inſtar habet

Araneæ prædatores.

quodam velut penicillo glutine, quo araneæ irretita animalcula, rapido motu contracta, tanquam caſſibus & retibus, implicant & captant, venatorum ritu. Fabuloſa hæc viderentur, niſi etiamnum eſſent, vt quotidie oculis cernerentur.

De Apibus. CAP. VI.

Apes reges ſibi deligũt.

Non mihi videtur ſilentio prætereunda ſolers apum diligentia. Conſtituunt enim Reipubl. quadam forma ſibi regem deligunt, qui corporis proceritate, & formæ præſtantia reliquis antecellat: Alis magis tamen breuioribus, cruribus rectis, inceſſu grauiore & quodam ceu diademate & coronæ regiæ B loco aculeo vel caret vel non vtitur, quo reliquæ pro aliis inſtructæ ſunt. Nunquam ſolus extra aluearia progreditur, ſed ſtipatu regio cinctus reliquo inſequente comitatu, nec nisi cum tota agmini neceſſaria incumbant foris negotia, progreſſum illum multo fremitu & bombo tubarum tanquam cantu

Apes caſtra metari.

præſignificant & accedunt: quæ præ propius poteſt regis lateri ſe agglomerat, omneſque illum volando defeſſum ſuo corpore ſuſtinent. Quemcunque locum rex inſederit, illic omnes caſtra metantur. Vbi mortem illam contigerit, non iam foris paſtum prodeunt, ſed triſtes cadauer eius circumſtant, extra aluea-

Funus mortuo regi procurare.

ria deportant, tanquam funus proſequuntur & inhumant. Tandem funereis omnibus obſequiis magna pompa peractis, alium ſibi regem eligunt, quod viuere ſine rege nequeunt. Ad omnia attendit, oculos in omnem partem torquet, dum reliquæ operi inceſſanter intendunt: atque obuolitans omnibus animos addit & moras caſtigat. Tempus ſibi ad progreſſum paſtus cauſa ſerenum & ſudum eligunt.

Apum iuſtitia.

Nam & præſagiendarum cæli tempeſtatum vim inſitam habent. Hæ ſunt iuſtitia & æquitate, vt nunquam cuiquam animanti aculeo aut alia arte ſint moleſtæ, nec vnquam ſtimulum ſuum in quenquam exerant & acuant, niſi domicilii & aluearii tuendi cauſa. C

De apum cura.

Apum vigilantia.

Rem ſuam hoc gerunt & adminiſtrant modo. Interdiu ad portas vigilum & cuſtodiarum ſtationem diſponunt. De nocte tamdiu ab opere quieſcunt, quoad vna, eandemque mutas incumbit, vno aut altero bombo, tanquam tubæ clangore omnes excitauerit. Inde cœuunt exploratturæ cæli conditionem,

Varia apum munia.

quam ſi ſerenam forte præſagierint, in campos & pabula prodeunt. Ergo aliæ florum ſalictis dos cruribus, aliæ aquam ore, aliæ roſcidum humorem corpore exceptum in aluearia comportant. His occurrunt aliæ, quæ onera excipiunt, & in ſua loca ſtatuta ac ſedes diſtribuunt. Quæ in campos ad paſtum dimittuntur, iuniores ſunt & gracitiores. Itaque ſi tum forte laborantur ſi non aliquis ventus, tamdiu expectant, quoad ſubſederit & vis eius atque impetus remiſerit. Quod ſi ſæuiat diutius illis aduerſus,

Apes ignauam exilio mulctare.

lapillo ſe ſaburrant, & humiles ſupra terram volant, ne ipſius impetu huc illuc exagitatæ raptentur. Ad res omnes ſacras ſunt attentiſſimæ, & deſidiam ſocordiam ſæpe morte vindicantur: nonnullæ extruunt, aliæ extructa perpoliunt, aliæ commeatum importent, miro autem artificio ſibi architectantur fornicata illa aluearia, eaque faciunt duabus ianuis peruia, vna ad ingreſſum, altera ad egreſſum comparata.

Ariſtomachus diligens apum explorator.

Conueniunt vna omnes, ne inæqualitas aut in cibis, aut in labore diſſidii cauſam adferat. Lauta & munda vt ſint domicilia ſua curant, ignauos fucos fruges conſumere, & lætos aliarum labores deſtruere natos à præſepibus arcent, quæ aculeum amiſerunt, inutiles redduntur, quod paulo poſt illorum viſcera efflauant & moriantur. Dominis ſuis miraculos adferunt ceræ & mellis fructus. Gloriatur Ariſtomachus philoſophus, ſe magna cura per quinquaginta octo annos apes nutriuiſſe, vt illarum ſtatum conditionemq; omnem magis exploratam haberet. D

De Formicis. CAP. VII.

Nec vero minori digna admiratione formicarum, quam apum, induſtria eſt, diligentia & experientia. Sic vt Salomon diligentiæ exempla a formicis ſegnes exquirere iubeat. Certe niſi experientiam teſtem adhibere liceret, incredibile videretur, tam puſilla animalcula tot fruges in commeatum con-

Lib. xi. cap. 30.

gerere, ac tam pulchro, quo cernimus, ordine res ſuas tueri ac gerere. Plinius elucere inter ipſos reipublicæ bene conſtitutæ beneque moratæ formam adſtruit: quam enim iucundum eſt ſpectaculum, eas intueri, mordicus comprehendere fructus, quos volunt congerere, atque aduerſas eorum pondera toto corpore atque humeris obniti. Ne vero quæ in horrea ſua reponunt, in humida germinare, atque

Mira ſolertia.

radices agere poſſint, ea altera parte arrodere? Si craſſiora illa ſint, quam vt queant in foraminulas ſubire, medio ſcripta diuidunt. Si humore madeant, in ſolem & apricum proferunt quo exſiccentur. Luna plena, de nocte operas faciunt, ipſa ſilente quieſcunt, in quo ſe rerum cæleſtium ſignificationem aliquam habere demonſtrat. Teſtatur Plinius, ſtatuas nundinas & emporia quaſi habere, vbi frequentes conueniant, mutuoque amicitiæ & charitatis iure ſe deuinciant, atque ſi intentius intueare, nonne colloquium inter ſe putes, atque vltro citroque de rebus ſuis ſermones ſerere? Nonne in duris ſilici-

Nihil non aſſiduitate coſequimur.

bus impreſſa crebro attritu pedum ipſarum cernimus veſtigiam. Ex quo licet intelligere, quantum in rebus ſingulis valeat aſſiduitas, quin & memorant inhumationis officia ſibi mutuo hominum ritu præſtare. *Qua vero oratione*, inquit Plutarchus *ſatis digne, formicarum diligentiam & induſtriam aſſequi poſſimus?*

Non

A *Non alia habet rerum magnarum magis miranda ſpectacula natura. Nam in formicis omnis virtutis ſigna relucent, & celebres illi formicarum conuentus amicitiæ ſpeciem præferunt, alacritas in adeundis laboribus fortitudinis, & magnanimitatis imaginem gerit: denique non obſcura in illis emicant temperantiæ, prouidentiæ, & iuſtitiæ exempla. Mutuæ charitatis ſuæ argumenta in eo oſtentant, quod ſi occurrant in valle anguſto, exonerata oneratis de via decedunt, quo liberius inſtitutum iter per ſe ipſi queant. Aiunt primum ipſarum ſpeluncam ingreſſum haud rectum eſſe, ſed multis gyris & circuitibus intortum, qui tandem in tres cauernulas deſinant, ducantque: in quorum vna conuentus ſuos habent, in altera annonam reponunt, in tertia mortuorum cadauera inhumant.* Hæc de formicis Plutarchus.

Virtutum omnium expreſſa in formicis ſimulachra.

De Bombycibus. CAP. VIII.

AD hanc animalculorum induſtriam accenſenda videtur Bombycum induſtria, de qua in nidis conſtruendis, in lanis, teliſque texendis, quibus magnifice veſtiuntur reges, mira ſcripſere Philoſophi. Et quis in tam puſillo animalculorum corpore tantas ingenii dotes & tantam totque diuitiarum parentem ſolertiam non mirabitur? Ergo Dei prouidentia non ex eo tantum innoteſcit, quod animantia propriis & ſingula ſuis dotibus exornauit. Sed multo magis, quod horum minimis plus prudentiæ, ſolertiæ & induſtriæ largita eſt ad virium corporeatum ſarciendum defectum.

Diuitiarum parens ſolertia.

B

De Brutorum mutua in ſe & in fœtus charitate. CAP. IX.

SCribit Plutarchus, animantia omnia ſingulari amore & cura quadam eorum, quæ ex ſe procreata ſunt, detineri, in quam rem perdicum commendatur ſolertia, quamdiu enim fœtus volandi per tenellam ætatem ſunt impotentes, docent eos ſupino decubitu iacentes inter terræ glebas ſe abdere, vt ſic venatorum oculos fallant coloris ſimilitudine: quod ſi nihilominus videant venatores illis inſtare atq; imminere, variis ludificationibus & corporis iam quaſi volando defeſſi, declinationibus ita agunt, vt à fœtibus illis ſuis, longe venatores ad ſe captandum abducant, quod vbi conſecutas putant, iam pleno volatu quaſi recuperans nouis viribus ſe ſubducunt. Quis illum ſolertis conſilii plenum amorem non admiretur?

Perdicum in conſeruanda pullitie induſtria.

Nec minus miranda ſunt, quæ de leporibus produnt. Cum enim ſe in ſua latibula recipere volunt, variorum locorum, ſæpe etiam duorum iugerum ſpatio, a ſe inuicem diſtractorum, quaſi fidei fœtus ſuos committunt, ne ſi forte venatorem, ſeu canem, ſeu hominem per ea loca deerrare contigerit, omnes vno capturæ periculo inuoluantur. Inde vbi plurima pedum ſuorum veſtigia hac illac omni ex

C parte impreſſerint, quo venatorum aſpectum & canum ſagacitatem fallant, vno aut altero ſaltu in ſua ſe latibula ſubducunt.

Quo aſtu ſibi & proli aduerſum venatores lepores conſulant.


Non illi inferior eſt herinacei prudentia, perſequente enim ac iam imminente vulpe, ſeſe intra ſpinatos aculeos ſuos agglomerat, caſtaneæ echino ſuo inuolutæ inſtar: Sic vt vndique acutis in orbem horridis ſtimulis circumtectus lædi nequeat, hacque arte ſibi cauet. Fœtibus autem ſic: Vindemiarum tempore in vineas properat illic pedibus acinos & racemos decutit, corporiſque rotatione aculeis ſuis tranſfixos, tanquam onus ſibi imponit, inque ſpeluncam inde ſe recipit. Vuam diceres propriis ſe motibus agitantem: prædam ſibi & proli partitur. Idem circa pyra, pomaque cum eſt tempus ad eam rem idoneum, molitur. In Florida Galliæ Antarcticæ inſula viſitur fera, quæ raritatis & deformitatis nomine neutiquam mihi prætereunda viſa eſt, ab indigenis Succarath, a Canibalibus Su nominatur, maximam partem fluminum littora incolit, & rapto viuit. Cum ſibi imminere ſentit venatores, fœtus ſuos comprehenſos dorſo imponit, cauda, quam prælongam & patulam habet, tegit, ac ſimul ſibi illiſq; fuga conſulit, nec aliter capi poteſt, quam foueis, quas ſylueſtres illi homines in vicinis fugæ locis ſuffodiunt, in quas incauta præceps labatur, eius hic delineationem appinxi, ex Theueti Coſmographia.

Herinacei in nutrienda prole ſtudium.

Tom. 2. lib. 23. cap. 1.

D

TYPVS SVCCARATH.



E

De Aui-

De auium & canum mutua in Dominos charitate. CAP. X. A

Ciconiarum pietas. Ciconia parentes ſenectate defectos nutrit, æquales autem caſu aliquo volandi impotentes, alis, dorſoque iuuat, & ſuſtentat. Itaque obſeruantia & pietate erga parentes, amore vero [illegible] erga æquales commendabiles ſunt Ciconiæ.

Gallinarum [illegible] pullos cura. Gallina imminente aliquo periculo pullos ſub alas cogit, & illos tanquam [illegible], quantum poteſt, tuetur, ſeſe pro illis ſæuiſſimarum ferarum rapacitati obijcit, [illegible] ſi forte quid in ſuos fœtus moliantur.

Canum fidelitas & ſagacitas. Quis vero non miretur canum erga dominos fidelitatem & amorem, [illegible] rependunt: Nunquam à domino canis deſerit, ne ſi miſeris quidem modis [illegible] Nullum baculum tam datum reperire poteſt [illegible] Nullum eſt animantis genus, quod certius, promptius domini [illegible] rum voces agnoſcit. Null[illegible] vel Cicerone [illegible] odorum enim vim, qua per [illegible] exempla, quæ longum eſſet commemorare.

Columbos adulteria neſcire. Columborum genus [illegible] adulteria tamen neſcit, quin & [illegible] oſculo charitate illam ſibi reconciliatum in oſcula redire cogit, nec vt [illegible] ſuauior.

Turtures ad ſecundas nuptias non conuolare. Par charitatis ardor turtures inuicem conciliat, amiſſo enim coniuge [illegible] nunquam nouum celebrat hymenæum, nec vnquam exinde [illegible] viduitate [illegible].

De Elephantum robore, pietate, docilitate clementia, [illegible] & gratitudine. CAP. XI.

Lib. 8. cap. 1. Inter terreſtria animalia nullum vaſtius, robuſtius, & formidabilius Elephante. Robur [illegible] turrita illa propugnacula, armatis militibus plena, [illegible] animi Romanos milites, quo prælio contra Antiochum decertarunt, [illegible] vaſtitate & immanitate [illegible] vt ſtatim in fugam verterint. [illegible] quas de illis narrent virtutes Plinius. Scribit Plinius, Elephantes ad humanum ingenium proxime accedere, rudemque notionem idiomatis habere. [illegible]

Elephantis religio. memoriam in ſolitis muneribus obeundis. Quod ad religionem attinet, prodit Plutarchus, [illegible] preces fundere, ſe aqua marina luſtrare, ſolem orientem [illegible] C magna obſeruantia colere. Addit Plinius, pari cultu lunam, ſtellaſque illos proſequi. [illegible] memorant hiſtoriæ, noua luna magnis agminibus Elephantes in flumen [illegible] lucere, luſtratos lunam flexis genibus venerari, inde in ſyluas ſe recipere [illegible] tatæ ratione ſequentibus cæteris. Contigiſſe aliquando narrat Plutarchus, vt ex Elephantis qui ad ſpectacula panegyrica Romæ [illegible] tardiore eſſet ingenio, & minus docili, [illegible] eis erat contemptui, & plagas ſæpe à magiſtro ferebat. Hunc vero, [illegible]

Plinius lib. 8 cap. 5. genij tarditatem, ſæpe obſeruatum de nocte, ad lunæ lucentis radios, [illegible] quæ interdiu à magiſtro acceperat. Nam literas ducere ac pingere, [illegible] ſimilia ludicra edocentur. Cæterum in regiones peregrinas [illegible] duci poſſint, vt nauem conſcendant, [illegible] fuerint. Nunquam quemquam lædunt, niſi prouocati. [illegible] verecundi animi argumentum.

De Lampetra. CAP. XII.

Lampetra oui pará & Viparam, eſſe poſſe. Ne charitatis ardor ſub aquis reſtinctus videatur, appoſito exemplo deliberemus, quoniam cedat D mutuo inuicem amore aquatilia terreſtribus, an [illegible] Lampetra inter huius generis bruta palmam facile meretur, pietatis in parentes, & charitatis in ſobolem. [illegible] ſe parit: Mox vero ibidem ex ouis fœtus procreat [illegible] tum foras in lucem exponit, [illegible] pereret & ſuperfœtaret. Non ergo ante excludit, quam grandiores facti [illegible] & in aqua ita ludere, vt non longe à ſe abſcedere patiatur, [illegible] penetralia illos recipit. Tandiu illic hoſpitari, & cibum [illegible] capere permittens, quam diu opus eſſe nouerit.

Quod cicurari poſſint bruta. CAP. XIII.

Coſmograph. Tom. 2. lib. 19. cap. 7. Theuetus Turcarum Imperatorem Cairi Memphis olim ſuit Conſtantinopoli habere in delicijs altiles, feras crudeles plurimas, vt Leones, Tigres, Leopardos, Lupos [illegible], Camelos, Elephantes, [illegible] & alias multas huius generis, prodit. has catenis ferreis vinct[illegible] per vrbem ad ſpectaculum ducunt. Magiſtri campanulis cinguntur, quarum ſtrepitu plebs [illegible] ferarum impetu iubetur. Sed ſpe præmij & muneris illecti, ipſarum ſpectaculum peregrinarum [illegible] E num legatis, & magnatibus viris, exhibere geſtiunt, coram quibus belluas mille ludibria [illegible] plena edere cogunt interim modis & numeris patrijs tibias inflant, & alia organa muſica pulſant, comœdias agunt, colluctantur ſtipi inhiantes.

Quod etiam aquatilia bruta poſſunt cicurari. CAP. XIV.

Longe vero admirabilius eſt manſueſcere & condocefieri humanis artibus aquatilia bruta in quo cenſu in primis habentur anguillæ. multi idem de murena prodiderunt. Nam & [illegible] M. Craſſo

A Craſſo murenam in piſcinia fuiſſe adeo cicurem, & condocefactam, vt illi ad arbitrium eſſet obſequẽs. Quare Itaque velut domeſticæ & manſuefactæ belluæ nomen, impoſuerat, quo aduocata accurrebat. Quare mortuam Atratus velut filiam luxit. Quod ei collega CN. Domitius tanquam probrum cum obijeciſſet, retorſit tres ei mortuas coniuges, quarum nullam luxiſſet.

Quod Bruta homines docuerint arma polire, acuere, & ex inſidiis hoſtem adoriri. CAP. XV.

Milites id ſtudioſe agunt, vt arma à rubigine tueantur, Itaque ea ſæpe politori polienda tradunt. At in hoc curæ genere permulta illis bruta non cedunt. Nam & Apri dentes ad pugnam acuunt: Elephantes vero, quod intelligant alterius ſuorum dentium acumen, ſuffodiendo plantas radices, vnde cibum capiant, auellendo hebetari, alterum intemeratum ſeruant, nulliuſque rei contactu atteri patiuntur, vt in pugna aduerſus Rhinocerotes & alios hoſtes poſſit eſſe vſui. Sed in Rhinocerotis ingenio hoc venit valde notandum, quod cum aduerſus Elephantem perpetua illi ſint odia, quo tempore ſe ad pugnam adornant, cornu ad rupem tanquam ad cotem acuit, nec Elephantis aliam partem quantum B fieri poteſt appetit, quam ventrem, quod nouerit, illam mollitie eſſe eiuſmodi, quæ noxæ facile peruia ſit. Id animal longitudine Elephantem æquat, at altitudine ſuppar eſt, ob crurum breuitatem, colore eſt buxeo multis maculis diſtincto. *Rhinocerotis contra Elephantem pugnaturi aſtutia.*

Typus Rhinocerotis, & Elephantis: quem ad modum armati in pugnam prodeant.

C





De Leone, Ichneumone & aliis, quæ minime terrentur animantibus.

CAP. XVI.

Leo ſemper incedit vnguibus contractis, & ſua tanquam vagina concluſis, non modo ne per impreſſa pedum veſtigia comperiri & comprehendi poſſit, ſed multo magis, ne incedendi continuo attritu vnguium acumen hebetetur & obtundatur. Tauri decertantes cornua intentant, ſeque cordatorum militum inſtar, ad certamen animant & excitant. *Leonis in incedendo prudentia.*

D Ichneumon ſtrenui militis ad pugnam accinctum & apparatum æmulatur, itaque luto conſpergit ſe, ac tanquam lorica vndique cingit & munit, tum maxime, cum contra Crocodilum ineunda pugna. Quem quantumlibet magna ſe mole ferentem in fugam vertit, puſillum id animal. Hoc certe ſingulari naturæ prouidentia immanibus omnibus belluis ineſſe, iampridem notatum eſt, vt vel minimis rebus vnde nullum poteſt contingere periculum, terreantur. Sic enim Elephantem porci grunnitu, Leonem galli cantu obſtupeſcere memorant, quamuis de Leone illud ſit proditum, nullo metu adduci poſſe, vt faciem auertat. Eiuſmodi terrores, pauores & conſternationes ex leui admodum & ridenda occaſione, nulla certa de cauſa natas, ingentes militum copiis & robore inſignes exercitus fudiſſe, & in fugam vertiſſe, tum antiquis, tum noſtrorum temporum hiſtoriis eſt proditum. *Maximi minimis terrentur.*

De Gallis. CAP. XVII.

Aves ſunt regiæ Galli, itaque & criſta tanquam corona regia inſigniuit illos natura, ac quocunque locorum venerint, animis atque audacia regnant, roſtro & calcaribus pugnant: martia vero tanquam voce Leonem alioqui feratum regem terrent. *Gallos eſſe aues regias & martias.*

E

De Cuniculis. CAP. XVIII.

Cuniculi nos docuerunt ſuffodiendæ terræ artes, quibus turritas vrbes & æquantes cœlo machinas ſubſtracto fundamento, ſolo æquamus. Scripſit M. Varro in Hiſpania haud procul abrem pagum loco arenoſo adeo ingenti vi cuniculorum effoſſum fuiſſe, vt dirutis & proſtratis ædificiis omnibus, coacti fuerint incolæ alio migrare & nouas ſedes quærere. *Suffodiendi ſolo artem cuniculos nos docuiſſe.*

De Lupis. CAP. XIX. A

Luporum inſidiæ.

Bellandi artem homines docuerunt Lupi: turmatim enim progrediuntur, & in inſidiis iuxta deſtinatum pagum ſtant. Ex his interim vnus in pagum excurrit: canes excitat, & ſimulata fuga ad ſe perſequendum inuitat, quouſque in inſidiarum locum pertraxerit: Tum improuiſo apparent erumpuntq; inſidiæ, canes interim quiſque pro viribus fracta gula trucidat & depaſcitur.

De Vulpe. CAP. XX.

Vulpium fraudulentum ingenium.

Etiam Vulpecula ratiocinari videri poteſt.

Sorites Vulpeculæ.

VVlpes calliditate, & technis cætera vincit animantia. Vbi fugienti imminent canes, lotio fœcibuſque caudam ſuam perfundit, perſequentium canum ora, oculoſque aſpergit ipſis, ac aſpergine occæcatis interim elabitur. Sedentes in pertica Gallinas hoc aſtu deturbat, caudam huc illucque impellit, & iactat, quaſi eam in illas eiibratura: territæ conſternantur, vnamque ex multis in prædam rapit. Mira eius eſt in tranſmittendis gelu concretis fluminibus aſtutia: Senſim ſine ſenſu ad ripam aduolat, aurem admouet, ſi ſubter labentis aquæ ſonum obaudiat, ſic enim pedem reuocat, nec tranſmittit; cuius rei ſenſum non poteſt illi ſimplex ingenij ſubtilis viuacitas ſubminiſtrare, ſed vna ratio concurrat, neceſſe eſt, quæ per diſcurſum alia ex aliis nectendo ſic concludit; *Quicquid aquoſum obmurmurat, mouetur: Quicquid mouetur, gelu concretum non eſt: quod gelu concretum non eſt, liquidum eſt: Quod liquidum eſt, cedit ponderi: Quod cedit ponderi, tuto tranſmitti non poteſt. Mihi ergo retrocedendum, nec per id flumen iter agendum.* B

De Porcis. CAP. XXI.

SI porci per ſyluas aliquem ex ſuis congregalibus altius grunnientem exaudierint, ſiſtunt gradum, atque agmine facto occurrunt omnes tanquam tubæ ſono militari excitati in auxilium.

De Scaro, & anthia piſcibus. CAP. XXII.

Piſcium in ſuos æquales charitas.

AVthor eſt Plutarchus, ad ſcaros imprudenter deuorato hamo irretitos reliquos eiuſdem ſpeciei piſces in auxilium accurrere ac dentibus attrita piſcatoria linea, ipſas expedire. Sed manifeſtior eſt anthiarum in mutuum auxilium impetus, reiecto enim in dorſum piſcatorio filo, ad quod hamus adnexus eſt, illud ſpinarum ſuarum acumine diſſecant ſicque ſe, conſorteſque ſuos captiuitatis periculo liberant.

De Piſce gubernatore. CAP. XXIII.

Balena dux.

MAgna intercedit neceſſitudo piſci gubernatori & balænæ. Etſi enim is corporis mole gobionem non ſuperet, tamen tanquam dux, monſtratorque viæ præit ſemper balænæ, ne ſe in anguſtias aliquas aut limoſa loca præcipitet, vnde ſe facile explicare nequeat. Itaque hunc ſemper ſequitur balæna, facileque ab eo duci patitur, imminente quietis neceſſitate, ſeſe ille viciſſim in gulam balænæ recipit, ibique abditus ſomnum vna cum illa capit, nec die, nec noctu ipſam deſerens. C

De Gruibus. CAP. XXIV.

Grues ſibi inuicem congruere.

Excubitor grus.

GRues cum longum iter in tranſmarinas regiones dirigunt, ſic ſuam aciem inſtruunt, vt nemo belli dux diſtinctius queat militum ordines collocare. Priuſquam enim ex aliquo loco migrent, ſuos habent velut tubicines, qui eas conuocent & volantes animent, congruunt omnes, ſublimeque volant, quo eminus proſpectent, ducem ſibi præficiunt, quem ſequantur, ſuos habent ſatellites, qui ordines tueantur, excubias agunt vigilibus nocturnis diſpoſitis. Narrat Plutarchus, Gruem, quæ pro toto agmine excubat, lapillum pede geſtare, vt ſi forte obdormiſcat naturæ victa neceſſitate, lapidis lapſu & ſono excitetur. Dux ſublimi capite & procero collo longe lateque proſpicit, & periculorum, in quæ incidere poſſent, admonet. Præcedunt robuſtiores, quo facilius vim aeris obluctantis alarum remigio infringant. Huic oneri ſibi inuicem ſuccedunt: Atque vt minore negotio reflantium ventorum impetus eludant, agmen in cuneum diſponunt ad literæ delta, & trianguli ſimilitudinem. Quin gnaræ aſtrorum, imminentes tempeſtates præuident, tumque in terram deuolant, quo ſe à procellæ imminentis iniuria ſubtrahant. D

De Anſeribus. CAP. XXV.

Anſeri ſuum ſtrepitum non eſſe damnoſum.

ANſeres Siciliæ magno aſtu cauent, ne ſe ſuo ſtrepitu & ſibilo prodant hoſtilium auium rapacitati: Nam authore Plutarcho, cum illis mons Taurus eſt præteruolandus, Aquilarum illic degentium metu, inſerto ori calculo, ſilentium ſibi imperant, quouſque tuta ſe ſtatione receperint.

De Draconibus. CAP. XXVI.

Draconum contra Elephantes pugnantium aſtus.

Lib. 8. ca. 11. & 12.

NEc minor eſt Draconum aſtutia: Hac enim Elephantes feras immanitate efferas domant, viribus alioqui indomitæ. Stant ergo in inſidiis Dracones, ac Elephantes, nihil tale cogitantes, ſubito adoriuntur, caudarumque ſpicis ita crura ipſorum implicant vt progrediendi libertatem adimant, capite autem ita nares ipſis obſtruunt, vt anhelitum intercipiant, oculos confodiunt. Denique qua parte cato tenerior eſt, mordent, ſanguinemque ſugunt, ſic vt mori ipſos cogant. Dracones in Æthiopia longitudinis decem cubitorum reperiri narrat Plinius, at in India centumpedales eſſe, ſublimeque adeo volare, vt mediis è nubibus aues in prædam petant. E

A

Draconis alati effigies.



B

De Piſce piſcatore. CAP. XXVII.

PIſcator hic piſcis dictus eſt, quod venatu reliquos piſces deprædetur, quam in rem iiſdem dolis vtitur, quibus Sepiæ. Pendet enim illi ex collo quædam veſicula, vt Gallo Indico palearia: hanc ad arbitrium protrahit, obiicitque minutioribus piſcibus deuorandam: mox ſenſim eouſque contrahit, quoad piſciculos ei tanquam prædæ immorantes, velut eſcam captare poſſit. *Piſcatoris piſcis aſtutia prædatrix.*

De Sepia. CAP. XXVIII.

C MIra eſt Sepiarum aſtutia: ex collo enim geſtant veſiculam atramento plenam, hanc vbi ſe captas agnoſcunt, effundunt: quo ſic piſcatoris oculos fallere poſſint, vt narrat Plutarchus. Atque Ariſtot. teſte, venatur etiam ſuis illis prælongis prætenturis, non ſolum piſciculos, ſed mugiles etiam ſæpius. *Sepia aſtutia ſui conſeruatrix. Ariſt. lib. 9. de animalibus ca. 37.*

De Brutorum armis. CAP. XXIX.

BRuta armis ſic à natura ſunt inſtructa, vt nihil neceſſe habeant aliunde vlla ſibi comparare, cudere, aut mutuari. Quin & quædam eiuſmodi armis ſunt donata, vt his ſe captantes capiant. Exemplo erit Torpedo, quæ non modo contactu nocet, ſed & per intermedium rete eam de ſe afflat qualitatem, quæ piſcatorum manus ſtupefacit, ſic vt laxare retia cogantur, atque ita diffugium ipſi patefacere: necnon ſi nauem contingat, ſiſtere etiam cogit. Scribit Theuetus, ſinum Perſicum Arabiam verſus, piſcem alere longitudine & altitudine Carpioni æqualem, vndique aculeis & ſtylis ferreis cinctum, Herinacei noſtratis inſtar: quibus contra omne piſcium genus depugnat. His, aut dentibus eius ſi homo vel leuiter attritus fuerit, intra viginti quatuor horas interit. *Lib. 10. cap. 10. Thom. 1. Coſmograph.*

De piſce Vteliſ. CAP. XXX.

D ADdit inſuper, ſibi vi tempeſtatis per Oceanum Atlanticum vecto, viſum hunc piſcem, velut ſerram in fronte habentem longitudine tripedali, & quatuor digitos latam, ſpiculis hinc inde acutis munitam. Vteliſ patria lingua appellant.

De piſce Caſpilly. CAP. XXXI.

IN ſinu Arabico viſitur alius piſcis, quem Arabes Caſpilly nominant, duos pedes longus eſt, totidem latus. Pellem habet Cani marino non diſſimilem, ſpiculis armatus, quorum vnum in fronte gerit ſeſquipedem latum, acumine & ſecandi vi ſcalpro haud impar. Hoc armorum genere vbi fames premit, in primum piſcem obuium irruit, nec quieſcit, antequam in prædam, quo voluerit, raptauerit, vt vidiſſe ſe narrat Theuetus. *Lib. 3. cap. 2. Tom. 1.*

De Cancris. CAP. XXXII.

E CAncri vero & fluuiatiles Aſtaci, etſi corporea mole ſint exigui, pedibus tamen anterioribus bifurcatis abutuntur, non ad edendum ſolum, ſed etiam ad ſe tuendum aut laceſſendum.

De docilitate brutorum, ac primum de Cane. CAP. XXXIII.

BRuta docilia ſunt eorum, quæ homines volunt, quo ſe haud penitus rationis expertia oſtendunt. Nam canes, ſimiæ, & equi corpora per circulatorum circulos tranſmittere diſcunt, in pedeſque tripudiaturi aſſurgunt. Narrat Plutarchus, circulatori canem fuiſſe, qui in ſcena multa pro re nata, & fabulæ argumento repræſentaret. Inter cætera, omnem admirationem in eo ſuperauit, quod in geſto pharmaco ſoporante, mortuum egregie finxit. Primum enim vertigine velut oborta cœpit contremiſcere, mox cadere, fuſuſque humi moribunda membra contrahere. Denique tanquam vere mortuus rigere, quin & permiſit ſe per varia theatri loca varie aptari, ita poſcente fabula. At vbi ex his, quæ agebantur, dicebanturque, agnouit exurgendi tempus eſſe: Primo cœpit membra ſenſim commouere, quaſi ex *Mira planè Canis docilitas.*

Stuporis & lætitiæ plenum ſpectaculum.

proſundo ſomno excitaretur. Mox capite paulum erecto, hac illac circumſpicere magna omnium adſtantium admiratione, exurgere denique atque alacris ad eum, quem decebat, perquam familiariter ſe conferre, quo ſpectaculo Veſpaſianus, qui tum præſens in Marcelli theatro aderat, nullum antea viderat lætius. A

De Simia. CAP. XXXIV.

Gal. lib. 1. de vſu part.

RIdiculum animal eſt Simia, quodque ludos multos hominibus parat, dum humanas actiones æmulatur. Viſa eſt Simia, quæ tibias inflaret & caneret, quæque ſaltare præterea & ſcribere, aliaque multa hominum propria effingere conaretur. Memini vidiſſe me in ædibus Ducis Somei, prægrandem Simiam & moroſam, cui quod multis moleſtus eſſet, manus abſciſſæ fuerant, ſibi curationem a ſimoneri paſſus, cum vulnera cicatrice obducta fuiſſent, mitior euaſit ac docilior. Ergo veſte viridi amictus, ex cingulo, quo præcinctos lumbos habebat, conſpiciliorum thecam, par cultellorum, & puerile ſidauolum appenſa gerebat. Culinæ præfecto in diſciplinam traditus, quod in foci angulo domicilium ſibi delegiſſet, multa ludicra & feſtiua edoctus eſt. Si quando à doctrina, præceptiſque aberraret, dicto citius in eius dorſum lumboſque conuolabant verbera, de quotidiano victu multa detrahebantur, quod vt ait Perſius, B

Magiſter artis ingeniique largitor ſit venter.

Magiſter artis & ingenij largitor venter.

His artibus breui tantum profecit, vt omnibus ſuæ ætatis Simiis, ingenij gloria facile antecelleret: nulluſque peritior haberetur ſaltando, tripudiando ad fiſtulam, ad palum excurrendo, corpus per magiſtri crura incredibili agilitate tranſmittendo. Omnia denique ſtrenui Simij opera faciundo, fercula reuerenter admodum cum corbulonibus & ſportulariis deferebat: lances & catinos linctu emundabat: alia infinita obſequia præſtabat, ſic vt vulgo *Magiſter Ioannes fac totum* diceretur. A prandio & cœna in cathedra ſedens concionatorem agebat, oculos cœlum verſus ſurſque deque rotabat, manuum truncis pectora cum multo planctu percutiebat, preces obmurmurabat cum ſonoro dentium ſtrepitu, culum nudum obuertebat (vix enim amictus dimidias nates tegebat, ne ſe concacaret) infinitos denique alios ludos edebat, rectus ſemper ob truncas & abſciſſas manus incedens, niſi ſiquando feſſus, clunibus inſidere cogeretur.

De Auibus rapacibus. CAP. XXXV.

Accipitrariorum in auibus edocendis ſolertia.

SEd & Accipitrarios intuemur condocefacere aues rapaces ſolertiam, qua præpetibus pennis, in aera ſublimes elatæ, certamen cum aliis auibus ineant, victis & exanimes in terram decutiant: qua in re perficienda, ſæpe in nubes licentius ſe attollunt, ſic vt è conſpectu Accipitrariorum ſe ſubducant, meridianæ apricationis deſiderio neglecta præda deſignata. C

Falconis & Ardeæ pugna.

Ardea, vbi Falconis alarum remigio elati rapida celeritate depreſſam, & infra poſitam ſe intuetur, roſtro quod prælongum habet & acutum ſub alis condito, ac ſurſum elato, pugnæ ardore & prædæ cupiditate occæcatum, & incautum in ſe ſe deuolantem & irruentem excipit, vt eo ſemet Falco medium pectus induat: adeo vt ambo ſæpe eliſis interaneis, humi affligantur enectæ. Quod ſi arte & fœlici corporis declinatione, inſidias illas Falco illæſus effugerit, Ardea nihilominus deiecta & deturbata, receptui ſtentorea voce magiſtro canente, in prætentum pugnum pinnarum rotato ſcopo reuocatur.

De Camelis. CAP. XXXVI.

Cameli mites & feri.

DOmeſticum valde animal eſt & mite Camelus, quodque facile cicuratur, in omne obſequii & famulitii genus docile: quanquam ex his quidam ſunt feri & agreſtes, mordendoque & calcitrando obuiis, non minus, quam equi indomiti moleſti. Nihil eſt neceſſe de nocte illos ſtabulis & tecto includere, ſub dio libera & patente in camporum planitie relinquuntur, herbas depaſcentes & virgulta, carduos, carpentes: nec ſegnius mane onera ſubeunt, geſtantue. Non adiguntur ad onera, niſi quadrimi. Arabes eos à primis annis caſtrant, quo in plures annos ipſorum opera fruantur, nec vero caſtrati furiant amore & Veneris deſiderio. Ineunte Vere famem ſitimque in octo dies tollerant: obſequioſi adeo ſunt, vt ad nutum Turcicorum mancipiorum, vel virgula collum tacti, ſtatim procumbant humi, onera ſubituri, nec ante ſe erigunt, quam iuſtum ſibi onus impoſitum ſenſerint. Qui vnicum in dorſo gibbum habent, Africani ſunt: at qui duobus gibbis ſunt donati, Aſiatici ſunt & Scytici. Qui in Camelorum genere grandiores ſunt, ſarcinarij exiſtunt: minores vero vectarij, vt & noſtri equi: Nihil æque in delitiis habent, quam fabas, & tamen quatuor fabarum manipulis in diem contenti viuunt. Arabum maximæ opes ſunt in Camelis, itaque ſuorum diuitias, non auri aut argenti pondere, ſed Camelorum numero æſtimant. Turcarum Imperator (authore Theueto) ducem Camelorum ſuorum armentis præfecit, cum multa Afrorum & Chriſtianorum mancipiorum manu, vt ipſos impenſius curent. Auditum habeo (inquit Theuetus) ex quibuſdam Arabibus, Afris & Iudæis mercatoribus, qui aderant, quo tempore Sultanus Selimus huius nominis primus, Cairum Ægypti, quæ olim Memphis erat, obſedit, in Imperatoris illius exercitu tum extitiſſe ſexaginta Camelorum millia, & magnam inſuper mulorum vim. D E

Facilis & minime operoſus Camelorum nutricatus.

Nouiſſe Camelos, ſcire Sultani numerum iuſſi.

Cameli ſarcinarij & vectarij.

Ingens Camelorum agmen.

Typus

A

Typus Cameli.



B

Quod Aues docuerint nos cantum muſicum. CAP. XXXVII.

LVſciniæ cantrices ſunt ſuaues & eximiæ, mille modis vibrante ſono & vocis frequentamento cantum modulantes, tam ſcite & ſuauiter, vt eius ſuauitatem vix tot muſicis tormentis, humana æmulari queat induſtria adeo, vt Luſciniæ cantum effingere eum dicamus, qui numeroſe cantillat. Quin re longe præſtant aues hominibus, quod canendi illam admirabilem ſuauitatem, à natura ipſa ſine vllo diſcendi labore habuerint, quam vix homines in ſchola muſica, auricularum plagoſi magiſtri manu millies vulſarum diſpendio aſſequi poſſint. *Luſcinia cantum effingere.*

Quod Bruta voces ſuas nouerint inter ſe. CAP. XXXVIII.

BRuta mutuo ſe ex voce agnoſcunt, ſic vt colloqui inuicem, & ſibi arridere videantur, dum auribus abblandientes, nares contrahunt, cum gratioſo oculorum obtutu ac quamuis ſermo hominibus ſit datus, vox tamen illa brutis naturalis, eundem ipſis vſum præſtat, quem ſermo nobis. Omnes enim *Vox brutis eundē vſum præſtat, quē oratio hominibus.*
C eiuſdem ſpeciei aues, tanquam eiuſdem ſoli homines, ſibi occinunt & intercinant, cum homines niſi eiuſdem nationis hominum vocem non agnoſcant. Quare non magis Scythæ apud Ægyptios ſuus ſermo prodeſt, quam ſi mutus eſſet: nec qui Ægyptij Scythicam vocem audiunt, magis intelligant, quam ſi ſurdi eſſent: itaque Ægyptius Scythæ mutus ſurdusque eſt. Id ipſi, qui peregrinantur, facile intelligūt, quot enim pericula, quot moleſtias ſubire coguntur, quod mentis ſuæ ſenſa exprimere, & vitæ neceſſaria poſcere nequeant. Itaque in linguæ inutilis ſubſidium, coguntur reliqua membra aduocare, ac capitis, oculorum, manuum & pedum geſticulationibus abuti. Profecto non eſt tam miſera brutorum conditio, cum omnia eiuſdem ſpeciei, vbicunque locorum ſint, ſibi nota voce reſpondeant. Certe ſi quis Germanum, Britonem, Cantabrum, Anglum, Polonum, & Græcum inter ſe ſua lingua loquentes audiret, vix brutorumne, an hominum vocem audiret, diſcernere & certo diiudicare poſſet. *Surdi ſumus in aliena lingua.*

Quod Aues humanas voces affingant. CAP. XXXIX.

LInariæ, Galeritæ, Picæ, Cornices, Monedulæ, Corui, Sturni, Pſittaci, aliæque id genus aues, quæ loquuntur, cantillant, ſibilant, humanaſque, & aliorum animantium voces effingant. In hoc genere *Pſittaci humanæ vocis miri artifices.*
D Pſittaci reliquas antecellunt, miri nempe artifices humanæ vocis ſequendæ, mire alacres, præſertim à vini potu. Narrat Plutarchus, tonſorem Romæ extitiſſe, qui in tonſtrina Picam pulchre loquacem habebat, quæ ſua ſponte, cogente nemine loquebatur, cum primum colloquentes homines audiebat. Omnium brutorum, quorum ſonus ad ipſius aures peruenire poterat, effingebat: imo etiam tympanorum, tibiarum & tubarum clangorem, denique nihil erat quod non æmulari conaretur. Viſi ſunt Corui loquentes, cantilenas, pſalmoſque longioris etiam excurſus articulate occinentes. In quibus tam nota eſt Macrobij hiſtoria: Narrat enim, inter eos, qui Auguſto Cæſari ex bello contra Antonium redeunti, felicitationis cauſa obuiam procedebant, extitiſſe aliquem, qui Coruum circumferebat, quem docuerat hoc elogium diſerte pronunciare, *Salue Cæſar Imperator auguſtiſſime*, Huiuſque ſpectaculi nouitate Cæſarem attonitum, tum obſequentem auem millibus argenteis nummum emiſſe. Plinius, Valerius, & alij inter prodigia prodidere, boues & alios aliquando locutos. Mitto infinita alia de brutorum docilitate & ingenij admirabili felicitate ab antiquis, Platone, Ariſtotele, Plinio, Plutarcho, aliiſque magni nominis Philoſophis prodita: quæ niſi vera eſſent, nunquam doctiſſimi homines ſcriptis mandauiſſent, ne vanitatis crimini, quo nihil eſt turpius, reliqua ſcripta ſua apud poſteros infinita ſeculorum ſerie obligarent. *Pica loquax* *Lib 2 Sat cap. 4.*

E

De Animantium inter ſe ſympathia & antipathia. CAP. XL.

DEſcripto paucis brutorum animantium ingenio, viſum eſt non alienum, nonnulla cognitione digniora hic adnotare, quæ ipſis per ſympathiam & antipathiam intercedunt, id eſt conſenſum & diſſidium, quod non viuis modo, ſed & mortuis inter ipſa obtigit ſecreta quadam & abdita proprietate, cuius occaſione quædam ſe appetunt, alia ſe fugiunt, alia ad necem vſque bello perſequuntur. In cuius rei fidem Leo beluarum rex, cæteris robore & animoſitate ſublimior, gallum tamen pertimeſcit: non enim tantum eius præſentia, ſed & abſentis cantu terretur. Porcum ſic timet Elephas, cæteraque mu- *Leo Gallum pertimeſcit.*

res, ſonteſque adeo peroſus, vt ſi obiectum pabulum eiuſmodi animalium contactu infectum ſubolfecerit, ne attingat quidem. Rhinoceroti cum Elephanto internecinum eſt odium, furore tamen & ira percitus Elephas, viſo reſidet & requieſcit Ariete.

Equus Camelum horret.

Equus ſic Camelum horret, vt eius præſentiam ferre nequeat: Canis Lupum odit, Canem Lepus fugit: Coluber nudum hominem timet, & fugit, veſtibus amictum perſequitur. Aſpidi & Ichneumoni mortiferum intercedit odium, hic enim luto & argilla, vbi ſe conſpexerit, ad ſolem apricatur, ſicque pluribus tanquam teſtis incruſtatus, & velut loricis munitus, in certamen progreditur, erecta cauda & obiecto intentatoque ſemper dorſo, quouſque inſultu in fauces, præſocandi aduerſarij opportunitatem nactus fuerit: quo eodem ſtratagemate Crocodilum conficit. Lacertus viridis capitalis eſt hoſtis ſerpenti, homini vero amiciſſimus, vt multis ea de re hiſtoriis prodit Eraſmus, *dialogo de ſympathia & antipathia.*

Eraſmi dialogus de ſympathia & antipathia.

Inter hominem lupumque graue intercedit odium, quod eo vel maxime innoteſcit, quod ſi hominem Lupi videre priores, vox præcluſis velut hæret faucibus, & conceptus clamor fruſtratur. Sic autem Muſtela aduerſus Aſpidem venenoſiſſimum ſerpentem prælio decertatura, deuorata ruta, certo velut antidoto munit ſe. Simius Torpedinem perhorreſcit, vt *citato nuper dialogo* facæta hiſtoria docet Eraſmus: quo eodem loco internecinum odium, quod Arto ſerpenti & Batoni intercedit, lepide demonſtrat. Par odium Bubonem Corniceque diſiungit, ſic vt Bubo niſi noctu progredi, volare & victum quærere non auſit.

Aues Riuulares Falconem horrent.

Auis lacuſtris & riuularia adeo Falconem timet, vt ſi vel tintinabula ipſius pedibus ex orbiculis argenteis adnexa ſubaudierit, malit crebris fuſtibus, lapidibuſque obrui, quam volatu in aera ſe attollere. Sic Alauda, in manus hominum tractabilis venit, ne in vngues accipitris incidat, Tinunculus Accipitrum generi terrori eſt natura, ſicut eius & conſpectum & vocem fugiant.

Miluorum & coruorũ bella.

Perpetua Miluis cum Coruo ſunt bella, itaque Coruus ſemper Miluo paratas dapes ſubducit. Gallinarum genus omne Vulpem horret. Pullus gallinaceus non Equum, non Elephantem veretur: at vixdum excluſus, viſo vel audito eminus Miluo fugit, ſubque matris alas ſe recondit. Agnus capreolaſque, Lupum fugiunt, tum primum viſum. Nec vero id morte finitur odium, ſed

Agni & Lupi diſcordia ne morte quidem finitur.

& poſt fata ſuperſtes viget. Cuius rei experimentum eſſe aiunt, quod ſi tympanum vnum ex lupino, aliud ex ouillo corio ſubtendatur, vnaque pulſentur ouilli tympani ſonum vix ſis auditurus. Quin & ſi lyram ex ouillis fidibus, itemque aliam ex lupinis ſubtenderis, nulla arte vt concinnant, eundemque in numerum veniant, conſequi queas. Multorum proditur experimentis, ſi ex ouilis præſepio, lupinũ caput appendatur, timore perculſas oues gramina quantumuis læta ne delibaturas quidem, imo nullo loco quieturas, ſemper tumultuaturas, quouſque id omne ſublatum fuerit territamenti genus:

Qua arte caſeum non ſint arroſuri mures.

Murium & Muſtellarum odia eo ſe vel maxime produnt, quod ſi vel tantillum cerebri muſtellini coagulo, quo cogitur caſeus admiſceas, nunquam ſint eiuſmodi caſeum vellicaturi mures. Linaria florum adeo odit, vt ne effuſus quidem auis vtriuſque ſanguis commiſceri poſſit. Appenſum in columbario lupinum caput, viuerras arcet muſtellaſque. Tanto flagrant Panthera & Hyæna odio, vt ſi vtriuſque pelles aduerſæ opponantur, decidui lapſuri ſint Pantheræ pili, Hyænæ pilis ſtantibus immotis: quod idem reliquarum auium pennis, ſi quis eas cum Aquilæ pennis nectat, contingere memorant. Suntque hæc è multis antipathiæ in brutis exempla. At vero de ſympathia & conſenſu brutorum inter ſe, otioſum eſſe puto aliquid ſcribere, cum ſatis ſuperque omnibus notum ſit, quod Graculus graculo aſſideat & feris Vrſis totet ſe conueniat, atque omnia denique eiuſdem ſpeciei bruta mire ſibi congruant.

Graculum graculo aſſidere.

Quod homo omnibus excellat brutis. CAP. XLI.

OPortunum nunc eſſe arbitror, ad eam, quam iam dudum animo meditor, hominis ſupra bruta excellentiam ſcribere aggredi. Neque enim eſt, quod Epicuri, & aliquorum Phyſici & materiati Philoſophi, illa de brutorum dotibus commemorata ſic rapiant, quaſi brutis, hominibuſque nihil putemus intereſſe. Non fuit nobis ea mens, non id conſilium: ſed tãtum, ne nimium ſuperbiret homo, neue male gratus, Deum tot beneficiorum, quibus circumfluit, authorem minus agnoſceret. Quicquid enim de belluis iactauerimus, nulla eſt belluarum ad hominem comparatio, nimium inter vtrumque intereſt. Hominis enim animus religione, iuſtitia, prudentia, magnanimitate, fide, pietate, modeſtia, clementia, fortitudine, aliiſque virtutibus, tanquam luminibus cinctus eſt, quæ multo clariore luce emicant, quam in belluis. In vno enim homine ſimul omnia inſunt, quæ ſingula in brutis putantur eſſe maxima. Cum enim ad Dei imaginem creatus ſit homo, fieri nequit, quantumuis vitiorum ſordibus ſe polluat, vt congenitum illud lumen ſic obſcuraret, quin ſapientiæ illius diuinæ radius ſemper aliquis ipſi hæreat & refulgeat.

Dei numiſma homo.

Quamuis vero collatione ad quædam bruta, mancum quoddam & debile animal videatur: nulla tamen belluarum poteſt eſſe tanta fortitudo, nullum tantum robur, quod hominis fortitudinem adæquare poſſit. Inſculpſit enim in homine Deus diuinæ virtutis ſuæ characterem, cuius nomine fultus, omnia ſibi bruta haberet obnoxia & obſequentia. At licet ex his, quæ ante diximus, rationis quædam vmbra brutis ineſſe videatur, non eſt tamen tenue id eius lumen, in multos varioſque vſus promptum & comparatum, ſed tantum illis eſt modo conceſſum prouidentiæ, quantum ſibi corporique conſeruando ſatis eſſet. At homini ratio conceſſa eſt ad æternæ vitæ fructus decerpendos, vt ait Lactantius, quo fit, vt ſolus homo inter tot animantia, diuinorum ſenſum habeat. Quod ex eo intelligi putabat Cicero, quod vnus homo perceptam animo de Deo haberet notitiam. Itaque rerum omnium gerendarum adiumentis, ratione, oratione, & manibus à Deo donatus, inſuper ingenio ſingulari, ac prope diuino, facile brutis ſupereminet omnibus.

Homo nomina rebus impoſuit.

Primum enim ratione duce res ad vitam neceſſarias adinuenit, rebus inuentis nomina ad earum naturam accommodate impoſuit, literas & characteres effinxit, artes omnes ingenuas & illiberales excogitauit: metiendæ terræ & maris rationem com-

A commentus eſt: Globi cœleſtis ſpatia, aſtrorum diſtinctiones, dierum & noctium, temporumque & tempeſtatum renaſcentium viciſſitudines, ſtellarum ortus & occaſus in hæc inferiora vires & effectus adnotauit, & in artem coegit. Denique vel ſua vel aliorum de natura, de vita & moribus præcepta, & placita, literis ad ſempiternam memoriam prodit: quo ſingulari munere licet nunc nobis cum Socrate, Platone, Ariſtotele: & aliis priſcæ ætatis Philoſophis tanquam cum viuis colloqui. *Muti magiſtri.*

Quæ in nuditatu & ignorantiæ natiuæ ſubſidium homini a ſint præſidia. CAP. XLII.

AT vt homini corpus eſt à natura nudum & inerme, ſic & mens tanquam tabula raſa, in qua nihil depictum, nihil exſculptum eſt. verum in nuditatis ſubſidium manus habet, in ignorantiæ ſupplementum, rationem & orationem. Hiſque tribus rerum infinitarum tanquam minutiis, corpus rebus omnibus neceſſariis veſtit & munit: animum autem artium & ſcientiarum cognitione locupletat. Iam ſi congenita quædam haberet arma, illis ſolis vteretur: ſi artem aliquam ſciens naſceretur, reliquas ne attingeret quidem. Quia ergo vtilius erat, armorum omnium vſum ad manum habere, arteſque omnes callere: ideo ipſum naſcentem omnium expertem, omnium ignarum eſſe voluit. Scite admodum Ariſtoteles, manum inſtrumentum inſtrumentorum appellauit: ad cuius elogij imitationem, iure aliquis affirmare poſſit, rationem artium artem eſſe: vt enim manus nobilitate reliqua vincit inſtrumenta, quod illa fabricari, tractare, & ad vſum aptare queat: ſic ratio & oratio, cum artis nullius nomina ſint, omnes tamen artes comprehendunt, omnes artes promouent. Merito ergo homo cum animum arte, id eſt, ratione inſtructum haberet, qua reliquis excellit: ſic & corpus inſtrumento munitum habuit, nempe manus, quod agilitate & nobilitate reliqua inſtrumenta facile vinceret. Sic igitur homo armorum omnium loco manus habet, quibus tanquam omnium artium inſtrumentis bello & pace vtetur. Nihil Taurorum cornibus eguit, nihil Aprorum dentibus, nihil Equi vnguibus, nihil denique reliquarum ferarum armis. Manuum enim beneficio, alia arma longe vtiliora & tutiora tractare, poteſt, vt lanceam, enſem, haſtile, tragulam. Sed & arcu, funda, & bombardario ſclopo, homo vti poteſt eminus, cum cornu & vngula liceat tantum vti cominus. At dicet aliquis: Leo corporis celeritate hominem vincit: quid tum: num propterea inferior? minime. Manus enim opera & rationis ductu ſubiugato equo, Leonem curſu præterit, arbitratioque acceſſu & receſſu victor perſequitur, aut in impar fugit, ex Equi dorſo, cui inſidet tanquam arce, ab alta Leonem quibus viſum eſt armis delecto: deſignatoque oculis ictu confodit. Denique homini abunde præſidia omnia ſuppetunt, quibus ſe à reliquorum animantiũ impetu defendere queat. Ad hanc enim rem non ſe modo lorica cingit, ſed & æneis mœnibus, foſſa & vallo: armorum genera omnia manuum miniſterio molitur, veſtimenta ſibi texit, retia captandis piſcibus iactat, retrahitque: omnia denique quam fœliciſſime, vt viſum eſt, perficit, atque irrogato à Deo priuilegio, vniuerſæ terræ dominatur: omnia, quæ terræ viſceribus latent, quæ ſupra terram progrediuntur atque repunt, quæ in mari natant, & per aera volant, vel vbique cœli concluduntur ambitu, humani ſunt iuris.

Galen. 4 li. de vſu par.

Manus inſtrumentũ inſtrumentorum, & ratio ars artiũ omnium.

Manus ſapientiæ miniſtræ.

Homo mundi rex & imperator.

Quam admirabilem ſe in homine faciendo exhibuerit Deus. CAP. XLIII.

DEi numen ac prouidentia circa hominis creationem emicuit maxime, neque eius tam admirandum lumen in animantium reliquorum productione affulſit: cum ea niſi hominis gratia, vt ipſi inſeruirent, eſſe & viuere voluerit Deus. Eſt itaque homo, ſi diligenter in omnes eius dotes intueatis, diuinæ maieſtatis, (& ſi ita loqui liceat) artificij velut exemplar quoddam, & regula. Ad Dei enim imaginem factus, eius veluti numiſma eſt, omnis humani ingenij captu maius. Quæ iuſta veteribus Philoſophis viſa eſt ratio, cur microcoſmos diceretur, quod in eius & animo & corpore omnium, quæ cœli & D terræ ambitu continentur, particulæ inſint, vt interim eius mentem taceam, omni mundo maiorem & nobiliorem.

Homo omnium mundanorum finis.

Homo paruus imo ſecus maior mundus.

Cur homini præſagiendi vim natura non conceſſerit. CAP. XLIV.

CVr homines naturæ inſtinctu facultas cœli & aeris tempeſtates non præſentiant, hæc ratio eſſe videtur: quod cum prudentiæ quoſdam igniculos à Deo acceperint, quorum cultu & ductu, ad rerum cognitionem, non fallaci, ſed certo ducuntur iudicio, aeris & temporum conditionibus minime obnoxij, vt beſtiæ ſunt. Itaque aerea illa omnia infra ſe, id eſt, animum ſuum poſita eſſe ſcientes pro re nata, & animi arbitrio etiam vdo, procelloſo, & caliginoſo in aere dant ſe iucunditati, ſudo contra & ſereno ſeueræ & triſti ſublimium aut anxietatis plenarum rerum meditationi. At beſtiæ tantum ad eam quæ adeſt, quæque præſens eſt, aeris faciem ſe accommodantes exultant aut contrahuntur, non iudicio aliquo, vt homines, ſed pro corporum aereas inclinationes ſequentium, humorumque nunc diffuſorum, nunc coactorum temperie & complexione. Nec vero homini vitio tribui debet, quod belluarum voces æmuletur, imo magnæ ducendum laudi, quod rem vnam, id eſt, vocem, infinitis modis torquere & variare poſſit. Gannjunt enim homines vulpium initar, canibus allatrant, porcorum more grunniunt, ringunt, ſtrident que dentibus, vt Apri; rugiunt, vt Leones; mugiunt, vt Tauri, hinniunt, vt Equi; dentibus obmurmurant, vt Simij, vlulant, vt Lupi; rudunt, vt Aſini, Caprarum & Ouiũ ritu balant, gemunt, vt Vrſi, Columbæ & Turtures; ſtrepunt, gingriunt, glacitantque, vt Anſeres; ſibilant, vt Serpentes; garriunt, vt Ciconiæ; crocitant, vt Corui, cocciſſant, vt Galli, glociunt, vt Gallinæ; cornicantur, vt Hirundines & Picæ; cantillant, vt Luſciniæ: coaxant, vt Ranæ; Veſpararum ſtridorem, & Apum bombum æmulantur; vt Feles catulliunt. Auium vero concentus ad hominum ſymphoniã, multiplici vocum varietate concinnam, vix vocula rationem videtur obtinere. Hæc enim regum & principum aures detinent, iras concitant & temperant, rapiunt extra ſe animos, & in quem volunt habitum transformant. Si quid vero habent humanitatis immanes illæ beſtiæ, id totum homini debent. Cicurat enim Leones, Elephantes, Vrſos, Tigres, Leopardos, Pantheras, & id genus alias.

Hominem aeris iniuriæ non eſſe obnoxium.


Tractat animi infinitas vocum varietates, ſed nos homo efſingit.

Muſica concentus ...

De Crocodilo. CAP. XLV.

Crocodilum curari.

DE Crocodilo, cuius in hac pagina effigiem appictam habes, teſtatur Plutarchus, quod [illegible] condoceſactuſque ab homine [illegible] humanam vocem audit, vocatuſque reſpondet, ſed & manu tractari ſe patitur, diductaque gula, dentes [illegible] Quantum vero eſt id rei medicæ, quod à natura belluæ edoctæ ſunt? nihil certe ad hominem; qui paucorum annorum ſtudio & vſu omnes medicinæ partes, tanquam vngues ediſcere, ac non ſibi tantum, ſed & in communem omnium vſum proferre poteſt. At quod habent medicinæ hominibus acceptum, non [illegible] belluæ?



B

Credo, quia tardis brutorum ingeniis tanta ars quanta medicina eſt, committi nequit. Quod vero de Elephantum religione proditum eſt, ſi ad rei veritatem loquendum [illegible] it, Deos colere, vel diuinæ maieſtatis ſenſum aliquem habere, dici non poſſunt. Qui enim [illegible] & Dei notitiam aliquam habere poſſent, cum ad paſtum abiecti, cœleſtia meditari [illegible] Nam quod noctu ad Lunam, de mane ad Solem ſe obuertunt, non adorantes id faciunt, vel quod pro dignitate magnificum aliquid & diuinum de Sole concipiant: ſed quod ita poſcente & ducente natura, corpora ſua tanto lumine geſtire, & viſcera humore [illegible] Itaque cum Elephantis religionem attribuimus, populariter magis, quam vere id dicimus, [illegible] vt homines ad Dei cultum cohortemur, quam quod diuini cultus perceptam animo notitiam aliquam habere Elephantes putemus. C

Quo ſenſu dicamus Elephantes religione teneri.

Quod Homo voce linguaque cunctis diſtat. CAP. XLVI.

Homo non animalium modo, [illegible] interpres brutorum vocum.

TAnta eſt humani ingenij [illegible], tanta corporis obſequentis diuino illi ingenij muneri facilitas, vt non modo *diuerſarum nationum, tot [illegible] diſtinctarum*, linguas ediſcere & loqui poſſit omnium brutorum, licet toto genere ab humana ſpecie diſcretorum voces, non [illegible] modo & effingere, quod permulti hodie [illegible] ſed intelligere, & quid portendant aut ſignificent, noſſe valeat: In cuius rei confirmationem Apollonium citant philoſophum, huiuſce [illegible] Apollonium [illegible] D

Quod vero ad Coruos, Picasque attinet, humanas voces ſequi artificioſe edoctas minus id eſt, quam [illegible]

[illegible] in homine [illegible]

[illegible] dubitare nullo modo poſſit, quin ex [illegible] mente diuina delibatos animos habeamus. Sed iam tempus eſt corporis, diuinæ illius mentis domicilij & omnium ipſius functionum idonei inſtrumenti deſcriptionem aggredi. E

FINIS LIBRI PRIMI.

A

DE HVMANI CORPORIS ANATOME.

LIBER SECVNDVS.

B VSVRPATVM ab his, qui ante me de re Anatomica ſcripſerunt, morem ſecutus, priuſquam ad deſcriptionem partium corporis humani aggrediar, primo, quo Lectorum animos ad hæc ſtudia attentiores & auditores reddam, dicam, quæ ſit inſtituti huius, neceſſitas tum quæ vtilitas, mox quis ordo, denique quæ anatomiæ ſit definitio, & quæ partium definitionis ratio. Quod ad primum attinet, videtur mihi anatomiæ cognitio eſſe perquam neceſſaria, his præſertim, qui, quod ſummum eſt in re medica, contingere, & ſibi comparare volunt: neque enim fieri poteſt, corporis & partium eius præſentem ſanitatem tueri, & morbos inde depellere. Qui enim poteſt Medicus, Chirurguſue, vſu ſimilium conſeruare ſanitatem, quæ in temperamento, commoderatione, & partium naturali vnione conſiſtit: vel vſu pari contrariorum depellere morbum, qui tradita dei, & entis corporis naturam compoſitionem ignoret, & cognitionis huius tanquam regula, quantus ſit à natura receſſus, intellexerit? Quare pulchre ab Hippocrate ſcriptum eſt, Medicum ad ægrum curandum vocatum, contemplari diligenter debere, an quæ in eo ſunt, quæque apparent, ſimilia ſint an diſſimilia, id eſt, ſitne æger ſibi, & naturæ ſuæ, partibus ſuis omnibus & functionibus, temperie, commoderatione & vnione ſimilis, vt quæ naturæ legibus adhuc tenentur, ea continuare, quæ vero exceſſerunt reſtituere queat. Quod idem & confirmauit Galen. vbi inquit, cognoſcendam eſſe naturam oſſium, & conſtructionem eorum, qui ipſa emota, vel fracta, ſibi, & ſuis ſedibus reddere voluerit. Præterea cum ſanatio non in morbi ſolum cognitione conſiſtat, ſed inſuper in remediorum idoneorum præſcriptione, & appoſitione tum toti corpori, tum partibus eius, quæ omnes ob naturæ diſſimilitudinem, diſſimilia quoque medicamenta poſtulant Gal. ſententia: rogo te, quis hæc præſtare poterit, ignorata totius, & partium eius, quam anatomia docet, deſcriptione? Idem eſt de Pharmacopola iudicium, qui partium corporis ignorato ſitu, non poterit emplaſtra, litus cataplaſmata totus, epithemata, ſacculos, conuenientibus locis, vt cranij ſuturis, cordi, hepati, ſtomacho, renibus, vtero, veſicæve apponere. Ergo exempli gratia, ponamus, iecur intemperie calida laborare, contra vero ſtomachum frigida (quod fere ſolet contingere, cum iecur plus æquo calidum, multos vapores ad caput ſuſcitet, vnde frigidorum humorum in ſtomachum deſcenſus) ſi ex Medici præſcripto calida, ſtomacho admouenda, nullo diſcrimine Pharmacopola & ſtomacho & iecori vicino applicet, (quod fieri poterit, ſi ignorauerit, ſtomachum ad ſiniſtram leuiter deflectere ſub xiphoide cartilagine: D iecur vero dextram corporis ſedem ita occupare, vt maiore ſuo loco, totum fere ſtomachum operiat) nonne grauiter peccabit, hepatis calidam intemperiem augendo, nec proinde morbum leuando? Nonne illi ſua ignorantia ægrum voto, Medicum ſuo fine, & medicamentum ſuo effectu fruſtrabitur? His exemplis manifeſtiſſimum eſſe puto, anatomicam partium corporis cognitionem, omnibus, qui cum aliqua laude ad Dei gloriam, & humani generis vtilitatem, in re medica verſari volunt, Medicis, Chirurgis & Pharmacopolis, eſſe valde neceſſariã, in quorum gratiam hæc ſcribimus & figuris partes ipſas oculis ſubijcientibus, ſuis locis appoſitis illuſtramus.

Anatomiæ cognitionis neceſſitas.

Initio libri de Officina Medici.

Lib. de Oſſibus.

1. de locis affectis & lib. 3. Meth.

Cur hepate calido, ventriculus fere frigidus ſit.

Sunt vero anatomiæ quatuor vtilitates, quarum prima eſt, quod ſic ad creatoris Dei notitiam ducimur: tanquam per effectum ad cauſam. Nam vt apud D. Paulum legimus. Dei inuiſibilia per viſibilia, mente facta cernuntur. Secunda eſt, quod ſic innoteſcit nobis corporis humani & partium eius natura, ex quo de ſanitate & morbo facilius & certius pronuntiare poſſumus. Tertia eſt, quod per corporis & partium ipſius cognitionem, cognitis vna ipſarum affectionibus & morbis, res futuras præſagire morborumque euentus prædicere poſſumus. Quarta denique, quod laborantium locorum natura perſpecta remedia præſcribere, & præſcripta ſuo loco imponere valeamus. Explicandum nunc eſt, quo ordine E anatomia commode tradi poſſit, ſed ante animaduertendum eſt, triplicem eſſe methodum. Primus dicitur compoſitionis, docendis artibus valde accommodatus, quem Ariſtoteles in Logicis & Phyſicis vſurpauit, ordine & initio ducto à minimis & ſimpliciſſimus ad magis compoſita. Secundus, diuiſionis, inueniendis ſeu inueſtigandis ſcientiis idoneus, qui contra procedit à compoſitioribus ad ſimpliciora. Hunc ordiné ſecutus eſt Gal *lib. de Anatom. adminiſtrationibus, & de Vſu part.* Tertius, definitionis, qui naturã & eſſentiam rerum demonſtrat, vt patet ex Gal, *lib. de Arte parua.* Et quia hic ordo diuiſiones quoque perſequitur, ideo ſecũdi illius ambitu fere cõprehendi ſolet: hunc ideo anatomico hoc tractatu ſequar, corpus humanũ in ſuas partes diuidendo, quas non cognitionis modo via, oculis, ſed & ſcientiæ fide, animo ſubijciã. Coniungã.n quæ de his a Galeno ſunt tradita, *li. de Anatõ. admini.* 7. cũ his, quæ docuit *li. de Vſu part.* Illic.n partes corporis humani ob oculos ad ſenſũ accomodate ponit. Hic vero eas docet non

Quadruplex anatomiæ cognitionis vtilitas.

Triplex methodus.

Authoris inſtitutum.

videre

Nempe quod ſint, & cur ſint ſingula corporis humani partes Gal. libris de dissect.

Videre enim cur ſint, & in quem vſum comparatæ ſint, demonſtrat. His breuiter præmiſſis, dicendum eſt, quid ſit Anatomia, vt quemadmodum ex Platonis Phædro loquitur Cicero, idipſum intelligatur de quo diſputatur. Et quia idipſum definitione quæ eſt *oratio breuis & aperta, ex genere & differen-tia rei definitæ, partibus eſſentialibus, qua breuiter & aperte rei natura & eſſentia exponitur*, conſequens eſt, primo Anatomiam definiemus, mox ſingulas definitionis partes explicabimus.

Quid Anatomia.

Anatomia ergo, ſi nominis rationem ſpectes, eſt *perfecta & integra diuiſio, vel artificioſa reſolutio corpo-ris humani in ſuas partes, tam vniuerſales, quam ſingulares, tam compoſitas, quam ſimplices.* Nec vero videri de-bet hæc definitio illegitima apud Chirurgos, præſertim & Medicos. Nam cum ſint artifices ad ſenſum demiſſi, qualitates rerum proprias & communes, pro differentiis eſſentialibus & formis vſurpant: con-tra quam Philoſophi, qui omnes definitiones, tanquam ſpurias reſpuunt, quæ non conſtant genere proximo & differentiis maxime propriis & eſſentialibus. Verum cum tales differentiæ per animi noſtri imbecillitatem nobis ſint ignotæ, earum loco cogimur ad res definiendas, accidentia multa commu-nia, & propria in vnum cogere, ad abſoluendam eam, quam meditamur, definitionem, quam verius ob id deſcriptionem appellare licet, quod pro materia & forma rei eſſentiali, materiam tantum certis qui-buſdam accidentibus veſtitam nobis exponit. Idipſum patet ex poſita definitione, in qua diuiſio & re-ſolutio rationem habent generis, quod in multa alia tanquam in ſpecies cadant. B

Quid definitio differat à deſcriptione.

Reliqua, quæ addita dehinc ſunt, locum obtinent differentiæ, quod rem ipſam ab omnibus aliis te-merariis, & ſine arte diſſectionibus ſeparant, & diſſectae faciunt. Sciendum enim eſt diuiſionem artifi-cioſam, nihil eſſe aliud, quam *ſeparationem partis vnius ab altera, ſine alterutrius detrimento, ſeruata cuiuslibet circumſcriptione propria*: quæ ſi ipſa diuiſione perierit, vel obliterata fuerit, nequaquam arte facta dici po-teſt. & hæc, quod ad partes definitionis vniuerſales, erant dicenda. Quod ad ſingularum dictionum ex-plicationem attinet, corporis humani nomen intelligimus, quod vniuſcuiuſque nobis ſubiectum eſt, cu-ius ſanitatem tuemur, & morbos propulſamus: ex quo apparet, *corpus humanum* Medicinæ ſubiectum eſſe, non quatenus vel humanum eſt, vel materia & forma conſtat, ſed quatenus ſanitatis & morbi eſt particeps. Per partem non aliud quicquam intelligimus, authore Galeno, quam certum quoddam corpus, quod non penitus diſtractum nec penitus etiam vnitum eſt cum aliis ſui generis cor-poribus: ſic tamen, vt eiuſdem ſententia totum ipſum cum illis componat, quibus quadantenus vni-tum eſt, & quadantenus propria circumſcriptione ab iiſdem ſecretum.

Diuiſio artificioſa quid.

Subiectum medicinæ. Lib. 1. de vſu part. Lib. 1. meth.

Partes ſimilares nouem.

Præterea per partes vniuerſales, caput intelligo, thoracem, ventrem & iis annexa. Per ſingulares, par-tium illarum partes intelligo, ſimplices quidem, vt partes ſimilares, quæ nouem ſunt numero, nempe cartilago, os, ligamentum, membrana, tendo, neruus, vena, arteria, caro muſculoſa: quidam fibras ad-dunt, adipem, medullam, vngues, pilos. Alij tamen tanquam excrementa omittunt. Notandum vero, cuiuſmo-di partes ſimplices dici, ſenſuum potius iudicio, quam rationis: Nam ſi quis diligentius illarum natu-ram expendere velit, nullam vere ſimplicem erit inuenire: quod omnes nutriantur, viuant, & ſentiant ſenſu manifeſto, vel obſcuro. Quod non contingit, citra neruum, venam & arteriam. Quod ſi quis obiiciat, nullis oſſibus præter primos dentibus, vllum neruum communicari; Reſpondebo, nihilominus ſenſum oſſibus contingere per nerueas fibras, quæ ipſis à perioſteo communicantur, quatum ſcilicet interuentu perioſteo cum oſſibus eſt connexio, quemadmodum & contingere videmus membranas, quæ viſcera inuoluunt. Atque huius ſenſus animalis beneficio, oſſa, humores noxios, & excremento-ſos, à ſe in perioſtei interſtitium deponunt, perioſteum vero, tanquam acriore ſenſu præditum, admo-net nos pro officij ſui ratione, eius periculi, quod oſſibus imminet niſi prouiſum fuerit. Concludemus ergo ad rei veritatem, nullam in corpore noſtro partem eſſe ſimplicem, ſed tantum quaſdam ad ſenſum hoc nomine dici & cenſeri, quanquam & aliter vere ſimplices quædam dici poſſunt, nempe ſecundum ſuam, & propriam ſui cuiuſque generis carnem. Compoſitæ partes dicuntur, quæ mediate, ſeu imme-diate ex illis ſimplicibus coaluere, has alter organicas, & inſtrumentarias appellant: cuiuſmodi ſunt brachium, crus, manus, pes, & huius generis aliæ. Atque hic notandum, ſimplices & ſimilares dici, quod niſi in particulas eiuſdem generis diuidi nequeant: at compoſitæ contraria plane ratione diſſimilares dicuntur. Inſtrumentariæ etiam & organicæ nominantur, quod ex ſeſe actionem edere poſſunt, quæ ad ſui, & totius valeat conſeruationem: vt oculus ex ſeſe citra partis cuiuſquam alterius ſubſidium vi-det, hocque munere vniuerſum corpus, ac ſe denique ipſum tuetur. Quare inſtrumentum & organum dicitur, non vero vlla ipſius particularum, vt tunicarum, quæ ex ſe id muneris complere nequit. Ex quo intelligere eſt, in quolibet parte inſtrumentaria quatuor partes proprias eſſe diligenter attendendas: Vnam, per quam propriè actio fit, cuiuſmodi eſt criſtallinus humor in oculo: Alteram, ſine qua actio edi nequit, cuiuſmodi eſt neruus, & alij oculi humores: Tertiam, per quam melius, & commodius fit actio, cuiuſmodi ſunt, tunicæ, & muſculi: Quartam, per quam actio conſeruatur, cuiuſmodi ſunt pal-pebræ, & orbita oculi: Idem de manu dici poteſt, quæ comprehenſionis proprium eſt inſtrumentum. Hanc enim actionem obit, primo per muſculum tanquam per partem principem: ſecundo per liga-mentum, tanquam partem, ſine qua eiuſmodi actio fieri nequit: Tertio per oſſa, & vngues, quod harum partium beneficio actio fœlicius obeatur: Quarto per venas, arterias, & cutem, quod harum munere & vſu, reliquæ, adeoque actio ipſa conſeruetur. Sed & conſiderandum, partes inſtrumentarias, quadru-plici ordine ſtatui. Primi ordinis dicuntur, quæ primo, & immediate ex ſimplicibus coagmentatæ, v-nius alicuius actionis tantum authores exiſtunt: quo genere ſunt muſculi & vaſa. Secundi ordinis di-cuntur, quæ ex primis illis ſimplicibus, & aliis inſuper partibus conſtant, cuiuſmodi ſunt digiti. Tertij ordinis dicuntur, quæ ex partibus ſecundi ordinis, aliiſque inſuper ſunt compoſitæ, vt manus vniuer-ſaliter ſumpta. Quarti ordinis, & maxime compoſitæ ſunt, vt totum corpus, organum, & inſtrumentum animæ.

Qui oſſa ſentiant.

Compoſitæ ſeu organicæ partes. Lib. 1. Meth. C D

Partis cuiuſuis organicæ quatuor partes conſiderandæ. E

Partium inſtrumentariarum quatuor genera.

animæ. Notandum vero eſt, quod cum dicimus, muſculos, & vaſa partes eſſe ſimplices, ad ſenſum & vi-
ſum referimus, & per comparationem intellectum ad partes magis compoſitas: at ſi quis ſpectet earum *Nouem in*
eſſentiam, & conſtitutionem, vere compoſitas eas eſſe intelliget, vt ante notauimus. Reſtat nunc, vt in- *parte qua-*
telligamus, in qualibet parte, ſeu ſimplici ſeu compoſita, nouem eſſe conſideranda, nempe ſubſtantiam *libet expen-*
quantitatem ſeu magnitudinem, figuram, compoſitionem, numerum, connexionem, (cuius nomine *denda.*
originem etiam, & inſertionem intelligimus) temperiem, actionem, & vſum, vt ſcilicet harum rerum
perſpicientia poſſit quiſque fideliter artem medicam exercere, ſanitatem tuendo, morbos depellendo,
vel eorum euentum, exitumque præſentiendo. Sed & notandum, inter partes organicas tres exiſtere,
quarum potentia corpus adminiſtratur, quas ob id regentes, & principes, quod alias omnes regant, ap-
pellant, iecur, ſcil: cor, & cerebrum. Principes autem dicuntur, non quod ad vitam neceſſariæ ſint (nam *Principes*
ventriculus aſpera arteria, pulmones, renes, veſica, & aliæ ſimiles partes ad vitam fortaſſe æque neceſſa- *partes tres*
riæ ſunt) ſed quod ex illarum trium qualibet vis aliqua, potentia, & facultas, aut etiam materia, in vni- *cur dicatur.*
uerſum corpus dimanat vniuerſo corpori neceſſaria, cum nihil tale à reliquis influat partibus. Nam à
B iecore materia ad alendum idonea, per venas in totum corpus diſtribuitur, à corde vis vitalis per arte-
rias diffuſa, vniuerſo corpori vitam impertitur, à cerebro per neruos vis in omnes corporis partes deri- *Lib. de arte*
natur, quæ motum & ſenſum ipſis largitur, Gal. in hoc numero teſtes haberi vult, non ad indiuidui, aut *medica.*
corporis proprij neceſſitatem, ſed ad ſpeciei conſeruationem. Quin & *lib. de ſemine*, teſtes cum corde
conferens, nobiliores illos corde ſtatuit, hac ratione quod quanto melius eſt bene & fœliciter viuere,
quam abſolute & ſimpliciter viuere, tanto teſtes ſunt corde excellentiores, quod illis contingit bene &
iucunde viuere, hoc vero ſimpliciter viuere, vt eunuchorum & caſtratorum exemplo intelligimus, ex *Gal lib. 14.*
quo teſtes videntur iure haberi in numero partium principum, natura vero cum opus hoc ſuum im- *cap. 2.*
mortale eſſe quam maxime cuperet, ad eam, quam meditabatur, conſequendam immortalitatem, par-
tes illas machinata eſt, ad exemplar prudentum ciuitatis conditorum, qui non modo ciuium frequen-
tia vrbem augere, tantiſper, dum exædificant, conantur, ſed & quomodo in perpetuum, vel in multa
ſaltem ſecula in ea celebritate permanere ipſa poſſit, procurant. Et tamen ex tot quondam è prima ho- *Genitalium*
minum memoria extructis ciuitatibus nulla extat, cuius celebritas, & ſtatus cum conditoris nomine *partium v-*
non excident. At naturæ humanum hoc opus, per multa iam annorum millia perſtat incolume, dura- *ſus & fun-*
bitque in poſterum, quod viam adinuenerit, qua quiſque in ſui decedentis locum alterum ſubſtituat. *ctio.*
C Hinc animantibus omnibus data ſunt membra, ad generandum idonea, & iiſdem illis membris indita
voluptate, qua ad mutuum complexum & coitum incitarentur: Animæ vero, quæ membris illis impe-
rat, incredibilis voluntas ſobolis propagandæ, qua etiam bruta incitata, ſe & ſuum genus, ſeculorum
memoria propagare cupiunt. Cum enim natura, ſingula hæc ſua opera, per ſe ſumpta, caduca, & morta-
lia eſſe intelliget, quod potuit, machinata eſt, vt eam moriendi fatalem neceſſitatem, perpetua indiui-
duorum ſucceſſione compenſaret. Huc vſque abunde declaraſſe videmur, quæ medicinæ artificibus o- *Commenda-*
mnibus, anatomiæ cognoſcendæ incumbat neceſſitas: ſimul quis ordo ſit eius rei. Denique quæ defini- *tio huius de*
tio, & quæ partium definitionis ratio. Quare reſtat, vt quod recepimus, id nunc exequamur: nempe vt *re Anatomi-*
ſingulas corporis humani partes cognitione, quot & quæ ſint, ac ſcientia cur ſint, omnium animis ſubi- *ca commen-*
iciamus. Etſi enim vera anatomiæ intelligentia, oculorum intutu & manibus tractando, verſando- *tarijs.*
que ſingulas partes perficiatur, non eſt tamen deſcriptionis anatomiæ labor inutilis putandus: Nam &
legendo memoriam iis, qui in humanorum corporum diſſectione ſe multoties exercuerunt, renouat:
inexercitatis autem ad diſſectionis intelligentiam viam complanat & aperit.

D

De Corporis humani partitione. CAP. I.

QVia corporis humani partitio vix poteſt intelligi, non intellecta animæ in ſuas facultates diſtin-
ctione, quarum gratia corpus eam, quam videmus formam, & in varia organa diſtinctionem eſt
ſortitum: ideo viſum eſt, paucis eam facultatum animæ diſtinctionem attingere, quo illa, quam ſic me-
ditamur, corporis partitio, facilius innoteſcat. Anima ergo *corporis perfectio, omniumque ipſius functionum* *Quid ani-*
principium vulgo, & prima atque vniuerſali diuiſione, in tres facultates diſtinguitur: animalem ſcilicet, *ma & quot*
vitalem, & naturalem. Animalis vero facultas in principem, ſenſitiuam, & motiuam: Rurſum princeps *ſit facultatis*
in imaginatiuam, rationem, & memoratiuam. Senſitiua vero in viſiuam, auditiuam, olfactiuam, guſta- *huius inſtru-*
tiuam, & tactiuam. Motiua vero in progreſſiuam, & apprehenſiuam. At vitalis in cordis, arteriarumque *cta.*
dilatatiuam & conſtrictiuam, quas pulſificæ facultatis nomine intelligimus.
Naturalis vero in altricem, auctricem, & generatricem: quæ tres facultates rurſus quinque alia- *Partes corpo-*
rum facultatum opera, & ſubſidio munus ſuum perficiunt: nempe attractricis, retentricis, concoctri- *ris humani*
E cis, aſſimilatricis & expultricis. Eodem plane modo, animæ organum & inſtrumentum, nempe corpus *omnes in tres*
humanum, prima diuiſione in tres partes diducitur, quas ex officio animales, vitales & naturales *plices eſſe dif-*
appellant. Hæ rurſum in alias ſpeciatim partes, pro facultatum ſubalternarum ſubdiuiſione: nempe vt *ferentia.*
ex functionis proprietate quiſquis facultatis cuiuſque organum intelligat. Nam dum reliqui Anato-
mici, corpus humanum in quatuor partes vniuerſales & primarias diſtribuunt, extremitates, quas ap-
pellant, à tribus primis partibus diſtinguunt: neque tamen docent, ad quas trium primarum partium
claſſes, ſingulæ extremitates debeant reuocari. Vnde multæ difficultates occurrunt, in legendis Ana-
tomicorum ſcriptis: quarum vitandarum cauſa, eam, quam attigimus, corporis humani diſtinctionem,
eo, quo diximus, modo proſequemur.
Ergo vt prædiximus, corpus humanum in tres primas, & vniuerſales partes dirimitur, Animales,
vita-

Quæ hic dicantur partes animales vitales,& naturales. Per partes animales,intelligimus non ſolum partes ad caput attinentes, quæ ſcilicet ſummo capitis vertice & clauiculis,ac prima thoracis vertebra definiuntur, ſed etiam extremitates: quia motricis facultatis organa ſunt,& inſtrumenta. Idipſum confirmaſſe viſus eſt Hippocrates. Cum *Lib.6 Epid.* ſcribit. *Quibus craſſum eſt & magnum caput,magna quoque oſſa,neruos,& artus eos habere.* Et *alio loco*,ait,*qui magnum caput habent, & cum id inclinant, longas ceruices oſtendunt, hi partes omnes, ſed animales præſertim, magnas habent.* Non quod propterea velit Hippocrates,caput eſſe principium,cauſamque magnitudinis & craſ- *Natura iniuſta.* ſitiei oſſium, ac reliquorum membrorum: Sed, vt oſtendat iuſtiſſimę naturæ in corporis humani fabrica æqualitatem & œconomiam: vt ſi caput affabre fecerit, non ſit veriſimile, eam ſegniter reliquas partes,quæ oculis minus patent, neglexiſſe. Hæc ideo diſerte ſcripſiſſe libuit, ne quis illa Hippocratis authoritate abutatur, colligatue inde, non oſſa modo, membranas, ligamenta, cartilagines, aliaſque omnes partes animales,verum etiam venas & arterias,à capite tanquam à principio ſuo pendere. Si quis vero ad noſtram hanc corporis partium diſtinctionem aduerterit, longe aliam nobis mentem eſſe intelliget. A

Quæ dicantur partes Vitales. Per partes vitales Cor ſolum intelligimus,arterias,pulmones,tracheam arteriam, & alias his annexas particulas. Per naturales autem illas omnes intellectas volumus, quæ continentur vniuerſa circumſcriptione peritonæi & Apophyſeon Erythroidon teſtium ſecundi inuolucri. Quod enim ſpectat ad partes omnes alias, continentes dicimus, in partium animalium numero ſunt habendæ, quas iterum hoc diuidere modo oportet:in principes,nempe,ſenſitiuas,& motiuas. Et rurſum harum quamli- B *Animaliũ partium diuiſio.* bet hoc,qui ſequitur,modo. Primum enim princeps diuiditur in imaginatiuam,quæ cerebri pars eſt prior & ſuperior,cum geminis ſuis ventriculis,& aliis annexis particulis: In ratiocinatiuam, quæ cerebri pars eſt,priori illi ſubiecta,& tanquam apex cum tertio ipſius ventriculo: In memoratiuam, quæ eſt cerebellum,cum ventriculo in ipſius ſubſtantia excauato. Secundo ſenſitiua in viſiuam,quæ eſt oculus, audituam, quæ eſt auris; olfactiuam, quæ eſt naſus; guſtatiuam, quæ eſt lingua & palatum; Tactiuã,quæ vniuerſo corpori,ſed præcipue manuũ volæ ſubtenſa cutis eſt. Tertio motiua in progreſ- ſiuam,quæ crura,& comprehenſiuam,quæ manus inſinuat: Denique in ſimpliciter motiuas, quæ ſunt partes tres, dictos ventres maxima ſui parte terminantes & continentes. Quod ad vitales ſpectat,orga- *Vitalium partium diuiſio.* num facultatis cordis,& arteriarum dilatatiuæ ſunt fibræ rectæ: At conſtrictiuæ ſunt tranſuerſæ: ſimul autem fibrarum tria genera, pulſificæ, vel ſi placet, eas diuides in partes reſpirationi ſeruientes, cuiuſmodi ſunt pulmones, & trachea arteria: & partes vitali motui famulantes, quales ſunt cor & C *Naturaliũ partium diuiſio.* arteriæ,his,quas ſupra diximus,fibris inſtructæ. Reſtat naturalium partium diuiſio: quæ eſt in altrices, auctrices,& generatrices: quæ rurſum diſtribuuntur in attractrices, vniuerſales, & particulares: retentrices,coctrices, diſtributrices, aſſimilatrices, & excretrices. Attractrices ſunt œſophagus & ſuperius orificium ventriculi:retentrices,vt pylorus:coctrices,vt ventriculi corpus,ſeu tunica interior:diſtributrices,vt tria tenuia inteſtina:excretrices,vt tria craſſa: Idem de hepate dici poteſt, id enim per venas meſaraicas & portas attrahit: retinet per anguſta in ipſius ſubſtantiam ſparſa venarum orificia: coquit propria carne,diſtribuit per venam cauam:excernit per ſplenem, folliculum fellis, & renes totidem illis muneribus diſtinctas in teſticulis videmus, partes: attrahunt enim per vaſa præparantia, retinent per varicoſos anfractus: in iiſdem vaſis ſemen coquunt per propriæ ſubſtantiæ & facultatis potentiam: diſtribuunt ad proſtratas & vteri cornua proſtatum vicem ſupplentia per eiaculatoria: excernunt denique per proſtatas,cornua,& alias ſociatas partes. Quod ad particularem partis cuiuſq; attractionem, retentionem, coctionem, diſtributionem, aſſimilationem attinet,pendet illa ex ſua cu- *Quæ maximè vt vniuerſales, quæ particulares partes natura opera impleat.* iuſque partis ſimilaris, & ſimplicis temperie, & occulta, quam dicunt, proprietate. Nec differunt actiones hæ ſpeciales, ab illis vniuerſalibus, niſi quod vniuerſales fiunt triplici fibrarum ope; at ſpe- D ciales ſua cuiuſque carnis occulta proprietate ex temperie nata, quam & ſpecificam proprietatem dicere poſſumus. Iam in corporis humani compoſitione, natura in tres præcipue ſcopos intendit. Primus eſt,vt partes ad vitam neceſſarias crearet, cuiuſmodi ſunt Cor, Cerebrum, & Iecur. Secundus, vt alias ad commodius & melius viuendum ederet, cuiuſmodi ſunt oculi, nares, aures, brachia, & manus. Tertius,ad propagationem, & inſtaurationem ſpeciei:cuiuſmodi ſunt pudenda, teſtes, & vte- *Vulgata corporis humani diuiſio.* rus. Atque mea hæc, de vera corporis humani, tot partibus inſtructi, ad tot facultatum obeunda munera diſtinctione ſententia eſt,quam ſi placet probabis, & amplecteris: Sin minus, ſequaris licet communem & vulgarem,quæ fit in tres ventres,ſuperiorem, medium, inferiorem (id eſt, caput,thoracem & epigaſtrium) & in artus. In qua per caput non omnes partes animales intelligimus,ſed eas modo, quæ ſunt à capite ad primam ceruicis vertebram, vel primam metaphreni, ſi ad Galeni ſententiam *lib. de Oſſibus*, vbi de enarthroſi & arthrodia meminit, accommodare collum inter partes capitis cenſemus. Thoracem,quicquid à clauiculis, ad coſtarum ſeu verarum, ſeu notharum extrema, & diaphragma continetur. Per epigaſtrium, reliquum corporis truncum, ab extremis coſtis ad oſſa pubis. Per artus, brachia, & crura intelligimus. Hanc diuiſionem in Anatomico hoc opere ſequemur: quod E partes corporis humani defæcando perſequi non poſſimus iuxta præmiſſam diuiſionem, quia *Cur Ventriculus non ſit oſſeus.* partes animales naturalibus & vitalibus, ſunt inuicem admixtæ. Noluit vero natura inferiorem hunc ventrem oſſeum eſſe, quo ventriculus à cibo & potu dilatari facilius poſſet, pueris incrementum fœlicius ſuccederet, corpuſque ad flexum & curuaturam obſequentius eſſet. Ab hoc exordiri nos decet Anatomicam adminiſtrationem, quod putredini præ cæteris ſit magis obnoxius, tum ratione frigidæ & humidæ temperaturæ, tum ratione contentorum excrementorum fæculentorum. Priuſquam tamen vlterius progrediamur, ſi Anatomica adminiſtratio publice ſit exhibenda, ſubiecto corpore decenter collocato, omnibuſque ad diſſectionem neceſſariis inſtrumentis comparatis,

diuiden-

A diuidendus erit venter in ſuas partes: quarũ aliæ continẽt aliæ continentur. Continentes dicuntur, quę totam illã capacitatem conſtituunt, quæ Peritonæo circumſcribitur. Harum pars eminentior Galeno definitur, regione muſculor rectorum, & generaliũ nomine Epigaſtrium dicitur. Id in tres rurſum partes diducitur: ſcilicet in eã, quæ eſt ſupra vmbilicũ, quæque totius nomen retinet: in eam, quæ eſt circa vmbilicũ & vmbilicalis ſeu media dicitur: In eam deniq;, quæ infra vmbilicum eſt, hypogaſtrium dicta ſeu venter inferior: In trium cuiuſmodi partium qualibet duæ ſunt laterales partes conſiderandæ, ſcilicet in Epigaſtrio hypochondrium dextrum & ſiniſtrum, quæ diaphragmatis & notharum coſtarum ambitu inferne ſurſum definiuntur: In vmbilicali duæ lumbares, quæ vtrinque ab extremo thorace ad ilia ſeu ilium oſſa prorogantur: in hypogaſtrio duo ilia, oſſibus ilium & pubis definita. Nec me fugit tamen, ilia, quæ Græcis Lagones dicuntur, ſignificare partes omnes inanes, à coſtarum extremis ad vſq; oſſa ilium, ex quo & eas etiam Ceneones appellant, quaſi inanes dixeris, quod nullo oſſe circum veſtitæ ſint: viſum tamen eſt, quo diſtinctior eſſet hæc de diuiſione ventris doctrina, partes, quæ vmbilico ad latus ſunt, nuncupare lumbares: quæ vero ventri inferiori, ilia. Notandum vero eſt, veteres adeo ſollicitos fuiſſe, in diſtinguendis continentibus illis partibus, vt quam fieri poſſet exactiſſime, deſignarent

Ventris imi diuiſio.

Quæ ſit hypochondriorum regio.

Ilia Lagones Ceneones.

B viſcera ventre contenta, quæ varia variis ſunt locis. Nam iecoris maior portio ſub dextro iacet hypochondrio: ſub ſiniſtro, totus fere ventriculus & lien: Sub epigaſtrio, inferius orificium ventriculi, & minor hepatis portio. In lumbari regione dextra, & ſuperiore parte Ren dexter: in inferiore ad ilium exordia, cæcum inteſtinum: in media coli inteſtini & ieiuni portio: In ſiniſtra & ſuperiore lumbaris regionis Ren ſiniſter: in media reliqua ieiuni & coli. Sub vmbilicalem regionem deſcendunt echyſis, epiploi ſuperior portio, colo illac etiam interim ſe traiiciente, ad ilium dextra & ſiniſtra maior Ilei inteſtini portio, vteri cornua in grauidis, & vaſa ſpermatica viris mulieribuſque. Sub hypogaſtrio parte inferiori inteſtinum rectum, veſica, vterus, & reliqua epiploi portio. Hæc ſi nota & explorata fuerint, partes affectas ex loci dolore facilius diſcernemus, & debita remediorum applicatione medebimur, abſque illius partis noxa. Eiuſmodi locorum & partium in locis diſtinctio, quia vtiliſſima viſa eſt, placuit illam duarum ſequentium imaginum appoſitione illuſtrare: in quibus notatas habes non modo partes ſupra dictas continentes & contentas, verum etiam corporis vniuerſi alias multas, quæ facere viſæ ſunt ad expoſitarum partium notitiam. Sunt vero imagines eiuſmodi.

Certiſſima partium dolentium nota, ex doloris loco.

Declaratio figuræ anterioris.

C

Figura anterior.



a. *Larynx.*
b b. *Clauicula, ſeu furcula.*
c. *Regio cordis.*
d. *Xiphois cartilago.*
e. *Hypochondrion ſiniſtrum, vbi iacet ventriculus.*
f. *Hypochondrion dextrum, vbi iacet hepar.*
g. *Hypogaſtrium proprie dictum, ſub quo continetur inferius ventriculi orificum: quemadmodum ſuperius ſub quinta thoracis vertebra.*

D

h. *Regio vmbilicalis, ſub qua ieiunum inteſtinum magna ex parte circumuolitur.*
i i. *Lumbi ſeu lumbaris regio in cuius ſede ſuperiore renes ſedent, inferiore autem ad dextrum latus, inteſtinum cæcum, ſiniſtra autem colum reuoluitur.*
k. *Hypogaſtrium, ſeu venter inferior, ſub quo ilei inteſtini maior portio circumuoluitur, veſica vterus, & rectum inteſtinum.*
l l. *Ilia, ſub quibus reliqua coli portio continetur, mulieribus teſtes, cornua, & vaſa ſpermatica, vteri grauiditatis tempore, item vreteres.*

E

m. *Oſſa pubis ſeu pecten, cui vtrinque aſſident inguina ſeu bubones.*
n. *Femoris pars anterior & media, cui cucurbitulæ affigi ſolent ad prouocandos menſes.*
o. *Pars ſub malleolo in qua aperta ſaphena, ſanguis mittitur.*

Declaratio figuræ poſterioris.

Figura poſterior.



P. Monſtrat ceruicis eam partem quæ ſeta ſeu laqueo ſolet perforari.

p. Planiorem partem Omoplatæ, in cuius ſuperiore parte, notata notis 1. 2. affiguntur cucurbitulæ.

r. Sedem ſplenis infra quem notatur renum regio notis 3. 4.

S. Inteſtini cæci ſedem. B

T. Os ſacrum, quo loco in morbis recti inteſtini applicanda ſunt remedia.

V. Regionem coxendicis, ſeu articuli, quo femur coxæ alligatur, quo loco ad iſchiadem apponuntur remedia.

K. Poplitem, quo loco poplitea vena aperitur.

Y. Calcem.

De partibus epigaſtrii continentibus, & præparatione ad anatomicam adminiſtrationem.

CAP. II.

Epigaſtrij in genere dicti partes continentes.

EPigaſtrij continentes partes ſunt Epidermis, vera cutis, panniculus carnoſus ſeu adipoſus, octo muſculi Epigaſtrij, cum ipſorum tunica communi, peritonæos tunica, quinque lumborum vertebræ, totum os ſacrum, oſſa ilium, oſſa pubis, linea alba & Diaphragma. Harum partium quædam toti ſunt corpori communes, vt tres primæ: Aliæ propriæ partibus Epigaſtrio in genere ſumpto contentis. Quas vt ſuo ordine cernere poſſis, ante omnia vmbilicum circumcidere oportet, ad primam vſque muſculorum ſuperficiem, quo ipſum in id tempus aſſeruare poſſimus, quo ſe offerret occaſio demonſtrandorum vaſorum vmbilicalium eo loco emerſorum, quæ ſunt vena vna, arteria duplex, & ſi quis forte ſubeſt vrachus: quo facto rectam lineam ducere oportet à ſterno ſupra Xiphoidem cartilaginem vſque ad os pubis, quæ partes continentes, communes dictas vſque ad lineam albam diuidit. Sed & mox duas alias lineas tranſuerſas ducere oportebit: eiuſdem profunditatis vtrinque ab vmbilici circumferentia ad lumbos vſque, quo commodius vtrinque cutem à ſubiacentibus partibus, quibus alioqui videndis officeret, diducere poſſimus. His peractis, cutis à ſubiectis partibus eſt auellenda, per deſignatam vmbilico circumferentiam. Docendum, quo modo cutis ſit duplex, vera & ſpuria, reddita E
nominis ratione: quod paſſim quantum res feret, & in nobis ſitum erit, vſurpabimus. Atque in his examinandis res nouem in procemio poſitas diligenter exquirere oportet.

Initium vero à cute ducemus, quod hæc pars primo ſit obuia ſenſibus.

A

De Cute. CAP. III.

CVtis prima & per totum fuſa corporis noſtri pars eſt duplex, vna vera, altera illegitima. Vera cutis Derma græcis dicitur, quod paſſim fere à ſubiectis, quas veſtit, partibus auelli poſſit. Alioqui enim in facie, auriculis, palma manus, planta pedis, digitis, & pudendis adeo tenaciter adhæret, vt ſeparari nequeat. Illegitima (quam ante omnia declarabimus, quod oculis primum occurrat) græcis dicitur Epidermis, quod veræ cuti ſubtendatur; cuticulam vulgo appellant. Huius ſubſtantia excrementitia eſt, ac tanquam veræ cutis efflorescentia quædam reſiccata. Nam quod ſubſtantiam à ſpermate non ducat, ex eo apparet, quod quemadmodum facilis eius ex iactura, ſic & facilis reparatio, quod in partibus vere ſpermaticis locum non habet. Cuticula hæc per ſe & abſtracta duobus caſibus nobis apparere poteſt, nempe aduſtione ab igne cōtracta, aut ab ardenti ſole in delicatis & inſolatur non aſſuetis hominibus. Quantitas eius ſeu magnitudo in altum eſt valde exigua: At latitudo eſt ampliſſima; quod totā cutem obducere debeat, figura teres eſt & longa, quemadmodum & earum, quas inuoluit partium. Compo-

B ſitio eius obſcura eſt: quia tamen cuticula hæc veræ cutis eſt excrementum, materiam traxiſſe illam dicemus ex ſuperfluitate excrementitia neruorum, venarum, arteriarum & ſubſtantiæ veræ illius cutis. Vnica eſt vt vera cutis, quam extrinſecus obducit, vt eſſet medium inter tactus obiectum & fixam tactus facultatem, in vniuerſam veram cutem, cui vndique ſubtenditur, diffuſam. Quod ad temperiem attinet, ex vulgari Medicorum conſenſu, inter omnes exceſſuum differentias media eſt: quod cum medii rationem inter obiectum & facultatem habeat, ſi calidior, frigidior, humidior, aut ſiccior extitiſſet, facultati impoſuiſſet ipſi, obiecta omnia non qualia ex ſe eſſent, ſed qualis ipſa eſſet, exhibendo, haud aliter, quā per conſpicilia rubra aut viridia ſpectanti, rubra omnia & viridia apparēt. Hac eadem ratione ſenſus omnis expertem eſſe cuticulam hanc decuit. Actionem non habet in corpore: Sed tantum modo vſum habet; conſeruat enim & polit veram cutem: videtur enim naturæ ſingulari beneficio data, vt eſſet munimento & ornamento veræ cuti. Hanc naturæ prouidentiam, artificum eſt imitata induſtria: quo enim plus venuſtatis ſuo operi accedat, ipſum erudiunt & perpoliunt. Ex his intelliges, non omnes partes actionem in corpore habere, vſum tamen habere: quia ex Ariſt. ſententia: *Natura nihil fecit fruſtra.* Intelliges quoque & cuticulam hanc deperditam, vbique poſſe regenerari, præterquam quo loco ob-

C ducta fuerit cicatrix. Hic enim vera cute deficiente, & materia cuticulæ, & vis formatrix deeſt.

Cutis duplex. A quibus partibus cutis ſit inſeparabilis. Cuticulæ materia. Quantitas. Compoſitio. Numerus. Temperies. Vſus. Cur in cicatricibus cuticula reparari nequeat.

De Vera cute. CAP. IV.

VEra cutis, quam Derma nominant, ſubſtantiæ eſt ſpermaticæ, itaque deperdita ſemel, qualis erat, reſtitui nequit. Nam in eius locum cicatrix reponitur quæ nihil eſt aliud, quam *caro præter modum reſiccata.* Altitudinis eſt ſatis magnæ, vt patet ex ipſius à carne artificioſa diuulſione. At quod ad latitudinem attinet, vniuerſum corpus inuoluit, ſi oculos, aures, nares, penem, vuluam, anum, os, digitorum extrema qua parte vngues affixi ſunt, nempe omnes partes, quibus excrementa redduntur, exceperis. Figura, cuticulæ ſimilis eſt, teres & oblonga cum ſuis productionibus, quibus in partium extrema deſcendit. Compoſita eſt ex neruis, venis, arteriis, & propria ſui generis carne & ſubſtantia, quam ſpermaticam eſſe diximus, vt quæ ab apophyſi ſecundinæ prodeat, quæ vaſa ſpermatica ad vmbilicum vſque deducit: quo loco in ſuas quæque ſedes a natura deſtinatas vaſa eiuſmodi emittens, expanditur & diffunditur in cutis generationem: quod etiam vtriuſque, cutis nempe & chorii arguit ſimilitudo. Nam vti chorium

D duplex eſt, ſenſus expers, totum fœtum inuoluens, primæ tunicæ, quæ Amnios dicitur, leuiter alligatum, ſic cutis duplex eſt, ex ſeque inſenſibilis (alias fruſtra ipſi additi nerui eſſent ex ſubiectis partibus) corpus vniuerſum cingens, panniculo carnoſo leuiter adhærens. Quod ſi quis obiiciat, cuticulam veræ cutis partem non eſſe, cum toto genere ab hac differat, facileque ab eadem ſit ſeparabilis, & penitus ſenſu orba. Reſpondebo, hæc non valere argumenta: Nam quod vera cutis craſſior, ſpiſſior, ſenſibilis, viuax, & carnoſa conſpicitur, id non habet ex ſe, ſed potius ex appulſu, & admixtione partium, quas à tribus principibus partibus deriuatas, in propriam ſuam ſubſtantiā recipit, quæ res in cuticulam non cadit. Nec ſi caderet, melius illi eſſet, imo peſſime nobiſcum ageretur: quod ſic mille externis iniuriis, quæ nos vndique ambiunt, vehementi & contrario quatuor qualitatum primarum appulſui, opportuna & parês eſſet vita noſtra. Cutis vnica eſt: vt quæ vnicum corpus humanum integere deberet: Ei enim vndique adhæret præterquam his, quos dixi, locis. Connexio eius eſt cum partibus ſubiacentibus, per neruos, venas, & arterias, quas ſubiectæ illæ partes in cutem ſubterſam effundunt, vt partibus corporis omnibus inter ſe quædam ſit communio. Temperamento proprio, propriæ carnis & ſubſtantiæ reſpectu frigida eſt & ſicca: eſt enim pars ſpermatica: quanquam ſi quis neruos, venas, arterias, & carnoſa ſtami-

E na, quæ corpori ipſius admiſcentur, conſideret, temperata videbitur, & in contrariarū qualitatum velut medio poſita, vt quæ ex pari portione corporum calidorum, frigidorum, humidorum, & ſiccorum coaluerit. Cutis vſus eſt vniuerſi corporis, partiumque eius omnium continuitatem, ab omnium, quæ extrinſecus impendent, periculorum violento occurſu, ſartam & tectam tueri, qua de cauſa vndique ſenſu prædita extitit, in quibuſdam partibus exactiore, in aliis hebetiore, pro partium ipſarum, quas ambit, dignitate & neceſſitate, vt omnes ſuæ ſalutis & conſeruationis admonerentur. Denique multis poris tanquam ſpiraculis peruia eſt, quemadmodum ex ſudorum effluuio intelligimus: vt ſic arteriæ ſua diaſtole aerem ambientem in corpus allicere poſſent, ad temperiem, & alimoniam caloris inſiti fixi, & ſiſtole fuliginem excrementitiam propellere: quæ ſuppreſſa hyeme, ab ambiente frigido cutem de-

Subſtantia. Magnitudo. Cicatrix quid. Figura. Compoſitio. Cutis ex ſeſe ſenſu carere. An cuticula ſit pars veræ cutis. Cur decuerit cuticulā eſſe ſenſus expertem. Numerus. Connexio. Temperies. Vſus.

Cur hyeme cutis ſit aſperior & nigrior.

nigrat & exaſperat. Perſpirationis autem attracto intus aere per tranſpirationem, argumentum & exemplum habemus in mulieribus hyſtericis, quæ citra reſpirationem, ſola viuunt tranſpiratione. A

De Panniculo carnoſo. CAP. V.

Quid membrana.

Cur aliquando tunica alias panniculus carnoſus aut adipoſus dicatur.

POſt veram cutem ſequitur membrana, quam Anatomici panniculum carnoſum dicunt, cuius naturam vt facilius exequi & explicare poſſimus. Primo dicendum, quid ſit membrana, quot modis id nomen vſurpetur: tum cur panniculus carnoſus id nominis ſit ſortitus. Eſt ergo membrana *pars ſimplex, lata & tenuis, robuſta tamen & denſa, alba & neruoſa, quæque extendi & contrahi ſine magno periculo facile queat.* Tunica aliquando dicitur, tum ſcilicet, cum partem aliquam tegit & tuetur. Hic panniculus carnoſus dicitur, quia locis quibuſdam in carnem degenerat, ac muſculoſa euadit, vt in homine à clauiculis ad capillitium vſque: qua proinde in regione muſculus latus nuncupatur, cum in aliis locis ſimplex membrana ſit, hinc inde cum ſubiecto adipe mixta, ex quo panniculi adipoſi nomen poſſe etiam reportare videtur. At in brutis (vnde id nominis traxit, quod in his carniformis ſubſtantia panniculi huius magnam partem conſtituat) manifeſte carnoſa apparet, & per totum corpus muſculoſa, vt in equis & bobus licet intueri: nempe vt ſic mobilis, tergoris concuſ- B

Cur brutis panniculus ſit magis carnoſus ſeu muſculoſus obtigerit.

ſione & contractione muſcas, & alia infeſtantia animalcula abigere, & excutere à ſe poſſent. His ita conſideratis, dicimus, panniculum carnoſum, proprio corpore ſuo, neruoſæ eſſe ſubſtantiæ, ſeu membranoſæ, tanquam qui deriuetur ex amnio tunica, quæ proxime fœtum attingit, dilatata iuxta vmbilicum, & exporrecta ad huius panniculi generationem, quã in re notare iuuat, quod quemadmodum chorion & amnios membranæ ſibi inuicem exiguis neruoſis fibris attextæ cingunt, veſtiuntque fœtum, quandiu vtero continetur: ſic cutis & panniculus carnoſus iiſdem illis vinculis adnexa vniuerſum corpus ambiunt. Quare panniculus carnoſus magnitudine æqualis,

Subſtantia.

Quantitas & figura.

Compoſitio.

Numerus.

& figura veræ cuti ſimilis eſt, niſi quod huic ſubiacet & continetur, locis quibuſdam adipi admixtus, aliis intertexta carne auctus, aliis membrana ſimplex exiſtens. Compoſitio eius ea eſt, quam nos oculis intuemur, ex venis nempe, arteriis, neruis & propria carne, alias cum adipe, alias cum muſculoſa carne admixta & attexta vnicus eſt propter eum, quem mox dicemus, vſum: Situs eſt inter cutem & adipem, ſeu muſculorum tunicam communem: his partibus, & aliis ſubiacentibus adnexus per venas, neruos, & arterias, ab internis illis partibus aſcendentes & ſe inſerentes in ipſius ſubſtantiam & inde in veram cutem. Temperies eius varia eſt, pro partium ipſum C

Temperies.

Vſus.

contexentium varietate. Vſus eius eſt, vt deducat & dirigat, roboretque in ipſo tranſitu vaſa, quæ in veram cutem, vniuerſamque corporis ſuperficiem diſſeminantur. In brutis vero aliam inſuper habet vtilitatem: nempe cuti ipſorum & tergori motum concuſſiuum præſtat, propter eam, quam ſupra attigimus, rationem.

De Adipe. CAP. VI.

Adipem excrementum verius eſſe quam partẽ.

Subſtantia.

ADeps excrementi potius quam partis conditionem redolens, (vt diximus, cum de partibus ſimilaribus ageremus) ſubſtantia eſt oleaginoſæ, ex ſanguinis portione aerea & vaporoſa genitæ, quæ per tunicarum poros, aut vaſorum ... exſudans circum membranas & neruoſa frigidaque corpora concreſcit, in adipemque loci frigore cogitur. Ex quo intelligi poteſt, cauſam adipis efficientem eſſe frigus, ſeu calorem remiſſiorem: patet non contemplatione modo animantium diuerſæ, verumetiam eiuſdem

Adipis cauſa efficiens.

ſpeciei & ſexus, modo vnum altero exiſtat frigidius. Ex quo eſt intelligere, adipem quantitate maiorem vel minorem eſſe, pro corporis totius & partium eius ſingularum varia tẽperie. Quod ad compoſitionem pertinet, conſtat ex ſanguinis ea, quam diximus, portione, membranis quibuſdam, fibris neruoſis, D

Quantitas.

Compoſitio.

Situs.

venis, arteriiſque intertextam. Iacet maiore ſui portione inter panniculum carnoſum & tunicam muſculorum communem, alias per vniuerſum fere corpus fuſus eſt: locis in quibuſdam amplior, in aliis parcior. Semper tamen circum neruoſa corpora, quibus gaudet adhæreſcere. Quærunt plerique Anatomici, ſubiaceat ne adeps panniculo carnoſo, an ſupereminent: Sed mihi otioſa hæc & inutilis videtur

Temperies.

quæſtio: cum ſæpe vtramque panniculi carnoſi ſedem illam occupare adeps cernatur. Temperiei eſt mediæ inter calores & frigus, cum ex ſanguinis aerea magis portione prodeat: quãquam reſpectu cauſę efficientis, id eſt, frigoris, à quo concreſcit, frigidæ videri poſſit. De cætero humida temperies in adipe

Vſus.

prædominatur. Vſus eius eſt, vt partes humectet, quæ longa inedia, vehementi exercitio, & calore immodico areſcere poſſunt: Præterea etiam, vt calorem membris addat. Quanquam poſtremum hoc per accidens magis, quam ex propria natura efficiat, nempe calefactus exercitio, aut ſimili alio caſu vicinas partes calefacit, vel etiam ex eo calefacere videri poteſt, quod natiui caloris & interni diſſipationem impedit: quomodo hyeme frigus calefacit, ex quo ventres per eam tempeſtatem calidiores. Scio noſtræ ætatis doctos quoſdam Medicos pertinaciter contendiſſe, adipem temperamento eſſe calidum: nec aliam eius cauſam efficientem agnouiſſe, quam calorem temperatum & non frigus. Sed harum quæſtio- E

Adeps quidam ſolidior.

num ſubtiliorem peruestigationẽ phyſicis cenſeo relinquendam. Notandum vero eſt, ad articulos, qui frequẽti motu alterantur, adipis aliud genus longe ſolidius, & durius, quã id, quod diximus comperiri ſæpe admixtũ alteri humori viſcido & lẽto albuminis oui æmulo, quo humectandis illis partibus, quib. ſiccitatis periculũ imminebat, & lubricando partiũ illarum motui in longius tẽpus ſufficeret, ad cuius

Sepum.

rei imitationem, corpora dura, quę in perpetuo motu eſſe conuenit, vt curruum rotas, axeſque vnguine perungere ſolent. Eſt & aliud adipis genus, quod ſepum dicitur ab adipe hoc vno differens, quod ſit

longe

A longe ſiccius:humidiore & molliore adipis portione, rapido loci calore diſſipata. Colligitur namque circa menſenterium, maxime quo loco multiplices ſunt venarum, & arteriarum plexus : colligitur & circa renes,lumbos,& cordis baſim.Conſumitur adeps longa inædia:reſiccatur & induratur vehementi exercitio & calore immoderato. Hinc in manuum vola, & pedum plantâ,circa oculum,& cor adeps longe compactior cernitur, ſic vt denſitate & duritia carnem mentiatur, quod motu partium illarum continuo & vegeto calore,tenuiore eius portione diſſipata,& fuſa,reſtet craſſior & terreſtrior. *Quibus partibus & cur adeps obtigerit denſior.*

De Tunica communi muſculorum. Cap. VII.

POſt adipem apparet tunica quædam, ſuper omnes muſculos fuſa; ex communi muſculorum tunicâ dicitur,eius ſubſtantia neruoſa eſt,quemadmodum & omnis membranæ. Quantitas eius & latitudo muſculorum,quos inuoluit,quibusque ſe accommodat,quantitate definita eſt,nempe,quæ Epigaſtrij muſculos circumſcribit eorundem muſculorum ambitu. Figura eius rotunda eſt. Compoſitio ex venis eſt, neruis, arteriis, & propria carne, triplici fibrarum genere contexta : origo eſt à perioſtio, qua B parte oſſa muſculis ligamenta præbent:vel aliorum ſententia, ex muſculi fibris neruoſis & ligamentoſis quæ in carneam muſculi ſuperficiem exurgentes, & diffuſæ vniuntur ad huiuſmodi tunicæ generationem Cæterum ex perioſtio hæc membrana enata(vt omnis membrana, quæ infra caput exiſtit,primario nullius medii interuentu; vel ſecundario à perioſtio originem trahit) expanditur in muſculos per ipſorum tendines. Si vero quis obiiciat, quod hæc membrana à muſculi ventre diuulſa in ligamentum videatur terminari:Reſpondebo, eam eſſe neruoſæ omnis partis conditionem, vt ſe ſemper ad alteram ſui generis,tanquam ad adminiculum ſic alliget, vt vix inde auelli queat. Cuius rei fidẽ facit epigaſtrij peritonæum. Quæ epigaſtrij muſculos integit,vnica eſt,niſi eam malis in duas partiri, dextram & ſiniſtram,lineæ albæ interuentu diſtinctas. Situs eius eſt,inter adipem & muſculos : his enim partibus ſurſum deorſumque adnectitur fibris, quæ tenuitate & ſubtilitate aranearum ſtamina vincunt, vaſis autem ſuis conſortium habet cum tribus principibus viſceribus. Temperamenti eſt frigidi & ſicci. Vſus eius eſt, vt muſculos in naturali vnione contineat, ipſosque, quam maxime poteſt, à putredine vendicet,quæ illis poteſt contingere ex pure,quod ſæpe effunditur à partibus ſimilaribus,in inania muſculorum ſpatia,& interſtitia.Itaque ſeparaturus adipem epigaſtrij (à quo diſſectionem corporis humani inC choare te conuenit) cauebis, ne ipſam temere ferro violes,quinimo antequam muſculos attingas, videbis, vt eam artificioſe auellas, quo facilius ſubiectos muſculos diducere queas, manifeſto interſtitio ad lineam albam diſcriminatos,quam effingit tunicarum cuiusque muſculi propriarum concurſus. *Subſtantia. Quantitas. Compoſitio. Ortus. Numerus. Situs. Vſus. Quid linea alba.*

Quid ſit muſculus & quot eius differentiæ. Cap. VIII.

MVſculus *motus voluntarii* eſt *inſtrumentum* : obitur vero motus voluntarius ſimplex ſex modis, ſurſum, deorſum, ante, retro, dextrorſum, ſiniſtrorſum : vno autem modo is,qui compoſitus eſt, nempe in circulum,qui perficitur continua ſucceſſione motus muſculorum,partem cingentium. Huiuſmodi motum edunt Falconarii; dum prætento pugno & pinnarum ſcapo, volaces accipitres reuocant,& ad volatile aucupium inſtruunt:Sunt quædam in nobis partes, quæ ſine muſculo motum obtinent:ſed is motus non à voluntate manat:cuiuſmodi partes ſunt cor,ventriculus,inteſtina, ambæ veſicæ,fellea & vrinaria,& aliæ multæ,quæ attractionis,excretionis,& retentionis motus in nobis obeunt, triplicis fibrarum generis miniſterio, rectis enim attrahunt, tranſuerſis excernunt, obliquis retinent. Muſculorum differentiæ, quæ multæ ſunt & variæ, ducuntur ab ipſorum ſubſtantia, origine, inſertione in partem, quam mouent, forma ſeu figura; foraminibus; magnitudine, colore, ſitu, fiD brarum genere, harum coniugatione ſeu connexione, capitibus, ventribus, tendinibus, oppoſitione, in actione & officio. Subſtantia quidem alij ſunt neruoſi; venoſi, arterioſi, quod manifeſtos habeant neruos, venas, & arterias, cuiuſmodi ſunt diaphragma, intercoſtales, & epigaſtrici, aliique complures:Idque ad aliorum muſculorum differentiam,in quod nec neruus, nec vena, nec arteriâ, manifeſte inſeruntur, & ſi occultè eadem illa omnia admittant ad ſenſum motumque, vitam & alimoniam, cuiuſmodi ſunt muſculi, carpi, & lumbrici manus, ac pedis : Si qui enim in illis notantur neruuli, hi perexigui ſunt. Nonnulli malunt muſculorum differentiam à ſubſtantia ex eo ſtatuere,quod eorũ alij ſunt carnoſi,alij neruoſi,alij mẽbranoſi.Origine vero,alij ex oſſibus naſcuntur, vt qui manus, brachia, cruraque mouent : alij ex cartilaginibus; vt laryngis muſculi : alij ex membranis, quæ tendines veſtiunt, vt manuum pedumque lumbrici:alij ex ligamentis, vt digitum abductores : alij ab alio muſculo, vt duo penis inferiores; qui à ſphinctere ani : Aliis nulla eſt origo, ſed membrana, quam panniculum carnoſum diximus; certis locis carnem aſſumit, in muſculumque degenerat, cuiuſmodi ſunt muſculi teſtium cremaſteres, muſculi faciei, & ſi placet diaphragma, quod nempe ex duabus tunicis coagmentatum, coſtas ſuccingente, & peritonæo, carnem in ſui cenE tro inter vtramque membranam ſortitur. Quin & muſculorum aliis ab vnico oſſe eſt origo, cuiuſmodi ſunt,qui flectunt & extendunt cubitum, alij ex multis ſimul oſſibus prodeunt, vt obliqui deſcendentes, dorſales,multique colli muſculi, qui ex multis ſpondylis, ſpondylorumque lateribus ſimul oriuntur. Sunt nonnullorum ſententia, qui & ab oſſibus & à cartilagine pubis oriuntur, vt muſculi recti epigaſtrij,mihi tamen aliter videtur. Quoniam per anatomicum & receptum axioma, *muſculi origo inde cenſeri debet, vnde neruum recipit* : Atqui eiuſmodi muſculi neruum accipiunt ex intercoſtalibus : quare eorum origo referenda videtur ad latera cartilaginis ſcutiformis,vt dicetur ſuo loco. *Quid muſculus. Quomodo motus membrorum in orbem abſoluatur. Muſculorũ vnde ducantur differentia. Muſculorũ a ſubſtantia ducta differentia. Muſculorũ ab origine ducta differentia. Vnde æſtimanda muſculi origo.*

Muſculorũ ab inſertione differentia.

A Ab inſertione vero hæ trahuntur differentiæ. Alij enim in os inſeruntur, vt qui caput mouent, brachia, & crura: Alij in cartilaginem, vt laryngis, palpebrarum, narium, & obliqui aſcendentes Epigaſtrij muſculi: quidam in os, & in cartilaginem, vt recti Epigaſtrij & diaphragma: Alij in cutem, vt labiorum muſculi. Alij in tunicas, vt oculorum muſculi. Alij in ligamenta, vt penis muſculi. Sed & ab inſertione & origine, quæ ſequuntur, differentiæ duci poſſunt. Nam muſculorum alij cum à multis partibus oriãtur, in vnam ſolam inſeruntur, quales ſunt multi, qui brachium mouent, & omoplatam, qui ex multis ſpondylis emergentes, in os brachij ſeu humeri, & omoplatam implantantur. Alij ab vna parte oriuntur, & in plures ſe inſerunt, vt qui à baſi omoplatæ egreſſus extenditur & inſeritur in octo aut nouem coſtas ſuperiores, ad iuuandam reſpirationem: & digitorum flexores atque extenſores manuum pedumque: Alij ex multis oſſibus orti in totidem inſeruntur, vt nonnulli reſpirationi inſeruientes, hi nempe, quos ſerratos poſteriores dicimus & ſemiſpinatus, qui tendinem in omnes coſtas diuidit. Alij ex multis oſſibus prodeunt, & deſinunt in cartilagines ſeptem coſtarum verarum, vt duo illi, qui ſub ſterno latent. Præterea etiam ab origine & inſertione hæ muſculorum differentiæ duci poſſunt, quod quidam ex oſſibus prodeunt, & in os proximum inſeruntur, quo talia oſſa ſimul moueant, tamenque, vt tres clunium muſculi, alij ex ſuperiore oſſe oriuntur, nec in proximum inſeruntur, ſed in alium quemuis, cuiuſmodi ſunt muſculi longi. B A parte, quam mouent, quidam temporales dicuntur, quod tempora moueant: alij maſticatorij, quod ad imitationem molæ piſtrinariæ maxillam vibrent, ad ciborum attritionem.

Muſculorũ à figura differentia.

A forma vero ſeu figura, quod alij muribus, alij lacertis, quibus ſint amputata crura, ſimiles ſint: quod nempe ventre, corpore aut tendine, caput, ventrem, aut caudam eiuſmodi animantium imitentur, ex quo muſculi & lacerti nomina ſunt ducta. Eiuſmodi ſunt, qui carpum flectunt, & qui oſſi tibiæ adhærent, & qui pedem extendunt. Alij ſunt triangulares, vt qui brachium attollit, Epomis dictus, ſeu deltoides, & qui brachium ad pectus adducit pectoralis dictus. Alij ſunt quadrangulares, vt Rhomboides omoplatæ, & duo ſerrati poſteriores, reſpirationi inſeruientes, & duo carpi, qui manum pronant. Alij pluribus conſtant, quam quatuor angulis, vt obliquus deſcendens, & qui ab omoplata ei ſe adiungit: Alij ſunt rotundi, & lati, vt diaphragma. Alij circulares, vt ſphincter ani & veſicæ, alij figura ſunt pyramidali, vt ſeptimus oculi muſculus, qui neruum cingit opticum, in brutis, non vero in homine: Alij in ſemicirculi formam effecti ſunt, vt qui oculum claudit circum minorem oculi angulum ſitus: C Alij cucullam monachalem imitantur, vt trapezij omoplatæ. Præterea alij prima origine ſua anguſti ſunt, ad inſertionem autem lati euadunt, vt ſerratus omoplatæ & tranſuerſi Epigaſtrij: alij contra, vt tres clunium alij æqualem ſeruant vtrobique magnitudinem, vt intercoſtales & carpi muſculi: Alij longi ſunt & graciles, vt femoris longus ille muſculus, alij longi ſunt & lati, vt obliqui deſcendentes Epigaſtrij: Alij contra, vt intercoſtales, qui parum lati ſunt.

Muſculorũ à foraminibus ducta differentia.

Ex foraminibus quidam enim foramine ſunt pertuſi, vt diaphragma tribus apertum foraminibus: Itemque obliqui & tranſuerſi Epigaſtrij, quo exitum præbeant vaſis ſpermaticis præparantibus & egreſſum eiaculatorijs deducente, & roborante ea ex vero d. tunica, alij foraminibus carent.

A magnitudine

A magnitudine, nam alij ſunt ampliſſimi, vt duo clunium, alij valde parui, vt octo exigui coli muſculi, & laryngis, qui dicuntur proprij, & lumbricales. Alij mediocri ſunt magnitudine.

A colore.

A colore: nam alij calore feruntur & rubent, cuiuſmodi crotaphitæ, qui ex medio ſuo ventre tendines protendunt: alij albeſcunt, vt tres maiores ſuræ, quem colorem trahunt ex tunicæ albæ, ſeu aponeuroſis tendinoſæ eum ſubeuntis carne admixtione: hæc enim tunica craſſitie ſua carnis colorem, ne ſuo ſe rubore & ſub ea proferat, ſupprimens hunc ſimul in colorem adumbrat. D

A ſitu ſiue ſerie muſculorũ fibræ quædam dicuntur obliquæ aut tranſverſæ.

A ſitu. Nam alij ſunt ſuperficiarij, vt qui ſub cute & adipe apparent: Alij profundi & abditi, vt poplitei & quatuor geminelli, qui ad eam partem eam incubant, recto & plano ductu attexti & porrecti & tanquam expanſi manent: vt qui femoris muſculi tibiam mouent excepto poplitæo: alij obliquo Epigaſtrij: Alij tranſuerſo, vt eiuſdem Epigaſtrij tranſuerſi quo loco notabis, quod & ſi omnes muſculorum fibræ ſint rectæ, obliquas tamen illas aut tranſuerſas dicimus, comparatione facta ad muſculos rectos, quod nempe fibrarum concurſu, illas rectum angulum aut acutum gignat.

A fibris

Ex fibrarum genere: Nam alijs vnicum adeſt fibrarum genus. Maxima tamen pars duo ſortita eſt, ſurſum, deorſumque, ita ducta, vt vel decuſſentur ad formam literæ X vt contingit in pectoralibus & maſticatorijs, vel minime concurrant, vt in trapetio. Alijs tria adſunt fibrarum genera, vt in lato faciei muſculo.

Ex connexione.

Ex cohærentia & connexione, ſeu fibrarũ neruoſarum textura. Alijs enim fibræ adſunt, ab ipſo principio ortu denſiores, quam reliquis locis, vt videre eſt in natium muſculis. E Alijs in medio & ventre, quo ob id eiuſmodi muſculis tumidior eſt, capite & cauda exilibus, vt plurimis tibiæ & brachij muſculis contingit in quibus denſa carnis moles fibris intertexta, tam lato interuallo fibras diiungit. Alijs in cauda denſiores exiſtunt fibræ, vt ſerrato maiori, ex baſi omoplatæ orto: alijs æquali diſtant per totum corpus interuallo, vt muſculis carpi & intercoſtalibus.

A capite

Ex capite: id enim alijs carnoſum eſt raris fibris intertextum, vt natium muſculis: Alijs penitus eſt neruoſum, vt latiſſimo brachio & omoplatæ communi, tribusque femoris ex iſchij tubere prodeuntibus: alijs neruoſum & carnoſum, vt brachiali interno & externo. Præterea alijs vnicum eſt caput: alijs duo, vt cubitum flexori & tibiæ externo: Alijs tria, vt femoris tricipiti. Notandum vero, nerui nomen laxius hic vſurpari pro ligamento, neruo, & tendone, vt dixit Gal. *lib. de opibus*. Sed & aduertendum, caput muſculi alias ſurſum habere, alias deorſum, alias in medio, quemadmodum in diaphragmate, vt intelligere eſt ex nerui inſertione, quod is in muſculum peruadat per ipſius caput.

A Ex ventre etiam muſculorum quædam ducuntur differentiæ : Aliis enim venter ſtatim ab origine occurrit, vt natium muſculis: Aliis ad inſertionem venter adeſt, vt diaphragmati : Aliis ſtatim ad caput, vt his, qui ſuram tumefaciunt: Aliis paulo longius abeſt, vt his, qui brachium retrorſum mouent, & qui crura flectunt: Aliis venter à capite ad caudam vſque patet, vt intercoſtalibus, & carpi muſculis : Aliis in inſertionem vſque producitur, vt palmari & plantari: quibuſdam etiam venter eſt geminus, ſubſtantia neruoſa diſtinctus, vt his, qui os diducunt, & qui aſſurgunt ex baſi apophyſeos coracoidis omoplatæ. *A ventre.*

Ex tendinibus vero petuntur etiam muſculorum differentiæ : nam aliis nulli dati ſunt, qui ſaltem ſunt manifeſti, vt labialibus & ſphincteribus, intercoſtalibus & carpi muſculis: Aliis partim adſunt, partim non adſunt, vt diaphragmati : diaphragma enim ad notharum coſtarum extrema tendine caret : at ad primam lumborum vertebram, in quam deſinit, duos habet : Alij ipſi quidem tendinem habent ſed horum alij oſſa mouent alij minime, vt oculorum muſculi, quin & iſtorum aliis tendines lati ſunt, & membranoſi, vt oculorum muſculis & epigaſtrij, ſi rectos exceperis: Aliis craſſi & rotundi, vt digitum flexoribus: Aliis minus rotundi, ſed magis lati, quam craſſi, cuiuſmodi eſt tendo ex gemellis conſurgens & ſolæo tibiæ : Aliis breues ſunt tendines, vt muſculis, qui manum pronant: Aliis longi, vt plantari & B palmari. Præterea alii tendinem proferunt ab extremo ventre, cuiuſmodi tendines manifeſti ſunt : Alij à medio , vt cortaphitæ. Quin & alij multos tendines ex ventre diffundunt , vt manus , digitum flexores & pedum tenſores: Alij vnum tantum, qui quandoque in multos diducitur, vt qui tertiam pedis articulationem flectunt: alias multi ſæpe muſculi ſuo concurſu vnicum tendinem efficiunt, vt tres ſuræ, & qui cubitum, tibiamque flectunt. *A tendinibus.*

Tendines omnes naſcuntur, cum nerui & ligamenta, per muſculi carneam ſubſtantiam ſparſa, ſenſim coguntur, & in ſeſe coeunt, donec tandem ad articulum dilatata aſſigantur ad flexus & tenſionis opportunitatem. *Tendinibus vnde origo.*

Ex actionum contrarietate, quibuſdam enim partibus muſculi ſunt attributi contrarij, flectentes & extendentes: Aliis vero non adſunt, nam teſtibus & ano leuatores ſoli conceſſi ſunt. *Muſculorum & actionum diuerſitate ducta differentia.*

Ex officio, alij enim ad motus rectos obeundos ſunt inſtituti, vt qui pedum , manuumque digitos extendunt: Alij ad obliquos, vt ſupinatores manuum & pronatores : Alij vtrumque præſtant, vt pectoralis, qui oblique ſurſum, deorſumque brachium mouet, prout fibræ ſupernæ aut infernæ contrahuntur, atque etiam in rectum, ſi omnes ſimul fibras contrahi contigerit, quod etiam deltoidi & trapezio C contingit. Has ſigillatim muſculorum differentias perſequi, vtile viſum eſt, quod illis intellectis certior eſt futura prognoſis, remediorumq; ad quamlibet partē applicatio : atq; incidēte neceſſitate & inciſione vel ſutura peragēda futuri ſimus certiores, prout pars affecta neruoſior, vel minus neruoſa extiterit. *Ab officio.*

De Partibus muſculi. CAP. IX.

EXpoſita muſculi natura & differentiis, notandum eſt, partium eius alias eſſe compoſitas ſeu vniuerſales, alias ſimplices ſeu particulares. Compoſitæ ſunt caput, venter & cauda. Simplices ſunt ligamenta, neruus, caro, vena, arteria & tunica. Quantum autem ad compoſitas attinet, per caput muſculi initium & originem intelligimus, alias ligamentoſam & neruoſam, alias vna etiam carneam. Per ventrem, portionem eius abſolute carneam. Per caudam vero, tendinem inaudimus, partim ex neruo, partim ex ligamento, promiſcue ex muſculi ventre proſilientibus conflatum. Quod vero ad ſimplices, quę ſex ſunt numero; tres dicuntur propriæ, & tres communes. Propriæ ſunt ligamentum ex oſſe, neruus à cerebro, aut ſpinali medulla progrediens, & caro ex concreſcente ſanguine coagmentata. Communes ſunt: vena à iecore, ſeu trunco inde exeunte, arteria à corde producta & tunica ex fibris neruoſis & ligamentoſis, in muſculi ſuperficiem elatis coagmentata. Quod ad eiuſmodi partium omnium ſimplicem D vſum attinet, neruus veluti muſculi pars eſt princeps, quæ ipſi ſenſum motumque largitur: ligamentum robur addit: caro fibras muſculi neruoſas & ligamentoſas continet, roboratque inania omnia complēs interſtitia, ſed & partium earum natiuam humiditatem tuetur, caloremque ipſis inſitum fouet : deniq; ab omnibus, quæ extrinſecus incurrere poſſunt, iniuriis, defendit: nā vmbraculi vice, aduerſus ſolis ardorem ſe opponit: contra frigus tanquam integumentum: contra lapſus contundentiaque omnia tanquam tomentum: contra vulnerantia, tanquam clipeus & munimentum: Vena muſculum nutrit: arteria viuificat: tunica partium eius omnium harmoniam conſeruat, ne vlla diſrumpatur aut corrumpatur, per abſceſſus purulentos in inania muſculi interſtitia proruptos, vt contingere videmus in gangręna, vbi corruptio membranam hanc inuaſit, per puris acrioris eruptionem. *Muſculorum partes compoſitæ & ſimplices.* *Quem quæque ſimplex muſculi particula ipſi vſum præbeat.*

Specialior inquiſitio in muſculi partem quamlibet. CAP. X.

REbus ita expenſis, reſtat, vt ſpeciatim inquiramus in quamlibet muſculi partem, vt ſi fieri poſſit, nihil huic commentationi deſit. Ergo ligamentum proprie dictum, *corporis humani pars ſimplex eſt, poſt os & cartilaginem maxime terreſtris, ſicca, dura, frigida, alba, ortum ab oſſibus aut cartilaginibus* (vnde & muſculis E origo eſt) *proxime vel medio alicuius interuentu trahens:* quo fit, vt ſenſus ſit expers ligamentum, niſi aliūde neruum aliquem admittat. Sic enim ligamenta, quæ linguam & penem conſtituunt ac firmant, ſentiunt: in quos & cartilaginem ſe inſerens, vt ea inuicem deuinciat, totamque dearticulationem roboret & veſtiat : (tres enim hi ſunt præcipui vſus ligamenti) in membranas præterea ac muſculos inde ſe diffundens, ad robur illis partibus comparandum. Neruus proprie loquendo, *pars etiam ſimplex eſt corporis nostri, ex craſſo & pituitoſo humore nata, & alta,* cuiuſmodi eſt cerebrum , neruorum omnium origo. Itemque ſpinalis medulla, ſentiendi vi prædita, ſæpe etiam mouendi. Multæ enim extant in corpore partes, quæ neruos admittunt, omni tamen voluntario motu orbatæ, ac ſolo ſenſu *Ligamenti natura.* *Quomodo penis & linguæ ligamenta ſentiant.* *Triplex ligamenti vſus.* *Quid neruus.*

prædi‍tæ, vt membranæ, venæ arteriæ, inteſtina, interaneaque omnia. Duarum cerebri membranarum operculo tectus eſt neruus, & tertia præterea ex ligamentis prodeunte, quæ occiput ad vertebras adnectunt, vel etiam ex pericranio. A

Quid neruales & ligamentales fibræ.

Per nerui, vt & ligamenti fibras, non aliud quicquam intelligimus, quam ſtamina longa & tenuia, alba, ſolida, frigida, robuſta, plus minusue pro ſubſtantiæ copia, quæ partim neruoſa eſt & ſenſibilis, partim ligamentoſa & inſenſibilis. Idem de fibris carneis in ſuo genere te imaginari oportet. ex his autem ſtaminibus, quædam recta ſunt ad attrahendum, obliqua alia ad retinendum, quod animanti eſt conueniens: alia denique transuerſa ad id, quod inutile eſt, excernendum.

Fibrarum munus.

Cæterum cum ſtamina hæc tranſuerſa extenduntur in longum, penes latitudinem minuuntur. cum vero recta contrahuntur, longitudine deficiunt. At cum ſimul omnia vnanimi velut conſpiratione contendantur, totum membrum in ſeſe contractum corrugatur, vt contra extenditur, cum relaxantur. Horum alia partibus animalibus dicata ſunt, ad motus voluntarios perficiendos alia vitalibus, ad cordis & arteriarum agitationem obeundam alia naturalibus ad attrahendum, retinendum, expellendumque.

Qua mamme vt partes ſimilares attrahant.

Notandum tamen, nullius partis ſimilaris attractionem vllius dictorum ſtaminum ope perfici, ſed potius calore, ipſis inſito, aut fuga vacui, aut ſubſtantiæ familiaritate. B

Quod caro & quotuplex.

Caro etiam *pars eſt ſimplex & mollis ex puriore ſanguinis portione coagmentata, & in ſtaminum interſtitia inſinuante, quo ea inueſtiat in eos, quos diximus, vſus.* Hæc veluti vallum quoddam eſt, & propugnaculum aduerſum caloris & frigoris iniurias, aduerſus lapſus omnes & illiſus tanquam molle quoddam & violento incurſui cedens tomentum. Carnis tres ſunt ſpecies. vna rubicundior, qualis eſt caro muſculoſa animalium ſanguine præditorum & perfectorum, nam tenellorum ſeu iuniorum adhuc animantium ſanguineorum, vt vitulorum, itemque omnis generis piſcium propter nimiam ſanguinis humiditatem albeſcit. Altera pallidior etiam ſanguineis animantibus perfectis, qualis eſt caro cordis, ventriculi, œſophagi, inteſtinorum, veſicæ, vteri. Tertia eſt viſceralis, ſeu propria viſceris cuiuſque ſubſtantia, vt iecoris, quod remanet ſublatis venis, arteriis & tunica veſicæ fellis, cerebri, renum, lienis. Quidam quartam addunt carnis ſpeciem, fungoſam, quam ſolius linguæ propriam eſſe aiunt.

Quid vena & quid arteria.

Vena *vas eſt, ſeu tubus ſanguinis, aut materia ſanguinea, ſub ſtantiam habet ſpermaticam : vnica* conſtat tunica, triplici ſtaminum genere contexta. Arteria *ſanguinis etiam eſt conceptaculum, ſed ſpirituoſi & flaueſcentis,* ſpermatica pariter ſubſtantia conſtans. Verum duas obtinuit tunicas, cum tribus fibrarum generibus, quarum exterior tenuiſſima eſt, rectis conſtans fibris, & nonnullis obliquis. Interna vero quintuplo craſſior, denſiorque exteriore, tranſuerſis fibris intertexta: C nec vero ſolum ſanguinem & ſpiritum, verum etiam ſerum continet, cuius rei fidem facit arteriarum emulgentium numerus, par binis venis emulgentibus.

Cur arteria ſit craſſior ſeu denſior quam vena.

Ideo vero interior arteriæ tunica denſior extitit, quod ſanguinem contineat feruentiorem, ſubtiliorem, & ſpirituoſum magis. ſpiritus vero, cum natura ſit tenuis, leuis, & in perpetuo motu, euolaret breui, niſi denſiore cuſtodia coerceretur. Alia ratio eſt venæ, vt quæ ſanguinem contineat craſſum, ponderoſum, & ad motum tardum: Quare ſi denſam craſſamque tunicam obtinuiſſet, vix poſſet ad partes vicinas diſtribui : hoc præſentiens vniuerſi opifex Deus, tunicas vaſorum contentorum corporum conſiſtentiæ contrarias effinxit.

Mutua venarum & arteriarum anaſtomoſis ſeu exoſculatio.

Notabilis vero eſt venarũ & arteriarum anaſtomoſis, id eſt, oſculorum ad oſcula applicatio : cuius beneficio contentas materias mutuo communicent, trahantque, & transfundant inuicem per vias inſenſibiles quanquam apparens eſt illa anaſtomoſis in vena & arteria, quæ concurrunt ad cubiti articulum & flexum : quod ego aliquando demonſtraui in ſcholis Medicorum, quo tempore humani corporis diſſectiones illic adminiſtrabam.

Vbi manifeſta ſit.

Vnde muſculi initium ſeu caput.

Cæterum muſculi actio ſeu functio eſt, vel mouere, vel confirmare partem, in quam implantatur, pro voluntatis arbitrio, quod molitur, dum ſe verſus ſuam originem contrahit, id eſt, ſuum caput. Caput vero neruī inſertione definimus, vt ex muſculi ipſius operandi modo intelligimus. D

De muſculis Epigaſtrii. CAP. XI.

CVm iam quid muſculus ſit, quas habeat differentias, quas partes ſimplices & compoſitas, & quis ſingularum partium ſit vſus, quæ actio, & agendi ratio, docuerimus, nunc ad cuiuſque muſculi explicationem ſpecialem veniendum, initio ducto à muſculis epigaſtrij, tanquam qui primi occurrant diſſectionem celebranti.

Octo muſculi epigaſtrij.

Octo hi numero ſunt: quatuor obliqui, bini in quoque latere duo recti, vnus ad dextrum, alter ad ſiniſtrum latus & duo pariter tranſuerſi. Hi omnes pares ſunt viribus, magnitudine & actione, nempe ad inuicem ſic compoſiti, vt obliquus deſcendens vnius lateris, componatur altero obliquo deſcendenti aduerſi lateris, & ſic de reliquis. Huic numero addere poſſumus duos paruos illos ſuccenturiatos, qui ab oſſibus pubis aſſurgunt, ſupra rectorum inſertionem forma pyramidali. E

Obliqui deſcendentes.

Obliquorum in ſuo quoque latere exiſtentium, vnus aſcendit, alter deſcendit, quo fit, vt obliqui deſcendentes & aſcendentes dicantur : ex obliquis vero qui primi occurrunt, ſunt deſcendentes, quorum ſubſtantia partim ſanguinea eſt, partim ſpermatica ſunt enim carnoſi, neruoſi, ligamentoſi, venoſi, arterioſi & membranoſi.

Subſtantia. Hipp. 1 ſent. , 11. lib. de fractis.

Portio tamen carnea in ipſis prædominatur, quo reſpiciens Hippocrates carnium nomine muſculos exprimere ſolet.

Magnitudo figura, compoſitio, numerus, & ſitus.

Magnitudo mediocris eſt inter vaſtos & paruos muſculos : figura triquetra. Compoſitio eſt ex partibus ante expoſitis, numero ſunt duo, ſitus obliquus eſt ſui ducentes initium ex ſerrati magni contactu, ſextaque & ſeptima veris coſtis, ſeu potius ex ſpatiis inter coſtas ſex inferiores, parte anteriore muſculorum ipſarum longius, quam ex ipſis coſtis, vnde vitatis lumborum vertebris in ſupercilium externum & ſuperius oſſis ilium carnoſi & ſupercilium inferius oſſis pubis, lineamque albam membranoſi deſinunt. Columbus tamen à communi hac muſculorum obliquorum

deſcri-

A deſcriptione deerrans: terminari illos in lineam albam tantum, non in os pubis exiſtimat. *Quorſum enim* (inquit) *inſereretur in os pubis, quod non mouetur*? Sed quia infinitum eſſet ſingulorum anatomicorum opiniones perſequi, ſat mihi erit, eius rei lectorem obiter admonuiſſe. Ipſorum connexio eſt cum obliquis aſcendentibus ipſis ſubiacentibus, & cum rectis. Temperamentum duplex exiſtit: vnum calidum & humidum, ratione ventris & carnoſæ ipſorum portionis: alterum frigidum & ſiccum: reſpectu ligamentoſæ & tendinoſæ portionis. Actio horum eſt, partes, in quas inſeruntur, trahere, verſus ſuum principium, vel firma vnione deuincire: priuatim tamen & proprie horum quiſque coxam trahit obliquo ductu verſus ſcutiformem cartilaginem.

Connexio. *Temperies.* *Actio.*

Sequuntur obliqui aſcendentes, quorum eadem eſt ſubſtantia, quantitas, figura, compoſitio, numerus, temperieſque deſcendentium. Siti ſunt inter deſcendentes & tranſuerſos, cum quibus connexionem habent, præſertim per vaſa, quæ ex ſubiacentibus efferuntur partibus. Toti carnoſi ex ſpina oſſium ilium aſſurgunt ad extrema notharum coſtarum, quas ſurſum deorſumque videntur admittere, ad quartam vſque carnoſi, inde membranoſi facti, ad lineam albam iter capeſſunt, duplici aponeuroſi, quæ muſculos rectos ſurſum deorſumque peruadit, vt ab vmbilico deorſum verſus oculis licet intueri. B Parte ſua carnoſa originem ducunt ex ſpina oſſium ilium, paulo inferius, quam deſcendentes deſinant, ſecundum eorundem carnoſam partem. At quod ad membranoſam ſpectat, antrorſum oriuntur, ab oſſe pubis, retrorſum autem ex ſpondylis oſſis ſacri, & vertebris lumborum ſurſum aſcenſu oblique facto, ad lineam albam in quam terminantur per aponeuroſim ſeu tendinem membranoſam (qui ſurſum deorſumque, muſculum rectum videtur penetrare, præſertim ſub vmbilico) per partem vero carnoſam ad extrema omnium coſtarum notharum, quas excipere ſurſum deorſumque videntur. Et quia hi muſculi in lineam albam terminantur, alium quoque habent vſum, communem tamen omnibus epigaſtrij muſculis, ſcilicet comprimendorum inteſtinorum. Eorum actio eſt (ſi ſimul agant) deorſum pectus trahere, thoracemque dilatare: quod ſi ſeorſim agant, pectus ad coxam obliquo ductu adducere.

Obliqui aſcendentes. *Situs & connexio.* *Actio.* *Recti epigaſtrij muſculi.*

Poſt hos ſequuntur muſculi recti, ſic dicti, quod ſecundum corporis longitudinem deſcendant, & quod fibras rectas habeant. De ipſorum ſubſtantia & aliis conditionibus, de quibus illis cum ſupradictis muſculis conuenit, nihil dicemus, vitandæ prolixitatis cauſa, quod etiam paſſim alibi cauebimus. Siti ſunt in regione ventris eminentiore, terminantes Epigaſtrium in genere ſumptum, ſeu ventrem C ſuperficiarium, diuiduntur manifeſto intercurſu lineæ albæ, vſque infra vmbilicum, quo loco vniri videntur vſque ad inſertionis ſuæ terminum. Originem ducunt non ab oſſe pubis, vt quidam volunt, ſed arguente id neruorum inſertione, ex partibus lateralibus cartilaginis ſcutiformis, & ab extremis ſextæ, ſeptimæ, & octauæ coſtarum. Deſinunt vero in os pubis, vbi communem tendinem ſatis craſſum & breuem conficiunt. Syluius, Veſalius, & Columbus oriri illos ab oſſe pubis putant, quod in id os inſeri nequeant, quia non moueatur. Cernere eſt in his muſculis interceptiones quaſdam neruoſas & tranſuerſas, ſæpe tres (de quibus nullum verbum Galenus, etſi in Simiis conſpiciantur) ad muſculorum eiuſmodi robur. Sed & in horum muſculorum parte interiore, cernere eſt quatuor venas & totidem arterias, quarum aliæ ſurſum repunt, aliæ deorſum deſcendunt. Superiores mammillares dictæ ab axillaribus, deſcendunt per Sterni partes laterales & inferiores, diſtributis obiter tenuioribus ſui portionibus, ad mediaſtinum, & ſecundum quartam & quintam coſtam ad mammas, vnde nomen trahunt. Quod reliquum eſt, per latera cartilaginis ſcutiformis erumpens, inſerit ſe in hos muſculos, fere ad vmbilicum vſque perreptans: quo loco manifeſte vniuntur (venæ nempe venis, & arteriæ arteriis) cum epigaſtricis, quæ à ſuperiore iliacarum ſuo quæque latere aſcendunt, ſuos muſculos, quouſque quatuor illis mammillaribus occurrant obuiæ. Hunc venarum & arteriarum concurſum, D circa vmbilicum vt comperire queas, vtraſque & ſuperiores, & inferiores, te ſequi oportet altiuſcule in carnem expreſſo vtrinque ſuperne deorſum, & inferne ſurſum ſanguine, quouſque vaſorum eiuſmodi exoſculationem comperieris, quæ ex eo patebit, quod ſanguis ab hac in illam, & inde in hanc influat: alias vix notare poteris, propter vaſorum eiuſmodi exanguium tenuitatem. Quod vero eiuſmodi vaſorum concurſus beneficio materiæ communicentur, & ab vtero ad mammas, viciſſimque à mammis ad vterum transfluant, patet in nutricibus, vt quibus ſupprimantur menſes, cum ſanguis in mammas ſe conferat, & contra, lac mammas deſerat menſibus immoderate fluentibus. Alias quid profuit vaſorum eiuſmodi concurſum à mammis ad vterum moliri: Nam ad vteri latera diffunduntur venæ & arteriæ, ex epigaſtricarum radice. Reuera enim epigaſtricæ, quæ inter aſcendendum obuias habent mammillares, ad vterum non pergunt, quanquam proximæ illis adſtant, & ex eodem trunco, cum hypogaſtrica vteri vena exiliunt. Horum muſculorum actio eſt, vt partes hypogaſtricas præcordialibus ſeu hypochōdriacis quam proxime admoueant. Vſus ex Columbo eſt, vt deorſum thoracem trahant, quo dilatetur. Ad horum extrema natura duos alios produxit exiguos muſculos, ex oſſibus pubis parte ſuperiore, figura triangulari, ad tutelam craſſi & communis rectorum muſculorum tendinis, ex quo ſuccenturia- E torum nomen reportauere. Quidam volunt (neſcio qua ratione moti) exiguos duos illos muſculos iuuare erectionem penis. Columbus eos putat à rectis non eſſe ſeparandos, eſſeque rectorum carnoſa tantum principia. At contra Fallopius manifeſte probat alios, ſeorſumque à rectis eſſe, vſumque horum demonſtrat.

Situs. *Ortus.* *Compoſitio.* *Epigaſtricorum & mammillarium venarum & arteriarum concurſus.* *Actio.* *Vſus.* *Succenturiati muſculi.*

Reſtant tranſuerſi explicandi, ita dicti ratione fibrarum, quæ cum rectorum fibris angulos rectos efformant. Figura ſunt quadrangulari, ſiti ſupra maximam peritonæi partem, cū quo ita arcte adhæreſcūt vt vix ſeparari queāt. Originem ex lumborum apophyſibus, oſſis iliū ſupercilio tranſuerſis apophyſib.

Tranſuerſi epigaſtrij muſculi. *Figura & ſitus.*

verte-


A quo. Officium epigaſtrii muſculorum communis vſus & actio.

vertebrarum lumbarium, & extremitate notharum coſtarum ſortiuntur, contra multorum opinionem, quos conuincit neruí inſertio: deſinunt vero in lineam albam, vt omnes alii. Horum actio eſt, inteſtina comprimere, maxime ad fæcum excretionem. Cæterum octo omnes commemorati muſculi, præter vſum ſibi proprium, habent alium communem, quod ſcilicet propugnaculi loco ſint partibus omnibus ſubiacentibus, & expulſioni, ſeu excrementorum, ſeu fœtus, ſeu fuliginis ad vocis contentionem inſeruiunt: vt experientia fidem facit in his, qui buccinas & lituos inflant. Ventrem igitur hi muſculi æqualiter vndique comprimunt omni ex parte. diaphragma vero iuuantibus muſculis intercoſtalibus ſuperne deorſum impellit, ex qua conſpirante contentione, ſequitur fæcum per anum excretio: quod niſi diaphragma acceſſiſſet, non magis inferne, quam ſuperne per os excrementa hi muſculi expreſſiſſent. Quanquam ad hanc fæcum excretionem haud ſufficit epigaſtricos diaphragma, & intercoſtales muſculos ventrem comprimere: oportet inſuper laryngis muſculos clauſos eſſe. Nam hiante ore, nunquam excrementa fœliciter prodeũt: quod ſic fuligo per os exilit, quæ cohibita, & ad diaphragma impulſa ipſum contendendo, mirum in modum fæces deorſum detrudit. Quare Pharmacopolæ cum clyſteres iniiciunt, iubent ægrum os diducere, quo facilius ſubeat clyſter, vix alioqui ore clauſo ſubiturus, quia ſic nihil eſſet in nobis vacui, in quod clyſter admitti poſſet. A B

Cur aperto ore fæces ſegnius procedunt.

Declaratio primæ figuræ ventris inferioris.

Prima figura ventris inferioris.



A A A A. *Oſtendit circumſcriptionem peritonæi à muſculis epigaſtrii ſecreti.*

B B. *Lineam albam, continuo tractu ab enſiformi cartilagine, ad os pubis ductam, cui adhærent membranæ muſculorum epigaſtrii.*

C. *Vmbilicum in muſculorum diſſectionem reſeruatum ad vaſorum vmbilicalium demonſtrationem.* C

D D. *Vaſa ſpermatica per proceſſus peritonæi ad teſtes deſcendentia.*

E E. *Venas, & arterias epigaſtricas, ſurſum aſcendentes, per muſculos rectos & peritonæum.*

F. *Venas & arterias mammillares, deſcendentes tam per muſculos rectos, quam per peritonæum, quouſque per anaſtomoſin cum epigaſtricis concurrant.*

G. *Portionem venarum ad peritonæum venientium ex propagatione venæ ſine pari.* D

H. *Muſculum tranſuerſum à linea alba diductum verſus ſpinam.*

K. *Os ilium carne denudatum.*

I. *Muſculos rectos deorſum inuerſos, in quibus apparet inſignis portio venarum & arteriarum epigaſtricarum.*

L L. *Paruos muſculos ſuccenturiatos.*

M. *Cartilaginem mucronatam.*

E

De Linea alba, & Peritonæo. Cap. XII.

Linea alba quid.

Linea alba, nihil eſt aliud, quam *terminus & extremitas muſculorum epigaſtrii, medium ventrem in duas partes, dextram & ſiniſtram diſcriminans.* Alba dicitur, tum à colore proprio, tum quod nulla illi pars carnoſa ſubiaceat, aut ſuperpoſita ſit. Supra vmbilicum latior eſt: infra vero ſtrictior, quod eo loci recti muſculi in vnum coeant.

Quid peritonæi tunica. Subſtantia & quantitas.

Dicendum nunc eſt de Peritonæo tunica, ſeu membrana: ſic dicta eſt, quod toti inferiori ventri ſit attenſa, omnibusque particulatim partibus, ventriculo contentis, quibus etiam tunicam communem benigne largitur. Subſtantia eius ſpermatica eſt, vt omnium membranarum: quantitas eſt in altitudine valde exigua (eſt enim fere araneoſa) diuerſis tamen locis, varia viris mulieribusque. Nam viris ſupra vmbi-

A vmbilicum craſſior eſt & validior, quo ſic ventriculi, ſæpe plus æquo diſtenti, cibis, dilatationem, ne rumpatur, contineat. Contra mulieribus infrà vmbilicum, tam craſſa denſaque eſt, vt duplex videatur, quo diſtentionem vteri à fœtu contento factam facilius ſuſtineret. Supra vmbilicum vero, mulieribus viriſque æqualis peritonæi in robore conditio ob eandem rationem. Latitudo, longitudoque eius cognoſcitur ventris circumſcriptione. Figura teres eſt & oblonga: quaſdam ex ſe producit apophyſes, tanquam dactyloteras, tam ad deductionem & robur vaſorum ſpermaticorum, & muſculorum teſtium cremaſterum: ac præterea vaſorum eiaculantium ſurſum aſſurgentium, quam vt teſtibus, naturalibuſq; omnibus partibus, tunicam impertiat. Compoſitio eius eſt ex tenuibus fibris, membranoſis, & neruoſis, concurrentibus vna venarum & arteriarum, exiguis quibuſdam velut ramulis, quos ex adhærētibus partibus, ad vitam & alimoniam excipit. Vnica eſt hæc membrana numero, & vndique inſuper vna, & æqualis: quanquam Galen. perforatam eſſe eo loci, quo vaſa ſpermatica ad teſtes deſcendunt, adſtruat. Sed id reuera foramen cenſendum non eſt, ſed productio potius, vt ante diximus. Notarunt recentiores Anatomici, peritonæon tunicam infra vmbilicum duplicem eſſe, atque per reduplicationis illius interſtitia arterias vmbilicales ad vmbilicum aſcendere. Sita eſt iuxta partes naturales, illiſque circumfuſa eſt, & adiuncta per tunicam, quam ipſis largitur: quemadmodum & partibus ſuis lateralibus, coniuncta eſt lumborum vertebris, ex quarum ligamentis (vel perioſtio potius illic exiſtente) originem, parteſque, vnde coagmentatur, capit, parte inferiore oſſi adhæret pubis, ſuperiore vero diaphragmati, cuius partem inferiorem totam obducit: anteriore ſeu exteriore muſculis tranſuerſis, à quibus niſi ſumma vi diuelli nequit, adeo tenaciter adhæret, ob complicationem & adhæſum fibrarum ipſius, cum fibris membranæ horum muſculorum propriæ, quæ membrana Galeni ſententia à peritonæo eſt: vt iam nihil mirum ſit, ſi duas tunicas illas diſrumpere facilius ſit, quam diuellere. Temperie eſt frigida & ſicca, vt omnes membranæ. Multos habet vſus: quorum primus eſt, omnes ventris inferioris partes inuoluere ac tegere, omentum præſertim, ne id per magnas compreſſiones, & conatus violentos exprimeretur in inania muſculorum interſtitia, vt aliquando contingit in vulneribus epigaſtrii, niſi vlceris labra exacte vnita fuerint. Tum enim ad vlcus apparet tumor ab inteſtinis & omento, extra peritonæum in muſculorum illa interſtitia inſilientibus, vnde ſæuus dolor. Alter vſus eſt, fæcum excretionē à parte anteriore, ventriculum & inteſtina comprimendo adiuuare, vt diaphragma à ſuperiore, tanquam ambabus iunctis manibus. Tertius eſt, quod poſt excretionem prohibet, ne partes illæ flatu repleantur, dum eas inanes coarctat & comprimit. Quartus & vltimus eſt, quod contineat ſua ſede partes omnes, eaſque colligat ad ſpinam dorſi, præcipue ne rapidis motionibus, vt ſaltibus, & caſibus ex alto, è loco ſuo exiliant. Denique notandum, peritonæum eiuſmodi eſſe, vt facile dilatari poſſit, vt videmus in hydropicis, grauidis & aliis contra naturam tumoribus.

Figura. *Compoſitio.* *Numerus.* *Lib. de ſemine.* *Situs & connexio.* B *Lib. 6. Meth.* *Vſus.* C

De Epiploo ſeu Omento, quod Zirbum etiam appellant.

CAP. XIII.

POſt partes continentes, ſequuntur contentæ, quarum prima eſt Epiploon, ſic dictum, quod inteſtinis omnibus innatet. Subſtantia adipoſa eſt, & ſpermatica, quantitas eius penes altitudinem in variis hominibus varia eſt pro temperamenti ratione. Latitudo eius inteſtinorum deſcribitur regione. Figura marſupium refert, quia duplex eſt. Compoſitio eius eſt ex venis, arteriis, adipe, & membrana, quæ ex gibba ventriculi parte, & ſima duodeni, ac liene in inteſtina dilapſa reflectitur ex ventre inferiore ad ſummum colon. Vnicum eſt, inteſtinis, vt diximus, innatans: connectitur præcipue cum primis lumborum vertebris, ex quo loco in brutis videtur tunicam accipere, vt in hominibus ex lienis ſima parte, & gibboſa ventriculi, & depreſſa ecphyſeos, vnde reduplicatum in anteriorem & ſuperiorem coli partem terminatur. Quæ cauſa impulit Galenum, vt ſcriberet ſuperiorem membranæ epiploi partem annexam eſſe ventriculo: inferiorem vero laxiori parti coli: ex quarum partium vaſis ſua vaſa mutuatur, imo & neruos, ſi vllos habet. Temperies eius in macilentis frigida eſt & ſicca, quod his ſit epiploon ſine adipe. Pinguibus vero frigida & humida, ob adipem. Vſus eius eſt duplex: Primus eſt, vt calefaciat & humectet inteſtina, eorumque iuuet concoctionem, quanquam per accidens id præſtat, quod ſcilicet adipis ſui denſitate, ne intro frigidus aer penetret, impediat: tum etiam caloris interni diſſipationem remoretur. Alter eſt, quod in alimenti penuria, per magnas inedias ad aliquod tempus inſitum calorem, tum ventriculi, tum vicinarum partium fouet, & quaſi rore tuetur, vt eſt à Galeno proditum. Notandum inſuper eſt, quod in ruptura ſeu relaxatione peritonæi, deorſum delabitur omentum in ſcrotum, vnde epiplocele. Pinguioribus autem mulieribus, inter veſicam & vteri ceruicem ſe inſerit, & compreſſione ſua obſtat, ne ſemen integris viribus in vterum perueniat, adeoque fruſtratur conceptionem. Præterea vbi vulnere, vel alio caſu, ſui aliqua portione humectatum fuerit, quæ huic reſpondet alui portio, frigida & cruda dehinc remanet, propter rationes expoſitas.

Nominis ratio. *Subſtantia.* *Magnitudo & figura.* *Compoſitio.* *Connexio.* D *Lib. 6 anató admi.* *Temperies.* *Vſus duplex.* *Lib. 4. de vſu part.* *Fruſtratæ conceptionis cauſa.* E

Figura

A

Figura ſecunda ventris inferioris.



AAAA. *Monſtrat peritoneum linea alba & vmbilico ad ilia vſque diuiſum : deinde inuerſum his, quas vides literarum notis.*

B. *Vmbilicum à peritonæo diſtractum.*

C. *Venam vmbilicalem hepatis ſima ſubeuntem.*

DD. *Duas arterias vmbilicales ad arterias ſacras deſcendentes.*

E. *Porum vrachum, ſi quis in homine ſit, in veſicæ fundum deſcendentem.*

F. *Veſicam, ſeu fundum ipſius.*

B

G. *Connexionem peritonæi cum veſica.*

HH. *Anteriorem ventriculi faciem, iecore ac peritonæo nudam.*

IIII. *Omentum, ſeu zirbum, aut epiploon, in omnia inteſtina effuſum, vnde & hoc epiploi nomen traxit.*

KKKK. *Venas, & arterias, quæ parte dextra & ſiniſtra in ventriculi fundum ſparguntur, cum earundem ſupra omentum diſtributione.*

LL. *Iecur.*

C

De Ventriculo. Cap. IV.

Quid ventriculus. NVnc agendum nobis de ventriculo, *cibi toti corpori neceſſarii receptaculo ; appetentiæ ſede*, vi neruorum in ipſius orificum ſuperius, indeque in ipſius vniuerſam ſubſtantiam ſparſorum. *Subſtantia.* Subſtantia ipſius ſpermatica magis, quam ſanguinea eſt : quod pro vna carnoſa membrana duas obtineat neruoſas : quantitas ſeu magnitudo ventriculi varia eſt, pro varia corporum magnitudine & *Magnitudo.* hominum ingluuie. Figura rotunda eſt, & oblonga, vtri muſico aſſimilis. *Compoſitio.* Compoſitus eſt ventriculus ex duabus tunicis propriis, & vna communi à peritonæo, ſimul venis, neruis, & arteriis : propriarum eius tunicarum interior eſt membranoſa, fibris rectis contexta, ad ciborum attractionem : extenditur, propagaturque ad os vſque, quo fit, vt per ſympathiam, affectiones vnius partis, alteri facile communicentur. *Oris & ventriculi ſympathiæ cauſa.* Ortum habet hæc tunica ex membranis cerebri, quæ comitantur neruos, à tertia & quarta coniugatione, ad os deſcendentes. Itemque ab aliis apophyſibus, per capitis foramina deſcendentibus : vnde & peti altera ratio poteſt ab ea, quam de neruis à ſexta coniugatione adferre ſolent, cur in capitis vulneribus tam cito ventriculus cerebro compatiatur. Externa carnoſior eſt, & ſpiſſior, fibris obliquis contexta ad retinendum & excernendum. D *Non itaque vulgaris ratio de conſenſu ventriculi & vomitu fracto cranio.* Ortum hæc habet à pericranio, quod ſtatim vbi ad œſophagum peruenerit, fibras quaſdam carnoſas ſibi adſciſcit. Nerui ad ventriculum tranſmittuntur à ſexta cerebri coniugatione, vt dicetur ſuo loco. Venæ arteriæque in ipſum inſperguntur ex gaſtrica, gaſtrepiploide, coronaria & ſplenica: ex ſecunda, tertia & quarta venæ portæ diſtributione: & tertia arteriæ deſcendentis, ad partes naturales, ſimulatque diaphragma eſt egreſſa. Vnicus eſt numero. Situs magna ſui parte ad ſiniſtrum latus inter lienem, caua hepatis & inteſtina, vt vicinarum eiuſmodi partium calore adiutus, alacrius in ciborum coctionem incumbat : nec me latet ſcripſiſſe Gal. *Lib. 4 de vſu part.* magna ſui parte dextro lateri incumbere ventriculum : Sed inſpectio ipſa & ratio Gal. authoritati fidem derogant, nam quia plus loci vacui eſt in ſiniſtro latere, quod lien hepate minor ſit, æquum fuit, vt in ſiniſtrum latus magis incumberet. *Connexio.* Connexio ipſius magis propria eſt cum œſophago, & inteſtinis per ſua duo orificia, per neruos cum cerebro, per venas cum iecore & liene, per arterias, cum corde, & per membranam ſuam communem cum omnibus partibus naturalibus. *Temperies.* Ventriculi temperies in hominibus bene habitis eſt moderata, E *Lib. 9. Meth.* quod fere ex æquali concurſu partium ſanguinearum & ſpermaticarum conſurgat : vel Galeni ſententia, ventriculus ex ſe, & partibus ſui componentibus frigidus eſt, & calidus, ex viſcerum vicinia. Cæterum aliis calidior, aliis frigidior pro varia variorum corporum temperie & complexione. Bene tēperatus ille ventriculus eſt exiſtimandus, qui eſculenta poculentaque potenter attrahit, attracta complectitur retinetq; quoad in ſuccum cremori ſimilem, coctione & elixatione conuerſa fuerint, quem Græci Chylum nominant: qui deniq; excrementa primæ illius coctionis valide à ſe amandat & depellit. *Calidioris ventriculi nota.* Calidior ventriculus ex eo innoteſcit, quod cibos duos atterit, conficitque melius, vt bubulas carnes, oua dura, & ſimilia, quam molles & friabiles, quos corrumpit, & in nidorē vertit. Sic enim recens natus pullus ad ardentē ignem torretur potius, quā laudabiliter coquitur. *Nota frigidioris.* Frigidior vētriculus cibos valde appetit, tardus eſt ad coquendū, præſertum cibos frigidos & difficilis cōcoctionis, quos ob id facile in quid acidū vertit.

Ventri-

A Ventriculi bene morati duplex eſt actio: vna communis, altera propria. Communis eſt, cibos ore ingeſtos atterere, miſcere & concoquere, ad ſuam & vniuerſi corporis concoctionem, poſtquam hepatis elaboratio acceſſerit: quæ priuſquam acceſſerit, fruitur tantum chyli iucunda voluptate ventriculus, ſeque ſolatur aduerſus circumſtantium partium æſtum & ſqualorem, ex quo primæ coctionis officina dicitur. Propria actio eius eſt, attrahere, retinere & aſſimilare ſibi, quod eſt conueniens: expellere vero, quod ſeu quantitate, ſeu qualitate, ſeu tota ſubſtantia fuerit contrarium. Duo habet orificia, vnum ſuperius, quod ſtomachum & cor vulgo nominant: alterum inferius, quod pylorum. Superius ad ſiniſtram vergit iuxta ſpinam dorſi; longe amplius & capacius eſt inferiore, quo excipiat commodius cibos ſemimanſos, duros & craſſos, quos magna auiditate helluones præcipitant; inſigni ſentiendi vi pollet, quod ſit ſedes appetentiæ, vi neruorum, hoc orificium mutuo complexu contexentium: quo fit, vt illa parte acri ſenſu præditus ſit ventriculus, vt indigentiam & inanitionem ciborum percipiat, ad paſtum quærendum animal excitans. Nam etſi natura aliis partibus quatuor facultates indiderit, ſenſu tamen carent eorum, quibus indigent, ſed nutriuntur tantum venarum ſuctu continuo, vt plantæ attracto ex terra ſucco. Situm


[Actio duplex.] *[Duo ventriculi orificia.]* *[Situs ſtomachi.]*

B eſt hoc orificium, ad quintam thoracis vertebram, cui fere incumbere dicitur. Mallem tamen dicere, incumbere ipſum duodecimæ vertebræ thoracis, & lumborum primæ: hoc enim loco œſophagus diaphragma perforat, ac ſuperius id orificium conſtituit. Inferius orificium ad dextram corporis partem vergit, ſub ſimis hepatis. Longe eſt ſuperiore anguſtius, nequid niſi ſedulo attritum, & coctione elaboratum, elaberetur: idque beneficio velut annuli cuiuſdam, muſculo ſphincteri ani ſimilis, quem glandem nonnulli eſſe putarunt, factam ex tranſpoſitione membranæ interioris, & carneæ ventriculi, in eam, quæ inteſtinis eſt externa. Scio Columbum deridere glandulosum hunc annulum, ſed cuiuis acrius intuenti, pylorus glanduloſus videbitur: ventriculus fundo ſuo & parte interiore multas rugas habet, quæ valent ad continendos cibos, quouſque perfecte confecti fuerint. In ventriculo partes gibbam & cauam notamus: caua diaphragma & iecur reſpicit: gibba inteſtinis obuerſa eſt: de quibus inſtat, vt dicamus, ſi prius id adnotauerimus, ventriculum per ingentes ſui exolutiones, poſſe ad vmbilicum vſque iuxta veſicam delabi, quod in nonnullis poſt obitum diſſectis, obſeruauimus.

[Glanduloſus pylori annulus.] *[Delapſus ventriculi.]*

C *Tertia figura de anteriori ventriculo.*

D



A. *Monſtrat initium œſophagi, oris parti continuum quæ faucium nomine intelligitur.*

BB. *Amygdalas glandulas, quæ proprie pariſthmia, antiades, & tonſillæ, deniq; ſaliuares glandulæ dicuntur.*

CC. *Corpus glanduloſum, quod reperiri ſolet ſupra quintam dorſi vertebram, ex quo loco, œſophagus cedit magnæ arteriæ, ad latus dextrum nonnihil declinante: Veſalius lib. 5. cap. 3. & Columbus cap. vlt. lib. 9. ſcribunt eiuſmodi glandulam humore quodam eſſe refertam, quo œſophagus imbuitur, vt faciliꝰ cibi, velut per lubricum, in ventriculum delabi poßint. Haud aliter, quam proſtatæ gandulæ, humore quodam craſſo, & oleoſo ſunt refertæ, quo deliniant vrinæ meatum, vt liberiore & minime moleſto curſu vrina per ipſum diffluat.*

DD. *Neruos ſextæ coniugationis ad ventriculi orificium ſuperius, tandemq; in omnem ventriculi capacitatem, ſuis diuaricationibus perreptantes.*

E. *Orificium ventriculi ſuperius.*

F. *Orificium ventriculi inferius, quod pylorus dicitur.*

G. *Ecthyſim ſeu dodecadactylon.*

HHHH. *Venas & arterias ventriculi.*

E

F *Quarta*

Quarta ventriculi inuerſi figura.



A. *Monſtrat œſophagi initium.* A

B B. *Duo corpora glandulоſa, quibus quaſi innititur ventriculus, ad quintam dorſi vertebram.*

C C. *Duos neruos ventriculi.*

D. *Orificium ſuperius.*

E. *Orificium inferius.*

F. *Inteſtinum duodenum.*

G G. *Venas & arterias ventriculi.*

H H. *Partem ventriculi poſteriorem.* B

I. *Ingreſſum meatus cholidochi in inteſtinum duodenum.*

K. *Partem ventriculi cauam.*

L. *Partem gibbam, ſeu ventriculi fundum.*

De Inteſtinis. CAP. XV.

Subſtantia. Inteſtina, *diſtributionis & excretionis inſtrumenta*, ſubſtantiæ, & compoſitionis ſunt eiuſdem cum ventriculo, niſi quod tunicarum ventriculi ſitus, contrario habet ſe modo, quam in inteſtinis. Quæ enim *Figura.* ventriculo interior eſt, illa inteſtinis eſt exterior, & contra. Inteſtinis figura eſt rotunda, fiſtulata & capax: aliis magis, aliis minus, pro varia ipſorum magnitudine. Nam quod ad quantitatem attinet inteſti- C *Numerus.* norum, alia ſunt tenuia, alia craſſa, plus minuſve, pro corporum varietate. Sex vero ſunt numero, nam tria ſunt tenuia Echyſis ſeu duodenum, Ieiunum & Ileon: tria craſſa, cæcum, colon, & rectum. Quæ *Duodenum.* omnia id nomini acceperе. Primum quidem, quod ſit ſine vlla reuolutione, ſine vllis gyris, quaſi quidam ventriculus, in duodecim digitorum magnitudinem extenſus, cuiuſmodi magnitudo in magnis hominibus viſitur, quales ſæpius Galeni temporibus occurrebant, quam hac noſtra ætate, qua non viſitur eiuſmodi inteſtinum, niſi ſeptem, aut octo ad ſummum digitorum longitudine. Huius longitudinis cauſa eſt vt [illegible] reptant. Nam cum [illegible] ad ſimma hepatis alligat, ſub [illegible] felis, quo ſæpe tingitur, [illegible] ſpatium occuparet, quod eiuſmodi vaſis & ductibus via eſt. Alii eiuſmodi [illegible] rationem redderent, ne ſcilicet quidquam eſſet, quod impediret facilem & *Ieiunum.* promptam chyli perfecte mixti ad hepar diſtributionem. Secundum Ieiunum dicitur, non quod plane inane ſit, ſed quod reliquorum comparatione pauca ſint, quæ contineat. Huius inanitionis cauſa triplex eſt. Prima multitudo venarum & arteriarum meſaraicarum, quæ ipſam circumdant, vnde maior chyli, & promptior eius diſtributio. Secunda eſt hepatis vicinia, chylum in ipſo contentum valide ſugentis. Tertia eſt biloſi humoris in ipſum defluxus a cyſti felis, qui acrimonia ſua eiuſmodi inte- D *Ileon.* ſtini ſordes ſubinde deterget, & continenti appulſu ad excretionem ſollicitat. Tertium Ileon nuncupatur, quod inter ilia ſitum ſit: nihil ſubſtantia & magnitudine a cæteris differt, ſed hoc vno, quod plus materiarum in ipſo contineatur, quam in reliquis, propter vaſorum in ipſum deſinentium paucitatem: *Cæcum.* vt nihil mirum ſit, ſi exacta ipſorum demonſtratio fieri nequeat. Quartum cæcum dicitur, quod reddendis recipiendiſq. materiebus, vnicum ductũ habeat. Adeſt huic inteſtino longa & ſtricta apophyſis, quæ nonnullorũ opinione plane erronea ſæpe in ſcrotum delabitur, in peritonæi ruptura aut relaxatione: nam ventre inferiore, apophyſis illa contenta peritonæo, eiuſmodi deleptum intercludenti pertinaciter adhæret. Videtur vero Galenus per eiuſmodi inteſtinũ cæcum apophyſim hanc longã & ſtrictam intellexiſſe, & certe ita ſentit anatomicorũ vulgus, ſed hic iuſta eſt Veſalii in Galenũ reprehenſio. *Colon.* Quare Sylius, vt a Galeno hanc culpam depellat, vult, vt per cæcum, colum initiũ intelligamus. Quintũ *Rectum.* dicitur colon, quod reliquis maius ſit & capacius. Sextum & vltimum Rectum, propter rectitudinem ductus: in hoc & in brutis præſertim, adeps quidam continetur ad viam lubricandam, & ne excrementorum durorum & acrium acrimonia, in tranſitu inteſtinum exulceretur. E

Situs. Omnium eiuſmodi inteſtinorum ſitus eſt eiuſmodi. Ecphyſis, ad latus dextrum ſupra ſpinam vergit. Ieiunum magnam partem occupat ſuperioris regionis vmbilicalis, ſuis ſe gyris ilei inteſtini gyris ſimilibus in vtrumq. latus diffundens, vſq. ad ilea. Ileon ſitũ eſt ad inferiora vmbilicalis regionis, in orbes plurimos & anfractus actum, vſq. ad caua oſſis ſacri, ſupra veſicã & partes laterales hypogaſtrii, quas ilia nominant. Cæcũ ad dextram vergit, paulo infra renem ſupra quintam & quartã lumborũ vertebram. Colon ad formã arcus ſcythici incuruum & inflexum eſt, omnia a cæco inteſtino ſubtus renẽ dextrum

com-

ſupra gracilia inteſtina vſq; ad
A comprehendens, vſque ad caua hepatis, indeque per ventriculi gibbum, lumborum
caua lienis progreditur: vnde ſubter renem ſiniſtrum delapſum, aliquot reuolutionibus, in
vertebras terminatur. Ex quibus omnibus orbibus & anfractibus coli inteſtini, facile eſt diſtinguere
nephriticum dolorem, qui certa ſede defixus eſt, à colico, per eos, quos diximus anfractus, decurrenti.
Rectum obliquo ſitu ad ſiniſtram vergit ſupra ſpinam oſſis ſacri, vſque ad ani extrema.

D. ſtinctio nephritici doloris a colico.

Connexio omnibus vna & communis eſt. omnia enim mutuo ſibi adnexa ſunt per ſuas tunicas,

Connexio.

quia ab œſophago vſque ad anum vnica via eſt. viſceribus vero principibus, per neruos, venas & arterias cohærent. Magis propria connexio eſt, quod Ecphyſis parte ſua ſuperiore pyloro adnectitur, inferiori
vero, ieiuno, & partibus ſubiacentibus, per peritonæi tunicam, Ieiunum cum Ecphyſi & ileo, Ileon cum
ieiuno & cæco, Cæcum cum ileo & colo, & ſpinæ parte dextra, vbi arctius adhæreſcitur. Colon, cum
cæco & recto, & media ſui parte cum renibus & ventriculi gibbo: quo fit, vt in colica, id flatibus diſtentum ſubuertat, comprimatque ventriculum, vnde vomitus. Vltimum rectum cum colo & ano. Ad cuius extrema affixus eſt muſculus, figuræ rotundæ, & circularis, ſphincter dictus, natus ex vertebris inferioribus oſſis ſacri & caudæ, cuius beneficio, tanquam [illegible], cohibentur voluntatis nutu
B excrementa, ne contra decorum ad omnem honeſtatem [illegible] & ad momenta quælibet,
ventrem turpiter exonerare cogeremur: nam quibus [illegible] procedit hic muſculus, his inuitis excrementa exeunt. Ad inteſtini recti extrema, [illegible] cum ſphinctere vſus, niſi quod
quaſi vtriuſq; mixtione contingens, labiorum extremitatis, eiuſdem cum ſphinctere vſus, niſi quod
non adeo ſit eius rei potens. Sed & circa id venæ ſitæ ſunt, hæmorrhoidales dictæ, de quibus ſuo loco.
Præterea ad huius inteſtini extrema deſcendunt duo alii muſculi, lati & membranoſi, ex vnoquoque
latere vnus, orti ex partibus lateralibus & internis oſſis pubis & iſchii, qui ſupra ſphincterem inſerti, anum delapſum reuocant: vnde leuatores ani dicuntur. Itaq; cum vel imbecilliores ſunt, vel reſoluti vel
anus pondere humorum pituitoſorum, ſalſorum, biliofoſorum & [illegible], vix inteſtinum in
ſuum locum reſtituitur, vt digitorum opera ad eam rem ſit opus. Inteſtina ventriculi temperiē ſequuntur.

Cur in dolore cholico contingat vomitus.

Sphincter ani.

Gal. lib. 5 de vſu par. c. 14

Leuatores ani.

Inteſtinorum actio, eſt chyli diſtributio per venas meſaraicas, quod tribus tenuibus inteſtinis ex
officio incumbit, & chyli excrementorum exceptio, retentioque ad vſq. excernendi tempus idoneum,
quod trium eſt craſſorum. Præterea tenuia illa inteſtina, chylo in ventriculo elaborato, extremam velut
manum addunt, etſi non in eum vſum ſint comparata, ſed ſæpe natura corporis partibus ad melius quid
abuti ſolet. Aduertendum vero eſt, quod ad inteſtinorum attinet compoſitionem, illa fibris tantum
C tranſuerſis eſſe donata, excretionis gratia: niſi quod ad initium coli, & finem recti additas tranſuerſis rectas quaſdam cernere eſt, ad ipſarum robur, ne ſcilicet duorum excrementorum tranſitu, & excernendi
laborioſo illo conatu in brutis præſertim diſrumpi & dilacerari inteſtina illa contingeret. Quod ſi quis
quærat, qui cum fibris obliquis careant, retentio in illis fiat: is intelligat retentionem fæcum in recto fieri, vi ſphincteris muſculi, ſæpe vero in cæco, earundem duritie & copia, quo fit, vt hæreant in tranſitu.
In omnibus vero, ob conformationem in orbes plurimos & anfractus actam. Longitudo inteſtinis eſt
ſepties maior, totius corporis longitudine. Huic longitudini acceſſit anfractus, ne in momento efflueret alimentū, ac ne per ingluuiem abſ agendo & contemplando homines reuocarentur. Sic n. fieri videmus in pleriſq. brutis, in quib. vnicum eſt inteſtinū, recto ducta à ventriculo in anum exporrectum, vt
Lupo ceruerano, aliiſq; inſatiabilis ingluuiei animantibus, ad paſtam, plantarum inſtar ſemp abiectis.

Actio inteſtinorum.


Fibræ inteſtinorum.

Vnde retinendi in inteſtinis opportunitas.

Longitudo & figura.

Quinta figura ventris inferioris.

D



B

A. *Cartilaginem monſtrat enſiformem.*

B B *Peritonæum inuerſum, cum fractis coſtis.*

C. *Ligamentum anterius, & præcipuum hepatis.*

DD. *Hepatis partem gibbam.*

E. *Venam vmbilicalem iecur ſubientem.*

FF. *Partem ventriculi anteriorem.*

Hhhh. *Colon.*

I. *Recti initium.*

K. *Cæcum inteſtinum.*

LLL. *Faciem exteriorem tenuium duorum inteſtinorum, Ieiuni nempe & Ilei, quorū Ieiunum altius eſt, ſupra vmbilicum, Ileum vero inferius.*

M. *Fundum ſeu corpus veſicæ.*

De Meſenterio. Cap. XVI.

Subſtantia. Magnitudo. Figura. Compoſitio.

POſt inteſtina ſequitur Meſenterium, ſubſtantiæ partim adipoſæ, partim ſpermaticæ. Magnitudo [illegible] tis patet, quanquam aliis maior vel minor, pro corporis magnitudine. Figuræ rotundæ eſt, ſine ma[illegible] gna altitudine. Compoſitum eſt ex duplici tunica, ab origine & radice peritonæi orta. In medio ſui ner[illegible] uos admittit, à coſtali ſextæ coniugationis, venas à vena porta, arterias ab arteria deſcendente, ingen[illegible] tem inſuper adipis copiam, & multa corpora glandaloſa, ad fulciendam vaſorum per ipſum ſparſorum diuiſionem, ſimul ad illorum [illegible] tuitionem. Numero vnicum eſt, in inteſtinorum medio ſi[illegible] tum, vnde & nomen traxit. Id tamen nonnulli in duas partes diuidunt, nempe in meſeræum, id eſt, por[illegible] tionem, quæ tenuibus inteſtinis intertexta eſt, & in meſocolon, quæ crassis.

Numerus. Connexio.

Connexio eius per vaſa eſt, cum partibus [illegible] bus, per totam vero ſuam ſubſtantiam cum inteſtinis, & nonnihil cum renibus, è quorum [illegible] videtur [illegible].

Temperies. Actio.

Temperie frigidum eſt & humidum, ſi quis eius reſpiciat adipoſam ſubſtantiam [illegible] partes, frigidum & ſiccum. Eius actio & vſus eſt deuincire & continere inteſtina, ſuo quodq; loco, ne in ſe mutuo temere implicentur, ac per venas meſeraicas [illegible] hepatis [illegible] chylum ad hepar deducere.

Vena meſaraica ab hepate omnes.

In quo notandum, venas omnes meſaraicas [illegible] ab hepate, vt diſſectione corporum [illegible] quanquam nonnulli aſſeruerint, nonnullas eſſe venis [illegible] dicatas, nullatenus ad hepar pertinentes, ſed quæ [illegible] in corpora quæ[illegible] glanduloſa per ipſum meſenterium ſparſa, de quorum vſu paulo poſt dicemus.

De Glandulis in genere, & de Pancreate. Cap. XVII.

Subſtantia glandularũ. Quantitas & figura. Compoſitio.

GLandula, corporis pars eſt ſimplex, ſubſtantiæ alias ſpongioſæ & mollis, aliis denſæ & duræ. Molles quidem glandulæ ſunt tonſillæ ſeu ſaliuares, purgatis amygdalis ſimiles: Thymus, pancreas, [illegible] cula, proſtatæ. Denſæ vero & duræ, vt parotides & aliæ. Quantitate & figura, glandulæ differunt inter ſe, nam aliis aliæ maiores ſunt, & nonnullæ rotundæ, aliæ planæ, vt thymus & pancreas. Compoſitionẽ ſortiuntur nonnullæ ex venis, arteriis, neruis & propria carne, vt paristhmia ſeu antiades, vel tonſillæ [illegible] ctificæ in mammis & teſtes. Aliæ neruis carent, qui ſaltem videri queant, vt parotides, axillares & aliæ.

Numerus.

Numerus glandularum incertus eſt propter infinitam multitudinem, & ludentis naturæ varieta[illegible] tem. Paſſim his inuenies locis, vbi magnæ vaſorum diuiſiones fiunt, vt in medio cerebri ventriculo, in ſuperiore thoracis parte, in meſenterio & aliis: quanquam aliæ eo ſitæ ſunt loco, quo natura opus eſſe cenſuit, vt ſeu animanti ex illis humorem gignere & effundere, vt tonſillæ ad linguæ radices, lactiferæ ad mammas, ſpermaticæ in ſcroto, & ad vteri latera, vel vbi emunctoria parare natura decreuit partibus principibus, & ad aures, axillas & inguina.

Connexio.

Glandularum connexio eſt, non modo cum partium vaſis, ad ſuam compoſitionem concurrenti[illegible] bus, ſed etiam cum illis, quarum replent, conſeruantq; diuiſionem.

Temperies.

Temperie ſunt frigidæ, ex quo Medicis ſanguis in mammis dicitur recrudeſcere, cum lactis for[illegible] mam illic accepit.

Actio & vſus.

Cæterum ex his aliæ habent actionem, vt tonſillæ quæ ſaliuam fundunt toto ore [illegible], mam[illegible] mæ lac, teſtes, ſperma: aliæ vſum tantum, vt quæ comparatæ ſunt ad conſeruandas, fulciendas & com[illegible] plendas vaſorum diuiſiones.

Pancreatis ſubſtantia. Situs.

Præter hæc de glandulis in genere, ſciendum eſt, Pancreas *corpus eſſe glandulo[illegible], carniforme*, vt quod carnis [illegible] vndique habeat & oſtentet. Situm eſt ad hepatis [illegible] cum qua magna habet connexionem, & ſub vena porta, [illegible] ſcilicet in [illegible] replet ſpatia, vaſis ipſis intercepta, [illegible] ſa violentur.

De Iecore. Cap. XVIII.

Quid hepar.

HIs expoſitis, diſſectionis ordo nunc poſtularet, vt de venæ portæ diſtributione ageremus: ſed [illegible] ea bene intelligi nequit, niſi hepatis, vnde vena porta [illegible] illa in commodiorem alium locum, de hepate nunc dicemus. Ergo hepar [illegible] Galeni [illegible] *lib.* [illegible] *fat.* primum eſt ex omnibus corporis partibus, quod abſoluitur in conformatione, [illegible] *& author, venarum & origo.*

Subſtantia & quantitas.

Eius ſubſtantia eſt velut concretus ſanguinis ſimus. Quantitate [illegible] modo diuerſæ, ſed & eiuſdem ſpeciei corporibus & hominibus inter ſe, quorum alter [illegible] nidus, alter auarus & ſobrius. Illi enim, quam huic, longe erit amplius hepar, quod [illegible] piam excipiendam & elaborandam habeat: omnibus tamen iecur [illegible] magna ſit opus ſanguinis copia, ad tot ſpirituum, & humidi ſubſt[illegible] gendo & contemplando, reſoluuntur, & diſſipantur, reparationem.

Cur mediocriter amplum ſit iecur.

[illegible] duplex aſſerri ratio poteſt: Prima, quod his facultas vitalis, in qua [illegible] eſt in corde, ſit imbecilla, Itaq; eius defectum ſupplent facultatis naturalis [illegible] ſolet, quod vna ex parte deeſt, id alterius incremento, & acceſſione compenſare: Altera, quod frigidi homi[illegible] nes plus appetant, quia Galeni ſententia *in Arte parua*, frigiditas facit ad appetentiam: quo fit, vt maior his chyli ſuppetat copia, cuius abundantia hepar nutritur, & accreſcit amplius.

Numerus.

Quibuſdam brutis in quinque & plures lobos diuiſum eſt iecur, vt Cani & Sui, at homini vnus ſæpe adeſt lobus, alias duo, ad ſummum tres: hique haud ita magno interuallo diſcreti qui ſuperiorem & [illegible] ventriculi regionem complexu ſuo fouent ad promouendum coctionis opus. Ergo iecur vnico ferè lobo contentum [illegible] quanquam tenui ſemper diuiſione fiſſum, vt tranſitum liberum habeat vena vmbilicalis in [illegible] ces & ſubſtantiam penetrans: quin & ſæpe vmbilicali illi venæ ſubſtratus eſt exiguus quidam velut he[illegible] patis lobus, ſtraguli vice.

Figura.

Hepatis figura eſt gibboſa, eminens, & læuis, verſus diaphragma: verſus ven[illegible] triculum

A triculum ſint quodammodo inæqualis,& aſpera,propter loborum interſtitia, venæ cauæ originem, & *Compoſitio.*
ſitum folliculi fellis. Compoſitio hepatis eſt ex venis, neruis,arterijs,tunica,& propria ſubſtantia,quã
nos ſanguinem craſſum,& concretum,ſeu parenchyma dicimus.Venæ illi, itemque arteriæ ex vmbili- *Nerui hepatis.*
co veniunt:At nerui ex his immediate, qui per ventriculum diffunduntur Hippocrate authore. Quan-
quam illi in hepatis ſubſtantiam non alte penetrant,quod exacto ſenſu indigere non videretur, ſed in
eius tunicam & ſuperficiem diſtribuuntur, quod hoc viſcus diſtributionis in vniuerſum corpus gratia
comparatum,nullum ſibi reſeruat humorem acrem,aut malignum , ad cuius perceptionem neruo in-
digeret,quanquam ipſi ſubtenſa tunica,multas neruoſas fibras in eius ſubſtantiam demergit , vt appa-
ret per eiuſmodi tunicæ ab elixo hepate diſtractionem,idem de reliquis ſentiendum viſceribus. Tuni-
ca hepatis eſt à peritonæo graciliſcente,propria vero à vena vmbilicali,cum diuidit ſe ad venarum por- *Situs.*
tæ & cauæ generationem, vt eſt à Galeno notatum *lib. de format. fœtu.* Hepar vnicum eſt,magna ſui par-
te in dextro latere ſitum,minore vero in ſiniſtra,contra quam ventriculus. Eius connexio eſt in primis *Connexio.*
cum ventriculo,& inteſtinis, per venas & membranas peritonæi; per venam cauam , & arteriam cum
corde;per neruum cum cerebro,per quæ eadem illa vincula cum omnibus corporis partibus. Temperiei *Temperies.*
B eſt calidæ,& humidæ,quibus id calidius eſt,venis ſunt amplis & feruente ſanguine,quibus frigidius,ve-
næ anguſtæ & facies decolor. Actio hepatis eſt,chylum in ſanguinem conuertere , ſecundæ coctionis opus. *Actio.*
Etſi enim chylus in venas meſaraicas primum illapſus,ſanguinis rudimentum accipiat,ſanguinis tamen
formam & perfectionem non ante adipiſcitur , quam in hepate elaboratus , & plene concoctus fuerit.
Tribus alligatur,firmaturq; craſſis ligamentis:duobus quidem lateralibus in coſtarum notharum ine- *Ligamenta hepatis.*
dio,ad fulcienda eius latera,& tertio ſuperiori ac robuſto,ex xiphoide cartilagine deſcendente, ad ful-
ciendam partem eius ſuperiorem,quæ ſuo pondere , ventriculi orificium interius comprimere , ſicque
procidentiam ſterni,& furculæ moliretur:Atque hæc de ligamentis proprijs veniunt intelligenda;nam
reliqua communia,venas,arterias,neruos,& peritonæi tunicam, per quam lumbis adnectitur , & alijs
naturalib. partibus,ſum⁹ executi. Sed & notandũ,pręter tria illa propria ligaméta alijs inſuper hepar al-
ligari ad nothas coſtas,vt obſeruauit Syluius *in anatomicis obſeruationibus*,& Hollerius *in Praxi cap. de pleuritide.*

De Veſica fellea. CAP. XIX.

VEniendum nunc ad veſicam felleam,quæ ſubſtantiæ eſt neruoſæ, & magnitudinis pyri minuſculi, *Subſtantia.* *Magnitudo.*
quod eleuchinum ſeu cucurbitinum nominant. figuræ eſt rotundæ , fundo quidem capacior , ſed *Figura.*
C lateribus,& orificio arctiori,& anguſtiori. Ex duplici eſt coagmentata tunica,vna propria triplici ſtami- *Numerus.*
num genere contexta,altera a peritonæo. Venam habet à porta,& arteriam ab ea, quæ in hepar diffun- *Connexio.*
ditur:neruum à ſexta coniugatione. Vnica eſt ſub maiore hepatis lobo parte dextra abdita,connectitur
cum hepate proprij corporis,& ductuum ſeu canalium,actioni ſuæ edendæ comparatorum , contactu,
itemque ecphyſi,non raro etiam ventriculo,altero ductu. Omnibus denique partibus per venas , ner-
uos,arterias,& tunicam communem. Temperamenti eſt frigidi,vt pars omnis neruoſa. Actio eius eſt *Temperies.* *Actio.*
bilioſum humorem, excrementitium quidem illum,ſed tamen naturalem ab hepate fibrarum rectarũ
opera ſecernere ad ſanguinis depurationem,attractumque per obliquas fibras eo vſque retinere,donec
quantitate,qualitate,aut tota ſubſtantia,moleſtus eſſe cœperit,tumque per fibras tranſuerſas in ecphy-
ſim depellere,ad ſolicitandam inteſtinorum excretricem. Sero Fallopium tot fibrarum contextum a-
ctionis eius,quam diximus,miniſtrum veſicæ felleæ denegare. Sed illi abunde reſpondiſſe videtur Ve-
ſalius. Veſicæ felleæ varij ſunt canales:Nam hæc cum ceruice ſatis anguſta, aduſque venæ portæ origině *Veſicula fellea canales.*
peruenerit,in duos canales diuiditur,quorum vnus , nullam paſſus ſui diuiſionem fertur in ecphyſin,
niſi quod in quibuſdam alium canaliculum in ventriculi fundum demittit , vt notatum eſt à Galeno, *Lib. 2. de*
eiuſmodi hominib⁹ vita miſera eſt,& moleſta,nempe obnoxijs bilioſis vomitib⁹, præcipue ieiuno vě- *Temper.*
D triculo,cũ magnis capitis & ſtomachi dolorib⁹,vt ab eodě Galeno eſt annotatũ. Alter vbi extra hepatis *Cap. 78. arte medica.*
corpus prorupit,ſe in duos aut tres duct⁹ diuiſerit,hepatis rurſum ſubſtantiã ſubiẽs,infinitis ramulis,ve-
nę portæ totidě ramulorũ comitibus,per hepatis ſubſtãtiã diuiditur , quo fit ſanguis niſi elaboratiſſim⁹
& defæcatiſſimus in venam cauam non aſſurgeret & difflueret,quę omnia manifeſte diſſectio docet.



E

Sexta figura de folliculo fellis.

A. Monſtrat fundum folliculi fellis.

B. Meatum communem humoris bilioſi, attractioni & depulſioni,in C. deſinentem.

D. Meatum proprium alliciendæ ab hepate bili.

F. Canalem dicatum excernendæ bili in ecphyſin inteſtinum, notatum litera E.

G. Portionem ecphyſis.

H. Orificium ventriculi inferius.

L. T. Venas & arterias vnius lateris, quæ à vena porta & arteria hepatica [illegible] *lateris partibus* [illegible] *occurrunt & reſpondent.* A

De Liene. CAP. XX.

Subſtantia. QVia vero nec venæ portæ diſtributionem decenter demonſtrare [illegible] to, & ſua ſede moto. Ideo [illegible] ſtantia eſt mollis, rara & ſpongioſa [illegible] tis carne [illegible] Refert enim colorem eius [illegible] eius ſatis eſt magnus. Aliis tamen, [illegible] amplior, pro varia hominum temperie & compleXione.

Quantitas & figura. Figura [illegible] triangularis, gibba, qua parte coſtis & diaphragmati adhæret, caua autem, qua [illegible]

Compoſitio. Compoſitio eius eſt ex tunica, [illegible] vena, arteria, & neruo [illegible] humore melancholico naturali, vt [illegible] arteriam primus ramus [illegible] deſcendens a [illegible]

Neruus lie nis. [illegible] Neruum vero [illegible] a ſexta [illegible] B

lien [illegible] licet, non modo [illegible] in corde & pulmonibus [illegible] videmus.

Numerus & ſitus. Numero vnicus eſt. Situs in latere ſiniſtro inter ventriculum & coſtas nothas vel diaphragma potius, quod ad earum radices deſcendit. Nam [illegible] diaphragmati [illegible] a peritonæo, vt & caua ventriculo: tum per quaſdam venas, quas [illegible] tum per Epiploon. ConneXionem habet [illegible] per [illegible] vaſa.

Temperies. & Actio. Temperie [illegible] humorem melancholicum naturalem [illegible] quem feculentum [illegible]

Vas breue. [illegible] motu & calore [illegible] tenuiore portione in ſui alimoniam retenta. Ductus, per quos craſſitiem melancholici ſanguinis a ſe deponit, ſunt vena [illegible] ventriculum aſcendens ad irritandam eius ſua aciditate appetentiam, & aſtrictione roborandam ſubſtantiam [illegible] altera, quæ [illegible]

Hæmorrhoidales venæ. co, alias a vena porta ſub ipſo plane eius orificio, ad anum deſcendit, [illegible] venas hæmorrhoidales con- C ſtituat.

De Vena porta, & eius diſtributione. CAP. XXI.

Subſtantia. Magnitudo. Compoſitio. Situs. ConneXio. Temperies. Actio. Venæ portæ ſex rami. VEna porta, vt & omnis alia vena ſubſtantiæ eſt ſpermaticæ, magnitudinis ſatis magnæ, figuræ rotundæ & cauæ, ductui & tubi inſtar. Compoſitio eius eſt ex tunica propria, & vna communi [illegible] Situs in ſima [illegible] hepatis parte [illegible] ſphinctere ani, & peritonæo per tunicam, quam inde accepit. Temperies eſt [illegible] Actio [illegible] ventriculo & inteſtinis [illegible] ſanguinem [illegible] Venæ portæ [illegible] Simplicium primus aſcendit ex anteriore [illegible] ſecundum tubum cholidochum [illegible]

Cyſtica gemella. Gaſtrica. Gaſtroepiploon. diſtributio cyſticæ gemellæ nomine. Secundus dicitur Gaſtrica [illegible] D pylorum & [illegible] latere dextro venæ portæ [illegible] progreditur. Quartus ex poſteriore [illegible]

Inteſtinalis. tur. Atque hi quatuor ſunt ſimplices rami. Nunc de compoſitis dicamus. Primus eſt ſplenicus, qui hoc, qui ſequitur, modo diuiditur. Nam primo [illegible] ramos diuiditur, quorum vnus ad orificium [illegible] obiter ramos in anteriora & poſteriora ventriculi [illegible]

Ramus ſplenicus. que circumdant, ex quo venæ huic coronariæ nomen eſt inditum. [illegible] exeuntem paulo ſupra ſplenici rami orificium, inferiore autem parte [illegible] profert hæmorrhoidalem, qui ſupra lumborum partem [illegible]

Hæmorrhoidales internæ. [illegible] & rectum diffundit, ad cuius extremum [illegible] lem ramum ex meſenterico ramo deſcendere, & certe aliquoties ita habere [illegible] E mè eſt conuenientius, cum ex ſplenico deſcendere, non modo quia rem ita habere oculis vidimus, ſed etiam quia humori melancholico excrementitio excernendo [illegible] a natura dicatus. Sed idem hic ſplenicus ramus [illegible] producit, ad gibba ventriculi & [illegible]

Gaſtroepiploïs maior. Vas breue ſeu venoſum. [illegible] dicunt, mediam & ſiniſtram. Ex parte vero inferiore ad lienem [illegible] per epiploi ſiniſtram partem diffundit. Inſuper ex parte ſui ſuperiore, quę lienem [illegible] ramum, vas venoſum dictum, ad orificium ventriculi ſuperius, appetentiæ gratia tranſmittit. Sæpius, & fere ſemper obſeruauimus, vas hoc venoſum, quod Galenus vas breue nominat, ex ipſo

A ex ipſo ſplenis corpore prodire, inq; ventriculi medium terminari parte ſiniſtra, nuſquam vero ambas
ventriculi tunicas penetrare: vnde obſcurum eſſe poſſit, qui inde melancholica eluuies, in ventriculi
capacitatem effundi queat. Sic igitur ramus ſplenicus, vbi hos quinq; expolitos ramos ex ſe produxit, *Li. 4. de vſu part.*
reliqua ſui parte in ſplenis ſubſtantiam, corpuſq; abſumitur. Sequitur alter ramus venæ portæ compo-
ſitus, meſentericus dictus, qui in tres portiones dirimitur: quarum prima, & minor ad inteſtinum cæ-
cum pergit, & coli dextram ac mediam partem: infinita aliorum ramulorum multitudine diuiſa. Se- *Ramus meſentericus.*
cunda & media, in Ileon abſumitur: vt tertia & maior in Ieiunum. Meſentericus dicitur, quod per to-
tum ferè meſenterium terminatur; vt ſplenicus, quod in ſplenem abſumatur. Et hæc de venæ portæ di-
uiſione notanda habuimus: quam ſi quando (non vt diximus) habere comperueris, nihil mirari te o-
portet: vix enim eandem in duobus cadaueribus comperire licet, propter infinitam indiuidui varieta-
tem, quæ (vt aiunt Philoſophi) ſua cuique eſt. Idem eſt de reliquis vaſorum diuiſionibus iudicium.
Nos tamen quod frequentius eſt à nobis obſeruatum, tradimus.

De Origine arteriæ, & rami ad partes naturales deſcendentis diuiſione. CAP. XXII.

B REbus ita peractis & perpenſis, auellenda eſſent inteſtina, ſed quia ſic agentes, arteriæ ad partes na- *Arteriarum ortus.*
turales deſcendentis diuiſionem interturbaremus, & perderemus, ideo ſatius eſſe viſum eſt, ante-
quam inteſtina auellantur, de eius diuiſione agere. Supponendum ergo eſt, quod, vt Galeni ſententia,
venæ omnes ab hepate prodeunt, ſic arteriæ à corde. Hæc primo ſtatim initio in duos ramos ſic diui- *Arteria intercoſtalis.*
duntur, vt maior deorſum deſcendat ad partes naturales ſupra ſpinam dorſi, initio à quinta eius verte-
bra ducto, vnde in ſequentes abit arterias. Prima intercoſtalis dicta, pergit inter muſculos intercoſta-
les, & coſtarum interualla, ſpinalemque medullam, per neruorum foramina dextrorſum & ſiniſtror-
ſum à quinta verarum coſtarum ad vſque vltimam coſtam notham. Effingit hæc in illo itinere obeun-
do, ſeptem ramulos eo, quo diximus, modo, diſtributos, trunco deſcendentis exeuntes, è regione cu-
iuſque intercoſtalis muſculi.

Secunda duplex, pergit vtrinque ad diaphragma, ex quo diaphragmatica dici poteſt, vel phreni- *Phrenitica.*
caium nomine exprimi.

Tertia craſſitiei inſignis, ex ſuperiore parte arteriæ, mox, vbi diaphragma exceſſit, exiliens in duos *Cœliaca.*
inſignes ramos diuiditur, quorum vnus ad ventriculum, ad ſplenem, ad epiploon, ad iecoris ſima &
C veſicam felleam: alter ad meſenterium, & inteſtina, eadem deſcriptione, quam de venarum meſaraica-
rum diximus, diffunditur, ex quo cœliaca dicitur. Notandum vero eſt omnium oſcula ad vltimam vſ-
que inteſtinorum tunicam penetrare, vt illo contractu chylum contentũ fœlicius alliciant & facilius.


Quarta ad renes fertur, vnde renalis dicitur, ſeu emulgens, quod ſanguinem idoneum è tota *Emulgens.*
maſſa ſanguinaria ſugat.

Quinta ad teſtes, cum venis ſpermaticis præparantibus, ex quo etiam arteria ſpermatica dicitur, *Spermatica.*
quæ dextra parte è trunco ipſo deſcendentis arteriæ exiliens, quo venæ ſpermaticæ lateris eiuſdem ſe
comitem addat, alias ſupra, alias infra venam cauam tranſit. Quare ſedulo cauendum, nedum eam de-
nudare volumus, imprudentes violemus & rumpamus.

Sexta ex arteriæ huius deſcendentis anteriore & ſuperiore parte egreſſa, cum venis hæmorrhoi- *Hæmorrhoidalis ſeu meſenterica inferior.*
dalibus ad anum deſcendit: Statim a primo ſui initio ramos quoſdam in coli inteſtini longum diffun-
dens, qui per anaſtomoſim aliis arteriæ cœliacæ ramis vniuntur. Nam quiſquis acrius intuebitur, non
raro animaduertet eiuſmodi vniones venarum inter ſeipſas, itemque arteriarum, aliquando etiam ve-
narum cum ipſis arteriis. Eſt enim anaſtomoſis *vaſorum inter ſe per oſculorum applicationem communio. &* *Anaſtomoſis vaſorum quid.*
D *communicatio, vt mutuo ac ciſim ſuos ſubleuent defectus.* Cæterum hanc arteriam meſentericam inferiorem
nominant. Septima totidem ramis à trunco progrediens, quot ſunt in lumbis vertebræ, ad lumbos &
partes attinentes digreditur, nempe eius loci ſpinalem medullam, & alias partes, eiuſmodi vertebras *Lumbaris.*
inuoluentes, ex quo lumbaris dicitur.

Octaua Iliacas facit, quouſque peritonæum exceſſerit, vbi crurales initium capiunt. Ilia hæc ſeu *Iliaca.*
iliaca arteria multas ramulorum diuiſiones ſpargit per os ſacrum, vnde initium habet, & vicinas oſſi ſa-
cri ſedes. quæ quia ſimiles ſequuntur venæ iliacæ flexus, breuitatis cauſa, a nobis differentur in eum lo-
cum, vbi de venis iliacis mentio incidet.

Septima figura ventris inferioris.



A *Monſtrat ſima & lobos hepatis euerſi & reſupini.* A

B. *Vnum ex lateralibus iecoris ligamentis, quibus diaphragmati alligatur.*

C. *Venam vmbilicalem in hepar ſubeuntem.*

D. *Veſicam felleam.*

E. *Truncum venæ portæ, cum ſua in inteſtina implantatione, vbi & monſtrantur cyſtica venæ, nota oo. alia vero ſine nota, ſunt arteriæ cyſtinæ.*

G. *Arteriam iecoris, circa quam diffunditur neruus à ſexta coniugatione notatus nota 2.*

H. *Ductum ſeu canalem cholagogum abſciſſum, quatenus in duodenum repit.* B

I. *Partem lienis ſimam.*

K. *Truncum venæ cauæ.*

L. *Truncum arteriæ magnæ.*

M. *Arteriam, quæ ad ventriculum, epiploon, meſenterium, & ſplenem procedit.*

NN. *Venas adipoſas.*

OO. *Renes.*

PP. *Venas & arterias emulgentes.*

QQ. *Vreteres.*

RR. *Venas ſpermaticas, & earundem in peritonæum diſtributionem.*

SS. *Arterias ſpermaticas.*

T. *Arteriarum, quæ ad coli, & recti inteſtini meſenterium diſtribuitur.* C

V. *Arteriæ vmbilicalis diſtributionem in duas iliacas.*

XX. *Duos ramos venarum & arteriarum, quas muſculoſas dicunt.*

YY. *Arterias & venas hypogaſtricas.*

Z. *Rectum inteſtinum ſectum & vinctum.*

&. *Veſicam.*

AA. *Vaſa ſpermatica deferentia, diaculatoria dicta, ſeu expellentia.*

BB. *Tunicam erythroidem à peritonæo ad teſtes deſcendentem.*

CC. *Paruam quandam venam à vaſe ſpermatico ſupra tunicam dartos effuſam.*

De neruorum ad partes naturales diſtributione.

CAP. XXIII.

Neruorum, q ad partes naturales feruntur, ortus. D

REſtat vt, priuſquam abſtrahãtur inteſtina, neruos ad viſcera & partes naturales ſparſos, exponamus, nihil vt prudentes omiſiſſe videamur. Sciẽdum vero inprimis eſt, eiuſmodi neruos eſſe a ſexta coniugatione, qui deſcendunt tam ad ventriculum ſecundũ œſophagi longitudinem, lateraq; ipſius, quam ad coſtarum radices, vtrinq; parte interna. Cum vero diaphragma excelſerint, quiq; in partes naturales diſtribuuntur, quemadmodum venæ & arteriæ: præcipue tamen arteriarum ſequuntur flexus. Itaque ſi tibi eſt animus hanc neruorum perſequi diſtributionem, quærenda illis potiſſimum locis, in quibus arteria ad inteſtina ſupra lumbos diſtribuitur. Non ita magni ſunt hi nerui, quia membra nutritioni dicata, niſi neruulis eguerunt, ad complementum tertiæ neruorũ vtilitatis, quæ eſt in diſcretione & dignotione eius, quod moleſtum eſt. Niſi enim hac notitia tenerentur, nihil impediret, quin occupatis re aliqua noxia illis ad vitã neceſſarijs viſceribus, animal in momento concideret, at hanc ex hoc ſenſu conſequimur vtilitatem, vt ſimul atq; aliquid inteſtina vellicauerit, admoniti periculi, medeamur. Quin & hoc ſenſu orba arroderentur, vlcerarentur, & computreſcerent, ferina confluentium & reſtitantium in illis excrementorum acrimonia. At vbi primum ſe ſentiunt lancinari, ſtatim vi excretrice ad excluſionem inſurgunt, & ne ſe periculis præſentibus, futuriſq; expediunt. E

Magnitudo & vſus.

Auellendorum inteſtinorum adminiſtratio.

CAP. XXIV.

VBi auellenda erunt inteſtina, initium erit à recto capiendũ. Ipſumq; duobus locis, iuſto interuallo diſtinctis, quatuor ab extremo circiter digitorũ latitudine, arctiſſime reuinctum diuidere, adacta

inter

A inter vtramque ligaturam nouacula diuidere oportebit. Tum tunicas proprias, fibraſque & eam, quæ à peritonæo communis eſt demonſtrare. Hoc facto, erit pariter religandus venæ portæ truncus, ad originem, quam fieri poterit, proxime. vt ſic vna ramis eius omnibus religatis, nullus ſuperſit hæmorrhagiæ metus. Idem in arteria cœliaca molieris ad lienem ſiniſtrum, & in meſenterica inferiori, quæ ad rectum inteſtinum deſcendit, cum venis hæmorrhoidalibus. His peractis, auelle inteſtina ad duodenum vſque, quod pariter duobus locis reuinctum, intra poris cholagogi inſertionem eſſe debebit, vt obliqua eius in id inteſtinum inſertio oculis cerni poſſit: eſt enim inſertionis illius obliquitas contemplatione digniſſima, vt quæ cauſa ſit, cur refluere bilis in cyſtim ſuam nequeat, per compreſſionem huius inteſtini inferne ſurſum, tum tota illa inteſtinorum circumuolutio, ſeorſum à cadauere abſtracta habeatur.

Cur a ieiunio in cyſtim refluere bilis nequeat.

Origo & diſtributio venæ cauæ deſcendentis. CAP. XXV.

QVia reliquæ partes naturales, dependent fere omnes à vena caua deſcendente, ideo antequam longius progredimur, demonſtranda nobis eius origo eſt, & diſtributio. Dictum eſt antea, venas omnes ab hepate exire diuerſis tamen locis. Nam vena porta à ſima exit, at caua à gibba hepatis parte, trunci arboris inſtar progreſſa, in duos magnos ramos diducitur: quorum minor ad partes vitales & animales, harumque partium extrema peruadit, vt ſuo dicemus loco. Maior ab hepatis parte poſteriore, ſupra lumborum vertebras deſcendens, ad partes infra poſitas, eo, qui ſequitur, modo pergit. Prima eius diuiſio eſt ad membranas renum, quæ ſunt à peritonæo. Illic ergo venas adipoſas gignit, dictas, quod adipis ingentem vim illis in locis gignant: huiuſmodi adipoſarum diuerſa eſt origo, dextra enim ſæpius à renali dextra oritur, quod altior ſit: ſiniſtra autem ab ipſo venæ cauæ trunco exit, quod ſui lateris renalis ſit depreſſior, vixque alter contingere cernas.

Ortus venæ cauæ.
Duo rami venæ cauæ.
Adipoſa.

Secunda renalis ſiue emulgens ad renes pergit: quos cum ingreditur vel paulo ante in duos ramos arteriæ inſtar diducitur, ſuperiorem vnum, & inferiorem alterum: hique rurſum in plures alios per renũ ſubſtantiam, vt oculis melius, quam ex libro, licet intueri. Craſſæ ſunt & latæ, vt ſeroſo humori liberior ſit ſine mora tranſitus. Vtriuſque origo diuerſa eſt. Nam dextra renalis, ſæpius ab ipſa caua paulo altius, quam ſiniſtra, vt quoniam illis ex officio incumbit, ſanguinis maſſam humore bilioſo, & ſeroſo repurgare. Si quæ eius portio vni elabatur, non ſit impune, ſed in alterius velut foueam incidat. Quod profecto non contigiſſet, ſi è regione ſibi muicem poſitæ fuiſſent. Manſiſſet enim ſerum tanquam in æquilibrio propter actionis, tractioniſque contrarietatem. Notandum vero, nos multoties in celebrandis C diſſectionibus, in calculoſo ſeptem comperiſſe emulgentes venas, totidemq; arterias: quatuor à latere ſiniſtro. diuerſis locis prodeuntes, quarum vltima ab iliaca manabat, tres à dextro diuerſis pariter locis.

Emulgentes.
Septem emulgentes venæ notata in calculoſo.

Tertia diuiſio ſpermatica dicta, ad teſtes procedit, huius origo eſt eiuſmodi, vt dextra ab ipſius trunci venæ cauæ parte anteriore oriatur, ſiniſtra autem ab emulgente ſæpius. Non raro tamen videre licet his vtrinque comites alias additas: dextræ quidem aliam ab emulgente dextra, ſiniſtræ autem aliam è vena caua: quibuſdam ex vno tantum latere, aliis eſt vtroque. Sed & aliquando animaduerti emulgentem ſiniſtram à ſpermatica oriri.

Spermatica.

Quarta, quia ad lumbos tendit, lumbaris dicitur: quæ in origine, & inſertione, arteriæ lumbari in totum eſt ſimilis.

Lumbaris.

Quatuor vero ſunt lumbares vtrinque, ſcilicet ſingulæ in quatuor interſtitiis quinque vertebrarum lumbarium.

Quinta facit iliacas, quouſque à peritonæo egreſſa, cruralium nomen aſſumant. Diuiduntur hæc primo in muſculoſas, ſic dictas, quod ad muſculos obliquos aſcendentes, & tranſuerſos atque ad peritonæum perueniant: ipſis aliquando origo eſt ab extremo trunco. Deinde diuiduntur eædem iliacæ in D ſacras, quæ ad oſſis ſacri ipſius dein medullam progrediuntur, per illa foramina, per quæ iter eſt neruis ab hac medulla genitis. Tertio diuiduntur iliacæ in hypogaſtricas, ſic dictas; quod ad omnes hypogaſtrii partes diſtribuantur, vt ad inteſtinum rectum, illius muſculos, cutem muſculoſam: quo ſæpe loco hæmorrhoidas excitant, dicatis potius ſanguinis quantitate tantum peccanti repugnando, vt illæ quæ à vena porta per ramum ſplenicum, ad rectum inteſtinum deſcendant, ei, qui qualitate in vitio eſt, ad veſicam ex veſicæ ceruicem, etiam vſque ad penis extrema, ad vterum, vteri collum & pudendorum extrema vſque. vnde veriſimile eſt, mulieribus grauidis menſtrua erumpere, virginibuſque. Sed & eadem hæc vena ſui portionem extra epigaſtrium emittit, per foramen oſſi pubis & iſchio commune, quæ alterius cruralis internæ occurſu roborata, deſcendit, obiter interim obturatoribus muſculis, & aliis internis communicata, vſque ad poplitem: Quarto iliacæ gignunt ex ſe epigaſtricas, quę vtrinque parte inferiori aſcendunt per longitudinem muſculorum rectorum, ſparſis etiam obiter aliquot ramulis ad obliquos, tranſuerſos & peritonæum.

Iliaca.
Muſculoſa.
Sacra.
Hypogaſtrica.
Hæmorrhoidales externa.
Quæ virginibus & grauidis ſiuant menſes.
Iſchiaca.

Quinto denique hæ iliacæ gignunt pudendas, ſic dictas, quod mulieribus ad pudenda & viris ad ſcrotum, quo illic tunicam carnoſam venis refertam efforment, & ad penis cutem progrediantur: origo E illis eſt ſub ipſis hypogaſtricis.

Pudenda.

De Renibus. CAP. XXVI.

SEquentur Renes, quos vt facile demonſtres, poſtquam ſitum ipſorum diligenter fueris contemplatus, adipe ſpoliabis, ſi quem obſeptum habeant, itemque membrana, quam habent à peritonæo: Mox eorum conditiones omnes expones, initio à ſubſtantia ducto. Renum ſubſtantia carnea eſt, denſa & ſolida, ne ab vrinæ acrimonia læderentur. Magnitudine ſunt ſatis ampla, vt oculis patet. Figuræ ſunt oblongæ & rotũdæ, quaſi in ſemicirculi formã, ſurſum deorſumq; leniter compreſſi.

Subſtantia.
Magnitudo.
Figura.

Partem

Partem habent cauam & gibbam. Caua venam cauam ſpectat, hacque parte, venas, arteriaſque emulgentes excipiunt, & vreteres proferunt. Gibboſa lumbos reſpicit. Compoſiti ſunt ex tunica à peritonæo profecta, carne propria, quam parit ſanguinis affuſio circum vaſa propria (vt fit etiam in aliis viſceribus) exiguo neruo, qui a coſtali ſextæ coniugationis manans, cuiq; reni ex ſuo latere in tunicam renis ipſius diffunditur, quanquam aliis videtur venã & arteriam ſemper comitari. Itaq; Fallopius diligentiſſimus rei anatomicæ author, obſeruauit neruum hunc ſæpe non in renum modo tunicam expandi, ſed etiam in eorum ſubſtantiam penetrare. Duo ſunt numero; vt ſi forte vni noxa contingeret, alter naturæ neceſſitatibus, ad quas renes ſunt comparati, ſufficere poſſet. Lumbis incumbunt ad magnorum vaſorum latera, ex quibus pendent, per proprias venas & arterias, quemadmodum iiſdem adhærent, ſecunda quadam velut tunica, ne concuti illos contingeret violentis quibuſdam motibus. Itaque dicere poſſumus, duplici renes conſtare tunica, propria vna ipſorum ſubſtantiæ adhærente; altera velut a peritonæo profecta, qua parte ipſi adhærent. Dexter fere ſemper altior eſt, propter rationes, quas citaui de Vaſorum renalium origine. Columbo contrarium viſum eſt, ſed eiuſmodi controuerſiarum penes oculos eſſe debet iudicium. Renum connexio eſt cum principibus membris per venas, neruos, & arterias, per tunicas cum lumbis, & aliis ventris inferioris partibus, præſertim vero cum veſica per vreteres. Calidi ſunt & humidi temperamenti, vt pars omnis carnoſa. Eorum actio eſt ſanguinis maſſam *maiore parte* ſeroſi humoris & biliosi repurgare. *Maiore parte*, dixi quia neceſſe eſt eius aliquam portionem cum ſanguine alimentario ad partes ſolidas proficiſci, vt ipſius craſſitiei ſit vehiculi loco. Notandum præterea, intra vnumquemque renem cauitatem ineſſe, membrana quadam circumſcriptam, diuiſione venarum, arteriarumque emulgentium cinctam, in qua vrina tranſcolatur, agente partim excretrice renum, partim attractrice vreterum, per renum ſubſtantiam parte ima haud aliter immerſorum, quam per iecoris corpus porus cholagogus.

Compoſitio. *Numerus.* *Situs.* *Connexio.* *Temperies & actio.* *Intercutium.*

A

B

Figura nona de vaſis ſpermaticis & vrinariis.





Figura decima, qua eaſdem illas partes monſtrat, ſed inuerſas.



C

D

Figuræ nonæ declaratio.

A. *Monſtrat venam cauam.*
B. *Arteriam Aortam.*
CC. *Venas & arterias emulgentes in renes ſubeuntes.*
D D. *Vreteres.*
EE. *Venas ſpermaticas.*
FF. *Arterias ſpermaticas.*
G. *Quo loco arteria magna magna vena inſidet & ſupereminet, ne ab oſſe ſacro comprimatur.*

H. Con-

Figuræ decimæ declaratio.

E

A. *Magnam monſtrat arteriam.*
B. *Venam cauam.*
DD. *Vaſa renum emulgentia.*
EE. *Vreteres, vt ſubeant veſicam.*
FF. *Venas ſpermaticas.*
GG. *Arterias ſpermaticas.*
HH. *Vaſa varicoſa.*
II. *Teſticulos.*

KK. *Para-*

A HH. *Coniunctionem, commixtionemque venæ & arteriæ ſeminalis, in textum varicoſum degenerantium atque in membranam epididymida deſinentium.*
II. *Teſticulos duos.*
KK. *Vaſa eiaculantia.*
L. *Partem anteriorem veſicæ.*
M. *Orificium exortumque ceruicis ſeu colli veſicæ.*
NN. *Latem anteriorem duarũ magnarum proſtatum.*
OO. *Venas & arterias, quæ à ceruice veſicæ vſque ad extremum penem excurrunt.*
PP. *Duo ligamenta ſpongioſa, quæ penem componunt.*
Q. *Canalem communem vrinæ & ſemini.*
R. *Balanum ſeu balani extremitatem.*

KK. *Paraſtatas varicoſas, quæ vaſa eiaculatoria conſtituunt.*
LL. *Coniunctionem concurſumque vaſorum expellentium per proſtatas tranſeuntium, vt pergant ad collum veſicæ.*
MM. *Duas proſtatas glandulas.*
N. *Sphincterem ceruicis veſicæ.*
OO. *Ligamenta ſpongioſa origine ſua diſtincta quæ eſt ad oſsis pubis partem inferiorem.*
P. *Canalem communem vrinæ & ſeminali materiæ.*

De Vaſis ſpermaticis. CAP. XXVII.

B
DIcendum nunc eſſet de Vreteribus, quia, vt prædiximus, pori ſunt à renibus producti, deferendæ
in veſicam vrinæ gratia. Sed quia diſtingui & demonſtrari nequeunt, niſi corrupto & vitiato ſitu
vaſorum ſpermaticorum, ideo æquius eſſe duxi tranſire ad explicationem ſpermaticarum omnium par-
tium. Ac primum quo facilior, clariorque ſit vaſorum ſpermaticorum demonſtratio ea blande ſepa-
tabis à tunica, quæ venit à peritonæo, & adipe, qui ea ad os vſque pubis obſepit, diligenter eorum con-
templato ſitu, priuſquam ipſa ſepares. Deinde docebis eiuſmodi vaſorum ſubſtantiam, venarum & ar- *Vaſorum ſpermaticorum ſubſtantia.*
teriarum ſubſtantiæ eſſe ſimilem. Quantitas eorum penes altitudinem eſt exigua, at in longitudine ſatis
inſignis, propter diſtantiam exortus ipſorum ad teſtes. Longiora tamen ſunt viris, quam mulieribus, *Magnitudo.*
quod illis teſtes extra ventrem propendent: at mulieribus in ventre ſunt conditi. Figura & compoſitio, *Figura.*
plane ſimilis eſt venarum & arteriarum figuræ ac compoſitioni, hoc vno excepto, quod ex quo magna *Compoſitio.*
peritonæi capacitate egreſſa ſunt, in multiplices gyros reflectuntur, varicum inſtar ad teſtes vſque: vt v-
no illo tractu materia ſpermatica, quæ nondum aliud eſt, quam ſanguis, præparetur ad concoctionem,
ſeu potius in illis vaſis conuerſionem in ſperma obtineat, per irradiationem facultatis teſtium. Sex ſunt *Vbi ſanguis in ſperma elaboretur.*
C numero, quatuor præparantia, & duo eiaculantia, de quibus poſtea agemus. Vtrinque ergo præparan-
tia duo ſunt, vena nempe, & arteria, inde, vnde ante diximus, orta, cum de diſtributione venæ cauæ age-
remus. Inſeruntur ad teſtes per ſuam ipſorum tunicam, quam nonnulli Epididymida nominant, alii *Numerus.*
Darton. Situs eorum obliquus eſt ſuper lumbos & ilia, dum inter extrema oſſis pubis, & ilium deſcen- *Situs.*
dunt, adnectuntur partibus ſubiacentibus, tum certis fibris, quas de ſe tranſmittunt, tum membranis à
peritonæo, quibus veſtiuntur. Temperiem eandem, quam venæ & arteriæ obtinent. Actio eorum eſt
ſanguinem deferre ad teſtes, generationis ſeminis gratia.

De Teſtibus. CAP. XXVIII.

TEſtes ſubſtantiæ ſunt glanduloſæ, albæ, molles, & laxæ, quo materiam ſpermaticam exciperent fa- *Subſtantia.*
cilius: magnitudo & figura exiguum gallinacei ouum leniter compreſſum æmulatur com- *Magnitudo.* *Figura.*
poſitionem obtinent ex venis, neruis, arteriis, tunicis, & carne propria. Venæ & arteriæ illis efflu-
unt ex vaſis ſpermaticis, nerui ex ſexta coniugatione, ſecundum radices coſtarum, & ex oſſe ſacro ad
teſtes perueniunt. Tunicæ quatuor teſtes ambiunt: quarum duæ ſunt communes, & duæ propriæ. Com-
D munes ſunt ſcrotum, ex vera cute procedens, & carnoſa tunica, quæ fit ex paniculo carnoſo, eo loci ma-
gnam vaſorum multitudinem excipiente quorum occaſione ad nos nomen habet. Propriæ ſunt erythrois, *Erythroïs tunica.*
orta ex proceſſu peritonæi, vna cum vaſis ſpermaticis, quæ ea ſe tegit in ſcrotum progrediente:
apparet hæc rubra tum ratione vaſorum, tum ratione teſtium cremaſterum: Deinde epididymis *Epididymis ſeu dartos.*
ſeu dartos, quæ originem ducit ex membrana vaſorum ſpermaticorum præparantium. Teſtium
caro velut materiæ quædam effuſio eſt circa vaſa, vt de aliis viſceribus diximus. Notandum vero, ery-
throidem toti teſti eſſe circumpoſitam, præter quam ipſius capiti, quo loco epididymidi adhæret, quæ
per vniuerſam teſtis ſubſtantiam continua eſt. Dartos hæc ideo teſtibus fuit circumpoſita, quod teſtes
ex ſe laxi eſſent, rari, cauernoſi, molles, ſic vt tuto iungi non poſſent vaſis ſpermaticis, quæ dura ſunt, &
robuſta. Itaque natura, vt extrema per media copularet, epididymida tunicam efformauit. Hæc in mu- *Axioma anatomicum.*
lieribus ob paruitaté vix apparet. Duæ tunicæ communes commemoratæ, adhærent per vaſa non modo *Cremaſteres muſculi.*
inter ſe ſecum, ſed etiam cum erythroide. Notabis inſuper Cremaſteres muſculos eiuſdem eſſe cum ali-
is muſculis ſubſtantiæ, exiguos, & tenues, figuræ obliquæ & latæ, ex peritonæi membrana exilientes,
quæ, vt prædictum eſt, ex ilibus carnem aſſumit. Eadem illis eſt, quæ reliquis muſculis, compoſitio. Ge-
E mini ſunt, vtrinque vnus. Siti ab ilium extremitatibus, ad teſtes vſque. Connexionem habent cum pro-
ceſſu peritonæi, & teſtibus. Temperiem ſimilem reliquis muſculis obtinent. Horum actio eſt ſuſpen-
dere, & retrahere teſtes ad ventrem, vnde ſuſpenſorii dicti ſunt. Teſtes numero duo ſunt ſæpius, vtrin-
que vnus, aliquando tres viſuntur, aliquando vnus tantum, vt & renibus contingit: nam quibuſdã Ren
vnus modo eſt. Intra ſcrotũ ſunt conditi ſub ipſis oſſium pubis radicibus: vaſis ſuis cum principib. parti-
bus connexi, cum ceruice veſicæ, & pene: Tunicis vero ſuis illis adhærent partibus, vnde illas habent.
Temperiei ſunt frigidæ, & humidæ, quia glandaloſi: quanquam per accidens calidi eſſe poſſunt, ob *Teſtium temperies.*
vaſorum confluentium multitudinem. Quibus teſtes ſunt calidiores, prompti illi ſunt ad venerem;
pudenda, viciniaque loca valde piloſa gerunt, teſteſque præterea craſſiores & ſolidiores. Quibus contra
frigent,

fugent, tardi ſunt hi ad venerem, nec multam generant prolem, eamque fœmineam potius, quam maſculam, glabris fere ſunt pudendis, & teſtibus paruis, mollibus, & compactis. A

Teſtium actio. Teſtium actio eſt, ſemen generare partes omnes corporis robora[illegible] ſeuere m[illegible] virtute augere, viri[illegible] [illegible]. Exemplum petere licet ex [illegible], qui [illegible] fortiter, ſæminis ipſis ſæpe molliores, & imbecilliores exiſtunt. Vt Scytharum argumento docet Hippocrates, *lib. de Aere, locis, et aquis.*

De Varicoſis corporibus, ſeu paraſtatis, & de vaſis eiaculatoriis, glanduloſiſque, ſeu proſtatis.

Cap. XXIX.

Paraſtatarum ſubſtantia. PAraſtatæ varicoſa corpora ſunt neruoſa, & alba, neruorum inſtar habentia, rotunda, & arcte [illegible] intertexta, a [illegible] teſtium [illegible] producuntur, vnde [illegible] digreſſa, vaſa eiaculantia producunt. *Hic alia loquitur author à Gal.* Ac [illegible] nomina [illegible], vix confuſionem vitabimus. Quod enim voco paraſtatam, [illegible] caput, quam alterius teſtis inſtar habens: Galeno *[illegible]* dicitur [illegible]. *A [illegible].* [illegible] exemplo, & authoritate, [illegible] propriam [illegible]bus, [illegible] ad eiaculantia [illegible], antequam in illis vaſis, [illegible] perfectiſſime elaboratum, & [illegible] fuerit. Nam in primis circumuolutionibus ſanguis purus apparet, at in vltimis non [illegible], ſed albicat. Ita enim ſolet agere natura, vt moras nectat materiæ in tranſitu, vel anguſtia, vel obliquitate, quam velit noua coctione magis elaborari, & perfici. Id docent retis mirabilis plexus, inteſtinorum circumuolutiones, [illegible] pylori anguſtia, venæ capillares per hepatis corpus ſparſæ. Certe natura [illegible] quid [illegible] [illegible] tabacea eſt [illegible] B

Axioma anatomicum.

Quantitas & figura. Quantitate figuraque [illegible], rotunda [illegible] C[illegible]. Componuntur ex venis, & arteriis, [illegible] teſtium [illegible] [illegible], & [illegible] tunica a peritonæo, & propria. *Compoſitio.* *Temperies.* Temperamento ſunt frigido, & ſicco. Duo ſunt numero, cuique teſti vnum. *Nomina vaſis.* Dicuntur vero varicoſa hæc corpora, paraſtatæ [illegible] adſtant, & [illegible] teſti. *Eiaculantia vaſa.* [illegible] vaſa eiaculatoria [illegible] cum progenitoribus [illegible], ſolidæ nempe, albæ & velut neruoſæ. [illegible] rotunda, & [illegible] [illegible] femini via ſit libera: [illegible] manifeſto meatu peruia [illegible], niſi forte in his, [illegible] gonorrhæa. Temperiem ſunt eiuſdem cum paraſtatis, [illegible] & proſtatas colli veſicæ [illegible], cum vtrinque immediate connexa: quemadmodum & ſua tunica, aliiſque vaſis, cum partibus, vnde [illegible]. Notandum vero, quod eiuſmodi vaſa, [illegible] egreſſa, eximo teſtium ad ſummum vſque aſcendant, [illegible] loco vaſis [illegible] [illegible] ad internam ventris capacitatem. Vnde reflexa, [illegible] per intra [illegible] pubis decurrant, in medium glandulosorum duorum corporum, quæ proſtatæ nominantur, ad collum veſicæ [illegible], vt illic concurrant [illegible] coaleſcant, in vnum meatum efformata. C

[illegible] caruncula & ab hypercaſſo [illegible]. Sic enim ex tribus [illegible], nempe ex duobus vaſorum eiaculantium, & vno veſicæ meatu [illegible] communis [illegible] viris, [illegible] fœminis excernendis. Hanc ductuum vnionem [illegible] caruncula, [illegible] inſtar, quæ eiuſmodi ſitu [illegible] [illegible] caruncula [illegible] aliquam occaſionem [illegible]. Eiaculantia hæc [illegible] [illegible] elaboratum ad proſtatas [illegible], & inde ad veſicæ collum, [illegible].

Eiaculantium vaſorum actio. [illegible] [illegible], [illegible] ex duobus [illegible] corporis [illegible] patens [illegible], [illegible] eſſe, hic tractet. Cum vero [illegible] ſpermaticæ, [illegible] D

Axioma anatomicum. [illegible], calore, [illegible] [illegible], in [illegible] vero longe [illegible] apparent, quod [illegible] omnia, & in [illegible] homine, cum in mortuo ne aciculæ quidem acumen admittant. Quare non eſt [illegible], ne interpercontandum, [illegible] catheter, penetret ille in communem eiaculatorium meatum, qui [illegible] interceunt, niſi forte aliquo caſu, vt gonorrhæa, vel [illegible] aliqua phlegmone, infignite, præter [illegible] dilatatus fuerit. Nam videre mihi aliquando contigit, eiuſmodi meatus adeo patentes, vt ſpecilli capitulum admitterent: quæ res admonet nos, vt inter percontandum, in [illegible] adhibeamus cautionem, ne temere carunculam [illegible] violemus. Nam cathetere paulo aſperius tentata, ſanguinem eructat, ſi præſertim adſit inflammatio. Sed & ſpirituum vna cum ſemine magno impetu confluentium concurſus, valde promouet eiuſmodi eiaculationem ſeminis, quæ fit per anguſta illa viarum imperio imaginatricis facultatis in coitu.

Qua occaſione tam ampla & manifeſta meatuum liquando ſint permea.


Proſtata. Poſt eiaculantia vaſa ſequuntur proſtatæ, corpora glanduloſa eiuſdem ſubſtantiæ, & temperiei, cum reliquis glandulis. Harum quantitas ſatis magna eſt, figura rotunda, & quadamtenus oblonga, ex ſuo quæque latere apophyſim ſatis longam & molem [illegible]. Earum compoſitio eſt ex venis, neruis, arteriis, tunica, quam habent e vicinis partibus, propria denique carne, quam à prima obtinent conformatione. Duæ ſunt numero, ſitæ ad radices [illegible] veſicæ, eidem, vaſis deferentibus, & partibus his annexis, arctius colligatæ. Sed & notandum, quod pars omnis, quæ nutritione, vita & [illegible], ſecundario vel proxime connectitur cum principib. corporis partibus, [illegible], quæ inde exceperit, [illegible]. Proſtatarum vſus eſt, ſemen a teſtibus elaboratum, proprio corpore excipere, idq; eo vſq, continere, quoad quantitate, qualitate, vel vtroq, moleſtiant. Præterea humorem quendā oleoſum, E

Axioma anatomicum.

Proſtatarum vſus.

A oleoſum,& viſcidum,corpore ſuo glanduloſo concipere,vt continuo in fiſtulam vrinariam deſtillans,
ipſam ab vrinæ tueatur acrimonia.Sed & obſeruauimus vtrinque ex proſtatis alias glãdulas,quas Ron- *In Methodo*
deletius appendices glanduloſas nominat,in quibus etiam ſemen aſſeruatur. *curand. morb.*

Figura decima,quæ ſuperiori figura demonſtrata,exactius repetuntur.



B

C

A. Monſtrat ligamentum iecoris à xiphoide deſcendens.
B. Partem hepatis gibboſam.
C. Partem hepatis ſimam.
D. Renum inuerſorum adipoſam membranam.
E. Vaſis ſpermatici ſiniſtri in vnum adductam & coeuntem bifurcationem, quæ fit ex vena caua & emulgente, quæ raro videtur.
F. Connexionem venæ & arteriæ ſpermaticæ, vnde in formam capreolorum vitis incipit intorqueri.
G. Vaſorum præparantium ad teſtes ingreſſum, quo vaſa præparantia materiam ſpermaticam teſtibus commũnicant.
H. Teſtem inuolutum tunica ſua Dartos dicta.
II. Paraſtatas varicoſas, vnde initium ducunt eiaculantia vaſa ſpermatica.
K. Corpus veſicæ.
L. Corpora glanduloſa,quæ proſtatas dicunt, inter quæ vaſa ſpermatica vniuntur, quo in meatum confluant, & ductum veſicæ, vrinæ & ſpermaticæ huic materiæ communem.
M Muſculum ſphincterem colli veſicæ.
N. Venas & arterias,quæ in penem diſtribuuntur.
O. Duo ligamenta ſpongioſa,quæ penem conſtituunt.

De Vreteribus. CAP. XXX.

OPportunum nunc eſſe videtur, de vreteribus, veſica & partibus ad veſicam attinentibus, dicere. *Vreterum*
Ergo vreteres ſubſtantiæ ſunt ſpermaticæ,albæ,denſæ,& ſolidæ. Inſignis magnitudinis in altitudi- *ſubſtantia,*
ne & longitudine.Figura rotunda & fiſtuloſa. Compoſiti ex duabus tunicis: Vna propria,fibris rectis *magnitudo*
& tranſuerſis contexta,quæ venit ab arteriis,& venis emulgentibus:altera communi à peritonæo,quin *figura &*
& venas, neruos, & arterias, à partibus vicinis obtinent. Duo ſunt, vtrinque vnus. Siti inter renes (ex *compoſitio.*
quorum ſinuata parte exeunt, & veſicam. Ratio autem, qua ſe vreteres in veſicam, & porus cholago- *Numerus*
gus in inteſtinum inſerunt,omnem ſuperat naturæ admirationem : nam vreteres ad veſicæ orificium *& ſitus.*
non quidem directo,ſed oblique implantantur,inque interna ſpatia penetrant. Subtus enim velut
membranam,vel ligulam membranoſam corporis veſicæ findunt:in eamque,quaſi duplex eſſet, ſe in-
ſinuant.Hæc vero ad ſubeuntis excrementi,nempe vrinæ, ingreſſum, diducitur: hiatque reliquo tem- *Mira Vre-*
pore clauſa ſubſidente velut operculo,ſic,vt qui in veſicæ capacitatem incidit humor,non ſolum retro *terum in Ve-*
D compelli regerique nequeat,ſed ne aer quidem impulſus,inſpirando remeare,& regredi: quod in veſi- *ſicam inſer-*
cis ſuillis,vento,aereque diſtentis,experimur.In his enim aerem ventumq;,quo tument, perſtare con- *tio.*
cluſum cernimus,nec niſi compreſſionis ſumma vi,extrudi inde poſſe: vt enim accurrentium per vre-
teres in veſicam,humorum impetu ligula hæc intro ſubuerſa patet, ſic ab intro contentis corporibus
compreſſa,toto ſe corpore ſuo ad egreſſum obſtaculi vice intrudit. Pori cholagogi cum inteſtinis ſimi-
lis eſt inſertio. Vreterum connexio eſt cum ſupradictis partibus, cum lumborum muſculis, ſupra *Connexio.*
quos à renibus in veſicam excurrunt. Quare nihil impedit, quin calculus per vreteres prolabens in *Etiam Vre-*
veſicam, ſtuporem femori æque inferat, atque antea cum adhuc renibus contineretur. Frigido ſunt *tere & Ve-*
& ſicco temperamento. Vſus eorum eſt, vt deferendæ in veſicam vrinæ, tanquam ductus & ca- *ſica conclu-*
nales ſint. *ſũ calculũ ſtuporem femori inferre.*

De Veſica. CAP. XXXI.

VEſica, eiuſdem eſt cum vreteribus ſubſtantiæ, neruoſæ nempe; quo dilatari facilius poſſet. *Veſicæ ſub-*
E Magnitudo veſicæ ſatis eſt inſignis, aliis tamen maior, aliis minor, pro ætatis & corporei habitus *ſtantia.*
varietate. Figura rotunda eſt, & quaſi pyramidalis.Ex duobus eſt tunicis compoſita;propria vna,quæ *Magnitudo*
denſiſſima eſt, & tribus fibrarum generibus contexta, rectis nempe parte interiore, tranſuerſis *Figura.*
externa,& obliquis media:Communi altera à peritonæo.Venas habet & arterias vtrinque vnam ex va- *Compoſitio.*
ſis hypogaſtricis ſupra os ſacrum,neruos etiam vtrinq; habet è ſexta coniugatione cum neruis oſſis ſacri
mixtos.Nã à cerebro ad oſſis ſacri extrema vſq; hi nerui deſcendunt. Vnica eſt:Sita viris in ventre infe- *Numerus.*
riore ſupra inteſtinum rectum, & infra os pubis.mulieribus autem inter vterum & idem os: cui ad- *Situs.*
hæret ligamentis membranoſis, vt & peni per ſuam ceruicem & inteſtino recto per tunicam ſuam *Temperies.*
communem & vaſa propria. Temperamento eſt frigido & ſicco. Vſus eius ſeu actio eſt per fibras *Actio.*

continenter vrinam attrahere, ac quandiu æquum eſt continere, deinde per ceruicem ſuam expellere, A
partim compreſſione, ſiue ſimplicius, ſiue potius muſculorum epigaſtrii & diaphragmatis, quod hic motus cum ſit voluntarius, niſi à muſculo, quo caret veſica, edi nequit: partim etiam dilatatione & rela-

Sphincter veſicæ.

xatione muſculi ſphincteris fibris tranſuerſis, vt ſphincter ani contexti, vt eiuſmodi veſicæ orificium clauderet, nec vrina præter voluntatem efflueret. Veſica vero dum repletur, dilatatur: dum vero vacuatur, contrahitur, crumenæ inſtar. Muſculum hunc in veſica ſitum facile eſt animaduertere, exporrectum ex veſicæ orificio, & initio meatus vrinarii vſque ad pudenda, etiam in fœminis: at viris deſinit

Situs ſphincteris.

in perinæum, ſimul atque inteſtinum rectum deſcendit. Ita porro exporrectus fuit hic muſculus, vt ſua compreſſione vrina prorſum e veſica excluderetur, quæ diuturniore illic mora noxam acrimonia ſua potuiſſet inferre. Hæc communis eſt de ſphinctere veſicæ anatomicorum opinio, quæ tamen Falopio non probatur. Nam vt ait, ſi muſculus hic eſſet ſitus infra corpora glandulosa, nunquam ſemen in coitu poſſet excerni ſine aliqua vrinæ portione. Quare cenſet ſitum eſſe hunc muſculum ſupra proſtatas, nihilque eſſe aliud, quam colli veſicæ initium, quod eius ſit carnoſius, dum fibris tranſuerſis contexi-


Veſicæ ceruix.

tur. Quod ad id veſicæ collum attinet, nihil ſubſtantia, compoſitione, numero & temperie a veſica, ſed ſolum quantitate differt, quæ collo neque tam ampla eſt, neque figura adeo rotunda, ſed oblongior, B
cum virga viri repræſentet literæ S effigiem. Poſitum eſt viris ad extremitatem recti inteſtini & perinæi, ſurſum ad penis vſque radices aſſurgens, & cum eadem ſeſe deorſum reflectens. mulieribus breue eſt, latum & rectum, definens ad orificium ceruicis vteri, inter nympharum neruoſa corpora. Viris

Connexio ceruicis vteri & viri.

connexio eius eſt cum veſica, vaſis eiaculatoriis, inteſtino recto, & pene: fœminis vero cum ceruice vteri & pudendis tantummodo. Vſus eius eſt in viris vrinam ſemenque effundere: fœminis ſolam vrinam. Notandum vero eſt, diuidenda, diſtrahendaque eſſe oſſa pubis, per eam, qua vniuntur, commiſſuram, quo ex rectius eas partes, quo ſint ſitu, contemplari poſſis. Intelligendum præterea, per perinæum non aliud quicquam intelligi viris, fœminiſque, quam ſpatium id, quod eſt ab ano ad pudenda vſque, cuius ſutura taurus nominatur, vt & virgæ ſutura, raphi.

Figura vndecima de Veſica & Pene,



A. B. Monſtrant duo ligamenta ſpongioſa, quæ corpus penis componunt.
CC. Eorundem initium.
D. Glandem.
E. Muſculum ſphincterem. C
F. Veſicæ corpus.
G. Glandulas proſtatas.
H. Vreteres.
II. Vaſa ſpermatica eiaculantia.

De Pene. Cap. XXXII.

Subſtantia penis, quantitas & figura.

Compoſitio.

SEquitur pudendarum partium virilium, muliebriumque explicatio, ac primo de virilibus dicemus. Penis ſubſtantiæ eſt ligamentoſæ, quia ab oſſibus illa primum prodit. Quantitatis eſt in omnem dimenſionem ſatis magnæ, aliis tamen maior, aliis minor. Figura eius rotunda eſt, ſurſum tamen, deorſumque leuiter compreſſa. Compoſitio ex duplici tunica, neruis, venis, arteriis, duobus ligamentis, meatu vrinario, & quatuor muſculis. Tunicas habet tum a vera cute, tum à panniculo carnoſo: venas vero & arterias à vaſis hypogaſtricis, quæ ſupra os ſacrum ad penem parte inferiore progrediuntur, vt D
pudenda vaſa parte ſuperiore. Ligamenta penis prodeunt a lateribus, & inferiori commiſſura oſſium

Penis ligamenta.

Muſculi penis.

pubis vtrinque. Quare penis protinus à ſua radice duplici eſt inſtructus ligamento, ſed mox duo illa in vnum coeunt ſpongioſum. Vrinæ ductus in inferiore penis parte ſitus inter duo ligamenta venit à ceruice veſicæ. Quod ad muſculos ſpectat, duo laterales magnam penis partem componentes, ab interno iſchii tubere prodeunt, moxque ab ortu dilatantur, ſed gracileſcunt. Duo alii inferiores à muſculis ani oriuntur, ductumque vrinarium comitantur per perinæi longitudinem, quouſq; penem ſubeant:

Muſculorum eiuſmodi actio.

adeo vero hi duo muſculi arcte cohærent, vt vnum videantur, forma triangulari. Quatuor hi muſculi dum agunt coitus tempore, diducunt dilatantque hunc meatum vrinæ & ſeminis communem, vt impetu vno ſemen in agrum naturæ excernatur: quin & eodem illo tempore rigidum ſic penem continẽt, vt in neutram partem inclinet. Vnicus eſt penis, & ſitus ſupra inferiores oſſis pubis partes, vt in erectione eſſet rigidior. Connexio eius eſt cum illo pubis oſſe, & vicinis partibus per partes ipſum componentes. Temperamento eſt frigido & ſicco. Actio, ſemen in vuluam inferre, conſeruandæ ſpeciei humanæ gratia. Penis caput inde incipit, vbi tendines eius deſinunt. Caput illud à figura, quam habet, Glans di-

Balanus.
Præputium
Penis ligamenta.

ctum eſt & Balanus. Cutis, quæ id caput integit, præputium dicitur. Huius glandis ceu mediæ eſt natura inter carnem glandulosam & veram cutem. Notandum vero, penis ligamenta eſſe ſpongioſa con- E
tra aliorum conditionem, craſſo ſanguine & atro referta. Hæc vero omnia cupidæ voluptatis illecebris agitata & veneris incendio accenſa, penem tumefaciunt & erigunt.

De mulierum ſpermaticis vaſis ac teſtibus. Cap. XXXIII.

Quid virilia differant a muliebribus ſpermatica vaſa.

EXequenda nunc eſſent pudenda muliebria, ſed quia illa ex ceruice & vteri proprio corpore dependent, ante de vtero dicemus. Si tamen prius quid interſit vaſis ſpermaticis, teſtibuſque muliebribus & virilibus, dixerimus. Sciendum ergo eſt, ſpermatica mulierũ vaſa à virilib. nihil differre ſubſtãtia,

figura,

A figura,compoſitione,numero, connexione,temperie, origine & vſu , ſed ſolum in ignitudine & diſtri-
butione.nam mulieribus ampliora ſunt & breuiora. Ampliora quidem oportebat illa eſſe,quod non
modo coniectura eſſent materiam generationi fœtus & teſtium nutritioni , ſed etiam vteri & fœtus a-
limoniæ ſufficientem. Breuiora vero,quia in mulierum ventre ad teſtes deſinunt & vterum. In quo no-
tandum,vaſa ſpermatica præparantia,paulo antequam teſtes accedant, in duos ramos inæquales diui-
di, quorum minor eo , quo de virilibus diximus , modo inflexus, pergit in caput teſtium,per quam ſui
tenuiſſimum ramulum tranſmittens in tunicas teſtium, vitæ & alimoniæ gratia : nec in tunicas modo,
ſed & in eiaculantia vaſa. Maior vero ramus vtrinque deſcendit per ſuperiorem corporis vteri partem,
inter tunicam propriam & communẽ a peritonæo , vbi in plures ramulos diuiditur. Ex hoc diſcrimine
vaſorum ſpermaticorum facile intelliges,cur minus ſeminis excernant mulieres, quam viri. Quod ad
teſtes attinet,nihil a virilibus differunt,niſi ſecundum magis & minus. Nam & minores ſunt & figuræ
magis ſimæ & compreſſæ, ob caloris defectum,qui ipſos ad iuſtam magnitudinem adducere & excita-
re non potuit. Compoſitio eſt ſimplicior:carent enim ſcroto , tunica carnoſa , & ſecundum nonnullo-
rum etiam opinionem erythroide,ſed in eius loco aliam habent a peritonæo, quæ propriam,id eſt,epi-
B didymida , ſeu darton integit. Syluius ſcribit , muliebres teſtes carere erythroide : certum eſt tamen,
quod præter propriam Darton aliam habent a peritonæo,quæ eſt erythrois ,ſeu, vt loquitur Fallopius,
elythrois,quaſi vaginalem dicas. Exiſtimo vero hunc errorem manaſſe ex Galeni textu , perperam in-
tellecto,quo ſcribit,teſtes muliebres carere epididymide. Non enim de tunica eſt intelligendum , ſed
de paraſtata varicoſa(vt ante expoſui:) Numero nihil differunt, ſed ſitu ; Nam viris extra ventrem pen-
dent ad os pubis ſupra perinæum; mulieribus in ventre ſunt conditi , ad vteri latera prope fundum, ſic
tamen, vt vteri corpus non attingant. Adnectuntur vero vtero hi teſtes, tum tunica a peritonæo, tum
vaſis eiaculantibus ad vteri cornua deſcendentibus : reliquo vero corpori per vaſa & neruos ortos ab
oſſe ſacro & coſtali. Temperamento ſunt , quam viriles , frigidiore. Eiaculantia mulierum vaſa a virili-
bus differunt , quod ab initio ampla ſunt , & conſiſtentiæ ſeu ſubſtantiæ venoſæ , ſic vt vix diſcernere
queas a tunica peritonæo,mox neruoſa euadunt , vnaque gracileſcunt , adeo vt ſpectantibus fracta ru-
ptaque,quanquam falſo,appareant. At vbi propius ad vteri cornua accedunt, iterum dilatantur:in re-
liquis conditionibus cum virilibus conueniunt,niſi quod omnino graciliora ſunt & breuiora. Figura
eſt illis rotunda, ſed magis, quam viris , anfractuoſa: credo vt anfractus eiuſmodi paraſtatarum varico-
ſarum loco eſſet. Sita ſunt inter teſtes & vterum, nam ex teſtium capite prodeunt : mox tunica a perito-
C næo munita in vterum implantantur per cornua.

Cur muliebria vaſa ſpermatica virilibus ampliora ſint, ſed breuiora.

Teſtes muliebres a virilibus quo diſtent.

Compoſitio teſtium muliebrium.

Lib 14. de vſu part.

Situs.

Connexio.

Eiaculantia muliebria vaſa.

Cur eiaculātia muliebria ſint anfractuoſa.

Situs.

Duodecima figura de Vtero.



AA. *Docent vaſa ſpermatica præparantia,id eſt,venas, arteriaſque dupli-
ces id muneris ſortitas.*

BB. *Ramos,qui pergunt ad teſtium membranam deſcendentes a peritonæo.*

CC. *Connexionem venæ & arteriæ ſpermaticæ ad teſtes deſcendentium.*

DD. *Portionem ſupradictorum vaſorum , ad vteri fundum deſcenden-
tium.*

EE. *Monſtrant textum varicoſum vaſorum.*

FF. *Corpora teſtium*

GG. *Vaſa ſpermatica eiaculantia.*

HH. *Initium ſupradictorum vaſorum,paraſtatas varicoſas circa teſtes ef-
ficientium,vſque ad notas GG.*

II. *Fundum vteri , quo ſupradicta vaſa terminantur.*

D

K. *Proprium vteri orificium.*

L. *Vteri ceruicem.*

M. *Meatum veſicæ.*

N. *Vaſa, quæ ad vteri ceruicem terminantur.*

O. *Orificium ceruicis vteri.*

De Vtero muliebri. CAP. XXXIV.

VTerus *pars eſt humani corporis, quæ in ſolam mulierem cadit , ſcroti nempe loco ipſi à natura conceſſa , vt ceruix
vteri,parteſque annexa loco penis:* ſic vt ſi quis exacte partes muliebres virileſq; contempletur,non nu-
mero differre eas , ſed ſitu tantum & vſu comperies. Quod enim viro extrorſum patet, id mulieri in-
trorſum eſt reconditum , cum naturæ ſingulari prouidentia , tum ob caloris muliebris infirmitatem,
qui foras eiuſmodi partes, vt in viro, propellere & exerere non potuit. Vterus ſubſtantiæ eſt neruoſæ &
E membranoſæ, vt pro incidente neceſſitate dilatari & contrahi facilius poſſet. Magnitudo eius varia eſt
pro varia ætatis,venereæ exercitationis,menſtrualis materiæ profuſionis, & temporis conceptus ratio-
ne. Impubi adhuc mulieri,& venerem haud expertæ,nec menſtruali , nec grauidæ omnino eſt exiguus
vterus; quare eius quantitas certo definiri nequit. Figura vteri veſicæ figuræ plane ſimilis eſt,ſi illã abſq;
ſuis apophyſibus , quas Herophilus cornua nominabat , propter eam, quæ illis cum cornibus bubulis,
nunc primum ſe exerentibus intercedit , ſimilitudinem, conſideraueris. Conſtat partibus ſimplicibus
& compoſitis. Simplices ſunt venæ, arteriæ,nerui & tunicæ. Venæ & arteriæ quatuor numero exiſtunt,
duæ quidem ex vaſis ſpermaticis præparantibus, duæ reliquæ ex hypogaſtricis eo aſcendunt, quo nunc

Pudenda muliebria quid a virilibus differant.

Vteri ſubſtantia & Magnitudo.

Figura.

Cornua vteri.

Compoſitio.

 dice-

Vaſa. dicemus, modo. Primum enim eiuſmodi vaſa, priuſquam vtrinque ad vterum aſcendant, in duos ſe [illegible] A

Nerui. [illegible]

xtrique [illegible]

Tunica ſeu membrana potius propria. [illegible] prima [illegible]

Nulla in vtero cella. Plures non quam duorum monſtro ſimilem geſtarum. Situs. [illegible] Nam naturæ lege [illegible] B

Dolor vteri ad quas proprie partes pertineat. [illegible] At com- [illegible]

Vteri propria actio. Cotyledones vteri quod. [illegible] oriſicia & oſcula venarum illa ſe [illegible]

Iulio Columbo reprehenſio. [illegible] C

Vteri oriſicium. [illegible] quæ nondum pepererunt [illegible] præter cauitatem [illegible]

Grauidis nõ ſemper exacte claudi proprium vteri oriſiciũ. Ceruix vteri. [illegible] hanc anguſtiam proprium vteri oriſicium nominamus [illegible] quouſque fœtum inuoluentes membranæ abſolutæ ſint [illegible] ſemen, ne exiliat, vel à ſubeunte aere cor- [illegible] D

Vaſa ceruicis vteri. [illegible]

[illegible] voluptatẽ [illegible] veſicæ ceruicem, & rectũ inteſtinum, quib⁹ ar- [illegible] per proprium vteri oriſicium [illegible]

Hymen nullum eſſe. [illegible] Columbus tamen, Fallopius, Veſalius [illegible] E


Vnde ſanguis qui quibuſdam virginibus primo erũpit coitu. [illegible] cerniq; eiuſmodi mem- [illegible] impulſos ex eo veriſi- [illegible] pit, citra ruptionem: neque enim virgo nubilis, quæ partes ſuas genitales, viri genitalib. proportiona- tas, mole & amplitudine habuerit; eiuſmodi [illegible]

A *lib. de Generat.* Deſinit ceruix hæc ad pudendum muliebre, vbi eius proprium eſt orificium, id pudendum nobis nunc explicandum eſt, quod ceruicis ſit apophyſis & appendix.

Pudendum muliebre ſubſtantiæ eſt mediæ, inter carnem & neruum. Magnitudo ipſi eſt ſatis in- *Pudendum muliebre ceruicis eſſe Vteri apophyſim.*
ſignis, figura rotunda, caua, oblonga. Compoſitio ex venis, arterus, neruis, ad vteri ceruicem deſcendentibus, & duplici tunica, à vera cute, & panniculo carnoſo prodeunte: ambæ eiuſmodi tunicæ arcte illic vniuntur, per interiectam carnem, ex quo dicitur hæc pars ex tunica muſculoſa coaluiſſe. Numero vnicum eſt. Situm ſupra perinæum. Connexionem habet cum Ano, ceruice vteri & veſicæ, per propria vtriuſq; orificia. Temperiei eſt mediæ, inter calidum, frigidum, humidum & ſiccum. Vſum eundem ha- *Vſus pudendi muliebris.*
bet cum virili præputio, nempe, vt cum Nymphis arceat ingreſſu aerem, vnde vtero impendet algoris periculum. Pudendorum labia Pterygomata Græcis, nobis Alæ dicuntur, totamq; illam regioné con- *Pterygomata.*
tinent, quæ pilis veſtita eſt. Et quia in Nympharum mentionem incidimus, ſciendum, Nymphas apo- *Nymphæ.*
phyſes eſſe, & veluti cutis muſculoſæ productiones, quæ vtrinq; ex parte ſuperiore oſſis pubis, deorſum vſq; ad ceruicis veſicæ orificium deſcendunt, ſæpe in tam turpem molem exereſcentes, vt virilis membri inſtar arrigant. Quare quibuſdam ſunt à primis annis amputandæ, magna tamen cautione adhibita, ne ſi audacius exſecentur, tanta ſequatur hæmorrhagia, vt mortis mulieri vel vtero ſterilitatis conſecu-
B tionem adferat, ob vteri fuſo ſanguine nimio refrigerationem. Recentiores anatomici, vt Columbus & Fallopius, præter has partes alterius meminerunt particulæ, quæ in ſummo eminet pudendarum partium, ipſiuſq; etiam vrinarii ductus, quæ eaſdé alas, de quibus paulo ante diximus, coniungit. Columbus Tentiginem vocat, Fallopius Cletorida, vnde verbum infame Cletorizein. Sed quia obſcœna pars *Tentigo.*
eſt, qui plura de ea ſcire volet, legat illos, quos citaui ſcriptores.

Decima figura, partes muliebres à virilibus differentes monſtrans.

C



D

A A. *Monſtrat venas ſpermaticas.*
BB. *Arterias ſpermaticas.*
CC. *Harum connexionem cum venis ſpermaticis, inſuper aliam diuiſionem venarum & arteriarum ſpermaticarum, teſtes & vteri fundum adeuntium.*
D D. *Portiones vaſorum ſpermaticorum, vteri corpus adeuntium.*
E E. *Alteram eorundem vaſorum portionem teſtes adeuntium.*
F F. *Teſtes muliebres.*
G G. *Vaſa eiaculatoria, quæ è teſtibus exeuntia in vterum ſe per cornua præcipitant.*
H. *Corpus vteri.*
I. *Situm proprii vteri orificii.*
K. *Ceruicem vteri.*
L. *Inteſtinum rectum, reſectum & ablaqueatum.*
M. *Venas & arterias hypogaſtricas, ad vteri corpus, ceruicemque adeuntes.*
N. *Orificium ceruicis vteri.*
O. *Corpus veſicæ inuerſum.*
P P. *Vreterum, quorum vnus reſectus eſt in veſicam ingreſſum.*
Q. *Venam & arteriam, ad veſicam pergentes, ab his productas, quæ adeunt vteri ceruicem.*
R. *Ceruicem veſicæ, eiuſque muſculum, cuius apertiorem demonſtrationem habuiſti præcedentibus figuris.*

De Tunicis fœtum in vtero continentibus, deque Vmbilico. CAP. XXXV.

MEmbranæ fœtum in grauidæ matris in vtero continentes, ſubſtantiæ ſpermaticæ ſunt & neruoſæ, *Subſtantia.*
ex ſemine materno arteriam ſortitæ. Neruoſæ autem factæ ſunt, quo facilius extendi poſſent, pro *Magnitudo.*
fœtus contenti neceſſitate. Earum magnitudo in latitudine, & altitudine inſignis eſt, inſtante præter- *Figura. & Compoſitio.*
tim partus tempore. Figuræ ſunt rotundæ, vteri inſtar. Compoſitionem habent ex venis, arteriis, & propria ſubſtantia. Venæ, arteriæq; ad illas diſtribuuntur ſeu obſcure, ſeu manifeſte pauciores, plureſve) *Cotyledones*
ex vtero per Cotyledonas, qui eandem in vtero rationem, fœtu adhuc concluſo habent, quam papillæ fœtu excluſo in nutricibus. Sic enim vterus Cotyledonas, ſeu venas in eos degenerantes, per medias membranas, concluſo fœtui tanquam quaſdam papillas profert. Tres ſunt numero ſecundum Gale- *Numerus membranarum fœtus.*
E num: vna Chorion, ſeu Secundina dicta: altera Allantoides: tertia Amnios. Hunc tunicarum numerum in brutis comperio, in muliere non comperio; niſi quis forte in hoc tunicarum numero haberi velit tumentes, & in carneam quandā molem conflatos Cotyledones, quod multi ſcribunt rei Anatomicæ periti: quam tamen opinionem tanquā veram recipere non poſſumus. Nuſquam enim allantoidem reperire in mulieribus, ſemeſtri, ſeptimeſtri, octimeſtri, & abſoluto nouem menſium fœtu grauidis, mihi vnquam contigit: etſi eam ſtudio omni perquiſiuerim, remotis obſtetricibus, quæ aliquam tunicarū violare poſſent. Hac vero arte hoc exegimus negotium, matris cadauer ad vteri regionem decuſſatim diuiſimus, ac ſublatis impedimétis omnibus, quæ diligentiam noſtrā remorari, & obſcurare poſſent, quanta fieri potuit dexteritate, non illud modo infantis cubile ab interna vteri facie, cui per Cotyledonas adhæret,

adhæret, abſtraximus, ſed & primam membranam, quam Chorion diximus, a ſubiacēte Amnios dicta,
citra rupturam vllam abduximus: ſic n. nullum humorem effudimus, vnde exprobrari poſſet, atritam A
fuiſſe tunicam aliquā, humori illi continendo attextam. Dehinc ſæpius multis teſtibus & arbitris adhi-
bitis, diligenter inſpeximus, ſi quo loco appareret diſtinctio vlla duarum membranarum allantoidis, &
eius, quæ Amnios dicitur, ad ſeptis diſcludendos humores contentos, & ad alios, qui memorantur, vſus.
Sed cum nihil horū intueremur, Amnion humore differtā, parte ſumma acceptam, diſſectamq; duo-
rum miniſtrorū manibus, quo loco ſecueramus, ſuſpenſam ſic tenuimus, vt nullus hinc humor in cho-
ru aut vteri circumferentiam poſſet effluere, mox ſpongiis humorem, quo differta erat, vniuerſum ſen-
ſim exhauſimus, concluſo adhuc fœtu ad exitum parato, vt ſic exhauſta humore tunica Amnio, videre-
mus num alius ſubeſſet humor alia præterea tunica concluſus. Sed his omnibus ſingulari diligentia, & ſide
peractis, nullum alium humorē, nullam præterea membranarum ſeparationē intueri potuimus. Sic, vt
inde in ea ſententia animum meum obſtinauerim, duabus tantum tunicis, Chorio & Amnio, fœtum
humanum in vtero inuolui. Sed hac ego experientia non contentus, quo mihi magis de illa allantoide
conſtaret, duas dictas tunicas tranſuectus, ad fœtum perueni, atq; ad eius veſicā, quam vmbilico admoui, ad-
motamq; quam magna exſpiratione potui inflaui, vt experirer, ſi illa inflatione aerem in eam tunicam,
de qua quæſtio eſt, impellere poſſem, vt nonnulli ſcripſere. Sed ne ſic quidē vllum hinc aerem, per vm- B
bilicum in controuerſiam tunicā abigere potui, quin potius veſica illum per pudenda euolare compelli.
Quare nullam ſubeſſe pro certo habeo allantoidem. Adde quod nunquam comperiri, vel videri a me
potuit in vmbilico meatus ille Vrachos dictus, quē principiū, originemq; allantoidis tunicæ adſtruunt.
Sed etſi nullam eſſe allantoidem tunicā, pro confeſſo habeatur, quid inde ſequetur incommodi? præ-
ſertim cum ſudor, vrinaq; fœtus, facile & ſine vllo incommodo, eadē tunica excipi, colligi & contineri
queant, propter exiguum quod inter vtrumq; eſt diſcrimen. Quod ſi quis obiiciat, vrinā acrimonia ſua,
& contactu noxiam fœtui futurā. Reſpondeo, non poſſe magnā in tantuli fœtus vrina ſubeſſe acrimo-
niā, eamq; , ſi quæ ſubit, temperari, ſudoris vna permixti vapore halituoſo. Si præterea vſum eiuſmodi
humoris reſpexerimus, (qui eſt ſuſtinere fœtum, ne ſuo pondere vincula abrumpat, quibus vtero alli-
gatur) nullum ad eam rem humore ſeroſo magis idoneum comperimus, vt qui craſſitie ſua, ſuſtinedis
ponderibus longe ſit accommodatior, quam tenuis & nimiū liquidus ſudor, ita enim maria longe gra-
uiora pondera citra ſubmerſionis periculum vehunt, quam flumina. Itaq; concludo, nihil eſſe neceſſe,
vrinam tunica vna, & ſudorem altera excipi & contineri. Qui ſecus ſenſerunt veteres, ex obſeruatione
in brutis facta ſcripſerunt. Quare duas conſtituemus tantum tunicas, Chorion & Amnion, quarū vna C
cum alterā contineat, ambæ ſic fœtum continent, vt ipſum vndiq; inuoluant. Huic ſententiæ ſuccinit
quodammodo Fallopius: duas enim tantum tunicas ponit, Chorion & Amnion, ad fœtum vrinam ex-
cernere autumat, in chorii partem quandam, vt lectis eius Obſeruationibus intelliges. Ambæ hæ tuni-
cæ connexæ ſunt inter ſe, vltro citroq; commeantibus tenuiſſimis neruorum fibris, & exiguis vaſculis, à
Chorio extrinſecus obito in Amnion interiorem tunicā penetrantibus. Quare niſi has tunicas caute
tractaueris, facile Amnion inter ſeparandum laceraueris. Eiuſdem cum reliquis membranis ſunt tem-
peramenti. Vſus diuerſus eſt, nam Chorion factum eſt tum ad conſeruationem vaſorum, quæ ex vtero
excipit ad generationem venarum, & arteriarum vmbilicalium, tum ad partium, quas continet, quan-
dam integritatem. At Amnios ad excipiendos continendosq; excrementitios & ſeroſos humores, quos
fœtus vtero concluſus ſolet excernere. Eſt vero hæc tunica araneoſæ tenuitatis, mollis præterea, valida
tamen & æqualis, ne ſuo contactu fœtum lædere poſſet, ex quo Agnina eſt nuncupata.

De Vmbilico. CAP. XXXVI.

VMbilicus has tunicas ſequitur. Eſt autem *corpus album, funis instar tranſuerſis anfractibus inſtar balenis, niſi quod nodos non habet adeo extrorſum prominentes, ſed certis tantū locis tumentes, ad ſimilitudinem nodi, ex al-* D
tera tantum parte elati nullo præterea intertextu reuinctis. Oritur, incipitq; à mole carnea, quam tumentium
cotyledonum nomine expreſſimus, pergitq; in medium fœtus, interiorem ventrem, imo in totius cor-
poris medium, cuius proinde dicitur eſſe radix. Nam quemadmodum arbor per radicē ſuccum è terra
ſugit, ſic fœtus in vtero, per vmbilicum alimentum capeſcit. Magnitudo eius æquat in craſſitie & latitu-
dine minimi digiti magnitudinē. At longus eſt ſeſquipedem, ſic vt eo cincti medium corpus, ceruices,
brachia, crura infantes prodeant. Figura illi rotunda eſt. Compoſitus eſt ex duabus arteriis, vna vena &
duabus tunicis. Conflantur in eo vaſa hæc, ex ingenti illa venarum & arteriarum, quaſi capillarū mul-
titudine, quæ per chorion ſparſæ viſuntur. Ergo vena vmbilico merſa, in ſimam iecoris partem inde pe-
netrat, vbi in duas diuiſa, Galeni ſententia, venam portam & cauam conſtituit. At arteriæ per illam vm-
bilici longitudinē ſeorſum diiectæ in iliacas ſe coniiciunt, quas conſtituunt, vt & omnes alias, vt hinc
in vniuerſum fœtum, per eas ſpiritus vitalis deferatur. Duæ tunicæ illi ſunt a chorio. Cum autem ſine
vllo medio ſibi mutuo attextæ & coniunctæ ſint, ac per totum vmbilicum ſatis denſæ & ſpiſſæ exiſtāt,
videntur conſtituere cutem fœtus exteriorem & carnoſum panniculum. Scio permultos duas in vmbi-
lico venas numerare, vt & arterias & vrachum, per quē vrina fluat in allantoidem. Sed quia id in mulie- E
ribus non eſt repertū, ſed tantū in brutis, lubens prætermitto: quia non eſt mihi animus, vllarū partium
meminiſſe, præterquā humanarum. Si quis tamen eſt, qui hæc, quæ brutis propria exiſtimo, etiam mu-
lieres cadere me doceat, lubens ego, & glorioſe profitebor, per quem in hac parte profecerim. Reliqua,
quæ de vmbilico quæri poſſunt, vt de numero, ſitu, connexione & temperie, ac vſu, facile ex antedictis
innoteſcent. Nam & vſum aperte notauimus, cum diximus, ea gratia comparatum eſſe vmbilicum, vt
per illum fœtus nutriatur, tanquam arbor per radicem, per continuatione vaſorum eius cum vaſis ſper-
maticis præparantibus, in quē rem a Deo cōparatis, cui ſoli honor ſit & gloria in ſæculorū ſæcula. AMEN.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Duplex experientia docet nullā eſſe, quæ fœtum in vtero humano contineatur, allantoidē.

Docetur ratione triplici nullam eſſe allantoidem.

Vſus duarū fœtum membranarum.

Quod Vmbilicus.

Vmbilicum corporis centrum.

Componentes Vmbilicū partes.

Li. de form. fœt. in vtero

Vnica tantum in fœtum Vmbilico Vena, nullum autem Vrachum.

A

DE PARTIBVS VITALIBVS THORACE CONTENTIS.

LIBER TERTIVS.

B

PRÆFATIO.

EXACTO libro primo Anatomico, in explicatione partium naturalium in-
ſeriore ventre contentarum, ordinis nunc ratio poſtulat, vt de Thorace dicamus:
vt ſic partes iam quodammodo demonſtrata (venas dico & arterias) eiuſdem
ordinis & doctrina curſu, ſine materia interceptione expediantur. Ac prate-
rea vt reliquas, qua reſtabunt, caput nempe, & artus, exactius demonſtrare poſ-
ſimus & clarius, pracognitis vaſorum, qua per eas ſparguntur, originibus. Ad
hãc rẽ primo quid Thorax ſit, definiemus, deinde ipſum in ſuas partes diuidemus.
Tertio in his conſiderabimus, qua cõtineant, & qua cõtineantur, quo ſic incœptũ iter fœlicius peragamus.

Quid Thorax, in quas partes diuidatur, & qua partium eiuſmodi ratio.

CAP. I.

THORAX venter medius eſt, ſumma parte clauiculis, ima diaphragmate anteriore ſterno, po- *Continentes thoracem*
ſteriore duodecim dorſi ſeu metaphreni vertebris vtrinque coſtis veris nothisque, muſculis *partes.*
C intercoſtalibus, & intercartilagineis deſcriptus. Eiuſmodi à natura conſtructionem, compo-
ſitionemq; obtinuit, ne dum partib. vitalibus propugnaculi loco aduerſus externas iniurias
eſſet, officeret reſpirationi: quę non minus neceſſaria eſt ad conſeruationem caloris natiui per ſpiritus
vitales effuſi, & corde, tanquam fonte concluſi, aduerſus internas iniurias, quam commemoratæ tho- *Cur partim*
racis partes: aduerſus externas. Nã ſi thorax totus fuiſſet oſſeus, robuſtior equidẽ extitiſſet, ſed reſpira- *oſſeum, par-*
tioni obſtitiſſet, quę thoracis dilatatione & contractione perficitur. Quare, ne dum huic prodeſt, alteri *tim cartila-*
obeſſet, natura illũ partim oſſeum, & cartilagineũ, partim carnoſum eſſe iuſſit. Alii aliã rationem affe- *gin. ſum*
runt, naturã ſcilicet ſic thoracem conſtruxiſſe, vt ordinem in rerum fabrica à ſe poſitum, & hic quoque *thoracem*
obſeruaret, nempe, vt partes toto genere diſtantes, imum ventrem carnoſum prorſus, & caput pror- *natura ef-*
ſus oſſeum, per medium vtriuſque oſſeæ, & carnoſæ ſubſtantiæ particeps copularet: quod & ob- *finxit.*
ſeruaſſe illam intelligimus in connexione aquæ & ignis, per intermedium aerem: terræ & aeris,
per intermediam aquam. Partes Thoracis tres notantur, ſumma, ima, media. Summam cla-
uiculæ, imam diaphragma, mediam Sternon continet. Sternon, Galeni ſententia, ſeptem oſ- *Sterno quot*
ſibus conflatum eſt: credo propter inſignem hominum, qui tum viuebant, magnitudinem. No- *ſint oſſa.*
D ſtris temporibus ſæpius id reperias, tribus, quatuor, aut quinque oſſibus compactum: quanquam
negare nolumus, nos id ſæpe animaduertiſſe (in iunioribus præſertim) ex ſeptem & octo oſſibus
conſtare. Quare, his, quibus in ſterno oſſa ſunt numero pauciora, iiſdem magnitudine ſunt latiora,
vt excipientis coſtis ſufficerent. Hæc communis opinio eſt de ſterni oſſibus: Sternon tamen longe a-
liter deſcripſit Fallopius: quare adeat eius obſeruationes, qui plura ea de re intelligere volet. Ad ſterni *Xiphoides ſeu*
imum pendet cartilago, vulgo Furcula, & Malum granatum, quia Punici pomi mitrã habet, alias ſcu- *enſiformis*
tiformis nominata. Eo loci poſita eſt, vt eſſet orificio ventriculi, ſeu ſtomacho exquiſitiſſimo ſenſu *cartilago.*
prædito, pro munimine & vallo, eiuſdemque muniminis officia præſtaret ei diaphragmatis parti, quæ *Num poſto-*
eo loci iecur ſuſtinet, ſitum ſupra ventriculi orificium, per intermedium ligamentum, ab imo eiuſmodi *in extremo*
cartilaginis in ſummam iecoris partem deſcendens. Vulgus hanc cartilaginem putat aliquando pro- *illa pars*
cidere: ſed ſic oſſi ſterno adhæret, & vnita eſt, vt extra periculum prolapſus eſſe videatur: quanquam *cartilagi-*
ſæpe humiditatibus aquoſis & ſeroſis, quibus orificium ventriculi natat, ita proluatur & perfundatur, *nea aliquã-*
vt his delibuta ac tanquã inebriata relaxetur, adeo vt loco mota videri poſſit: in quo caſu, tum manu *do procedat.*
comprimi, cogique in priſtinum locum & ſtatum poteſt, tum adſtringentibus reſiccantibusque, & ſu-
E perfluam humiditatem exhaurientibus admotis aſſumptiſque. Hæc cartilago ſiti initio ſtri-
cta eſt, at in extremo latior & obtuſa. In formam hebetati mucronis, ex quo enſiformis etiã dicta eſt.
Nonnullis duplicem habet mucronem, aliis vnum tantum. Senibus in os degenerat, & quia in hanc
cartilaginis mentionem incidimus, quid cartilago ſit, & quot ſint eius differentiæ, explicabimus, vt de-
hinc quoties de cartilaginib. ſermo oborietur, quid ipſa res ſit intelligamus. Cartilago *pars eſt corporis no-* *Quid carti-*
ſtri ſimilaris, poſt os maxime terreſtris, frigida, ſicca, dura, ponderoſa & ſenſu orba ſola ſiccitate ab oſſe differens, qua in *lago.*
oſſe maior eſt. Quare nec cartilago deperdita regenerari poteſt, vt nec os ſine calli interuẽtu. Eius differẽ-
tiæ eædem pene ſunt cum oſſe, nempe à conſiſtentia, ſubſtantia, magnitudine, numero, ſitu figura, con-

 iunctione,

iunctione, actione & vſu. Vitandæ tamen prolixitatis gratia, eo modo perſequar, quæ à ſitu, vſu & con- A
Cartilaginum differentia. iunctione ducuntur. Ergo cartilagines vel oſſibus adhærent, vel ex ſe, & per ſe, partem aliquam conſtituunt, vt cartilagines Tarſi, Ciliorum, Epiglotidis, Laryngis, & cæ. quæ oſſibus adhærent, vel nullius medij interuentu adhærent, vt quæ oſſibus ſterni interueniunt, clauicularum, pubis, ilium & aliis: vel interueniente ligamento, vt quæ ſunt ad extrema notharum coſtarum ſterno ligamenti interuentu: vt his ligamentis cartilagine mollioribus, thoracis motus expeditius & tutius obirentur. Quæ ex oſſibus pendent cartilagines, non modo oſſibus, ſed & ipſis, ſibi, contentiſque partibus, robur adiiciunt aduerſus ea, quæ conterere & contundere poſſunt. Huiuſmodi ſunt, quæ ſunt ad extrema notharum coſta-
Cartilaginum vſus duplex. rum, & ſterni cartilagines. Ex his licet colligere cartilaginum vſum eſſe duplicem, vnum ad expoliendas & leuigandas partes, quibus lubrica ea læuitas erat neceſſaria, ad id quod ſui eſt muneris, obeundum: atque in eum vſum comparatæ ſunt cartilagines, quæ ſunt ad articulos, quo eorum ſit expeditior motus. Alterum, quo ab iniuriis externis partes, quibus ſunt oppoſitæ, munirent, violentos incurſus, dum quodammodo cedunt impreſſioni eludendo, haud aliter, quam tomenta quædam bombardarum ictibus oppoſita. Reliquas cartilaginum differentias ſuo loco, vt res feret, perſequemur.

De thoracis partibus continentibus & contentis. B

CAP. II.

Thoracis in ſuas partes diuiſio. CONtinentes Thoracis partes ſunt, cutis duplex, panniculus carnoſus, adeps, mammæ, tunica communis muſculorū, muſculi ipſi eo loci exiſtentes, oſſa ante commemorata, tunica ſuccingens coſtas & diaphragma. Contentæ ſunt mediaſtinum, pericardium, cor, pulmones & vaſa. Continentium aliæ ſunt toti reliquo corpori communes, vel multis eius partibus, vt cutis duplex, panniculus carnoſus, & adeps: de quibus, quia *libro primo* diximus, nihil eſt neceſſe hic commemorare: aliæ throaci ſunt propriæ, vt muſculi, de quibus ſuo loco, mammæ, ſupradicta oſſa, ſuccingens coſtas membrana & diaphragma. Has omnes ordine perſequemur, ſi prius rationem tradidero, qua liceat cutem ab ipſo Thorace reliquo abducere. Nouacula altius ad integram vſque cutis diuiſionem adacta, rectam lineam duces à ventris inferioris ſumma parte ad vſque mentum. Mox ad clauiculas aliam diuiſionem tranſuerſam vtrinque ad omoplatam vſque duces atque in inferioribus clauicularum locis (ſi prolixitatem operis effugere vis) ſeparabis duplicem cutem, panniculum carnoſum, adipem & tunicam muſculorum communem, vna operatione: quia hæ partes in ventris inferioris demonſtratione demonſtratæ fuere: mammas tamen in mulierum cadaueribus reſeruabis ſeorſim. Ergo in ſummis mammarum partibus, quam artificioſe fieri poterit, cutem ſolam à ſubiacentibus partibus ſeparabis, vt panniculum, qui eo loci carnoſus, & muſculoſus euadit, perque totum collum, faciei partes vſq; ad pilorum radices funditur, demonſtrare poſſis. C

De Mammis. CAP. III.

Subſtantia. MAmmæ, vt diximus, cum de natura glandularum ageremus, glanduloſæ ſunt ſubſtantiæ, albæ tamen & ſpongioſæ: virginibus & non lactantibusque mulieribus ſolidiores, nec ita amplæ. Quare
Magnitudo mammarum magnitudo varia eſt, quanquam omnibus ſatis inſignis. Figura ſunt rotunda, oblon-
Figura. ga & quodammodo pyramidali. Compoſitio earum eſt ex cute, panniculo carnoſo, glandu-
Compoſitio. lis, adipe, neruis, venis & arteriis, ab axillari ſub ſterno ad ipſas deſcendentibus, inter quartam &
Quæ glandulæ neruū habeant & quæ minime quintam, alias ſextam verarum coſtarum. Illic glandularum & adipis interiectu infinitis ramulis diſtribuuntur, quibus futuro lacti idonea materia deferatur, in lac mammarum facultate commutanda. De glandularum natura, vtpote iam ante expoſita, plura non dicemus: id tantum addemus, glandularum alias neruum habere, vt mammarias, quem excipiunt ex partibus ſubiacentibus, nempe ab intercoſtalibus, quo fit, vt ſenſu exactiſſimo ſint prædite. Alias neruo carere, quæ diuiſioni vaſorum replendæ tantum ſeruiunt, quæque actionem non habent, ſed tantum vſum. Numero ſunt duæ, vtrinq; vna, ad ſterni D
Connexio. latera ſita, inter quartam, quintam & ſextam verarum coſtarum. Quæ connexionem habent cum prædictis partibus ſuo corpore: per vaſa vero omnibus aliis, ſed vtero præſertim per reliquas venarum,
Quomodo ſibi inuicem communicent & conſentiant mammæ & Vterus. & arteriarum mammillarium, quæ ad latera vſque cartilaginis enſiformis deſcendunt: quo loco per muſculorum ſubſtantiam venæ illæ ſe inſinuantes, paulo ſupra vmbilicum coniunguntur cum aſcendentibus epigaſtricis, quarum origo quodammodo oppoſita eſt hypogaſtricis, quæ ramos ad vterum tranſmittunt, harumque interuentu hoc commercium fieri potius certum eſt, quam aliorum, & fere capillarium: venulorum, qui aliquando ad epigaſtricis ab vterum deſcendere cernuntur. Mammæ temperamento ſunt frigido & humido, quare aiunt ſanguinem conuerſione in lac recrudeſcere, pituiteſcere, albeſcere, que, vt propriæ carnis mammarum. Illarum actio eſt, alimentum præparare recens nato in-
Mammarum Actio & Vſus. fanti, cor a quo prius incaluerint, calefacere, ac pectus ornatius reddere. Ex his intelliges, glandularum alias actionem habere, alias vſum tantum, alias vtrumq;. Ad mammarum faſtigium extat tuberculum quoddam, quod papillam nominant: quo ſucto puer alimentum trahit, per parua quædam & ſpongioſa foramina, quæ quamuis pateant oculis manifeſta, dum mammarum compreſſione lac exprimitur,
Papilla. tamen expreſſo lacte non iam apparent, nec præterea aciculæ acumen admittunt, propter anfractus, in eum vſum illis foraminibus comparatos à natura, ne iam perfectum lac, per papillam ſponte ſua inuita nutrice efflueret. Sic enim proſtatis ſemen ad certum tempus retinetur & aſſeruatur. E

De Clauiculis & Coſtis. CAP. IIII.

SI nobis ordine vulgari hæc tractanda eſſent, Thoracis muſculi nunc brachium mouentes, & reſpirationi ſeruientes, qui primi oculis ſe obiiciunt, venient explicandi. Sed quia commode demon-

ſtrari

A ſtrari nequeunt, niſi omoplatæ & ceruicis violatis muſculis, ideo melius eſſe arbitror, eiuſmodi muſcu-
lorum explicationem differre, quouſq; reliquas partes contentas & continentes demonſtrauerimus,
non thoracis modo, ſed etiam capitis, his peractis venæ poſſimus ad plenam demonſtrationem re-
liquorum omnium muſculorum, initio a muſculis capitis, qui primi occurrunt, ducto, indeque enarra-
tis reliquis vſq; ad pedis muſculos, prout commodius ſe diſſectioni offerre videbuntur: quo, quantum
in nobis erit, confuſionem vitemus. Ergo ad inſtitutum noſtrum regredientes, poſt ſupradictos muſcu-
los veniunt claiculæ, ſternon & coſtæ. Sed hæ partes, vt facilius intelligantur, ante ſciendum, quid ſit
os, & vnde eius ducantur differentiæ. Os ergo *pars eſt corporis noſtri maxime terreſtris, frigida, ſicca, dura, o-* Quid os.
mnis ſenſus manifeſti expers, ſi dentes excepeis. *Manifeſti* ſenſus, dixi, vt intelligas duplicem eſſe in partib. Duplex ſenſus.
tactus ſenſum, manifeſtum vnum, cuiuſmodi eſt in carne, cute, membranis, neruis, dentibus & alijs
quibuſdam partibus: alium obſcurum, qui tamen ſufficiat vtilibus & noxiis qualitatibus tactilibus diſ-
cernendis, cuiuſmodi eſt ſenſus in viſceribus & oſſibus: ad has enim partes, valde exiguæ neruorum fi-
bræ, diſſeminantur per mediam tunicam, aut membranam, adeo, inquam, exiguæ, vt vix cerni oculis Lib. 1. de loc. affect.
queant, nimirum Gal. cuiuſmodi tunicas a partibus audiendo. Nihil vero eſt mirum, ſi natura tam exiguas
eis pariter eſſe voluerit venas, contra quam pulmoni & plerique maſculis, nempe vt tantum cuique Cur oſſibus adeo exiguæ ſint venæ.
B parti ſuppeteret alimenti, quantum eſſet neceſſe; nam cum ſubſtantia oſſium frigida ſit, dura, denſa &
ſolida, minus diffluit. Quare non tam multo eget ſanguine ad alimoniam, quam partes calidæ & mol-
les: quin & parua oſſa nec venas habent, nec arterias, ſed vi tantum inſitæ facultatis attractricis idoneū
ſibi attrahunt alimentum. Oſſium differentiæ ex multis rebus ducuntur, nempe ex apophyſibus, epi- Oſſium vnde ducantur differentiæ.
phyſibus, cartilaginibus, cerebellis, capitibus, ſoliditate, cauitate, ſupercilis, medulla, conſiſtentia,
magnitudine, numero, figura, atq. Has omnes perſequemur, pro vt ſe offerent in oſſium demonſtratio-
ne: cuius doctrinæ a clauiculis ducimus exordium.
Clauiculæ oſſa duo ſunt, valde dura & ſolida, ſine inſigni vlla cauitate, vtrinq; ſita inter ſterni par- Clauicula.
tem lateralem ac ſuperiorem, & omoplatæ Acromion, ad eiuſmodi partium robur, & ſtabilimentum,
ex quo clauicularum nomen aſſumpſere. Figuram chirurgi vectis referunt. Notandum vero, clauiculas
ſterno videri connexas, per mediocre os cartilaginoſum. Præterea ſpatium & cauitatem, ſub clauiculis
contentam, Latinis dici Iugulum, Gallis Furculam ſuperiorem, quod illac tranſeant venæ iugulares: Iugulum quid.
ſpinæ omoplatæ adhæret per cartilaginem, quam Gal. paruum os cartilaginoſum nominat, quanquam Lib. 12. de vſu partium.
C non eſt aliud quidquam, quam epiphyſis oſſis iuguli: Quod ad ſternum attinet, quod dicimus ex mul-
tis oſſibus coaluiſſe, nempe alias tribus, alias quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo etiam aliquando, no-
tabis, ea valde ſpongioſa & peroſa eſſe conſiſtentiaq; longe molliori, quam clauicula, quæ corruptio-
ni magis obnoxia; præterea cartilaginum interuentu ſibi inuicem eſſe aſſirmata. Vſus eorum eſt, vt cly-
pei inſtar vitales partes munirent.
Coſtæ numero ſunt viginti quatuor, vtrinque duodecim: harum ſeptem ſunt veræ, ſic dictæ quod Coſta.
circulum perficiant: hinc vertebris, hinc ſterno adiunctæ: aliæ ſpuriæ & nothæ, quod in via circum reſti-
tent, nec ad ſternum vſque perueniant. Veræ anteriore parte ſterno affirmantur, per cartilagines & liga-
menta: poſteriore autem, vertebris tranſuerſis, ſpinæ dorſi, & partibus lateralibus earundem vertebra-
rum. Nothæ vero vertebris tantum adiunguntur, ex quo vertebrarum regio illa, coſtarū radix dicitur.
Anterior notharum extremitas cartilaginoſa eſt, ne rumperentur, vtq; in ventriculi cibis referti, diſten-
tionibus facilius attolli poſſent. Conſiſtentiæ ſatis duræ ſunt, magis tamen ad radicem, quam ad ſternū, Conſiſtentia coſtarum.
vbi propemodum adhærent, & frangi ſunt contumaciores, ſurſum deorſumque læuigatæ. In medio ve-
ro, diploes expreſſa veſtigia obtinent, ad venas & arterias excipiendas, quæ oſſeam ipſarum ſubſtantiam
nutriunt: in arcum ſunt inuatæ. Vſus earum idem eſt cum ſterno, & præterea muſculos reſpirationi in-
D ſeruientes excipere, ac ſtabilire.

De Sterni anatomica adminiſtratione. CAP. V.

Tunica ſubcoſtalis, quam vulgus anatomicorum Pleuram nominat, partium thoracis continentium
vltima eſt, quæ quia inmo in thorace latet, niſi diducto ſterno demonſtrari nequit: ideo diduceni di
ſterni ratio nobis nunc demonſtranda eſt, ſic vt illa diductione, nullius muſculorum originem & inſer-
tionem violemus. Primo ergo intelligendum, eum, qui voluerit originem & inſertionem muſculorum
pectoralium, maſtoideorum, duorum oſſis hyoidis, ſubclauiorum & intercartilagineorum, ſuo quo-
rumque loco demonſtrare, ante omnia debere muſculos pectorales a ſterno ſeparare, & a veris coſtis
cartilagines: deinde ligamenta, proxime oſſi ipſi abſcindere, a ſexta verarum coſtarum ad clauiculas
vſque. Hinc mediaſtino, ſterno ſecundum omnem longitudinem ſuam attenſo, demonſtrato, ipſum
ſternum non cula ſeparare, & ſurſum ad clauiculas adducere, indeque ipſum reſcindere, reſeruatis
vna cum eo quatuor muſculis, nempe duobus maſtoideis & duobus os hyoides mouentibus, quod vel
penitus vel maxima parte a ſterno oriantur. Denique clauiculis ſurſum quodammodo reductis, vtrin-
E que cartilagines extrorſum inuertendæ brachium verſus: vt ſic non ſolum pateant, & demonſtrari fa-
cile queant, partes thoracis continentes, ſed & muſculi natiua ſua ſede contineri, quouſque ſuo ordine
in demonſtrationem venturi erunt. Et quia quam maxime ſurſum ſunt attollendæ clauiculæ, quo faci-
lius pateant nerui recurrentes, venarumq; & arteriarū diſtributio, quaſi per tranſennā ſubclauii exigui
duo muſculi, vnus vtrinq, erunt demonſtrandi, quibus eſt origo à parte interna, & anteriore clauicula-
rum, & obliquus deſcenſus ad primæ coſtæ ſternon verſus cartilaginē. Non enim ſeparari ſic queūt cla-
uiculæ, quin violetur, & corrumpatur eiuſmodi muſculi. Licet etiā mediū ſternon diuidere, vt internos
pectorales muſculos integros, demonſtrare poſſimus, ſeparatis muſculis, qui oriūtur a parte ſuperiore.
Qui-

Quibus omnibus sic, vt decet, administratis, ad subcostalem tunicam veniendum erit, & inde ad mediastinum, quia ea subcostali illa conflatum est. A

De Subcostali tunica. Cap. VI.

Quid membrana costas subcingens.

Ortus.

SVbcostalis tunica, continentium thoracis partium vltima, *membrana est lata & ampla, peritonæo ventris inferioris proportione vsu & actionis respondens.* Vt enim peritonæum vniuersim, & sigillatim, partes omnes naturales integit, ipsas colligans & suo loco continens, sic subcostalis partes omnes vitales integit, quod toti thoraci interius sit attenta, sigillatim vero, dum cuique tunicam de se largitur. Origo huius est à periostio, seu, vt alijs placet, à pericranio, metaphreni vertebras ad costarum radices innitente. Quæ costis arctissime adhæret, vix separabilis, quemadmodum & partibus omnibus thoracem terminantibus, & illo contentis. Vesalius Galenum reprehendit, quod duplicem esse tacuerit: tamen Galenum Columbus, & certe duplex cernitur in interno thorace, subcostis, & costarum musculis, vt in illo interstitio via sit venis, arterijs & neruis. Nonnulli duplicem eam constituerunt, dixeruntque eam internam & externam, vt qui duas pleuritidis species constituerunt, [illegible] & [illegible] externam collocantes supra costas, intercostalesque musculos, internam vero sub costis, musculis, diaphragmate & sterno. Nobis vero vitandæ ambiguitatis causa placet ea solum sequi, B quæ oculis apparent, ex quo dicimus costas duplici tunica interiorum velari [illegible], & [illegible] una quæ ipsis adnascitur, periostium dicta, quæ ipsis cum ossibus communis est. Altera, quæ ipsi incumbit periostio, in [illegible] interna parte costis omnes, ex quo subcostalis dicitur. Substātia, temperies, & compositio, ipsi eadem est cum reliquis membranis. Magnitudo, in longitudine, figuraque eadem est, quæ interioris Thoracis ambitus. In altitudine tamen tenuissima est. Pleura hæc tunica vulgo dicitur, ex nomine partis eius quam integit, (nam costæ, Pleuræ Græcis dicuntur) eodem fere modo quo & destillatio illa humoris, quæ fit inter periostium, & hanc quam dicunt Pleuram, Pleuritis vera spuriaue nominata est.

An, vt duplex est pleuritis, sic & membrana succingens costas.

Magnitudo.

De Mediastino. Cap. VII.

Substantia & magnitudo.

AGendum de partibus Thorace contentis, quandoquidem continentes exposuimus, initio ducto à Mediastino, tanquam à parte, quæ dissectionis ordine prima occurrit. Mediastinum substantiæ est, altitudinis, compositionis, numeri, temperieique eiusdem cum subcostali. Nam mediastini substantia est membranosa, cumque per thoracis protensa longitudinem, altitudinis est araneosæ, venas, neruos, & arterias, ex partibus omnibus, quibus annexum est, excipit, subcostalis instar: præcipue tamen C ex vasis mammillaribus, sub sterno descendentibus. Vnicum est numero. Fit vero ex duabus membranis à subcostali productis: hæc enim, vtrinque, ad sternon per pectoris cauitatem ascendens, inde ad angulos rectos, in vertebrarum corpora reflectitur, vnde subcostalis est origo. In illa reflectione inter vtramque membranam, tantum interiacet interuallum, quantum duobus digitis excipiendis est satis. Alias enim, cum per cor penetrare non possent, oportuit venam per vtramque subcostalem, ad pericardium deflectere, quo ad destinatum locum in ossento causa perueniret. Nec tamen id interstitium vacuum est, sed multis impletur neruorum tenuissimis fibris contextum. Columbus addit, sæpe humore quodam præ termitatum id repleri spatium, quem aperto sterno licet educere. Scire tamen vellem ex Columbo ladiastinum cum subcostali vtrinque [illegible] figuram repræsentat, cuius nempe prima est mediastinum, gibba subcostalis. Fundus subcostalis, ex parte, quæ internum diaphragma subcingit; cuius extremitas ad primas costas. Situm & connexionem mediastini expediuimus, cum eius ortum aperuimus. Vsus eius est, separare vitales partes in duas velut cellas, dextram & sinistram, vt si forte lædi vnam contigerit, illæsæ alterius beneficio superstites animal degere possit. Alium & vsum habet, fulcire nempe & subtēdere pericardium, ne in cor suo delabatur pondere, vel cordis motu & thoracis agitatum, in hanc aut illam partem inclinet. D

Interstitium in mediastino.

Figura.

Vsus mediastini duplex.

De Diaphragmate. Cap. VIII.

Quid diaphragma.

ETsi diaphragma partis, in thorace continentis potius, quam contentæ rationem habere videtur, tamen commoditatis gratia, eius demonstrationem in hunc locum distulimus. Est ergo *musculus rotundus, longus, partem thoracis inferiorem terminans.* Substantia eiusdem est, vt & compositionis & temperamenti cum musculis epigastrij; conflatum scil. ex duabus tunicis, quarum inferior est à peritonæo, superior à subcostali. Quæ carnem sibi non ibi, sed in circumferentia retinentes, sanguini, venis, arterijsque in illas distributis, insecti beneficio in musculum abeunt, cuius medium neruosum est & membranosum: in extremitatib. vero, quibus inseritur, alias carnosum, vt qua parte nothis costis circumfertur, alias tendinosum, vt qua parte primam & secundam lumborum vertebram attingit in eas enim desinit per duos tendones satis insignes. Numero vnum est, obliquo situ, naturalibus E & vitalibus visceribus interiectum. Connectitur cum sterni notharumque costarum extremo inferiore, & primis duabus lumborum vertebris: tunicis vero & vasis suis cum partibus, vnde ea excipit. Tantum eius patet latitudo, quantus est thoracis inferior ambitus. Longitudo extenditur ab ensiformi cartilagine, vsque ad primam & secundam lumborum vertebram. Altitudo eius variat, nam carnosa sua extremitate longe est profundius, quam neruea origine. Actio eius est iuuare quidem fæcum excretionem, accedente musculorum epigastricorum contentione præcipue vero respirationem edere, cuius est primum instrumentum. Hoc septum veteres Phrenas nominauere, quod eius [illegible] inflam-

Connexio.

Quantitas.

Actio.

Cur diaphragma phrenes dictum.

A inflammatio ſimilia cerebri inflammationibus accidentia prompte ingerat, propter neruos inſignes v-
tinque vnum, qui ad ipſum à tertia, quarta & quinta ceruicis vertebra recta & primario veniunt. Di-
fert hic muſculu ... figura præterim. Tribus eſt perforatum locis, vt aſcendenti venæ cauæ, ar-
teriæ aortæ, atque œſophago viam faceret.

De Pulmonibus. CAP. IX.

PVlmones ſubſtantia ſunt & carne molli, rara & ſpongiæ perſimili: coloris varii ex rubro palleſcen- *Subſtantia & quantitas.*
tis. Quantitas tatis eſt inſignis, vt plurimum enim ſunt in quatuor lobos manifeſto & aſpectabili in-
teruallo diuiſi. Nos duos, vtrinque duos, quo facilius expandantur & contrahantur, aerque promptius
ſubeat. Quin etiam in magnis corporibus, quibus thorax eſt permagnus, quintus reperitur lobus è ſecun- *Lobi pulmonum.*
do latere dextri lobo chartis, tanquam puluinar venæ cauæ ſtatim a diaphragmate ad cor aſcendenti:
In paruis hominibus, quibus thorax breuior eſt, quia cor diaphragmati continuum eſt, non cernitur
enim medii lobus: in canibus tamen ſemper reperitur. Pulmones vngulæ vitulinæ figuram imitantur: *Figura.*
nam ad eius ... ſunt craſſiores, circumferentia vero tenuiores, vt cernere eſt cum hos aere
B per tracheam arteriam, ore vel folle inſpirato impleueris. Compoſiti ſunt ex tunica a coſtali veniente, *Compoſitio.*
quæ neruos vtrinque ſatis multos a ſexta excipit coniugatione: vena item arterioſa a dextro cordis ven-
triculo prodeunte, & arteria venoſa a ſiniſtro, vt in cordis anatome demonſtrabitur: Trachea inſuper *Pulmonum caro ex quo ſanguine fiat.*
arteria a gutture deſcendente, carne denique propria, quæ nihil aliud eſt, quam biliosi ſanguinis con-
cretio, ſpumæ inſtar circa dictorum vaſorum diuiſiones, effuſi, quemadmodum de aliis visceribus di-
ctum eſt. Vnum eſt numero pulmonum corpus, niſi id diuidere velis in duo, propter ſitus varietatem,
quod in dextrum & ſiniſtrum latus exporrectum pulmonum lobi vniuerſum fere cor inuoluūt, vt ipſum
co- aduerſus circumſtantium oſſium duritiem tueantur, cordi connectuntur, præcipue ad eius baſim:
ſtatum vero radicibus & harum vertebris per tunicam, quā inde accipiunt: per vaſa vero partibus, vnde
ea tranſmittuntur. Quin ſæpe a prima ſtatim & naturali conformatione coſtarum circumferentiæ alli- *Pulmonum cum coſtis annexio.*
gati, cernuntur per tenues membranoſas apophyſes, quæ ex ipſis in pulmones deſcendunt. Alias vi
pleuritidis ad coſtas adhæreſcunt. Pulmonis nutritio diſſimilis eſt aliarum corporis partium nutritio-
ni: non enim partem æque raram, leuem, & aere plenam reperias, quæ ſanguine æque tenui & vaporo-
ſo nutriatur. Temperamento ad calorem inclinant magis, quam ad frigus, ſeu compoſitionem ex ſan-
C guine bilioſo, ſeu vſum ſpectes, quo aerem, ne frigiditate ſua cordi noceat, præparare & velut exco- *Vocis inſtrumenta.*
quere debent. Pulmo vocis inſtrumentum eſt & reſpirationis per tracheam arteriam. Huius enim
opiculi vocis organa ſunt, & quæ ipſam vinciunt, ligamenta reſpirationis. At larynx conformandæ
vocis præcipuum eſt inſtrumentum, nam trachea arteria primo vocem præparat laryngi; in quo for-
mata, penitus ſurſum in palato, tanquam in lyræ camerata concauo perficitur, quo reſonet magis,
concurrente gargareone tanquam quodam plectro. Cæterum quamdiu quis cohibet anhelitum, lo-
qui neſcit: nam hic vndique laryngis muſculi coſtarum diaphragmatis & epigaſtrii comprimuntur, vn-
de ſuppreſſio vocalis materiæ, cuius ad vocem edendam fieri debet excluſio. Pulmones leues natura *Pulmones cur leues.*
eſſe voluit multis de cauſis, primum, vt cum ex ſe immobiles ſint, ad motum thoracis ſint obſequen-
tiores & expeditiores: Nam thorax cum conſtringitur, vna & pulmones conſtringuntur ſubſequen-
que: cum dilatatur, pulmones pariter dilatantur, neque intumeſcunt, vt fere omnem eius ſuperiorem
impleant capacitatem. Altera cauſa eſt, vt vna ſua illa raritate aerem ſubeuntem facilius admitterent,
cum plurimi eius admittendi magna & prompta incidit neceſſitas, vt a contentioſo curſu. Denique vt
per pleuritides aliosve purulentos thoracis abſceſſus pus in thoracis capacitatem effuſum, pulmonum
rara ſubſtantia tanquam ſuctum facilius exploderetur & expectoraretur. Vſus reſpirationis eſt, vt cor *Vſus reſpirationis.*
D calor is æſtus incendio refrigeretur, temperetur que. Nam inſpiratione ducta, frigida aura & expira-
tione exploſa ſanguine recondita refrigeratur. Ergo thorax duos motus perficit contrarios: nam dum di-
latatur, aerem attrahit ambientem: dum vero comprimitur, cordis fuligines expellit: Quod exem-
plo follium fabrilium facile ... poteſt.

De Pericardio. CAP. X.

PEricardium, *cor ſu velut domicilium*, quod ab ipſius baſi ortum ſiue materia præbentibus verte- *Vnde materiā habeat pericardiū.*
brarum illic ſitarum ligamentis ſeu cordis vaſis, ſubſtantiæ neruoſæ eſt, craſſæ & denſæ, ſine vllis fi-
bris. Cordis figuram retinet, cordique vacuum relinquit ad proprios motus edendos interſtitium.
Quare pericardii magnitudo, cordis excedit magnitudinem. Duplici conſtat tunica, propria vna, de
qua diximus; altera communi, a coſtali veniente. Venis inſuper, arteriis, & neruis: vaſis quidem par-
tim a mammillaribus, partim a diaphragmate, qua præſertim ipſum attingit, venientibus. Neruis ve-
ro eo venit que a ſexta coniugatione propagatis, vnicum eſt. Circum cor poſitum, imo eidem ad ba- *Connexio.*
ſim per membranas ſuas ipſius vaſis, pulmonum origini, ſubiacentibus vertebris, perque vaſa ſua par-
E tibus, vnde ea excipit annexum. Temperamenti eſt frigidi & ſicci, vt membrana omnis. Vſus eius *Vſus.*
eſt cor contegere, atque in natiua humiditate conſeruare, viſceroſæ cuiuſdam humiditatis, quam con-
tinet: niſi mauis dicere illam, quam cernimus, pericardio contentam humiditatem a corde gigni per *Vnde materia aquoſe humor. pericardio contentæ.*
ſpirituum exhalationem & concretionem. Quanquam id parum videtur veriſimile, quod viuentibus
ſæpe tanta excreſcat & cumuletur copia, vt cordis motum intercipiat, palpitationemque inducat, quæ
hominem ſæpe ſuffocat. Nam contingit palpitatio hæc etiam viris cordatis & animoſis, quibus nem-
pe cor eſt calidum, ſed ſanguis aquoſus propter ventriculi aut hepatis infirmitatem: cogi etiā poteſt hu-
mor hic ex vaporibus, qui vndiq, in pericardiū a ſanguine in cordis ventriculis feruēte exhalat, vbi loci
deni-

Pericardÿ conſiſtentia. denſitate ſuppreſſi, in citrinum humorem abeunt, quemadmodum in alembico contingere cernimus. Denſæ, & duriuſculæ conſiſtentiæ pericardium natura eſſe voluit, vt capſulæ illius vi cor in meliori ſtatu A
contineretur: alioqui ſi pericardium oſſeum extitiſſet, cor ſibi ſimile quaſi ferreum attritu illo reddidiſſet: effœminatum contra & fungoſum, ſi pulmonum inſtar ſpongioſum & molle.

De Corde. Cap. XI.

Cor quid, & ex qua ſubſtantia. Triplices eius ſibra. COr *animæ domicilium, vitalis facultatis organum, vitæ principium, ſpirituum vitalium fons, caloriſq, adeo vitalis ſcaturigo, primum viuens & poſtremum moriens*, quia initium a ſe motum habere debebat, factum eſt ex ſubſtantia denſa, ſolida & compactiore, quam vlla alia corporis pars. Texta eſt caro illa ex triplici fibrarum genere, rectas enim habet in parte interna à baſi in mucronem deſcendentes, quæ ipſum dilatarent, adeoque ſanguinem a vena caua in ipſius conceptacula allicerent, ſpiritumq, ſeu aerem de pulmonibus per arteriam venoſam: tranſuerſas in externa parte poſſidet, quæ rectas ad angulos rectos interſecant ad contrahendam cor, ſpiritusq; adeo vitales in magnã arteriam aortam impellendos, inſum vero ſanguinem per venam arterioſam ad pulmones alimenti ipſorum gratia. Obliquas in medio continet, ad continendum aerem ſanguinemq, allecta per commemorata vaſa, quouſq, a corde, vt decet, fuerint elaborata. Omnes hæ fibræ, quod ſui eſt operis, perficiunt, dum ſe verſus ſuum principium B
contrahunt, vt rectæ a mucrone cordis verſus baſim, quo fit, vt illa fibrarum contractione cor dilatatũ breuius euadat, ſed latius, haud aliter, quam tranſuerſarum contractione longius & arctius, obliquarum vero conſtrictione ea ſinuatur parte, qua vertebras foris intro reſpicit, quod apparet præcipue in eius cuſpide. *Magnitudo cordis.* Quantitas cordis inſignis eſt, alus tamen maior, alus minor, pro varia hominum calidiorum vel frigidiorum temperie, vt in hepate notauimus. *Figura & compoſitio.* Figura eius eſt pyramidalis, nempe in baſi latius eſt, in faſtigiato autem turbine acutius. Ex denſiſſima totius corporis carne compoſitum eſt, affuſione ſanguinis ad vaſorum diuiſiones & plexus, eo loci concreta, vt reliquis accidit viſceribus. Sanguis enim paulo magis deſiccatus illic, quam is, qui in iecoris conformatione concreuit, abit in carnoſam ſubſtantiam vulgari carne denſiorem, quemadmodum in vlceribus cauis, tandem etiam in cicatricem ſaceſſit. *Propria cordis vaſa.* Venas habet & arterias coronales, quas excipit vel dextro latere a vena caua, vel ſiniſtro ad aortæ arteriæ a baſi egreſſum. *Neruus cordis* Non cernere oculis queas, cor alios habere neruos, quam qui illi cum tunica coſtali tribuuntur. Alios tamen notaui ſatis inſignes in brutis quibuſdam, quibus cor magnum eſt, vt ſuibus: apparebant illi ſub adipe, qui vaſa, cordiſque baſim integit, ne ardoris cordis incendio, earum partium humida ſubſtantia digeratur & diſſipetur. C
Qui circum cor concreſcat adeps. Ex quo videri poſſit calor ille cordis alius eſſe à calore elementari, vt qui adipem circum hoc viſcus patiatur concreſcere, cum alioqui niſi à frigore aut certe à remiſſo calore non concreſcat, quod eſt in primis admiratione dignum. Cor vnicum eſt. *Cordis ſitus.* Situm vt plurimum ſupra quartam metaphreni vertebram, quæ in medio eſt thorace. Putant tamẽ nonnulli, ipſum magis deflectere ad læuam, quod illic eius percipiatur agitatio: ſed id contingit ob ſiniſtrum eius ventriculum, qui cum ſit multis confertus ſpiritibus, arteriarumq; principium, vehementius longe pulſat, quam dexter ventriculus. Eam vero naturæ lege ſedem obtinuit, quod regio illa ſit omnium tutiſſima & muniſſima, quin & hic vndique pulmonum tanquam manibus tegitur.

Connexio. Connexio eius eſt cum commemoratis vertebris, at per partes ſuas componentes cum illis partibus, vnde eas habet, cum pulmonibus per venam arterioſam, & arteriam venoſam: Denique omnibus *Temperies. & actio.* cum corporis partibus per arterias, quas in vniuerſum corpus diſtribuit. Temperamẽti eſt calidi, & humidi, vt pars omnis carnoſa. Actio eius eſt primo ſanguinem in dextro ſuo ventriculo præparare, ad pulmonum idoneum alimentum. Hinc enim Galenus ait, dextrum hunc ventriculum pulmonum neceſſitatis gratia eſſe conſtitutum. Secundo vitales ſpiritus in ventriculo ſuo ſiniſtro creare ad vſum vniuerſi *Quid ſpiritus vitalis.* corporis. Is vero ſpiritus nihil eſt aliud quam *ſubſtantia quædam media inter aerem & ſanguinem, conſeruando, vehendoq, calori natiuo fluenti idonea. quo nomine vitalis dictus eſt, quaſi vitæ author & conſeruator.* In partibus cordis internis contemplandi veniunt ventriculi, & inter ventriculos contentæ partes: eiuſmodi D
ſunt valuulæ, vaſa, vaſorumq, officia, horum in pulmones diſtributio, interſeptum, binæ cordis epiphyſes & tanquam aures, quæ quia ambigunt, inter externas, internaſque cordis partes, ideo primo loco exponentur. *Binæ cordis auriculæ.* Huiuſmodi igitur auriculæ ſubſtantiæ ſunt mollis & neruoſæ, tribus filamentorum generibus contextæ, nempe vt mollitie illa ſua cordis motum ſequerentur alacrius, ſicque impetum materierum, in cor, cum dilatatur, magna vi ſubeuntium, infringerent. Alioqui enim ingreſſu illo currente & plurimo cor perſundare & quaſi obruere ac ſuffocare potuiſſent: eam autem, quam cernimus, a natura ſunt ſortitæ capacitatem, vt ſanguinem, aeremque tanquã in penu recondere poſſent, ac mox ſenſim cordi ipſi ad neceſſitatem depromere. *Qua vi materia in cor attrahantur.* Quod ſi quis quærat, an eiuſmodi materiæ in cor attrahantur diaſtoles ſola vi ad fugam vacui: reſpondeo, præterea introductionem illam & attractionem fieri cordis calore, qui haud aliter materias continenter attrahat, quam accenſus ignis vicinum aerem, & candelæ flamma circumpoſitum ellychnio ſebum, pabuli cauſa. Dum cor dilatatur, aerem attrahit: dum conſtringitur, expellit. Hic cordis motus plane naturalis eſt, vt pulmonum motus eſt animalis. E
Tertiam cauſam attractionis cordis nonnulli addunt, nempe ſubſtantiæ totius ſimilitudinẽ. Sed meo iudicio hæc locum habet in ea attractione potius, quæ fit ſanguinis ad cordis propriam nutritionem per venas coronales, quam in ea, quæ totius corporis gratia ſuſcipitur ad materierum attractionem. *Magnitudo & numerus. Situs auricularum cordis.* Hæ aures quantitate differunt, nam dextra longe eſt, quam ſiniſtra, capacior, quia materierum maiorem copiam erat exceptura. Binæ ſunt numero, vtrinque vna ad cordis baſim ſita. Maior ad ingreſſium venæ cauæ in cor: minor ad ingreſſum arteriæ neruoſæ & arteriæ magnæ: Cum quibus etiam partibus

connecti-

A connectitur vtraque; Quem vſum habeant, antea diximus, nempe , vt materiarum impetum infringe-
rent, & præterea vt fulcri loco eſſent arteriæ venoſæ & magnæ arteriæ, quæ ſubſtantiæ ſuæ mollitie cor-
dis tam rapidum, tamque violentum motum ſuſtinere non potuiſſent.

De Cordis ventriculis.

Cordis ventriculi gemini ſunt, vtrinque vnus: diſtincti carneo interſepimento ſatis craſſo, & mul-
tis foraminibus, nuſquam tamen peruiis, in ſuperficie perforato. Horum ventriculorum dexter maior
eſt, carne molliore, rarioreque cinctus: Siniſter minor, ſed triplo denſiore & compactiore carne circum-
ualatus: nam dexter ventriculus debebat eſſe receptaculum ſanguinis per venam cauam illati diſtribu-
endique partim, venam arterioſam in pulmones alimenti ipſorum cauſa, partim in ventriculum ſini-
ſtrum per intermedium ſeptum reſudationis via, vt gignendis ſpiritibus vitalibus materiam ſuppedita-
ret. Ergo quia huius ſanguinis tam magnam copiam adeſſe oportuit, oportuit pariter locum in exci-
piendæ materiæ eſſe proportionatum. Et quia ſanguis ille dextro ventriculo excipiendus craſſior erat,
nihil neceſſe fuit carnem, qua contineretur, adeo compactam eſſe: at contra ſanguis arterioſus vitali-
que ſpiritus reſolutionis metu, ne in tenues auras vaneſcerent denſiore opus habuere conceptaculo: &
B præterea minore, vt ſic calor vnitus fortior eſſet, validiuſque ſanguinis & ſpirituum elaboratione in-
cumberet. Ergo dexter ventriculus cordis conditus eſt ad ſanguinis, pulmonum alimoniæ, & ſpiritu-
um vitalium generationis gratia deſtinati præparationem, vt iidem pulmones ad aeris mitificationem.
Cuiuſmodi opera erant neceſſaria, ſi verum eſt medicum axioma, *ſimilia ſimilibus nutriri*; nempe pulmo-
nes raros & ſpongioſos tenuiori ſanguine: cordis ſubſtantia craſſam & denſam ſanguine venoſo, &c.
qualis ab hepate affluit, id eſt, craſſo. Huicque venæ illi coronales ex vena caua ſunt attributæ, vt inde
hauriret, quod ſatis eſſet. Siniſter vero ventriculus ad perfectionē ſpiritus vitalis & caloris natiui fluen-
tis conſeruationem.

Ventriculorum cordis interſepimentum.

Dexter ventriculus cur capacior & minus compactus.

Dextri cordis ventriculi actio.

Siniſtri actio.

De Orificiis & valuulis cordis.

Orificia in corde quatuor exiſtunt, duo in dextro, & totidem in ſiniſtro ventriculo, duorum prio-
rum, maior ingreſſum præbet venæ, vel ſanguini vena caua delato in cor: minor egreſſum aperit venæ
arterioſæ vel ſanguini bilioſo illa vecto, ad pulmonum nutritionem. Duorum reliquorum maior exi-
tum patefacit arteriæ aortæ & ſpiritui vitali per vniuerſum corpus diſtribuendo: Minor vero ingreſſum
C & egreſſum præbet arteriæ venoſæ ſeu aeri & fuligini. Et quia per diaſtolem oportebat materias per o-
rificia in ſuum quemque ventriculum admitti, nempe in dextrum ventriculum per orificium maius, in
ſiniſtrum per minus: & contra per ſyſtolem oportebat materias de ſuo ventriculo per commemorata o-
rificia excerni: Ideo natura ad ſingula illa orificia vndecim appoſuit epiphyſes , ſex nempe in dextro
ventriculo, vt ternæ eſſent cuique orificio: quinque in ſiniſtro, nempe vt magno eius orificio ternæ ad-
eſſent: binæ autem minori, propter eam, quam mox ſubiungemus rationem. Differunt eiuſmodi epi-
phyſes multis modis: primo actione. Harum enim aliæ materias in cor inuehunt, aliæ, ne, cum exie-
rint materiæ, in cor remeent, impediunt. Secundo differunt ſitu, nam, quæ inuehunt, membranas
habent foris intro ſpectantes : quæ excernunt, intus foras. Tertio figura; nam quæ inuehunt, figuræ
ſunt velut pyramidalis; at quæ inuehi obſtant, ad figuram literæ romanæ C. ſunt effictæ. Quarto ſub-
ſtantia, nam priores maxima ſui parte carnoſæ ſunt, ſeu carnoſis fibris contextæ in tubercula quædam
carnoſa verſus cordis cuſpidem deſinentes. Poſteriores omnino ſunt membranoſæ. Quinto diffe-
runt numero; ſunt enim quinque tantum, quæ inuehunt, tres in dextro ventriculo ad orificium maius,
duæ in ſiniſtro ad orificium minus: quæ ingreſſu prohibent , ſunt ſex in vnoquoque ventriculo, ad ſu-
D um quodque orificium ternæ. Denique motu; nam carnoſæ per diaſtolem aperiuntur ad ſanguinem
ſpiritumve introducendum, per ſyſtolem contra clauduntur, vt introductas materias , vel omnes vel
magnam partem contineant. Membranoſæ contra per ſyſtolem aperiuntur vt exitum ſanguini & ſpi-
ritui in vniuerſum corpus aperiant: per diaſtolem conniuent, ne excluſæ materiæ in cor regrediantur.
Notabis vero, naturam duas tantum appoſuiſſe valuulas ad venoſæ arteriæ orificium, quia eiuſmodi
orificium neceſſe erat ſemper patere, vel totum, vel certe tertiam ipſius partem: vt aer hoc orificio con-
tinenter in cor inſpiratu allectus, penetraret, & cordis contractione exploſus, exſpiratu redderetur. Ex
quo & colligere hoc licet totius inſpirando allecti ad cor aeris, tertiam tantum partem fuliginis ſpecie
exſpirando excerni, quod natura eius exitui tertiam tantum orificii partem patere voluerit. Itaque &
exſpirationem & cordis atque arteriarum ſyſtolem, breuiorem inſpiratione eſſe, ſic vt vere dicere poſſi-
mus, inſpirationem æque diuturni & longi eſſe temporis, atque exſpiratio eſt cum quiete , quæ media
inter duos motus intercedit.

Epiphyſes quot modis differant. Actio & ſitus.

Figura.

Subſtantia.

Numerus.

Motus.

Cur ad arteriam venoſam duæ ſint tantum valuulæ.

De Vena arterioſa & arteria venoſa diſtributione. CAP. XII.

EXpoſita hucuſque cuiuſque vaſis cardiaci origine, dicendum nunc de diſtributione. Vena arterio-
ſa, & arteria venoſa, ex ſuo quæque ventriculo prodeuntes, dextro nempe & ſiniſtro, in duos inſi-
E gnes ramos diuiduntur, quorum vnus ad dextram, alter ad læuam, alter alterum decuſſatim interſe-
cans, tendit, vena arteriæ ſemper incubante, vt oculorum fide magis, quam librorum lectione intelli-
gere poteris. Hi rami ſub pulmonum ingreſſum in duos alios inſignes ramos diuiduntur , perguntque
ſinguli ad ſuum quemque lobum pulmonum: hiq; rurſus in infinitos ferme alios abeunt, tribus
locis per pulmones ſparſos. Hæc vaſa id ſunt nominis conſecuta propter illam conſiſtentiæ tranſmu-
tationem, qua venæ coagmentatio in arteriam, & arteriæ in venam ad vitæ commoditatem degenerat.
Eſt enim hoc ſapiētis naturę miraculum, mutaſſe tunicas vaſorum pulmonis, edita vena, quę arteriam,
& arteria, quæ venā corpore ſuo ęmularetur: nā ſi vena arterioſa conſiſtentiam ſuā venoſam retinuiſſet,

Arteriam ſemper vena ſubincere.

Cur Vena ſacta ſit arterioſa, duplex ratio.

ſanguis arterioſus, qui per eam à corde ad pulmones nutriendos deſertur, tum ſubtilitate elabi & diffluere potuiſſet per venoſæ texturæ raritatem: deinde natura conceptum finem nunquam conſequi potuiſſet, nempe pulmones nutrire, propter continuum conſtrictionis & dilatationis pulmonum motum. Non enim poteſt alimentum parti adiungi, niſi apponatur & adhæreſcat. Oportuit ergo, vt natura venæ huius corpus ſolidum moliretur, vt ad motum pulmonum immobilis, aut ſi mobilis, & contumax reſpectu venæ, quę mollitie ſua obſequens ad pulmonum agitationem (humilium ſequax extitiſſet) haberet alimentum, quod in ſuas omnes partes diffunderetur, quod que neque ad ſui diaſtolem alliceretur, neque a ſyſtole rurſum repelleretur. A. *(margin A)*

Cur arteria ſacta Venoſa.

Arteria vero venæ conſentiens ad id tempus, quo venoſa illa mollitie pro naturæ neceſſitate prompte contrahi & dilatari poſſet, ad aerem in cor inducendum, & fuliginem inde educendam. Hic occurrit difficultas, nempe qua via ſanguis è dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum deferatur. Galenus exiſtimat, in eam rem eſſe in intercepto cordis foramina quædam & certe illa vidit, ſed tamen minime pervia ſunt. Itaq. Columbus nouam viam aperuit, nempe ſanguinem per venam arterioſam ad pulmonem ferri, ibiq. attenuari, indeq. cum aere via per arteriam venalem ad ſiniſtrum cordis ventriculum permeare ſcribit. Valde profecto probabiliter. Vt alias tractatu de Catarrho, tertium veram excogitauit, venam nempe, quam appellat arteriarum nutricem, quæ paulo ſupra cor tendens ad dextram auriculam cordis oberrat, indeq. in ſiniſtram pergens in cor ſubit. Sed tamen videre vero, ne vena hæc a Botallo obſeruata, vas illud ſit à Fallopio obſeruatum, quo vena arterialis magnæ Aortæ ex quo vniuerſus ſanguis vitalis deſertur ad formationem & nutritionem pulmonis, dum fœtus vtero adhuc continetur. Cuius etiam meminit Galenus, ſed à Galeno iam inde temporibus ad hanc vſque ætatem iacuerat, nec nisi à Fallopio excitatum, & in memoriam reuocatum eſt.

Quo via ſanguis e dextro in ſiniſtrum ventriculum deferatur.

Vena arterioſa nutrix fœtus ob arterias arteriarum.

Lib. 15 de V ſu part. c. 6. B *(margin B)*

De Vena caua aſcendentis diſtributione. CAP. XIII.

Lib. de form. fœtus.

VEna caua è gibbo hepatis exiliens, inque arborem velut truncum, Galeno authore, coacta, in duos inſignes ramos diuiditur, ſed inæquales. Maior enim per hepatis poſtica ſupra ſpinam deſcendit, obiterq. ramos quoſdam alios, qui in magnum truncum cum aliis non coierant ex hepatis ſubſtantia excipit. Deſcendentem hunc ramum ſæpe videas ad ſpinam vſq. dorſi, cum in illo ſuo deſcenſu incubat, hepatis ſubſtantia tectum ſic vt a communi illo trunco vna cum aſcendente ramo minime prodire videatur, quanquam reuera ſemper prodeat. Minor vero ramus ad partes ſuperiores aſcendit, hocq. qui ſequitur, modo diſtribuitur. Primum nam diaphragma alligens, ei exiguas duas venas, vtrinq. vnam largitur, Phrenicas ob id dictas. Inde vero vbi ad cordis dextram auriculam peruenit, coronæ in ſtringit, quę coronæ in modum cordis baſim cingunt. Tertio altius in dextram illam auriculam ingreſſus, maiore ſui parte venam profert arterioſam. Quarto ſupra cor elatus parte dextra venam dat Azygon, quę ad quartam vtrinque coſtarum internorum nutrit, dimiſſo in ſingulos muſculos ad partem coſtæ inferiorem ramulo, quippe ipſorum nutritionem indicat. Quin & ſæpe, in paruis præterquam hominibus, vena hæc Azygos nudemittet. Sed & Azygos hæc aliquando, etſi raro, duplex inuenitur, vtrinque vna. Hic in paruis notandum, venam Azygos poſtquam nutrierit intercoſtalia coſtarum interiorum, reliqua ſui parte infra diaphragma deſcendere, ac in latere ſiniſtro emulgenti venæ coniungi, ex quo patet, quare ... materiæ pleuriticæ excretione, contingere poſſit per vrinas. In dextro vero latere ... Azygos, venaſque cum lumbaribus, ... vero vni, quæ ad femur deſcendit, ex quo colligit Fallopius peruttile fore, ... ſuperiorum intercoſtalium ... Quinto ſupra azygon ad hæc aliquando ab his axillaribus egredi cernitur, quas ſubclauias Sylvius nominat. Sexto mammarias ... ſic dictas, quod magna ſui parte inter quartam & quintam coſtam ad mammas deſcendant, ad vſus ante expoſitos exeunt hæ venæ, multiloque pe a ſubclauiis vtrinq; ſe vna: Vniuntur aliquando prodire communi quodam vena caua orificio, antequam in ſubclauias diuidatur. Sed id in brutis locum habet potius quam in hominibus, hæ venæ per ſternum latera deſcendentes, duobus thoracis muſculis mediaſtino etiam & parti ſuperiori muſculorum rectorum, circumiacentibusque partibus alimentum, præbent. Septimo Ceruicalem gignit, quæ vtrinque per foramina apophyſeon ceruicis vertebrarum ad caput aſcendit, multis exiguis ramulis abſumpta in ſpinalem medullam per neruorum foramen, item q. in membranas, ligamenta, cartilagines, oſſa, vicinoſq. muſculos. Octauo muſculoſam, quę e ſubclauia etiam egreſſa, in duos alios ramulos diuiditur, quorum vnus ſupra thoracem ad mammas pergens muſculos anteriores nutriensque. *(margin C, D)*

Phrenica.

Coronales.

Vena arterioſa.

Azygos

Azygos aliquando duplex.

Pleuritidem committendam materiæ per Venas excretio quæ fiat.

Non populea pleuritis dum miſſio ſ. Ba proſit.

Intercoſtalis.

Mammaria

Ceruicalis.

Muſculoſa.

Deſcendens Vena caua ramus maior

Superior Vena caua ramus minor eſt.

...ius muſculos anteriores nutriensque quare in ſputa pleuritide vtiliter cucurbitulæ eo loco apponi poſſunt. Ramulus alter ad muſculos thoracis ſuperiores deſcendit, præcipue autem ad eum, qui latiſſimus dicitur. Decimo fit axillaris. Vndecimo humeralis, de quibus ſuo dicetur loco. Duodecimo, & vltimo denique fit iugularis propriè dicta, quæ duplex eſt, interna & externa. Interna minor vtrinq. ſtatim a primo ſui initio per aſperæ arteriæ latera vſq. ad os & cranium aſcendit, partibus, per quas iter facit, vt proximis membranis & neruis obiter alimentum præbens. Sed cum ad cranii baſim peruenerit, in duos ramos diuiditur, quorum maior per ipſam cranii baſim ad partem ipſius poſteriorem regreſſus, dimiſſo ramulo ad muſculum longum ceruicis ſuper occipitis plagam ſitum, ipſum ſubingredi... cranium, et ... per foramen ſextæ coniugationis neruorum, quo loco in communem vas coeunt. Minor ... per foramen ... dictam, et ... ſubit, in qua craſſam meningem abſumitur, iuxta foramen tertiæ & quartæ neruorum coniugationis. E *(margin E)*

Quo loco cucurbitula vtiliter in pleuritide ſputa apponantur.

Axillaris & humeralis

Iugularis interna & externa.

Interna iugularis quas partes obeat.

A Externa iugularis maior & inſignior, ſæpius ſimplex, aliquando duplex, vel ſtatim à primo ſui exordio, vel paulo poſt: vtrinq; ſuperficialiter aſcendit per ceruicis latera, inter muſculum latum, ſeu panniculum carnoſum, illic manifeſtum & alios muſculos ad ceruicis latera ſitos: in quos quemadmodum in cutem ramulos quoſdam diſtribuit alimenti gratia. Sed vbi ad capitis baſim peruenit, in plures ramos diuiditur, quorum vnus fertur ad muſculos oſſis hyoidis, laryngis, linguæ, & partem linguæ inferiorem (quo loco in ſynanche & aliis oris inflammationibus aperiri ſolet) & ad naſi tunicam. Alter fertur ad craſſam meningem, vtrinq; per foramen tranſiens, ſitum ſub oſſe maſtoide: inſuperq; vtrinq; ad os occipitis aſcendens, oblique ad ſummam lambdoidis ſuturæ partem peruenit, quo loco rami illi concurrentes coeunt in craſſæ meningis reduplicatione, anterius cerebrum diuidentes, vt ſic implexi & vniti torcular conſtituant. Tertius aſcendens ſupra poſteriorem partem & baſim maxillæ inferioris, ad labia diſtribuitur, ad alas narium, earumq; muſculos: pariter ad maiores oculorum angulos, ad frontem & alias faciei partes, multorum tandem ramulorum concurſu in fronte efficiens venam, quæ recta dicitur, ſeu frontis vena. Quartus per glandulas, quæ ſub auribus ſunt, aſcendens, poſtquam multos ipſis ramulos diſtribuit, in duos alios inſigniores abſumitur, quorum vnus ante, alter pone aures tranſiens, in cu-

B tem capitis tandem abſumuntur. Quintus & vltimus per totam capitis baſim oberrans, pergit ad occiput, venam puppis illic conſtituens, quæ per capitis longitudinẽ ſecundum ſuturam ſagitalem extenſa, eouſq; tandem procedit, vt coeat cum vena frontis, qui concurſus cauſa eſt, cur capitis externi partem poſteriorem dolenti vena in fronte ſecta proſit, & contra. Notandũ vero, quod nonnullorũ in cranijs aliquando vena puppis per vnũ aut plures ſatis inſignes meatus, tranſmittit ſui portionem quandam ad interius caput, ſic vt etiam inciſa vena puppis, reuelli poſſit materia, quæ internos capitis ciet dolores.

Externa iugularis quas partes obeat.

Quo loco iugularis externa in partium oris inflammatione ſecetur commode.

Vena recta.

Vena puppis. Vtiliter etiã in internis capitis doloribus aperitur vena puppis.

Sequitur declaratio figuræ venæ cauæ, in qua characteres vnum ſolum latus demonſtrant. Truncus deſcendens ad latus ſiniſtrum notatur, aſcendens ad dextrum, vnde vtriuſq; iudicium par facere poſſis.

Venarum figura.

C



D

E

A A. *Monſtrant venas, quæ e gibba hepatis parte exeuntes, venæ cauæ truncum ſuo concurſu conſtituunt.*
BB. *Venas adipoſas.*
CC. *Emulgentes ſeu renales.*
DD. *Spermaticas.*
EE. *Lumbares.*
F. *Muſculoſam.*
G. *Trunci diuiſionem ad duas iliacas.*
H. *Venam ſacram.*
K. *Hypogaſtricam.*
L. *Pudendam.*
M. *Principium venæ cruralis, quæ ſex producit inſignes ramos.*
N. *Saphenam.*
O. *Iſchiadicam paruam.*
PP. *Muſculoſas internas & externas.*
Q. *Popliteam.*
R. *Suralem.*
S. *Reliquum venæ cruralis, quod ad vſq; pedis digitos pergit.*
T. *Iſchiadicam magnam.*
V. *Malleoli externam.*
Y. *Malleoli internam.*
A. *Initium trunci venæ cauæ aſcendentis.*
B. *Phrenicas.*
C. *Orificium venæ cauæ in corde, quo loco vena fit arterioſa.*
D. *Coronalem.*
E. *Azigon.*
F. *Initium ſubclauiæ, quæ in brachio axillaris dicitur.*
G. *Mammillarem venam, quæ occurrit epigaſtricæ.*
H. *Intercoſtalem.*
I. *Ceruicalem.*
KK. *Thoracicas.*
L. *Iugularem internam.*
M. *Iugularem externam, cuius quatuor rami demonſtrantur notis* 1. 2. 3. 4.
N. *Venam frontis.*

 O. *Venam,*

O. *Venam, quæ torcular componit.* A

P. *Humerariæ ramum exiguum, qui extrinſecus a* [illegible] *pergit.*

Q. *Humerariam, quæ aliquando ab axillari ortum ducit.*

R. *Locum muſculo* [illegible]*.*

S S. *Venas humerariæ,* [illegible] *ad omoplatæ muſculos vicino* [illegible] *pergunt.*

T. *Axillarem, quæ paulo poſt in profundam & ſuperficiariam diuiditur, quarum profunda notatur nota 1. ſuperficiaria nota 2.*

V. *Diuiſionem axillaris ſuperficiariæ, cuius ramus internus cum interno humerariæ medianam venam conſtituit: externus pergit ad manum per cubiti longitudinem.*

X. *Medianam*

Z. *Diuiſionem humerariæ cuius ramus internus medianæ partem facit, externus ſupra radium excurrens ſaluatellam tandem conſtituit.*

De Neruorum ſextæ coniugationis diſtributione. CAP. XIIII.

QVia arteriæ diſtributio commode demonſtrari nequit, niſi* [illegible] *B [illegible]

Tria ſextæ neruorum coniugationum paria. [illegible]

Ramus coſtalis. [illegible]

Recurrens. [illegible]

Axioma anatomicum. [illegible]

Cur vocales nerui natura recurrentes eſſe voluerit. [illegible] C

Ramus ſtomachicus. [illegible] quatuor in duos coeant.

De Diuiſione Arteriarum. CAP. XV. D

Aſcendentis arteriæ lanũ ramum minorem eſſe dextro. ARteria è ſiniſtro cordis ventriculo egrediens [illegible]

Arteria ſubclauia ſiniſtra diſtributio. Intercoſtalis. quam ad primam thoracis coſtam pertineat, quo loco arteria ſubclauia [illegible] tur, modo diſtributum. Primo enim producit intercoſtalem [illegible] intercoſtalibus [illegible]

Mammaria. dem eſt, quæ mammillaris venæ diſtributio. [illegible]

Ceruicalis. dum ceruicis longitudinem ad [illegible] è thorace egreſſa ex parte thoracis poſtica [illegible] Quarto

Muſculoſa. bus ad occiput vſq; largitur. Quinto è thorace [illegible]

Humeraria duplex. rum vna ad cauæ omoplatæ muſculos, altera ad [illegible] omoplatæ pergit. Sexto & vltimo Thoracicā edit quę & [illegible] duplex eſt [illegible]

Thoracica duplex. anteriores; altera ad lat[illegible] procedit, quemadmodum de vena [illegible] E rem facit. Ramus alter maior per dextrum [illegible]

Arteria ſubclauia dextra diſtributio. etiā lateris ſubclauiam facit: quę [illegible] infaper [illegible] quę carotides dextra & [illegible] conſtituit, quę [illegible] cũ neruo ſextę coniugationis, &

Carotides arteria. vena [illegible] interna [illegible] ad Pharyngem peruenit [illegible] re in duos ramos diuiduntur, internũ vnum, & externum alterum. [illegible] ad pharyngem, laryngem, & linguam: inde in caput ingreſſus per foramen longum & [illegible]

[illegible]

A maxillæ ſuperioris, multos ad nares ramos emittit, ad oculos, ad temporales muſculos parte interna, & ad craſſam meningem: reliquum huius rami per lateralia oſſis baſilaris foramina ſubiens, & Clinoides eiuſdem oſſis apophyſes fertur, vt illic plexum admirabilem, qualis eſt, conſtituat. Deinde per cerebri baſim abſumitur abunde per tenuem meningem, & membranam ſeu plexum choroidem diffuſus. Externus & minor carotidum arteriarum ramus ad genas, ad tempora, & pone aures pergit: Denique ramulum vnum in muſculum ceruicis longum dimittit, qui cum vena iugulari interna in craſſam meningem ſe inſinuat, per foramen neruorum ſextæ coniugationis ingreſſus.


Interni rami carotidis arteriæ diſtributio.

Quas partes obeat externus carotidis arteriæ ramus.

Declaratio figuræ Arteriarum.

Figura Arteriarum.

B



C

A. *Monſtrat cordis partem, vnde arteriis eſt principiũ.*
B. *Truncum ſeu initium arteriarũ è corde exeuntium.*
C. *Mammariam dextram e dextra ſubclauia ortam.*
D. *Diuiſionem arteriarum in axillarum ſiniſtram & truncum dextrũ: qui iterũ in tres ramos diuiditur.*
E. *Subclauiam ſiniſtram.*
F. *Ceruicalem ſiniſtram.*
G. *Mammariam ſiniſtram.*
H. *Intercoſtalem minorem.*
I. *Muſculoſam.*
K. *Axillarem, & eius principium.*
L. *Ramum ad deltoidem procedentem, venæ humerariæ aliquando comitem.*
M. *Arteriam, quæ parte interna ad omoplata caua & muſculos illic exiſtentes pergit.*
N. *Thoracicam.*
O. *Arteriam, quæ comes eſt venæ per longitudinem latiſſimi muſculi excurrenti.*
P P. *Ramos per muſculos brachii ad cubitum vſque diſtributos.*
R. *Arteriam, quam in carpo exploramus.*
S. *Arteriam, quæ extrinſecus excurrit inter primum os pollicis & metacarpium.*
T. *Magnum alterum ramum, qui intrinſecus per cubiti longitudinem ad manum vſque deſcendens per digitos diſſeminatur.*
V. *Aſcendentis arteriæ truncum dextrum, qui in duas carotidas diuiditur, & ſubclauiam quæ tranſuerſo ductu ad brachium pergit.*
A. *Carotidem dextram in qua* B. *Monſtrat ramũ, qui ad linguam pergit, laryngem, & os.*
C. *Ramum, qui in caput ſubit intrinſecus, vt plexum conſtituat choroidem.*

D D. *Ramum extrinſecus aſcendentem ad aures & totam faciem.*
E. *Ramum ad faciei muſculos pergentem.*
F. *Ramum temporum.*
G. *Ramum, qui eſt pone aures.*
H. *Truncum deſcendentem ad partes naturales ſupra ſpinam.*
IIII. *Arterias intercoſtales, quæ octo ſunt numero.*
K. *Phrenicas.*
L. *Cœliacum.*
M. *Meſentericam ſuperiorem.*
N. *Renales, ſeu emulgentes.*
O O. *Lumbares incluſas duabus notis oo.*
P. *Spermaticam dextram.*
Q. *Meſentericam inferiorem.*
R. *Muſculoſam.*
E S. *Iliacam, quæ ad crus pergit.*
T. *Hypogaſtricam.*
V. *Arteriam, quæ procedit ad muſculos natium.*
X. *Reliquum epigaſtricæ, quæ per foramen oſſis pubis egreditur, & in femur deſinit.*
Y. *Epigaſtricam.*
Z. *Cruralem. 11. muſculos internos & extremos femoris. 2. popliteam. 33. genuum arterias. 5. Arteriam, quæ eſt ad malleolum internum, inde ad extremos vſque digitos productam. 6. Arterias articuli pedis. 7. Arteriam malleoli externi, eodem modo atque interni diſtributam. 8. Arteriam, quæ ad plantam pedis diſſeminatur. 9. Diſtributionem arteriarum per pedem inferiorem ad omnes digitos.*

Notandum vero, multo plures eſſe in humano corpore venas, quam arterias, quin & longe craſ- A
ſiores eſſe venis. Nam ad conterendum [illegible] nec tot, nec tam craſſis eius
generis inſtrumentis eſt opus. [illegible] arterias ſine venis reperies.
Cæterum intelligimus, [illegible] aut adhæret commu-
nibus membranis, [illegible] deſtinata eſt.

Quid Thymum. *Vſus.* *Magnitudo.*

De Thymo. CAP. XVI.

THymus *glandula eſt ſubſtantia* [illegible] *magnitudine*, [illegible] mum thoracem, inter diuiſiones venarum & arteriarum [illegible] adhuc concluſarum, in eum vſum, vt [illegible] ritiem, & præterea vt hoc tanquã fulcro [illegible] & reliquæ [illegible] diſtributiones: ita in brutis & hominibus [illegible] ad maturam ætatem peruenere, [illegible] conſpicitur.


Subſtantia. *Compoſitio.* *Cur aſperæ arteriæ pars poſteriore ſit ligamentalis.* *Cur anteriore cartilaginoſa.* *Situs.*

De aſpera arteria. CAP. XVII.

ASpera arteria cum voci & reſpirationi [illegible] ſubſtantiæ eſt cartilagineæ, ligamento- B
[illegible] nec comprimi, nec obſerari [illegible] vocem pro arbitrio [illegible]. [illegible] eius eſt ex venis a iugularib. [illegible] a carotidibus [illegible] reſilientibus, duplici mẽbrana, [illegible] oris tunica [illegible] non tamẽ in perfectũ orbem ductis, in can[illegible] mentorum mutuo ex earum lat[illegible] & orbem aſperæ huius arteriæ abſ[illegible] vt ligamẽti illa mollities, [illegible] tiendi. Ex duobus ligam[illegible] cõmittunt & connectun[illegible] fectũ orbẽ deducu[illegible] obducunt: at cartilagines [illegible] ex illa tunicarũ internarũ arteriæ aſperæ & œſophagi [illegible], C moditatẽ redundare, vt [illegible] partiu vna depreſſa, altera [illegible] Sic nihil œſophagus [illegible] aſpera arteria [illegible] vomitu [illegible] arteria. Via ea eſt, [illegible] laryngem [illegible] & pulmones, [illegible] dextrũ & ſiniſtrũ, quia [illegible] ramorum [illegible] in pulmonum ſubſtantiam ſubiens, rurſum in duos alios per ſingulos lobos dirimuntur, hique denuo in alios infinitos per ipſam loborum ſubſtantiam. Cartilaginei ſunt omnes hi rami ad ſui extremum vſque. [illegible] arteriæ venoſæ & venæ arterioſæ, [illegible] per arteriam venoſam [illegible] egreſſas. Sic[illegible] partibus [illegible] compo[illegible] partes illas ſumit. Tempera[illegible] autem ad pulmones importare, [illegible] illud quidem dilatando, hoc vero [illegible] comprimendo.

Diuiſio aſperæ arteriæ per pulmonum lobos. *Temperies & actio.*

Figura aſperæ Arteriæ.



A. *Demonſtrat exiguum corpus glandulo*[illegible], *epiglottida nuncupatum, incumbens capiti aſperæ arteriæ*, [illegible] *in ipſam* [illegible].

B. *Cartilaginem ſcutiformem.*

C. *Aſperam arteriam annulatam, vt vides.*

DD. *Geminas glandulas ſitas ad latera capitis aſperæ arteriæ.*

EE. *Neruos ſextæ & ſeptimæ coniugationis per thoracem tranſeuntes, adq; ventrem pergentes, vt illic per partes omnes diſtribuantur.*

F. *Neruum dextrum recurrentem ſub arteria axillari, ſecundum partis lateralis aſperæ arteriæ longitudinem vſque ad proprios laryngis muſculos.*

G. *Neruum ſiniſtrum recurrentem ſub trunco deſcendentis arteriæ.*

H. *Duos neruos recurrentes ſitos ſecundum arteriæ longitudinem.*

II. *Diuiſionem aſperæ arteriæ in duos ramos, quorum dexter in dextrum, & ſiniſter in ſiniſtrum pulmonem feratur. Qui rami rurſum in multos alios diuiduntur.*

K. *Orificium magnæ arteriæ a corde exilientis.*

L. *Arterias cordis coronarias.*

M. *Magna*[illegible]

A *M. Magnam arteriam deorſum deſcendentem.*
N. *Intercoſtalem maiorem.*
O. *Arteriam ſubclauiam lauam.*
P. *Truncum aſcendentem arteriæ, qui in tres ramos diuiditur.*
Q. *Arteriam axillarem dextram.*
R R. *Arterias carotidas dextras & ſiniſtras.*

De OEſophago. Cap. XVIII.

OEſophagus cibi & potus via, ſubſtantiæ eſt inter carnem & neruum mediæ, quia ex membrana ner- *Subſtantia.*
uoſa vna & altera carnoſa conſtat. Neruoſa intrinſecus ſita eſt, & oris tunicæ interiori ad labra vſ-
que (quo fit, vt labra tremant, in morbis mox per vomitum criticum iudicandis) interneque item aſpe-
ræ arteriæ continuata exiſtit: fibris rectis contexta eſt ad ciborum attractionem, quam adeo rapidam in
famelicis ſæpe animaduertimus, vt vix mandendi otium ſit, cum tanquam manu præripi deorſum cibus *OEſophagi*
B ſentiatur. Carnoſa extrinſecus poſita fibris tranſuerſis texta eſt, ad accelerandum eduliorum in vẽtrem *vis attra-*
delapſum, vomitusque & flatus excernendos. Duæ hæ tunicæ, ventriculi tunicis ambabus continuatæ *ctrix.*
eundemque hæ locum tenent. Habet præterea œſophagus partes componentes, vt à porta & caua aſ- *Compoſitio.*
cendente venam, neruum à ſexta coniugatione, arteriam ab ea, quæ ad fundum ventriculi perreptat,
cum vena gaſtrica, vel ab arteriis cauam eius partem aſcendentibus: ſed & præter vaſa hæc omnia, terti-
am à membrana coſtali, tunicam habere poteſt. OEſophagi magnitudo ex ſe ſatis eſt inſignis, quanquã *Magnitudo*
aliis maior, aliis minor, pro corporum varietate. Figura rotunda eſt, quo tranſglutiendis cibis capacior *& figura.*
eſſet, minusque offendi facilis. Situs eſt inter ſpinam & aſperam arteriam à pharynge ad ventriculum *Situs.*
vſque. Cæterum dum per ſpinæ longitudinem deſcendit, vbi ad quartam metaphreni vertebram per-
uenit, declinat in latus dextrum, vt magnæ arteriæ aortæ ad partes inferiores deſcendenti cedat: inde ad
læuam reflectitur verſus ſtomachum ſeu ventriculi orificium. Natura ipſum ad diaphragma fortibus
membranarum vinculis ſuſpendit, ne ſi innixus fuiſſet arteriæ, vitali ſpiritui ad inferiores partes viam
præcluſiſſet. Vnicus eſt partibus commemoratis connexus, tum vaſis ſuis, tum membranis. Tempera- *Temperies*
mento eſt frigido potius, quam calido, vt partes omnes, quæ magis neruoſæ ſunt, quam carnoſæ. Actio *& actio.*
C eius eſt attrahere & inferre cibos, reiicereque quæ ventriculo moleſta vomitu excludi poſtulant. Hic *Cur ſorbere*
notandum, quod dum deglutimus, œſophagus deorſum trahitur, & aſpera arteria ſurſum, *& flare ſi-*
quæ cauſa exiſtit, cur ſimul ſorbere & flare, deglutire & reſpirare non poſſimus, *mul nequea-*
quod ſingulari Dei prouidentia contigiſſe credendum eſt; *mus.*
cuius nomini æterna ſit gloria.

FINIS LIBRI TERTII.

D

A

DE PARTIBVS ANIMALIBVS IN CAPITE POSITIS.

LIBER QVARTVS. B

Capitis deſcriptio generalis. CAP. I.

Quid caput. *Cur ſummum.* *Figura.* *Partes capitis quæ.* *Continentes capitis partes.* *Contenta.* *Pilus quid.* *Capillorum vſus.*

DVOBVS partium corporis humani generibus hucuſque expoſitis, naturalibus nempe & vitalibus, oportet nos, ad vltimam [illegible] caput [illegible] capite ducto. Caput igitur primo definiemus, tum in [illegible] partes [illegible] tertio partium eiuſmodi vnamquamque deſcribemus: quarto ſingulas demonſtrabimus, eo, quo ſe oculis inter diſſecandum offerent ordine.

Eſt ergo Caput *ſenſuum ſedes, rationis propugnaculum & ſapientiæ, ex quo, tanquam ex fonte, actiones & commoditates manant.* Vniuerſo corpori imminet; vt inde tanquam ex arce animalis ſpiritus corpus vniuerſum regit, moderetur, agendique omnia ex naturæ [illegible] exequatur. Capitis nomine id omne intelligimus, quod à vertice ſeu ſummo ſincipite, ad primam vſque ceruicis vertebram continetur. Capitis laudabilis figura eſt rotunda, modice ad latera vtrinque compreſſa [illegible] à fronte & occipite nonnihil prominens. Nam hinc ſenſuum bonitas [illegible] quæ exacte rotunda eſt vel acuminata, & in turbinem faſtigiata, nequaquam bona cenſetur. [illegible] caput [illegible] in faciem, frontem, tempora, ſinciput, verticem & occiput. Per faciem intelligimus, quicquid à ſupercilio ad mentum vſque patet. Per frontem, quicquid à ſupercilio ad ſuturam vſque coronalem aſſurgit. Per tempora, [illegible] oculi angulo vſque ad aures [illegible]. Per ſinciput, quicquid à ſumma fronte ſeu coronali ſutura, ad ſuturam vſque lambdoidem in longum excurrit, & vtrinque ad oſſa petroſa, ſeu [illegible] exporrigitur. Per verticem, velut apicem quendam, & punctum fingimus in medio [illegible]. Per occiput, quod ſutura lambdoide & prima ceruicis vertebra terminatur. [illegible] partium omnium aliæ ſimplices ſunt, aliæ compoſitæ, aliæ inſuper continentes, aliæ contentæ. Continentium aliæ ſunt capitis partibus omnibus communes, vt cutis, panniculus carnoſus, & pericranium: aliæ certis quibuſdam partibus propriæ, vt [illegible] collo, faciei, fronti [illegible] tegunt. Tunica [illegible] communis, adipi [illegible] & ambæ meninges [illegible] cerebri. Contentæ partes ſunt cerebri ſubſtantia, quatuor ventriculi [illegible] corpora, [illegible] mammillares, plexus choroides ſeu rete admirabile, glandula [illegible], & aliæ, de quibus poſtea. Nunc dicendum de partibus continentibus, initio à cute ſumpto: docendi enim ordo à ſimplicioribus exordium duci poſtulat. Prius tamen de capillis breuiter dicam. Pilus nihil eſt aliud, quam *excrementum ex craſſiore & magis terrena ſuperfluitatum tertiæ coctionis portione genitum & [illegible] matum, quæ per inſenſibilem tranſpiratum diſſlari nō potuit.* Capilli vtilitas eſt, vt conſumptis [illegible] cerebri [illegible] capiti [illegible] integumentum & ornatum. Hic capillus & ciliorum pili à prima fœtus in vtero conformatione [illegible] habuere, reliqui toto corpore pili, pro increſcentis & decreſcentis corporis ratione, emergunt & pullulant, cuiuſmodi ſunt pili, qui mentum, alas, inguina & alias corporis noſtri partes veſtiunt. C D

De Cute capitis muſculoſa & Pericranio. CAP. II.

Capillata capitis cutis qualis. *Eius connexio.* *Cur eius vulnera nō negligenda.* *Pericranius & perioſtium eadem membrana.* *Vnde omnes corporis membranæ.*

CVtis quæ cranium tegit, quæque pilis tegitur, longe carnoſior eſt, craſſior, durior & ſiccior, quam vllius alterius corporis partis, quæ præterquam ſit de pilis. Parem ferme qualitatum ſubit conditionem cutis in partibus, quas non ſimpliciter tegit, ſed ipſis immerſa, infixa, ac vndique infixa eſt, vt in [illegible] fronte, cum panniculo carnoſo, ex quo cutis muſculoſa dicitur: alias parem cum cartilaginibus habet adhæſionem, vt in alis narium, & tarſis oculorum, ex quo cartilaginoſa dicitur. Connexionem habet cum pericranio, quia ipſi adhæret, neruos excipit à prima & ſecunda ceruicis vertebra, & à tertia cerebri coniugatione, qui per omnem eius ſubſtantiam diſſeminantur, quo fit, vt vulnera, contuſiones & apoſtemata, quæ in hac cute fiunt & emergunt, non ſint negligenda. *Pericranium, membrana eſt tenuiſſima, quæ proxime & immediate corporis oſſa omnia veſtiens, proprio nomine in capite pericranium dicitur, propter cranii excellentiam in reliquis oſſibus perioſtium nominatur.* Et quemadmodum pericranium à craſſa meninge, per cranii ſuturas & foramina promiſſis ſtaminibus quibuſdam ſe propagante ortum ducit, ſic reliquæ omnes corporis membranæ vel ab hoc pericranio, vel à craſſa meninge ortū habent, apophyſes promittentibus, tam per capitis, quā per ſpinalis medullæ ſeu ſpinæ ipſius foramina ad oſſa vſq; lacerti. E

Cuius

A Cuius etiam ligamentum hoc eſt, quod quacunq; corporis parte membranæ læſa fuerit, ſtatim læſio ipſa ad craſſam meningem perueniat. Sic enim qui vel extremum pedis digitum dolent cum ſternutant, aut tuſſiunt, doloris incrementum ſentiunt propagatione doloris ad cerebrum facta. Eius vſus eſt cranium tegere, & noxiarum rerum notitiam inferre, vt ſenſus, qui eſt in perioſtio acerrimus: eundem enim vſum præſtat perioſtium reliquis oſſibus. Ita per craſſam meningem ad cranium ſuſtinet & affigit per ſuturas, ne illa ſuo pondere in tenuem incidens ipſam lædat, atq; cerebri arteriarumq; per vtramq; meningem numeroſe ſparſarum pulſationem intercipiat. Ergo pericranio cum craſſa meninge arctiſſima eſt connexio, quia inde ortum ducit. Idem de reliquis totius corporis membranis ſentiendum, quæ res in ſoluta membranarum vnitate valde eſt notabilis.

Cur quacunque corporis parte membranoſa læſa caput per ſympathiã afficiatur. Pericranii vſus. Omnes corporis membranas trahere in affectum ſuorum conſenſum craſſã meningem. Vſus.

De Suturis. CAP. III.

SVturæ cranii oſſa inuicem aſſuunt, vniuntque. Hæ numero ſunt quinque. Tres veræ & legitimæ dicuntur, duæ mendoſæ & ſpuriæ. Verarum prima coronalis in anteriori viſitur capite, deorſum a ſincipite tranſuerſim ad media tempora deſcendens, ſic dicta eſt, quod illinc corollæ geſtentur. Altera ſagittalis dicitur, ſeu recta, quæ ſcilicet in capitis vertice exiſtens, caput recta velut linea in duas partes æquales diuidit, per longitudinem ipſius à coronali ad poſteriorem ſeu lambdoidem excurrens. Tertia vero hæc Lambdoides, ideo dicta eſt, quod maiuſculam literam græcam Λ repræſentet. Hanc ſuturarum deſcriptionem non quæ ſemper, ſed quæ vt plurimum ita viſatur intelligere debes: alia enim crania viſantur, quæ anteriore ſutura carent: alia, quæ poſteriore, nonnulla etiam aliquando, quæ nullam verarum obtinent, ſed ſolis mendoſis ſunt notata. Sed & notabis aliquando ſagittalem ad naſi harmoniam vſque excurrere. Sæpe & in occipite tres vel quatuor cernuntur ſuturæ, ſic vt plane certus non ſit ſuturarum numerus. Quod & notatum a Cornelio Celſo legimus: vbi ſcribit, Hippocratem a ſuturis deceptum fuiſſe, forte dum fracti occipitis oſſis ex eo coniecturam fecerit, quod demiſſus ſpecillus ad ſecundæ lambdoidis ſuturæ aſperitates, tanquam ad rimam ictu in oſſe factam reſtiterit. Reliquæ duæ ſuturæ mendoſæ & lapidoſæ, ſquammoſæque dicuntur, quod appoſitis imbricatim ſeu ſquammatim oſſibus conſurgant, non autem ſerratim & pectinatim ſibi mutuo implexis. Quod ſi quis quærat, cur caput non vno oſſe conſtet, quo ſic robuſtius euaderet. Reſpondeo, contigiſſe id, quo fore ſimul ab internis & externis iniuriis tutius. Nam cranium cum ſit ædificii humani tanquam infumibulum: ad quod totius corporis fumi omnes aſcendunt, ſi vnico oſſe compoſitum fuiſſet, exitus fumis illis non pa-
C ti vnico oſſe compoſitum fuiſſet, exitus fumis illis nõ patuiſſet. Ergo per ſuturas, craſſiores vapores, ſubtiliores vero fumi per cranii poros euaneſcunt. nonnullis ſuturæ valde dehiſcunt: aliis contra valde adſtrictæ ſunt. Ergo quibus ſunt denegatæ ſuturæ, alio eſt illis compendio à natura prouiſum: nam latitudinis duorum digitorum a lambdoide interuallo, vnũ vel duo foramina excauauit, per quæ vena puppis in cranium ſubit adeo ampla ſunt, vt ſerum quo armantur adſtrictoriæ ligulæ, admittant, vt ſic liber vaporibus pateat exitus, alioqui de morte periclitantis: ſic ergo homini natura aduerſus internas iniurias cauit, ſed & aduerſus externas voluit pariter caput pluribus oſſibus conſtare, vt vno oſſe fracto reliqua incolumia remanerent, ſubſiſtente in ipſa oſſium diuiſione ictus violentia. Ex quo intelligere licet, quod ſi craniũ ictum in oppoſito latere frangatur, id contingere vel defectu ſuturarum, vel quod imperfectæ ſint & nimium adſtrictæ, alias in poſitione eſt rarò contingere fracturas ob oſſium ſeparationem, quæ ictus impetum quaſi curſum abrumpit, ne progrediatur longius. Et certe vt raro crania reperiuntur ſuturis orba, ne rarò ſunt eiuſmodi fracturæ. Ergo Chirurgo diligenter ſuturæ ſuturarumque ſitus ſunt notandi, ne ipſi imponant, quaſi fractura eſſent, vel incautus terebram ipſis applicet: vnde ruptis venis, arteriis & neruis, ſibi quibus interna externis communicant, doloris incrementum &
D affluentis ſanguinis in meningem craſſam impetus, craſſæ inſuper abruptis fibris, quibus pericranio adhæret, in cerebrum procidentis præcipitatio, pulſationis cerebri funeſta interceptio.

Nonnulla crania ſuturis carere. Numerus.

Lib. 8 cap. 4

Cur craniũ ex pluribus ſit coagmentatum oſſib.

Quibus hominibus & vnde vena puppis nonnunquam in cranio ſubſtrat partes ſubeat.

Quibus hominib. vno capitis ictu, oppoſitum frangatur.

Cur in ſuturis non terebrandum.

De Cranio. CAP. IV.

CRanium ſeu Calua, cerebrum tanquam galea integens ex ſeptem oſſibus conflatum conſurgit, quorum alia aliis ſunt denſiora, craſſiora & duriora. Primum eſt os occipitis in parte poſtica ſitum, cæteris durius & craſſius, quod à tergo oculi nobis deſint, quibus a lapſu vindicare nos poſſimus. Circumſcribitur hoc os ſutura lambdoide & baſilari oſſe. Huius oſſis eminentiæ & tanquam capitula, prima vertebra excipiuntur: ſupra hanc enim caput vertitur in antica & poſtica, vi quatuordecim muſculorum & fortium ligamentorum, quæ occipitis illa capitula primæ huius vertebræ cauitatibus firmiter alligant. Secundum cranii os eſt in antica parte, diciturque os coronale. ſecundum id obtinet locum in robore & craſſitie. Deſcribitur ſutura coronali, & extremitatibus oſſis baſilaris ſeu cuneiformis: in hoc frontis ſeu coronali oſſe magna ſæpe cauitas ſub ipſis ſuperciliis reperitur, referta materia glutinoſa, craſſa, viſcida & alba, quæ elaborando ad odorandum aeri auxilio eſſe creditur. Chirurgo valde
E notanda eſt eiuſmodi cauitas, quia cum eo loci fractum caput fuerit, contingere poteſt, vt fractura primam tabulã non excedat: quare ignorata eiuſmodi cauitate, falſo credita apparentis cerebri perſuaſione impulſus, credet os penitus eſſe tranſfoſſum, meningeſq; comprimere; ex quo vulnus dilatabit, terebram admouebit, aliaque inſtrumenta ad ſecundam oſſis tabulam erigendam, omnino citra neceſſitatem, & cum manifeſto ægri vitæ diſcrimine. Tertium & quartũ os cranii, ſunt oſſa duo parietalia ſeu bregmatis, tertium denſitatis & craſſitiei locum obtinentia: quanquam denſitas illa & craſſities varius eorundem locis varia ſit. Nam ad ſinciput ſeu verticem, quo nempe pueris ſubſtantia illa in os non ante concreſcit, quam ipſis dentes omnes prodierunt, ſic vt mollities illic ad tactum appareat, per quam

Quid craniũ.

Cur os occipitii reliquis ſit durius.

Occipitii duo capitula notanda.

Ab occipitio os frontis reliquis eſſe durius.

Notanda in oſſe frontis cauitas.

Quo tempore ſummum ſinciput pueris oſſeã duritiem cõſequatur.

cerebri palpitatio [illegible] A

[illegible] B

Oſſa petroſa. *Os ſphenoides.* *Os ethmoides ſeu ſpongioſum.* *Tria meatum auditorii oſſa.* *Qua ratione certis quibuſdam craniis extraordinarias ſuturas conſiderabit Chirurgus.* *Mollitiem & duritiem cranii.* *Notanda in cranio & quæ vulgo non occurrunt tubercula.*

[illegible] C

Vaſorum cerebri lethalis ruptionem contingere poſſe citra fracturam cranii. *Cautio in terebrando.*

[illegible] vnde [illegible] D *in tractatu de vulneribus capitis.*

De Meningibus. CAP. V.


Cur oſſa ethmoidea ſint forata. *Quas corporis partes obeat craſſa meninx.* *Conſiſtentia craſſæ meningis.* *Vſus.* *Quid Torcular.* *Vna cerebri parte læſa, altera ſuperſtes*

CRaſſa Meninx [illegible] corporis membranis [illegible] quæ extra calvam prodeunt, [illegible] Ethmoidea [illegible] vt odores ad cerebrum [illegible] Eadem craſſa meninx [illegible] medulla [illegible] craſſa meninge cum omnibus neruis & membranis [illegible] continuationem [illegible] omnibus in corpore membranis [illegible] gignit, profert, conſeruat & tuetur. [illegible] ne cranii duritia lædatur, [illegible] E ſemper mediæ naturæ tertium [illegible] quod nempe venas & arterias [illegible] in eam partem, qua duplicatæ [illegible] cerebri [illegible] tera deducuntur, quouſq; ad eius ſummum [illegible] craſſæ meningis parte ſe inſinuant, qua duplicata [illegible] ſumma dirimit: rectus ille vnitarum venarum in frontem vſq; [illegible] fungus, qui cerebro [illegible] meningis,

A meningis, cerebrum, ſua duplicatione, cum altius ſe in ipſius corpus imprimit, in duas partes anteriorem & poſteriorem diſtinguere, mox etiam illud idem in dextram & ſiniſtram dirimere: vt vna parte læſa, altera ſuperſtes maneat & incolumis, ſuum animanti officium faciens, vt in paralyticis intuemur. Notauit Columbus hanc meningem duplicem eſſe, & certe eius rei veritatem oculorum fide aſſecuti ſumus. *conſeruat animal.*

Altera cerebri membrana, Pia mater dicta, tenuiſſima eſt multis venis & arteriis ad ſidam & cerebri nutritionem vitamque contexta. Hæc non inuoluit modo cerebrum vt craſſa meninx, ſed & in eius anfractus profundius demergitur, vt ipſum multis exiguis fibris, quibus ad eius vſque ventriculorum cauitates deſcendit, ſibi vndique adiungat & coerceat: non inde facile auellenda. Quare intueri ipſam oportet plane in eo, quo diximus, ſitu, nec eam niſi cum cerebri ſubſtantia auellere. Afflictæ hæ membranæ graues & acerbiſſimos dolorum excitant cruciatus; quo nomine affirmare auſim, has membranas ſenſus magis eſſe authores, quam cerebrum, quod in cerebri morbis, vt in lethargo, nullus aut exiguus vrgeat doloris ſenſus. *Tenuis meningis conſiſtentia.* *Meningum ſentiendi vis.*

B *Figura prima capitis ſublato cranio ſpectanda.*



a. Monſtrat craſſæ meningis faciem extimam.
bbbb. Venam torcular dictam.
C. Venam iugularem internam in plures & diuerſos ramos diſtributam.
d. Exiguos quoſdam ramulos venæ torcularis pergentes in medium cranium, ſeu diploem ac cutem capitis exteriorem,
e e. Exiguas quaſdam fibras à craſſa meninge per ſuturam coronalem, aliaſque pariter ſuturas tranſmiſſas ad pericranii generationem.

C

De Cerebro. CAP. VI.

SEquitur Cerebrum, neruorum ac motus voluntarii principium, primæ & præcipuæ facultatis animæ inſtrumentum, animalis nempe & rationalis. Copioſius id homini, quam alteri vlli animali datum eſt: totum enim *ferme* cranium replet. Quod ſi totum repleuiſſet, moueri, id eſt, dilatari & contrahi cerebrum in cranio non potuiſſet. Temperamenti eſt frigidi & humidi. Laudabilis cerebri temperies ex ſenſuum interiorum & exteriorum integritate, ſomni & vigiliarum mediocritate, iudicii maturitate, opinionum conſtantia, a quibus niſi meliora & probabiliora occurrerint, dimoueri non ſit facile, cognoſcitur. Cerebrum calidius eſſe intelligetis, ex ſenſuum & motuum corporis rapiditate, D ſomni breuitate, ſubita opinionum conceptione, & conceptarum mutatione, labili & caduca memoria, facili denique noxa rerum calidarum, vt ſolis & ignis occurſu. Qui cerebro ſunt frigidiore, tardi ſunt ad diſciplinas, reſque alias concipiendas, ſed conceptas ſemel opiniones non facile exuunt. Ad agendum motus habent ſegnes, ſuntque ſomnolenti. Quibus eſt cerebrum ſiccius, tardi etiam ſunt ad diſcendum: duris enim corporibus non facile quid impreſſeris, ſed tenaciſſimi ſunt eorum, quæ ſemel didicerunt: motus etiam corporum promptos & agiles habent. Quibus eſt cerebrum humidius, facile addiſcunt, ſed fugaces ſunt memoria: nam qua facilitate rerum ſpecies admittunt, & imprimunt animo, eadem elabi eas & effluere ſinunt. Sic lutum prompte quos voluens characteres, imaginesque admittit, at luti illius partibus, quæ ad characteris impreſſionem facile deſſilierant, iterum coeuntibus, eoſdem permiſceri, obliterari & confundi contingit. Ergo pigri ſunt ab humido cerebro ſenſus, motus tardi, ſomnus profundus. Cerebri actio eſt, animalem ſpiritum toti corpori ad motum & ſenſum neceſſarium elaborare, ſeque tanquam inſtrumentum principibus facultatibus, vt rationi, ſubiicere. Cerebrum eſt duplex, anterius & poſterius. Id cerebellum ob paruitatem dicitur: anterius vero magnitudinis ratione nomen cerebri abſolutum retinuit. Anterius id cerebrum rurſum eſt duplex, dextrum & ſiniſtrum, per E illam, quam diximus antea, meningum in cerebri corpus depreſſionem. Cæterum diuiſionis nomen non eſt hic abſolute accipiendum, quaſi in tot partes cerebrum penitus ſit diuiſum & diſcluſum, ſed eo ſenſu, quo dicimus iecur & pulmonem in lobos eſſe diuiſos, id eſt, magna ſui parte fiſſos & diſtractos, cum ad baſim vnum & ſibi continuum retineant corpus. Cerebri ſuperficies extima mollis eſt, interior vero dura, calloſa & valde leuis, cum contra extima illa multis gyris, & vermium multiformi velut implexu ſtriata appareat.

Quid Cerebrum. *Quantitas* *Temperies.* *Cerebri actio.* *Numerus.* *Conſiſtentia*

Secunda figura, quæ cerebrum calua nudum exhibet. A



AAA. *Monſtrat craſſam meningem inciſam.*

BB. *Cauitatem venæ torcular dicta, cuius ſtillante ſucco, vniuerſum cerebrum irroratur & alitur.*

CC. *Venas à torculari productas per tenuem meningem colligatas & inſertas, vt per eas ſuccus alibilis in omnem cerebri partem perueniat.* B

D. *Tenuem meningem totum cerebrum inuoluentem cum venis ſuis & arteriis.*

Tertia figura Cerebellum exhibens.



A A. *Monſtrat cerebellum tectum tenui meninge.*

BBB *Corpus vermiforme, anterius & poſterius. Quorum anterius ſeorſum diuiſum cernitur.* C

CC. *Cerebelli portionem, vnde producitur medulla ſpinalis.*

De Cerebri ventriculis, & Apophyſibus mammillaribus. CAP. VII.

Cerebri poroſa ſubſtantia, & ſanguinem exudans.
Lacuna.
Quatuor Ventriculi.
Superiorum cerebri Ventriculorum magnitudo.

AD facilem ventriculorum cerebri demonſtrationem, oportet ſubſtantiæ Cerebri inſignem portionem reſecare, atq; inter reſecandum aduertere, ad exudantem per poros eius ſanguinem. Sed & animaduertere oportet ſpongioſam ſubſtantiam, qua cerebri congeruntur excrementa, quæ mox per lacunam excolantur. In cerebri ſubſtantia notare licet quatuor ventriculos, certis ductibus inter ſe D coniunctos, quibus nempe ſpiritus rerum ſenſibilium speciei imbuti, ab vno in alium commeare poſſint. Primi & maiores duo, vnus vtrinque, in ſuperiore cerebro ſunt locati. Tertius ſub illis in medio cerebro. Quartus & vltimus, ad cerebelli, verſus ſpinalis medullæ initia, præcipitium. Priores duo, per cerebri longitudinem porrecti ſunt in ſemicirculi formam, quorum cornua extrorſum ſpectant. Spatioſi ſunt & ampli, quod illic ſpiritus cum excrementis ſuis contentos, ibidem defæcari & repurgari oporteret: at in aliis ventriculis repurgati ſpiritus, & iam plene confecti recipiuntur tantum. Albi ſunt hi ventriculi & lenes in ſuperficie interiore: niſi quod ad ſemicirculi medium vtrinq; tuberculum habent, ſitam ad baſim columnæ ventriculi medii naſum verſus ſub ſepto lucido, ventriculos illos duos diſſepiente. Septum id lucidum nihil eſt aliud, quam *cerebri portio mediocriter ſolida, mire tamen perlucida,* cuius ideo interuentu priorum huiuſmodi ventriculorũ ſpiritus animales inuicem commeant & communicant: haud tamen craſſior alia ſubſtantia tenuem eius denſitatem penetrabit. Itaque non eſt verendum, ne aqua vno ventriculorum contenta, per id ſeptum ad alterum tranſmeet, vt magna ſpectantium admiratione aliquoties obſeruaui in paralyticorum cadaueribus, in quibus ventriculum paralytici lateris dilatatum multo incremento comperi, pro aquæ copia ipſo contenta, altero plane inani E & vacuo: aut certe non magis differto, quam cuius alteri alio mortis genere defuncto, Aſſerunt enim nonnulli in ventriculis ſemper reperiri aquoſi humoris ſpeciem quandam, quæ fiat concretione ſpirituum animalium vi funeſti & lethiferi frigoris: Cæterum duo hi priores cerebri ventriculi in communem ductum abeunt, tanquam fornacum gemini folles, quo inſtructus rerum ſpeciebus ſpiritus, in ſubiectum ſeu medium a prioribus meat ventriculum. In iiſdem prioribus ventriculis conſiderandus eſt plexus choroides: Itemque ductus, quo congeſta craſſiora excrementa in glandulam pituitariam depelluntur. Plexus ille choroides nihil eſt aliud, quam *tenuis meningis epiphyſis venis arteriiſque inuicem*

Septum lucidum.

Cur paralyſis vnius lateris mox oppoſito non communicetur.

variè

A *varie implexis contexta in retis formam.* Vaſa hæc magnitudine ſunt & capacitate, quæ ſufficiat tum ad vi-
tam & alimentum particulæ eius, cui attexta ſunt, tum ad generationem ſpirituum animalium, vt qui
ex venis in eiuſmodi plexum exporrectis, arteria poſteriore & vena torculari materiam idoneam allu-
mant. Item quæ ex aere per proceſſus mammillares in cerebrum ſubeunte. Sunt vero proceſſus mam- *Proceſſus*
millares *via quædam communis aeri odoribuſque in cerebrum importandis, & cerebri excrementis exportandis.* Sic *mammilla-*
enim in his, quos catarrhus & coryza occupat, neque aer, nec odores ad cerebrum aſpirare queunt: vnde *res.*
frequentes ſternutationes, cerebro ad excuſſionem rei moleſtæ valde concutiente. Excrementorum
vero cerebri, ſeu illic genitorum, ſeu aliunde inuectorum, alia fumidæ & vaporoſæ ſunt naturæ, quę per
cranii ſuturas inſenſibiliter euaneſcant: Alia craſſa ſunt & viſcida, quorum multa portio per ambas has
productiones, vel per alterutram excernitur. Sic enim in coryza videas nonnullos quibus alterutra
tantum naris eſt obſtructa, altera fluente, alios, quibus vtraque obſtructa eſt. Duorum anteriorum ce- *Vſus ſuperi-*
rebri ventriculorum maxime propria vtilitas eſt, vim phantaſticam conuenienti velut ſede & domici- *orum cere-*
lio hoſpitari, cum anima eo à ſenſibus externis inuectas rerum ſpecies æſtimat, & ordine digerit, vt inde *bri ventri-*
de his verum iudicium à ratione exigat, quæ in medio ſedet ventriculo. Ventriculus tertius ſitus eſt in- *culorum.*
B ter priorum ventriculorum poſteriores extremitates, & vltimum cerebelli ventriculum. In hoc conſi- *Situs tertii cerebri ven-*
derandæ veniunt ſex partes: nempe Pſalloides, Conarium, Nates, Vermiformis apophyſis, Peluis, & *triculi.*
Ductus, qui eſt ab hoc medio in vltimum ſeu poſtremum ventriculum. Pſalloides ſeu fornix nihil eſt a- *Partes in eo*
liud, quam *tectum medii ventriculi, cameram referens, tribus columnis fultam, quarum vna ad naſum extenditur* *conſideran-*
ſub ſepto lucido duæ reliquæ vtrinque vna ad cerebri poſteriora ſpectant: huius figuræ, quæ externa parte gibba, *da.*
interna vero caua eſt, hæc exiſtit ratio, vt ſcilicet liberum eſſet ſpatium ad eam, quem intus ciet, motũ, *Quid fornix & eius vſus.*
ſpiritus animalis: & præterea vt ſuperpoſitam cerebri molem facilius ſuſtineret. Nam concamerata fi-
gura fulciendis ponderibus omnium eſt aptiſſima. Conarium *exigua eſt glandula eiuſdem cum cerebro ſub-* *Conarium*
ſtantiæ rotunda & oblonga, pinei mali inſtar, ex quo & conarii nomen habuit: ſita eſt glandula hæc è regio- *quid.*
ne exigui foraminis, quod ad vltimum deſcendit ventriculum. Eum vſum habet, vt valorum diuiſio-
nem roboret: eo cum apophyſi tenuis meningis deductorum ad generationem ſpiritus animalis, & vi-
tam alimoniamque cerebri. Huic glandulæ ſubiectæ ſunt nates, *corpora nempe ſubſtantiæ ſolidæ & albæ, in* *Nates quid.*
longum, vt pueruli clunes producta, præſertim in brutis, & maxime in Ariete. Solidam eiuſmodi ſubſtantiam
nates obtinuerunt, quo canalem illum, qui à medio ventriculo in poſtremum decurrit, cuiuſque bene-
C ficio cerebrum cerebello communicat, patens & peruium ſeruarent. Vermis *cerebelli* eſt *apophyſis*, eiuſ- *Vermis*
dem nempe portio in ſummo ſeu principio & quaſi aditu & ingreſſu exiſtens, multorum orbiculorum *quid.*
ſibi inuicem tenuibus membranis connexorum inſtar habens. Sed & quod craſſis albiſque vermibus
illis, qui in carioſis lignis reperiuntur, ſimilis ſit, vermiformis dicta eſt: Canali commemorato ianitoris
velut vſum præſtat, vt neceſſariæ ſpirituum copiæ aditum ingreſſumque in cerebellum, cum opus eſt,
patefaciat: ne ſi impetu ſubito in cerebellum inſilirent, rerum memorabilium impreſſa veſtigia con-
funderent. Peluis *ductus* eſt, *excernendis per palatum craſſioribus excrementis dicatus*, dictuſque, quod peluis *Peluis hic cum infun-*
aut infundibuli habeat ſimilitudinem & vſum: à tertio ventriculo in glandulam deſcendit, quæ inter *dibulo con-*
clinoides apophyſes ſita eſt, vt ſpatulæ ductu explorare licet. Reſtat vltima ex ſex partibus in tertio ven- *funditur.*
triculo conſiderandis propoſita, canalis nempe è tertio hoc ventriculo in quartum excurrens: propter
eum, quem diximus vſum. Canalis hic à pelui in exortu ſuo deſcendens, inde ſub nates in poſtremum *Canalis à*
ventriculum pertuſis meningibus deſinit: quod vt demonſtres, ſpatulæ mucronem hac impellere te o- *tertio in*
portebit. Tertii ventriculi vtilitas eſt, vt ſit facultati ratiocinanti tanquam tribunal, cum anima ex viſis *quartum*
concluſiones elicere vult. *ventriculũ.*

D Quartus cerebri ventriculus, eo, quem ante deſignauimus, loco ſitus eſt. Reliquis minor, ſed ſo- *Quartus cerebri ventri-*
lidior: minor, vt qui ſpiritum niſi defæcatum excipere non debebat, & ab omnibus ſordib' expeditum: *culus.*
ſolidior vero, vt illum tutius contineret. Eius vſus eſt, vt ſit velut theſaurus & cuſtos opinionum & iu- *Sintne cere-*
diciorum, quæ ratio decreuerit, vt cum opus eſt, liceat ea inde tanquam depoſitum repetere & euolue- *bri anima-*
re. Scio Galenum, Medicoſque Græcos tres ſupradictas facultates non ſic locis diſcreuiſſe, quinimo, o- *les faculta-*
mnes per totam cerebri ſubſtantiam totas eſſe confuſas ſcriptitaſſe, quam ſententiam etiam renouauit *tes ſedibus*
Fernelius in Pathologia. Hanc tamen velut communem opinionem, & ab Arabibus celebratam ſe- *diſcreta.*
qui malui.

Inſtrumenta & ductus facultatis odorandi ſunt apophyſes mammillares, eiuſdem cum cerebro *Vſus proceſ-*
ſubſtantiæ, nerui inſtar habentes, quæ ex cornibus poſterioribus anteriorum cerebri ventriculorum ad *ſuum mam-*
oſſa Ethmoidea ſpongioſaq; naſi excurrunt, vt hinc odorum ſpecies excipiant, inque ce- *millarium.*
rebrum deferant. Etſi vero nerui inſtar habeant, non tamen pro
neruis habentur; quia extra cranium non
prodeunt.

Quarta Cerebri figura.



AAAA. *Subſtantia cerebri calloſa notatur.*

BBBB. *Cerebri anfractus.*

CC. *Cauitates duorum cerebri anteriorum ventriculorum.*

DD. *Plexus choroides.*

EE. *Figura fornicis extima.*

F. *Pars ſepti lucidi ſuperior, quæ anteriores duos ventriculos diſpeſcit.* B

Quinta Cerebri figura.




AA. *Notatur fornix ab anterioribus retrorſum inuerſa.*

BB. *Plexus choroidės.* C

C. *Regia glandula conarium dicta.*

DD. *Vaſa quædam ab anteriore parte plexus choroidis producta.*

Sexta Cerebri figura.



D

AA. *Cerebri regiones notantur, vnde ſpinalis medullæ productio eſt.*

B. *Canalis, qui à tertio ventriculo ſub natibus in quartum excurrit.*

C. *Quartus ventriculus.*

D. *Conarium.*

EE. *Nates.*

FF. *Initium ſpinalis medullæ à cranio excedentis.*

E

De ſeptem cerebri neruorum coniugationibus, ſic dictis, quod ſemper coniugatos & geminatos oſtendant neruos, nempe vtrinque vnum

CAP. VIII.

Quid neruorum. Subſtantia. NErui viæ ſunt & inſtrumenta ſpiritus animalis & facultatis, quorũ ſpiritus ſunt vehicula, quandiu cerebro cõtinentur: ſola & ſimplici cõſtant medulloſa cerebri vel ſpinalis medullæ ſubſtantia. At cerebrum

A brum egreſſi, aliam membranoſam, quæ ipſos inuoluit, adiunctam habent a duabus cerebri membranis: & nonnullorum Anatomicorum ſententia, tertia inſuper alia ex ligamentis, cum pleriſque aliis, cum his, quibus nectuntur vertebræ, producta: quanquam hæc mihi ſententia abſurda videatur, cum eiuſmodi membrana, vt quæ inſenſilis ſit, nerui conditioni penitus repugnet, nempe cuius ſit ſenſum partibus, in quas inſeritur, impartiri. Neruorum magnitudo varia eſt, pro varia, quæ partibus, in quas inſeruntur, incidit ſentiendi neceſſitate. Figura ipſorum rotunda eſt, & in aquæductus ſeu canalis ſpeciem oblonga, cerebri nempe membranis, quibus nerui integuntur, ſuper ipſos dilatatis & extenſis: eodem modo, quo proceſſus peritonæi vaſa ſpermatica inuoluit, cum quibus ad teſticulos vna deſcendit, vitam, alimoniamque accipiunt, per venas & arterias capillares, quæ ad ipſos cum membranis deſcendunt. Eum in vſum conditi ſunt, vt partibus ſenſificis ſenſum, moueri aptis motum, impertiantur. Neruorum omnium, ſeu mediate, ſeu immediate a cerebro deſcendant: numerus eſt triginta ſeptem coniugationum, quarum ſeptem immediate a cerebro, reliquæ triginta a ſpinali medulla ortum habent. Prima neruorum cerebri coniugatio reliquis omnibus craſſior eſt, atque ad oculos pergit, vt in eos viſiuum importet ſpiritum. Hi diuerſis cerebri nati locis in media via, priuſquam cranio exeant,

Tertiam membranā ex vertebrarum ligamentis productam neruos habeant. *Figura.* *Numerus.* *1. Neruorum coniugatio.*

B quaſi decuſſati ad inſtar ferri piſtrinarii coeunt, cauitatibus ſuis viſum fugientibus in communem ductum abeuntes, quo ſpiritus per duos neruos illos illati communicantur: inuicem vero coeunt, commantque adeo, vt ab vno oculo repulſi in alium reſiliant. Cuius rei argumentum apparet in collimantibus, qui alterutro oculorum clauſo, acutius cernunt, quod ſic ſpirituum viſiuorum virtus in vnum oculum vnita, fortior ſit ſeipſa in duos oculos diſperſa. Hæc coniugatio vbi in humorem vitreum appulerit, abſumitur in ſtructuram tunicæ amphibliſtroidis, id eſt, retiformis, quæ a tergo humorē illum contineat. Secunda coniugatio in partes multis abit ſub egreſſum è cranio, inq; radice orbitæ in ſeptem muſculos oculum mouentes, diſtribuitur. Tertia duplex, in egreſſu è cranio in multos pariter ramulos funditur, quorum alii ad muſculos feruntur temporum, ad maſſeteres muſculos, in faciei, frontis & naſi cutem. Alii in ſuperiorem genam ſparguntur, parteſque ad eam attinentes, vt in dentes, gingiuas, & ſuperioris labri muſculos, eoſque, qui rotundi dicti, introrſum oris latera circumſcribunt: poſtremi abſumuntur in linguæ tunicam, vt eam guſtandi ſenſu inſtruant. Quarta coniugatio longe exilior eſt, totaque ferme abſumitur in palati tunicam, vt eam ſaporum etiam ſenſu illuſtret. Quinta in ſua origine, necdum cranium egreſſa duplex eſt, ſuiq; maiorem portionem ad foramen auris, ſeu audiendi meatum tranſmittit, vt audiendi facultatem importet: aliam ſui minorem portionem ad temporum muſculos


Cur alterutro oculorū clauſo acutius cernamus. *2. Coniugat.* *3. Coniugat.* *4. Coniugat.* *5. Coniugat.*

C per foramen ei proximum, quo ſecunda coniugatio prodit, exporrigit. Sexta poſt primam maxima integrum cranium egreſſa, exiguos quoſdam ramulos quibuſdam ceruicis & laryngis muſculis impertit: inde in thoracem deſcendens, recurrentes neruos facit, atque in omnes ventrium duorum inferiorum partes ſparſa, vſque ad veſicam & teſtes pertingit, vt notatum eſt *lib.* 1. Septima inſeritur abſumiturque in muſculos oſſis hyoidis, linguæ, & nonnullos laryngis, vt motum in illis edat, cranium egreditur per foramen oſſis occipitis ad ipſius tubercula.

6. Coniugat. *7. Coniugat.*

Figura ſeptima octo neruorum cerebri coniugationum.


D



E

A A A. *Monſtrant extimam cerebri ſuperficiem implexis vermibus ſimilem.*
B B. *Cerebelli extimam ſuperficiem.*
C C. *Odorandi organa.*
D. *Principium ſpinalis medullæ quarti ventriculi partem continens.*
E. *Spinalem medullam exilientem extra cranium, inque vertebras delabentem.*
F F. *Opticos neruos, qui faciunt primam neruorum coniugationem.*
G. *Eiuſmodi neruorum opticorum coitum ad inſtar ferri piſtrinarii.*
H H. *Tunicas oculi retiformes dictas, quas nerui creant optici.*
I I. *Secundum par neruorum oculos mouentium.*
K K. *Tertium par neruorum, eo, quem mox dicemus, modo, diſtributorum.*
L L. *Quartum par neruorum ad palatum pergentium.*
M M. *Quintum ad aures pergit, id in extremitate ſua dilatatum efformat eius foraminis membranam, quod cæcum nominant, notatur vero notis oo.*
N. *Sextum par, eo, qui poſtea dicetur, modo diſtribuendum.*
O. *Septimum par, quod ad linguam motus gratia deſcendit.*
P. *Octauum par neruorum, ab antiquis Anatomicis prætermiſſum.*

Octaua cerebri figura.



AAA. *Monſtrant externam cerebri ſuperficiem membrana [illegible] ſpoliatam.* A
B. *Cerebelli ſuperficiem.*
c. *Alterum ex odoratus organis.*
d. *Alterum ex proceſsibus mammillaribus.*
e. *Alterum ex neruis opticis.*
f. *Alterum ex neruis ſecunda coniugationis.*
g. *Portionem vnam neruorum tertia coniugationis, cuius ramus vnus ad frontem pergit, notatus numero 1. Huius inde portiuncula ad naſi membranam, notata numero 2. Altera ad maxillam ſuperiorem, notata numero 3. Altera ad muſculum temporalem notata numero 4.*
h. *Maiorem portionem neruorum tertia coniugationis, [illegible] prima propagatio notata numero 5. Ad dentes & [illegible] mandibula ſuperioris peruadit. Altera notata numero 6. Ad mandibulam inferiorem atque ſui portiunculas [illegible] dam notata numero 7. Ad labrum inferius [illegible] notata numero 8. In lingua tunicam abſumitur.* B
I. *Quartam neruorum coniugationem, qua in palati tunica abſumitur, notatam numero 9.*
K. *Minimum cerebri neruum, (à veteribus Anatomicis [illegible] ſum) qui ad muſculos inferiorem mandibulam mouentes [illegible] repit. Eius origo vicina eſt auditorio neruo: is neruus eſt, [illegible] paulo ante pro octaua neruorum coniugatione [illegible] prætermiſſa notauimus.*
L. *Quintam neruorum coniugationem in tres portiones diductam quarum maior notata numero 10 auditoriam [illegible] membranam; dua reliqua minores notata numero 11. & 12. Ad muſculum temporalem cum portione tertia paris pergunt. Capreolorum vitis inſtar habet.* C

MM. *Neruos ſexta coniugationis, qua hoc, qui ſequitur, modo diſtribuitur [illegible] enim primum [illegible] ad muſculos ceruicis poſteriores mittit notatum numero 13. Deinde alterum à [illegible] larvngis [illegible] numero 14. Tertio in duos ramos coit, quorum vnus ſecundum [illegible] parte interna [illegible] dit, admiſcens ſe neruis intercoſtalibus per certas quaſdam productiones, notatos numero 15. Alter ad [illegible] deſcendit, notatus numero 16. Et ſequenti modo diuiditur: Primum enim duos ramulos tranſmittit ad [illegible] qui à thorace & clauiculis ad laryngem aſcendunt, notatos numero 17. Deinde parte dextra neruos [illegible] currentes, notatos numero 18. Nam parte ſiniſtra hanc, qua ſequitur, diſtributionem moliuntur, nempe ad [illegible] pericardium qui ad pulmones tranſmittuntur nerui notantur numero 19. Qui ad pericardium, numero [illegible]. Reliquum in ventriculi orificium totum [illegible] corpus abſumitur.*

NN. *Septimam neruorum coniugationem, qua [illegible] : Primum enim fertur ad muſculos ab oſſe ſtyloide natos notata numero 21. Deinde ad muſculos linguæ [illegible] hyoidis, & nonnullos laryngis, notata numero 22. Reliqua ſui portione ſexta coniugationi admiſcetur numero 23.* D

O. *Portionem ſpinalis medullæ exeuntis extra craniam.*

De Rete mirabili, & oſſe Baſilari. CAP. IX.

Spiritus animalis conſ[illegible]entia.


EX ſpiritu animali à corde per carotidas internas arterias ad cerebrum tranſmiſſo, [illegible] dicebat enim eum elaboratiorem eſſe, quod animalis [illegible] vitali præſtantior: naturæ [illegible] arteriarum multis ſe locis interſecantium contextum, [illegible] admirabilis nomen habuit, vt ſpiritus longiori [illegible] tur, elaboraretur, adque animales functiones obeundas [illegible] Rete admirabile ad latera apophyſeon clinoidum ſitum duplex [illegible] noides inter apophyſes ſolet, ſubditum [illegible] os baſilare, à dextra [illegible] pertuſum, cui mox ſubnectuntur oſſa ad vſque palatum [illegible] quibus per [illegible] nares que expurgatur pituita, indeque diffluere [illegible] cerebro ſunt humidæ, contemnere [illegible] per os expuunt. Apophyſes clinoides, *productiones quædam ſunt oſsis baſilaris [illegible]* (vt dixi) [illegible] glandula pituitaria, cum retis admirabilis portione. De hac parte [illegible] inter Anatomicos controuerſia in eſſe cum illud hominibus, negat Veſalius, admittit Columbus, licet cum plexu choroide confundere videatur. Ego certe eam ſemper, eo, quem dixi, modo, [illegible], [illegible] tra Veſalium diſputauit Syluius. Reſtat vt [illegible] recenſeamus, quod [illegible] conducat ad venarum, arteriarum, & neruorum inſertiones intelligendas. Attende tamen [illegible] quæ ſequitur, retis admirabilis figuram. E

Rete mirabile quid. Situs & numerus.

Apophyſes clinoides quid.

Sit ne aliud rete mirabile a plexu choroide.

A *Nona figura retis admirabilis.*



A A. Monſtrant carotides arterias in caput ſubeuntes per latera clinoidum apophyſeon, quæ mutuo ſe implexu interſecant, mox que ad CC. vniuntur iterum, vt inde in vniuerſum cerebrum pergant, & in plexum choroidem.

D. Monſtrat glandulam pituitariam, ex peluis certo ductu cerebri pituitam excrementitiam ſub medio ventriculo excipientem.

De foraminibus internæ baſis Cranii. CAP. X.

B IN primis numerantur foramina Ethmoidea: inde neruorum opticorum: Tertio neruorum oculos
mouentium: Quarto eius portionis neruorum quartæ coniugationis, qui ad temporum muſculos
pergunt: Quinto numerantur viſum fere fugientia foramina, illa ſub glandula pituitaria ſita, quibus ſa-
liua expurgatur: Sexto numeratur illud, quod eſt in oſſe ſphenoides, ſeu cuneiformis, comparatum ad
internarum arteriarum carotidum, rete admirabile contexentium, indeque in magnam rimam deſi-
nentium, in cerebrum ingreſſum: Septimo quod foramen numeratur, fere duplex eſt, comparatum ad
ingreſſum vnius ramorum iugularis internæ: Octauo foramen numeratur oblongum, ouali figura, quo
portio tertiæ coniugationis exit, & quarta omnis coniugatio: Nono numerantur meatus auditorii: De-
cimo, quæ numerantur foramina, ſunt valde exigua, iterque præbent venæ & arteriæ ad meatum audi-
torium pergenti ſupra foramen cæcum: Vndecimo lacera numerantur foramina, quæ exitum præbent
ſexto neruorum pari portioni carotidum, & iugularis internæ: Duodecimo, quæ ſeptimæ coniugationi
egreſſum parant. Decimotertio numeratur magnum foramen occipitis, quo ſpinalis medulla erumpit.
Decimoquarto illud numeratur, quod ſæpius eſt pone foramen illud magnum, quo ſubeunt venæ &
arteriæ ceruicales.


De Foraminibus externæ baſis cerebri. CAP. XI.

C
AD ſupercilia foramen vnum vtrinque eſt, per quod tranſit neruulus à tertia coniugatione à cauita-
te orbitæ exiens, perque os frontis ad ſupercilium pertingens, vt motum impertiat duobus muſcu-
lis ſupercilii ſuperioris & fronti. Quanquam ſæpius foramen in vno tantum latere conſpicuum ſit, e-
ius loco ſæpe rima, alias nihil penitus perforatum, fiſſumue cernitur. Secundum numeratur maioris
canthi foramen per quod deſcendit portio neruorum tertiæ coniugationis ad tunicam naſi: in forami-
ne illo ſita eſt glandula lachrymalis. Tertium ſubter oculum ſitum eſt, vt viam faciat alteri neruorum
tertiæ coniugationis portioni ad faciei partes, ſuperiorisque maxillæ dentes tendenti. Quartum eſt ad
initium palati inter inciſorios dentes; per quod tranſit venula, atque fibra & palati tunica. In quinto ordi-
ne numerantur palati foramina, per quæ deſcendunt nerui à quarta coniugatione guſtus gratia. In or-
dine ſexto habentur palati foramina reſpirationi ſeruientia, ac pituitæ per nares à cerebro ſtillanti. Eſt
& rima ſub Zygomate in orbitam aſcendens, per quam iter eſt, tam neruis tertiæ coniugationis, ad cro-
taphytas muſculos, quam venis quibuſdam & arteriis. Sed & aliud notatur foramen ad apophyſim
maſtoidem, quod non eſt ſenſus iudicio peruium. Aliud habetur inſuper ad radicem poſteriorem e-
iuſdem apophyſeos ſeu proceſſus mammillaris, per quod venula quædam à iugulari tendit ad torcular.
D Atque tria hæc foramina obiter tantum notaui, quod in his tam magna ſit varietas: vt de his certa lex
dari nequeat.

De Spinali medulla. CAP. XII.

SPinalis medulla, *tanquam riuus eſt a cerebri fonte decurrens.* Hæc partibus omnibus vicinis ſub capite *Spinalis medulla quid.*
neruos, ſenſus, motuſque gratia tranſmittit, tanquam è trunco arboreo ramos ſpargens. Rami iſti
vtrinque triginta habentur, vt dicemus poſtea. Eadem ſpinalis medulla tecta eſt duabus membranis *Spinalis medulla involucra*
cerebrum velantibus, nullo interuallo, vt in cerebro, diſtinctis. Sed & his tertiam inſuper attextam
habet membranam, valde duram & denſam, quæ ipſam per violentos corporis antrorſum, atque in *Morbi a violata ſpinali medulla.*
gyrum flexus rumpi & violari prohibet. Huius medullæ morbi ſimiles fere ſymptomatum conſecu-
tionem inferunt cum morbis cerebri: nempe ſubiectis partibus omnibus in ſenſu, motuque noxam
inferunt, verbi gratia: Si vertebrarum ſpinæ aliqua loco fuerit mota, ſequitur medullæ diſtortio:
Tum vero, ſi præſertim vnicam tantum vertebram luxari contigerit, tam acuta & acerba compreſſio
E ab oſſeo vertebræ corpore medullam vrget, vt ipſam aut ſi dilaceret, aut certe ſpiritui per
eam aditum intercipiat. Cæterum per eadem vertebrarum foramina,
venæ, arteriæque ſpinalem medullam ad vitã & nutritio-
nem adeunt, per quæ nerui in omnes inde ſubie-
cti corporis partes deri-
uantur.

Decima figura de ſpinali medulla. A



A. *Monſtrat initium ſpinalis medullæ à cerebro prodeuntis.*

B. *Vt eadem medulla ex cranii capacitate egreſſa, in primam vertebrãn influat.*

C. *Vt ſpinalis medulla non iam inter deſcendendum ſimplex apparet, ſed multis funiculis ſimilis videtur, qui iuncti deorſum deuoluuntur.* 3. 4. 5. 6. 7. *His Numeris radices neruorum notantur, exeuntes extra ſpinalem medullam, antequam cranii capacitate elabatur.*

B

D. 7. *Spinalis medullæ portionem ceruicis vertebris concluſam: latere quidem dextro ex nota.* B. *vſque ad notam.* D. *ſiniſtro vero vſque ad numerum.* 7. *monſtrat.*

E. 19. *Spinalis medullæ portionem dorſum ſeu dorſi vertebras explentem.*

F. 24. *Spinalis medullæ portionem lumborum vertebras replentem.*

G. 30. *Portionem ſpinalis medullæ, quæ ſex oſſis ſacri vertebras complet.*

H. *Notatur extremitas ſpinalis medullæ.*

C

FINIS LIBRI QVARTI.

D

E

DE MV-

A

DE MVSCVLIS, ET OSSIBVS, ALIISQVE CORPORIS EXTREMIS PARTIBVS.

LIBER QVINTVS.

PRAEFATIO.

B MIRARI forte quiſpiam poterit, quod ante perfectam capitis partium omnium deſcriptionem tertio Anatomico libro finem impoſui, qui tamen in eam rem vi-debatur inſtitutus. Itaq; reddenda mihi nunc huius mei conſilii ratio. Mihi ani-mus eſt vnico velut tractu & ſpiritu muſculorum Anatomiam perſequi. Ergo quia capitis, quas nondum deſcripſimus, partes, magna parte ex muſculis conſur-gunt, ideo illas vna eadem hac extremitatum corporis deſcriptione complecti vo-lui: initio ducto a ſumma faciei parte, nempe oculis. ſi tamen prius oſſa faciei de-ſcripſero, ſine quarum cognitione muſculorum ortum & inſertionẽ deſignare eſt impoſſibile. Per faciem ſupra notaui mihi intelligi, quicquid a ſupercilio in mentũ vſq; patet. In qua tam admirabilis exiſtit na-turæ induſtria, vt ex infinita hominũ multitudine ne duos quidẽ ita ſimiles reperias, quin aliqua faciei diſſimilitudine diſtingui queant: hanc eandẽ tanta forma præſtãtia exornauit, vt multi eius, quam con-cupiebant, formæ potiundæ deſiderio deperierint. Eadẽ hæc facies etſi dimidiũ pedem nõ excedat, ſubitis tamẽ & ſuis mutationib. indicat, & palã ſuggerit, quæ affectiones & paſſiones ſpei, metus, triſtitiæ, volu-C ptatiſve mentẽ noſtrã occupent: quo ſtatu noſtrũ ſit corpus, ſano, ægro, an neutro. Quare cũ facies tanti ſit in nobis momẽti, reuertemur ad Anatomicã eius deſcriptionẽ. quã vt facile & aperte exequi poſſimus, ab oſſib. eius ducemus initiũ, quo, vt prædiximus, muſculorũ origo & inſertio nobis ſit certior & manifeſtior.

Oſſiũ ignorata deſcriptione, muſculorum ignorari ortum & inſertionem eſt neceſſe.

Faciei dotes.

Voluntatis index vultus.

De Oſſibus faciei. CAP. I.

OSSA faciei numero ſunt ſexdecim, vel ſeptemdecim. Ac primũ ſex numerantur circa o-culorũ orbitas, tria nempe orbitæ cuiuſq;, quorum vnũ maius eſt, minus alterum, tertiũ medium. Horũ ſingula, os frontis attingunt parte ſua ſuperiore. Præterea maius cõiungi-tur ſutura cum apophyſi oſſis petroſi, ſicq; conſtituit Zygoma, i.e. os iugale, ſiue os paris, a natura conditu ad conſeruationẽ muſculi temporalis. Minus ſitum eſt ad maiorẽ oculi canthũ, in quo foramẽ eſt ad naſum peruium, in hocq; glandula, in qua fit Ægylops. Mediũ in imo ſeu profundo eſt orbitæ, valde tenue ac mẽbranaceũ quaſi ſubtilitatis Hinc ſequuntur naſi oſſa duo, quę ſu-tura oſſi frontis commiſſa ſunt, ſibi v. mutuo parte anteriore per harmoniã At parte poſteriore ſeu late-rali, cum duob. aliis oſſibus, vtrinq; vno, quę deſcendẽtia ab oſſe frontis cũ et per ſuturã coniunguntur)
D dentes oes recipiunt Hęc duo, Galeni ſentẽtia, raro ſeiuncta inueniuntur Sunt v. omniũ faciei oſſium huc uſq; cõmemoratorum, per ſuturã connexa cum maximo orbitæ oſſe, parte poſteriore cũ oſſe baſilari, parte interiore cum duob. oſſib. interiorib. palati quæ parte interna ipſius extremita-tem cõtinuant, quo ſit ... palati poſteriora ſeu interiora oſſa nominare poſſimus. Horũ alterũ vnde-cimũ, alterũ duodecimũ os capitis numerãt: exigua duo hęc oſſa ſuo latere iuxta alarũ formã retinẽtes, oſſis baſilaris productiones, recipiunt vnũ ex neruis vtrinq; uũ quartæ coniugationis, quos *ſuperiore libro* diximus abſumi in palati membranã Sunt & alia duo, Galeni ſentẽtia, in gena inferiore, ad mediũ mentũ coniuncta. Licet nonnulli ſentiant, vnicũ os eſſe, quod ſenſus iudicio nihil intercedere, vel di-uiſionis ſubeſſe cernatur. Sed quã vera hi ſentiant, licet experiri in pueris, nã in cõſtanti ætate hominib. vnũ os apparet. numerãtur duo hęc pro decimotertio & decimoquarto oſſibus. Ergo duo hęc oſſa infe-riorẽ genam cõſtituentia, in poſteriore parte duas vtrinq; habẽt apophyſes, quarũ ſpectãt ſuperiorem ge-nam, quarũ vna gladii cuſpidẽ æmulatur, & coroni dicitur: altera obtuſa eſt & rotunda, quæ inſeritur in cauitatẽ ſitam ad radicẽ apophyſeos oſſis petroſi, iuxta auris meatũ. Luxari hæc poteſt ad anteriora ſiue ta violento, per retractionẽ muſculorum naſcentium ab apophyſibus alarum formã habentibus, deſi-
E nentiumq; ad angulos inferiores lateris partis eiuſdem genæ. Caua eſt hæc gena, vt & ſuperior, poſtica præſertim parte, humore nempe albo & glutinoſo referta, dentium incremento perutili. Humor ille materiam habet ex ſanguine, eo inuecto per vaſa, venas, arterias & neruos a tertia coniugatione huc ſo-ramine ... ſubeũtes. Quo fit, vt hæc pars nõ modo nutriatur & viuat, ſed & dentes ſenſum ac-cipiant beneficio neruorũ eo, cu vena & arteria ſubeuntium, per exigua foramina ad imas dentiũ radi-ces aſpectabili ... eſt, quod in dolore dentiũ pulſans percipiatur dolor, quod fluxio fiat per arterias: vel potius quod influens ad dentiũ radices humor, illic exiſtentem arteriam cõprimat, quin & in auul-ſorum recenter dentium ima radice neruoſæ ſubſtantiæ veſtigiũ intueri licet. Sed & contemplari opor-tet, vt gena hęc de ſua capacitate interna producat ad menti latera neruos duos ſatis inſignes, ẽ regione

Tria in quaque oculi orbita oſſa.

Quid Zygoma & quã ſ...um habeat.

Ægylops.

Naſi duo oſſa.

Duo palati oſſa interiora.

Maxillæ inferioris oſſa duo.

Duæ genæ inferna vtrinq; apophyſes

Luxatio genæ infernæ.

Gena inferior humore medulloſo differta.

Qui dentes ſentiant.

Cur dolor dentium ſit pulſans.

Notanda genæ infernæ duo neruo.

Os naſi ſupra palatũ. Sed naſi ſeptum.

canini dentis inferioris & primæ minorũ molarium, vt notaui *in deſcriptione tertiæ coniugationis neruorum.* A
Horum admonitum te volui, vt cum mentionem in his locis moliri oportebit, caute & prudenter, ne quid partibus illis contingat detrimenti, rem geras. Reſtat aliud os ſimile [illegible] palatum, a quo ſeptum naſi cartilaginoſum oritur, ab omnibus, quod ſciam Anatomicis, prætermiſſum. [illegible] ſeorſum liceat oſſium faciei numerum facilius memoriæ mandare, illorum hic erit repetitio. [illegible] ſunt ora [illegible], vtrinque tria ad ſingulos oculos. Septimum & octauum naſalia nominare poſſumus. Nonum & decimum maxillaria. Vndecimum & duodecimum oſſa palati interna nominant. Decimumtertium & decimumquartum genæ inferioris oſſa. Decimumquintum dici poteſt naſi ſeptum. Reſtat nunc, [illegible], vt de dentibus agamus, de ſuperciliis, cute, panniculo carnoſo, muſculis, aliis denique faciei partibus.

De Dentibus. Cap. II.

Dentes eſſe oſſa. Inciſores dentes. Canini. Molares. Cur plures ſuperioribus molaribus radices. Vſus.

DEntes ex numero ſunt oſſium, triginta duo, quod ſummum eſt, numerantur: nempe ſexdecim ſurſum, deorſumque totidem. horum quatuor ſuperne & interne: totidem anteriores [illegible] ad cibos incidendos exiſtunt, vnica radice præditi. His vtrinque ſuperne & interne, vtrinque nempe vnus, accedunt dicti Canini, quia acuti & validi caninorum dentium instar: vnam & hi radicem habent, longe tamen, quam cæteri longiorem. Hinc ſequuntur molares, vtrinque quinque, ſuperne decem, totidemque interne, quod molant, atterant, & eliciant cibos, quo facilius coquantur in ventriculo: ne enim vulgo ſentiunt, cibum bene præmanſum ex dimidio eſſe coctum: qui ex ſuperiore maxilla pendent, tres radices vt plurimum habent, ac non raro quatuor. At qui in inferiore [illegible] ſedent, duabus tantum nituntur radicibus, [illegible] tribus, quia inferior hæc in ſibula durior eſt, quam ſuperior, vt tam facile excuti nequeat, vel quod hi dentes [illegible] ſede ſeſeque ad ſtabilitatem, non tot egerent [illegible], quot ſuperiores, qui ex ſua ſede pendent. Inciſores cibos incidunt, quia lati, & acuti: canini [illegible], quia acuti & mucrone pungentes: At molares duri, lati, & aſperi contundunt & comminuant. Quod ſi molares lenes extitiſſent, non potuiſſent commode, quod ſui muneris eſt, exequi, comminuuntur enim & atteruntur omnia facilius ab eo, quod ſcabrum & aſperum eſt. Hinc piſtrinorum [illegible] quo lentiores [illegible] punctim adactis ictibus exaſperant. Connectuntur dentes genis per gomphoſim, nempe [illegible], in ſua [illegible] ſuarum alueolis infixi pendent vel inſident: nam & quibuſdam adeo genis ſuis arcte velut vniti hærent, vt dum auelluntur, vna cum dente ſequatur alueoli & genæ ſua portio quod [illegible] non raro anima ſuerit, cum ingenti Hæmorrhagia contigit. Infixorum in ſuis alueolis dentium [illegible] confirmatur [illegible] ligamento, quod ad eorum radices vna cum neruo & vaſis ſe applicat. Differunt dentes a reliquis oſſibus, quia actionem habent, dum cibos conficiunt, quia deperditi regenerari poſſunt, creſcuntque ſemper, quandiu animal viuit, alias enim mandendi aſſiduo vſu atteruntur, eliduntur que in ſenectutem. Id licet experiri in illis, qui dentis alicuius iacturam fecerunt, oppoſitus enim longior euadit, quia non [illegible] ad oppoſitum atteritur. Sed & reliquis oſſibus duriores ſunt & ſolidiores: & ſenſu acri prædit[illegible], per neruos a tertia coniugatione [illegible] ad radicem inſerunt: nam [illegible] dentem atteras, reliquum [illegible] intueri licebit: tam acri ſenſu ſunt donati, vt [illegible] lingua de ſaporibus iudicarent. At quomodo [illegible] dentes, cum ſine dolore limari queant. Reſpondent Fallopius, non ſentire dentes parte ſua ſuperiore & exteriore, ſed tantum per membranam, quam intrinſecus obtinent. Alium & vſum habent dentes, anteriores præſertim, quod ſcilicet diſtinctæ & articulatæ pronunciationi inſeruiunt. his enim qui carent, inter loquendum balbutiunt, quemadmodum qui breuiores eos habent, prominentiores, aut conſertos. Quin pueris non ante diſtincta [illegible], quam anteriores prodeunt dentes. Notandum vero, fœtu adhuc in materno aluo concluſo dentes [illegible] ſolidos & oſſeos quod intelliges, eo a partu ſtatim diſſecto. Cæterum quemadmodum [illegible] duæ in oſſe frontis ad ſuperciliа cauitates viſuntur, humore viſcoſo plenæ, odoratui [illegible] parte [illegible] in proceſſibus mammillaribus, aer concluſus auditus gratia continetur: ſic plane in maxillis duæ inſunt cauitates humore viſcido ad dentium alimoniam.

Dentes in alueolis per gomphoſim.

Notanda dentium cum ſua gena [illegible].

Quid a reliquis oſſibus differant dentes.

In quam [illegible] ſentiant dentes.

Dentes anteriores deſeruire loquendo [illegible]. D

De Muſculo lato. Cap. III.

Muſculus latus mouet ſummotum [illegible].

PErſequendæ nunc eſſent faciei partes continentes, cutis nempe, panniculus carnoſus & adeps, ſed quia antehac expoſitæ abunde fuere, priuſquam ad oculi diſſectionem veniam, panniculum carnoſum deſcribam, vt motus omnes, quos obit, ſeu in facie ſeu in fronte facilius intelligere poſſimus. Primum vt facile ipſum intueri poſſis, ſeparare cutem ſubtiliter in faciei parte aliqua oportebit. Nam niſi attenderis, vna cum cute panniculum carnoſum auulseris, muſculumque hunc latum, cui immediate adhæreſcit, ac nonnullis locis pertinaciter, adeo quemadmodum in labiis, palpebris, totaque fronte ſeorſum, vt [illegible] nequeant. Muſculo huic lato natura motum, ſeu mouendi vim largita eſt, vt dum alternatim & certis vicibus exporrigit ſe aut contrahit, oculo claudendo & aperiendo inſeruire poſſit. Cute muſculo ſic expoſito, ipſam ſeparare oportebit, ducto initio ab anteriore clauicula ad mentum vſque, ſecundum [illegible] aſcendendo, indeque in poſteriora, quantum fieri poterit, deflectendo: [illegible] ſe cum committeat & labiorum muſculis. Cum ad oculos perueneris, docebis [illegible] vno muſculo claudi & aperiri oculum: quia ex triplici genere fibrarum componitur, [illegible] communem, qui hactenus [illegible] de re Anatomica, ſententia, eiuſmodi actiones fieri [illegible], vi duorum muſculorum in eam rem dicatorum: quorum vnus ſit ad maiorem angulum parte ſuperiore, [illegible] habens ad minorem angulum, vnde in medium vſque [illegible] extendens inferiori eo demum occurrat, parte autem imo totum cilium comprehendens quo ſit, vt mobile & ipſum quodammodo reddatur. Quanquã vero in demonſtrationib. publicis [illegible] duo [illegible] E

Nullos eſſe ob [illegible] aut reſeran[dos] oculo peculiares muſculos dicentes [illegible] muſculo ad opus [illegible].

ſolenni-

A ſolenniter demonſtrari ſoleant, eo, quo dixi, modo: arbitror tamen ne ipſis quidem demonſtratoribus
magis conſtare de illis, quam mihi. Hanc ex eo hauſi opinionem, quod panniculum carnoſum ſeu mu-
ſculum latum ſeparantibus, nulla alia locis illis muſculoſa caro appareat, quam quæ eſt panniculi ipſius,
ſeu a fronte deorſum, ſeu à mala ſurſum nouaculam ducas. Præterea inciſionis occaſione in ſuperciliis
vrgente, prohibemur illam tranſuerſim peragere, ne muſculus hic latus in oculum incidens, ſuperiorē
palpebram ſeu cilium ſupernum immobile reddat: quod ſi eiuſmodi inciſio caſu inciderit, iubemur ſta-
tim illam ſutura ſarcire: quę res magno argumento eſt superni cilii, ſeu ſuperioris palpebræ motum non
proprijs & ſuis peragi muſculis, ſed totum pendere & peragi a muſculo lato. Iam ſi in cilio ſuperno eiuſ-
modi, quos deſcripſimus, proprii muſculi haberentur, quoniam muſculorum vno agente, oppoſitus
ſeu antagoniſta ceſſat & teratur oporteret, eo, qui oculū aperire dicitur, agente, oppoſito vero ſerien-
te, trahi palpebram ſuperiorem, ſeu cilium ſupernum verſus ſuum principium, vt contingere videmus
in conuulſionibus: quoniam muſculi operatio eſt *partis, quam mouet, verſus ſuum principium collectio.* Cum
igitur eiuſmodi motus ſeu collectio nuſquam in cilio appareat, conſtare inde arbitror, omnem ſuperni
huius cilii motum pendere ex muſculo lato, ſolum hunc motus eius authorem eſſe. Muſculi huius lati
B origo eſt, a ſterni parte ſuperiore, clauiculis, omoplatis, vertebrarum ceruicis ſpinis omnibus: inſertio
vero in capitis partes omnes depiles, faciemq; totam villis a tam diuerſa origine variis: quorum benefi-
cio tam multiplices licet faciei obire motus: nam in faciem ita deſinit, vt totam eam tanquam larua in-
tegat. pro originis muſculi huius varietate, & diuerſarum fibrarum productione. Cæterum in huius
muſculi deſcriptione, non ſum perſecutus nouem illas conditiones, quas *libro primo anatomico* in ſingu-
lis partibus exquiſiui, quod abunde eas videor declaraſſe in deſcriptione muſculorum epigaſtrii. Qua-
re dehinc in muſculorum deſcriptione nihil a me aliud, ſupra originem, inſertionem, actionem, com-
poſitionem & vaſorum deſignationem, expectare oportet.

Ratione multa. Tranſuerſa in ſuperciliis inciſio cur cauenda. Quid ſit mihi ſenis actio. Origo lati muſculi. Inſertio, & cauſa, cur tot motus faciei exprimamus.

De Ciliis & ſuperciliis. Cap. IV.

QVia in ciliorum & ſuperciliorum mentionem incidimus, & quia id etiam poſtulat diſſectionis or-
do, dicendum quid ſint, ex qua materia ſint, & quomodo, & in quos vſus a natura fuerint compa-
rata. Ergo ſupercilia nihil aliud ſunt, quam *pilorum velut acies in ſemicirculum ſupra ſuperioris orbita oculi re-*
ctam lineam a maiore in minorem oculi canthum, a natura ad corporis ornatum, & oculorum aduerſus ſudorum à
fronte manantium acrimoniam propugnaculum diſpoſita. Cilia vero vtrinque ſurſum deorſumque duo, nihil
C aliud ſunt quam *quædam velut valuæ claudendis & aperiendis, cum opus eſſet, oculis, eiſdemque in orbitam compel-*
lendis deſtinatæ. Compoſitio ipſis eſt ex cute muſculoſa, cartilagine, & pilis ad ipſorum extrema valli in-
ſtar diſpoſitis, ad apertorum oculorum tutamen, præſertim aduerſus corpuſculorum minorum inſul-
tum. Pari & ſibi ſimili ſemper ſunt hi pili magnitudine, inſiti ad extrema partis cartilaginoſæ, vt recti &
rigidi ſemper ſtarent. Non denſi ſunt, ſic enim tenebras oculis offunderent. Cartilago illa, cui ſunt in-
ſiti, inuoluitur pericranio, eo vſque attenſo priuſquam coniunctiuam edat. Illic poſita ſunt, vt cum eius
pars aliqua ſurſum vel deorſum vi muſculi lati ſeu duorum muſculorum propriorum, traheretur, inte-
gra & tota ſua duritie ſequeretur. Huiuſmodi cartilaginem, ſuperiorem maxime, Tarſum appellant.
Nihil ſuperiori inferiorīq; palpebræ intereſt, niſi quod ſuperior apertiorem & magis manifeſtum edit
motum, inferior obſcuriorem: alioqui natura muſculoſam ipſi ſubſtantiam fruſtra circumpoſuiſſet.

Quid ſupercilia. Vſus. Cilia quid. Compoſitio. Vſus. Tarſus quid.

De Oculis. Cap. V.

OCuli *organa* ſunt *facultatis videndi*, eo illatæ per ſpiritum viſiuum neruorum opticorum, velut aquæ
D ductu. Sabit ... mollis, quantitatis inſignis, maioris, minoriſve pro corporis ratione. In
ſummo capite ... prælucerent corpora ... corum, quæ noxia in corpus poſſent incurre-
re perceptionem ... eſt enim oculorum celerrima actio, vt quæ in momento fiat, quod reliquo-
rum ſenſuum nulli ... Itaq; eſt hic ſenſus omnium præſtantiſſimus. Hoc enim cœlorum, to-
tiuſque mundi ... intuemur, colorum varietatē infinitam diſtinguimus, corporum
omnium magnitudinem, ... numerum, proportionem, ſitum, motum, & quietem aſſequimur.
Oculi figura ſunt pyramidali, cuius baſis ſit extrorſum, conus vero introrſum ad neruos opticos. In or-
bita hos natura conditos eſſe voluit, vt ſic ab omnium contundentium & noxiorum incurſu loci pro-
funditate & ... tuti eſſent. Compoſiti ſunt ex ſex muſculis, quinq; tunicis, tribus humoribus, ac
ſpiritu lucido ... cuius eſt perennis a cerebro affluxus, duobus neruis, vena duplici, & vna arteria: in-
ſuper multo adipe, ... glandula ad maiorem ipſorum angulum ſita, ſuper inſigne illud foramen,
quod ... in nares deſcendit: idque ne ſtillantes a cerebro humores in oculos per nares redunda-
rent, vt ... videmus, quibus ab exceſſa eiuſmodi glandula continenter collachrymant oculi,
vnde ... lachrymalis appellatur. Eſt vero inter rectus oculorum muſculis multus adeps, par-
tim vt eſſet oculorum motus pernicior in illo adipis tanquam lubrico, tum vt eſſet conſtantior & diu-
E turnior oculorum, & partium, præſertim neruoſarum, in oculis temperies & complexio, quibus alio-
qui ex continuo & perenni motu marcoris periculum immineba. Hoc enim eodem conſilio natura
glandulas humore quodam diffluentes, partibus, quarum aſſidua eſt agitatio, appoſuit.

Quid oculus. Situs. Actionis celeritas & præſtantia. Figura. Compoſitio. Glandula lacrymalis. Fiſtula lacrymalis. Cur oculis adeps circumpoſitus.

De Muſculis oculorum. Cap. VI.

IN oculo ſex ſunt muſculi, quorum quatuor oculi quatuor motus rectos perficiunt: oriuntur ex fundo
orbitæ, & in oculi medium deſinunt neruū cingentes opticum. Cū vno omnes conamine mouentur,
oculum

Numerus ſitus & ordo.

oculum introrſum trahunt. At ſi ſuperior ſolus agit, is ſurſum oculum trahit; ſi inferior, deorſum; ſi dexter, dextrorſum; ſi ſiniſter, ſiniſtrorſum. Duo reliqui oculum circumagunt, quorum primus longior A & tenuior oritur ex eodem ferme loco, ex quo ille, qui oculum trahit dextrorſum ad maiorem canthū muſculus. Atque cum ad extremam partem peruenerit anguli interioris, quo loco ſita eminet glandula lachrymalis, deſinit in tenuem tendinem per mediam, quæ illic eſt, membranam, tanquam per annullum penetrantē ſu; vnde mox regreſſus abſumitur ad angulum rectum verſus ſuperiorem oculi partem, inter duorum illorum muſculorum inſertiones, quorum vnus oculum trahit ſurſum, alter recta ad angulum exteriorem, quemadmodum eſt à Fallopio obſeruatum: vel potius, quod ſemper obſeruaſſe me memini, inter muſculos, qui ſurſum & ad interiorem angulum oculum conuertunt. Quintus hic muſculus cum intro, verſus ſuum principium contrahitur, tendine ſuo circulari oculum ita torquet, vt ipſum ad maiorem canthum rapiat. Sextus muſculus illi eſt contrarius: ortum enim habet ex orbitæ parte ima ad exiguum foramen, per quod egreſſus eſt neruo tertiæ coniugationis: cumque ſit tenuiſſimus, dum tranſuerſim ad angulum aſcendit externum, oculum ita tranſuerſim inuoluit, vt exiguo ipſi inſeratur tendine, iuxta quinti inſertionem, ſic, vt ſæpe vtriuſque tendo pro eodem accipiatur. Vt fideliter anatomicam hanc oculi deſcriptionem obſerues, non erit auellendus ex ſua orbita oculus, ſed ipſa potius orbita diſrumpenda & frangenda; ſic enim demum de commemorata muſculorum origine tibi B certo & aperte conſtabit.

Quinque oculi tunicæ. Quod ad quinque tunicas attinet; prima, quæ primo diſſecanti occurrit, à pericranio venit, perq; *Cōiunctiua.* totum oculi album ad iridem vſq; extenditur. Eius eſt oculum firmare, ligare, & continere in ſua orbi- *Cornea.* ta, ex quo Coniūctiuę nomen reportauit, alijs Adnata dicitur ſeu Epipephycos. Secūda dicitur cornea: quod cornu colore & conſiſtentia referat: differt hæc & variat à ſeipſa; parte enim anteriore, qua iride circumſcribitur, lucida eſt & perſpicua, at poſteriore parte obſcura, ob variam polituram: Antica parte denſa eſt, vt humorum cryſtallinum & aqueum protegat & coerceat: at ſimul diaphana, vt obiectis ad cryſtallinum expeditiorem tranſitum præbeat: Origo illi eſt à craſſa meninge, per interiora orbitæ oculi *Vuea.* foramina producta, oculum enim vndiq; cingit. Tertia dicitur vuea, quod vuam nigram colore in parte externa referat, productionem habet à tenui meninge, totumq, oculum, ſi pupillam exceperis, cingit, hic enim perforata, adhæret corneæ, per venas & arterias, quas illi vitę & nutritionis gratia communicat. Vbi vero ad iridem peruenit, tum dimiſſa cornea altius in oculum deſcendit, & quodammodo circum cryſtallinum humorem reflectitur, cui etiam adhæret tenaciſſime: ſic humori aqueo locum cir- C cumſcribens, prohibensque vna, ne albugineus humor cryſtallinum obruat. Vuea hæc varijs parte interna velut coloribus tincta eſt, nigro nempe, fuſco, ceruleo ſeu viridi inſtar cœleſtis iridis, idque ob ſe- *Cur Vuea multos æmuletur colores.* quentes vtilitates. Prima eſt, quod ſi vnico tincta fuiſſet colore, obiecta omnia eiuſdem illius coloris apparuiſſent, vt fit, cum per viride aut rubrū vitrum intuemur. Colore vero tinctam eſſe decuit, vt diſſipatos ſole & videndo ſpiritus colligeret. Tertio infinita eſſe debuit colorum varietate picturata ad viſus cōſeruationem: Vt enim extremi colores corrumpunt & labefactant viſum, ſic medij reficiunt & conſeruant, magis minuſve, prout à medio longius abſunt aut propius. Mollem vero illam eſſe decuit, ne humorem cryſtallinum, in cuius deſinit circumferentiam, læderet: perforatam, qua parte illi ob- *Omne excellens ſenſibile labefactat ſenſorium.* iecta eſt, ne ſua obſcuritate obiectis ad cryſtallinum aditum intercluderet, ſed potius tot colorum varietates velut diffuſas, ſuo nigrore tanquam contrario colligeret, haud ſecus, quam cernimus calorem oppoſito frigore roborari: Choroidem hanc tunicam nonnulli appellant, quod inſtar chorij muliebris multis venis & arterijs contexta ſit. Sequitur quarta tunica amphibliſtroides dicta ſeu retiformis, quia *Amphibliſtroides.* à neruo optico in tunicam dilatato orta, ad retis inſtar venis & arterijs, quas ab vuea accipit, tum ſuæ, tum vitrei humoris, quem poſtica parte cingit, nutritionis & vitæ gratia tanquam filis texta eſt. Præci- D pua huius tunicæ vtilitas eſt, ſentire, quando humor cryſtallinus ab obiectis fuerit immutatus, & deducere viſiuum ſpiritum videndi facultate inſtructum per medium vitreum humorem vſque ad humorem cryſtallinum præcipuum videndi inſtrumentum: Mollior eſt quauis alia tunica, ne contactio hu- *Anatomicorum axioma.* morem illum offenderet. Quia in re admiraberis ſingularem naturæ ordinem, quæ vt in cæteris rebus ab extremo in extremum niſi per medium non tranſit, ſic tunicam corneam duram mollibus humoribus, niſi per multa mediæ conſiſtentiæ intermedia non aptauit. Sic enim poſt duriores adnatam & corneam tunicas vueam poſuit, duabus illis tantum molliorem, quantam hæc retiformis mollior exiſtit, *Arachnoides.* vt his quaſi duritiei & mollitiei gradibus ab extremo tranſiret ad extremum. Quinta & vltima tunica dicitur Arachnoides, quod ſit araneoſæ conſiſtentiæ. Hanc & aſſimilare poſſumus cæparum illi tunicæ, quæ luciditate, albedine, & tenuitate reliquas vincit. Araneoſa hæc tunica cryſtallinum humorem antiqua parte cingit, forte vt illum tueretur, tanquam præcipuum videndi organum, ſi quando alijs humoribus noxa contigerit. Origo illi eſt ab excrementitia humoris cryſtallini humiditate, in eam tunicā circumſtantium partium frigore indurata: plane quemadmodum quæ albumen oui complectitur membrana tenuiſſima.

Oculi tres humores. Humorum oculi primus aqueus dicitur, ab aquæ ſimilitudine; ſitus eſt inter diaphanam corneæ E *Aqueus humor.* partē, humoris cryſtallini in pupilla patentē portionem, atq; vueę eam reflexionem, quę ab iride eſt ad humoris cryſtallini circumferentiā, vt inani illo repleto interſtitio corneam diſtendat, ſicq; corneæ in cryſtallinum prolapſum, viſui incommodo futurum, prohibeat: tum etiā, vt ſua humiditate cryſtallini reſiccationem impediat. Forte gignitur ab exudante ſero, ex tunicarum vaſculis, orificia ſua magna ex parte eo loci, quo aqueus hic humor ſtagnat, proferentib. Secundus humor & ſitu medi⁹ dicitur cryſtal- *Cryſtallinus.* linus, quod ęmulatur cryſtallū ſplendore & colore: ſi modo vllus illi color attribuendus eſt. Reuera n. nullum humorum trium, vt qui viſus ſint organa, vllo decuit eſſe colore tinctum: ne hallucinationes in

videndo

A videndo facerent, haud ſecus, quam rubra aut viridia conſpicilia: verum namque eſt, quod apud Philoſophum ſcriptum legimus; ſubiectum ſeu materiam excipiendæ alicui formæ deſtinatam, omni ei⁹ impreſſione carere debere. Hinc natura materiam informem, oculi humores decolores, cerã ſine figura, animum ſine vlla illius rei particulari notitia creauit, qui omnem formarum receptacula eſſe deberẽt. Cryſtallini humoris figura rotunda eſt, antica tamẽ parte nonnihil compreſſa, ſed poſtica magis adhuc reſimata, vt ſic in illo velut plano obiecta retinerentur: non autem tanquam à globo, in quo lubrica eſſet mora, reſilirent, ne rei contundentis ictu, ſua ſede facile commoueri poſſet, quia rotundum exacte corpus, planum niſi puncto non attingit. Dimidius hic humor in vitreo innatat, vt à quo quaſi per maternæ tranſpoſitionem nutriatur: ſeu potius (cum vndique cingatur quinta tunica, vt non facile ab vno in alium tranſmitti materia queat) beneficio ad illum vſque productorum, tum per retiformem tunicam, tum per vueam vaſorum: antica vero parte, qua humorem aqueum, & pupillæ ſpatium reſpicit, lucido ſpiritu plenus eſt. Cui rei argumento hoc eſt, quod quandiu ſuperſtes homo viuit, oculum vndique diſtentum & turgidum intuemur; at mortuo, flacceſcit & corrugatur, quin & altero oculorum clauſo, alterius pupilla, confluente compulſo ſpiritu dilatatur. Sed & ob id valde ſenibus cornea corrugatur,

Axioma phyſicum.

Globum abſi puncto planum non tangere.

Gal. cap. 3. lib. 10. de vſu part.

B ſubſidentibuſque in ſeſe rugis pupilla conſtringitur, quæ cauſa eſt, cur vel minus acute cernant, vel penitus non videant, quod ætate & temporis ſucceſſu humor paulatim conſumitur, ſpiritus inſitus vaneſcit & à cerebro, tanquam à fonte pariter exinanito, minus ſpirituum affluit. Cornea tunica ab exortu ſuo, id eſt, proximis nidi partibus, humori cryſtallino valde vicina eſſe videtur, quod eo loco tunicæ omnes velut attiguæ ſibi inuicem cohæreant: quo vero magis extrorſum promouetur vt ad pupillam, eo magis à cryſtallino abſcedit. Quod ex diſſectionis adminiſtratione, & decutiendę catarrhactę operatione facile eſt percipere: nam cum catarrhacta media inter corneam tunicam, & cryſtallinum humorem ſedeat, adacta acus ſurſum, deorſum & in omnem ambitus partem circumducitur per ingens & liberum ſpatium, nec corneam, nec cryſtallinum attingens, quod hæc corpora magno interuallo ſpiritu & tenui humore referto, diſcreta ſint. Eius vſus eſt, vt ſit ſpeculi inſtar facultati videndi eo cum viſiuo ſpiritu deductæ. Tertius & vltimus humor eſt vitreus ſeu albugineus potius, quod conſiſtentia & colore vitro fuſo vel oui albumini ſit ſimilis. Situs eſt in poſtica cryſtallini humoris parte, vt ſic decurrẽtis ſpiritus à cerebro in cryſtallinum humorem impetus quodammodo retardaret, haud aliter, quam cryſtallino parte antica obiectus eſt aqueus humor, ad lucis & inſilientium colorum frangendos impetus.

Quo loco concreſcat catarrhacta hypochyma ve ſeu ſuffuſio.

Vitreus ſeu albugineus.

C Vitreus hic humor à retiformi tunica nutritur. De oculi neruis dictum iam antea abunde eſt: quare reſtat, vt de venis loquamur. Harum aliæ ſunt internæ illuc productæ cum tunicis vaſorum cerebri, aliæ externæ partibus oculi externis, vt muſculis & adnatę tunicæ attenſæ, perque has venas ſæpe in partibus oculis externis inflammationes & rubores cõtingunt: qua de cauſa vena puppis aperienda venit, & cucurbitulę atque cornicula occipiti, ceruici, & ſcapulis applicanda, quemadmodum in oculi inflammationibus internis cephalica vena aperienda eſt, ad humorem morbificum deriuandum, reuellendum & vacuandum.

Venæ oculorum.

Quæ venæ quibus in oculis inflammationibus vtiliter aperiantur.

Figura oculi.

D



A. Monſtrat anteriorem cerebri partem iride circumſcriptam.

B. Neruum opticum, quo modo is à cerebro egreſſus in oculum ſubit.

CCCC. Quatuor oculi muſculos rectos.

DD. Duos obliquos.

E. Septimum muſculum, qui Galeno pyramidalis dicitur, & in brutis tantum cernitur.

De Naſo. CAP. VII.

NAſus Græcis Rhis dicitur, quod per huius meatus cerebri fluunt excrementa, ſubſtantiam illi diuerſam eſſe ex compoſitione intelliges. Quantitas, figura & ſitus ſatis ſuperque omnibus nota ſunt. Compoſitio vero ex cute & muſculis, oſſibus, cartilaginibus, membrana ſeu tunica, neruis, venis & arteriis. Cutis oſſaque cum contenta, tum continentia, antehac fuere expoſita, quemadmodum nerE ui, venæ & arteriæ. Cartilagines naſo ſex ſunt numero, prima duplicata eſt, ambas nares in extremo naſo ſeparans, ad os vſque Ethmoides extenſa. Secunda primæ illi ſubiacet. Tertia & quarta naſi duob⁹ externis oſſibus continuantur. Quinta & ſexta tenues valde & per naſi latera vtrinque deſcendentes alas ſeu partes ipſius mobiles conſtituunt. Vſus ergo eiuſmodi cartilaginum eſt, vt naſus extremo ſuo mobilis externis iniuriis, vt fractuiis & colliſionibus minus foret obnoxius: & præterea aeri inſpirando & expirando magis idoneus. Nam & huius gratia quatuor muſculos naſo largita eſt natura, vtrinq; duos, externum vnum & internum alterum. Externus ortum ducit à malo, indeque oblique deſcendens, ac quodammodo ei, qui labrum ſuperius aperit, connexus, in alam naſi terminatur, quam diducat. Internus parte interna ab oſſe maxillæ egreſſus, deſinit ad initia cartilaginum, quę alas conſtituunt, vt eas contrahat.

Nominis ratio.

Naſi cartilagines.

Muſculi narium.

Quarum partium affectibus cerebrum dearū

Meningum continuatione facile conſentiat.

contrahat. Tunica, quæ intus nares & narium meatus veſtit, a craſſa meninge per oſſa cribroſa producitur, quemadmodum palati, laryngis, aſperæ arteriæ, œſophagi, & inferioris ventriculi interior tunica, vt nihil mirum ſit, ſi eiuſmodi partium affectus prompte cerebro communicentur. Eadem illa tunica, vtrinque portionem nerui à tertia excipit coniugatione, per foramen, quod per magnum oculi angulum ad naſum deſcendit. Naſus ſecundum partes omnes ſuas temperamento eſt frigido & ſicco. Eius actio & vtilitas eſt aerem & ſæpe odores ad proceſſus mammillares, indeque ad anteriores cerebri ventriculos, propter expoſitas ante rationes, deducere. Quia vero eiuſmodi mammillares proceſſus aeris & odorum ductus duplices ſunt, cerebri inſtar, & quia alter ſine altero obiri poterat, ideo & natura narium meatum incurrente ſepto cartilaginoſo diſtinxit, vt vno obſtructo, per alterum liberum aer ad generationem & conſeruationem ſpiritus animalis in cerebrum ſubire poſſet. Duo naſi foramina in altum aſcendunt, deinde deorſum deſcendunt in os, ductu anfractuoſo, ne aer frigidus, tenuiſve puluiſculus in pulmonis vias ferantur. Cæterum non hac tantum, ſed & reſpirationis iuuandæ, & odoratus ab externis iniuriis vindicandi, & faciei ornandæ gratia, naſus in duas, quas cernimus, fiſtulas fuit excauatus. A

Temperies eius. Actio. Cur naſus ſepto in duas nares ſit diſſinctus.

De Muſculis faciei. CAP. VIII. B

Numerus.

DEſcribendi nunc ſunt faciei muſculi tam ad labra, quam ad maxillam ſeu genam infernam attinentes. Octodecim hi omnino exiſtunt, vtrinque nouem. Nempe quatuor labiorum, duo ſuperioris, & totidem inferioris labii. Quinque vero maxillæ inferioris. Superiorem primus longior & ſtrictior ab oſſe iugali orta per oris angulum ad labrum inferius deſcendit, vt id ad labium ſuperius adducat, ſicque os claudat. Alter breuior & latior e cauitate mali ſeu genæ ſupernæ eiuſdem foramen egreſſus, per quod portio neruorum tertiæ coniugationis ad duos hoſce muſculos, & alias faciei partes deſcendit, deſinit in partem ſuperiorem eiuſdem ſuperioris labii, quam cum panniculo carnoſo & cute conſtituit, aperitque ipſam naſum verſus fibris ſuis externis obuertendo, & internis intro ad dentes adducendo. Labii vero inferioris primus longior & gracilior egreſſus ex ea regione, quæ eſt inter foramen externum genæ ſupernæ (per quod parte interna eiuſdem, neruus ad eoſdē egreditur muſculos) & muſculum maſſeterem, de quo poſtea, ſurſum per oris angulum aſcendendo, deſinit in labrum ſuperius, vt id ad inferius adducat. Alter latior & breuior a menti extremo & ipſius cauitate incipit, & ad labrum inferius, quod conſtituit, terminatur, ipſum parte interna & externa aperiendo fibris ſuis internis & externis, vt de ipſius antagoniſta diximus. Atque vt verbo dicam, natura ad motum oris, muſculorum tria genera eſt machinata, quorum alii os aperiunt, alii claudunt, alii varie contorquent. Notandum vero, quod cum muſculi congeneres vna agunt, quod agere nati ſunt (vt duo ſuperiores, quos deſcripſimus primo loco, vtrinque vnus, qui labrum inferius adducunt ad ſuperius & illis oppoſiti muſculi motum obeunt rectum: at cum ſeorſim eorum alteruter agit, mouet oblique, vt cum os contorquemus. Sunt vero hi muſculi ita inſiti & infixi cuti, vt ſeparari nequeant: ſic vt nihil interſit, an carnem muſculoſam, vel muſculum cutaceum dicas (quod & in vola manuum & planta pedum locum habet) labra vero hi muſculi mouent immota penitus maxilla ſeu gena ſuperna. C

Figura principum faciei muſculorum.



A. *Monſtrat temporalem muſculum.*
B. *Os iugale, ſub quod temporum muſculus tranſit.* D
C. *Maſſeterem muſculum.*
D. *Muſculum paruum.*
E. *Muſculum labri ſuperioris.*
F. *Muſculum labri inferioris.*
G. H. I. K. L. *Muſculos oſſis hyoidis.*
M. *Maſtoideum.*
N. *Partem muſculi trapezii.*
O. *Scalenum.*
P. *Alam naſi.*

De muſculis maxillæ ſeu genæ inferioris. CAP. IX. E

Numerus.

HOs quinque eſſe diximus, nempe quatuor, qui eam claudunt, & vnum qui aperit: vtroſque vtrinque. Quatuor, qui claudunt, primus & maior Crotaphita ſeu Temporalis dictus, oritur a lateribus frontis & bregmatis ſumma parte, eidemq; oſſi ac petroſo adhærens, deſcendit ſubter os iugale, vnde ſe inſerit ad apophyſim maxillæ inferioris, quæ Græcis Corone dicitur, vt recta ipſam ad ſuperiorē adducat, oris claudendi gratia. Notandū vero, muſculum hunc ad vſq, ventrē eſſe tendinoſum, implereq, &

Muſculus temporalis.

conſti-

Cur temporalis muſculi vulnera ſunt lethalia.

conſtituere tempus vtrumque. Is muſculus præ cæteris lethalibus vulnerib. eſt obnoxius, propter neruorum per ipſius ſubſtantiam ſparſorum multitudinem, qui quia origini ſuæ, cerebro nempe, propinqui ſunt, citæ mortis periculum inferunt, propter conuulſionem quæ ad huius muſculi affectus fere ſequi ſolet: ſed & febrem pariter inuehunt, phrenitidem, coma. Itaque quo minus pateret externis iniuriis, natura illi ſeceſſum in oſſe velut excauauit, atque in ambitu altiore prouecti velut oſſis vallo muniuit. Alter muſculus magnitudine primo illi fere par, maſſeter dictus, malam conſtituit, ab ima parte maximi oſſis orbitæ (quod quaſi retro ſe porrigit, vt portionem oſſis iugalis conſtituat) deſcendit, inque maxillam inferiorem ſe inſerit, ab angulo ipſius ad extrema radicis eius apophyſis, quæ Corone dicitur, vt hanc maxillam antrorſum & retrorſum adducat, agitetque ad inſtar molæ piſtrinariæ. Quare eum natura duobus fibrarum generibus contexuit, quarum aliæ à malo (eſt vero malum, *locus ſub oculis modice in rotundi pomi ſpeciem extuberans, maiorumque orbita & genæ ſuperna oßium concurſu exurgens*) oblique deſcendunt ad angulum & partem poſteriorem maxillæ inferioris, vt illam antrorſum moueat. Aliæ naſcuntur ab imo eiuſdem oſſis iugalis & oblique deſcendendo ſuperiores fibras ad literæ X. ſimilitudinem interſecant, atque in eandem infernam genam ſe inſerunt ad radices apophyſes corones, vt eam retrorſum adducant. Profecto contrariorum huiuſmodi quaſi in orbem motuum occaſione, veriſimile eſt, muſculum hunc maſſeterem dictum eſſe. Tertius rotundus, oritur à genæ ſupernæ gingiuis omnibus, in infernæ genæ gingiuas omnes inſeritur, circumſcribens totius oris latera tunica, qua interna parte tegitur, alioqui externa parte adipe copioſiori tectus, quam vllus alius muſculus. Actio eius eſt non ſolum maxillam inferiorem ad ſuperiorem adducere, ſed etiam, quaſi batillo, ore toto ſparſos cibos ſub dentes cogere, haud aliter, quam lingua eoſdem intro reuocat. Quartus, breuior minorque reliquis, à toto cauo apophyſeos oſſis cuneiformis, quam Pterygoidem nominant ortus, intus in genæ infernæ partem latiſſimam inſeritur, vt eandem pariter ad ſupernam adducat. Hic eſt muſculus, cuius occaſione diximus, luxari aliquando genam hanc infernam. Quintus & vltimus muſculorum genæ infernæ ab apophyſi ſtyloide oſſis petroſi, aſcendit ad menti partem anteriorem iuxta duorum huius genæ oſſium connexionem, ad maxillam hanc à ſuperiore deorſum ore diducto abducendam: Gracilis eſt hic muſculus & tendineus in medio ad robur, in extremis vero carnoſus. Omnes hi tot muſculi ſingulari naturæ prouidentia conditi, & huic parti inſiti fuerunt ad multos vſus, actioneſque viciſſim obeundas, nempe pinſendi, terendi, elidendi, contundendique in partes minutiſſimas cibos, quos lingua
C vario & ſibi innoxio motu ſubdentes coegerit ac compulerit. Hæc ſunt, quæ dicenda videbantur de faciei partibus, tam continentibus, quam contentis.

Maſſeter muſculus.

Malum quid.

Muſculus rotundus.

Muſculus genæ infernæ minor.

Quintus & vltimus.

Vſus muſculorum genæ infernæ.

Figura muſculorum maxillæ inferioris.

D



A. Monſtrat muſculum temporalem.
B. Muſculum maſſeterem.
C. Muſculum rotundum diuerſis fibris textum.
D. Muſculum os diducentem, quem gracilem & in medio ſui tedineum ſeu neruoſum eſſe diximus.
E. Os hyoides, ſeu os linguæ.
F. Vnum ex muſculis oßis hyoidis ortum à ſpina ſuperiore omoplatæ, quemadmodum & qui os aperit.
G G. Duos ceruicis muſculos, qui à ſuperiore ſterni parte aſcendunt.
H. Muſculum omoplatæ leuatorem.

De Auribus, Auriculis, & Parotidibus. CAP. X.

Aurium natura & compoſitio.

AVres *organa* ſunt *auditorii ſenſus*. Compoſitæ ſunt ex cute, pauca carne, cartilagine, venis, arteriis & neruis. Complicari ſine damno poſſunt, quia cartilagineæ cum ſint, facile cedunt: at non ſic cederent, oſſeæ ſi eſſent, frangerentur potius. *Lobus ille, vnde monilia appēdunt*, fibra veteribus dicitur: vt *ſuperna*
E *pars* pinna: naturæ prouidentia cælatæ in anfractus teſtæ limacis inſtar fuere, qui quantum procedunt ad vſque foramen cæcum, tantum minuuntur, quo aerem melius in ſe cogerent & ſonorum, vocumque differentias melius conciperent, & ad vſque membranam ſenſim deducerent. Membrana hæc mediocriter dura coaluit ex neruis quintæ coniugationis, quos auditorios nuncupant. Sed & ſic in anfractus exſculptæ fuere, ne ſoni violentius irruentes audiendi ſenſum violarent. Nam & ipſum ſæpe nihilominus lædi experimur, tonitru, bombardarum, & campanarum fragore. Alioqui etiam ne aer proptius ſubiens qualitatibus ſuis, vt frigore noxam inferret. Sed & vt animalcula, aliaque extranea corporea in illis viarum velut gyris retinerentur, conferente ad hoc bilis glutinoſa craſſitie, qua cerebrum in eam ſe partem, id eſt, in meatum auditorium expurgat & exonerat, in illos velut meandros exſculptæ

Fibra & pinna quid.

Figura & figuræ ratio.

Aurium ſordes cur ſint.

Membrana auditorio meatui ſubtenſa quod conferat ad auditum. Sonus quid. Auditus vt fiat.

videri poſſunt. At vero vt intelligamus, qui fiat auditus, intelligenda eſt organi huius ſtructura. Membrana, quam antea diximus, ex neruo auditorio eſſe contextam, intus meatui auditorio ſubtenſa eſt, tanquam in tympano corium. Contenditur enim illa turgetque aere ſeu ſpiritu auditorio in cauitate apophyſis maſtoidis ac cæco foramine incluſo, vt externi aeris ſubeuntis appulſu illiſa obiectū recipiat, id eſt, ſonum, qui nihil eſt aliud, quam *qualitas quædam ex percuſſo aere duorum corporum collisione & conflictu exurgens.* Colliſio eiuſmodi in aerem ſpargitur, tanquam aqua, quæ lapide icta in multos gyros & orbes ex ſe inuicem quaſi naſcentes abit. Sic in fontibus anguſto alueo manantibus, aqua per confragoſa & prærupta, ſaxisque aſpera loca reſiſtante curſu alliſa, ac quaſi repulſa in multas circumuolutiones diffiſa ſe diffundit: percuſſi illa aeris colliſio fornicatis & concameratis locis, vt antris, cauernis, ciſternis, puteis, denſiue ſyluis, & ſimilibus aliis excepta hinc & illinc reſiliens, duplicem ſonum edit refertque: eaque reduplicatio Echo vocatur. Sic ergo fit auditus per aerem tanquam per medium: eſt vero hic aer duplex, exterior & interior. Exterior nos ambit, interior vero eſt inclusus in cauitate apophyſeos maſtoidis & cæco foramine: qui non quidem purus eſt aer, ſed temperatus & permixtus auditorio ſpiritu. Inde certe tinnitus aurium, cum illi pro ſpiritu vapores permiſcentur, ex quo perturbatur & confunditur temere agitatus. Sed neque hæc ad auditum ſufficientia, imo ad diſtinguendos exactius ſonos, natura tria inſuper indidit oſſicula, quorum vnum dicitur Incus, alter Malleolus, tertius Stapes, quod figura ſtapedem Germanicum æmuletur. Dici etiam poteſt Deltoides, quod ad literæ Græcæ Δ figuram efformatum ſit. Poſita ſunt pone membranam: ergo Incus et Malleolus ſubeuntis externi aeris impulſu agitata, & ad membranam illam alliſa, ſonorum diſtinctius exprimunt differentias, tanquam chorda tympani membranæ intus ſubtenſa, exempli gratia. Leuius commota oſſicula illa ſonum grauem ſenſui communi & facultati audiendi repræſentant: at vehementius impulſa & violentius, acutum & vibratum. Denique pro agitationis modo variæ ſonorum exurgunt differentiæ. A B

Echo vt fiat.


Quæ contingat aurium tinnitus.

Tria meatus auditorij oſſa.

Vſus.

Sonorum differentia vnde.

Figura trium internorum meatus auditorij oſsiculum.



A *Malleolus.*
B. *Incus ſuo & naturali adhæſu malleolo affixa.*
A. *Malleolus ſeorſum per ſe.*
B. *Incus ſeorſum per ſe.*

C. *Stapes, cuius vſum nemo adhuc Anatomicorum, quod ſciam, deſcripſit. An ergo additum eſt ad caci foraminis membranam fulciendam, quo perfectior audiendi facultas euaderet.* C

Poſt aures ordine Anatomico ſequi debent Glandulæ, tam illæ, quæ cerebri emunctoria dicuntur, nempe Parotides (quæ ad auricularum ima quodammodo conditæ ſunt) quam quæ maxillæ inferiori, muſculis oſſis hyoidis, & linguæ ſubiectæ ſunt, in quibus ſcrophulæ & alij frigidi abceſſus fiunt. Eiuſmodi omnium Glandularum hic ſufficiet notaſſe vſum. Ergo Parotides à natura conditæ eo loco fuere, vt materiam virulentam & malignam cerebri robore depulſam exciperent, venis & arteriis eo loci diffuſis. Reliquæ vaſorum fulciendæ diuiſioni, maxillæ ligamentis, membraniſque humectandis, ne continuo motu marceſcerent, inſeruiunt. Reliquarum conditionum ratio deſcripta eſt *libro primo anatomico.*

Parotides.

Vſus.

De oſſe Hyode, & muſculis eius. CAP. XI.

Nominis ratio. Compoſitio. Situs.

OSſis hyoidis eadem eſt cum reliquis oſſibus ſubſtantia. Figura literam Græcam γ æmulatur: vnde id nominis ſumpſit. Compoſitio ex multis eſt oſſibus in vnum cartilaginum interuentu coagmentatis. Brutis, quibus id os maius eſt, & ex pluribus oſſibus coagmentatum, non cartilaginum modo, ſed & ligamentorum interuentu coaleſcit. Situm eſt baſi ſua (parte anteriore gibba ad conſtantiam, interiore fornicata, vt linguæ radicem exciperet & contineret) ſupra ſuperiorem partem eius cartilaginis laryngis, quæ ſcutiformis dicitur (hæc enim videtur fulciri vi duarum apophyſeon ad eius baſim aſſurgentium) & linguæ radicem. Ex hac baſi ſatis lata duo promittit cornua ad linguæ latera, vtrinq; vnum (in hominibus) quæ ligamentorum à ſe productorum vinculo ad ſtyloidem apophyſim adnectuntur. Contra quam in brutis, quibus per multa oſſa, ligamentorum, vt diximus, interuentu coadunata, ad vſque ſtyloidis radicem perueniunt. Ergo connexio huius oſſis eſt cum dictis partibus, & aliis poſtea dicendis. Temperies eius eadem, quæ reliquorum oſſium. Vſus eius eſt, ligamenta linguæ quibuſdam muſculis ſubminiſtrare, atque inſertionem tam duobus anterioribus & ſuperioribus laryngis muſculis, quam ſuis propriis, de quibus nobis nunc agendum. D.

Temperies.

Vſus.

Muſculi.

Oſſis hyoidis nonnullorum ſententia, muſculi ſunt octo, quatuor vtrinque: ex quibus duo ſunt, quorum vnum Galenus refert inter laryngis communes muſculos, alterum vero inter eos, qui omoplatam ſurſum mouent. Quicquid ſit eiuſmodi, commemoratorum quatuor primus ortus ab apophyſi ſtyloide, ac ſupra neruoſam muſculi maxillam infernam diducentis ſubſtantiam, tranſiens, inſeritur in oſſis hyoidis cornua. Valde tenuis eſt muſculus hic, latiuſculus tamen, qui que ob id ſui tenuitatem facile ſecetur, ſeparando eum muſculum, qui maxillam infernam diducit. Secundus aſcendit obliquè à ſuperiore parte omoplatæ iuxta apophyſim eius coracoidem ad eiuſdem oſſis cornuum initia. Rotundus hic ac neruoſus in medio ad robur, quemadmodum ille, quem antea diximus maxillam infernam aperire: refertúrque à Galeno inter eos, qui omoplatam ſurſum mouent. Tertius oritur à ſterni parte ſuperiore, inſeriturque ad radicem & baſim oſſis hyoidis: cum tamen Galenus refert inter laryngis cōmunes. Cuius ſententia locum habet potius in brutis, quam in homine, cum in homine non ſepe. E

A tur hic muſculus progredi à larynge, aut inſeri in laryngem, vt in brutis. Quartus & vltimus intus à men- *Muſculorum oſsis hyoidis actio.*
to deſcendit ad radicem oſſis hyoidis: horum muſculorum primus cum congenere ſuo ſurſum mouet
os hyoides. Secundus deorſum. Tertius retrorſum. Quartus antrorſum. Dicerem vnde vaſa ſorti-
entur hi muſculi, niſi ei rei abunde ſatisfeciſſem, cum de diſtributione neruorum, venarumque & arte-
riarum egi.

De Lingua. CAP. XII.

LIngua ſubſtantiæ eſt carnoſæ, raræ, laxę & mollis: alterius generis, carnem à reliqua carne ſortita eſt, *Qualis linguæ caro.*
vt maxime apparet, cum ab origine prima muſculorum ipſius abſceſſeris: quæ res nonnullos mo-
uit, vt quartam carnis ſpeciem linguæ propriam à reliquis, fibroſa nempe, muſculoſa & viſcerali diſtin-
ctam conſtituerent. Quantitas eius tanta eſt, vt ore contineri, & in omnem eius partem facile moueri *Magnitudo & figura.*
poſſit. Figura eſt triangularis, quam baſi ſua magis exprimit, quæ eſt ad radicem oſſis hyodis, quam cuſpi-
de ſeu anteriore ſua parte, quo loco ex triangulo in planũ magis dilatatur. Componitur ex membrana *Compoſitio.*
B (quam habet ab ea, quæ intus totum os ſuccingit) muſculis, quatuor neruulis, duobus vtrinque, quo- *Linguæ nerui.*
rum vnus à tertia coniugatione in eius tunicam diſſeminatur, alter à ſeptimo in eius muſculoſam ſub-
ſtantiam, ad extremum vſque propagatur motus gratia: ſic vt ſenſifici illi à tertia coniugatione ſolum
contexant eius tunicam intacta carne ad iudicium de ſaporibus faciendum tributi. Componitur præ-
terea ex venis & arteriis, vtrinque vna, quas à iugularibus externis & carotidibus accipit, manifeſte ad
extremam vſque eius partem parte interna peruadentes, vt ſic in eius oris & laryngis affectibus ſanguis
facile mitti poſſit, has vulgo Nigras venas appellant. Linguæ muſculi decem ſunt omnino, quinque v- *Linguæ muſculorum deſcriptio.*
trinque. Primus initio anguſtus & in fine latior à ſtyloide apophyſi in altius linguæ latus deſcendit,
hancque cum ſuo congenere ſurſum trahit. Secundus intus oritur ex maxilla inferna ad regionem mo-
larium dentium, inſeriturque in latus linguæ depreſſius, quam cum ſuo congenere deorſum trahit.
Tertius ab interna menti parte procedit, & ad linguæ radicem pergit, vt illam, cum opus eſt, extra os
proferat. Quartus omnium maximus & latiſſimus, omni fibrarum genere contextus, egreditur ex baſi
oſſis hyoidis, deſinitque ad imam linguæ partem, quam cum ſuo congenere retrorſum in os reuocat.
Quintus & vltimus ſæpius venit ex parte ſuperiore cornuum oſſis hyoidis, pergitque ad linguæ radices
C inter duos primos, vt illam ad oris latera promoueat. Temperie eſt calida & humida, vt & omnis caro. *Linguæ temperies, actio & vſus multiplex.*
Prima eius actio & vtilitas eſt, vt ſit ſenſorium guſtandi: ex quo fungoſa & ſpongioſa facta eſt, vt ſua ra-
ritate ſapores facilius admitteret, inſitæ ſaliuæ velut vehiculo. Altera, vt ſit vox articulato ſermone di-
ſtincta, quo nomine mobilis in omnem oris partem facta eſt. Tertia vt atterendis, deglutiendiſque ci-
bis auxilio ſit. Qua de cauſa patellæ inſtar habuit, qua frumentum, quod molam eſt, agit, ipſi ſubiicimus
Et quia lingua reſiccata minus expedita eſt ad ſuos motus, vt patet in his, qui præ ſiti aut febrili ardore *Glandularum ad linguæ radices poſitarum vſus.*
vix verbum proferre queunt: Ideo natura ad eius radices glandulas valde ſpongioſas appoſuit, vtrinque
vnam, quæ tanquam ſpongiæ ſugunt, excipiuntque, tum à cerebro, tum aliunde humorem aqueum &
ſaliuoſum, quo non linguam modo humectant & expeditiorem reddunt, ſed etiam reliquas oris par-
tes, vt laryngem & fauces: glandulæ hæ dicuntur tonſillæ ſeu amygdalæ.

De Ore. CAP. XIII.

ORis nomen ſignificat eam capacitatem, quæ genis labriſque circumſcripta, dentes, linguam, laryn- *Os quid. & vſus.*
giſque & œſophagi initia ſuo tanquam hiatu continet. Vſus ergo oris eſt linguam continere, ipſiq;
D in ſuis actionibus commodius obeundis inſeruire: & quanquam multæ huius partes hucuſque expoſi-
tæ fuerint, vt labra, dentes, maxillæ ſeu genæ, lingua, tonſillæ, & palati foramina à naſo peruia, reſtat ta-
men dicendum, quid ſit Palatum, quid Gargareo, quid Pharinx & Fauces. Palatum nihil eſt aliud, quam *Quid palatum.*
oris pars ſuperior, dentibus gingiuis, & maxilla ſuperiore circumſcripta. Quo loco tunica toti ori communis
ſuccincta multis crenis exaſperatur, vt illa inæqualitate & aſperitate cibi inter linguam palatumque a-
gitati, attererentur & comminuerentur facilius. Neruos, qui à quarta coniugatione in palatum deſcen- *Nerui palati.*
dunt, ſi quis reperire velit, tunicam illam ſeparet, & ab anteriore oris parte in poſteriorem reuciat. ſic
enim eos reperiet ad latera & partes poſteriores oſſium palati, quæ palatum circumſcribunt, & ad ini-
tium foraminum oris internorum, quæ à naſo & regione apophyſeon clinoidum deſcendunt. Aperta *Palati foramina cur aperta.*
hæc fuere foramina, vt reſpiratio inter dormiendum expeditior eſſet, & vt naſo male affecto, quæ per
hunc viam appetunt, excrementa in os deriuarentur facilius. Fibris neruoſis eadem illa tunica texta eſt,
vt de ſaporibus etiam, linguæ inſtar, iudicium ferret: hæ fibræ tunicam contexunt, quæ duræ mollique *Tunica palati tunica.*
conſiſtentiæ medium obtinet. Si enim durior extitiſſet oſſis aut cartilaginis inſtar, ſenſus expers extitiſ-
E ſet, at mollior ſi fuiſſet, cibi eam duri, acres & pungentes læſiſſent.

De Gargareone. CAP. XIV.

PEr Gargareonem, *corpuſculum* intelligimus *carnoſum & ſpongioſum, figura pinei mali, pendens à ſpernon li-* *Gargareon quid.*
culum ab extremo palato & baſi oſsis criſta, quo palati duo foramina à naſo ad laryngem ingreſſam peruia diri-
tur. Hoc loco id ſitum eſt corpuſculum, vt inſpirati aeris impetum infringeret, moraque ipſam quo-
dammodo temperaret & mitigaret oris tepore.

Vſus Gargareonis multiplex. Præterea vt eſſet vocis velut plectrum, expiratam fuliginem [illegible] diffundatur, quo illic reſonans articulari & agente lingua [illegible] A

Gargareonis exciſi incommoda. Cuiuſmodi vſus non eſt exiguus [illegible] alio quouis caſu exciſi & corrupta, non modo vitiata voce [illegible] & vt Galli dicunt, velut de naribus [illegible] incidere. Impedimento eadem eſt hæc particula, ne puluiſculus [illegible] [illegible] & fauces [illegible] oris pars interior & poſtrema, laryngis & œſophagi [illegible] [illegible] angustus ut, vt his tanquam anguſtis aer ore [illegible] laryngem, & cibus in œſophagum cogi & compelli poſſit.

De Larynge. CAP. XV.

Quid larynx. *Magnitudo, figura & compoſitio.* DIcendum primo quid [illegible] exquirendæ. Ergo per laryngem non aliud hic intelligimus, quam *caput & [illegible] arteriæ [illegible] quam ad aliam viam accedat.* [illegible] B

[illegible] decim muſculis, vtrinque nouem, neq; pe vt quantitate, ſic robore & actione paribus [illegible] nibus, venis, arterijs & neruis, vt docuimus, cum de [illegible] [illegible] & altera interna, vt diximus, cum de aſpera arteria [illegible] Tres [illegible] cartilaginibus [illegible] ligamentis & muſculis: anterior cartilago [illegible] [illegible] vulgo Scutiformis dicitur, quod ad ſcuti formam figurata ſit. Secunda [illegible]

Trium cartilaginum de ſcriptio. [illegible] ex quo cartilago innominata dicitur. [illegible] laterales ſic incumbit, vt vaſis oleatij [illegible] [illegible] Arytenoides [illegible] Hæ inter ſe aptæ cartilagines vocem [illegible] Epiglottidis [illegible]

Vnde vocum infinita varietas. [illegible] dilatantium & comprimentium [illegible] varietate. Sic enim cum reſerantur, dilatantur, vocem grauem efficiunt [illegible] [illegible] pro dilatationis aut contractionis infinita varietate [illegible] ergo oportebat has cartilagines eſſe mobiles, præſertim Arytenoidem & Thyroidem, natura vtrinque illas

Muſculorũ laryngis deſcriptio. nouem apponit muſculos, quorum tres ſunt communes & ſex proprij. Communium primus abditus ſub tertio muſculo [illegible] Hyoides mouentium, oritur à radice eiuſdem oſſis, ac deſcenſu obliquo inſerit ſe ad baſim [illegible] ad eam ſurſum deorſumque dilatandum. Secundus obliquè aſcendit à C parte ſterni interiore ſecundum longitudinem aſperæ arteriæ (ex quo & Bronchius dicitur) ad eiuſdem ſcutiformis cartilaginis [illegible] & latera, vt eam [illegible] & dilatet. [illegible] hic muſculus [illegible] in multam [illegible] partem [illegible] muſculo oſſis hyoidis: ergo ſub vtroque muſculo corpus vtrinque cernitur glandul[illegible] anteriori & [illegible] arteriæ parti, qua parte ſe laryngi applicat [illegible] annu-

Notanda hiſtoria. lum ſit, glandula tamen eſt quæ ab [illegible] ex vno latere [illegible] propter [illegible] dum ad laryngem pergit incumbentem, vt narrat Galenus *libro de locis affectis.* [illegible] oritur ex parte antica vertebrarum [illegible] incumbens [illegible] lateribus, deinde ad alas & latera [illegible] Communes vero [illegible] vt in eius partem [illegible] laryngem, hos vtrinque, ſex eſſe

Qui dicantur proprij laringis muſculi. diximus. Quorum primus [illegible] ex parte antica [illegible] cartilaginis circulum [illegible] ſub baſi D ſcutiformis [illegible] poſtea in parte [illegible] quo ipſam roboret & dilatet. Secundus ex [illegible] tus, oblique pergit, primum illum decuſſando, ad interiorem & anteriorem partem cartilaginis Thyroidis, iuxta ipſius baſim, vt eam [illegible] cartilaginis, recta aſcendit ad baſim [illegible] Arytenoidis, vt eam cum ſecundo muſculo claudat & aperiat. Quartus aſcendit ex lateribus [illegible] iuxta [illegible] muſculi ortum, ad latera Arytenoidis, vt eam cum ſecundo muſculo [illegible] Quintus oritur ex interiore medio ſcutiformis, & deſinit in partem anteriorem Arytenoidis ad quarti muſculi inſertionem, vt eandem cartilaginem comprimat. Sextus & vltimus ex [illegible] poſteriore Arytenoidis aſcendit ad

Vnde nerui excipiãt muſculi laryngis. eiuſdem baſim anteriorem, vt ipſam comprimat. [illegible] omnes [illegible] muſculos (qui interne ſitum orientur) [illegible] ſed illos præcipue, qui Arytenoidem cartilaginem [illegible] Situs vero, temperies, connexio, & vſus laryngis ex antedictis facile innoteſcere poteſt: quæ quamuis inprimis operoſa eſt, omnes illas conditiones in partibus [illegible] exquirere & demonſtrare, propter compoſitionis ipſarum difficultatem. Quæ deinde E de eius ſubſtantia, temperie, & alijs, quas prætermittemus, circumſtantijs, conſules ea, quæ in [illegible] diximus partium ſimplicium & ſimilarium, ex quibus illæ organicæ conſtantur: vt ſi quis quærat, cuiuſmodi ſit temperiei larynx, frigidæ, ſiccæ, calidæ, & humidæ reſpondebis, quia cartilaginoſa & carnea ſubſtantia conſtat. Oris partes omnes [illegible] non eſt præterendum corpus, quod ex linguæ radice cartilaginoſum & membranoſum exurgit, id vt eſſet ad motum expeditius, id eſt, quo facilius erigi & deprimi poſſet, (molliora enim aſſidue dilaberentur, duriora vero deſcti nequeunt) neque durius, neque mollius eſſe decuit, vt dum inſpiramus

De Epiglottide.

ſtaret

A ſtaret erectum, depreſſum vero ſe contineret, dum deglutimus. Præcipuum eſt vocis inſtrumentum:
probe enim illa articulari non poterat, niſi via ſtrictior extitiſſet. Viam ergo illam & cartilaginum la-
ryngis, præſertim vero Arytenoidis ductum comprimit: humeſcit ſemper natiuo quodam & inſito hu-
more: quare ſi febre vel alio ſimili caſu inareſcere ipſum contingat, vis loquendi adimitur. Vtrinque
alligatur communi oris membranæ, lateribus Arytenoidis vſq; ad ipſius poſtica, vt orificium laryngis
operculi vice claudat & aperiat, ne ex poculentis & eſculentis inter deglutiendum, quicquam in aſpe-
ram arteriam illabatur, tanta copia, vt egreſſum ingreſſumque aeri præcludere poſſit. Non enim putan-
dum eſt, hoc corpus ita laryngis orificium exacte claudere, quin ſemper humoris tantillum ſecundum
interna, velut parietum ipſius, diſtillet ad pulmones humectandos: alias nullus eſſet Eclegmatum in
affectibus thoracicis vſus. Et quia idem hoc corpuſculum motus voluntarij particeps erat, ideo quo-
rundam ſententia attributi fuere illi quatuor muſculi: duo, qui aperiant, & duo, qui claudant, vtrinque
vnus. Aperientes deſcendunt ex radice oſſis hyoidis, atque in ipſa inſertione in vnum coeuntes in radi-
cem huius corporis, id eſt, Epiglotidis, poſtica parte deſinunt. Claudentes (in animalibus, in quibus re-
periuntur) intrinſecus oriuntur inter ipſius tunicam & cartilaginem. Certe quatuor hoſce muſculos in
B homine notare & reperire nunquam mihi licuit, etſi diligenter & ſtudioſe inueſtiganti: in brutis vero
eos animaduerti. Ideo nonnulli aſſerere auſi ſunt, hoc corpuſculum inter deglutiendum non incum-
bere laryngis orificio, niſi grauitate rerum deglutiendarum depreſſum: reliquo tempore propter aſſi-
duam reſpirationem erectum ſtare aperto larynge. Reſtant conſiderandi exigui duo velut ſinus vel fiſ-
ſuræ potius, quas natura ſub epiglotide in ipſo larynge excauauit, vtrinque vnum, vt ſi quid forte ex ci-
bis & potu in laryngem dilaberetur & deerraret, illic retineretur & hæreret. Præterea vt violentius in-
currens aer, in his velut rimis reſiſtans infringeretur, haud aliter, quam ſanguis & ſpiritus in cor per
ipſius auriculas ſubeuntes.

Ex poculentis aliquid in pulmones ſemper deſtillare.

Epiglotidis muſculi.

Fiſſuræ laryngis vſus.

De Ceruice, & partibus ipſius. CAP. XVI.

PRimo, quid ſit Ceruix, definiemus, hinc partes eius, perſequemur, cum proprias, tum communes,
quas præſertim nondum hoc ſermone attigimus. Nam de cute, panniculo carnoſo, venis, arterijs,
neruis, œſophago, trachea arteria, & muſculis, ad partes, in quas inſeruntur per ceruicis longitudinem
aſcendentibus & deſcendentibus, dicere nimis eſſet otioſum: quare non eſt, quod quicquã de Ceruice
C nobis expectes, præter deſcriptionem vertebrarum, propriarum nempe ceruicis partium, & ligamento-
rum tam ceruici propriorum, quam illi cum capite communium: muſculorum denique tam commu-
nium illi cum capite & thorace, quam propriorum. Ergo ceruix nihil eſt aliud, quam capitis pars, quæ
ab occipitis oſſe vſque ad primam dorſi vertebram continetur. In ceruice primo vertebræ ſunt conſide-
randæ, demonſtrandumque quid proprium ac peculiare, quidque commune inter ſe habeant, vt ab il-
lis naſcentium & in illas deſinentium muſculorum originem facilius demonſtrare poſſimus. Ceruix
ſeptem conſtat vertebris, in quibus conſiderare oportet proprium ipſarum corpus: deinde foramina,
per quæ ſpinalis medulla illabitur. Tertio vertebrarum apophyſes. Quarto foramina, per quæ nerui à
ſpinali medulla in alias partes diſſeminantur, & inſuper foramina apophyſeon tranſuerſarum, per quæ
venæ & arteriæ, quas ceruicales diximus, aſcendunt ſecundum ceruicis longitudinem: denique conne-
xiones eiuſmodi vertebrarum.

Ceruix quid.

Quæ in ſingulis ceruicis vertebris conſideranda.

Quod ad primũ attinet, per corpus vertebræ intelligimus partẽ eius anteriorem, cui œſophagus in-
cũbit. Quod ad foramẽ ſpectat, nõ ſemper id maius eſt illis vertebris, quæ occipiti ſunt viciniores: ſem-
per vero vertebræ id ipſum circumſcribitur corpore, & inſuper tribus paſſim apophyſeon generibus,
D præterquam in prima vertebra, rectis nempe, tranſuerſis & obliquis. Per rectas eas intelligimus in ver-
tebris colli prominentias, quæ in ipſarum ſummo corpore excauato ad perpendiculum inſident, aſſur-
guntque tanquam cristæ hinc & hinc vna, ad ſuprapoſitæ vertebræ baſim recipiendam & ſtabiliendam.
Per apophyſes obliquas, eminentias intelligimus, quibus vertebræ illæ ſibi inuicem annectuntur per
Ginglymon. Sitæ ſunt hæ inter rectas apophyſes & tranſuerſas. Per tranſuerſas intelligimus eminentias
corpori proximas, quæ recta linea vertebram diuidunt. Perforatæ ſunt hæ apophyſes, vt venis & arterijs
antehac deſcriptis viam aperirent, quæ per neruorum foramen ſubeuntes ſpinalem medullam, verte-
bras & partes ad eas attinentes nutriunt. Notandum præterea, quod foramina vertebrarum ceruicis,
per quæ nerui à ſpinali medulla ad partes externas prodeunt, ſubiecta ſunt tranſuerſæ apophyſi, coale-
ſcentia nempe ex vertebra ſuperiore & inferiore, contra quam reliqua, quæ reliquæ ſpinæ vertebris in-
ſunt, vt quæ ex vertebra ſuperiore fiant.

Rectæ vertebrarum apophyſes quæ.

Obliquæ quæ.

Quæ tranſuerſæ.


Quod ad vertebrarum attinet connexionem, ſciendum, omnes ſpinæ vertebras ſex habere conne-
xiones, duas in proprio ſuo corpore, & quatuor in obliquis ſuis apophyſibus. Primis duabus connexio-
nibus proprio corpore ſuo ſic ſibi mutuo articulantur, vt ſingulæ ſingularum infra ſupraque poſitarum
E corporibus committuntur. Quatuor vero reliquis, per apophyſes ſuas obliquas aſcendentes deſcen-
denteſque, vtrinque geminas, ita inuicem ſibi inarticulantur, vt quemadmodum quarta (verbi gratia)
ceruicis vertebra obliquis apophyſibus ſuis aſcendentibus excipitur à tertiæ vertebræ apophyſibus de-
ſcendentibus, ſic quintæ aſcendentes apophyſes obliquas, ſuis deſcendentibus obliquis excipiant, ſem-
per enim aſcendentes obliquæ excipiuntur, deſcendentes autem excipiunt. Excipienda tamen eſt pri-
ma ceruicis vertebra, quæ quatuor eſt contenta connexionibus, per ſuas obliquas apophyſes inferiores
& ſuperiores, quibus excipit apophyſes obliquas, tum oſſis occipitis, tum ſecundæ vertebræ. Excipien-
da etiam ſecunda vertebra, quinque connexionibus contenta, nempe quatuor per apophyſes ſuas ob-
liquas & quinta per corpus ſuum qua connectitur corpori tertiæ vertebræ. Notandum vero eſt, quod

Vertebrarum ceruicis connexiones.

cum natura ſpinam denegauerit primæ vertebræ, ipſi in eius locum tuberculum quoddam dedit: Pariter cum foramen non conſtituat commune cum ſecunda vertebra ad exitum nerui, vt inq; ad corporis latera perforata eſt, ſed & parte ſua antica tenuis facta eſt, quaſi ſine corpore, vt reciperet anteriorem apophyſim in ſuperiore ſecundæ vertebræ corpore excitatam, quam Hippocrates dentem nuncupat, ad quem præcipuum capitis ligamentum adnectitur, quod intus deſcendit ab occipite ſub apophyſibus [illegible]. Hacque articulatione caput annuit & renuit, quemadmodum lateraliter mouetur per articulationem primæ cum ſecunda vertebra. Apophyſis illa duobus alligatur ligamentis, quorum primum [illegible] externum eſt, totam in ambitu comprehendens ſuperiorem articulationē, a vertebris ad caput aſcendens, vel potius deſcendens à capite ad vertebras, quemadmodum [illegible] aliud ligamentum [illegible] ab oſſe in os aliud pertingens. Alterum validius eſt, [illegible] ſe cum cartilagine miſcens, quæ ſuo interuentu vertebras omnes connectit, prima excepta, [illegible] ſuſtulla licet [illegible] vertebras à ſe inuicem diuellendo: atque huius modi ligamentis tota ſpina connectitur, conſurgitque ſuis omnibus partibus. Os ſacrum ex quatuor compoſitum eſt vertebris, & inſuper oſſe caudæ excipit illud, fulcitq; oſſa ilium, & ſuperpoſitas omnes vertebras tanquā baſis, quo fit, vt a capite ad caudam vſque craſſeſcant ſemper vertebræ, quia quod geſtat, craſſius eſſe debuit eo, quod geſtatur. Interiecta eſt vertebris humiditas quædam lenta & pinguis, vt & reliquis articulis ad motus lubricitatē. Motus hic dum fit vertebræ à ſe inuicem abſcedunt. Spinæ vtilitates quatuor numerantur. Prima eſt, quod ſit tanquam ſedes & fundamentum compagis & ſyntaxeos totius corporis, vt carina in naui. Secunda, quod medullæ ſit velut ſemita. Tertia, quod eiuſdem ſit conceptaculum & præſidium. Quarta quod viſceribus, quæ intus ipſi innituntur & incubant, ſit tanquam vallum & propugnaculum. Et quia in ligamentorum mentionem incidimus, non erit hic inutile, quæ de ligamentis ſcire decent, inſerere. Primum ergo, quid ligamentũ ſit, dicemus: deinde varias eius nominis acceptiones explicabimus: demũ differentias perſequemur. Ergo ligamentũ nihil eſt aliud, quam *humani corporis pars ſimplex, poſt os & cartilaginē maxime terreſtris, ſæpius ab vtrauis mediate vel immediate ortum, atq; in vtramuis pariter deſinens, aut in muſculū, aut in aliam partē* quo fit, vt ligamentum exangue ſit, ſiccũ, durũ & frigidum, atq; ſenſus expers, inſtar partiũ, à quibus oritur, etſi neruo ſimile ſit albedine & conſiſtētia, niſi quod durius exiſtit. Ligamētum in genere ſumitur & in ſpecie: in genere pro omni corporis parte, quæ aliā alteri connectit, qua in ſignificatione cutis ligamentũ dici poteſt, quia partes omnes internas vna vnione cōtinet: ſic peritonęũ partes omnes naturales contingens, & ad ſpinā adfirmans: ſic quæ coſtas ſuccingit mēbrana, vitales partes omnes cōtinens, ſic cerebri mēbranæ, nerui, venæ, arteriæ, muſculi, membranæ: deniq; omnes ſimileſq; corporis partes, quæ alias coercent & continent, ligamenta dici poſſunt, quia partē vnam alteri alligant: vt nerui totum corpus cerebro: arteriæ, cordi: venæ, hepati. At ligamenti nomen in ſpecie ſumptum eam demum corporis partem deſignat, quam paulo ante deſcripſimus.

Apophyſis dens dicta. *Cuius dearticulatione caput annuit & renuit.* *Ligamentorum vehementi vertebrarum ſpina connexionem.* *Oſſis ſacri vertebræ.* *Spinæ vſus multiplex.* *Ligamentũ quid.* *Cur ligamentum ſit ſenſus expers.* *Quæ partes ligamenti generali appellatione intelligantur.* *Ligamenti proprie dicti differentia.*

Figura ſpinæ totius



Differentiæ ligamentorum ſunt plures, alia enim membranoſa ſunt & tenuia: alia lata, alia craſſa & rotunda; alia dura, alia mollia, alia magna, alia parua, alia abſolute cartilaginoſa, alia mediæ inter os & cartilaginem conſiſtentiæ, pro ratione motus partium earum, quas connectunt in velocitate, vehementia, & remiſſione reliquas ligamentorum differentias vt inter diſſecandum occurrent, demonſtrabimus.

Spina omnis eſt in quinque partes diſtincta, ceruicem nempe, dorſum, lumbos, os ſacrum, & caudam.

Ceruix ex ſeptem coaleſcit vertebris, à nota A *ad notam* B *deſignatique numeris* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Dorſum ex duodecim à nota C *ad notam* D *inter numeros* 8. *&* 19.

Lumbi ex quinque, à nota E *ad notam* F *inter numeros* 20. *&* 24.

Os ſacrum ex ſex, à nota G *ad notam* H *inter numeros* 25. *&* 30.

Cauda, ſeu Coccyx, à nota I *ad notam* K *inter numeros* 31. *&* 34.

L L. *Corpus vertebrarum a ſecunda vſque ad vigeſimam quartam.*

M. *Secunda vertebra, Hippocratis dens dicta, propter apophyſin hic ſub prima vertebra latentem.*

N. *Apophyſes tranſuerſæ.*

O. *Spina vertebrarum.*

A

De muſculis Ceruicis. Cap. XVII.

Numerus.

CEruicis muſculi tum proprij, tum communes viginti, vel etiam duo & viginti numerantur, nempe vtrinque decem vel vndecim: quorum ſeptem ſolum caput mouent, aut cum capite primam vertebram: reliqui tres aut quatuor ipſam ceruicem. Septem caput mouentium & cum capite primam vertebram, alij ipſum extendunt & erigunt, alij flectunt & inclinant, alij oblique mouent, omnes vero ſimul motu ſuo ſucceſſiuo circulatim, idemque eſt de ceruicis muſculis iudicium. Sed priuſquam ad deſcriptionem originis & inſertionis ipſorum veniam, admonitum te velim, ſectione tollendos eſſe duos muſculos omoplatæ, Trapezium nempe & Rhomboidem: quorum quo facilius demonſtrare poſſis originem & inſertionem, ſeu actionem potius, qua originem illam & inſertionem exquirimus: reuellendi erunt initio ducto ab inſertione, quæ eſt ad omoplatam (vt ſuo dicetur loco) ipſos originem verſus reſupinando, id eſt, ad ſpinam. Præterea, ſectione etiam tollendus eſt Rhomboides minor, poſterior & ſuperior (dentatus etiam dictus) ab origine, quæ eſt ad tres vertebras inferiores ceruicis & primã

B dorſi, reſupinareque ad inſertionem, quæ eſt ad tria ſpatia coſtarum inferiorum, iuxta angulum poſteriorem & ſuperiorem omoplatæ, vt dicetur ſuo loco. His ſic ſublatis muſculis, tollendi ſunt hi, qui caput erigunt & extendunt muſculi quatuor, & deinde duo illi qui ipſum oblique mouent, & tandem vnus, qui ipſum flectit & inclinat poſcit enim id ordo Anatomicus. Si tamen ita videtur, potes inuiolatis alijs eum ante omnes ſectione tollere, qui Maſtoideus dicitur, qui q; caput inclinat & flectit. Quod ad eos quatuor attinet, qui caput attollunt & extendunt, primus à ſplenis figura Splenius dictus, aſcendit à ſpinis quinque dorſi ſuperioribus & quatuor inferioribus ceruicis, & ad occiput apophyſimque maſtoidem ſeu mammillarem oblique inſeritur, vnde ipſum reſupinabis originem verſus. Secundus contextus ſui ratione dicitur Complexus, hic egreſſus à tertia, quarta & quinta apophyſibus tranſuerſis dorſi, & ſæpius à prima ceruicis, recta aſcendit ad occiput, interiorem ceruicem, & lateralem ipſius cingens: facile eum ſuſtuleris ducto reuulſionis à ſpina initio, indeque progreſſu facto verſus commemoratas apophyſes tranſuerſas, & proceſſus mammillares oſſis occipitis. In duos aut tres muſculos hic complexus diuidi poteſt, quanquam ægre propter complexos ipſius contextus. Tertius & quartus, qui duo ſunt ex octo paruis, vtrinque quatuor exiſtentibus, nonnihil oblique aſcendunt, primus quidem

Splenius muſculus.

Complexus.

Duo muſculi ceruicis recti.

C ex toto latere ſecundæ vertebræ. Secundus ex toto latere apophyſeos primæ vertebræ, quæ ſpinæ loco ipſi conceſſa fuit: ad occiput è regione ſpinæ aſcendunt: duo hi muſculi omnium Anatomicorum conſenſu recti muſculi dicuntur, ſolum caput mouentes: minime illi quidem ſuæ originis aut inſertionis ſedibus reuellendi ſed tantum ſubrecta habenula vinciendi, quo facilius demonſtrari poſſint. Sequuntur vtrinque duo obliqui, quorum vnus ſolum caput mouet: alter primam primo vertebram: ſecundo vero & per accidens caput ipſum. Quod ad primum, contra nonnullorum ſententiam oritur ab apophyſi tranſuerſa primæ vertebræ, indeque inſeritur, ſupra inſertionem primi recti, quem ſubtus attollere pariter, non autem ſeparare oportet. Alter egreſſus è ſpina ſecundæ vertebræ ad primæ apophyſim inſeritur contra præcedentis originem, quanquam nonnulli aliter ſentiunt. Hunc ſimiliter non ſuo loco eripere, ſed tantum ſubmiſſo vinculo attollere oportebit, vt intueri poſſis, quo modo hi omnes ſimul triangulum æquilaterum conſtituant. Huius muſculi actio præcedentis actioni contraria eſt, vt contraria ipſius origo & inſertio arguunt. Quare quando primus obliquus caput antrorſum mouet oblique, ſecundus id per primam vertebram reuocat: hi cum ſuo alterius lateris congenere, poſſunt vere dici muſculi ceruicis proprij, quia ad nullam aliam partem ſpectant, cum contra fiat in reliquis. Notandum vero eſt, caput (Galeni ſententia) duos habere motus, vnum rectum antrorſum & retrorſum, qui

Duo obliqui.

Qui vere dicantur ceruicis muſculi proprij.

Capitis motus duo.

D apparet in his, qui annuunt & renuunt: alterum circularem. Primus eidem Galeno fit prima vertebra ſupra ſecundam mota: ſecundus capite moto ſupra primam vertebrã: qua in re reprehenſus fuit à recentioribus Anatomicis, docentibus, caput in circulum & gyrum obuerti non poſſe ſupra primam vertebram citra luxationem. Quod ad vltimum attinet, qui caput flectit, à parte ſuperiore & laterali ſterni & parte proxima claiculæ, oblique ad apophyſim maſtoidem occipitis aſcendit ex quo Maſtoideus dicitur. Hunc multiplicis originis ratione, in duos potius, quã in tres muſculos diuiſeris. Si eius vero fuiſſet mouere caput in omnem partem, æque retrorſum, dextrorſum ac ſiniſtrorſum. Sed ſic ſæpe luxatio contigiſſet magno noſtro damno & vitæ periculo: neque enim eiuſmodi motus facilitas contingere potuiſſet citra articuli laxitatem. Itaque natura maluit capiti concedere pauciorum motuum innoxiam, quam plurium aleæ & periculi plenam facultatem. Quare articulum hunc non laxum, ſed rigidum, & robuſtum effecit.

Maſtoideus muſculus.

Cur capiti non plures motus, quã duo.

Poſt huiuſmodi muſculorum demonſtrationem, tranſeundum eſt ad tres aut quatuor ceruicis, quorum duo (quos nonnulli ad vnum reuocant) extendunt, alter flectit, vltimus mouet lateraliter, & omnes motu ſuo ſucceſſiuo circumagunt, vt de capitis muſculis diximus. Primus eorum, qui extendunt,

E originem ſumens à ſex tranſuerſis apophyſibus, ſex ſuperiorum dorſi vertebrarum, vel potius a radice obliquarum, recta aſcendit ad ſpinam ſecundæ ceruicis vertebræ, & eius apophyſim obliquam, nonnulli Tranſuerſarium appellant. Hunc ſiquidem reuellere eſt animus, a ſpina primum ſecernere oportet, inde verſus tranſuerſas apophyſes reſupinare: niſi mauis ipſum, cum ſit vltimus & oſſibus vicinior, paulum a congenere ſuo & ſocio abducere, quo loco originibus diſtinguuntur. Hanc ortus diſtinctionem ſi haud ita perſpicuam & apertam compereris, nihil mirere, obſcura enim fere eſſe ſolet. Nam Spinatus, quod frequentiſſimum eſt, a radicibus ſeptem ſuperiorum ſpinarum dorſi &

Muſculus tranſuerſarius.

vltima ceruicis egreſſus, in alias ſpinas ceruicis inſeritur, vt iure hic cum ſuperiori à Galeno confundatur. Tertius ceruicem flectit, intusque ex corpore quinque ſuperiorum vertebrarum dorſi (quanquam obſcuro admodum exortu, præſertim in emaciatis) ſubter œſophagum ſecundum ceruicis longitudinem, vſque ad os occipitis aſcendit, cuius parti interiori obſcure inſeritur. Quare non ceruici modo, ſed & capiti etiam flectendo auxilio eſſe veriſimile eſt. Fit hic muſculus ex fibris obliquis, prodeuntibus ex vertebræ corpore, per totam, quam emetitur, viam ad apophyſes tranſuerſas alterius vertebræ. Cæterum cum ſociali ſuo ex oppoſito ſtante, videtur ſupra vertebrarum corpora conſtituere ſemitam quandam quam ad œſophagum, & vocatur muſculus longus. Quartus & vltimus, quem diximus ceruicem in latus mouere, Scalenus à figura dictus, aſcendit ex maiore parte, poſteriore & ſuperiore primæ coſtæ thoracis in omnes apophyſes tranſuerſas ceruicis in eas ſuis ſe fibris inſerens, quas quantum oportuit longas ea veluti gratia ſortitus eſt, vt ab vltima ceruicis apophyſi in primam ſeu ſummam eiuſdem defigere ſeſe poſſet. Hunc muſculum velut duplicem & bifidum facit neruorum per ipſum ad brachium digreſſus. A

Longus.

Muſculus Scalenus.

Quod ad venas & arterias ad ceruicem attinentes ſpectat, expoſitæ hæ fuere *proprio capite de vaſorum diſtributione*: reſtat notandum, omnes eiuſmodi muſculos neruos recipere ex vertebris, vnde oriuntur.


Quarta Muſculorum figura. B



A.D. Monſtrant duos muſculos, qui flectunt caput, & ceruicis vertebras, quique deſcendunt vſque ad quartam dorſi vertebram.

1.2.3.4. Corpora vertebrarum dorſi. C

Quinta Muſculorum figura.



A A A A. Monſtrant ſplenios duos muſculos, qui caput extendunt & erigunt.

B B. Duos complexos.

C C. Duos leuatores omoplatæ. D

D D. Duos ſacrolumbos reſpirationi inſeruientes.

E E. Duos ſemiſpinatos.

F. Partem ſacri, niſi malis ſeorſim vnum conſtituere, quem rachitidem nuncupare poſſis.

G G. Muſculos intercoſtales externos. E

Figura

A *Figura Muſculorum ſexta.*



AAAA. *Muſculum monſtrat complexum.*

B. *Spinatum.*

C. *Tranſuerſarium ceruicis.*

D. *Semiſpinatum.*

EE. *Duos rachitidas, niſi illos malis reuocare ad ſacrum aut ſpinatum, notatum nota B.*

FF. *Coſtas.*

B

C

Septima Muſculorum figura.



AA. *Duos monſtrat ſplenios.*

BB. *Secundum muſculum complexum.*

C. *Leuatorem omoplatæ.*

D. *Clauiculum.*

E. *Partem muſculi dentati poſterioris & ſuperioris.*

FF. *Muſculos poſteriores omoplatæ, Rhomboides dictos, qui retrorſum omoplatam trahunt.*

GG. *Duos muſculos latiſſimos brachium deprimentes.*

D

E

Muſcu-

Muſculorum figura octaua.

A



A. *Monſtrat ſplenium ſiniſtrum.*

BB. *Secundum complexum.*

C. *Leuatorem omoplatæ.*

D. *Claniculam.*

E. *Muſculum oſsis hyoidis, in medio tendineum, ortum à coſta ſuperiore omoplatæ.*

F. *Muſculum os aperientem.*

GG. *Duos paruos muſculos poſteriores & ſuperiores, qui dilatant quatuor coſtas ſuperiores Thoracis.* B

H. *Muſculum ſacrolumbum.*

I. *Muſculum ſemiſpinatum.*

K *Portionem muſculi ſacri.*

LL. *Paruum dentatum, poſteriorem & inferiorem, qui dilatat quatuor coſtas inferiores.*

M. *Muſculum brachii in cauitate ſuperiore omoplatæ, qui poteſt dici Epomis.*

N. *Brachicum ſitum in parte gibba omoplatæ.* C

Nona Muſculorum figura.



AA *Duos monſtrat muſculos rectos ortos à ſpina ſecundæ vertebræ, quique ad os occipitis inſeruntur, ſub quibus parui duo latent, orti à prima vertebra, indeque inſerti in os occipitis.*

BBBB. *Quatuor muſculos obliquos.*

DD. *Apophyſim maſtoidem.*

EE. *Leuatores omoplatæ per medium ſectos.*

FF. *Duos ſcalenos.* D

GG. *Duos ſpinatos.*

H. *Sacrolumbarem.*

De Muſculis thoracis & lumborum. CAP. XVIII.

Metaphrenum & dorſum idem. Quo differant & conueniant dorſi lumborū & ceruicis vertebræ. Quæ decima dorſi vertebra ſpinæ totius mediū dicatur.

AGendum nunc de muſculis tum thoracis, qui reſpirationi inſeruiunt, tum lumbaribus. Sed ante ſciendum, partem Thoracis poſteriorem metaphrenum ſeu dorſum dictam, duodecim vertebris conſtare, lumbos vero quinque, quæ omnes à ceruicis vertebris nihil differunt, niſi quod ſuo ſunt craſſiores corpore, quàm ceruicis, neque interim foramine minores. Sed nec habent apophyſes tranſuerſas perforatas, ſeu bifidas, vt ceruicis vertebræ. Præterea ſingulæ harum vertebrarum per ſe ſolæ, vtrinque parte ſua inferiore conſtituunt foramen, quo tranſitus eſt neruo à ſpinali medulla ad circumiacentes partes prodeunti, cum contra in ceruicis vertebris, niſi ex duarum concurſu eiuſmodi foramina non coaleſcant. Quod ad apophyſes Thoracis attinet, ſeu tranſuerſæ illæ ſint, rectæ aut obliquæ, nihil à ceruicis vertebris differunt (nempe vſque ad decimam) niſi quod tranſuerſæ cum non ſint perforatæ, vt dictum eſt, coſtas quodammodo fulciunt, arcte ipſis alligatæ validis ligamentis, propriis & communibus: at poſt decimam dorſi vertebram, duæ reliquæ dorſi & lumborum omnes diuerſæ ſunt, non ſolum à ceruicis, vertebris, ſed etiam à decem illis primis dorſi ob apophyſes ſuas obliquas, quia ab vndecima E

(quæ

A (quæ recipitur tam à ſibi ſuperpoſita, quam à ſubiecta, ad robur totius ſpinæ & faciliorem eius flexum,
ſiue metu fracturæ aut diuulſionis) ſupra dictæ apophyſes vertebrarum inferiorum, quæ ſolebant reci-
pere, recipiuntur: quemadmodum contra recipiunt, quæ ſolebant recipi. Differunt præterea ab omni-
bus ſupradictis ob ſuas ſpinas, quia ab vndecima incipiunt paulatim ſurſum ſpectare, contra quam ſu-
periores. Quod ſi quis quærat, qui decima vertebra metaphreni dici poſſit ſpinæ medium, cum ſpina ex
viginti quatuor vertebris tota conſurgat: is intelligit hac demum conditione id vere dici, ſi ſex ſacri oſ- *Numerus muſculorũ thoracis.*
ſi, & quatuor caudæ (magis cartilaginoſa, quam oſſea) numerentur inter oſſa ſpinæ. Tum enim à capi-
tis articulo ad vndecimam vſque dorſi vertebram ſeptemdecim numerantur, & inde deorſum totidem. *Thoracem*
Sed regrediamur ad muſculos thoracis reſpirationi ſeruientes. Sciendum in primis, muſculos eiuſmodi *dilatantes*
eſſe nouem & octoginta, nempe vtrinque quadraginta quatuor, pares robore, craſſitie, ſitu, & actio- *muſculi.*
ne. & vnum præterea medium, quem diaphragma nominant. Ex illis quadraginta quatuor exiſtũt duo *Thoracem*
& viginti, qui thoracem dilatant in inſpiratione: nempe ſubclauius, dentatus ſeu ſerratus maior, non- *contrahentes ſeu expi-*
B nullorum ſententia, ambo Rhomboides ſeu ſerrati poſtici, obliquus aſcendens Epigaſtrij, vndecim *rationi ſeruientes muſculi.*
intercoſtales, & ſex intercartilaginei externi: totidem contra thoracem contrahunt expirando: nempe
ſacrolumbus, obliquus deſcendens, rectus, & tranſuerſus Epigaſtrij, triangulus internus, ſex intercarti-
laginei & vndecim intercoſtales interni. Ex illis viginti duobus thoracem dilatantibus primus Subcla- *Subclauius*
uius dicitur à ſitu, deſcendit enim oblique ex claniculæ parte interna & antica, in primæ coſtæ cartila- *thoracem dilatantium*
ginem ad ſternum vſque, eamque dilatat. Secundus ſerratus maior nonnullorum ſententia intus ortus *primus.*
ex tota baſi omoplatæ, tranſuerſim inſeritur in nouem coſtas ſuperiores, quaſdam ſerratas apophyſes, *Serratus*
longius in coſtarum oſſi, quam in ipſarum ſpatia, ſeu intercoſtales muſculos producens, ex quo ſerrati *maior.*
nomen habuit: nonnulli tamen hunc muſculum inter omoplatæ muſculos retulerunt. Tertius deſcen- *Serratus po-*
dit ex tribus ſpinis inferioribus ceruicis & prima dorſi, vt ligamenti membranoſi & tenuiſſimi, in tres *ſterior ſupe-*
aut quatuor coſtas ſuperiores, longius in ipſarum ſpatia ſeu muſculos intercoſtales, quam in ipſas coſtas *rior.*
ſeu oſſa productus, ex quo ſerratus poſterior & ſuperior dictus eſt. Quartus aſcendit pariter, vt ligamen- *Serratus po-*
ti membranoſi & tenuis ex tribus ſuperioribus ſpinis lumborum, & duabus vltimis metaphreni in tres *ſterior infe-*
aut quatuor coſtas nothas & inferiores ſeu poſtremas, in eaſdem ſeu earundem oſſa longius productus, *rior.*
C quam in ipſarum ſpatia, ſeu intercoſtales muſculos, ex quo ſerratus poſterior & inferior dictus eſt. In- *Epigaſtrij ob-*
ſuper vero duo illi poſtremi muſculi, communi nomine à figura dicti fuere Rhomboides. Quintus, *liquus aſcen-*
quem epigaſtrij aſcendentem diximus, abunde ſuo loco fuit deſcriptus. Vndecim intercoſtales exter- *dens.*
ni deſcendunt oblique ex poſtica parte inferni lateris coſtæ ſuperioris, in anticam ſuperni lateris coſtæ *Vndecim in-*
ſuperiori illi ſubditæ, contraria prorſum ratione, quam intercartilaginei ſex, qui ſimilem ortum & in- *tercoſtales*
ſertionem inter cartilagines habentes, quã intercoſtales inter coſtas, deſcendunt oblique ex antica par- *externi.*
te retrorſum. Atque hæc de muſculis thoracem dilatantibus inſpirando. Reliquorum vero totidem *Intercartila-*
muſculorum, qui Thoracem contrahunt expirando, primus ortus ex oſſe ſacro & apophyſibus obli- *ginei.*
quis lumborum, aſcendit, ſtricte & confuſe adhærens cum muſculo ſacro, quem poſtea deſcribemus) *Sacrolum-*
ad radices duodecim coſtarum, ſingulis inter aſcendendum exiguum tendinem impertiens, quo illas *bus thoracẽ*
coſtas contrahit verſus apophyſes tranſuerſas: ex eoque ſuo ortu ſacrolumbus dicitur. Secundus, ter- *contrahen-*
tius, & quartus, quos obliquum deſcendentem, rectum & tranſuerſum epigaſtrij diximus, ſuo loco de- *tium pri-*
ſcripti fuere. Interim notandum, tres hos epigaſtrij muſculos iuuare expirationem, per accidens potius, *mus.*
quam ex ſeſe: nempe repellendo diaphragma verſus pulmones per inteſtina, quæ etiam ſurſum com- *Obliquus deſcendens*
D pellunt, dum trahunt partes, quibus inſeruntur, verſus ſuam originem. Quintus, quem triangulum di- *rectus & tranſuerſ. epigaſtrij.*
ximus, quinque cartilaginum compreſſor, ſeu cartilagines comprimens dici poteſt, ex ſterni lateribus *Triangularis muſculus.*
internis egreſſus, pergit ad omnes verarum coſtarum cartilagines: hic magis in brutis ſub ſterno appa-
ret, quam in hominibus. quanquam ne in his quidem eſt obſcurus. Quod ad intercoſtales internos at- *Intercoſta-*
tinet, meo iudicio, oriuntur ex lateribus infernis coſtæ ſuperioris, & oblique ex antica parte retrorſum *les interni.*
deſcendentes, inſeruntur in ſuperiora lateri ſubditæ coſtæ: ſic vt ſequantur productionem fibrarum in-
tercartilagineorum externorum, quemadmodum ſex intercartilaginei interni, ſequuntur ſitum inter- *Intercartila-*
coſtalium externorum ex poſticis in antica procedentes: itaque tam intercoſtales quam intercartilagi- *ginei inter-*
nei interſecant ſe vbique, in literæ x ſimilitudinem. Scio, nonnullos ſcripſiſſe, muſculos internos (ſeu *ni.*
intercoſtales illi ſint, ſeu intercartilaginei) aſcendere ex lateribus ſuperioribus coſtæ inferioris antror-
ſum vel retrorſum: Sed ſi hoc verum eſſet, ſequeretur, eiuſmodi muſculos neruum admittere cauda & *Muſculi ner-*
non capite, cum neruus ſub coſta ſemper pergat, ac non ſupra coſtam. Vltimum thoracis muſculum, *uum ſemper*
diaphragma nempe, abũde antea deſcripſimus: quare reſtat, vt lumborum muſculos deſcribamus. Sunt *à capite ſuo*
hi ſex numero, vtrinque tres, pares craſſitie, viribus & ſitu: horum vnus lumbos flectit, reliqui duo ex- *Diaphragma.*
E tendunt. triangulus à figura dicitur, qui lumbos flectit, aſcendit is à multa parte coſtæ poſterioris oſſis *Lumbares*
ilium, in apophyſes tranſuerſas lumborum, & in vltimam metaphreni interne, qua de cauſa factus eſt *muſculi.*
ex fibris breuibus, longis, & medijs, correſpondentibus viciniæ aut diſtantiæ dictarum apophyſeon. *Triangulus.*
Extendentium primus dicitur Semiſpinatus, quia in medium vſque ſuum corpus originem trahit ex *Semiſpina-*
ſpinis oſſis ſacri & lumborum: is fibris ſuis obliquis aſcendit ex omnibus dictis ſpinis ad apophyſes trã- *tus.*
uerſas, tam lumborum, quam thoracis. Alter dicitur Sacer, quod originem habeat ab oſſe *Sacer.*
ſacro vel lateribus ipſius: is aſcendit fibris ſuis obliquis ad ſpinas lumborum,
& vndecim thoracis inferiorum vertebrarum.

A

De muſculis omoplatæ. CAP. XIX.

Omoplatæ deſcriptio. *Duæ coſtæ omoplatæ.* *Quid baſis omoplatæ.* *Caput omoplatæ.* *Ligamentū commune.* *Spina omoplatæ.* *Productio coracoides & acromiō.*

EXtremitatum nunc, & in primis brachij muſculi ſunt deſcribendi, initio ducto ab omoplatæ muſculis. Horum deſcriptionem quo facilius intelligamus, obſeruanda primum eſt omoplatæ figura & conditio. Igitur omoplata, qua parte incidet & incumbit coſtis, quadamtenus excauata eſt: qua vero parte oppoſita quadamtenus protuberat. Duas habet coſtas, ſuperiorem vnam, & alteram inferiorem. Per ſuperiorem nihil aliud intelligitur, quam extremitas, aut linea recta, quæ tempora ſpectans, extenditur ab angulo exteriore omoplatæ ſub clauicula, vſque ad apophyſim Coracoidem, quam extremo ſuo conſtrictæ producit. Per inferiorem intelligimus imam extremitatem, quæ epigaſtrium & nothas coſtas ſpectat. Præterea in omoplata notamus baſim, caput & ſpinam. Per baſim intelligimus partem omoplatæ latiorem, quæ ſpinam dorſi ſpectat. Per caput partem ipſius ſtrictiorem, quæ incipit [illegible] cauitate leuiter cauata, quæ [illegible] protegitur tam de ſe, tum de cartilagine [illegible], quæ [illegible] illius ambitum declinat cingunt. Cauitas eiuſmodi Glene dicitur. Excipit hæc caput [illegible] ſeu humeri, forti quodam ligamento, articulum cingente & firmante, cuiuſmodi ligamentum commune eſt omnibus alijs articulis. Naſcitur hoc ligamentum ab extremis cauitatis omoplatæ, atque totum articulum in orbem inuoluit, inſerens ſe capiti brachij ſeu humeri. Sunt & præter hoc alia ligamenta, quæ articulum hunc cingunt & roborant. Per ſpinam apophyſis intelligitur, quæ ſecundum ſupra gibba in omoplatæ ex toto eiuſdem, vbi humilis erat & depreſſa, aſſurgens, elatior fit, donec [illegible] acromio. Natura vero machinata eſt duas in hoc oſſe productiones, acromion nempe, ex ſpina & coracoidem ex coſta ſuperiore factam ad confirmationem dearticulationis, quæ eſt brachio ſeu humero cum omoplata, ſcilicet, ne brachium facile luxaretur ſurſum vel antrorſum: excipitur inſuper clauicula ab apophyſi Acromio dicta. Muſculi omoplatam mouentes ſex ſunt: horum quatuor proprij ſunt, duo alij B communes.

Omoplatæ muſculi. *Serratus minor.* *Rhomboides.* *Leuator.* *Trapezius.*

Quatuor propriorum primus ſitus in parte antica aſcendit ab oſſibus ſex aut quinque coſtarum ſuperiorum ad coracoidem, quam trahit antrorſum. Vocatur itaque Serratus minor, quem vt aperte demonſtrare poſſis, pectoralem a clauicula attollere oportet, fere ad medium vſque ſterni. Alter primo illi oppoſitus, poſitus eſt in parte antica, ducitque originem ex tribus ſpinis inferioribus ceruicis, & tribus ſuperioribus metaphreni, vnde introrſum in totam baſin cartilaginoſam omoplatæ extenditur & deſinit, ipſam retrorſum trahens, Rhomboides appellatur. Tertius ab actione ſua, Leuator dictus, in parte ſuperna ſitus, deſcendit ab apophyſi tranſuerſa primarũ quatuor ceruicis vertebrarum in omoplatæ angulum ſuperiorem & eiuſdem ſpinam. C Quartus Trapezius ſitus eſt in parte poſtica: atque initio membranoſus, mox vero carnoſus oritur ab occipite pene toto, ab omnibus ſpinis ceruicis & octo ſuperioribus vertebris thoracis, indeque inſeritur ſua aponeuroſi in baſim prope totam omoplatæ, extendens ſe ſupra ipſius muſculos, vſque in mediam eiuſdem ſpinam, in qua carnoſus inſeritur vſque ad acromion partem ſuperiorem clauiculæ, & quodammodo ad coſtam ſuperiorem. Triplicem hic muſculus habet actionem ratione triplicis originis. Prima eſt trahere omoplatam verſus ſuam originem id eſt, ad occiput & ſpinam ceruicis. Altera eſt, eam trahere retrorſum, per originem, quã habet a quinta ſexta, ſeptima & octaua ſpina vertebrarum thoracis. Notandum vero diuerſas eius motus actiones, non obiri ab hoc muſculo per neruum vnicum, ſed per plures, qui in eum veniunt a ſpinali medulla per foramina vertebrarum tam ceruicis, quam metaphreni, a quibus ortum ducit.

Latiſſimus. *Pectoralis.*

Quod ad duos, qui ſunt communes omoplatæ & brachio ſeu humero, eos cum his nec muſculos deſcribemus: horum enim alter Latiſſimus dictus, ab oſſe ſacro ad omoplatam & brachium aſcendit. Alter Pectoralis à ſterno & clauicula ad omoplatam etiam & brachium pertingit.

D

Deſcriptio manus in genere ſumptæ. CAP. XX.

OPorteret nunc ordine muſculos brachij deſcribere: ſed ante ſciendum eſt, quid ſit, quod brachium dicimus. Sed cum id commode intelligi non poſſit, niſi prius, quid manus ſit, intellexerimus, cum manus pars brachium ſit, adeo definire ante oportet, quid manus, deinde manum in ſuas partes diuidere.

Manus propriè & ſtrictè ſumpta. *Manus in genere quid.*

Manus ergo duobus modis vſurpatur, generaliter nempe, & ſpecialiter: generaliter ſumpta manus ſignificat id totum, quod continetur ab articulo omoplatæ cum humero, ad vſque extremos digitos. In ſpecie vero id tantum denotat, quod ab extremis cubiti oſſibus, ſeu brachialis initio ad extremos vſque digitos comprehenditur. Ergo in genere manus eſt *organum organorum, & inſtrumentorum inſtrumentum, ad capiendum & continendum deſtinatum.* Componitur ex tribus magnis partibus, ſcilicet ex brachio, cubito & manu ſpecialiter ſumpta. Manus vero ſpecialiter ſumpta, in tres alias partes iterum diuiditur, carpum ſeu brachiale, metacarpium ſeu poſtbrachiale, & digitos (omnes hæ partes cum ſingulæ non modo ſint partes organicæ, ſed etiam partium organicarum partes) compoſitæ ſunt ex omnibus, vel certe plurimis partibus ſimilaribus, nempe cute duplici, panniculo carnoſo, adipe, venis, arterijs, E neruis, muſculis ſeu carne, tunicis tum communibus, tum proprijs, oſſibus, cartilaginibus, & ligamentis, quas omnes ſuo ordine deſcribemus:

Manus differentiæ à ſitu. *Cur manus in ſex digitos [illegible].*

Sed prius admonitum te velim differentiarum manus à ſitu ſumptarum. Sunt autem illæ differentiæ ſex numero, antica, poſtica, interna, externa, ſuperna, interna: Per Anticam in manu eius eam partem intelligimus, quæ a pollice recta ad omoplatam ſpectat. Per poſticam, ipſi oppoſitam partem intelligimus, quæ à minimo digito baſim omoplatæ reſpicit: Per internam manum, eam partem accipimus quæ manu naturalem ſitum retinente, corporis latera ſpectat. Per externam partem ipſi oppoſitam. Superna vero & interna manus quid ſint, facile auditis nominibus ipſis, intelligimus. Manus ſpecialiter ſumpta in quinque digitos diuiſa eſt, vt ſingulas omnes poſſit comprehen-

prehen-

A prehendere, rotundas nempe, triangulares, quadratas, & cæteras: atque extremis digitis minima cor-
puſcula colligere, vt aciculas, ſpinulas, ariſtas, & ſimilia. Duas manus natura nobis largita eſt, vt mutuas
traderent operas, vtraque vtrinque concurrentes. Sed ad minuta corpuſcula comprehendenda, opor- *Cur molli digitorum carni vnguium additum.*
tuit digitos natura ſua molles vnguibus armatos eſſe, vt ex carne molli & vngue duro conſurgentes o-
mnibus actionibus ſufficerent: vnguis enim pro fulcro eſt carni molli, quæ alioqui duri corporis occur-
ſu inuerteretur. Vnguium vtilitas eſt ſcalpere, radere, excoriare, dilacerare, minuta corpora conficere,
contundere. Non habuere oſſeam duritiem, ne frangerentur, ſed quodammodo cederent. Reliquis ta-
men animalibus duros vngues largita eſt, vt armorum eſſent loco. Figura rotunda extitere, quia figura
eiuſmodi minus externæ iniuriæ obnoxia eſt: & quia attritioni obnoxij ſunt, voluit natura, vt creſcerēt
aſſiduè. Digitis in parte interna & laterali carnem oppoſuit natura, vt arctius comprimerent, quæ ſemel *Cur vngues aſſiduè creſcunt.*
apprehendiſſent: vtque his compreſſis, liquorem continere, quo minus efflueret, poſſemus. Inæqualis
eſt digitorum magnitudo, vt cum expanduntur & dilatantur à ſe inuicem figuram velut circularem
B conficiant: Sic enim fit, vt manus corpora omnia, præſertim rotunda, comprehendere poſſit. Reſtat vt
perſequamur venarum, arteriarum, & neruorum diſtributionem, quæ per omnes manus generaliter &
ſpecialiter ſumptę partes exiſtit, quo cōmodius poſtea perſequi partes ipſius omnes proprias poſſimus.

Diſtributio venæ Subclauiæ, ac primum de Cephalica ſeu Humeraria.

Cap. XXI.

A Subclauia venæ duæ inſignes deſcendunt: vna, ex parte depreſſiore: altera, ex altiore. Aliquando tamen ſeparatim ambæ illæ ab eadem, communi orificio prodeunt, vt breuis ſtaturæ hominibus in brachio. Harum vna Axillaris, altera Humeralis ſeu Cephalica dicitur: ergo cephalica hæc à ſubclauia egrediens, ſuperficiem ceruicis anteriorem inter muſculum deltoidem & tendinem muſculi pectoralis procedit, mediaque inter cutem & muſculorum communem tunicam, & panniculum carnoſum, ad vſque cubiti flexum deſcendit: quo loco emaciatis hominibus manifeſte conſpicua eſt, cum in præpinguibus adipe multo ſepulta, vix cerni poſſit. Hæc vena dilabitur inter deſcendendum tenuibus de ſe ramulis, *Cephalica vena*
C cum cuti, tum muſculis, quos deſcendens eminet, paulo ſupra brachij apophyſin externam bipartito finditur. Ramorum, in quos finditur, vnus oblique ad partem cubiti anteriorem deſcendens, paulo infra cubiti flexum pari ſibi ramo in eundem hunc locum coit, & vnitur, vt poſthac demonſtrabitur. Quæ ex concurſu illo conſurgit, vena Mediana dicitur, quod ex duobus ramis conſurgat, & inter ipſos ſita ſit. Medianam hanc in affectibus capitis & hepatis, quibus neceſſaria eſt ſanguinis miſſio, ſecare ſolēt: *Vena mediana.*
Quod ſi non ſatis facile conſpicitur, cum tu eam totius corporis euacuandi gratia ſecandam eſſe iudicaueris, vnum ex eis ramis, quorum concurſu conflatur, ſecare poteris, quem commodiorem duxeris: & quia quilibet ramus ex partibus vicinis [illegible] data fibrarum rectitudine trahit potius, quam ex oppoſitis, ſi horum ramorum alterum [illegible] caput atque hepar vacuare volueris, oportet vt aperto eo, qui à cephalica (exempli gratia) venit ramo, ipſum dextro pollice premas, quoutque multa ſanguinis copia ab hepate ducta, per venam [illegible] patentem tibi viam fecerit, quo facto pollicem tolles, fluereque ſanguinem per cephalicam [illegible] libero curſu permittes, quouſque tantum detraxeris ſanguinis, quantum ſalubre eſſe iudicaueris: alias ab vna tantum parte euacuabis, nempe à capite. Sic à ſolo iecore vacuabis, aperto, qui à baſilica venit & concurrit ramo ad generationem medianæ. Præ- *Quo aſtu ſecta mediana à capite aut hepate ſanguinem magis educeris.*
D terea ſi incidente aperiendæ baſilicæ neceſſitate nullatenus illa conſpicua fuerit, cephalica interim aut mediana conſpicuis, potes loco baſilicæ medianam ſecare vel ſi libeat, cephalicam ipſo, vt prædiximus eius trunco pollice compreſſo, ne ſequatur euacuatio à capite, ſed ea, quæ ab hepate ſuccedere debet. Idem tibi in baſilica faciendum iudicamus, ſi incidente cephalicæ aperiendæ neceſſitate, non ſe hæc in conſpectum dederit. Hodie plerique eorum, qui phlebotomiam faciunt, pro mediana cum baſilicæ ramum aperiunt, qui aſcendit, vt concurſu ſuo cum cephalica medianam conſtituat. Intelligendum vero eſt medianam hanc inter cubiti oſſa duo deſcendere, ad cubiti extremam vſque, inde ipſe in multos ramos diuiſam, tandem in manum externam abſumi pone pollicem, indicem & medium, aut illorum metacarpium. Aliquando in ramum ſequentem regreditur, & tam ad carpum ab illo ſucceſſit, abſumenda in locum prædictam. Alter cephalicæ ramus, quem nominare poſſumus cephalicum anteriorem & exteriorem, recta in radium medium deſcendens, inde obliquus deſerit in partem brachij poſteriorem vbi ramo à baſilica veniente auctus, in totam externam manum diſtribuitur, quam cum mediana nutriat. Cæterum hi venarum rami ſic per partes commemoratas dilabuntur, vt obiter ipſis neceſſarium commeatum importent.

E

Deſcriptio Venæ axillaris. Cap. XXII.

Axillaris ad inſertionem muſculi pectoralis vel paulo altius orta, poſtquam duas produxit Thoracicas, finditur ſub muſculi illius tendine in duos inſignes ramos, nempe in axillarem profundam & axillarem ſubcutaneam. Profunda comitem ſemper in ipſo deſcenſu arteriam axillarem & tertium neruorum par habens, poſtquam parum in muſculum externum brachij produxit, in medium cubiti flexum pergit, quo loco demergens ſe cum arteria & neruo in cubiti muſculos, in tres alios ramos diuiditur, quorum vnus cum radio deſcendens ſubter annulum in internam manum delabitur, tribuitque pollici exiguos duos ramulos, duos alios indici, & vnum medio, ſic vt omnes per digitorum illorum latera aſcendant, alter cum arteria deſcendens vt ſuperior, ſecundum cubitum ad manus reliquos digitos ramulos tranſmittit, primi illius inſtar. Tertius antrorſum inter duo oſſa pergit aduſque brachiale & *Axillaris duplex.* *Axillaris profunda.*

muſculum quadratum. Cæterum notandum, venas, de quibus hic agimus, non eis modo, quas diximus, diuiſiones facere, ſed & alias [illegible] infinitas, tam in partibus, quas obeunt, quam in manus muſ- A
Axi- terna. culis internis, quos nutriunt. At [illegible] de axillari interna ſeu profunda. Quod ad externam ſeu ſub-
cutaneam attinet, quæ primo [illegible] ſub cute in [illegible] præſertim, paululum ſupra apophy-
ſim internam brachij; diuiditur eo loco in duos ramos, quorum vnus deſcendens ad flexum brachij con-
currit, vniturque cum ramo cephalicæ, [illegible] ab illo flexu, vt mediana [illegible], quemad-
modum prædiximus. Alter ramus, [illegible] ramulos multis variæ longitudinis & craſſitiei, tam in cutē, —
quam in alias partes vicinas deſcendens, ſecundum inferiorem ossis cubiti proprie dicti partem, tan-
dem in ramum cephalicæ [illegible] anteriorem & exteriorem, quem diximus, deſcendere ſecundum radij lon-
Saluatella & ſpleneti-ca. gitudinem, abſumitur. Sicque vtrique in totam manum abeant. [illegible] dextra ſaluatellam inter medium
& in [illegible] digitum [illegible] in ſiniſtra vero eodem loco ſpleniticam. Cæterum ſemper aduerte, ſi
forte quid non inter diſſecandum ſecus, quam ſcribimus occurrat, tam variam eſſe valorum (præſertim
per manum) diſtributionem, vt eius vix certa regula dari poſſit.

Distributio axillaris Arteriæ. Cap. XXIII.

AXillaris arteria à primo ſui ortu, quod eſt ſtatim poſt duas Thoracicas, deſcendens ſo inter muſcu- B
[illegible] & brachium, cum vena axillari profunda ramum [illegible] distribuit, ad mu-
ſculos externos brachij, qui cubitum extendunt, [illegible] externos eiuſdem, ortos
[illegible] ab apophyſibus brachij. Atque is ramus [illegible] dicitur, vt & vena, quæ hanc arteriam co-
mitatur. Inde illa arteria cum ad cubiti flexum peruenerit, [illegible] muſculos digitum flexores,
ramulos quoſdam communicat, partibus attinentibus ad cubiti cum humero dearticulationem, & a-
lias illic [illegible] partes, quemadmodum fecit in partibus ſuperioribus, per quas illuc deſcenſus fuit. Cer-
Axioma anatomicum. te vt regula ſit generalis, omne vas quaſdam de ſe per tranſennam portiunculas partibus omnibus, quas
obit, elargitur. Quod ſi quæras, cur productiones [illegible] non ſuerim perſecutus. Reſpondeo nunquam
mihi in animo fuiſſe, [illegible] & magnos ramos [illegible], ex quorum temeraria inciſio-
ne, mortis vel morbi periculum contingere queat. Nam [illegible] omnes tam [illegible], ſeu venarum,
ſeu arteriarum, aut neruorum diſtributiones perſequi, & infinitum eſſet & inutile. Arteria ergo [illegible] in
[illegible] ubi ad medium fere cubitum peruenerit, ſtatim vel paulo poſt bifurcatur in
duos inſignes ramos, quorum vnus ſecundum radium, alter ſecundum cubitum fertur in manum, ſu-
bter annulum [illegible]. In manum enim ambo hi rami diſtribuuntur & abſumuntur, eodem, quo
diximus, modo de ramis venæ axillaris internæ: nempe dimiſſis obiter ramulis aliquot in partes, per C
quas viam capeſſunt, tandem de reliqua ſui portione ramus ille, qui per radium deſcendit, duos ramu-
los pollici largitur, vtrique vnum, [illegible] duos pariter, vnum medio, alter, qui ſecundum cubitum deſ-
cendit, [illegible] præſtat minimo, ſeu annulari digito & medio, vt oculis innoteſcit.

De Neruis ceruicis, Metaphreni & Brachij. Cap. XXIV.

Septem ceruicalium neruorum paria. Primum par. PErſequendi nunc [illegible] veniunt nerui brachij, ſed quia illi ex ceruicis, & metaphreni neruis prodeūt
de his quoque præmittendum aliquid cenſeo. [illegible] prodeunt neruorum paria:
quorum primum prodit ex oſſe occipitis, & prima ceruicis vertebra, quemadmodum & [illegible] par
metaphreni ex vltima ceruicis & prima metaphreni. Omnes autem eiuſmodi nerui in duos vel plures
ramos diuiduntur, ergo duo rami primi paris [illegible] pergunt, vnus quidem ad paruū muſ-
culum rectum, aſcendens à prima ceruicis vertebra [illegible] ad muſculum longum ceruicis
2 anteriorem. Secundi paris rami [illegible], alij quidem cum [illegible], quam à tertio pari excipiunt
in totam capitis cutem [illegible] pergunt [illegible] muſculos, qui [illegible] à ſecunda vertebra ad occiput,
3 ab eademque ad primam vertebram, quam ad muſculum longum [illegible] notatum. Tertij paris D
nerui communicantur alter quidem capiti, vt prædictum eſt; alij vero muſculis, qui tum caput, tum
ceruicem extendunt ſeu erigunt, vna etiam in laterales propinquos muſculos & partem longi diſtri-
4 butio. Quarti paris nerui pergunt, vnus quidem ad muſculos, tam ceruicis, quam capitis, & ad muſcu-
lum latum, alter [illegible] ſui portionem in longi muſculum & ceruicis laterales [illegible], cum por-
5 tione quinti & ſexti paris ad diaphragma deſcendit. Quinti paris ramorum, alius ceruicis muſculis po-
ſterioribus & capitis, alter muſculo longo & diaphragmati. [illegible] muſculis brachij & omoplatæ, le-
6 uatoribus communicatur. Sexti paris neruorum alius pergit ad muſculos poſteriores ceruicis & capitis,
alter ad diaphragma, tertius cū portione ſeptimi paris ceruicis, primi & ſecundi metaphreni, ad brachia
7 & muſculos leuatores omoplatæ. Septimi paris ramorum alius ad muſculum latum & [illegible] cum ceruicis
tum capitis, alter auctus portione quinti & ſexti paris ceruicis, & altera ſecundi & tertij paris metaphre-
ni, in brachium deſcendens, pergit ad manum vſque. Notandum vero, muſculos, qui a multis vertebris
Dorſalia duodecim neruorum paria. Primum par. Secundum par. Reliqua paria. originem ducunt, ſiue ſuperne deorſum, ſiue interne [illegible] neruos admittere, non ſolum à vertebris,
à quibus ortū ducunt, ſed & ab illis, quas deſcenſu vel aſcenſu ſuo obeunt. A metaphreni vertebris pro-
deunt duodecim neruorū coniugationes. Prima ab vltima ceruicis vertebra, & prima metaphreni exiēs E
diuiditur (nempe vterque, quiq; ex ſuo quoq; latere neruus) in duas aut plures portiones, vt & reliquæ
omnes. Rami [illegible] primæ huius coniugationis pergunt, alij quidem ad brachia, vt prædictū eſt, alij ad
muſculos tā thoracis, quam alios illinc ortos, vel illac iter agentes. Secundæ coniugationis rami ad eadē
partes diſtribuuntur, ad quas primæ: at aliarum omnium coniugationem ad duodecimam vſque rami
communicantur, alij quidem muſculis intercoſtalibus intus ſub coſtis veris, ad vſque ſternon produ-
cti, & ſub nothis vſque ad muſculos rectos & longos, horumque ramorum intercoſtalium coitu augē-
tur


tur nerui coſtales ſextæ coniugationis, dum obiter deſcendunt per radices coſtarum. Aliæ portiones eiuſmodi neruorum communicantur muſculis tam thoracis, quam ſpinæ, prout eiuſmodi muſculi egrediuntur, vel progrediuntur per vertebras, vnde neruis illis ſeu origo eſt, ſeu egreſſus. Sic ergo neruorum brachij origine demonſtrata, reſtat, vt eorum numerum & diſtributionem oſtendamus. Numero ſunt quinque vel ſex, prodeuntes ex vertebris quinta, ſexta, & ſeptima ceruicis, primam & ſecundam metaphreni. Quorum primus plane immixtus à quinta ceruicis vertebra, pergit ad muſculum deltoidẽ & ſubtenſam ipſi cutem. Alij quatuor aut quinque vbi mutuo ſe complexi fuerint, non ſolum à prima origine, ſed ad alam vſque vbi primum ſe initio illo complexu expediunt, eo, qui ſequitur, modo diſtribuuntur. Primus & ſecundus ad paulo ante commemoratum muſculum, vnde aliquando in manum vſque deſcendens, obiter communicatur bicipiti, inde ſub eodem bicipite cum tertio neruo coit. Tertio communicatur cum muſculo cubiti longiſſimo, in cuius flexu in duos ramos ſinditur ſecundum cubiti oſſa duo deſcendentes, donec panniculo carnoſo fultus in cutem, tum cubitum manus abſumatur. Tertius hoc inferior primum ſub bicipite cum ſecundo vnitur, mox ſecretus portionem ſui ad ſubſtratum brachium, ipſiuſque brachij cutem tranſmittit: denique ad cubi flexum antica parte postquam peruenit, miſcetur cum quinto. Quartus omnium maximus infra tertium ramum ſub bicipite cum vena axillari interna & arteria delapſus, in partem exteriorem reflectitur, & poſticam brachij, vt illic communicet ſe muſculis cubitum extendentibus, pariter cum internæ brachij & externæ cubiti, reliquum huius rami vbi deſcenſu ſuo ad cubiti articulum peruenit, poſt cubiti curuaturam in duos ramos diuiditur, quorum vnus ſecundum cubitum deſcendens in carpum exterius abſumitur: alter ſecundum radium, exterius pariter, ſurculis duobus abſumitur in pollicem, duobus alijs in indicẽ, quinto autem in medium etſi obſcurius. Quintus ramus illis etiam interior, inter muſculos cubitum flectentes & extendentes delapſus, vbi pone internam cubiti apophyſim peruenerit, (quo loco prædiximus tertium ramum cum hoc coire) communicatur muſculis internis eiuſdem, indeque in tres portiones ſinditur, quarum vna extrinſecus per medium cubitum, duobus ramulis pergit ad minimum digitum, totidem ad medicum vno ad medium: reliquæ duæ, vna quidem extus, altera ſubtus annulum pergunt ad manum, vbi ambæ poſtquam ſui cuiuſque manus muſculis, quod ſuum eſt, largitæ fuerint, abſumuntur in alias exiguas quinque portiones, quarum illæ, quæ ſunt ab ea portione, quæ extus annulum deſcendit, duos ſurculos minimo, duos indici, & vnum medio, tranſmittunt: quæ vero ſunt ab ea quæ ſubtus deſcendit, eadem diſtributione alijs ſe digitis communicant, duobus nempe pollici, duobus indici, & vno medio digito. Sextus omnium infimus & vltimus inter cutim & panniculum carnoſum delabitur per internam brachij apophyſim, indeque in cutem cubiti abſumitur.

Nerui, qui feruntur ad brachium.

B

C

Figura neruorum.



D

E

A. *Monſtrat initium ſpinalis medullæ quatenus in ſpina vertebram primam delabitur* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *ſeptem ceruicis vertebræ, & neruorum totidem coniugationes inde prodeuntes* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. *duodecim metaphreni vertebræ* 20. 21. 22. 23. 24. *quinque lumborum vertebræ.* 25. 26. 27. 28. 29. 30. *ſex oſſa oſſis ſacri. Cæterum non hic deſcripſimus os caudæ, tum quia medullam non contineat, tum quod nullus inde prodeat neruus.*

B B. *Portio neruorum, quæ à ſecunda ceruicis coniugatione pergit ad occiput ſeu capitis verticem.*

C. *Portio primæ coniugationis. Cæterum lectorem admonitum velim, nos hac figura tantum anteriorem neruorum faciem exprimere, reliquamque portionem retrorſum delapſam in muſculis illic ſitis abſumi.*

D. *Diſtributio rami ſecundæ coniugationis, quæ antrorſum venit.*

EE. *Neruus phrenicus, qui fit ex ramis anterioribus, quarta, quinta, & ſexta coniugationis ceruicis.*

F. *Ramus anterior quintæ coniugationis ceruicis, qui diſtribuitur in muſculos vicinos brachii & clauiculæ.*

G.*Portio ſexta coniugationis, quæ in brachium diſtribuitur.* A

H.*Portio ſeptima coniugationis ceruicis, & prima ac ſecunda dorſi: cæterum à nota F. vſque ad notam H. deſcribuntur ſex nerui, qui primo quidem complexi, mox complexu ſolo liberati, hoc, qui ſequitur, modo in brachium diſtribuuntur.*

III.*Primum par neruorum in cutem brachii diffuſorum.*

K.*Secundus neruus ſub bicipite abditus.*

L.*Portio nerui cum mediana excedentis.*

M M *Tertius brachii neruus, qui in manus digitos abſumitur, duobus ſurculis in pollicem, totidem in indicem, vno in medium, aliquando duobus, & tum vno in medium.*

N N *Quartus brachii neruus, qui pone brachium abſumitur in muſculos ex anteriore apophyſi ortos, vnde & ramulus deſcendit vſque in brachialis cutem.*

O O. *Quintus brachii neruus, qui in manum abſumitur, vt neruorum ſurculos in manus digitis largiatur, quia tertio pari nullos habuere.*

PPP.*Sextum par ſecundum cutem ad carpum vſque deſcendit.*

QQQQ.*Nerui intercoſtales, qui proximis muſculis diſtribuuntur.*

RRRR.*Portio neruorum intercoſtalium, qui roborant neruum coſtalem, qui à ſexta cerebri coniugatione in totum inferiorem ventrem diſtribuitur.* B

SSSS.*Nerui lumborum, qui in epigaſtrii muſculos diſtribuuntur.*

TT.*Neruus exiguus à lumbis ortus, qui comitatur arteriam ſpermaticam.*

VVV *Primus neruus femoris, cuius portio cum ſaphena pergit ad extremum vſque pedem.*

Y *Tertius femoris neruus, qui cum recipro hypogaſtrica per os pubis egreditur.*

ZZZ. *Quartus femoris neruus, qui in omnes femoris partes, tibiæ & pedis ſpargitur, abſumiturq́; in huius digitos ſic vt geminos neruos ſurſum, deorſumque largiatur.*

&.*Portio neruorum prodiens ex oſſe ſacro diſtributa in muſculum oſſi ilium vicinum.*

Deſcriptio oſſis brachii, & muſculorum id mouentium.

CAP. XXV.

QVia perfecte deſignare originem muſculorum brachij (præſertim duorum brachiæorum) ignorata oſſis eius deſcriptione non potis eſt, id primo deſcribemus, inde ad muſculorum deſcriptionem

Magnitudo & figura.

regrediemur. Os brachij omnium corporis oſſium maximum eſt, ſi femoris os exceperis: teres eſt, cauum & medulloſum, magna epiphyſi, ſeu cōdylo capiteue in ſuſummo donatum ceruice mediocri incumbente, cui per ſymphyſim adnectitur, neque enim aliter epiphyſes ſuis oſſibus committuntur. In ima vero ſui parte duabus apophyſibus, ſeu tuberculis donatum eſt, vno anteriore, altero poſteriore, inter quæ tubercula, cauitas eſt dimidiæ trochlearum orbitæ ſimilis, circa quam cubitus mouetur. Cauitatis illius extrema in duo foramina deſinunt, quorum vnum exterius eſt, alterum interius, ſeu anterius & minus exteriore cubiti coronas hæc foramina excipiunt anterius ſcilicet anteriorem, cum cubitus omnino flectitur: exterius vero ſeu poſterius poſteriorem, cum extenditur. Quod ad caput brachij ſpectat, duplicem habet connexionem, vnam cum ſua ceruice per ſymphyſim, id eſt, naturalem oſſium vnionem ſine motu vllo. Alteram cum omoplatæ leuiter cælata cauitate, quam Glenem dicimus, per eam Diarthroſeos ſpeciem, quæ Arthrodia dicitur. Firmatur, ſtabiliturque connexio hæc per muſculos ab omoplata in brachium deſcendentes, tum per ligamenta propria deſcendentia ab orbita & ſupercilio cauitatis acromij & coracoidis ad hoc brachij caput. hoc ipſum caput parte ſua interna magis, quā anteriore velat ſillam eſt & cauatum, vt deſcenſum aperiat vni ex ligamentis muſculi bicipitis ab omoplata venienti. Quod ad inferiorem oſſis brachij partem ſpectat (quam diximus duas habere apophyſes) dicere poſſumus, ipſam cum cubito in genere dicto, duabus articuli ſpeciebus eſſe connexam, nempe per Ginglymum cum oſſe cubiti proprie dicti, & per arthrodiam cum radio, qui leuiter cælata cauitate, apophyſim anteriorem brachij recipit, & circa eam voluitur ad motum manus. Apophyſis poſterior præcipue addita eſt venarum, arteriarum, & neruorum conſeruationis & præſidij cauſa. His ſic demonſtratis, operæ pretium eſt, noſſe brachij ipſius, quæ inter epiphyſes apophyſeſque commemoratas patet, figuram, vt in tractatione eius id conuenienter reſtituere poſſimus intelligendum ergo primum eſt, id os quodammodo intrinſecus ſimum & cauatum eſſe, ſub illa ſua capitis: extrinſecus vero & antrorſum, gibbum. Cum igitur id mobile futurum eſſet, antrorſum & retrorſum, ſurſum & deorſum, natura ipſum tot motuum gratia octo donauit muſculis: ſex nempe proprijs & duobus cum omoplata communibus. Quorum omnium duo ipſum mouent in partem anteriorem, duo in poſteriorem, duo in ſuperiorem, & duo in inferiorē. Quod haud ita intelligendum eſt, quaſi duo illi muſculi recta ipſum moueant in parte anteriorē, nullatenus ſurſum aut deorſum inclinando: duo ipſum ita moueāt ſurſum, vt nulla fiat antrorſū aut retrorſum inclinatio: ſed huius aut illius muſculi ope & propria actione nō niſi in hanc aut illam partem moueri. Sic igitur ſi pectoralis cum ſuo comite agat, ſemper trahitur in parte in anteriore in brachium, vt deltoide cum comite ſuo agente, ſurſum ſemper mouetur: idemque eſt de reliquis ſaciendum. Quod vero ad originem & inſertionem eiuſmodi muſculorum attinet, duorum, qui antrorſum brachium mouent, vnus pectoralis a b origine dictus, à claui pluſquam dimidia, & ſterno prope toto, ſexta, ſeptima & octaua coſta ortus, pergit & alligat ſe ad coracoidem, membrana ſatis valida ſeu tendine, ... qua ratione dicitur communis omoplatæ & brachio) pergitq; in brachium inter deltoidem muſculum, & bicipitem tendine valido, ex fibris ſe decuſſantibus coſtato, quarum aliæ à clauicula & parte ſuperiore ſterni deſcēdunt, aliæ aſcendunt ab origine huius inferiore, ſexta

Brachii epiphyſis.

Apophyſes brachij.

Brachij ſeu humeri cum omoplata connexio.

Brachij cum cubito connexio.

Figura brachij.

Muſculi quot os illud.

Pectoralis muſculi ortus & inſertio.

C D E

nempe,

A nempe, ſeptima & octaua coſtis, & quanquam huius muſculi actio diuerſa ſit, propter fibrarum ex diuerſis locis ortarum diuerſitatem, ſemper tamen brachium antrorſum trahit, ſiue ſurſum, ſiue deorſum ſiue ad pectus abducat: alter illi comes deſcendit à toto labro ſeu ſupercilio ſinæ ſeu cauæ partis omoplatæ, quam implet in brachij parte anteriore iuxta ipſius caput. Quod ad duos ſpectat leuatores, ſeu qui ſurſum brachium mouent, primus Deltoides à claui ferme dimidia, acromio, & tota omoplatæ ſpi- *Deltoides.* na deſcendit in partem brachij anteriorem digitorum quatuor infra articulum latitudine. Diuerſas habet pro fibrarum diuerſitate actiones, vt & omnis muſculus: tamen quacunque ratione contrahatur, ſeu fibris claualibus ſolis, ſeu ſolis ſpinalibus, vel ambobus ſimul, ſemper brachium ſurſum leuat & erigit. Alter illi ſocius deſcendit à gibba parte omoplatæ contento inter coſtam ipſius ſuperiorem & ſpinam, inter acromion & coracoidem, ad brachij ceruicem: atque hic Epomis vel Scapularis nobis dicetur. *Epomis.* At duorum muſculorum, qui brachium trahunt retrorſum, primus, & maior oritur ex maxima parte labri exterioris partis gibbæ omoplatæ, quod eſt ſub eiuſdem ſpina, atque omoplatæ ipſi incumbens, pergit in brachij partem poſteriorem ſuper ipſius ceruicem. Alter illi contiguus & operis ſocius, ſed minor, egreditur ex ſuperiori & exteriori parte coſtæ inferioris omoplatæ, indeque ſe quadamtenus ex-

B tendens ſupra gibbam ipſius partem coſtæ illi vicinam, in brachium pergit. Hic muſculus cum priori idem eſſe videtur, extrinſecus carnoſus etiam ſupra humeri caput: Ex duobus, qui deorſum trahunt, vnus & minor, egreditur ex recta linea coſtæ in omoplata imæ, pergitque in partem brachij inferiorem circum ceruicem ipſius. Alter latiſſimus dictus aſcendit ex ſpinis oſſis ſacri, lumborum, & ſæpe nouem inferioribus metaphreni, per angulum inferiorem omoplatæ, in quem inſeritur tendine membranoſo, & in partem interiorem brachij iuxta ceruicem altero tendine robuſto: ex quo hic muſculus communis dicitur omoplatæ, & brachio. Cæterum cum vulnus aliquod in hunc muſculum incidit, non poteſt facile extendi & erigi brachium.

Deſcriptio oſſium cubiti, & muſculorum ipſa mouentium.

CAP. XXVI.

POſt hos muſculos veniunt illi, qui cubitum flectunt, & extendunt, ſed quia commode demonſtrari eorum nequit inſertio, niſi prius oſſibus cubiti deſcriptis, ideo ante omnia oſſa ipſa ſuis depingemus

C lineamentis. At vero ne cubiti nomen ambiguum obſcuritatem pariat, notandum in primis eſt, tripli- *Cubitum quid ſignificet.* cem ipſius eſſe ſignificationem: ſæpe enim vſurpatur pro manus tota illa parte, quæ brachium, carpumque interiacet, ſæpe pro oſſe inferiore partis illius, ſæpe pro oſſis ipſius parte ſuperiore, quæ intra brachij *Olecranon quid.* orbitam ſeu cauitatem, haud aliter quam chorda in trochleo orbiculo circumagitur, & appellatur Olecranon. Hic certe nomen cubiti in prima vſurpamus ſignificatione. Quare cubitum ex duobus oſſi- *Cubiti oſſa duo.* bus coagmentatum dicimus, quorum vnum radium appellamus, ſeu brachij focile minus: alterum proprio nomine Cubitum dicimus. Duo hæc oſſa ſuis extremis adhærent, arcte validis ligamentis colligata. At intermediæ & extremis interiectæ partes multo à ſe inuicem diſtant interuallo, præſertim verſus ima: commodioris ſitus & egreſſus muſculorum ac vaſorum à parte intima ad extimam gratia, vt demonſtrabitur ſuo loco. Radius duas habet epiphyſes, ſeu appendices: ad extremum ſuperius vnam, al- *Radij duæ epiphyſes.* teram ad inferius. Superior rotunda & in ſuperficie ad formam peluis excauata, recipit apophyſim anteriorem oſſis brachij, eidem allegata validis ligamentis, tam ex illa brachiali apophyſi, quam ex olecrano in eiuſmodi radij epiphyſeos ambitum deſcendentibus. In eum vſum hæc eſt comparata connexio, vt cubito circum illam apophyſim obuoluto & circumacto pronam & ſupinam manum obuertere liceat. At eiuſdem radij inferior epiphyſis, intus caua eſt, vt commodius recipiat oſſa carpi, extra vero gibba, vt tutior exiſtat: iam radius ima parte mollior & craſſior eſt: minor vero & durior ſumma: quo

D loco ad interiora extat tuberculum, quo muſculum recipiat bicipitem. Prætereà in parte extima & media, nonnihil gibboſus & rotundus, quo tutior eſſet ab externorum corporum occurſu: at interiore ſimus ad commoditatem eius, quæ manu fit, apprehenſionis. Qua vero parte os cubiti proprie dicti reſpicit, repandus exiſtit, ad commodiorem muſculorum originem & ſedem: denique ſitus eſt ſuper os cubiti è regione pollicis.

Os vero cubiti proprie & ſpecialiter dicti, duas pariter habet epiphyſes, ſuperiorem vnam, alteram *Radij figura & ſitus.* inferiorem. Superior, quæ eadem maior eſt, aptatur cum brachij orbita, in qua it, reditque ad extenſionem & flexum brachij, haud aliter, quam corda intra trochleæ orbiculum, niſi quod gyrum ſeu circumuolutionem integram non abſoluit, ob duos eius proceſſus magnitudine inæquales, quique ob id ſi- *Oſſis cubiti duæ epiphyſes.* ſtuntur in foraminibus ſeu cauitatibus oſſis brachij: quo minus quidem perfecta ſit extenſio, proceſſus maior, quem olecranum diximus, foramine exteriore impeditur: ne vero perfectus ſit flexus, proceſſus *Quid olecranum.* minor foramine interiore. Eiuſmodi compoſitio oſſium fit per Ginglymon, firmaturque non ſolum ligamentis communibus venientibus à muſculis, qui ipſa oſſa mouent, ſed etiam ligamentis proprijs deſcendentibus ex apophyſibus brachij & labris foraminum, cauitatumq; epiphyſim cubiti circumſtantiũ. Altera epiphyſis inferior & minor parte interna quadamtenus caua eſt, ad commodiorem oſſium carpi receptionem: externa vero rotunda in mucronem deſinens, vnde Styloides Græcis dicitur. Iam *Figura oſſis cubiti.*

E vero contra quam in radio id cubiti os craſſius eſt brachium verſus, ad carpum vero tenuius. Sed & craſſiore in parte intrinſecus ſimum eſt, eademque in parte extrinſecus gibboſum: cæterum teres eſt & rectum, niſi qua parte radium cui ſubeſt ſpectat, cætera cauum & medulloſum radij inſtar. Situs radij obliquus eſt: cubiti vero rectus, vt fœlicius & facilius brachij motus abſolueretur: quia motus per quem brachium extenditur & inflectitur, fit ad rectam lineam: at per quem conuertitur, nempe in

L 3 pronum

pronum & ſupinum fit lateraliter & circulatim. Itaque radium obliquum eſſe expediuit, cubitum vero rectum: nam os cubiti deſtinatum eſt ad obeundam extenſionem & flexum brachij, radius autem ad obeundas brachij rotationes & circa [illegible] actiones: atque hæc cauſa extitit cur diuerſam horum oſſium cum brachio connexionem eſſe oportuerit. Itaque de horum oſſium natura dictum ſit [illegible], ut in fractorum curatione, tutius & facilius poſſimus operari, indicatione ſumpta ab eo quod naturæ eſt congruens. Quare reſtat ut veniamus ad deſcriptionem muſculorum, qui in brachio ſiti cubitum à genere dictum mouent. Hi quatuor ſunt numero, duo extẽdentes, & duo ipſum flectentes. Flectentium primus Biceps dicitur, à gemino capite, quorum unum à coracoide, alterum à labro cauitatis omoplatæ per fiſſuram capitis oſſis brachij deſcendit. Gemina hæc capita ſub brachij [illegible] induentia arcte uniuntur: ad uentrem & medium brachium ſicque unita tandem implantantur [illegible] dine ad radij tuberculum internus. Alter dictus Brachieus, ob arctam qua illi eſt cum [illegible] hærentiã: Is ſub bicipite affixus obliquè deſcendit ex parte poſteriore & ſuperiore oſſis brachij [illegible] mum radium & magis cubitum intus. At extendentium primus Longus dictus, deſcendit ab omoplatæ coſta interna, atque oſſi brachij hærens eo pergit (affixus ac velut mixtus ſemper toto illi muſculo arctiſſime, præſertim iuxta cubitum) quo mox audies. Alter Breuis dictus, longi illius locum, deſcendit ex parte poſtica ceruicis oſſis brachij, priori longo muſculo connatus & ſubiectus, ſic ut communi lato tendine conflato, foris carnoſo, intus neruoſo, in olecranum inſerantur, ut communi opera cubitum extendant.

Muſculi cubitum mouentes. Biceps. Brachieus. Longus. Breuis.

A B

Deſcriptio oſſium Carpi, Metacarpij & Digitorum. Cap. XXVII.

Manus propriè ſumptæ diuiſio.

DIximus ſupra, manum preſſius ſumptam, diuidi in Carpum, Metacarpium, & Digitos: definiri enim in ea ſignificatione manum extremitate oſſium cubiti, & digitorum. Carpi partes omnes, quæ illi cum metacarpio ſunt communes, abunde quoque fuere expoſitæ: hoc tantum reſtat notandũ, cutem tam manuum, quam pedum, mediæ eſſe naturæ inter puram carnem & puram cutem: haud aliter, quam ea, quæ frontem tegit, niſi quod quæ manibus pedibuſque ſubtenta eſt, ſit immobilis. Cæterum denſiſſima præſertim in pedibus, ne aſſiduo inceſſu facile offenderetur. Præter partes communes carpus compoſitus eſt ex octo paruis oſſibus, ordine certo inuicem connexis, atque per diarthroſim cum duobus cubiti oſſibus: at mutuo & ſibi inuicem per ſynarthroſim, interuentu cartilaginum & ligamentorum, tam communium, nempe à muſculis venientium, quam propriorum, à primis ſemper in ſequentia deſcendentium. Sunt vero eiuſmodi oſſa alia aliis minora, dura præterea & medullæ expertia, extrinſecus gibba, ſecuritatis & venuſtatis manus gratia, at intrinſecus caua ad tranſitum tendinum in digitos pergentium. In duos ordines eiuſmodi oſſa ſunt diſpoſita. Primus ordo tria tantum continet, quinque vero ſecundus. Tria primi ordinis ſic ſunt collocata, vt vnum recipiat epiphyſim ſtyloidem cubiti, alterum cubitum & radium ſimul excipiat, tertium excipiatur à radio. Quinque vero ſecundi ordinis oſſium tria ſuſtinent, quatuor oſſa metacarpij, iiſdemque connectuntur per Synarthroſim, quo eodem connexionis modo primi ordinis oſſibus coniunguntur. Quartum ſuſtinet primum os pollicis, cui etiam per Synarthroſim coarticulatur. Quintum & vltimum intrinſecus ſitum eſt è regione cubiti, præſertim ſuper id os primi ordinis, quod ſtyloidem recipit cubiti: hoc omnium eſt minimũ & imbecillimum, propter ſubſtantiam eius cartilaginoſam, quæ annulum conſtituit, cum quibuſdam ligamentis tranſcendentibus ab vna extremitatum lateraliũ & interiorum carpi in alteram. Annulus hic eo loci poſitus eſt tam ad conſeruationem neruorum, venarum, & arteriarũ ſub illo tranſeuntium (ne dũ manui innitimur, aut carpo, eiuſmodi partes compreſſione læderentur) quam ad commoditatẽ actionis muſculorum digitum flexorum, qui actionem ſuam obeuntes, ac ſe contrahentes manum deformare potuiſſent ſuo extra carpi cauitatẽ egreſſu. Nam quæ chordis fit attractatio, modo libera ſit ac non impedita, ad rectam fit lineam. Sequuntur nunc oſſa ſecundæ partis manus ſeu metacarpij. Quatuor numero hæc ſunt, gibba extrinſecus, intrinſecus vero arcuata, nempe caua in medio. Hinc enim palma, vel certe palmæ pars maior. Fiſſa à ſe inuicem dehiſcunt extremitatibus, vt in illis velut ſinus locum & ſitum inuenirent muſculi Interoſſei dicti. Cæterum epiphyſi donatæ ſunt extremitates illæ, vt in infantis ſceleto potes animaduertere. Notandum vero, quod per primum os carpi aut metacarpij id intelligimus, quod eſt in anteriore manu, quod nempe ſub pollice eſt in carpo, & ſub indice in metacarpio, vt quæ ſuo ordine digitos contineant neceſſitate & dignitate reliquorum facile primos. Poſt hæc ſequuntur quindecim oſſa digitorũ, tria nempe cuiuſque, caua, fiſtuloſa, medullæ tenuis & liquidæ, non craſſæ & ſpiſſæ, vt in brachio & femore plena. Extrinſecus gibba ſunt, intrinſecus vero caua & plana ad tendinum intrinſecus ſecundum digitorum longitudinem, vſque ad vltimum articulum aſcẽdentium ſitus opportunitatem. Quam vt natura amplius confirmaret & conſeruaret, produxit ex labris cauitatum [illegible] eiuſmodi oſſium, ligamentum membranoſum & validum, quod tranſuerſum ab vno extremo ad aliud pergens, ſic arcte tendines oſſibus ipſis adaptat, vt egredi loco nequeant, vel in alterutrum latus inclinare. Connexa ſunt extrinſecus, vt comprehendendi actioni commodius inſeruirent. Quod vero ad prima quinque digitorum oſſa, quatuor coniuncta ſunt totidem oſſibus metacarpij per ſynarthroſim: nullo namque manifeſto motu mouentur oſſa metacarpij. Quintum cum ſecundo ordine oſſium carpi connectitur: itaque nequaquam illud os attribui metacarpio, vt nonnulli ſcripſerunt, cum motum habeat manifeſtum ac per diarthroſim connectatur, metacarpij vero oſſa per ſynarthroſim tantum componantur. Quod ad ſecundam & tertiam digitorum phalangem, connectuntur quidem ſecunda primæ & tertia ſecundæ per diarthroſim & arthrodiam, quia præter motum, quem habent manifeſtum, cauitate excipiunt ſuperficiariam, nempe quæ ſunt primi or-

Quod annulum. Metacarpij oſſa. Oſſa digitorum. [illegible]


C D E

dinis,

A dinis, metacarpij oſſa ſecundi ordinis primam digitorum phalangem: tertij ordinis ſecundam. Suntq; omnia digitorum oſſa baſi ſua maiora & craſſiora, in extremo vero tenuiora, & colligata ligamentis, præſertim proprijs, quæ (vt ſupra dictum eſt) deſcendunt ex primis ad ſecunda: ſic vt poſtrema oſſa cũ non habeant, cui neruum ſuum communicent, ex eo vngues proferant & producant. Quare vngues gignuntur ex fibris ligamentorum, & tendinum excremento, quæ ad extrema radicis vnguium terminantur. *Vnde vnguibus origo.* Reſtant oſſa Seſamoidea. Hæc numero ſunt nouemdecim in manuum ſingularum articulis internis, totidemque in ſingulis pedibus: nempe duo in primo quatuor digitorum articulo & ſecundo pollicis, & vnum in reliquorum ſingulis. *Seſamoidea.* Quod ad articulorum partes internas ſpectat, vnum in earum ſingulis, vt plurimum notare licet: in ſecundo tamen pollicis duo reperiuntur, ſuper duos tendines nõnihil cartilaginoſos. In eum vſum comparata ſunt, vt confirment & ſtabiliant articulos, nempe vt dum extenduntur vel flectuntur oſſa digitorum, non inuertantur, ſuiſue ſedibus diſſiliant per validos & violentos motus: quemadmodum contingit aliquando in mola genu. *Vſus eorum.* Seſamoidea dicuntur à figura ſeminis ſeſami, quæ longiuſcula eſt & plana.

B

Manus oſſium figura.



Facies interior manus recta, in qua A. B. C. monſtrant primum ordinem oſſium carpi, qui immediate inarticulatus eſt cum radio.

D. *Monſtrat quartum os eiuſdem ordinis, quod cum oppoſito nota to nota* E. *ſuſtinet ligamentum annuli authorem.*

C

E.F.G.H. *Notant quatuor oſſa poſteriora articulata cum oſſibus metacarpii, & primo pollicis.*

I.K.L.M. *Notant quatuor oſſa metacarpii.*


a. *Monſtrat os ſeſamoideum, ex quo de reliquis iudicabis: bina enim diſpoſita ſunt in prima digitorum dearticulatione.*

N.O.P.Q.R. *Monſtrant quinque oſſa prima phalangis digitorum.*

S.T.V.X.Y. *Oſſa quinque ſecunda phalangis digitorum & pollicis.*

3.4.5. *Oſſa vltima phalangis digitorum.*

D



Quarta figura externæ faciei oſſium manus dextra.

In qua, litera, quas vides, eadem oſſa declarant, quæ in Brachiali aut Metacarpio notabant figura ſuperiori.

De Muſculis, qui in cubito ſiti, radium & cum eo manum mouent. A

Cap. XXVIII.

DEſcribendi nunc ſunt muſculi ſupra deſcriptarum partium, nempe qui in cubito ſiti ſunt, qui ad internam manũ feruntur, & qui ſunt ſedecim: ſiquidem cubiti muſculi exiſtant quatuordecim: ſeptẽ externi, ſeptẽ interni, ſeptem externorũ duo mouent radiũ primo & ſecundo, ac per accidens manum ſupinant ſic vt palma cœlum vel faciem verſus conuertatur, ex quo ſupinatores vel manuum inuerſores dicuntur: duo carpum extendunt, ex quo carpi tenſores: duo digitos, ex quo digitorum tenſores dicuntur: ſeptimus denique & vltimus abductor aut obliquator externus nuncupatur. Supinatorum duorum primus longus dicitur, vel longiſſimus, quod à brachio externo ſupra apophyſes ipſius deſcendat, ac tendine rotundo & forti in imam epiphyſim inſeratur. Alter oblique deſcendit ab apophyſi ſuperiore & ſuperiore brachij, atque ad tertiam radij partem inſeritur tendine membranoſo & carnoſo antrorſum & introrſum. Duorum carpi tenſorum, ſupra radium deſcendens ab externa & ſuperiore apophyſi brachij, duobus tendonibus inſeritur in primum & ſecundum os metacarpij, quæ indicem & medium digitos ſuſtinent. Alter & inferior ex eodem loco cum ſuperiore ſupra cubitum deſcendens, inſeritur in quartum os metacarpij, quod minimum ſuſtinet digitum. Hi muſculi dum ſoli agunt, ſinguli nempe cum ſuo antagoniſta anteriore, nempe carpi flexore, totam manum proprie dictam oblique ſurſum aut deorſum mouent. Digitorum tenſorum primus & maior ab olecrano ortus ſeu cubitone, ſuperficiatim deſcendit inter cubiti oſſa duo ad carpum vſque, quo loco in quatuor tẽdines finditur, qui ſub annulo ſic dicto tranſeuntes deinunt (ſinguli diſcreti communi ligamento ſupra oſſa metacarpij) in vltimum quatuor digitorum articulum, arcte nihilominus adhærentes oſſibus, ſupra articulum illum exiſtentibus. Alter minor ex medio fere radio ortus, oblique ad pollicem pergit, in quem deſinit duobus tendinibus, exteriore vno, qui in radicem ipſius pollicis inſeritur, quemque a reliquis digitis abducit. Altero interiore ad vltimum vſque articulum producto, pollicem dum agit extendente. Septimus abductor ſeu obliquator, ſitus eſt ad poſteriorem manum, id eſt, verſus minimum digitum: hunc ſæpius reperimus bifidum, imo triſidum hoc anno in tribus aut quatuor cadaueribus nobis videre contigit. Portio vna tendebat ad latus poſterius digiti annularis duobus tendinibus, altera pariter ad medium & indicem, tertia ad pollicem. Et quanquam ſic diuiſus cernatur, nonnulli tamen ipſum pro vno muſculo ſumſerunt, quod vnicam habeat originem, vnamque actionem, abducendi nempe digitos tertiorum. Alij huic pollicis tenſorem addiderunt, propter communem ipſius ortum, ſicque ex quatuor muſculis vnum conſtituerunt in ſeptem tendines, ſic vt dictum eſt, diſtributos, diuiſum. Quando vero obliquator annularis deficit, vt ſæpe fit, digitorum tenſor ipſius ſupplet defectum certis villorum tendinoſorum productionibus. Sed & nonnulli ſcripſerunt, muſculum illum, quem ſeptem tendinum diximus, productionem tantum eſſe muſculi profundi anterioris, quæ tranſit trăſeritur per oſſium cubiti interuallum: nullum tamen ipſum ſeorſum muſculum conſtituere, propter arctam illius cum oſſibus, brachio, & radio adhæſionem. Atque hæc de muſculis cubiti externis, quos ſeptenario, vt fecimus, numero poteſ comprehendere, vel ſenario, ſi ex quatuor vnum conſtituas, vel nouenario, ſi hunc in quatuor muſculos reſoluere malueris cum Galeno: vel octonario, ſi eundem illum muſculum in tres tantum diuiſeris. Reuera enim non admodum frequenter abductor ille ſeu obliquator annularis in hominibus reperitur. Veniendum nunc ad cubiti muſculos internos, quorum primus palmæ manus cutem conſtituit, ex quo Palmaris dicitur. Secundus & tertius actionis communione iuncti impronant radium, & proinde manum, ſic vt palma deorſum pedes ſpectet, ex quo Pronatores dicuntur. Quartus & quintus oſſium etiam affinitate vincti carpum flectunt, ex quo Carpi flexores nuncupantur. Sextus & ſeptimus flectentes, primæ, ſecundæ & tertiæ digitorum phalangi ſunt deſtinati, ex quo Digitorum flexores dicuntur. Quod ad ſitum attinet, palmaris omnium minimus & ſuperficiarius carnoſus deſcendit ab apophyſi poſteriore interni brachij ac paulo poſt in tendinem prælongum deſinens & tenuem, aſſumitur in palmæ manus cutem ad extremos vſque digitos. Neceſſe enim erat, eiuſmodi cutem arcte hærere partibus ſubiacentibus, non ſolum ad commodiorem comprehenſionẽ, ne inter comprehendẽdum cutis illa corrugaretur atque à palma & digitis abduceretur, neque impedimento eſſet, ſed præterea vt manus exactiore eſſet ſenſu in diſcernendis calido, frigido, & humido & ſicco, leni, æquali, aſpero, molli, duro, magno, paruo & alijs eiuſmodi qualitatibus. Hunc ſequuntur duo Pronatores: quorum vnus rotundus dictus, venit oblique a parte interiore apophyſis poſterioris brachij, ad medium fere radium, cui adhæret per tendinem membranoſum & carnoſum vſque ad inſertioni locum deſtinatum. Alter quadratus, tres aut quatuor digitos latus, vtcumque tamen tenuis, introrſum ſub omnibus muſculis ſitus, qui parte interna ad carpum deſcendit aut digitos, ſuper oſſium cubiti extrema, tranſuerſim ab imo oſſis cubiti aſcendit in ſummum radium, vbi deſinit tendine membranoſo. Carpi flexores ambo oriuntur ab apophyſi poſteriore, ſed interna, & oblique deſcendunt, alter altero magis minuſue: vnus quidem ſecundum os cubiti, alter verſus ſecundam alam. Atque is qui ſecundum cubitum deſcendit, inſeritur in octauum os carpi quod diximus partem anguli conſtituere: alter, qui radium ſequitur maiori ſui parte in os carpi, ſeu qua in primum os metacarpij indicem ſuſtinens inſeritur. Reſtant Digitorum flexores: qui quia mutuo ſibi incumbunt, ſuperior dicitur Sublimis, inferior vero Profundus. Sublimis ortus ex parte interna & inferiore apophyſis poſterioris brachij, & ex partibus ſuperioribus cubiti & radij deſcendit inter duo cubiti & radij oſſa diuiſus, vſq; ad carpum & annulum, quo loco in quatuor tendines diuiſus

inſeri-

Supinatores.
Carpi tenſores
Obliquator externus
Supinator primus
Secundus.
Carpi tenſorum ſuperior
Inferior
Digitorum tenſorum maior.
Minor
Obliquator externus, ſeu abductor.
Muſculi cubiti interni.
Palmaris.
Pronatores.
Carpi flexores.
Digitorum flexores.
Pronatores duo.
Sublimis digitorũ flexor.

B C D E

A inſeritur in ſecundam quatuor digitorum dearticulationem, quam vi propriæ & ſuæ illius inſertionis flectit, quemadmodum & primam, tam vi ligamenti communis, quam quarundam ex ſe fibrarum, quas eo in tranſitu obiter dimittit. Sunt vero quatuor hi tẽdines iuxta ſuam hanc inſertionem in duo diuiſi, vt tranſitum aperirent, & robur adderent tendinibus profundi muſculi, deſcendentibus in tertium & vltimum digitorum articulum. At vero Profundus hic muſculus ortus ex partibus ſuperioribus & internis cubiti & radij inter duo illa oſſa ſub ſublimi deſcendit, etiam ad carpum vſque indiuiſus: pro loco in quinque tendines finditur, quos ſub ligamento communi profert, diuiſionibusque tendinum muſculi ſublimis, vſque in vltimum omnium digitorum articulum, quem propria illa ſua inſertione flectunt, quemadmodum primi & ſecundi articuli digitorum phalanges, vi ligamenti communis & fibrarum productionum, quas obiter ipſis largiuntur: præter commemorata cernitur etiam ligamentum quoddam membranoſum, quod tendines in digitorum ambitu cingit.

Profundus digitum flexor.

De muſculis internæ manus. CAP. XXIX.

Numerus.

INternæ manus muſculi ſeptem ſunt numero. Primus appellatur Thenar, quod maximam partem
B palmæ conſtituat. Secundus à ſitu Hypothenar. Tertius Adductor externus pollicis ad indicem. Quatuor reliqui nominantur Lumbrici, à figura: vel Adductores quatuor digitorum ad pollicem. Primus igitur Thenar dictus, cæteris craſſior, oritur ab omnib. oſſibus metacarpij, ducto ab eo oſſe initio, quod annularem ſuſtinet: vnde aſcendens ſecundum lineam vitalem ad extrema vſque primi oſſis metacarpij indicem ſuſtinentis, longiſſimis tandem fibris inſeritur in vltimum pollicis articulum: medijs vero & breuiſſimis fibris fere in omnem partem interiorem oſſium duorum articulorum præcedentium: hacque de cauſa pollex adducitur ad reliquos digitos, ab iiſdemque abducitur origine ſua inferiore. Nonnulli hunc in tres muſculos diuidunt ratione actionum diuerſarum: vnus ortum à radice oſſis metacarpij annularem ſuſtinentis. alterius vero à medio illo oſſe metacarpij, quod mediam digitum ſuſtinet: tertij vero à ſuperiore extremitate eius, quod indicem fulcit, vt ſit omnium ea, quam diximus, inſertio. Sed tamen prior nobis magis arridet ſententia, vt confuſio vitetur, ſitque breuior de numero muſculorum doctrina. Hypothenar oritur à quarto oſſe metacarpij, & ab eo carpi, quod ipſum ſulcit: indeque fibris longiſſimis inſeritur in ſecundum annularis articulum. Itemque in primum breuiſſimis: quo nomine, itemque duplicis actionis reſpectu ipſum nonnulli duplicem fecere, vt vnus ſit, qui ipſum
C à reliquis abducit, alter vero, qui ipſum ad pollicem adducit. Tertius externus pollicis, deſcendit ex primo oſſe metacarpij in primum & ſecundum pollicis articulum. Quare nonnullis duplex dicitur. Lumbrici ſiue quatuor externi Adductores quatuor digitorum oriuntur ex membrana, inueſtiente & religante digitum flexorum tendines, tandemque definunt lateraliter verſus pollicem exiguo tendine vſque ad ſecundum quatuor digitorum articulum. Reſtant Interoſſes metacarpij: ſex ſunt hi, in ſingulis interſtitiis duo, internus vnus, & externus alter: quorum internus fibris obliquis deſcendens à latere primi oſſis metacarpij tendit in digitorum etiam latera, vt arctius metacarpij oſſa ſibi inuicem adiungat, cuiuſmodi actio elucet, cum in ſtrictiores chirothecas digitos intrudimus, aut cum minimum incauamus. Nonnulli putant ipſum iuuare etiam adductionem digitorum pollicem verſus. Externus aſcẽdit per fibras etiam obliquas à lateribus ſecundi oſſis metacarpij, ad primos digitorum articulos, internum quem nuper deſcripſimus ad literæ x ſimilitudinem, interſecans ad palmam manus extendendam & iuuandam digitorum à pollice abductionem. Nunc totius manus in genere ſumptæ muſculorum deſcriptionem concludentes, notabis illos numero eſſe nouem & triginta: nempe octo brachio mouendo deſtinatos, quatuor cubiti in genere ſumpti motui adſcriptos. ſeptem à parte externa in cubito, totidem ab interna in eodem cubito ſitos, radium & cum eo manum mouentes. ſeptem à parte interna manus: ſex denique Interoſſes. Nonnulli maiorem hunc numerum faciunt, nouem eſſe dicentes à par-
D te cubiti externa, & vndecim in manu interna.

Thenar.

Hypothenar.

Abductor externus pollicis.

Lumbrici.

Interoſſes metacarpij.

Muſculorũ manus totius in genere ſumpta.

Deſcriptio cruris in genere ſumpti. CAP. XXX.

POſt manum, Cruris ſequitur deſcriptio. Ergo vt tollatur omnis ambiguitas, primo Crus definiemus: inde diuidemus in partes magis & minus compoſitas: tertio perſequemur ea omnia, quæ partibus illis omnibus ſunt communia: quarto quæ ſingulis ſunt propria tumque anatomico huic operi finem Deo duce imponemus. Cruris igitur nomen duobus modis vſurpatur, nempe generaliter & ſpecialiter, & rurſum ſpecialiter duobus modis, vel abſolute & ſimpliciter, vel cum adiuncto. Simpliciter quidem pro eo omni, quod genu, pedeque interiacet: Cum adiuncto vero, pro maiore eius oſſe. Crus vero in genere ſumptum *motus progreſsiui eſt inſtrumentum*, id totum continens, quod eſt ab Iſchio ad extremum pedem. diuiditur in tres magnas partes, nempe in femur, in crus ſpecialiter ſumptum, ſiue tibiam, & in pedem. Per femur intelligimus id, quod Iſchion genuque interiacet. Per Crus ſpecialiter dictum, ſiue tibiam, quod genu, pedemque interiacet. Per pedem vero, quod inde eſt ad extremos vſque digitos. Pedem rurſum in tres partes diuidunt, nempe Tarſum, Pedion, & Digitos. Per tarſum intelligimus id, quod continetur ſeptem primis oſſibus, quod nempe carpo manus proportione reſpondet. Per pedion
E vero id, quod quinque ſequentibus comprehenditur, quod nempe metacarpio æquipollet: quod ſupereſt, Digitos appellamus. Quoniam vero partes illæ omnes alias partes habent communes & proprias, venarum tantum, arteriarum & neruorum diſtributionem perſequemur, cum abunde reliqua expoſuerimus, quando in genere partes corporis continentes deſcripſimus.

Cruris acceptio multiplex.

Crus in genere quid & quot ac quæ eius partes.

Quid femur. Quid crus ſpecialiter ſumptum.

Quid pes & quot ac quæ eius partes.

Deſcriptio venæ cruralis. CAP. XXXI.

Vena Cruralis initiũ.

CRuralis vena tum incipit, cum caua peritonæo egreſſa, ad iſchij os & pubis latera protenſa in inguinibus in duos inſignes ramos primo diuiditur: quorum vnus intrinſecus, ſecundum oſſa totius cruris cum arteria & neruo deſcendit: alter extrinſecus & ſuperficietenus per cruris longitudinem, inter adipem cuti ſubiectam & muſculos ad pedem vſque decurrit, in eamque cutem abſumitur. Hæc quia ſemper apparet & conſpicua eſt, Græci propterea Saphenam, vulgo autem Saphæna dicitur: eadem obiter primo ſtatim ab exortu in duos ramos diuiditur, internum vnum, & externum alterum quorum internus conſumitur per bubones & reliquas eius loci glandulas, cutemque: hocque ramo fiunt fluxiones Bubones dictæ: alter amplior abſumitur in cutem anteriorem & exteriorem partis ſummæ femoris deinde paulo poſt, nempe quantum trium aut quatuor digitorum apicibus metiri poſſumus, edit in vnum ramum, ex inguinalis ramulis, qui abſumitur in cutem anteriorem & poſteriorem eiuſdem femoris. Tertio paulo infra medium femur iterum in duos alios ramos diuiditur, quorum vnus in cutem anteriorem, alter in poſteriorem pergit. Quarto duobus alijs ramulis diſtribuitur in cutem partis genu anterioris & poſterioris: qui ſæpe non reperiuntur, cum præſertim Poplitea amplior extiterit. Quinto paulo infra genu duos alios ramos edit, ſibi mutuo in egreſſu, incumbentes, in cute loci illius anteriore & poſteriore. Notandum, eum ramum, qui in cutem deſcendit partis poſterioris, alio quodam ex ſe edito ramulo alium in ramum vnum popliteæ e duobus gemellis muſculis egredientem. Sexto in parte ſuræ tumentiore, in duos alios ramulos diuiditur: qui pariter diſtribuuntur in cutem tam anterioris, quam poſterioris tibiæ. Tandem poſt multas alias diuiſiones, quas cauſa breuitatis omitto, vbi ad anteriorem vſque interni malleoli partem peruenerit (quo loco aperiri ſolet in affectibus partium diaphragmate inferiorum ſanguinis miſſionem poſtulantibus) in duos alios ramos ſcinditur, quorum minor ad calcem deſcendit, alter pluribus ramulis abſumitur in cutem partis totius ſuperioris & inferioris pedis & digitorum. Secundus ramus eiuſdem cruralis, quem deſcendere intrinſecus diximus cum arteria & neruo in pedem vſque, ſic diuiditur. Primo alias innumeras quatuor edit productiones: vnam internam deſcendentem infra Saphenæ originem, in muſculum obturatorem externum, & in eundem internum: Tres aliæ pergunt extrinſecus, Prima quidem verſus os Iſchion, per quam ſcilicet deducuntur aliæ in muſculos femoris anteriores, nec longe abſunt a ſe inuicem hæ productiones. Secundo totus ille ramus in duos alios ramos diuiditur, vnum ſuperiorem: alterum inferiorem, arteria ſemper comitante: quorum inferior conſumitur in multos muſculos femoris poſteriores, deſinens iuxta poplitem. Superior præterquam quod plures ramos largitur muſculis anterioribus & interioribus femoris, ad poplitem deſcẽdens popliteam edit, conſtitutam aliquando ex duobus ramis, vno quidem ex parte ſuperiore, altero ex inferiore egredientibus. Hæc poplitea per poplitis flexus deſcendens, abſumitur nunc in ſuræ cutim, nunc in calcem, alias Saphenæ ramis iuncta, per externum malleolum cutim pedis ſuperiorem, aliquando interiorem adit. Tertio paulo infra exortum popliteæ & ſub flexu genu ſuralem edit, quæ in ſuræ muſculos abſumitur, & in cutem partis illius internæ ac pedis, producta aliquando vſque ad pollicis partem internam. Quarto ſub capite ſuræ, aut epiphyſi poſteriore oſſium tibiæ, producit inter duo illa oſſa aliam venam, quæ anteriores tibiæ muſculos nutriens, ſupra pedem abſumitur. Quinto denique edit iſchiadicam magnam, quæ in duos ramos inæquales diuiditur: quorum maior, ab exortu ſuo deſcendens, ſecundum partem interiorem oſſis tibiæ, ſub ſuræ muſculis inſinuat ſe, inter hanc & calcem in plantam pedis, in quam abſumitur ſubinde in decem exiguos ſurculos ſingulis digitis binos: alter minor, ſecundum os peronem deſcendens inter hoc & calcem abſumitur: quanquam aliquando producatur non ſolum vſque ad muſculum digitorum abductorem, ſed etiam quinque ramulis vſque ad annularem & medij digiti latera.

Poplitea. *Suralis.* *Iſchiadica maior.*

Per quam venam affluat bubonum materia.

Quo loco & in quarum partium affectibus Saphena aperiatur.

Quam & quam multiplici diuiſione obeat partes internus cruralis venæ ramus. *Vena tibialis.* *Muſcula vena.*

Diſtributio arteriæ cruralis. CAP. XXXII.

Arteria muſcula.

ARteria cruralis inde exorta, vnde & cruralis vena, deſcendenſque cum crurali interna, hoc, qui ſequitur, modo diſtribuitur. Primo in muſculum femoris, quæ ſe per illius muſculos diſſeminans occurrit extremæ hypogaſtricæ, deſcendenti cum vena per commune foramen oſſis pubis & iſchij, cumque ea coniungitur. Secundo vbi poplitem attigit inter cruris condylos ſurculos duos mergit in genu. Tertio paulo poſt alterum ramum edit, quem demittit ad muſculos tibiæ exteriores, tandem cum in mediam crus peruenerit, inter gemellos & ſolæum muſculos in duos ramos diuiditur, internum vnum & externum alterum internus communicatis obiter ſurculis aliquot partibus, per quas tranſit, præſertim vero articulo tibiæ cum pede, expandit ſe in plantam inter extremitatem eius interiorem & calcem, quo cum peruenerit, abſumitur in quinque ſurculos, quorum duos pollici, duos indici, vnum medio digitis tribuit. Externus deſcendens pariter ad plantam pedis inter fibulam & calcem, præter alios, quos obiter ſpargere poteſt, ramulos, alium edit in articulo tibiæ extrinſecus, alium in muſculo abductore digitorum, ad Tarſum & Pedion. Reliquum vero in quinque portiones abſumitur, quarum duæ ad annularem, duæ ad minimum digitum, vna ad medium demittuntur.

A

De neruis lumborum, oſsis ſacri & femoris.

CAP. XXXIII.

EX lumbis quinque exoriuntur neruorum coniugationes, diuiſæ in ramos externos & internos. Ex-
terni diſſeminantur in rachitas muſculos, ad ſemiſpinatum, ſacrum, & cutem eos tegentem. Interni
in muſculos epigaſtrij obliquos, aſcendentes & tranſuerſos: in peritonæum, in lumbares & thoracicos
ibidem ortos, ſed diuerſo modo: alij enim omnino eo feruntur, vt nerui primæ coniugationis lumbo-
rum, ſæpe etiam ſecundæ, niſi quod aliquando exiguum ſurculum ad teſtes tranſmittunt, cum ſecundæ
eo nihil tranſmiſerit. Alij vero inferiores eo partim diſtribuuntur, partim alio feruntur: maiores enim
portiones primo inter ſe vnitæ, mox cum portionibus oſſis ſacri pergunt in femur, vt dicemus in diſtri-
butione neruorum oſſis ſacri. Ergo ex oſſe ſacro exeunt ſex neruorum coniugationes: primam nume-
rando eam, quæ prodit ad vltima lumborum vertebra, & prima oſſis ſacri: ſextam vero eam, quæ exit ex
B vltimo oſſe ſacro & primo coccygis. Hæ neruorum coniugationes diuiduntur in ramos externos & in-
ternos. Externi minores exeuntes per foramina externa & poſteriora oſſis ſacri, diſtribuuntur in partes
ad ipſum extrinſecus attinentes, muſculos nempe ipſius & cutem: nam neruus omnis naturæ lege pri-
mum & ſemper vicinis confert partibus, quod neceſſe eſt, mox alijs, quantum poteſt. *Quare ſi vis ſcire,*
vnde quaque pars vaſa ſua proxime habeat, venas nempe, arterias & neruos, ſitum partis cuiuſque & vaſorum cur, ijs
memoria tenere te oportet, atque hoc repetare, quod vena & arteria, quam maxime & facile poſſint, ſe in partes in-
ſinuant, alias quidem per caput & initia, alias per media, alias per extrema, vt diximus ſæpe. Neruum vero præſertim in
muſculos inferre ſe per caput, vel non longe à capite, at nunquam per caudam: Ex quo facile intelligi poteſt, quo
cuiuſque venæ, arteriæ & nerui ramo pars quæque nutriatur, viuat & ſentiat. Alij interni rami ſupradi-
ctarum coniugationum pergunt, maxime quatuor ſuperiores ex ortu ſuo vniti cum tribus lumborum
inferioribus, in totum crus, vt mox audies. At duo inferiores abſumuntur in muſculos ani leuatores ad
ſphincterem eiuſdem: præterea ad muſculos penis & veſicæ ceruicem in viris: mulieribus vero in ceruı
cem vteri & veſicæ. Hæ enim partes alium fundo ſuo admittunt à coſtali ſextæ coniugationis cerebri.
C His ita expenſis, veniendum ad femoris neruos, qui (vt dictum eſt) à primo exortu ſuo concurſu veluti
quodam conflati & coaleſcentes, ex maiore portione trium ramorum internorum & inferiorum lum-
borum, & quatuor ſuperiorum oſſis ſacri, in quatuor ramos in femore diuiduntur, quorum primus &
altior, deſcendens ſupra peritonæum ad paruum Trochanterem, abſumitur in muſculos internos &
ſuperficiarios femoris, inque cutem, quæ ipſos integit, paulo ſupra genu. Secundus cum vena & arteria
cruralibus deſcendens per inguina, in duos ramos, perinde vt vena, diuiditur, internum vnum & ex-
ternum alterum: quorum internus cum vena & arteria deſcendens, diffunditur in femoris muſculos
interiores & profundos ſupra genu deſinens. At externus cum Saphæna ſuperficiarie deſcendens in pe-
dem vſque, obiter ramos cuti ipſam contegenti elargitur. Tertius ſub prioribus illis ſitus per foramen
oſſi pubis & iſchio commune deſinens, quoſdam ramos tranſmittit ad inguina, ad muſculos obturato-
res, ad tricipites & aliquando ad muſculos penis, deſinitque ad medium femur. Quartus & omnium
totius corporis craſſiſſimus & ſolidiſſimus ac duriſſimus, totus ex productionibus oſſis ſacri prodiens,
atque extrinſecus deſcendens inter partem inferiorem oſſis ſacri, & oſſis ilium per femur, muſculis eius
poſterioribus ex tubere iſchij prodeuntibus ramulos quoſdam largitur, alios pariter cuti natium, item-
D que ei cuti, quæ ſupradictos tegit muſculos. Paulo poſt in duos ramos diuiditur, qui indiuiſi vſque ad
flexum genu deſcendentes, ambo diuerſis ramis communicantur muſculis tibiæ: ita tamen, vt minor
alium de reliqua ſui portione ramulum producat, per partem tibiæ anteriorem ſecundum fibulam ſu-
pra pedem, vbi in decem ſurculos fere aſpectum fugientes diuiſus, binos ſingulis tranſmittat digitis. Al-
ter maior reliqua etiam ſui portione deſcendens per partem tibię poſteriorem in plantam pedis ſe con-
iicit cum venis & arterijs inter calcē & os tibiæ: Vbi primo in duos ramos diuiſus, quorum mox ſinguli
in quinque binos ad digitorum latera dimittit. Atque hæ inſigniores & magis neceſſariæ ſunt venarum
& neruorum diſtributiones: alias, quæ infinitæ ſunt & nullius, quæ ſciatur, vtilitatis, de induſtria omit-
timus.

Quinque lumbarium neruorum coniugationes.

Vnde teſtes neruos ſortiantur.

Neruorum ſacrorum coniugationes.

Axioma anatomicum.

Vnde leuatores ani ſphincter, penis, veſicæ ceruix & uterum neruos ſortiantur.

De partibus proprijs Femoris.

CAP. XXXIV.

EXpoſitis cruris totius partibus communibus, tranſeundum nunc ad proprias, initio à femore
ducto. Femoris partes propriæ ſunt muſculi, oſſa & ligamenta. Sed quia non eſt facilis
E muſculorum demonſtratio, ignorata oſſium, à quibus oriuntur, & in quæ deſinunt, deſcriptione,
ideo operæpretium fore ſtatuimus, ſi oſſa, oſſiumque femoris dearticulationem ante demonſtra-
remus; ducto ab illis oſſibus initio, quæ cum ſumma oſſis ſacri parte connexa ſunt. Sunt vero
duo numero, vnum vtrinque, vulgo dicta oſſa ilium. Horum vnumquodque ex tribus eſt oſſi-
bus coagmentatum: quorum vnum ſuperius eſt, alterum inferius & anterius: tertium medium & quo-
dammodo poſterius. Superius ſpeciali nomine os ilium dicitur: eſtque ampliſſimum & maximum, epi-
phyſim habens cartilaginoſam in ambitu, adufque eam, quam cum vicinis habet oſſibus, connexionē.
Cuius partem ſuperiorem rectam ipſius lineam dicimus: baſim vero, quæ ipſi per ſymphyſim adiuncta
eſt, labrum ſeu ſupercilium nominamus, quod extrorſum introrſumq; inclinet quodammodo in ſupercilij
formā. At quod baſim ac rectam lineam interiacet, coſtā nūcupamus. Idem hoc os ſuperius ſuperficies
duas cauas habet, vnam internam, alteram externam. Connexio eius per ſymphyſim duplex eſt: vna
cum

Os ilium quot oſſibus conſtet.

Ilium proprie ſeu ſtrictius ſumptum quid.

In oſſe ilium quod linea, labrum, ſeu ſupercilium & coſta.

Os medium ſeu iſchion. *Cauitas ſeu cotyle iſchij.*

cum parte ſuperiore oſſis ſacri, altera cum eo oſſe, quod medium diximus, & quodammodo poſterius: A quod initium ducens à parte anguſtiore oſſis ilium, cauitatem eam facit, in qua caput femoris excipitur: illam cauitatem Græci Cotylen appellant, Latini Acetabulum: finiturque ſecundum latus foraminis, ipſi & oſſi pubis communis: medium id os quodammodo poſterius proprie & ſpecialiter os iſchij dicitur, nihilque aliud continet præter dictam illam cauitatem: niſi quod parte ſui poſteriore & inferiore, producit apophyſim, quæ adiungit ſe oſſi pubis ad partem imam foraminis communis, quo loco valde inæqualis & aſpera apparet, dicitúrque tuberculum oſſis iſchij, ad cuius extremum profert inſuper & capitulum, ad ſimilitudinem apophyſios genæ inferioris, quam Coronem nuncupant. Os tertium pubis dictum profert ſe ad ſummam vſque partem pectinis, vbi ſocio oſſi aduerſo occurrens ipſi vnitur per ſymphyſim, quo modo etiam tria illa ſibi inuicem componuntur: hoc os parturientibus aperiri dicitur, quanquam mihi ea de re nondum conſtare potuerit. Trium horum oſſium ſeparationem manifeſtam conſequi poteris in Sceleto puerili: nam in maioribus natu hominibus cartilagines illæ, quæ inter connexiones intercedunt, in oſſa degenerant.

Iſchij tuberculum. *Os pubis.* *Oſsis femoris deſcriptio.*

Sequitur os femoris omnium corporis oſſium maximum: rotundum eſt, & ſic ſubarcuatum, vt gibbum ſit parte ſua exteriore & anteriore, quo eſſet contra iniurias externas tutius: poſteriore autem & interna cauum ſeu ſimatum dorſi aſinini inſtar, quo commodiorē B inde ortum & ibidem inſertionem muſculi haberent. Simus ille paulo infra ſui medium in duas lineas diuiditur, quarum vna ad internum tuber tendit, altera ad externum epiphyſis inferioris eiuſdem femoris. Hæ notandæ ſunt in primis animo, quia fibræ obliquæ vaſtorum muſculorum inde ducunt originem. Præterea id os duas in extremis ſuis habet epiphyſes, vt facile in femore puerili apparet. Superior epiphyſis conſtituit caput rotundum femoris ipſius, quod (vt omnis alia epiphyſis) ceruici longe incidens, recipitur cauitate iſchij per enarthroſim: in ea firmatur per duo ligamentorum genera, quorū vnum commune eſt, prodiens à muſculis, qui à ſui ſuperna parte circa ipſius ceruicem deſcendunt: alterum proprium, quod duplex eſt, nempe membranoſum vnum & latum à tota cauitate ipſius orbitæ, deſcendens circum totum femoris caput ſuper ipſius ceruices: alterum craſſum & rotundum deſcendens à ſecunda cauitate cotyles ipſius, quæ vſque ad foramen commune extenditur ad ſummum capitis ipſius. Præterea ſub hoc capite, id os duas habet apophyſes, vnam magnam & craſſam, alteram paruam & breuem. Magnam parte poſteriore ſita, dicitur magnus Trochanter: paruam parte interiore ſita, dicitur paruus Trochanter. Notandum vero magnum Trochanterem ex parte altiore & poſteriore, qua ſpectat caput ipſius oſſis, excitare exiguum quendam ſinum in quem muſculi gemelli, & alij, de quibus poſtea, inſinuantur. C Conſideranda etiam venit foraminum multitudo, hanc ceruicem inter caput & duos Trochanteres circumſtantium, quæ vaſis, id eſt, venis, arteriis, & neruis ingreſſum præbent in ipſius oſſis medullam: ex quo medulla ipſa euadit ſenſus particeps, qua præſertim parte tunica veſtitur: os vero viuit & nutritur. Altera femoris epiphyſis, inferior nempe, maxima eſt & craſſiſſima duobus velut capitulis aſſurgens, quæ duabus cauitatibus diuiduntur: ſuperficiaria vna & anteriore, qua illa epiphyſis genu patellam recipit: altera profunda & poſteriore, qua recipit ligamentum cartilaginoſum & quaſi oſſeum, productum ex eminentia, quæ cernitur inter duas cauitates epiphyſis ſuperioris oſſis tibiæ, quam Hippoc *lib. de Fract.* lingua ſua Diaphyſim nuncupat.

Duæ femoris epiphyſes. *Femur quot ligamentis dearticulatur iſchio.* *Femoris duæ apophyſes faciunt duos Trochanteres.* *Vnde medulla ſenſus fiat particeps.*

Figura

D

E

A *Figura oſſis Femoris.*



Os femoris parte ſua poſteriore ſpectandum. In quo A. monſtrat caput ſeu epiphyſim ipſius, quæ ſubit cauitatem oſſis iſchii.

b. *Exigua in eodem capite cauitas, quæ excipit ligamentum rotundum deſcendens ex parte caua ſuperioris cauitatis.*

C. *Connexio capitis eiuſdem ſeu epiphyſis cum oſſe femoris.*

d. *Ceruix femoris.*

e. *Cauitas, quæ eſt inter ceruicem & magnum Trochanterem.*

f. *Magnus Trochanter, ſeu apophyſis femoris magna.*

G. *Radix eiuſdem Trochanteris.*

B

h. *Linea poſterior femoris, in quam muſculi tricipitis caudæ, ſeu extrema inſeruntur.*

i. *Paruus Trochanter.*

KK. *Duo tubercula inferiora & lateralia femoris, quæ recipiuntur intra acetabula oſſis tibiæ.*

l. *Connexio per ſymphyſim epiphyſis eiuſdem oſſis.*

m. *Cauitas tuberculis interiacens, in quam inſeritur ligamentum cartilaginoſum commiſſuræ genu.*

Aliam etiam hic intueri licet femoris figuram, quæ partem ipſius anteriorem oſtentat, in qua tantum notanda cauitas eſt, quæ deſignatur nota n. quæ excipit rotulam genu, ſeu patellam. Nam A. & C. hic eadem, quæ in alia figura deſignant.

C

De muſculis Femur mouentibus. CAP. XXXV.

FEmoris omnino ſunt quatuordecim muſculi, nempe duo flectunt, ex quo Flexores dicuntur: tres extendunt, vnde Tenſores: tres intro ipſum mouent, genu foras propellentes, & calcem intro adducentes, vt cum crura decuſſamus: quanquam triplicem hunc nonnulli pro vno & ſimplici habent, ac Tricipitem nominant. Sex foras ipſum proferunt & explicant, vt contingit in actu venereo. Horum quatuor gemini dicuntur, ob craſſitiei, originis, inſertionis & actionis ſimilitudinem. Duo reliqui Obturatores dicuntur, quod foramen commune oſſibus pubis & iſchii obturent. Ergo duorum flexorum vnus rotundus intrinſecus, fibris longitudine inæqualibus ex omnib⁹ tranſuerſis lumborum apophyſibus deſcendens, ſupra commiſſuram poſteriorem oſſis ilium & pubis inſeritur in paruũ Trochanterem: alter ab ortu latior & amplior, egreditur ex toto labro & ſupercilio interiore oſſis ilii, ac internam eius replens cauitatem, ſupra partem anteriorem capitis femoris in paruum Trochanterem inD ſeritur craſſo tendine, quem ipſe de ſe cum ſocio nuper deſcripto muſculo producit, etiam iam inde à carneo tomento, quare de illis deducendis & auellendis duobus muſculis non magnopere laborabis. Tres tenſores nates conſtituunt, quorum primus craſſior, amplior & externus à cauda ortus, oſſe ſacro: & pluſquam dimidio labro exteriori ac poſteriori oſſis ilium, fibris obliquis à Trochantere magno quatuor fere digitorum craſſitie, ad lineam rectam, quam dorſo aſinino ſimilem eſſe diximus, inſeritur. Secundus in magnitudine & ſitu medius deſcendit ex reliquo labro, coſtaque anteriore & exteriore oſſis ilium, ac ſupra mediam id os inſeritur in ſummam partem magni Trochanteris, triangulari ſupra partem eius ſuperiorem & exteriorem, inſertione. Tertius minor, breuior & tenuior ſuperioribus ſub illis latens prodit ex medio ſuperficiei externæ oſſis ilium, indeque inſeritur in maiorem partem lineæ rectæ magni Trochanteris. Tres hi muſculi magnã & latam habent originem, anguſtam vero inſertionem ex fibris velut obliquis. Sequuntur deinde tres illi, qui intro femora mouent, ſtringuntque ac decuſſant, ſic vt genu prorſum ſeu extrorſum, calx vero introrſum adducatur, vt ex illorum inſertione eſt intelligere, etſi nonnulli contra ſenſerint. Oriuntur vero tres illi muſculi ortu ſuo partim carnoſo, partim membranoſo, ex parte ſuperiore & anteriore circumferentiæ oſſis pubis, indeque inſeruntur in li-E neam poſteriorem oſſis iſchii, altius alii alio: nam minor & breuior reſtitat ad radices parui trochãteris, medius paulo altius deſcendit: tertius maximis fibris ſuis longioribus deſcendit vſque ad mediũ lineæ. Hoc ſi ita eſt, muſculos nempe hos, à parte anteriore & ſuperiore prodeuntes inſeri in lineam poſteriorem oſſis iſchii, dum ſoli agunt, femoraque ſtringunt, extrorſum illa inuerterent, plane quemadmodum cum illa decuſſamus, non autem genu vnum ad alterum adducent, & calcem foras propellent: talis enim motus fit à vaſto interno femoris tibiam mouente. Sequuntur ſex, qui Clunes agitant, quatuor geminorum ſeu quadrigeminorum, primus & altior egreditur ex cõmiſſura oſſis ſacri cum caudæ oſſe, ſeu potius ab imo extremo oſſis ſacri, indeque inſeritur in cauitatem magni Trochanteris tendine ſatis inſigni. Secundus prodiens ex parte caua ſeu fiſſura, quæ eſt inter cauitatis iſchii extremum & eiuſdem

Numerus.

Duo flexores.

Tres tenſores.

Tres intro mouentes.

Qui clunes agitãt muſculi, nempe qui genu foras, patellã vero extroferunt.

tuber, inſeritur pariter in cauitatem magni Trochanteris. Tertius aſcendit ex parte externa tuberis A
iſchii paulo altius inter duos Trochanteres, in cauum minoris Trochanteris. Quartus & vltimus omnium minimus & lat[illegible] ex toto tuber[illegible] exteriore iſchii, indeq; inſeritur in magnum Trochanterem, atque quatuor hi muſculi latent [illegible] & prominentiore parte qui neruos [illegible] ſuum [illegible]. Reſtant duo obturatores, nempe internus & externus, qui [illegible] ex [illegible] foramen [illegible], quod obturant, quod nempe commune eſſe diximus oſſi pubis & iſchio, ſed internus aſcendit ad externam [illegible] magni Trochãteris, per mediam [illegible] inter partem ſuperiorem tuberis iſchii, & ipſum [illegible] poſteriore [illegible]. [illegible] vero [illegible] è cauitate externa, & [illegible] inter tuber iſchii & cauitatis, partem [illegible] magni Trochanteris cum quadrigeminis. Si aperte vis intueri obturatorem externum, oportet te vel [illegible] amputare, vel ipſam decenter auellere, moxq; extendere & [illegible] ablata [illegible] facile cernitur.

De oſſibus Tibiæ. CAP. XXXVI.

Patella genu quid. Tibiæ muſculos deſcripturis, tibiæ oſſium [illegible] videtur eſſe præmittenda, [illegible] à rotula genu B
dicto. Hoc os [illegible] *externa parte cartilaginoſum [illegible] rotunda [illegible], interna vero [illegible]*
Vſus. *[illegible] ad latera [illegible], quo commodius [illegible] commod[illegible], genu articulo applicatur [illegible],*
atque adaptatur [illegible] epiphyſeon [illegible] vero atque anterior [illegible] [illegible]
Oſſa tibiæ quot & quot. [illegible] continuum [illegible] tibiam [illegible] extenſionem [illegible] partem anteriorem [illegible], quemadmodum [illegible] in poſteriorem. Oſſa tibiæ duo ſunt, vnum [illegible]
Tibia proprie & dicitur ſumpta. [illegible] & proprio nomine os tibiæ dictum, alterum minus Perone ſeu Fibula, vulgo vero [illegible] Craſſius tamen quodammodo & [illegible], ita eſt in parte externa [illegible] duas habens [illegible], internam [illegible] alteram. Craſſior ſumma eius oſſis [illegible], eidem [illegible] epiphyſim [illegible] duas cauitates [illegible] diſcreta eminentia media [illegible] cum [illegible] eſt per Ginglymon. Nam [illegible] cauitatibus recipit tubera interiora & poſteriora epiphyſis oſſis femoris, media vero [illegible] recipit [illegible] oſſis femoris, inter [illegible] hic articulus non ſolum [illegible] tendinum [illegible] muſculorum eo loci [illegible], ſed etiam [illegible] ligamentorum [illegible] vnum prodit à tota parte externa, alterum ab
Diaphyſis quid. [illegible] connexionis. [illegible] ex Hippocrate Diaphyſim nominauimus, ex ipſo eius in- C
[illegible]. Altera tibiæ [illegible] apophyſis, quam [illegible] diximus, ita in parte ima duplicem velut cauitatem facit, qua id os Aſtragalum recipit, parte vero interna internum facit malleolum: quemadmodum fibula ſeu perone externum inter hos malleolos aſtragalus partibus ſuis lateralibus recipitur, voluitur que tanquam [illegible] flectendi aut extendendi neceſſitas incidit.
Tres eminentes in oſſe tibiæ longiores. Præterea, id os tibiæ triangulare tres habet eminentias, [illegible] deſcendit ſecundum partem anteriorem, Græcis Anticnemion [illegible] extenditur, tertia [illegible]. Hæc omnes ſunt diligenter attendendæ, & anterior maxime quod in curanda [illegible] tibiæ
Peronei deſcriptio. bene reſtituendæ Chirurgo velut dux & regula ſit. Perone vero os velut [illegible], & quaſi pone tibiam, duas pariter habet epiphyſes, cauas ad partem ſui interiorem, gibbas vero ad exteriorem. Per [illegible] id os [illegible] epiphyſi interna, & quodammodo poſteriore tibiæ, [illegible] loco ſit. Per inferiorem vero [illegible] ipſum os non tantum [illegible] tibiæ, & aſtragali parte recipitur, ſed etiam [illegible] recipit, quæ [illegible] eodem latere cum calce iungitur [illegible] Connectitur id os cum commemoratis oſſibus per [illegible], aſtragali vero validis ligamentis ab ipſis oſſibus prodeuntibus, atq; D
mutuo ex vno ad aliud [illegible] à ſuperiore [illegible], vt in brachio diximus. Cæterum triangulare eſt etiam id [illegible] lineas tres quarum vna parte externa prominet, altera in anteriore, tertia in poſteriore videtur.

De muſculis Tibiæ. CAP. XXXVII.

Numerus. VNdecim muſculis tibiæ motus omnes abſoluuntur: horum ſex ſunt anteriores, quinque poſteriores. Sed & horum alii ſolam tibiam mouent, vt qui ortum ducunt ab oſſe femoris, alii tibiam quidem mouent, ſed cum femore, vt qui ſupra femur oriuntur, nempe ex oſſibus ilium, iſchii & pubis.
Longus. Anteriorum primus, Longus dictus, vulgo Sutorius, oritur ab extremo inferiore & anteriore ſpinæ [illegible] oſſis ilium, ac oblique ſupra alios muſculos deſcendens, largo tendine & membranoſo in[illegible] partem anteriorem & interiorem tibiæ ſub genu. Actio eius tibias decuſſare, ante tamen [illegible] mox commemorandorum. [illegible] etiam triceps muſculo [illegible], quam [illegible] Secundus anteriorum, membranoſus dictus, quod totus fere talis ſit [illegible] ortu, E
Membranoſus. [illegible] radice & baſi ſupradictæ ſpinæ oſſis ilium, [illegible] oblique, tendine ſuo membranoſo & [illegible] cum communi muſculorum membrana in tibiæ partem externam, quam extorſum [illegible], vt & femur cum quadrigeminis: nam vt alias notauimus, *ex duobus motibus obliquis vna [illegible] fit motus rectus: quin & omnes ferme corporum motus iſto fiunt modo*: qui erat nodi motus [illegible], obliquo ſunt ſitu poſiti, & oppoſiti, vt licet intueri in motibus, & ſitu muſculorum manus in genere ſumptæ.
Axioma à motu rectus. Tertius Rectus dictus, quia ſupra crureum ſecundum femoris rectam lineam anteriorem, deſcendit inter duos vaſtos prodit inter extremum epiphyſeos oſſis ilii & [illegible] ligamento valde robuſto, indeq; inſeritur in partẽ anteriorẽ tibiæ, trahens per mediam genu patellam. tibia ex ſe extendit cum trib. ſequentibus. ex accidenti vero femoris flectendi auxilio eſſe poteſt.

Quartus

A Quartus & quintus Vaſti vocantur, ob amplitudinem: horum vnus internus eſt, alter externus ambo conſurgunt ex fibris rectis ad ſuam originem: obliquis vero ad inſertionem, quarum ratione ambo videntur compoſitam habere actionem ex motu recto & obliquo. Recto nempe tibiæ extenſioni auxiliante, obliquo vero vni genu ad alterum adducendo, vel ambobus genubus à ſe inuicem diſiungendis, internus quidem ſecundum fibras ſuas rectas venit ex radice parui trochanteris, ſecundum vero obliquas à linea interiore deſcendente femoris. Externus fibris rectis egreditur ex radice magni trochãteris, obliquis vero ex linea externa deſcendente eiuſdem oſſis. Cæterum omnes hæ fibræ locis quibuſdam cum crureo, ita mixtæ, vt ſeparari niſi alterutro violato nequeant, pergunt in tibiam (ſuo quæque latere) ſupra genu patellam, ſecundum latera muſculi recti cum quo tendinem conflat inſeparabilem, vt mox audies. Sextus & vltimus anteriorum Crureus dictus (propter arctam & firmam adhæſionem, quam habet cum oſſe femoris, quod nonnullis Crus dicitur) ex interſtitio duorum trochanterum, deſcendit ſub muſculo recto & duobus vaſtis in partem cruris, id eſt, femoris anticam vſq; ad genu patellam. Notandum vero, quatuor hoſce poſtremos muſculos, communem tendinem craſſum & latũ conficere, quo contegunt patellam illam, & totam genu anteriorem dearticulationem, vt diſti ahi citra la- *Crureus.*
B cerationem nequeant: quare tendinem illum à genu eſſe pro ligamento putandum: certe omnes hi muſculi ſimul agentes tibiam extendunt. Sequuntur quinque poſteriores, quorum tres naſcuntur ex tubere iſchii, pergentes in partem interiorem, quartus ex medio pubis, Biceps dictus, in exteriorem tibiæ. Ex internis vnus egreſſus ex commemorato tubere deſcendit ligamentoſus in medium vſq; femur, indeq; carnoſus factus ſuo tendine, quo diximus modo, inſeritur. Alter gracilis ex eodem etiam loco egreſſus ſuo tendine cum tendine muſculi longi inſeritur, deſinitq; in partem interiorem tibiæ: quam cum ſocio ſuo introrſum trahit, & ad alteram adducit, quod idem in femore præſtat tricipitis muſculi auxilio. Tertius internus ſeu poſterior, deſcendit ex parte media oſſis pubis ligamento lato & tenui, atque inſeritur tendine rotundo in partem tibiæ interiorem ſupradictorum modo. Quartus Biceps dictus, duorum, quibus conſtat, vnum ſumit à tubere nouiſſime commemorato: alterum à linea femoris exteriore, inſeritur vero in partem externam tibiæ, vt prædiximus. Quintus & vltimus Popliteus dictus, oblique deſcendit carnoſus à condylo externo femoris, in partem interiorem & poſteriorem tibiæ ad fibulæ commiſſuram. Actio eius eſt tibiam introrſum quodammodo contorquere. *Interni tres.* *Biceps.* *Popliteus.*

De Oſſibus Pedis. CAP. XXXVIII.

C ORdinis anatomici ratio poſceret, vt nunc perſequeremur tibiæ muſculos pedem mouentes: ſed quia fruſtra eorum inſertionem traderemus, non præcognita diſpoſitione & conditione pedis oſſium, ideo prius eorum deſcriptionem hic attexere oportuit. Sunt igitur pedis oſſa ſex & viginti numero, in tres ordines diſtincta: nempe vt Tarſi oſſa ſint ſeptem, quinque pedii, & quatuordecim digitorum. Septem tarſi oſſium quatuor ſunt nominata & tria innominata. Nominatorum primus, immediate tibiæ oſſa conſequens, dicitur Aſtragalus. Huius tres ſunt connexiones, vnam parte ſua ſuperiore & latiore cum oſſib. tibiæ, à quibus recipitur, obtinet, vt præmonuimus: alteram inferiore & poſteriore, qua recipit apophyſim ſuperiorem & interiorem oſſis calcis: tertiam anteriorem, qua recipitur in cauitate nauicularis ſeu ſcaphoidis. Per primam connexionem pes extenditur & inflectitur. Per ſecundam cum calce ad latera mouetur. Primæ duæ connexiones ſunt per diarthroſim, vltima per ſynarthroſim. Firmatur vero validis & latis ligamentis ab oſſe in os deſcendentib⁹ & aſcẽdentib⁹: firmantur etiã membranis, muſculis & tendinibus ad pedem deſcendentib⁹ ſuper ſubterq; eiuſmodi articulos. Cæterũ hoc os tres habet apophyſes, tanquam tres pedes, oſſe calcis nixas: quarum prima & minor ſubeſt *Numerus.* *Tarſi oſſa.* *Aſtragalus.* *Connexiones aſtragali tres & earum vſus.* *Aſtragali tres apophyſes.*
D malleolo externo. Maior (quam Galenus ait caput rotundum conſtituere ceruici oblongæ innixum) anteriorem pedem ſpectat, è regione pollicis & indicis: media pone tibiam eſt ad calcem. Multa alia taceo, vt læuorem & aſperitatem huius oſſis, quæ velim inſpectione diſcas potius, quam ex libris. Secundum os huic ſubſtratum Calcaneum dicitur, omnium pedis oſſium craſſiſſimum, cui vniuerſum corpus in obis incedentibus innititur. Duas habet apophyſes ſuperiores, vnam magnam, alteram paruam. Magna excipitur apophyſi poſteriore & exteriore aſtragali: parua intrinſecus recipitur tertia apophyſi eiuſdem aſtragali, quam diximus, caput habere rotundum, oblõgæ ceruici innixum. Præterea parte ſua poſteriore rotundũ eſt, & à tibia valde abſcedens, anteriore vero & productiore connectitur per ſynarthroſim oſſi cuboidi, cuius partem inferiorem & interiorem videtur recipere: ſuperficiem habet penitus inæqualem, & multis tuberculis aſſurgentem. Parte interna velut canaliculum facit, vt viam præbeat tam vaſis, quam tendinibus ad plantam pedis & digitos pergentibus. Denique conſideranda ſunt foramina, quibus nutritionis gratia in id os vaſa ſubeunt quorum vaſorum ratione huius calcis fractura valde periculoſa eſt propter vaſorum expreſſionem & contuſionem vt demonſtrat Hip. Quod ad calcis ſeu calcanei attinet ligamenta, talia ſunt, qualia aſtragali eſſe di- *Calcanei ſeu calcis deſcriptio.* *Cur calcis fractura adeo periculoſa. ſect. 3 lib. de fract.*
E ximus: nempe tendines, membranæ & ligamenta proprie dicta ab oſſe in os venientia. Tertium pedis os dicitur Scaphoides, à ſcaphæ ſimilitudine, qua enim parte aſtragali caput reſpicit, cauum eſt: qua vero tria oſſa innominata (quæ ſuſtinet & à quibus recipitur, quemadmodum cauitate ſua caput aſtragali recipit) gibboſum eſt externæ carinæ inſtar. Connexiones eius ſunt per ſynarthroſim, confirmanturque ſupra com memoratis ligamentis: idem hoc os parte ſuperiore in fornicem efficctum eſt, inferiore quodammodo reſimatur: parte interiore in mucronem deſinit, tanquam in nauis proram: externa vero obtuſum eſt tanquam puppis in naui. Quartum os nominatorum dicitur Cuboides, à cubi ſimilitudine: quanquam valde eſt obſcura illa ſimilitudo. Parte ſua anteriore digitos ſuſtinet, qui proportione quadam ad eos, qui in manu ſunt, annularis dicuntur & auricularis: poſteriore vero ſuſtinetur *Os ſcaphoides.* *Os cuboides.*

M 2 calcis

calcis parte poſteriore et interiore iungitur cum ſcaphoide & cum eo innominatorum, quod medium digitum ſuſtinet: externa vero eminentiam producit dorſi a imi forma, qua tranſuerſim extenditur per ipſius longitudinem parte inferiori. Ad huius eminentiæ duo latera, duæ ſunt exiguæ cauitates canaliculi forma: oſſium innominatorum primum & maius pollicem ſuſtinet: minus vero & ſecundum indicem: tertium vero quantitate medium, medium talem digitum. Tria hæc oſſa ſuperiori ſua parte ſunt fornicata: inferiori aũt quodãmodo caua. Coniuncta ſunt inter ſe & cum ſupradictis oſſibus per ſynarthroſim, à quibus recipiuntur: poſteriori autem parte ſua cum ſcaphoide quod recipiunt. Veniendum nunc ad oſſa ſecundi ordinis, pedis nempe. A

Innominatorum oſſiũ deſcriptio.

Oſſa pedis.

Hæc quinque ſunt numero, quinque digitorum oſſa fulcientia. Parte ſuperiore quodammodo gibba ſunt, inferiore vero caua. Habent ſingula duas in extremitate epiphyſes, quarum inferioribus & primis recipiunt tria innominata oſſa & cuboidem, ſuperioribus vero in caput rotundum effictis recipiuntur à primis digitorum oſſibus. Ipſorum connexiones ſeu cum digitis, ſeu cum oſſibus Tarſi, ſunt per ſynarthroſin. Ligamenta tam propria, quam communia ſunt talia, qualia de alijs diximus. Reſtant nunc deſcribenda tertii ordinis oſſa, quæ diximus continere digitos pedis. Sunt vero illa quatuordecim: duo pollicis. tria vero cuiuſque aliorum digitorum. Prima oblonga ſunt, quæ inde ſequuntur, ſunt breuiſſima, excepto eo, quod eſt pollicis. omnia parte ſua ſuperiore ſunt rotunda & fornicata, inferiore vero quodammodo caua & plana ſecundum longitudinem: vt qui ea flectant tendines, tutius & recti-us ſine vlla in vllum latus inclinatione, deduci & peruenire queant vſque ad vltimas articulationes: quanquam eiuſmodi ductus valde iuuetur ligamento membranoſo & communi, quod de lateribus horum oſſium exiliens eiuſmodi tendines inuoluit, vt de manus digitis diximus. Denique iſtorum oſſium ſingula vltimis exceptis, duplicem habent connexionem per diarthroſim: omnia magnitudine inæqualia ſunt, nempe initio craſſa (quo præcedentium caput recipiunt, ſuper quod tanquam ſuper cardinem mouentur) indeque ad extremum vſque gracileſcentia: extremo vero ſuo excipiuntur à ſequentibus oſſibus: ſuis extremitatibus in duas aſſurgunt laterales eminentias, interſita cauitate diſcretas, cuius occaſione longe craſſiora ſunt extremis ſuis, quam medijs. ligamenta, quibus eorum firmantur connexiones, talia ſunt, qualia præcedentium. Seſamoidea in iunctura ſeſamoideis numero ſunt ſimilia & aliis. Id modò notandum venit, ea, quæ in prima ſunt articulatione, craſſiuſcula eſſe, rotunda & oblonga extrinſecus, intrinſecus vero plana & caua, ſita inter duas cauitates, quas tres circumſtant prominentiæ, quarum duæ ſunt laterales, & tertia media extremitatis primi oſſis pedis, pollicem præcipue & alios fulcientis: denique priuſquam ad muſculos veniamus, notandum, pedem fuiſſe duarum vtilitatum cauſa conditum. Prima eſt, vt reliquum totum corpus ſtabiliret, cum forte ſtandum eſſet. Qua de cauſa natura non ſic poſuit pollicem diuerſum reliquis, vt in manu. Altera eſt ad apprehenſionem, quam & pedem natura molita eſt ex pluribus oſſibus digitorum mobilibus & articulatis, vt in manu præterea quia & in pedem incedendum erat, natura hunc voluit parte inferiore cauum locis quibuſdam: alijs vero planum figura triangulari eſſe, vt per omne ſolum, planum, montuoſum, æquale, inæqualeque, in omnes orbis partes, noſtri nos pedes ferre poſſent. B C


Oſſa digitorum pedis.

Seſamoidea pedum oſſa.

Duplex pedum vſus.

Cur natura pedis pollicẽ ſitu & productione reliquis digitis ſimilem eſſe voluit.

Figura exterior ſeu ſuperior pedis.



a. *Calcem monſtrat.*

b. *Aſtragalum.*

c. *Scaphoidem.*

d. *Cubiformem.*

e e e. *Tria innominata.*

f f f f f. *Quinque oſſa pedis, poſt quæ ſequuntur oſſa quatuordecim digitorum pedis, quorum vnum quodque tria habet oſſa, excepto pollice, cui tantum duo adſunt.* D

g g g g g. *Primum ordinem eiuſmodi oſſium.* E

Figura

A




Figura interior & inferior pedis, quæ præſertim monſtrat oſſa Seſamoidea notata literis. hh.

B

De Muſculi pedem m entibus. Cap. XXXIX.

Tibiæ muſculi pedem mouentes, nouem omnino exiſtunt, tres quidem in parte antica, ſex vero in *Numerus.*
poſtica. Trium anticorum duo flectunt pedem, dum ſimul agunt: at dum ſeorſum, in ſuum quod-
que latus ipſum adducunt: Tertius digitos præſertim extendit, alioqui enim videtur tendine ſuo te-
C nuiore & longiore (qui non excedit os id pedii, quod minimum digitum ſuſtinet) flectendo pedi etiam
auxilio eſſe: Primus dicitur Peronæus, quia ſecundum os perones deſcendit: alter Tibiæus anticus, qui *Muſculus*
deſcendit ſecundum os tibiæ proprie dictum. Tertius ab actione dicitur Digitum tenſor. Quod ad or- *peronæus.*
tum, peronæus, qui videtur duo habere capita, deſcendit ab epiphyſi ſuperiore perones primo ſuo ca-
pite, altero vero ex ipſius perones medio, ab antica parte in poſticam, vt oſtendit ſuperficies, quæ inter-
cedit lineam anteriorem & exteriorem eiuſdem oſſis: at poſtquam ad epiphyſim inferiorem & poſteri-
orem oſſis eiuſdem peruenit, pone malleolum externum, duos tendines profert, qui ducib. ligamentis
tum propriis, tum communibus pergunt, craſſior quidem ſub plantam pedis, deſinens in cuboidem, &
id os pedii quod ſuſtinet pollicem: minor pergit extrinſecus ad cuboidem, & vltimum minimumq; os
pedii, quod minimum digitum ſuſtinet. Aliquando tenuis eius portio producitur in latus vſque minimi
digiti, ipſum extendens, & à reliquis abducens. Tibiçus anticus prodiens ex epiphyſi ſuperiore & exte- *Tibiæus anticus.*
riore oſſis tibię, deſcendit ſupra ſuperficiẽ oſſis eiuſdem, quę eſt inter lineam anteriorem & exteriorem,
quibus adhęret, vt & illi ſuperficiei ad medium vſq;: ex quo loco vnicum tendinem profert, qui parte
antica & ima deſcendens, ſinit extrinſecus in duo oſſa innominata, nempe in primum craſſius & in me-
D dium: ac tenui prætereà ſui portione in primum & maius os pedii, quod pollicem extendit, ipſum intro
ad alterum pedem adducens. Atque hic muſculus cum præcedente flectit pedem, ſi vna ambo agant:
At ſi ſeorſim, pedem in ſuum quique latus trahunt. Tertius digitum tenſor eſt duplex, vnus ortum du- *Digitum*
cit ex ſumma tibia, & ſecundum longitudinem peronæ inſertus ſub annulo, agit ſe in pedem, in quem *tenſor du-*
quinque deſinit tendinibus ad omnes digitorum articulos pergentibus, & ſexto quodam ad pedii id *plex.*
os, quod ſuſtinet minimum digitum, quo (vt prædiximus) iuuat pedis flexionem. Alter deſcendit in
medium perones, & ipſi aliquantulum inſertus, vnico tendine ſub annulum tranſeunte pergit ad pol-
licem. Notabis vero, hos omnes tendines fibras habere neruoſas, ligamentoſas & carnoſas ſic à ſe
inuicem diductas, vt ſeorſim, quod ſui muneris eſt, æque agere queant, ac ſi plures muſculi eſſent di-
ſtincti. Idemque ſentiendum de reliquis, qui ſtatim à parte ſua carnoſa tendines habent diſtinctos. *Poſtici ſex.*
Sequuntur ſex poſtici, quorum primi duo dicuntur Gemelli propter ſimilitudinem craſſitiei, ortus,
inſertionis & actionis. Tertius dicitur Plantaris, quod abſumatur in plantam pedis, vt palmaris in pal-
mam manus. Quartus Soleus à ſimilitudine, quam habet cum huius nominis piſce. Quintus Tibiæ-
us poſticus, qui deſcendit ſecundum partem poſticam oſſis tibiæ. Sextus & vltimus Digitumflexor,
E profundo manus æquipollens. Nonnulli ex hoc & ex Tibiæo poſtico vnicum muſculum faciunt,
qui tres tendines producat: Alii tres facere malunt, ſcilicet vt vnus ſit tibiæus, alter quatuor digitorum
flexor, tertius pollicis flexor. Quod ad duos gemellos attinet, vnus internus eſt, & alter externus: inter- *De gemellis*
nus egreditur ex radice condyli interni femoris, externus vero ab externo condylo. Atque ab illo or-
tu ſuo ſtatim carnoſi euadentes parte præſertim externa, coeunt paulo poſt partibus ſuis carnoſis, &
cum ſoleo conflant craſſum & magnum tendonem ad mediam tibiam, qui inde in poſticam calcis par- *Quod loco*
tem inſeritur. In hoc ipſo tendine perniones doloroſi excitantur. Actio eius eſt ingreſſum procurare in *perniones*
ſuum & extremum pedem, dum calcem contrahit verſus ſuam originem. Plantarias omnium mini- *excitentur.*
mus & tenuiſſimus, egreditur carnoſus ex condylo externo tibiæ, indeque quatuor fere digitorum *Plantaris.*

 latitu-

Soleus. *Tibiæum poſticum.* *Digitorum flexor duplex.*

latitudinis interuallo, in validum & gracilem tendinem deſinit, quem tranſmittit inter gemellos & ſoleum ad plantam pedis, vt illic excitet membranam, quæ plantam pedis integit, & tendinem, qui æquipollet flexori ſublimi manus. Soleus omnium craſſiſſimus ac ſub gemellis ... deſcendit ex confiniis oſſis tibiæ & peronæ, atq; circa medium tibiæ, poſtquam tendinem ſuum gemellorum tendini adiunxerit, tendit in locum prædictum, vt pedem extendat in vſum commemoratum. Tibiæus poſticus deſcendit ex epiphyſi poſteriore tibiæ & perones, ipſiq; fere quam longe patent ... tendine ad extremum velut oſſeo, inſeritur in os ſcaphoides, & prima duo innominata, vt adiuuet obliquam pedis extenſionem. Vltimus digitorum flexor duplex eſt, vnus enim oritur ex oſſe tibiæ, quo loco poplitæus deſinit, atq; illi ipſi oſſi inſertus pergit adusque malleolum internum retorſum, indeque in quatuor digitorum articulos. Alter ortum ducit ex medio fere perones oſſe, & ei nonnihil inſertus per calcem & aſtragalum pergit ad pollicem, mixtus cum præcedente, actio ipſorum eſt primam digitorum dearticulationem flectere, magis vi ligamenti communis, quam exiguæ alicuius portionis tendinis illic deſinentis. Vltimam vero dearticulationem eorum inſuper muneris eſt propria interne ne flectere. A

De Muſculis mouentibus digitos pedis. Cap. XL.

Numerus. *Digitorum abductor ſeu pedioſus.* *Flexor ſuperior.* *Thenari æquipollens.* *Hypothenari æquipollens.* *Quatuor lumbrici.* *Interoſſium ſupernorum & infernorum deſcriptio.*

SEquuntur muſculi mouentes digitos pedis. Hi omnino ſunt octo: vnus in parte ſuperna, ſeptem vero in interna. Primus prodit ex aſtragalo, calce & cuboide infra malleolum externum, ſeu ... eiuſmodi oſſium cum tibia: atque oblique ad ſupernum pedem attentus, abſumatur in quatuor exiguos tendines ad latera quinque digitorum, vt ipſos extrinſecus adducat verſus ſuum principium, ex quo digitorum abductor, & pedioſus, quod pedio attenſus ſit, appellatur. Septem partis internæ, primus flexor ſuperior dictus, oritur a calce, pedique in longum attentus ſub forti membrana quæ à calce arcte adſtringitur extremitati oſſium pedis, vt confirmet partes ſub ſe contentas, quatuor tendinibus inſeritur ad ſecundas quatuor digitorum dearticulationes, quas flectit. Hic notandum, iuxta ſuam inſertionem findere ſe hunc muſculum, inſtar muſculi manus, qui Sublimis dicitur, vt tranſitum aperiat profundo, qui vt diximus per longitudinem digitorum deſcendit, cui ſe adiungit ligamentum quoddam commune membranoſum, quod ipſum inuoluit, & oſſi illigat per omnem longitudinem internæ partis digitorum, vſque ad vltimam dearticulationem. Secundus ei manus muſculo, qui Thenar dicitur, æquipollens, ſitus in pedis parte interna, oritur ex parte interna & ... calcis & aſtragali, deſinitq; in partem lateralem & interiorem pollicis, quem abducit à reliquis verſus internam partem. Poteſt is in duos aut tres muſculos diuidi, vt Thenar manus, ad adducendum pollicem ad alios digitos, quantū opus eſt, plane quemadmodum in manu diximus. Tertius ei, qui in manu Hypothenar dicitur, æquipollens, egreditur ex calcis parte externa & per pedis latera, aſcendens inſeritur pariter in latus minimi digiti, vt ipſum abducat à reliquis: cui eidem actioni inſeruire poteſt caro quædam contenta ſub planta pedis, quæ adusque illos digitos protenditur, vt & pedi mouendo auxiliari poteſt. Sequuntur quatuor lumbrici, qui ex membrana digitorum flexoris profundi ... inſeruntur in partem internam, & lateralem quatuor digitorum, vt eos attrahant in partem interiorem, contrario motu ei, quem molitur pedioſus. Reſtant Interoſſei pedis: hi octo ſunt numero, quatuor ſuperni & interni toti ... differentes ortu, inſertione, & actione: ſuperni enim, quia adducunt pedem cum pedioſo extrorſum, oriuntur à parte anteriore & interiore oſſis eius pedis, quod minimum fulcit digitum: ſic enim & reliqui ſuo ſinguli ordine inſeruntque in partem exteriorem & anteriorē oſſis inſequentis. Interni contra exeunt ex parte anteriore & exteriore oſſis eius pedis, quod pollicem fulcit: ſic enim & reliqui ſuo quinque ordine, inſeruntur vero in partem internam & ſuperiorem oſſis ſubſequentis, vt ipſum adducant cum lumbricis introrſum; vel vt pedem excauent, vt exterri, vel vt pedem complanent, quemadmodum de manus interoſſibus diximus. B C D

Epilogus oſſium humani corporis. Cap. XLI.


Cranii oſſa quatuordecim. *Faciei humanæ oſſa quindecim.* *Dentes duo & triginta.* *Os hyoides.* *Spinæ oſſa quatuor & triginta.* *Duæ claues.* *Coſtæ 24.* *Sterni oſſa 3.* *Brachiis totis oſſa 62.*

CApur in ſe totum conſtat oſſibus ſexaginta, quod minus, quod vero minus, ſexaginta tribus: nempe cranii ſunt oſſa quatuordecim, faciei quatuordecim vel ſeptemdecim, dentes triginta duo, oſſium cranii octo ſunt continentia & ſex contenta: continentia ſunt os frontis, occipitis, duo bregmatos, duo petroſa, Sphenoides ſeu Baſilare, & Ethmoides ſeu Spongoides. Contenta vero ſunt ſex, incluſa aurium foramine, Incus, Malleus, Stapes. Quod ad faciei oſſa, ſex ſunt intra aut circa oculi orbitam, vtrinque nempe tria: duo naſi, duo maxillaria minora, & duo maiora, quæ ſemper quadrupedibus hec & manifeſto diſcrimine diſtincta cernuntur, in homine tamen ... tantum id eſt, vt mihi nondum videre contigerit: itaque manifeſto tantum diſcrimine diſtincta ſunt. Duo, quæ continent dentes omnes ſuperiores, duo interna palati: duo maxillæ inferioris in pueris. Vltimum denique os ..., vnde intermedia cartilago & quaſi paries naſi oritur. Duo & triginta dentes ſurſum deorſumque æqualiter ſunt diſtributi. Horum vero octo ſunt inciſorii, quatuor canini, & viginti molares. Eſt & aliud ad radicem linguæ Hyoides dictum, ſemper ex tribus coaleſcens oſſibus: aliquando ex quatuor. Sequuntur oſſa ſpinæ, quæ omnino ſunt quatuor & triginta, nempe ſeptem ceruicis: duodecim Thoracis: quinque lumborum, ſex oſſis ſacri, & quatuor coccygis. Duo præterea ſunt oſſa iuguli. Coſtæ quatuor & viginti, nempe quatuordecim veræ, & decem ſpuriæ. Sterni oſſa ſæpius ſunt tria: alias ſeptem, vt nonnunquam in iunioribus. Hinc ad brachia venientibus numerantur ſexaginta duo, ducto ab omoplata initio, nempe duæ ſunt omoplatæ. Duo brachii ſeu humeri. Quatuor ſunt cubiti oſſa, nempe duplex eſt cubitus proprie: & ſpecialiter dictus & duplex radius. Sexdecim carpi, octo metacarpi, & digitorum triginta. E

triginta. In hunc etiam cenſum veniunt Seſamoidea: quorum alia ſunt interna, & hæc ſemper duodecim, quod minus eſt, quanquam aliquando plura reperiantur, quorum magna pars Cartilaginis potius, quam oſſis nomen meretur: alia externa, ſi Syluio credimus. Reſtant oſſa cruris, quæ ſi oſſa ilium vtrinque terna numeremus, vt in puellis numeranda ſunt, ſex ſunt & ſexaginta, præter Seſamoidea, nēpe duo ilium oſſa, duo pubis, duo iſchii, duo femoris, duo patellæ genu, quatuor tibiæ, nempe duo tibię proprie dictæ, & perones duo. Quatuordecim Tarſi, nempe calx duplex: duo aſtragali, duo ſcaphoides, duo cuboides, & ſex innominata. Decem pedii, quinque ſcilicet ſingulis pedibus, & digitorum octo & viginti. Seſamoidea tot pedibus, quot manibus contigerunt. Rem totam, quo facilius perciperes, placuit ſchemate depingere. *Cruris totius oſſa 60.*

Declaratio notarum primæ oſſium figuræ.

Prima oſſium generalis figura.



A. *Os frontis ſeu coronale.*
B. *Duo oſſa ſincipitis, vtrinq; vnum.*
C. *Duo petroſa, vtrinque vnum.*
D. *Zygoma.*
E. *Maxillæ inferior.*
F. *Clauicula dextra, cui oppoſitá ex altero latere reſpondet.*
G. *Apophyſis ſuperior omoplatæ, acromion dicta.*
H. *Apophyſis anterior omoplatæ, coracoides nominata.*
I. *Sternon, quod ſeptem veras coſtas recipit.*
K. *Cartilago xyphoides ſeu furcula.*
L. *Coſtæ viginti quatuor, vtrinque duodecim, quarum ſeptem ſunt veræ & quinque notæ: omnes numeris 1. 2. 3. 4. &c. notata.*
M. *Brachium ſeu humerus, vulgo os adiutoris.*
N. *Cubitus ſeu focile brachii maius.*
O. *Radius, vulgo focile minus brachii.*
P. *Carpus ex octo oßiculis coagmentatus.*
Q. *Metacarpium ex quatuor oßibus conflatum.*
R. *Oſſa digitorum: tria nempe cuique digito vt quindecim ſint omnino.*
S. *Os femoris.*
T. *Patella ſeu rotula genu.*
V. *Os tibiæ, ſeu focile maius tibiæ.*
X. *Perone ſeu fibula, vulgo focile minus tibiæ.*
Y. *Aſtragalus.*
Z. *Scaphoides.*
a. *Quatuor oſſa tarſi.*
b. *Quinq; oſſa pedii.*
c. *Quatuordecim digitorum oſſa, nempe cuique tria & duo pollici.*



A

Declaratio notarum ſecundæ oſſium figuræ.

Secunda oſſium generalis figura.

A. *Sutura coronalis.* B. *Sutura ſagitalis.* D. *Sutura lambdoides.*
E. *Os occipitis.* F. *Omoplata.*
G. *Ceruix omoplatæ.*
H. *Caput brachii ſeu humeri.*
I. *Eminentia cubiti, Olecranum Græcis dicta.*
K. *Septem vertebræ ceruicis, quibus ad latus paulo infra, notantur coſtæ numeris 1. 2. 3. &c.* B
L. *Duodecim ſpondyli ſeu vertebræ metaphreni dorſive.*
M. *Quinq; lumborum vertebræ.*
N. *Os ſacrum.*
O. *Os caudæ ſeu coccygis.*
P. *Os amplum ſeu ilium puerulis ex tribus oſſibus conflatum: quibus ſingulis ſuum nomen. Nam pars ſuperior dicitur os ilium, quæ recipit caput femoris iſchion. Pars anterior os pubis nuncupatur.*
R. *Magnus Trochanter.*
T. *Paruus Trochanter.* C
V. *Calx ſeu calcaneum.*

Sceletos quid.
Duobus in genere modis oſſa cõponuntur.
Articuli duæ ſpecies.
Quid diarthroſis & ſynarthroſis.
Diarthroſis ſpecies tres.
Quid enarthroſis.
Quid arthrodia.
Quid cephale & quid corone.
Quid cotyle & glene.
Ginglymos quid.
Synarthroſis tres ſpecies.
Sutura.
Gomphoſis.
Harmonia.
Symphyſis quid.
Et quot modis fiat.
Synchondroſis.
Syneuroſis.
Neruus nomẽ tria ſignificat.

Epilogus nominum & ſpecierum compoſitionis oſſium. CAP. XLII.

QVia Chirurgo fractorum oſſium, reparandorum & reſtituendorum rationem noſſe tam neceſſarium eſt, quam eorundem, cum luxata & elocata fuerint, reponendorum, neutrum vero intelligi poſſit ignorata oſſium connexione natiua, operæpretium ipſi me facturum putaui, ſi compendioſe deſcriberem, quibus & quot modis oſſa inter ſe componantur. *Oſſium corporis humani vniuerſa compoſitio & conſtructio,* Græcis Sceletos dicitur. Duobus vero modis oſſa illa omnia componuntur, nempe per Arthron, ſeu articulum, & per ſymphyſim, ſeu naturalem vnionem. Vtriuſque ſpeciei multæ ſunt aliæ ſpecies. Sunt enim articuli ſpecies duæ, nempe diarthroſis & ſynarthroſis: quibus hoc intereſt, quod diarthroſis *oſſium compoſitio eſt cum motu manifeſto & oculis ſubiecto.* Synarthroſis vero *motum quidem oſſium habet, ſed non adeo manifeſtum, verum obſcuriorem.* Iterum vero duæ hæ ſpecies ſubdiuiſionem in alias ſpecies admittunt. Diarthroſis enim ſub ſe continet Enarthroſim, Arthrodiam, & Ginglymon. Eſt igitur Enarthroſis *diarthroſeos ſpecies, in qua profunda cauitas caput craſſum & longum recipit,* cuiuſmodi compoſitio eſt femoris cum iſchio. Arthrodia, *quando cauitas leuis & elata caput exiguum & breue admittit,* cuiuſmodi connexio eſt brachii ſeu humeri cum omoplata, primæ vertebræ cum ſecunda. Græci propriis nominibus cauitatum & capitum duo hæc genera diſtinxere: nam *craſſum & longum caput* Cephale nuncupant, id eſt, caput abſolute: exiguum vero *Corone* vel *Coronon,* capitulum Latini dicunt. At *cauitas profunda* eiſdem Cotyle, *ſuperficiaria* vero Glene nuncupatur. Tertia ſpecies Ginglymos dicta, fit, *quando oſſa mutuo ſe recipiunt & recipiuntur,* nempe quando in oſſe cauitas eſt, quæ oppoſiti oſſis caput excipit, & ſimul in eodem caput extitit, quod oppoſiti oſſis cauitate excipiatur. Cuiuſmodi compoſitio eſt in cubito & genu, nempe in compoſitione femoris cum oſſe tibiæ. Atq; hæc de diarthroſi & tribus eius ſpeciebus. Synarthroſis altera articuli ſpecies tres etiam habet ſpecies Gal. *lib. de oſſibus,* nempe Suturam, Gomphoſim & Harmoniam. Sutura *oſſium compoſitio eſt in modum rerum conſutarum,* cuius exemplum in oſſibus cranii habetur. Gomphoſis *quando os oſſi tanquam clauus infigitur,* quomodo dentes vtrique maxillæ in ſuis alueolis. Harmonia, *quando ſimplicis lineæ interuentu oſſa componuntur,* quomodo naſi & faciei multa oſſa coeunt. Hac vſque de oſſium prima conſtructione per articulum & ſpeciebus eius dictum eſt: ſequitur, vt de Symphyſi dicamus. Symphyſis, vt iam admonuimus, nihil eſt aliud, quam *naturalis oſſium vnio.* Huiuſmodi vnio fit duobus modis, nempe vel nullius rei interuentu, quo modo coeunt tandem ætatis acceſſu in vnum maxillæ inferioris oſſa, quæ antea puerulis manifeſte diſtincta erat; vel materiæ alicuius tanquã medii interuentu: id vero fit tribus modis, vtpote triplicis medii interuentu; ſcil. cartilaginis, cuiuſmodi vnio Græcis dicitur Synchondroſis, quo modo coaleſcunt oſſa pubis, & quædam puerorum epiphyſes. Vel ligamenti, diciturq; Græcis Syneuroſis, nerui nomine latius vſurpato qui alias pro tendine vſurpatur, alias pro ligamento, alias pro neruo proprie dicto ſenſus & motus authore. D E

Locum

A Locum vero habet hæc ſymphyſis ſeu vnio per ſyneuroſim in ſterni quibuſdam oſsibus & ilium. Vel interuentu carnis oſſa in vnum coaleſcunt, cuiuſmodi vnionem Græci Syſſarcoſim dicunt: ſic caro gingiuarum firmat dentes immobileſq; reddit. Quod ſi cui minus placet iſta diuiſio, propter obſcuritates, quibus implicita videri poſſit, hæc, quæ ſequitur mihi in mentem venit, ipſius primum à Germano Cortino Doctore Medico admonitus, quæ diligenter intuenti & facilior & extra omnem reprehenſionis aleam eſſe videbitur. Syſſarcoſis.

B

Oſſa, quæ tanquam pali vniuerſam corporis humani molem ſuſtinent, ſunt, vel

- *Vnita ſibi inuicem per ſymphyſim ſeu vnionem: quæ ſic ſibi mutuo quaſi conſita ſunt, vt inter ipſa nihil ſit diſsimile ſeu heterogeneum, quod ſaltem oculis notari poſsit. Talis vnio apparet in duobus oſsibus maxillæ inferioris ad mentum, in oſsibus ſterni, ilium cum coxendicibus, & pubis oſsibus inter ſe: huius vnionis non ſunt plures ſpecies: per hanc enim ſit, vt oſſa, quæ plura & diſtincta erant, vnum tantum medij, cartilaginis nempe interuentu conueniant, quod iam reuera cartilago non eſt, ſed in os abijt.*
- *Conſociata ſeu compoſita, per id, quod arthron ſeu articulationem nominant, nẽpe quando ſic concurrunt & colligantur, vt inter ipſa heterogeneum aliquid notari poſsit, ſic vero per arthron oſſa componũtur duob. modis.*
  - *Vel laxius, nempe per diarthroſim, id eſt, articulationis ſpeciem nõ admodum arctam, per quam ſcilicet opportunitatem ad varios motus edendos haberent: huius oſsium compoſitionis ſeu articulationis tres ſunt ſpecies.*
    - *Enarthroſis, quando oſsis caput, alterius cauitate totum excipitur, & conditur, quomodo os femoris cum oſſe coxendicis componitur.*
    - *Arthrodia, quando in leuiter cælata nec alte depreſſa cauitate, alterius oſsis caput totum non conditur, ſed quadam tantum ſui parte recipitur: adeo vt niſi natura aliunde (vt ex ligamentis vicinorum muſculorum receptaculum ſufficiens) oſsis exceptui ſubſtituiſſet, in perpetuo luxationis periculo extitiſſet. Sic humerus cum ſcapula connectitur.*
    - *Ginglymos, quando oſſa ſe mutuo excipiunt & excipiuntur, cuiuſmodi compoſitio eſt cubiti cum humero.*
  - *Vel ſtrictius, nempe per ſynarthroſim, quando arctiore nexu compoſita ſunt oſſa, quod illa nullos in corpore motus obire debebant. Huius articulationis tres quoque exiſtunt ſpecies.*
    - *Gomphoſis, quando os vnum altero ſic excipitur, quemadmodum clauus cardine ſuo foramine, vt dentes ſua maxilla.*
    - *Sutura, ſerratim nempe ſeu crenatim quomodo cæſi crenis ſibi mutuo: vel ſquammatim imbricatimve, quo pacto oſſa lapidoſa cum ſincipite coeunt.*
    - *Harmonia, quæ fit ſimplicis lineæ interuentu, quæ oſſa frontibus velut aduerſis concurrentia diſcriminat, quomodo oſſa naſi componuntur.*

C

Epilogus ſeu cenſus muſculorum omnium corporis humani.

Vt ante oſſa, ſic hic muſculos corporis humani recenſere decreui. Ergo in facie primus occurrit muſculus latus ſeu cutaceus, ex panniculo carnoſo ortus, totum collum & vniuerſam fere faciem contegens. Sequuntur quatuor ad oculorum duas ſuperiores, palpebras pertinentes. In oculorum orbitis latent quatuordecim, ſeptem nempe in qualibet orbita: quorum quatuor recti dicuntur, duo obliqui, & vnus pyramidalis. Sequantur quatuor naſi, nempe duo externi, vtrinq; vnus, & duo interni. Hi adducunt, illi diducunt nares. Poſt hos, veniunt maxillæ inferioris decem muſculi: quorum duo crotaphitæ dicuntur ſeu temporales: duo maſſeteres ſeu manſores: duo rotundi (qui mihi videntur potius ad labra, quam ad maxillam attinere) duo parui in ore abditi ab apophyſibus pterygoidibus oſſis cuneiformis orti: duo oris diductores ſui medio neruoſi ſeu tendinoſi. Hinc ſe produnt octo labiorum muſculi, nempe quatuor ſuperni & totidem inferni, os adducentes ſeu claudentes, atque diducentes, quo nomine labiorum adductores, diductoreſque dici poſſunt. In oris velut antro condita eſt lingua cum decem ſuis muſculis. Quare totius faciei erunt muſculi vnus & quinquaginta: in parte antica ceruicis comperiuntur oſſis hyoidis muſculi, itemque laryngis. Os ergo hyoides tanquam in æquilibrio ſuſpenſum tenent octo muſculi: quorum duo ſunt ſuperni à mento orti: duo ad latus à Styloide apophyſi, perforati in medio, qua tranſeant duo oris diductores eo loco neruoſi: duo à ſterno orti: duo denique à coſta ſuperiore omoplatæ ad coracoidem, qui etiam in medio ſui ſunt neruoſi, quo loco duo maſtoidei ipſis incubant. Larynx ex tribus cartilaginibus conflatus, octodecim vel viginti habet muſculos, quorum ſex vel octo ſunt communes, & duodecim proprij. Communium duo ſunt ſuperni, duo inferni, duo ad latus primæ cartilaginis: quibus duos illos addere poſſumus qui referando epiglotidi inſeruiunt, qui in magnis quadrupedibus ſemper reperiuntur ad deprimendum epiglotida. Proprij ſunt duodecim, qui fere omnes veniunt à ſecunda cartilagine, vt ſe in primam & tertiam inſerant, quorum quidam ſunt ante, alij pone Thyroidem. Præter hos duo ſunt maſtoidei, qui flectunt caput. At in poſtica ceruicis parte duodecim ſunt muſculi eiuſdem capitis motui deſtinati, ſic vt capiti mouendo

Muſculus latus ſeu cutaceus.

D

Singulorum oculorum ſeptem muſculi.

Duos qui dicuntur rotundi, labiorum potius eſſe quam maxillæ.

Totius faciei muſculi 51.

Hyoides octo muſculi.

E

Larynx 18 vel 20 muſculi.

quatuor

Caput mouent muſculi 14. *Ceruicem 8. muſculi.* *Thoracis muſculi 81.*

quatuordecim muſculi ſunt addicti, duo maſtoideí antici, & duodecim poſtici: nempe duo ſplenij, duo complexi, quatuor recti, & totidem obliqui, qui valde breues ſunt, adeo vt primam & ſecundam vertebram no excedant. Ceruix octo habet muſculos, quorum duo dicuntur longi antrorſum ſuper corpus vertebrarum: duo ſcaleni, qui ſunt ad latus: duo ſpinati, qui ſunt ſecundum longitudiné ſpinæ vertebrarum: duo tranſuerſi, qui pergunt ad apophyſes tranſuerſas metaphreni. Thorax muſculos habet vnum & octoginta, quorum alij in parte eius ſunt antica, alij in poſtica, alij ad latus omneſq; ſunt combinati, excepto diaphragmate. Horum ergo duo ſunt ſubclauij: duo ſerrati magni, qui a baſi veniunt omoplatæ: quatuor parui Rhomboides, duo nempe ſuperni & duo interni: duo ſacrolumbi: duo intra pectus cartilaginum ductores. Sunt præterea viginti duo intercoſtales externi & totidem interni: viginti quatuor intercartilaginei, nempe duodecim interni & totidé externi: ſic vt intercoſtales & intercartilaginei ſint ſexaginta octo, qui cum duodecim commemoratis explent numerum octoginta muſculorum. His ſi ſolé diaphragma Azygon, id eſt, ſine pari, habebis Thoracis muſculorum numerum ante deſignatum, nempe vnum & octoginta. Quod ſi & his addere volueris epigaſtrij muſculos, non valde reluctabor, quia per accidens expirationi & inſpirationi famulantur. Octo igitur epigaſtrij muſculorum quatuor ſunt obliqui, quorum duo ſunt deſcendentes & totidem aſcendentes: duo recti, quibus addere poteris duos, qui ab oſſe pubis veniunt ſuccenturiatos, ſi placet eos a capite muſculorum rectorum ſeparare: duo tranſuerſi. Lumborum ſex ſunt, vel octo muſculi, quorum duo lumbos flectunt, qui triangulares ſunt, duo ſemiſpinati Iliaci ſecundo in medio ſunt dorſo, quos ob id rachitas potius nuncupare. Nunc, vt poſtea ſeorſim & diſtincte extremitatũ muſculos exequamur, ad pudenda accedemus. Teſticulorum igitur gratia duo ſunt comparati muſculi, cremaſteres ſeu ſuſpenſorij dicti. Ad colem radicem ſeu perinæum quatuor cernuntur alij, partim vrinæ ſeminiſq; ductus gratia: partim colis erigendi cauſa. Ad veſicæ ceruicem ſphincter ſedet. Ad recti inteſtini extrema tres visuntur muſculi, duo leuatores ani, & vnus ſphincter. Iam extremitatum muſculos exequamur. Sat vero erit vnius tantum lateris muſculorum meminiſſe, quia cum corpus vbique geminum ſit, quæ de vno dicta erunt, eadem de altero intelligenda venient.

Epigaſtrij muſculi 8. *Lumborum 6. vel 8. muſculi.* *Teſtium 2. muſculi cremaſteres dicti.* *Ani 3. muſculi.*

Brachij totius muſculi 42.

Brachij igitur ducto ab omoplata initio, muſculi quod minus eſt, ſunt quadraginta duo: nã omoplatæ quatuor numerantur. brachij proprij & ſpecialiter dicti ſepté vel octo. ac cubiti tres, quatuor aut quinq; proprij ſunt muſculi, cubiti nempe motionibus perficiendis deſtinati: in cubito vero interno ſeptem, in externo exſtant totidem: at manus tredecim, quod minus eſt, numerantur. Quatuor omoplatæ exſtãt, Trapezius cucullo monachali ſimilis, qui ipſam ſurſum & deorſum mouet, & retrorſum trahit. Secundus Leuator. Tertius Rhomboides magnus Trapezio ſubiectus. Quartus Serratus minor, qui in coracoidem inſeritur. Brachium mouetur antrorſum, retrorſum, ſurſum, deorſum, & in gyrum. Pectoralis exortus à clauicula, ſterno, & coſtis vicinis antrorſum ipſum trahit, humilis ab ima omoplatæ coſta veniens retrorſum. deltoides ſurſum. latiſſimus deorſum, & nonnihil retrorſum. Tres vero circum omoplatam ſiti ipſum circumagunt, ſeu in gyrum mouent. Eponis ſeu Scapularis, ſurſum: Superſcapularis, qui duplex videri poteſt, retrorſum & deorſum. Subſcapularis qui eſt in cauitate omoplatæ, antrorſum: adeo vt actionis quadam viciſſitudine & ſucceſſione ipſum circumagant: Cubitũ flectunt duo muſculi, vnus Biceps, alter Brachiæus dictus: extendunt vero vnus, vel aut tres muſculi. nam ſi ſpectes originem, muſculus ille duo vel tria habet capita, at vnicã habet inſertionem. In cubito interno ſeptem ſunt muſculi, vnus palmaris: duo carpi flexores. duo pronatores, vnus quadratus, alter rotundus quodammodo: duo digitum flexores, vnus ſupernus tendens ad ſecundum digitorum articulum, alter internus, cũ quo comprehendimus pollicis flexore. Cubiti externi muſculi ſunt, ſupinatores duo, carpi tenſores duo, digitũ tenſores duo, & abductor ſeu obliquator vnus. Quatuordecim illi interni externiq; cubiti muſculi, non quidé cubitum mouent, ſed tantum cum in cubito conſtant, radium, & cum eo manum mouent. Manus muſculi tredecim ſunt hi, Thenar, qui non in duos modo, ſed & in ſex diuidi poſſet, tam propter actiones diuerſas, quas edit, quam interſtitia hiatu manifeſto diſcreta: ſecundus dicitur Hypothenar, qui eſt minimi digiti, vt Thenar pollicis: tertius abductor pollicis. ſequuntur deinde quatuor lumbrici, & ſex interoſſes, quamuis octo notari poſſint.

Cruris totius muſculi 50.

Crus integrum quinquaginta, quod minus eſt, habet muſculos. Femoris enim muſculos numeramus quatuordecim. tibiæ gratia comparati ſunt vndecim. in tibia ſiti ſunt nouẽ, tres antici & ſex poſtici, qui pedi ſuam dicarunt operã & digitis. in pede ſiti ſunt ſexdecim. Ergo quatuordecim femori inſeruientiũ muſculorum duo ipſum flectunt, vnus lumbaris dictus, alter a cauitate oſſis ilium profectus. ipſum vero extendunt. tres natium authores, & Triceps, quem in tres, ſi placet, poteris diuidere. Præter hos circumagunt crus ſiue femur quadrigemini quatuor, & duo obturatores, quorum internus vnus, & externus alter. Tibiæ vndecim ſunt, longus, membranoſus, quatuor poſtici, quorum tres ab iſchio, alter vero à commiſſura oſſium pubis. Rectus, duo Vaſti, Cruræus, Poplitæus. Siti in tibia pedis gratia & digitorũ, ſunt tres antici & ſex poſtici. anticorum duo flectunt pedé, quorum vnus dicitur Tibiæus anticus, alter Peronæus, quẽ in duos poſſis diuidere. Tertius digitum tenſor, quamuis ipſe quoq; partim pedẽ flectat, ad quem etiã reuocatur pollicis tenſor. Poſticorũ vnus eſt digitum flexor, alij pedẽ extendunt, hocq; ſunt ordine. duo gemelli, vnus plantaris, vnus ſoleus, vnus tibiæus poſticus & magnus digitum flexor, ad quẽ reuocatur pollicis flexor. Ex ſexdecim in pede ſitis vnus eſt ſupernus, ſitus ſupra pedion, quem digitum abductorem appellamus. alter in planta pedis, nempe paruus digitũ flexor, qui ad ſecundam pergit digitorum articulationem per internum pedem. alter pollici ſuã dicauit operam, quem pollicis, abductorem ſeu abductorem appellare poſſis. totas alter cernitur minimi digiti gratia comparatus. His accedunt quatuor lumbrici. præterea octo interoſſes, vel decem, ſi mauis. Et hæc ſufficiant de cenſu muſculorum.

A *Prima cenſus muſculorum figura, cuius latus ſiniſtrum hominem ſua cute tectum depingit: dextrum vero muſculos omnes ſeorſum à ſe inuicem ſecretos eodem, quo viuentis ſitu eſſe ſolent.*




a. *Muſculus, qui oculum claudit.*
b. *Qui oculum aperit.*
c. *Crotaphita ſeu temporalis.*
d. *Zygoma.*
e. *Muſculus maſſeter.*
f. *Muſculus ſupernus, in labrum infernum deſcendens.*
g. *Muſculus, qui ad labrum ſuperius & naſi alas pergit.*
h. *Muſculus rotundus interna oris tunica abditus.*
B I. *Muſculus infernus ad ſuperius labrũ aſcendens.*
K. *Muſculus infernum labrum mouens.*
l. *Muſculus infernam maxillam diducens.*
m. *Muſculus maſtoideus.*
n. *Leuator omoplatæ.*
o. *Clauicula.*
p. *Muſculus ſubclauius.*
q. *Serratus minor anticus, ex quinque aut ſex coſtis ſupernis ad coracoidem omoplatæ conſcendens.*
r. *Origo muſculi pectoralis a ſterno.*
ſ. *Muſculus pectoralis.*
C t. *Deltoides.*
V. *Biceps ſeu cubiti flexor.*
X. *Brachieus, cubiti etiam flexor.*
Y. *Appendix ſeu productio præcedentis muſculi, quæ & cubiti eiuſdem flexionem iuuat.*
Z. *Pronator manus.* &. *Longiſſimus ſeu manus ſupinator.*
AA. *Carpi flexores.* B. *Digiti flexor ſupernus.* C. *Digiti flexor profundus.* D. *Palmaris.*

Octo ſequentes literarum notæ figuræ minoris manus ſeorſum à reliquo corpore extentis, imaginem paulo exactius exprimunt.

E.F.G. *Muſculi pollicis, qui primum & ſecundum os flectunt.*
HH. *Lumbrici.* I. *Muſculus, qui minimum digitum retrorſum à reliquis abducit.*
K. *Annulus carpi.* L. *Fiſſura quatuor tendinum muſculi digitum flexoris ſuperni, qua tendines profundi aſcendunt ad tertiam digitorum articulationem.*
D M. *Tendines profundi.* N. *Serratus maior ſecretus, dilatando Thoraci inſeruiens.*
O. *Obliquus deſcendens epigaſtrii.*
P. *Tranſuerſus.* Q. *Rectus.* R. *Vmbilicus cum linea alba,*
S. *Vnus ſuccenturiatorum muſculorum, qui ab oſſe pubis in recti caput aſcendit.*
T. *Obliquus aſcendens.* V. *Membranoſus femoris.* X. *Rectus femoris.*
YY. *Longiſſimus ſutorius dictus.* ZZ. *Duo vaſti.* 1. 2. 3. *Triceps deſcendens ab oſſe pubis intus in os femoris.* 4. *Patella genu.* 5. *Os tibiæ.* 6. *Portio muſculi gemelli.* 7. *Portio ſoleis.* 8. *Tibiæus poſticus ſeu internus.* 9. 10. *Pedis flexores.* 11. *Digitum tenſores.*

Secunda cenſus muſculorum figura, qua latere ſiniſtro hominem depingit ſua item pelle tectum: dextra vero reliquos totius corporis muſculos exprimit. A



a. *Os occipitis nudum.*
b. *Splenius muſculus in latus ſiniſtrum reſupinatus.*
c. *Muſculus complexus.*
d. *Muſculus ſpinatus.*
e. *Muſculus obliquus aſcendens ex ſpina ſecundæ vertebræ ad apophyſim tranſuerſam primæ.*
f. *Muſculus obliquus aſcendens à commemoratâ apophyſi tranſuerſa ad occiput.*
g. *Muſculus rectus ſubiectum habens ſocium.*
h h. *Exprimere deberet Trapezium; ſed ſculptori inter calandum excidit.* B
i. *Muſculus Rhomboides omoplatæ.*
K. *Leuator omoplatæ.*
l. *Exiguus muſculus inſtratus cauitati, quæ eſt ſupra omoplatæ ſpinam.*
m. *Muſculus deltoides ex ſpina omoplatæ.*
O. *Superſcapularis, quam fruſtra nonnulli duplicem faciunt.*
P. *Muſculus deprimens, & retrorſum trahens brachium, veniens ab angulo inferiore omoplatæ.*
q. *Muſculus latiſſimus.* r. s. *Duo muſculi cubitum extendentes.*
t. *Portio brachiei cubitum flectentis.*
V. *Origo muſculi longiſſimi manus ſupinatoris.* C
u. *Olecranum ſeu tuber cubiti.*
X. *Os cubiti.* YY. *Portio duorum muſculorum carpiflexorum.* z. *Muſculus digitum tenſor.* & *Vnus ex carpi tenſoribus, biceps & bicaudatus.*
A. *Alter carpi tenſor priori ſocius.* BB. *Abductor pollicis.* C. *Pollicis tenſor.*
D. *Annulus ſeu ligamentum tendinum.* E. *Rhomboides, ſeu ſerratus ſuperius & poſticus.*
F. *Sacrolumbus duodecim habens tendines.* G. H. *Semiſpinatus.*
I. *Muſculus Rhomboides ſeu ſerratus poſticus & infernus.* K. *Muſculus lumbaris ſeu triangularis potius.*
L. *Primus & craſſior natium muſculus reſupinatus in latus ſiniſtrum.*
M. *Secundus natium muſculus, ſitu & magnitudine.*
N. *Tertius & minimus natium.* OOOO. *Quadrigemini quatuor.* P. *Obturator internus.* Q. *Obturator externus.* R. *Magnus Trochanter.* S. *Vaſtus externus.*
T. *Primus tibiam flectentium, quem ampliatum ſeu auctum dicere poſsis.* V. *Secundus.* D
X. *Tertius, ambo interni.* Y. *Maxima pars tricipitis.* A. A. *Gemelli.* B. *Solæus.*
1. *Thenar pedis.* 2. *Digitum flexor pedis paruus.*

FINIS LIBRI QVINTI.

A

DE TVMORIBVS CONTRA NATVRAM IN GENERE.

B

LIBER SEXTVS.

Quid Tumor contra naturam, vulgo Apoſtema dictus, & quæ illius ſint differentiæ. CAP. I.

Απόστημα vulgo dictum, *affectus eſt contra naturam, ex triplici morborum genere, intemperie, mala conformatione & continui ſolutione, in actionis læſionem coeuntium, compoſitus & connexus.* Hunc facit humor ſeu materia alia quæuis humori proportione reſpondens, partis, corporiſve eius, cui inſidet, functionem abolens, debilitans, aut deprauans. Apoſtematum differentiæ è quinque potiſſimum rebus duci ſolent: quantitate, materia, accidentibus, partium, quas obſident, natura, cauſis denique efficientibus. Has viſum eſt facilioris doctrinæ gratia ſequenti ſchemate deſcribere.

Quid apoſtema vulgo dictum.
Apoſtematum ſeu tumorum contra naturã cauſa materialis.

C

De Tumorum differentiis Tabula.

Apoſtematum differentiæ ex quinq; maxime rebus ducuntur.

- *Ex quantitate, ratione cuius apoſtemata dicuntur,*
  - *Magna, quæ Galeno libro de tumoribus contra naturam, & libro 2. ad Glauconem, phlegmonarum, quæ in partibus carnoſis contingunt, nomine generali comprehenduntur,*
  - *Mediocria, vt furunculi.*
  - *Parua, cuiuſmodi Auicennæ bothores & puſtulæ dicuntur, ſcabieiq; & lepræ genus omne, omnes deniq; exiguæ eruptiones.*
- *Ab accidentibus, vt*
  - *Colore, vnde dicuntur apoſtemata alba, rubra, citrina, flaua, liuida, nigra, & alterius coloris.*
  - *Dolore, duritia, mollitie, aliiſq; ſimilibus; vnde apoſtemata dicuntur, dolentia, indolentia, dura, mollia, & ſic de reliquis.*
- *A materia, vt quæ gignuntur & fiunt: quæ eſt vel*
  - *Naturalis.*
    - *Calida eaque, vel*
      - *Sanguinea, vnde vera phlegmone.*
      - *Biliosa, vnde verum eryſipelas.*
    - *Frigida eaq;, vel*
      - *Pituitoſa, vnde verum œdema.*
      - *Melancholica, vnde ſcyrrhus legitimus.*
  - *Non naturalis, quæ bonitatis naturæ ſuæ limites exceſſit: vnde tumores illegitimi. ergo, ex*
    - *Sanguinea.*
      - *Carbunculi, anthraces, Gangræna, eſtiomenus, Sphacelus fiunt.*
    - *Bilioſa*
      - *Craſſiore quidem Herpes exedens;*
      - *Tenuiore vero Herpes miliaris.*
    - *Pituitoſa*
      - *Apoſtemata aquoſa & flatuoſa, ſcrophulæ, nodi, tumoreſque omnes & excreſcentiæ phlegmaticæ.*
    - *Melancholica.*
      - *Scyrrhus exquiſitus ſeu illegitimus, durities, & cancroſi tumoris genus omne.*
- *Ex partium, quas obſident, conditione & natura, vnde ophthalmia oculi phlegmone; Parotis iuxta aures tumor; paronychia ad vnguium radices, de ſimilibus idem eſto iudicium.*
- *A cauſis efficientibus, ſeu potius efficiendi modo. Sic enim apoſtemata alia per fluxionem fieri dicuntur, alia per congeſtionem, illa fere calida ſunt, hæc fere frigida, vt ex ſequenti capite amplius innoteſcet.*

D

E

De cauſis generalibus Tumorum. Cap. II. A

Quibus maxime modis tumores contra naturam fiant. Caloris tres cauſæ. Doloris cauſæ quatuor.

APoſtematum cauſæ generales duæ exiſtant, fluxio nempe & congeſtio. Fluxiones fiunt vel partis mittentis occaſione, vel recipientis: pars quidem mittens ideo à ſe humores amandat, quod quæ ipſi inſidet, excretrix facultas eorum vel copia, vel qualitate moleſta, irritetur ad expulſionem. Pars recipiens attrahit & excipit caloris, doloris, imbecillitatis [illegible], ſeu naturalis, ſeu accidentaria ſit, laxitatis meatuum, & [illegible] ſitus occaſione. Caloris, in quacunque parte exiſtentis, cauſæ tres eſſe ſolent, nempe motus omnis immoderatus (ſub quo & frictiones continentur) calor externus, ſeu ab igne, ſeu à ſole, & medicamentorum alimentorumque acrium vſus. Doloris vero cauſæ quatuor exiſtunt, prima eſt intemperatæ rei ſubitus & rapidus incurſus, ab alicuius quatuor primarum qualitatum efficientia: Secunda eſt continui ſolutio à vulnere, luxatione, fractura, tortione, contuſione, diſtentione. Tertia eſt partis exquiſitus ſenſus, neq; enim ſi os diuidas vel frigori ſolum exponas, dolorem ſentias. Quarta eſt facultatis animalis velut attentio: alio enim conuerſus à doloris agente cauſa [illegible] dolorem percipit.

Cauſæ imbecillitatis duæ.

Pars imbecillis eſt natura vel caſu aliquo: natura quidem, vt glandulæ & viſcerum nobilium emunctoria. Caſu vero, vt ſi ipſam diu aliqua intemperies, acerbus dolor, fluxio [illegible] exercuerit & fatigarit, ſic enim robur minuitur & meatus dilatantur. Sed & ſitus decliuis humorum decubitui opportunitatem præbet. B

Duæ cauſæ congeſtionis.

Cauſæ congeſtionis duæ ſunt præcipuæ, nempe virtutis concoquentis, quæ in parte reſidet, infirmitas: vnde fruſtratur affluentis alimenti in partis ſubſtantiam aſſimilatio & excretricis facultatis ipſius debilitas. dum enim ſuperflua nequit pars excernere, [illegible] ipſorum [illegible] cumula[illegible] hinc ſæpius frigidorum apoſtematum à craſſo & lento humore origo, vnde curandi difficultas maior. Denique quā multæ ſunt apoſtematum cauſæ, omnes ad tres reuocantur, nempe ad primitiuas ſeu externas, ad antecedentes ſeu internas, ad coniunctas ſeu continentes, vt fuſius dicemus poſtea.

De Apoſtematum ſeu tumorum ſignis in genere. Cap. III.

Præcipua tumorum ſigna ducit ab eſſentia partis.

PRiusquam tumorum curationem aggrediaris, eorum ſpecies & differentias noſſe oportet, harum vero petenda notitia ex ſignis propriis, eadem, qua in aliis morbis, via. Sed quia propria & præcipua tumorum ſigna ducuntur ab eſſentia partis, quam occupant, habenda [illegible] partium notitia eſt, ſciendumque quæ ipſarum ſit eſſentia, quæ compoſitio. Vtrumque anatomes peritia, & [illegible] functionis obſeruatione perfecte docemur, cum præſertim affecta pars ex [illegible] eſt, [illegible], quæ in intimo latent corpore. nam partes externæ tumore præter naturam affectæ ſint, necne, cognoſcimus comparatione eius, quod ſecundum naturam eſt, ad id, quod contra naturam eſſe dicitur. Partem enim ſanam cum ægra comparantes, facile iudicabimus, num tumore præter naturam occupetur. Sed quia non ſatis eſt Chirurgo ſigna hæc vniuerſalia noſſe (nam & hæc vulgus nouit) ſcire neceſſe debet [illegible] magis propria & propinqua. Hæc autem ex materiæ & humoris, quo conſtant tumores, diſcrimine [illegible]. Sic enim docet Galenus, tumorum differentias omnes nalci ex influentis materiæ & tumorem [illegible] creantis natura & conditione. noſcuntur etiam ex his, quæ ſuperueniunt accidentibus, vt colore, [illegible], ſiue, mollitie, dolore, tenſione, renitentia. C

Lib. 2. ad Gl. & 13. meth. Sanguinei tumoris ſigna propria. Melancholici. Bilioſi. Tumorum notitia ex motu & exacerbatione.

Ergo dolor, calor, rubor, & tenſio ſanguineum humorem indicant: Frigiditas, mollities, & dolor non ita acer, pituitoſum: tenſio, [illegible], [illegible] & [illegible] quidam per interualla dolor, melancholicum. Color citrinus & pallidius, dolor mordax [illegible], bilioſum. Sed & apoſtemata periodos & exacerbationes habent, humorum, ex quibus fiunt, naturam & motum ſequentes. Quare ex motu & paroxyſmo, [illegible] humoris ſpeciem internoſceres: vt enim vere, ſic & matutinis horis ſanguinis incitatio eſt: vt æſtate, ſic & horis meridianis bilis flauæ: vt autumno, ſic & horis veſpertinis humoris melancholici: [illegible] hyeme, ſic & horis nocturnis humoris pituitoſi, exacerbationes vigent. Docent enim Hippocrates & Galenus, annum ipſum [illegible] morborum, adeo, vt quæ eſt quatuor anni temporum, eadem ſit quatuor diei quartarum ad humorum impetus, & motus proportio. D

Lib. 2. epid. Quid principium apoſtematis. Quid incrementum & ſtatus. Quid declinatio. Tumores quot modis terminentur.

Apoſtemata ſanabilia quatuor exigunt tempora, principium, incrementum, ſtatum & declinationem: atq. pro eiuſmodi temporum varietate varia fit etiam medicationis ratio. Principium tumoris ex eo agnoſcimus, cum pars tumere incipit. Incrementum, cum tumor, dolor, & alia accidentia [illegible] creſcunt & promouentur. Statum, cum ſupradictorum ſymptomatum nulla fit [illegible], ſed [illegible] que, quod ad ſummum peruenerint, in ſuo ſtatu permanent, velut immota, [illegible] degeneret, & in aliam ſe humoris ſpeciem mutat: Declinationem, cum tumor, dolor, [illegible] do minuuntur. Hinc vero præſagiet Chirurgus, quis tandem tumoris futurus ſit terminus: nam tumores quatuor modis terminari ſolent, modo repercuſſis [illegible] humorum [illegible] efficientium motus non intercipiatur, vel ipſi ſine vlla occaſione manifeſta [illegible] pus non [illegible]. Primo ergo terminantur inſenſibili tranſpiratione, ſeu reſolutione. Secundo ſuppuratione, cum materia coquitur, & in pus abit. Tertio induratione, cum in ſcyrrhum degenerat, humoris tenuiore parte reſoluta. Quarto, qui eſt omnium teterrimus, partis corruptione & Gangræna, cum ſcilicet ipſa humoris impetu influentis vel copia vel qualitate, vel vtraque victa in eam intemperiem deuenit, vt propria ipſius depereat actio. Optimum eſt reſolutione tumorem terminari: peſſimum corruptione, velut ambigunt ſuppuratio & induratio: quanquam illa longe hac eſt melior. E

Signa tumoris reſolutione terminandi. Suppurationis ſigna.

Signa quibus præſagiet Chirurgus apoſtema terminandum reſolutione, ſunt tumoris, doloris, pulſationis, tenſionis, caloris & aliorum accidentium remiſſio, membri inſolita alacritas & pruritus atque hoc fere modo terminatur apoſtemata calida, quod calidus humor tenuitate ſua reſoluatur facilius. Suppurationis ſigna ſunt doloris, caloris, [illegible], pulſationis & febris intenſio: nā Hippocratis ſententia, *dum pus fit, dolores & febres magis fiunt, quam pure iam confecto.*

Atter.tum

A Attentum vero eſſe Chirurgum oportet ad ſuppurationis huius, dum fit, notitiam. *Sæpe enim pus latet, propter* (vt ait Hippocrates) *obiectã & obtentã partium craßitiem.* Signa apoſtematis in ſcyrrhoſam duritiem abeuntis, ſunt tumoris diminutio, & durities in parte derelicta. Cauſa non abeuntis cum tumore duritiei eſt naturæ infirmitas, humorum craſsities, ac lentor, & Chirurgi imperitia, qui nimium reſoluentibus diutius vſus, tenuiore humoris portione reſoluta, reliquæ portioni craſsiori, quo fæcis terrenæ inſtar concreta ſubſideret, occaſionem attulit. Sic enim figulina ad ſolis ardorem reſiccata indurantur. Sed & alia ratione Chirurgus imperitus, ſcyrrhoſæ duritiei anſam poteſt præbere: nimio nempe repercutientium vſu condenſata cute & metaſtaſis humoribus. At apoſtema in gangrænam faceſſere ex eo intelliges, ſi caloris, ruboris, doloris, pulſationis & tenſionis accidentia fuerint intenſiora, quam in ſuppuratione eſſe ſoleant: ſi dolor ſtatim ſine cauſa manifeſta ceſſauerit, ſi pars liueſcat, nigreſcatve; ſi denique fœteat. Sed fuſius de hac re poſtea cum de Gangræna & Sphacelo agemus. Subita & ſine cauſa manifeſta tumoris diminutio ſignum eſt relapſæ & conuerſæ intro in corpus materiæ, cui rei occaſionem præbent immodicus refrigerantium vſus. Aliquando & flatus multus ipſi materiæ permixtus, etſi in admotis nihil peccatum fuerit. Humoris hunc in corpus regreſſum ſequuntur febres, multaque alia
B ſymptomata maligna, vt Syncope & Conuulſio per tranſlationem ad partes nobiles.

Signa & cauſa tumoris in ſcyrrhum terminandi.

Gangrænæ imminentis ſigna.

Deliteſcentia vulgo dicta & ſigna.

De Apoſtematum prognoſi. CAP. IV.

TVmores ab humore melancholico, phlegmatico, craſſo denique lento & viſcoſo ad ſui curationem longius tempus exquirunt, quam qui ſunt à ſanguine aut bile. Difficilius vero curantur, qui ab humoribus ſunt non naturalibus, quam qui ſunt ab humoribus, qui naturæ adhuc tenentur dominio. Nam qui à natura deſciuerunt humores, magis qualitate, quam quantitate peccant, varias rerum à natura abhorrentium formas ſubeunt, quæ nunc cum humoribus naturalibus ſimilitudine & affinitate ſanguinis, vt ſeui, pultis, mellis, amurcæ, fæcis vinariæ & corporum ſolidorum, vt lapidis, arenæ, carbonis, teſtaceæ, non raro & animalium, vt vermium, ſerpentum, ſimiliumque monſtrorum. Tumores, qui partes internas, & viſcera nobilia obſident, periculoſiores ſunt & lethaliores, vt & illi, qui in articulis aut ad articulos extant. Periculoſi & illi tumores extant, qui magna vaſa, vt venas, arterias, & neruos obſident, hæmorrhagiæ, ſpirituum reſolutionis & conuulſionis metu. Sic & enormi magnitudine apoſtemata ſæpe lethifera ſunt, ob magnam, quæ fit, ipſis apertis, ſpirituum reſolutionem.
C Quæ in ſcyrrhum degenerant apoſtemata, diuturni omnia temporis, & operoſæ ſunt curationis: vt & hydropicorum, elephanticorum, lentiginoſorum & omnium cacochymorum: ſæpe enim in vlcera maligna & male morata abeunt.

Tumores frigidos diuturnioris eſſe curationis.

Qui à materia non naturali fiunt tumores, difficilius ſanari.

Hip. aphor. 8 ſect. 6.

De Tumorum contra naturam vniuerſali curatione. CAP. V.

IN apoſtematum curatione tria veniunt obſeruanda, Primum eſt eſſentia apoſtematis: ſecundum qualitas humoris apoſtema committentis: tertium partis obſeſſæ temperies. Prima indicatio ab eſſentia, id eſt, tumoris magnitudine aut exilitate ducta, curandi rationem euariat, nam pro tumoris magnitudine augenda, minuendaue ſunt remedia. Secunda ab humoris natura ducta curandi quoque rationem mutat: aliter enim Phlegmone quam Eryſipelas, aliter Oedema, quam Scyrrhus; aliter ſimplex, quam compoſitus tumor curanda veniunt. Sed & tumorem ab humore non naturali aliter curabimus, quam eum, qui eſt ab humore naturali, & aliter eum, quem facit congeſtio, aliter eum, quem defluxio. Tertia indicatio à natura partis, in qua tumor reſidet, ſumitur. Per partis vero naturam, temperiem, conformationem, ſitum & facultatem, functionemq; intelligimus. Temperies indicat alia
D remedia partibus carnoſis, vtpote humidioribus, alia neruoſis, nempe ſiccioribus conuenire: alia enim oculo, alia [illegible], alia partibus, quæ ſubſtantiæ raritate fluxionem facilius admittunt, alia his, quæ denſitate eandem recipiunt. Situs vero partis apprime venit conſiderandus, ſi nempe connexionem per ſe habeat cum magnis vaſis, ſi opportunitatem habeat humoris & puris concepti effundendi. Facultatem vero [illegible] Galenus & ſenſum partis intelligit. Hinc autem curandi multiplex indicatio. Partium enim aliæ ſunt principes, vt cerebrum, cor & iecur, harum namque virtus in vniuerſum corpus per neruos, arterias & venas peruadit: Aliæ principes quidem non ſunt, ſed tamen ita neceſſariæ, vt ſine his animal ſuperſtes eſſe nequeat, vt ventriculus: Aliæ ſenſu ſunt acerrimo præditæ, vt oculus, membranæ, nerui, tendines, itaque neque acria, neque mordicantia medicamenta ferre poſſunt. His indicationibus in mentem reuocatis, perficietur indicatio tribus ſequentibus intentionibus, ſi ſcilicet humorem ſpectemus influentem, vel qui eſt paratus influere, ſi materiam coniunctam ſeu humorem parti impactam; ſi accidentium correctionem: ſic tamen vt ſemper ordinis vrgentioris & cauſæ ratio habeatur. Ergo initio ad materiam antecedentem apponenda ſunt repercutientia, fortia vel debilia [illegible] humorem, qui fit adhuc, attendentia, ſex tantum conditionibus tumorum exceptis. Prima eſt ſi [illegible] materia venenoſa. Secunda, ſi abſceſſus ſit criticus; Tertia, ſi iuxta viſcera nobilia fiat fluxio;
E Q[illegible], ſi craſſa ſit materia, lenta & viſcida, Quinta, quando in imo latet materia, id eſt, per profundas [illegible], Sexta, cum in adenoſa corpuſcula incumbit. Quod ſi plethora corpus vniuerſum occupat, [illegible] conuenienter inſtituenda eſt, vacuatio & phlebotomia, frictiones & balnea imperanda, cacochymiam emendabunt diæta & purgatio. Si fluxionem inuitant partis recipientis imbecillitas, roboranda illa erit. Si inferiore ſitu pars exiſtat, ita componatur æger, vt pars excipiens, quantum [illegible], ſuperiore ſit ſitu. Si dolor fluxionis in cauſa ſit, anodynis ipſum ſedabimus. Si leuitas humoris fluxionem faciat, medicamentis & alimentis erit inſpiſſandus. Quod vero ſpectat ad materiam coniunctam, quæ ipſi contra naturã eſt, vacuari inde poſtulat reſoluentibus, vt cataplaſmatis, litu, fotu,

Quæ conſideranda in tumorum curatione aggredienda.

Quid per partis naturam intelligendum.

Quid per partis facultatem intelligendum ſit.

In curatione perficienda quæ conſideranda.

Quæ deberent nos ab vſu repercutientium.

fotu, cucurbitulis: vel vacuantibus vt ſcarificatu, vel ſuppurantibus procurata vomica. Quod denique ad coniuncta pertinet accidentia, febrem nempe, dolorem & ſimilia, mitiganda illa erunt medicamentis anodynis, lenientibus, & relaxantibus, vt fuſius dicemus poſtea. A

De quatuor primis & generalibus Tumoribus, aliiſque, quæ ad hos reuocantur, Apoſtematibus. Cap. VI.

Qui tumores ad phlegmonem reuocentur. *Qui ad eryſipelas.* *Qui ad Oedema.* *Qui ad ſcyrrhum.*

DE tumoribus calidis huc vſque diximus, dicendum nunc de frigidis. Frigidi tumores omnino duo exiſtunt. Oedema & Scyrrhus. Et quanquam à veteribus & Hippocrate œdematis nomen pro omni tumore in genere vſurpatum legatur: à Galeno tamen & qui ſecuti ſunt Medicis, ab ampla illa & generali ſignificatione ad anguſtum magis reuocatum eſt, vt tumoris tantum certam quandam ſpeciem deſignaret. Eſt igitur Oedema *tumor mollis, laxus & indolens ex humoris pituitoſi collectione.* Veteres tumorum ex humore pituitoſo octo ſtatuerunt differentias. Primam verum & germanum œdema dixerunt ex pituita naturali: ex non naturali autem per alterius humoris admixtionem tres alias ſpecies emergere voluerunt, vt eſſet ab admixtione ſanguinis œdema phlegmonodes, & ſic de reliquis. Præterea cum cernerent, pituitam non naturalem vel flatu admixto turgere, vel aqua & ſero diffluere, œdemata alia flatuoſa, alia aquoſa nuncupauerunt: ſed & cum cernerent eandem pituitam ſæpe in gypſeam quandam ſubſtantiam concreſcere, hinc œdematis aliam ſpeciem producere cenſuerunt, quam alias atheromatis, alias ſteatomatis, alias meliceridis nomine expreſſerunt: quemadmodũ & eam demum œdematis ſpeciem, quæ à pituita fit putrente & corrupta ſcrophularum nomine donarunt. Animaduertendum enim, pituitam alias naturalem eſſe atque ſola copia peccare, ex qua fit œdema verum: alias non naturalem fieri. Fit autem non naturalis, vel alienæ ſubſtantiæ admixtione, vt ſanguinis, bilis, aut humoris melancholici, vnde tria emergunt œdematis genera obiter notata. vel propriæ ſubſtantiæ putredine & corruptione, vnde ſtrumæ & ſcrophulæ: vel concretione, vnde glandulæ & luparum genera omnia, gangliorum atque nodorum: vel reſolutione, vnde flatuoſi tumores omnes & aquoſi, vt hydrocele, pneumatocele, atque hydropum genera omnia. Cauſæ omnium œdematum ſunt, fluxio humoris pituitoſi flatuoſive in partem aliquam, vel eiuſdem ſenſim facta in parte aliqua congeſtio, propter imbecillitatem in coquendo alimento & excernendo excremento: Signa ſunt color ſubalbidus, & cutis æmulus, tumor mollis, rarus & laxus à liquoris, quo diffluit, copia, & indolens, quod nullum feruoris, neque manifeſti frigoris ſenſum inferat humor hic appreſſo digito impreſſum manet veſtigium, ob humoris craſſitiem & ad motum tarditatem. Hyeme potius, quã æſtate ſurgunt œdemata, quia congerendæ pituitæ hyems eſt accommodatior: partes neruoſas & glanduloſas maxime obſident, quod exangues ſint frigidæ, & ob laxitatem fluxioni excipiendæ magis opportunæ: eadem de cauſa, corpora cacochyma, ſenilia, & inexercitata hoc præſertim tumoris genere conflictantur. Terminatur œdema nonnunquam reſolutione, ſed ſæpius concretione, rarius ſuppuratione, propter caloris in eo humore paucitatem. Oedema ſymptomaticum, vt quod ad hydropem aut tabem ſequitur, curationem non admittit, niſi ſublato prius morbo.

Quid oedema. *Oedematũ differentia.* *Quot modis pituita fiat non naturalis.* *Cauſa.* *Signa.* *Prognoſis.* *Quibus modis terminentur œdemata.*

D E

Generalis curatio in duobus poſita eſt, nempe in vacatione materiæ coniunctæ, & prohibenda generatione antecedentis. Vtrumq; quatuor maxime ſcopis cõſequemur: Primum quidẽ idonea vitę inſtituta ratione, & mediocritate pręſcripta in ſex rerũ non naturalium vſu. Deligend⁹ ergo aer calid⁹, ſiccus & tenuis: vinum in potu imperandum, quod medię ſit naturę: panis ſit bene coctus: cibi pręſcribẽdi qui bo-

Scopi curandorum œdematum. *Diæta.*

A qui bonum ſuccum generent, ii que toſti potius, quam elixi. Interdicendum omnibus fructibus, iuſculis & lactantiis: ſaxatiles piſces erunt deligendi: in eſu mediocritatem; in potu, quam maxime poterit, ſobrietatem æger ſeruabit, metu cruditatum: à paſtu vtetur puluiſculis concoquentibus vel trageta cõ- *In Genere qui medm.* minali: aluum ſi natura ciere non poterit, arte ſollicitabit. Ante paſtum corpus æger exercebit, vt ſic humoris huius ſenſim diſſipationem faciat, & calorem natiuum excitet. Parcius dormiet, quod ſomnus diuturnior humores frigidos accumulet: mœrorem & triſtitiam fugiet. Atque ſi corpore ſit imbecillo, à venere abſtinebit, ne ad præſentem imbecillitatem aliam ex venereorum vſu adiungendo, corpus ad inemendabilem frigiditatem deducat, vnde cruditatum amplior prouentus: alioqui ſi corpore ſit vegeto & robuſto, tali exercitio, & venereorum vſu omnino moderato incaleſcet magis, & exiccabitur. Sic enim intelligenda venit Hipp. ſententia. *Venerem à pituita morbis remedio eſſe*, vt monet Gal. *in comment:* Secundum vero ſcopum attinget Medicus, ſua conſilia in eam partem, vnde humoris pituitoſi origo eſt, conuertendo. Si enim à ventriculo, aut ſtomacho, aut aliunde eſt malum, roboranda pars erit mandans: ſi à toto corporis habitu, præſcribentur medicamenta attenuantia, incidentia & aperientia. Tertium ſcopum contingemus, humorem in parte impactum euacuando topicis medicamentis, pro

6. epid ſect. 5 ſen. 23.

Lib. 2. ad Gl. cap 3.

B quatuor tumoris temporum varietate variatis. Nam in principio & augmento, Gal. imperat fotum ex oxycrato cum ſpongia. Quin etſi brachium vel tibiam occupet œdema, tum faſcia repellens valde ex vſu erit, inferne nempe ſurſum verſus ducta. Sed & in eundem ſcopum ſequentia proficient medicamina. ℞ *lixiuii ex cineribus ſarmentorum & caulium an.* ℥ *iiij. tartari & alumi. an.* ℥ *ß. aceti.* ℥ *ij. miſce omnia ſimul, & fiat decoctio in qua imbuta ſpongia fouebitur locus.* Vti etiam poteris ſequenti cataplaſmate, ℞ *farinæ hordei* ℥ *iiij. coquantur in lixiuio commun. addendo puluer. nucum cupreſſi corticum granat. balauſt. an* ℥ *j. myrrhæ, aloes, alum. an.* ℥ *ß. olei myrtill.* ℥ *ij fiat cataplaſma.* In ſtatu & declinatione vtendum erit medicamentis deſiccantibus & reſoluentibus. Vt ℞. *nucum cypreſſi, grana. ſumach. balauſt. an.* ℥ *j ſaluiæ, origani calament. hyſſopi, meliſſ. an. m. j. abſynthii, plantag. caudæ equi. Tapſi barb. centino. an. m. ß. alumi. tart. & ſalis com. an.* ℥ *j. coquantur cum lixiuio, fiat fotus ex ſpongia:* à fotu apponetur ſequens cataplaſma: ℞. *rad. bryoniæ.* ℥ *ij. abſinth. plantag. centau. chamæ. meliloti, puleg. an m. ß. coquantur in hydromelite, piſtentur, tramitantur, addendo puluerus roſ. rub. chamæ. melil. an.* ℥ *j. fiat cataplaſma.* Denique emplaſtris & vnguentis reſoluentibus hic ſalubriter poteris vti, prius tamen calefacta parte, frictione & fotu tum humido, tum ſicco: alias non facile emplaſtra in actum ſuum erumpent, propter inſignem partis frigiditatem, quæ

Fomentum.
Cataplaſma.
Faſcia.
Linimentum.

In emplaſtris imponendis quæ adhibenda cautio.

C neque aſſimilandis ſuccis alibilibus, neque excernendis inutilibus ſufficiat. Fotus fiet, ex decocto ſaluiæ, roriſmarini, thymi, lauendulæ, florum chamæ. melil. roſarum. rub. rad. ireos, ſtœchados & ſimilium in vino albo, addito aceto pauco. In eodem decocto candentes lateres extinguentur, & linteis inuoluti parti affectæ circumponentur, hinc enim erumpit vapor, cui vis ineſt attenuandi, incidendi, reſoluendi & roborandi. Sed & laterum loco ſalubriter vti poterimus veſicis ſuillis aut bubulis, præſcripto decocto ſemi impletis & calentibus impoſitis. Frictiones fient ex linteis calentibus, ſic calor natiuus vna cum ſanguine & ſpiritibus in partem euocatur: humores fuliginoſi ſubcutanei reſoluuntur; ex quo partis robur inualeſcit.

De Flatuoſis & aquoſis tumoribus. CAP. XVII.

MOnuimus antea, œdematis nomine non modo tumores flatuoſos & aquoſos comprehendi, ſed & eos, qui eſſent ex pituita concreſcente, vt atheromata, ſteatomata & meliceriides. Flatuoſi tumores fiunt ex vapore & flatu, alias ſub cute, alias ſub membranis, vt perioſtio & pericranio coercito, vnde ſæ n dolores propter partium exquiſito ſenſu præditarum diſtentionem & diſtractionem: alias viſcera, vt ventriculus & inteſtina, flatu diſtenta tument, vt in Tympanite. A vero & legitimo œdemate hoc differunt, quod appreſſi digiti impreſſum non relinquunt veſtigium, quod vapore turgeant, non humore: vapor autem compreſſus celeriter redit, vt in Æolipilis cernere eſt. Cauſa eiuſmodi tumorũ eſt caloris natiui imbecillitas, que pituitam, ex qua facile rareſcentibus flatu°, reſoluere & diſſipare nequit. Sic enim ſol qui portione quadam calori noſtro natiuo reſpondet, matutinus nebulas per aerem ſparſas reſoluere nequit, quas idem meridianus facile in tenues & inaſpectabiles auras diſſipat. Hoc fere modo calor noſter infirmior, ex pituita, quam exoluere non potuit, vapores ſuſcitat, inflationum materiam: ſed ſæpe etiã natiuus calor ſit validus, quia tamen humor in profundo vel membranarum quarundam, aut tendonum, ligamentorumve denſitate coercitus tenetur, vapor ſuſcitatus expirare nequit, quo fit, vt ſenſim accumulatus tumorem faciat. Eiuſmodi tumoris ſigna ſunt, quidam velut renixus, qui appreſſis digitis ſentitur: imo & tinnitus ex percuſſo velut tympano, ſi multus præſertim ſubiit flatus, qualis in ventris capacitate & in totorum maſculorum manibus interſtitiis ſæpe colligitur. Tumor nec rubet, nec calet, ſed friget potius, albetque vt in œdemate. articulos ſæpe occupat, & præſertim genua: ſolutu valde eſt contumax. Si in inteſtinorum capacitate eiuſmodi colligitur flatus, colicam flatuoſam infert, à qua tanta ſæpe diſtentio eſt, vt inde ruptis & dilaniatis inteſtinorum tunicis mors conſequatur.

Quibus in locis flatus colligantur.

D

Quibus differunt flatuoſi tumores à vero œdemate.

Flatuoſi tumores quam cauſam habeant.

Signa tumorum flatuoſorum.

Colica flatuoſa, quantum trucidatur.

E

De curatione flatuoſi & aquoſi tumoru, CAP. XVIII.

FLatuoſos & aquoſos tumores tribus maxime rebus curabimus. Primum diæta eadem, quæ in œdemate præſcripta: deinde roboratis partibus coctioni dicatis, vt ventriculo & hepate rerum præſertim aromaticarum vſu temperato, vt diacumino, diacalamentho, aromatico caryophyllato, aromatico roſato, & aliis ab his pro arbitrio eius, qui curationi præerit Medici, præſcribendis: denique ablatione materiæ, quod fiet exiccantia & attenuantia medicameta, quę carminatiua nominãt, vt calefacta parte humor diſcuſſus ſubiectus diſſipetur. Varianda tamen erunt huius generis præſidia pro par-

Diæta.
Viſcera roborantia.
Vacuantia materiam conſũctam.

tium varietate: alia enim ventriculo, alia inteſtinis, alia veſiculis, alia partibus carnoſis erunt applicanda. Ad colicam iniiciuntur clyſteres carminatiui, apponuntur reſoluentes ſacculi, & vmbilico affiguntur cucurbitulæ. Si pars externa, vtimur fotu, linimentis, ſi prægrauans adeſt dolor. Item cataplaſmatis & emplaſtris. Vt ℞ *florum chama. melil. roſ. in numero ar. ruo. an p. j. abſinth. hyſ. pi. an m. ij. coquantur in lixiuio, addendo aceti parum pro fotu cum ſpongia.* G... [illegible] partem oxyrhodino [illegible] tale, ſpongiam [illegible] inde imbutam in parte diutius hærere vult. ℞ *olcor. chamæ. aneth. rut. & liliorum an. ℥ j. ol. laurini ℥ ß. ceræ albæ ℥ vj. aquæ vitæ ℥ j. [illegible] fiat linimentum* quo inunctæ partes præmiſſo fotu. ℞ *farinar. fabar. orobi an. ℥ iij. coquantur in decocto pulegii, origani, calaminth. [illegible] addito puluerum chamæm. & melil. an. ℥ ß. ſulphuris viui ſubtiliter puluer. [illegible] ℥ ij. oleor. aneth. & chama. ℥ ij. fiat cataplaſma.* ℞ *ſtercoris caprini bene triti ℥ iiij. flor. chama. melil. an m. ß. furfur. farinar. fabar. & orobi an. ℥ ij. coquantur cum lixiuio commun. addendo terebint. ℥ iij. oleor. aneth. & rut. an ℥ ij. fiat [illegible] ad vſum dictum.* Emplaſtrum de vigo cum mercurio & ſine mercurio in eam rem valde prodeſt. Notandum vero, eiuſmodi medicamenta calida actu parti imponenda eſſe, eumque calorem continendum & renouandum circumappoſitis linteis, lateribus, lagenis, ſimilibusque rebus calentibus.

Roborantia. Reſolutis humore flatuque qui in parte concluſi detinebantur, pars roboranda erit, ne ſubinde ſimilem materiam vel excipiat, vel gignat. Id fiet fotu & cataplaſmate ſequentibus. ℞ *[illegible] cortic. granat. ſumach. berberu. balauſt. an. ℥ j. [illegible] ſaluiæ, [illegible] lauendul. an. m. ß.* B

Fotus. *florum chama. melil. roſar. anthos an. p. j. aluminis [illegible] an. ℥ j. bulliant omnia in aqua [illegible] vino auſtero. fiant ſacculi pro fotu, aut decoctio pro fotu cum ſpongia.* ℞ *farinar. fabar. hordei & lupin. an ℥ [illegible] Terebint.*

Cataplaſma. *com. ℥ iiij. puluer. radicum ireos, mal. an. ℥ ß. mel. com. ℥ ij. ß. [illegible] decoctionis quantum [illegible] fiat [illegible] ad formam pultis ſatis ſpiſſæ, applicetur parti [illegible] calide præmiſſo fotu.*

Aquoſi tumoris ſigna. *Cur ſæpe aperiendus ferro tumor aquoſus.* *Hiſtoria.* Aquoſi tumoris ſigna eadem ſunt, quæ & flatuoſi, [illegible] & magis ſplendet, & ad digiti impulſum ſemiplenæ velut veſicæ murmur ſubauditur. Tumor ergo [illegible] ſi non reſoluentibus ſupraſcriptis ceſſerit, via erit ſcalpello aperienda, eodem quo in phlegmone diximus modo. Nam & ſæpe id remedii genus neceſſario venit vſurpandum, non tantum ob liquoris, qui reſoluentibus non cedit, contumaciam, ſed & quia cyſti propria concluditur, cuius denſitas reſoluentium medicamentorum vim eludit, nec intro ad humorem penetrare patitur. Quemadmodum ego ſuperiore anno ſum expertus in puella ſeptem annos nata, quæ cum [illegible] laboraret, ad eam pie reſoluendam reſoluentia omnis generis temere eidem progreſſus, tandem coactus ſum aperitionem moliri ſcalpello, non eo tantum, vt liquorem contentum euacuarem, ſed & vt cyſtim inde reuellerem, qua nihil [illegible] reſecta, [illegible] C Aduocauerat me, quid op[illegible] peragerem, Ioannes Altinus Doctor Medicus. Curationi præerat Iacobus Guillemeau Regius Chirurgus.

De Atheromate, Steatomate, & Meliceride. Cap. XIX.

Quid atheroma, ſteatoma & meliceris differant. ETſi hi tumores eodem genere cum reliquis œdematoſis tumoribus cenſeantur, hoc tamen differunt, quod eorum materia ſit [illegible] & proprio velut loculo concreta concludatur. At inter ſe hoc diſcrepant, quod ſteatomatis materia, vt nomen ipſum ſonat, ſeuo ſimilis ſit, & ſi eadem non raro diſſerta conſpiciatur corpuſculis multis duris, lapideis, alias oſſeis, & calloſis, vnguium galli [illegible] æmulis. Nam & tradit Philoxenus, materiam ſæpe in ſteatomate aliquando compertam, & ſimilia communi tumorum materia abhorrentia corpora. Atheromatis materia pulenti, qua veſcuntur [illegible], ſimilis eſt. Meliceris materiam continet colore & conſiſtentia melli ſimilem. Apparent autem

Signa. hi tumores nulla præcedente inflammatione. Hos ſic erit dignoſcere, ſteatoma renquis duobus durius eſt, nec digito prementi cedit, & vbi remouendo cedunt, non facile & prompte reuertitur, quod craſſior ſit materia, eundem cum cute colorem [illegible] indolens & figuræ oblongæ. Meliceris cedit tactui, tanquam corpus laxum & molle, ac facile depreſſa [illegible] ſtatim que in priorem locum tumoremque facile remeat. Ab atheromate figura & ſubſtantia differt. Nam & globoſa magis eſt, & materia tenuiore ac ſublucente, ſed & plus, quam atheroma occupat ſpatii, & tactui magis eſt obſequens, cætera etiam indolens. D

De chirurgia his tumoribus adhibenda. Quod ad manus attinet operationem, non magnopere videtur intereſſe, eiuſmodi ſit materia, ſebone, melli, an polenti ſimilis. Vna & ſimplex operandi ratio eſt, vt humorem contentum, [illegible] conceptaculo ſuo tollas. Notandum tamen eiuſmodi tumorum alios in ſuperficie cutis velut pendulos huc illuc facile impelli, alios contra profundius defixos cum vicinis corporibus firmiter cohærere, hique manum ſolertem & induſtriam expoſcunt metu hæmorrhagiæ & conuulſionis ab excidendo neruo.

Qua cauſa ſit vt aperto hoc tumorum genere animacula reperiantur. Multa ſunt alia tumorum genera, vt Teſtudo, Nata, Glandula, Nodus, Botium, Lupia, quæ vt materia (ſunt enim omnia ab humore pituitoſo, craſſo, lento & viſcido) ſic ſpecie cum atheromate, ſteatomate & meliceri ſe continent. Quin & in his apertis plerumque cernas omnis generis, & à communi tumorum materia longe diſſita corpora, vt lapides, cretam, arenam, carbones, cochleas, ſpicas, fœnum, cornua, pilos, carnes, [illegible] ſpongias, cartilagines, oſſa, integra etiam animalia, tum viua, tum mortua. Quarum rerum generatio (per humorum corruptionem & alterationem) non nos admodum tenebit attonitos, ſi conſideremus, quod quemadmodum ex totius magni mundi ſeminibus & elementis omnibus, natura hominem microcoſmum concinnauit, vt illius magni mundi eſſet viua velut imago: ſic in illo omnes omnium motuum & actionum ſpecies elucere vult nunquam in nobis otioſa, quamdiu materia generationi non deeſt. Quia vero rara eſt, vel nulla potius de his tumoribus apud veteres mentio, paucis aperiemus, quid de illis recentiores ſentiant. Teſtudo igitur, inquit [illegible] tumor eſt [illegible] E

Teſtudo & talparia quid. *naturam, melius diſſolus, & ad teſtudinis formam conameratus. nonnunquam in capite inſurgit, [illegible]*

Nata quid. *paria dicitur. Nata, ingens tumor eſt & carnoſus, [illegible] vel etiam natium humanarum [illegible]*

ex quo

A ex quo nomen adeptus videri poſſit niſi eo referre malimus, quod ſæpius in natibus oboriatur, quam in vlla alia corporis parte. Glandula, nomen habuit à glande querna, cui tumoris circũſcriptione eſt affinis: vel quod in humani corporis glandulis & emunctoriis frequenter excitetur. Nodus, *tumor eſt rotundus, durus & immobilis ab intorto in nodum fune dictus*. Guido Cauliacenſis aſſerit, nodos fere ſuboriri in corporibus neruoſis; at hodie non ita raro in oſſibus venenata lue affectis exurgunt.

Glandula. *Nodus.*

De Lupiarum ſeu Gangliorum curatione. CAP. XX.

Quid ganglion.

LVpia ſeu Ganglion *tumor eſt alias durus, alias mollis, ſemper tamen rotundus, in partibus ſiccis, duris, & neruoſis exurgere ſolitus.* Cumque commemoratorum ſuperiori capite tumorum alii parti, cui adnaſcuntur immobiles hæreant, quod nulla cyſti coerceantur, alii mobiles ad digiti impulſum velut fluctuent, quod cyſti concludantur, fere fit, vt Lupiæ ſuam cyſtim habeant, qua contineantur, atque de illarum curatione eo libentius & ſpecialius nobis nunc agendum putamus, quod curatu ſint contumaciores, vbi præſertim inueterauerint. *Quid a ſuperiore capite expoſitis tumoribus differant ganglia.* Harum cauſæ primitiuæ ſunt ictus obtuſi, lapſus ex alto, ſubluxationes & ſimiles aliæ occaſiones. Antecedentes vero & coniunctæ eædem ſunt cum atheromatum, meliceridũ,
B & ſteatomatum cauſis. *Cauſa.* Signa, quibus, cum adſunt, dignoſci queant, præmiſſa ipſarum deſcriptio ſuppeditabit: certe à paruis admodum initiis ſenſim in magnam molem ſex vel ſeptem annorum ſpatio aſſurgunt, harum aliæ valde tactui cedentes ſunt, omnes fere indolentes. *Signa.* Incipientes & nunc primum emergentes incremento prohibebis validiore & frequentiore digitorum attritu. *Incipientiũ gangliorum curatio.* Sic enim vna cum cute rareſcit ipſarum cyſtis, humorque contentus incaleſcit, attenuatur & reſoluitur. Quod ſi ſic nihil profeceris, tota manu aut aſſula lignea in eas, quam grauiſſime poteris, eſt incumbendum, quouſque ſub impreſſione cyſtis concrepans media findatur. Hinc ipſi lamellam plumbeam hydrargyro illitam fortiter apprimes & alligabis: huic enim mirificam reſoluendi & abſumendi humoris ſubiecti vim ineſſe multoties ſum expertus. *Lamina plumbea hydrargyro illita.* Quod ſi lupia eo ſit in loco, in quo validam impreſſionem facere non liceat, vt in facie, thorace, ventre & gula, apponetur emplaſtrum quod reſoluendi vim habeat, quale eſt, quod ſequitur. *Emplaſtrũ reſoluens.* ℞. *gummi ammon. bdellii galba. an. ℥ iij. liqueſiant in aceto, & traiiciantur per ſetaceum, addendo olei liliorum & lauri. an. ℥ j. aquæ vitæ parum, pulueris ireos, ſalis armon. ſulphur. viui, vitrioli romani an. ʒ ß. incorporentur omnia ſimul, & fiat emplaſtrum ſecundum artem.* Quod ſi ne ſic quidem tumor reſolui poſſit, ſcalpello vel cauterio aperiendus eſt. *Cyſtim putrefacientia.* Eſcharæ poſtmodum lapſu procurato, & cyſti conſumpta cum ægyptiaco,
C mercuriali puluere & ſimilibus, vlcus erit detergendum, carne implendum & cicatrice obducendum. Aliquando in tantam molem creſcunt lupiæ, vt remediis deſcriptis ſanationẽ recipere nequeant, quare manu & ferro radicitus ſunt reuellendæ, modo nullum ex earum magnitudine periculum immineat, modo vicinis partibus non hæreant arctius, modo maioribus venis & arteriis nimium vicinæ non ſint: ſatius enim erit in tali cauſa eas ſinere. Amputandarum vero & reuellendarum ipſarum hæc ars fuerit. *Amputandorum gangliorum ratio.* Parua inciſio ad cyſtim vſq; facienda eſt, qua ſpecillum demittatur dimidium digitum craſſum, in medio cauum, in extremo rotundum, quantum res exiget, longum: id inter cutem, cyſtimque ſæpius circumducere ad lupiæ vſque radicem oportet, quo ſic ſecundum ipſius longitudinem cutis diuidatur, iterum aliam inde inciſionem per tranſuerſum ſic facere oportet, vt decuſſatim ſe interſecent, mox à cyſti cutem diſtrahere ab angulis lupiæ radicem verſus conuenit, idq; digitis tenui linteo inuolutis, vel etiam nouacula, ſi ſit opus. Notandum vero, in lupiis quædam ſemper ſubeſſe vaſa, quæ initio parua, mox progreſſu temporis aucta ſunt, ad lupiæ incrementum, cuius ſunt velut radices: quare inter ſecandum, ſi qua ſuborietur hæmorrhagia, ea ſiſtetur vinctis ad ſua capita & radices vaſis, vel ſtricta ligatura ad radices lupiæ, ſiet cum funiculo torto vel filo pluries duplicato, cuius extrema & veluti capita ex-
D trorſum pendeant, quouſq; nodus ſua ſponte decidat. Nec vero ſufficiet, totum hunc tumorem amputaſſe, ſed & cutis portionem, qua moles ipſius tegebatur, reſcindere oportebit, eiuſque tantum relinquere, quantũ tegendæ parti ſat erit, hinc acu filum ducente, inciſionis labia in vnum adducentur, interim vero ad perfectam vſq; deterſionem linamenta in vlceris fundum demittentur, & reliquum curationis ad obductam vſq; cicatricem complebitur. *Hiſtoria.* Hac Chirurgus Collo, & ego, methodo vii. præſente domino Violano Doctore Medico lupiam amputauimus, Martiali Colardo, prætori Barbonenſi: pendebat illi ex ceruice, capitis humani magnitudine, ponderis octo librarum. Ex quo ſic ipſi oneroſa & moleſta erat, vt eam ex mantili tanquam pera reuinctam, humeris geſtare cogeretur. Certe ſi huius generis tumores baſim habeant tenuem & latum faſtigium, ligandi ſunt, & à radice amputandi. *Quæ lupia ligatura curanda.* Omnino vero difficilis, & aleæ periculoſæ plena eſt lupiarum, quæ in iugulo iuxta iugulares venas, quæ in axillis, quæ in inguinibus, & quæ ſub poplite exurgunt, extirpatio, propter funeſtam eorum, quæ inde emergere poſſunt, accidentium vim. *Quarum lupiarum periculoſæ curationes.* Coniicere tantum poſſumus, non certo prædicere, qualis ipſis contineatur materia. Scire tantum licet, qualis ſit, vbi exciſione facta oculis patet. In præduris tamen lupiis & tactui valde renitentibus, inuentæ ſunt ſæpius materiæ, quæ calculos exiguos conſiſtentia referent. *Hiſtoria.*
E Ego aliquando ad nobiliſſimæ mulieris diſſecandum cadauer vocatus, reperi in altera eius mamma corpus, quod craſſitie gallinaceum ouum æquaret, durum & compactum aſperuſculi calculi ad inſtar: pro cancro & Medicis & Chirurgis, dum ipſa viueret, habebatur, quod illi hæc durities, dum vel leniter comprimeretur, eſſet valde dolorifica. *Lupiarum materia cancri ſpeciem aliquãdo imponit.* Sed & paucis ab hinc annis, vocatus ad curam honeſtiſſimæ mulieris, quæ pari morbo laborabat, Medicis, Chirurgiſq; cancrum ſubeſſe affirmantibus, fortiter reſtiti: non enim profundius defixus hærebat tumor, non erat partis habitus à natiuo colore mutatus, non venæ in ambitu tumentes, non vlla alia aderant cancri ſyllogiſtica ſigna. *Hiſtoria.* *Quib. ſignis lupiam a cãcro dignoſcere liceat.* Nam & illi mulieri ſtata & ſua periodo fluebant menſes, facie, totoq; corpore bene habita & colorata videbatur, ab omni dolore im-

munis, niſi cum pars affecta comprimeretur. Sed nec ex eo tempore vel tantillum accreuit tumor, nullũ A
aliud malignum accidens ſuperuenit, imo etiam nunc alacris viuit, corpore & mente bene compoſita.

De Ganglio ſpecialius dicto. Cap. XXI.

Ganglion ſpecialius dictũ quid. Cauſa.

DE ſupradictorum etiam genere ſunt exigui quidam tumores, qui in reliquo quidem corpore, ſed & ſæpius in manuum carpis & pedum malleolis ſuboriuntur, Ganglia ſpeciali nomine dicuntur: in ſumma cute apparent, nec vnquam profundius deliteſcunt. Cauſa eſt vel nerui, vel tendinis imbecillitas ex contorſione, extenſione, ictu, labore, & alia ſimili cauſa contracta. Cuius occaſione, alibilis, qui ad eas partes affluit, ſuccus, cum nec concoqui, nec in propriam ſubſtantiam aſſimilari poſſit, in humorem congenerem, craſſum frigidumque faceſſit, qui tandem circa fibras, & ipſam tendinis ſubſtantiam ſenſim ſe accumulans, in tumorem concreſcit.

Quæ ganglia ferro curare non liceat. Emplaſtrũ.

Gangliis, quæ tendines, articulosque occupant, ferrum admouere non conuenit, ſed tantum ammoniacum & galbanum in aceto & aqua vitæ diſſoluta admouere. Vt ℞. *Gummi ammon. & galbani in aqua vitæ diſſolutorum. an.* ℥j. *coquantur ſuo cineribus calidis, ad formam emplaſtri, ſub finem adde ſulphuris viui ſubtiliter puluerisati.* ʒß *fiat emplaſtrum ad v[illegible]m.* Conducit etiam in eundem finem emplaſtrum de Vigo cum mercurio duplicato. His remediis remollito tumore, attendendum eſt [illegible], quoad ſub digito [illegible] contuſa findatur, quod ego non ſemel feci: tum mox laminam plumbeam argento viuo illitam B
fortiter ipſi apprimere & adannectere oportet, quo quod ſupereſt tumoris, conſumat & [illegible]. Viſuntur nonnunquam ganglia exigua extra [illegible] valde tenui velut pendentia: illa ergo vinculo ac ipſa radice erunt comprehendenda, & in dies fortius ſtringenda, quo atque decidant. Curationis reliquum facile erit ex artis communibus regulis perficere.

De Strumis ſiue Scrophulis. Cap. XXII.

Scrophula quid. Cauſa materialis. Quid ſcrophula a reliquis glandoſis tumorib. differant. Quinam ſcrophulis ſint obnoxii.

SCrophulæ *tumores ſunt œdematoſi in partibus glandoſis, vt mammis, axillis, inguinibus, colloque præſertim glandulis oborti.* Singuli vel multi apparent pro materiæ, ex qua fiunt, copia, more atheromatum, ſteatomatum, & meliceridum propria ferè cyſti coercitæ: fiunt ex humore craſſo, frigido & viſcido ac pituitoſo admixta portione melancholici. A reliquis glandoſis tumoribus differunt. Primum quidem numero, apparent enim ſcrophulæ ferè multæ coadunatæ: pro[illegible] radice ſubnituntur, quam tumores glandoſi: aliæ ſunt mobiles, aliæ immotæ manent [illegible], neruis attextæ. Ganglia pauciore ſimul numero comparent, indolentia ſunt: at ſcrophulæ ſæpe ſunt doloriſicæ, cum præſertim putreſcunt [illegible] ne incaleſcant ac vt non raro in vlcera cancroſa degenerent, nec ferro nec acribus medicamentis contingenda. Pituitoſi, melancholici, guloſi, frigidis & humidioribus cibis veſci ſoliti, vt piſcibus & aquis frigidioribus, ſedentariique & torpidi, ſcrophulis ſunt obnoxii. C

Quæ ſcrophulæ ſint doloriſicæ. Curatio per diætam. Remollientia & reſoluentia.

Curantur victu tenuiſſimo, quo calor natiuus per alimenti penuriam in tumoris huiuſmodi materialem cauſam conuerſus ipſam abſumat. Curantur & humorum redundantium [illegible] to[illegible], tum remollientium, reſoluentium & ſuppurantium appoſitione, in cura qua [illegible], in hunc modum. ℞. *mucaginis, alth. fenug. & ſeminum lini an.* ℥ij. *ol. ex liliis & chamæm. an.* ℥j. *pinguedinis anatis* [illegible] *& axungiæ porci* ℥ß. *Terebint. venetæ* ℥j. ß *ammoniaci & galb. in aceto diſſolutorum an.* ℥j. *ceræ nouæ quantum ſatis, fiat ceratum ſecundum artem ad modum diachyli magni.* [illegible] de morbo gallico, ex emplaſtro de Vigo cum Mercurio [illegible] excelluit, ſi [illegible] conſumi [illegible] quo ad ſpumo[illegible] prorumpat: ſic enim natura exonerabit ſe humore ſcrophulas generante, quod ego feliciter [illegible] aliquoties factitaui. ℞. *empl. de* [illegible] *althææ & mag. cerote* [illegible] *deſcriptione philagrii an.* ℥ij. *Terebint. claræ.* ℥j. *olei liliorum parum, fiat emplaſtrum ſatis molle.*

Suppurantia. Notandum in aperienda ſtrumarum vomica.

Quod ſi nec ſic quidem ſcrophulæ reſoluantur, ſed, vt ſæpe fit, ad ſuppurationem vergunt, ſuppurantibus erit vtendum. Vt ℞. *rad. alth. & lilior. an.* ℥iij. *coquantur in aqua communi, piſtentur, traiiciantur* [illegible] *capitum allii* [illegible] *coctorum* ℥ij. *olei lilior. & ping. anſeris & anat. an.* ℥j. ß. *farinæ ſeminis lini quantum ſatis, formetur cataplaſma.* Monendi hoc loco Chirurgi, non ante ſcrophularum aperiendam vomicam, quam vniuerſus humor concluſus in pus plene & perfecte D
abierit, alias reliquum humoris crudum remanet, [illegible] vix & longo temporis tractu [illegible] perduci poterit: quod præceptum in ſcrophulis præſertim, ſed & nonnunquam in aliis abſceſſibus, qui ad ſuppurationem veniunt, eſt obſeruandum. Non enim ſimul atque humoris contenti portio aliqua in pus conuerſa apparet, procuranda & præcipitanda apertio eſt. Nam ſuppuratæ humoris ea portio [illegible], vt quod reliquum eſt, promptius in pus abeat: quod in corporibus inanimatis licet animaduertere. Fructuum enim, qui putrere incipiunt, niſi putrentem portionem citiſſime reſcindamus, reliquum facile in putredinis contagionem rapitur: Sic [illegible] & alia ratio.

Calor natiuus ſuppurationis author. Chirurgica ſtrumarum curandarum ratio.

Calor natiuus ſuppurationis cauſa eſt efficiens: is ergo aperta vomica propter ſpirituum vna cum humore effluxorum diſſipationem imminutus, imbecilliorque redditus, reliquam humoris portionem ſuppurationis expertem aut ægre ſuppurabit, aut [illegible] patietur, quanquam ſi pars tumore obſeſſa corruptioni & putredini obnoxia ex ſe ſe eſt, vt podex, ſi materia contenta venenata eſt aut critica, apertionem præcipitare longe tutius & vtilius erit. Eſt & alia curandarum ſcrophularum ratio, quæ manu perficitur. Nam quæ in collo ſunt, nec [illegible] adhærent, cutis inciſione facta à partibus, quibus attextæ ſunt, diuelluntur ac denique amputantur. Sed E
hac in re perficienda cauendum diligenter, ne venas iugulares, carotides arterias, aut recurrentes ferro violes. Si quando hæmorrhagiæ ſubſit periculum, poſtquam à cute diuulſæ fuerint, venient religandæ ad baſim, acu traiecta filum ducente, indeque filo arctius vtrinque reuincto, vt ſic ſenſim ex ſeſe ſine periculo decidant conſtringendæ. Quod ſupereſt curationis ex communibus artis regulis veniet perficiendum.

A *De Febre, quæ œdematoſo tumori ſuperuenit.*

CAP. XXIII.

TVmorum œdematoſorum differentiis omnibus expoſitis, reſtat, vt breuiter dicamus de febre Symptomatica, quæ ipſis nonnunquam ſuperuenire cernitur. Hæc igitur motum humoris, à quo excitatur, retinens, fere eſt ex earum genere, quas Intermittentes quotidianas nominant. Ergo quotidianæ paroxyſmus ſingulis diebus repetit: in illaque repetitione octodecim horarum ſpatium exigit: quod reliquum ſupereſt diei, intermiſſionem habet manifeſtam. Cauſæ huius febris primitiuæ ſunt, frigus & humiditas aeris ambientis, eſculentorum & poculentorum frigidorum, humidorumque vſus diuturnus, eorumque omnium, quæ facile corrumpuntur, vt fugacium fructuum, crudorumque piſcium, conſueti denique exercitii intermiſſio. Cauſæ antecedentes ſunt ingens humorum, præſertim pituitoſorum repletio. Coniuncta cauſa eſt pituita in habitu corporis, ac prima regione extra venas maiores computreſcens.

Quæ quotidiana intermittens tumorib. œdematoſis ſuperueniat.

Cauſa febris quotidianæ.

Signa huius febris ex tribus rebus ducuntur, naturalibus nempe: nam hæc febris eos adoritur ſæpius, qui ſunt temperamento frigido & humido, vt ſenes, mulieres, pueros, eunuchos, quod pituitæ turB geant copia: ac per ſe quidem ſenes inuadit, quia calore natiuo debili exiſtente, cibos quamuis exigua quantitate ſumptos, in ſanguinem laudabilem, & partium ſubſtantiam conuertere nequeunt: Pueros vero prehendit per accidens, non per ſe & ex natura ſua: ſunt enim pueri calidi & humidi: ſed propter voracitatem & à multo ingeſto cibo rapidum, inordinatum, & continuum motum, magnam congerunt crudorum humorum copiam, huius febris materiam idoneam; quo fit, vt præſertim præpingues pueri hoc febris genere tententur, quia meatus corporis anguſtos & intructos habeant: vel quia vermibus obnoxii torminum cruciatibus ex ciborum corruptione infeſtetur: vnde intemperies calida ex putredine, vaporumque putridorum ſublatione: quibus cor conflictatum facile huiuſmodi febris corripitur. Ex rebus vero non naturalibus huius febris ſigna ſic petuntur: Hyeme enim potius & Vere prehendit in regione frigida & humida, in vita ſedentaria & otioſa, vſu ciborum non frigidorum modo & humidorum, ſed etiam calidorum & ſiccorum, ſi tanta copia ingerantur, vt calorem natiuum obruant. Sic enim vinum etſi facultate, naturaque calidum ſit & ſiccum, tamen immoderatius ſumptum pituitoſos C humores cumulat, frigidoſq; morbos acceſſit. Ergo ebrietas, crapula, cruditas, balnea, exercitiaq; ſtatim à cibo, dum cibos adhuc crudos in corpus venaſque trahunt, omnia denique, quæ prouentum pituitæ in nobis faciunt, febrem quotidianam gignere poſſunt. At ex rebus contra naturam, quia frigidos morbos hæc febris fere ſolet excipere, refrigeratis corporis centro, & circumferentia, habituque.

Signa.

Qui quotidianæ febribus ſint obnoxii.

Pituitoſi humores quomodo ex calidis etiam & ſiccis cibis fiant.

Huius febris accidentia ſunt oris ventriculi dolor, quia pituita in hoc fere cumulari ſolet, vnde ſequitur vomitus pituitoſus; pallor faciem occupat, oris, etiam ſæpe per paroxyſmum, humiditas ſine ſiti: quia natante pituita ventriculo, eius aquoſa & tenuior portio continenter in os & linguam exudat, per tunicæ interioris ventriculi œſophago & ori communis continuitatem. Inuadit cum partium extremarum frigore, pulſu paruo & profundo, qui tamen in paroxyſmi vigore fortior, maior, plenior, & celerior cernitur. Eadem plane ratione, quia huius febris calor primo contactu apparet mitis, blandus, humidus & vaporoſus, tandem vero ſentitur acrior, haud ſecus, quam ignis in viridi ligno accenſus, exiguus per initia languens & fumoſus cernitur; tandem vero cum cuncta humiditas eius actionem non iam remoratur ardens & flammans percipitur. Exoluuntur ægri paroxyſmo exiguis ſudoribus, qui per primas inuaſiones parca admodum manu erumpunt: at inſtante criſi copioſius funduntur: vrina per initia pallet D & craſſa eſt, aliquando etiam tenuis, vbi nempe ſubeſt obſtructio. At vbi materia cocta eſt, vt in ſtatu, rufa conſpicitur, ſi per initia vomitus apparet pituitoſus ineunte paroxyſmo, ac copioſo ſudore idem ille paroxyſmus terminetur, exigui temporis febrem portendit: arguit enim naturæ robur, obſequentiam & tenuitatem materiæ ſurſum erumpentis, coniunctæ denique cauſæ febris excretionem facit. Quotidiana febris vt plurimum longa eſt, quia frigidus, humiduſque natura cum ſit pituitoſus humor, grauis eſt, & ad motum iners: nec tamen eſt ſine maioris morbi metu, quia ſæpius in febrem ardentẽ aut quartanam mutationem habet, ſi præſertim ſit à ſalſa pituita. ſalſus enim ſapor amaro eſt affinis: itaque per aduſtionem in eum facile degenerat, vt certe videri mirum non debeat, ſi pituita ſalſa per aduſtionem in bilem flauam aut atram abeat. Qui ex quotidiana febre conualeſcunt, coctricem facultatum valde imbecillem habent: quare copioſis alimentis & coctu difficilibus non ſunt reficiendi. In quotidiana febre totum corpus crudis humoribus refertum eſt, quo fit, vt ſæpius ad ſexaginta dies hæc febris prorogetur. Cæterum caue ne fallaris, ac duplicem tertianam pro quotidiana ex eo vſurpes, quod ſingulis diebus inuadit, quotidianæ ritu. Certe vtrumque febris genus facile erit diſtinguere ex humoris ſpecie & ſymptomatum, accidentiumque proprietate: fere vero quotidianæ ſub veſperum, & aut etiam meE dia de nocte inuadunt: cum ſcilicet per ſolis abſentiam aere refrigerato noſtrum pariter corpus refrigeratur. Quare & tum in nobis commouentur frigidi humores, qui paulo ante ſolis præſentia & calore cohibebantur. At duplices tertianæ contra ſub meridiem inuadunt: Paroxyſmi breuitas & facilitas, copioſus ſudor, materia iam mitificata, erumpens, breuis & ſalutaris quotidianæ opinionem facit.

Symptomata quotidianarum

Pulſus & caloris in quotidiana ratio.

Sudores criſes

Vrina.

Breuis futuræ febris ſignum.

Quotidiana, cur fere longa.

In quos morbos quotidiana malam habeant mutationẽ.

Qui diſtinguatur tertiana duplex a quotidiana.

Curatio duobus inſtrumentis perficitur, nempe diæta & pharmacia. Diæta ſit tenuis & incidens: in aere ſereno, moderate calido & ſicco æger verſetur: alimenta ſint panis bene coctus, iuſcula ex gallinaceis carnibus, in coctis cum radicibus petroſelini, oxalidis, & ſimilibus. Nec inutilis erit aliquando calidiorum nempe ſpeciatorum & ſalitorum ciborum vſus, quibus præſertim erunt ventriculus & iecur impenſe refrigerata. Pulli gallinacei, carnes veruecinæ, perdicum & auicularum, piſces fluuiatiles & ſaxatiles toſti, oua tremula & ſorbilia erunt ex vſu. Fructus hi vtiles, vuæ paſſæ, pruna cocta, amygdalę & dactyli.

Diæta.

Spectatorũ & ſalutorum ciborum v-ſus quando opportunus. d...yli. Potus ſit vinum album, tenue, aqua coctæ temperatum. Exercitia moderata ſalubria erunt; fri-ctiones vniuerſi corporis ſomnus hora debita initus, & vigiliæ proportionatus modo hora ſomni in pa-roxyſmi tempus non incurrat tum enim valde nocet, quandam calorem intus reuocat, febriles calores aſtum in visceribus conduplicat. Quod ad animi perturbationes attinet, gaudere debet ac ſe bonæ futuræ ſanitatis ſpe conſolari æger. Qui vero eiſdam ... videtur inutile, paroxyſmo ineunte, pedes, crura, A

Quando ſomnus noceat. in aquam tepidam immergere, in qua chamæmelum, anethum, melilotus, maiorana, ſaluia, & roſmarinus bullierint. Medicamenta erunt ſyrupi, quos ... & aperitiuos vocant, vt abſinthinus, de mentha, de quinque radicibus, de oxymelite cum decocto chamæmeli, calamenthi, meliloti, anethi, & ſimilibus, vel cum decocto communibus. Purgantia erunt diaphœnicon, electuarium diacarthami, hiera picra, agaricus, turpethum, ex quibus concinnabuntur potiones cum aquis menthæ, meliſſæ, hyſſopo,

Pharmacia. ſilana, fœniculi, ſcariolæ: pilulæ autem conueniunt. Dabuntur & aliquando boli forma cum ſaccharo hæc purgantia, prout præſenti Medico habita ægri naturæ ratione melius videbitur. Circa morbi ſtatum,

Ratio habenda ventriculi. proſpiciendum erit ventriculo, eiuſque præſertum orificio, quod ſit præcipua ſedes pituitæ. Quare ipſum alternis diebus inungere ex oleo chamæmelino, cum vini albi tantillo, ſolebit. Sed & ipſum exonera-

Vomitoria. re vomitu prouocato ex ſucco raphani, & multo oxymelite, aut decoctione ſeminum & radicum a... B ri, & chamæmeli, & ſyrupo acetoſo, erit vtiliſſimum præſertim paulo ante paroxyſmo, cum natura humo-

Theriaca vſus ad quotidianam inueteratam. res ... inceperint. Ad inueteratam quotidianam, ... pleriſque aliis remediis curare potuerant, putant nihil æque conferre, quam theriaca veteris ... in vinum, ... forma cum ſaccharo deuorare, vel in aqua vitæ diſſolutam haurire.

De Scyrrho. CAP. XXIV.

Quid Scyrrus & legitimus ſcyrrhus Quid ſcyrrus illegitimus. EXpoſita tumorum, qui ex ſanguine, bile, & pituita fiunt natura, reſtat vt de illis dicamus, qui ex melancholico gignuntur humore. horum quatuor eſſe dicuntur differentiæ. Prima eſt vera ſeu ... legitimi, id eſt, *tumoris duri & exſuccus ſenſu prediti, adeoque ſere moderatu, a melancholico humore naturali ...* Secunda eſt Scyrrhi illegitimi, id eſt, *tumoris duri, ... indolentis, que, ex humore melancholico ... lutione aut refrigeratione concreto.* Tertia eſt Scyrrhi cancroſi, per melancholici humoris corruptionem ...

Redundãtia humoris melancholici cauſa. aduſtionem nati. Quarta Scyrrhi phlegmonodis, eryſipelatodis aut Oedematodis ab humore melancholico alieni humoris admixtione infecto, ſurgentis. Omnium huius generis tumorum cauſa ... humor craſſus, lentus, & tenax in parte aliqua concretus. Hic noxis vero eiuſmodi in corpore generatio contingit, vel ex parua & irregulari diæta, vel ex iecoris aut lienis præter naturam affectionis, vel ebria- C

Signa Prognoſis. ctione, vel hæmorrhoidum aut menſtruorum ſuppreſſione. Signa ſunt durities, renitus color ... venarum que partis obieciæ cum liuore dilatatio, ab humoris craſſi plenitudine. Scyrrhus illegitimus indolens omnino & inſenſibilis, itemque cancroſus, nullam admittunt curationem. verus autem & legitimus vix vllam. Qui ad ſuppuratum perducuntur ſcyrrhi, facile in cancros & fiſtulas abeunt, ... etiam ab initio exigui apparent, progreſſu temporis tamen in magnam molem aſſurgunt.

De Scyrrhi curatione. CAP. XXV.

TRibus maxime capitibus abſoluitur ſcyrrhi curatio. Primum diætam conuenientem præſcribet

Diæta. Medicus, nempe in victu ſobriam & moderatam, ad humiditatem & caloris mediocritatem tendentem in vitæ autem inſtituto pacatam, & ab omni iracundiæ, ... & triſtitiæ perturbatione, tranquillam, imo etiam à venereorum vſu abhorrentem. Secundum ... in materiæ antecedentis vacuatione phlebotomia nempe, ſi opus ſit, & catharſi, prouocatis hæmorrhoidibus in viris, ... autem in mulieribus. Purgationes ex catholicone, hiera, diaſenna, polypodio, epithymo docti Medici D arbitrio præſcribentur. Tertium caput conſiſtit in topicorum medicamentorum conuenienti vſu nempe emollientium per initia, mox etiam reſoluentium, vel potius eorum, quæ ex remollienti & reſol-

Lo. 2. ad Gl. uendi viribus mixta erunt, vt Galenus docet. nam ex ſolo remollientium putredinis & ... ex ſolo reſoluentium vſu, concretionis, reſoluta parte tenuiore & ſubſidente craſſiore, periculum imminet.

Remollientia. Remollientia erunt eiuſmodi. ℞ *rad. alth. ℔ ß. rad. lilior. ℥ iij coquantur in aqua com... traiiciantur per ſetaceum, addendo olei chamæ. & lilior. an. ℥ ij. ... humida. ℥ ß. emplaſtri diachyli albi ... ℥ iij. ceræ alba quantum ſit ſatis, fiat ceratum.* Vel. ℞ *gummi ammon. galbanum bdellij, ſtyrac. ... in aceto diſſolutorum an. ℥ j diachy. mag. ℥ j. ß olei lilior. & axungiæ an. ... ceroti ... omnia ſimul, ceræ quantum ſit ſatis, vt inde fiat ceratum ſatis molle.* Vbi remollientibus ſufficienter vſus fueris,

Suffitus tumorem ſuffies ex aceto forti & aqua vitæ ſuper lapidem molarem, pyritem, aut laterem candentem affuſis, ſic enim humor remollitus incidetur, attenuabitur, reſoluetur: mox per interualla repetentur

Lib. 2. ad Gl. Emplaſtro de vigo efficacia. remollientia, hiſque etiam ſuccedent reſoluentia ad reliquam portionem, quæ ſimul & ſemel euacuari non potuit, abſumendam; ſic enim Cereali filio ſcyrrhum ſanauit Galenus. Stercus caprinum diſcutiendis tumoribus ſcyrrhoſis eſt valde idoneum, ſed præ cæteris eſt ... emplaſtrum de vigo duplicato E mercurio, vt quod remolliat, reſoluat, & liquefaciat huius generis tumores omnes.


De cancro iam genito. CAP. XXVI.

Cancer quid. CAncer *tumor eſt durus, aſper, & inæqualis, rotundus, immobilis, cinericius, aut liuidi coloris, vndique venis humore atro turgentibus, & in ambitum ſparſis, ad inſtar chelarum Cancri piſcis diuaricatis, horridus,* per primordia cognitu difficilis eſt tumor, vt qui vix ciceris, mox auellanæ æquet magnitudinem, niſi forte acrioribus remediis irritatus incrementis præpropere augeatur: auctior factus pro incrementi

modo

A modo dolore punctorio ægrum excruciat cum calore acri, incaleſcente, craſſo, qui in eius venis reſidet, ſanguine & pungentium velut acicularũ ſenſum inferente, à quo tamen ſæpe vacationem habet æger. *Doloris ſpecies.* Quia vero tumoris id genus venis per ambitum tanquam chelis expanſis, liuente & cinereo colore cutisque aſperitate, & humoris tenacitate, piſcis cancri dentata forcipibus velut brachia repræſentat, ideo cancri ſignam hic appingendam duxi, quo nominis, reiq; ratio magis innoteſceret. *Nominis ratio.*

Figura Cancri piſcis.



De cauſis, ſpeciebus, & prognoſi Cancri. CAP. XXVII.

DVas Cancri cauſas hic agnoſcimus, antecedentem & coniunctam. Cauſa antecedens ex diætæ irregularis vitio pendet, craſſum & limoſum ſanguinem generantis & cumulantis: ex iecoris ad eius *Cauſa cancri.* C ſanguinis generationem diſpoſiti morboſa affectione: ex lienis in attrahendo & ſanguine repurgando infirmitate: ex menſium, aut hæmorrhoidum, ſolemniſve alicuius vacuationis ſuppreſſione. Cauſa cõiuncta eſt humor ille craſſus & melancholicus in parte obſeſſa, tanquam in anguſtiis hærens & concluſus. Qui mitior eſt, ſanguis melancholicus minuſq; malignus, ſed tãtum gradu feruidioris caloris auctus, Cancrum gignit non vlceratum, at malignior & acrior Exulceratum. *Vnde Cancer non vlceratus.* Ita enim humor, qui carbunculos excitat, vbi ingentem ardorem, acrimoniam, & malignitatem acquiſiuit, partem, cui inſidet, corrodit & exulcerat. *Vnde vlceratus.* Efferatur Cancer alimentis ſanguinem inflammantibus, animi perturbationibus, ira, æſtu, & acrioribus medicamentis, oleoſis & emplaſtricis nec ritè, nec loco appoſitis.

Inter Cancri ſpecies duæ imprimis excellunt, vlceratus nempe ſeu manifeſtus Cancer, & non vlceratus ſiue occultus. Sed & Cancrorum alii partes internas obſident, vt inteſtina, vterum, anum; alii externas, vt mammas. Eſt & Cancer recens, eſt & inueteratus. Paruus vnus, maior alter: efferus & malignus vnus, mitior alter. *Cancri ſpecies.* Omnis cancer cenſetur ferme incurabilis, vel curatu valde contumax: eſt enim morbus toto genere malignus, nempe Elephas particularis. Itaque non facile ſiſti Cancrum, ait Aetius, D quouſque partem, quam obſidet, ad intima vſq; arroſerit. *Aetius lib. 16.* Frequentius mulieres inuadit, quam viros, partes laxas, raras, turgidas & glandulofas, adeoq; craſſi humoris fluxioni excipiendæ opportunas, cuiuſmodi ſunt mammæ, & omnia partium nobilium emunctoria. Cum mammas occupat, ſæpe inflammationem ad axillas, & tumorem ad ipſarum vſque glandulas tranſmittit, ex quo doloris punctorium cruciatum ad cor vſque ſibi penetrare ægri conqueruntur: Sed & idem ille dolor ad claues vſque interioreſq, omoplatas & humeros peruadit. *Quæ partes cancris obnoxiæ.* Vbi auctior factus eſt, & partibus nobilibus imminet, niſi manu curationem non admittit. In corporibus tamen effœtis, quorum languent vires, præſertim ſi inueterati fuerint cancri, neque ferro, neq; igne, neque acrioribus medicamentis, cuiuſmodi ſunt cauteria potentialia, tentanda curatio eſt. *Cuiuſmodi cancros vera curatione curare agredi non oporteat.* ſed tantum, ne efferentur, aut ſerpant longius, lenibus remediis & cura, quam palliatiuam dicunt, erit procurandum. Sic enim multi cancro laborantes ad extremam vſque ſenectutem peruenerunt. Itaque monet Hipp. *Cancros occultos non curare melius eſſe, nam curati* (inquit) *cito pereunt, non curati vero in longius tempus perdurant.* *Aph. 38 ſect. 6.*

De curatione Cancri incipientis nec dum vlcerati. CAP. XXVIII.

E INcipiens Cancer ſæpe incrementis prohibetur, priuſquam radices agit: vbi vero ſemel increuerit, niſi ferro curationem non admittit, vt qui malignitate & contumacia ſua medicamentorum omnium vires aſpernetur. *Lib. 2. ad Gl.* Galenus affirmat, ſe cancrum non vlceratum ad curationem perduxiſſe. Perficitur autem illa curatio medicamentis melanagogis, phlebotomia, cum vires & ætas ferre poſſunt, vitatis omnibus, quæ limoſum ſanguinem gignere poſſunt. Corrigenda vero in primis venit hepatis intemperies, lien roborandus, itemque pars obſeſſa, viris hæmorrhoides, mulieribus menſtrua ſunt prouocanda. *Diæta.* Ergo vina craſſa, & fæculenta, acetum, panis ater, olera, caſeus vetus, carnes vetuſtæ & ſalitæ, bubula, ceruina, caprina, leporina, allia, cæpa, & ſinapi, omnia denique acria, acida & ſalſa, quæ quacunque ratione ſanguinem incraſſare, humoreſque incendere poſſunt, fugienda. Victus refrigerans & humectans præſcribendus: media vitanda, vigiliæ, effrenes labores, triſtitiæ, ſollicitudines, mœrores:

ptiſana imperanda, & in iuſculis malua, ſpinacia, lactucæ, oxalis, portulaca, cichorium, lupulus, viola martia, borrago, quatuor ſemina frigida in vſu erunt. At in eſu caro veruecina, vitulina, hœdina, capi, pulli, iuuenes lepores, perdices, piſces ſaxatiles, oua ſorbilia. Vinum vero album & fuluum, omnino moderatum in potu. Pars cancro obſeſſa molliter tractanda eſt, minime vero rebus durioribus, grauioribus, emplaſtris ſolidioribus, aut pinguibus oneranda: contra medicamenta lenientia & mitigantia ex vſu erunt iis etiam per interualla vſurpatis, quæ natura ſua venenis aduerſantur, vt theriaca & mithridatio. Lac aſininum leniendæ humoris cancroſi acrimoniæ eſt accommodatiſſimum. Itaque id non modo aſſumendum in corpus, ſed & vlceri cancroſo admouendum, comparato inde fotu.

Pars cancro, a qualiter tractanda. *Theriaca. Lac aſininum.*

De curatione vlcerati Cancri. Cap. XXIX.

Signa.

VLceratus Cancer multa habet cum Cancro non vlcerato ſigna communia, vt tumoris rotunditatem, inæqualitatem, aſperitatem, & dolorem: aſpectus iudicio tumor apparet mollis, ad tactum vero durus eſt. Fœdo ſordet vlcere, labris craſſis, tumidis, duris, nodoſis, inuerſis, elatis, aſpectu horridis, ſaniem emittentibus ichoroſam, fœtidam & cadaueroſam, alias atram, aliis tabo, alias ſanguine multo conſperſam. Id vlceris genus malignum eſt, rebelle, intractabile, vt quod mitia remedia aſpernetur, B acribus autem & fortioribus amplius efferatur, auctis inde dolore, febre, omnibuſque ſymptomatis: ex quo vitium contingit proſtratio, corporis marcor & conſumptio, tandemque mors. Si tamen exiguus ſit, & in parte, quæ amputationem ferre poſſit, perpurgato prius corpore & ſanguine detracto, ægri viribus haud diſſuadentibus, manum admouere conuenit, atque quicquid corruptum eſt, ad viuum vſque comprehendere & amputare, ne vllus contagii metus relinquatur. Amputatione facta, ſanguinis fluxus haud ſtatim compeſcendus, ſed ad certum modum fluere ſinendus, imo ex toto ambitu exprimendus, quo ſic venæ cruore atro & melancholica fæce turgentes, deonerentur. Vbi ſatis exhauſtum eſt cruoris, locus cauterio actuali eſt inurendus. Id enim partem affectam roborabit, venenatam qualitatem exhauriet, & vna fluxum ſiſtet. Tum demum anodyna remedia apponentur, eſcharæ lapſus procurabitur. Denique ad inſtar reliquorum vlcerum quod mali ſupereſt, profligabitur. Intelligemus autem, totum cancrum amputatum eiuſque omnem extinctam malignitatem, cum ſaniem fundet vlcus laudabilem, cum caro ſenſim ſuccreſcet proba ad inſtar granorum mali punici, dolore punctorio, omnibuſque ſedatis ſymptomatis. Fœlicius tamen & mitius Cancri vlcerati, qui labra occupauerit, curatio perfici poteſt, nullo adhibito cauſtico remedio poſt ſectionem, ſic etiam vt vix vlla deformitas cicatrice conducta C relinquatur quam ego viam nouam & nunquam antea tentatam aut ſcriptam, quod equidem ſciam, inueni & factitaui in homine quinquagenario in conſilium aduocato, Ioanne A[illegible] Doctore Medico doctiſſimo, præſentibus Iacobo Guillemeau, & magiſtro Euſtachio Chirur[illegible] Regis, & Ioanne le Ieune ducis Guiſiani Chirurgo meritiſſimo. Ratio eſt eiuſmodi. Cancer ſuis v[illegible]que ſurſum ad deorſum labris acu filum ducente, tranſadigendus eſt, vt cum fili beneficio cancrum tanquam in manu ſiniſtra regere & tenere liceat, (ne huius vlla portiuncula impune ferro elabatur) totum dextra manu volſellis vnico ictu amputare poſſis ita tamen, vt labri ipſius interior quædam, quæ dentes contingit, reſtet ſubſtantia (modo non ad intima vſque cancer radices egerit) quæ regenerandæ mox carni & implendæ cauitati pro fundamento & baſi eſſe queat. Hinc ſanguine ſufficienter effuſo, ſectionis ſeu vulneris oræ, dextra & ſiniſtra, interna & externa parte, ſcarificatu profundiore erunt nouacula pertundendæ, vt cum mox ſutura ex acu filum ducente, roſtris leporinis propria, in vnum adducere vulneris oras ipſas & margines voluerimus, ipſam labri carnem magis ſequacem, & trahenti acui, filoque obſequentiorem habeamus. Reliquum curationis eſt eodem plane modo perſequendum, quo ſolemus in roſtris leporinis, de quibus poſtea dicturi ſumus. D

Signa. In quo cernatur malignitas cancri vlcerati. Qui cancer & in quo corpore reſcindi debeat. Quæ attendenda ſunt circa amputationem cancri. Appreſſi poſt amputationem cauterii violentia. Signa feliciter amputati cancri. Noua & inuſitanda amputandi cancri, qui labra obſederit, ratio.

De topicis vlcerati, & non vlcerati Cancri remediis. Cap. XXX.

Repellentia.

REpercutientibus initio vtemur remediis, cuiuſmodi ſunt ſucci ſolani, plantag. hyoſcya. lactuc. acet. ſemperuiui. lenticulæ paluſt. centinod. burſæ paſto. granatorum, & ſimilium. Item oleum roſ. omphac. pulueres ſumach. berberis, lytharg. ceruſ. plumbum vſtum, pomphol. hydrarg. & ſimilia. Ex quibus embrochæ, linimenta, vnguenta, cataplaſmata, emplaſtra concinnabuntur. Emplaſtrum diachalcit. diſſolutum cum ſucco ſolani, & oleo roſar. cancris non vlceratis eſt valde idoneum. Pompholix lota in ſucco ſolani aut plantaginis vlceratis cancris vtilis eſt. Sed & ſequens vtile eſt remedium.

Emplaſtrū diachalcitheos. Pompholix lota.

℞ *lytharg. & ceruſ. an.* ℥ *j. terantur in mortario plumb. cum oleo roſar. donec redacantur ad conſiſtentiam linimenti vel vnguenti:* poteſt & eſſe vſus vnguenti reſoluentis & repercutientis. Vt, ℞ *plumbi vſti loti, pomph. thuris an.* ℨ *ij.* ℈ *ab.* [illegible] *pontus,* ℨ ß. *olei roſar* ℥ *iij cera* ℨ *vj ſucci ſolani quantum ſufficit ad vnguenti craſſitudinem.* Valde commendatur ad vlceratorum cancrorum dolorem leniendum Theodorici emplaſtrum.

Theodorici emplaſtrum

℞ *olei roſ. ceræ alb an.* ℥ *ij.* ß *succor. granat. & ſolani an.* ℥ *ij ceruſ. lotæ* ℥ *j plumbi vſti, loti, & tuth. prepar. an.* ℨ ß *thuris, maſt. an.* ℨ *ij fiat emplaſtrum mode.* Quod ſequitur ſæpe & fœliciter eſt à me vſurpatum. E

℞ *theriac. veter.* ℥ *j. ſucci cancrorum,* ℥ ß. *ſucci lactucæ, & olei roſ. an.* ℥ *j* ß. *vitell. ou. ſub ciner. cocto. ij. camph.* ℨ ß. *piſtentur omnia in mort. plumb. & fiat vnguentum.*

℞ *ſpum. arg. axungiæ porci recentis, ceræ alb. an.* ℔ ß. *olei boni.* ℥ *viij vitel. ouor. aſſat. iiij. fiat vnguentū, ſeruetur vſui.* Et cum vti voles, admiſce cum pauco vnguento roſaceo. Sed & ſanguiſugarū applicatione ad vlceratū cancrū, qua parte dolor punctorius acrius vrgebat, magnos cruciatus ſedaui, humoris maligni portione partem deonerando: quod idem factitaui catulis canum vel felium recens natis, vel columbis aut pullis in longum ſectis, & ſtatim vlceri appoſitis, ſubindeque, vbi ipſorum exolutus calor videretur, ſubſtitutis aliis. natiuus enim ille calor eſt anodynus. Ioan. Baptiſta Theodoſius *in epiſtolis*, ad cancrum non

Hirudines. Pulli & Catuli impoſiti.

vlce-

A vlceratum apponi vtiliter ſcribit cataplaſma ex Eryſimo trito. Quod ſi cancer fuerit vlceratus, eandem illam herbam in hydromelite coquit, indeq; iniectionibus & lotionibus comparatis, vlcus detergit & dolorem leuat.

Si vterum Cancer occuparit, æger doloris aculeos in inguinibus ſupra pectinem & renibus ſentit, ſæpe difficulter mingendi tentatur: at cum exulceratus eſt, saniem fœtidiſſimam & cadauroſam magna copia effundit, cuius vapor teter ad cor & cerebrum ſublatus ſyncopem crebram inducit. Sedandis tamen eiuſmodi partium doloribus, ſequentia ſunt ex vſu. *Epiſt. 21. Eryſimi efficacia. Cancri in vtero ſigna.*

℞. mucag. ſemin. lin. ſ... extr. in aqua roſar. & plantag. quod ſatis eſt: ex his tepidis fiat fotus.

℞. rad. alth. ℔. ß. Coquatur in hydrom. piſtetur & traiiciatur, addendo olei roſar. parum, fiat cataplaſma. *Anodyna.*


Parabuntur & peſſaria varia pro dolorum variis ſpeciebus: fient & iniectiones ex ſuccis plantag. centino. lactu. portul. ſimul mixtis, atq; in mortario plumbeo cum pauco oleo roſ. agitatis: hoc enim remedii genus commendatur à Galeno ad omnem cancri vlcerati ſpeciem. Eſt & perutilis atque à me multoties probata aqua ſequens. *Lib. 9. ſimpl.*

℞: ſtercoris bubuli, ℔. iiij. herbæ robert. plantag. ſemperuiui, hyoſcyami, portulac. lactuc. endiu. an. m. j. Cancros fluuiatiles, num. xij. piſentur omnia ſimul & deſtillentur in alembico plumbeo, liquor ſeruetur vſui, atque de eo

B fiat iniectio frequens in partem: vel ſi partis ſitus permiſerit, inde cancroſa ipſius vlcera abluantur, & lina carpta inſuccata ſubinde renouanda apponantur: nam ſic inflammationis acrimonia & vis obtunditur, & dolor ſedatur. Galenus Cancros fluuiatiles vſtos in puluerem comminuit. Puluis vnguento roſaceo exceptus vtiliſſime ex carpto lino, vlceribus cancroſis apponitur. Longe vero eſt vtiliſſimum ſequentem machinulam, ex auro vel argento conflatam, collo vteri induere, qua eluuiei cancroſæ liber & tutus pateat exitus, exſpirentq; facilius teteri vapores & putredinoſi. Sic igitur illa toto ſuo corpore caua, & quinque vel ſex digitos longa, pollicem vero ſuperiore extremo, multis foraminibus quo latteri patentes, craſſa. Externa vero ſeu inferior extremitas duorum digitorum ſuo ambitu æquet craſſitiem, ... fiat manucula, cuius diſſilitu magis vel minus pro Medici arbitrio, illa fiet extremitati ad eandem duo adnectentur lora, quib. ad faſciam, qua mulier lumbos præcinget, antrorſum & retrorſum reuincta, a lapſu aſſeratur machinula, vt in ſubiecta licet intueri imagine. *Lib. 4. de comp. med. ſecundum genera.*

Emiſſarium peſſiforme ad vterum cancroſo vlcere obſeſſum.

C



A. Extremum ſuperius quinque vel ſex foraminibus peruium oſtendit.

D *B. Extremitatem inferiorem.*

C. Extremitatis partem illam, qua diducitur vt appoſita manucla, quam D. *litera monſtrat.*

E E. *Lora.*

Nec vero contemnendum auxilium cancris non vlceratis, venit ex lamina plumbea argento viuo oblita: nam & teſtatur Galenus, plumbum vlceribus malignis & inueteratis eſſe vtile remedium. Quin & eiuſmodi laminas plumbeas, hydrargyro oblitas malignis vlceribus, quæ reliquorum remediorum vires eludunt, velut quoddam alexipharmacum eſſe, quo ipſorũ cacoethia dometur & abſumatur, antiquitatis & doctrina teſtis eſt Cauliacenſis Guido. Id remedii genus cum domino Holerio Medico, nunquam ſatis laudato, imperante & me probante, aliquando præſcriptum eſſet dominæ de Montigni Reginæ matris aſſeclæ, cancro quod nucis iuglandis magnitudinem æquabat, in mamma ſiniſtra obſeſſæ, non quidem perſanauit, ſed tamen incremento malum prohibuit. Itaque eius tandem pertæſa, cum ſe Medico cuidam promptam ſanitatem audacter promittenti tradidiſſet, vitæ diſpendio experta eſt, quam eſſet damnoſa, quæ reliquorum vlcerum more cancri ſuſcipitur curatio: nam Medicus, cum *Lib. 9. ſimp. Lamina plumbea. Hiſtoria.*

E procul abiecto noſtro illo remedio, remollientibus, calefacientibus & attrahentibus mali curationem eſſet adortus, irritatis dolore, inflammatione, ſymptomatiſque omnibus, in tantam molem accreuit tumor, vt cum attractus humor parte ipſa contineri non poſſet, mammam ita diſtenderit, vt inſtar mali granati maturitate exacta diſſilientis mediam ſe ruperit: vnde oborta hæmorrhagia effreni, ad eam compeſcendam coactus fuerit cauſticos pulueres inſpergere. Verum hinc ſæuius efferatis inflammatione & dolore, obortaque inſuper ſyncope, animam pro ſanitate promiſſa in Medici ſinum miſella depoſuit.

De Fe-

De febre, quæ ſcirrhoſis tumoribus ſuperuenit. Cap. XXXI. A

Quartana cur ſcyrrhoſis tumoribus ſuperueniant.

EIuſmodi febris quartana eſt, vel certe, ad quartanæ naturam accedens, propter humoris, ex quo fit, melancholici naturam. Is enim certa ſede conclauſus, in qua tumorem facit, vaporum putridorum communicatione cor ſupra modum calefacit, humoreſque ipſo contentos accendit, vnde febris. Quartana igitur febris eſt, *quarto quoque die repetens, intermiſſionem que habens duarum dierum.* Cauſæ ipſius primitiuæ ſunt, quæ humoris melancholici prouentum in corpore faciunt: vt diuturnus leguminum eſus, panis atri & vitulati, carnium ſalitarum & ſalſamentorum, craſſarum carnium vt bubularum caprinarum, ceruinarum, veterum leporum, caſei veteris, caulium, vinorum craſſorum, & eius generis aliorũ. Cauſæ antecedentes ſunt humorum melancholicorum per vniuerſum corpus redundantium cumulata copia. Coniunctę vero, melancholici humores extra maiora vaſa in corporis venulis & habitu putreſcentes.

Cauſa.

Signa.

Quartanę febris ſigna ex rebus, quas naturales dicunt, non naturales, & contra naturam petere licet. Ex rebus quidem naturalibus, quia temperies frigida & ſicca, ſenilis ætas, frigidi & obeſi homines, venis paruis & latentibus, liene tumido & imbecillo, febribus quartanis fere conflictantur. Ex rebus non naturalibus, quia Autumno frequens eſt hæc febris, non ob id modo, quod frigidus & ſiccus cum ſit, congerendis humoribus melancholicis eſt idoneus, ſed maxime quia præcedentis æſtatis ardoribus, humores facile in atram bilem conuertuntur, vnde quartanæ fiunt longe ſæuiores & periculoſiores, quam ex ſimplici melancholico humore: denique per quamlibet frigidam & ſiccam tempeſtatem, in regione frigida & ſicca, homines frigidi & ſicci in quartanas facile incidunt: ſi ad hęc præterea vitę ratio acceſſerit laborioſa, periculi & ęrumnarum plena. Ex rebus contra naturam, quod paroxyſmi inuadunt cum horrore laborioſo, contractorum & conquaſſatorum oſſium velut ſenſum inferente: quod quarto quoque die repetant, cum corporis totius pruritu, tentat ſæpe ſcabie & vlcuſculis, in cruribus præſertim. Pulſus initio paruus eſt, tardus & profundus instar ſenilis pulſus: vrina etiam per initia alba & aquoſa, ad liuiditatem inclinans. In declinatione materia iam cocta, nigra euadit vrina, nõ maligni alicuius ſymptomatis incurſu, non caloris præter naturam exceſſu, ne enim tunc ita eſſet, ſed per excretionem materiæ coniunctæ. Quartanarum paroxyſmus eſt horarum quatuor & viginti, & intermiſſio vero horarum octo & quadraginta. Ortum ſæpe habet ab obſtructione, dolore & ſcirrho lienis, & menſtruorum aut hæmorrhoidum ſuppreſſione. Æſtiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, præſertim, quæ hyemem attingant. Quæ hepatis, lienis, aut alterius præcedentis morbi ſucceſſione veniunt, deteriores ſunt primigenijs, fereque in hydropem terminantur. Quæ vero citra viſceris alicuius vitium contingant, & ægrum in diæta Medico obſequentem nactæ ſunt, nullum grauius damnum inferunt, imo à grauioribus morbis, fixis & diuturnis hominem liberant, vt melancholia, epilepſia, conuulſione, mania, quod humor melancholicus eiuſmodi morborum author, quarto quoque die quartanarum paroxyſmi impetu excernitur. Quartana febris, ſi nullus aliunde error accedat, annum fere non excedit, alioqui enim viſæ etiam quartanæ ſunt in annum duodecimum prorogari, Auicennę ſententia. Autumno orta quartana ſæpe Vere ſubſequente finitur: quæ quartana fit ab aduſto ſanguine, aut bile flaua, aut pituita ſalſa, facilioris eſt & breuioris curationis, quam quæ eſt ab humore melancholico aduſto: quia humor melancholicus natura ſua terreſtris, & diſcuti contumax præ aliis omnibus humoribus, rurſum aduſtione reſolutis partibus tenuioribus & ſubſidentibus craſſioribus cõtumacior, craſſior, malignior, & acrior redditur. B C

Qualis horror in quartana.

Prognoſis.

A quibus morbis quartana liberent.

Diæta.

Curatio duobus omnino inſtrumentis abſoluitur, diæta nempe & pharmacia. Diæta ſic inſtitui debet, vt ſex rerum non naturalium vſu, quantum in nobis ſitum eſt, cauſæ febris contrauenimur. Ergo æger vitabit carnes ſalſas, craſſas, tenaces, viſcidos, glutinoſos, aues aquaticas, ſalſamenta, & terrena, omniaque difficilis cõcoctionis. Salubris eſt illi vſus vini albi mediocriter calidi & tenuis ad craſſum humorem attenuandum, incidendum, & prouocandas vrinas ac ſudores: imo ineunte paroxyſmo hauſtũ eximio ſi vinum vomitum ciet, cuius tantum eſt in febre quartana momentum, vt hoc vno remedio multi curationem receperint. Quanquam ſi licet occaſionem opportunitatemque vomitui ciendo captare, nullum ad eam rem, magis idoneum tempus cenſendum eſt, quam id, quod ſtatim paſtum excipit: tum enim ventriculi fibris humectatis & relaxatis facilius concitatur, incitaturque ventriculus ad vomitum: vnde copioſior pituitæ & biliosi humoris, fæcisque & facilior, ac minus naturæ moleſta ſequitur excretio, omnia in ſpe cruditatum, quibus in quartana officium ventriculi natat, propter melancholici humoris copioſiorem affluxum, qui qualitatibus ſuis frigiditate & ſiccitate omnes actiones, facultateſque naturales interturbat, excretio. Sed & conferunt exercitia frictioneſque ante paſtum. Animi perturbationibus, quæ cauſæ vnde ortum febris hæc habuerit aduerſantur, indulgere ægrum non erit inutile, vt riſu, facetiis, variis concentibus, ſimilibuſque omnibus iucundę voluptatis plenis. Ab initio blande habendus & tractandus erit ęger, abſtinendumq; a fortiorib. omnibus medicamentis, niſi cum morbus in longius tempus proceſſerit. Initio enim hic humor cõtumax cum nihil adhuc natura tentauit, rurſum contumacior redditur, terreſtriorque & ſiccior acrium medicamentorum igneo fere calore. Si ſanguis in corpore abundet, detrahendus erit, aperta mediana aut baſilica brachii ſiniſtri, hac cautione adhibita, vt ſi craſſior & nigrior fundatur, fluere liberalius permittatur: ſi tenuis & laudabili colore rubro ſuffuſus, ſiſtatur quamprimum. Febris huius materia venit digerenda, coquenda & minuenda ſyrupis de epithymo, de ſcolopendrio, capillorum veneris, eupatorio, cum aquis lupuli, bugloſſi, borraginis, & ſimilibus. Sancte affirmo, me pluribus quartanariis ſecundum Deum, curationis authorem extitiſſe propinato poculo ex Theriacæ momento in aquæ vitæ vnciis circiter duabus diſſoluto: aliquando etiam moſchi granis duobus aut trib. in vino malueatico diſſolutis, D E

Quanta ſit vomitus ad curationem quartanæ.

Tempus vomitui opportunum.

Quo medicamentis quartana idonea.

Theriaca.

ſub ini-

A ſub initium paroxyſmi particularis ineunte morbi generali declinatione, præmiſſis purgationibus vniuerſalibus, apparato humore & corpore, viribuſq; valentibus: & certe quartana inueterata vix diſcuti vnquam poteſt, niſi corpus alimentis, medicamentiſq; valde concaleſiat. Itaq; nec omnino improbandum, quod pleriq; aiunt, ſe propinato ſingulis diebus in egreſſu lecti vino, in quo per noctem ſaluiæ folia infuſa madaruerint, quartanam fugaſſe. Vtile etiam eſt, paulo ante paroxyſmum vniuerſam dorſi ſpinam inungere oleis, neruoſum omne genus calefacientibus, cuiuſmodi ſunt oleum rutaceũ, nucum de piperibus, admixto aquæ vitæ tantillo. Sed in hanc rem excellit oleum de caſtoreo, quod in colocynthidis malogranatis ſuis vacuo, ſuper accenſas prunas ad dimidiæ partis conſumptionem ebullierit, admixtis puluiſculis e pipere, pyrethro & euphorbio. Certe eiuſmodi inunctiones valent non tantum ad mitigandam horriferæ concuſſionis acerbitatem, ſed etiam ad ſudores promouendos, quod ſcilicet calore ſuo humido, humorem hunc inertem & facultati excretrici rebellem excutiunt. Eſt enim humor melancholicus velut fæx & limus ſanguinis. Itaq; ſi è contrario febris quartana materiam ex aduſto humore bilioſo habuerit à refrigerantibus & humectantibus remediis curationem ſperare & expectare licet: cuiuſmodi ſunt acetoſa, lactuca, portulaca: iuſcula ex cucumerum, citrullorum, melonum & peponum decoctis. In hoc enim caſu, ſi quis calidis remediis vtatur, hunc humorem reddet obſtinatiorem, tenuiorum partium reſolutione. Sic gloriatur Trallianus, curaſſe ſe huius ſpeciei quartanas febres ſolo vſu epithematum refrigerantium, paulo ante paroxyſmi inſultum crebrius repetitorum. Atq; ſumma hæc eſt curationis febrium intermittentium verarum & legitimarum, id eſt, earum, quæ ab vno & ſincero humore materiam ſortiuntur, ex qua facile colligi & intelligi poteſt earum, quas nothas intermittentes appellant, curatio: quæ ſcilicet non vnius generis & purus humor gignit, ſed mixtus, ſeu alienæ materiæ admiſtione infectus: nam pro variorum humorum pituitoſi & bilioſi, verbi gratia, miſcella erunt etiam permiſcenda remedia, vt ſi ſit confuſa velut febris ſpecies ex quotidiana & tertiana, confuſo etiam remedii genere ex phlegmagogis & cholagogis prodigetur.

Vnctio ſpinæ.

Quæ quartana refrigerantibus curari velint.

B

Quid ſpuriæ febres & qualibus remediis curanda.

De aneuriſmate. CAP. XXXII.

Quid aneuriſma.

ANeuriſma *tumor eſt mollis, tactui cedens, ex ſanguine & ſpiritu ſub carne & muſculis effuſis, per dilatationem ſeu relaxationem arteriæ.* Quanquam definitionum author quamcunque cuiuſcunque vaſis venoſi

C dilatationem Aneuriſmatis nomine videtur donare: anaſtomoſi factam arteriæ reſerationem, Galenus Aneuriſma nominat. Fit etiam Aneuriſma, cum ex vulnere læſa arteria tardius coit, quæ ſupereminet ſubſtantia interim agglutinata, carne impleta, & cicatrice obducta: quod in arteriotomiis inſcienter celebratis & negligentius curatis non raro contingit. Omnino igitur Aneuriſmata fiunt arteriarum anaſtomoſi, diapedeſi, ruptione, eroſione & vulnere. Contingunt illa in omni quidem corporis parte, ſed frequentius in gutture, mulieribus præſertim a laborioſo partu. Nam cum ad validiorem enixum voluntatis imperio ſpiritũ violentius contineant, fit vt arteria dilatetur & rumpatur: vnde ſanguinis & ſpiritus ſub cutem ſequitur effuſio. Signa ſunt tumor, nunc magnus, nunc exiguus cum pulſu, & colore a natiuæ cutis cõſtitutione nõ variante. Mollis eſt tumor, & digitorũ impreſſioni ſic cedens, vt ſi is forte ſit exiguus, penitus diſpareat, ſanguine nempe arterioſo & ſpiritibus intro in arteriæ corpus refugientibus, ſed mox ſublatis digitis pari celeritate regredientibus. Quædam Aneuriſmata non modo cum comprimuntur, ſed etiam ex ſeſe ſibilum edunt, auſcultanti propius aure, ſenſibilem, propter ſpiritus vitalis per anguſta viarum magno impetu ruentis validum motum. Quare in Aneuriſmatibus, in quibus magna arteriæ ruptio eſt, tale murmur non ſubauditur, quod ampliore meatu ſpiritus feratur.

Quib. vulgo partibus fiant aneuriſmata.

Signa.

Sibili quis in aneuriſmate obaudiatur ratio.

Ingentia in axillis, inguinibus, aliiſque in partibus Aneuriſmata, in quibus inſignia ſunt vaſa curationem non admittunt, quod ab inciſione tanta ſæpius ſanguinis & ſpiritus ſequatur eruptio, vt mors

D artem & curationem præueniat.

Prognoſis.

Quod à me paucis ab hinc annis animaduerſum eſt in ſacerdote quodam S. Andreæ ab Arcubus, Magiſtro Ioanne Maletto apud primarium Præſidem Chriſtophorum de Thou commorante. Illi igitur ad humeri dearticulationem cum Aneuriſma tuberculi nucis iuglandis magnitudine, edixi, ne id ſibi aperiri curaret, alias vitam in manifeſto futurã diſcrimine. tutius ipſi futurum, ſi conduplicatis linteis in ſolani & arnoglóſſi ſucco maceratis, caſeo recenti & ſeroſo admixto, ſi vnguento de bolo, emplaſtro contra rupturam, aliiſq; refrigerantibus & aſtringentibus mali impetum retunderet, ſi laminam plumbeam imponeret, caligiſq; vteretur breuioribus, vt ad eam continendam eſſet illi thorax, ex quo caligas ſubnecteret talari loco. interim vitet omnia, quæ ſanguinem attenuant, & incendunt, præſertim vero à voci, omni contentione ſibi temperet. Hac diæta etſi per annum eſſet vſus, efficere tamen nequiuit, quin tumor creſceret. Quo animaduerſo, tonſorem adiit, qui ratus tumorem illum ex genere eſſe vulgarium apoſtematum, pyroticum eſcharoticum, quo apertionem moliretur, ſub veſperum appoſuit: exacta nocte ſub auroram tanta ſanguinis rupto tumore prorumpebat copia, vt attonitus omnium opem imploraret, atque ſe me vocari iuberet, qui ipſi hæmorrhagiam tantam ſiſterem, pœnitere, quod

E monitis minus obſequens fuiſſet. Vocor igitur, ſed cum vix dum ædium limina attigiſſem, iam animam cum ſanguine reddiderat. Quare tyronem Chirurgum diligenter monitum velim, ne temere Aneuriſmata, niſi forte exigua ſint, & in parte ignobili, nec inſignibus vaſis prædita, aperiat: hac potius arte curationem aggrediatur. Cutis ſuperincidatur, dum pateſiat arteria, patefacta ipſa ſcalpello vndique à circumſtantibus particulis diducatur, ipſi retuſa & in curua acus introrſum filum trahens ſubiiciatur, ligetur, ſinc abſcindatur, intorti fili lapſus ex ſeſe expectetur, dum natura abſciſſæ arteriæ

Hiſtoria.

Haud temere aperienda aneuriſmata.

Qua arte curanda aneuriſmata.

teriæ

teriæ orás regenerata carne obducet: dehinc reliquum curationis ſimplicium vulnerum modo abſol- A
Partium internarum aneuriſmata incurabilia. *Hiſtoria.* uatur. Quæ in partibus internis contingunt aneuriſmata, ſunt incurabilia, qualia frequenter accidunt his, qui ſitus & ſudores ad curationem luis venereæ multoties pertulerunt, quod ſanguis attenuatus & nimium inde incaleſcens, adeoque incandeſcens, nec etiam arteriæ conceptaculis contineri potis, ipſam in eam diſtendit amplitudinem, vt minimum in pugnum complicatam capere poſſit. Quod ego animaduerti in cadauere Veſtiarii cuiuſdam, qui ex Aneuriſmate arteriæ venoſæ, repente dum pila palmaria luderet, rupto vaſe corruit, diſſecto cadauere magnam ſanguinis copiam in thoracis capacitatem effuſam inueni, arteriæ vero corpus in eam, quam dixi, amplitudinem dilatatum, internamque ipſius tunicam oſſeam: quo ego nomine eius paulo poſt cum magna aſtantium admiratione copiam in Scholis Medicorum feci, dum cadauer publice diſſecarem: ille dum viueret micantium impetu arteriarum omnium pulſum, ingentemque toto corpore calorem percipere ſe dicebat: cuius rei occaſione ſæpe animo linquebatur. Dominus Syluius Regius tum Medicinæ profeſſor, interdixit illi vino, aquam coctam pro potu, & pro cibo lac preſſum, caſeoſque recentes eſſe, atque cataplaſmatis forma imponi dolenti & tumenti loco voluit: veſperi ptiſana ex farina hordei & ſemine papaueris vtebatur: clyſtere vero ex refrigerantibus & remollientibus, aut caſſia ſola per interualla purgabatur, quibus remediis multo melius B
Qui per aneuriſmata in oſſeam duritiem arteria degeneret. ſibi eſſe dicebat. Cauſa oſſeæ eiuſmodi arteriarum per aneuriſmata conſtitutionis eſt, quod ſanguis calidus & feruens primo tunicarum arteriæ facit dilatationem, inde ruptionem. Quod cum contigerit, mutuatur tum ex corporibus vicinis materiam idoneam, qua ſolutam ſui vnitatem reſtauret. Hæc materia dum ſenſim reſiccatur, & induratur, in cartilagineam, vel etiam oſſeam ſubſtantiam degenerat, earundem plane cauſarum materialium & efficientium vi, qua in renibus & veſica calculi generantur: ſanguinis enim portio magis terreſtris deſiccatur & denſatur, vi caloris contra naturam in parte aneuriſmate obſeſſa exiſtentis, quo fit, vt ad arteriæ dilatatæ & ruptæ ſubſtantiam addita in oſſeæ conſiſtentiæ corpus abeat. In quo naturæ Dei miniſtræ elucet ſingularis prouidentia, vt quæ nouo velut aggere comparato & oppoſito, furentis ſanguinis ſpirituum vitalium copia turgentis, impetus retardare velit, niſi quis malit eius duritiei cauſam referre ad continuam medicamentorum refrigerantium & adſtringentium quibus denſandi & indurandi vis ineſt, appoſitionem: vt non omnino obſcure
Lib. 4. ca. 6. de præſ. ex puls. *Cautio circa dignotionē aneuriſmatum.* licet colligere ex Galeni ſcriptis. Cæterum ne falleris ſignis ſupra commemoratis: nam nonnunquam in inſignibus Aneuriſmatis nec pulſum vllum percipere licet, nec digitorum appreſſione ſanguinem in arteriam compellere, vel quia ſanguis eiuſmodi effuſi maior ſubeſt copia, quam quæ priſtinis arteriæ C
conceptaculis coerceri poſſit, vel quia in thrombos coit & concreſcit, ex quo mox putreſcit ventilationis à corde beneficio deſtitutus: vnde dolor ingens, Gangræna & partis necroſis, animantis denique ipſius interitus.

FINIS LIBRI SEXTI.

D

E

DE TV-

A

DE TVMORIBVS CONTRA NATVRAM PARTICVLARIBVS.

B

LIBER SEPTIMVS.

PRAEFATIO.

QVIA morborum curatio varianda venit pro varietate temperamenti, non vniuerſi modo corporis, ſed & ſingularum eius partium, in conſiderationem vocatis ipſorum viribus, figura, forma, ſitu & ſenſibilitate: operæpretium videor facturus, ſi tumorum generali præmiſſa tractatione, de illis nunc in ſpecie egero qui ſingulas corporis partes occupant, ab his initio ducto, qui in caput inuadunt. Tumor igitur vel totum caput adoritur, vel eius tantum aliquam particulam, vt oculos, aures, nares, gingiuas & ſimiles. Eorum igitur, qui totum caput occupant tumorum exempla ſunto Hydrocephalos & Phyſocephalos. Partium varietas facit remediorum varietatem.

C

De Hydrocephalo, ſeu tumore aquoſo, qui infantium caput ſolet inuadere.

CAP. I.

HYdrocephalon capitis velut Hydropen Græci vocant, ab humore aquoſo: infantibus recens natis fere peculiare malum. Cauſam habet externam, violentam capitis obſtetricia manu, vel aliunde in ipſo enixu compreſſionem, lapſum, contuſionem & ſimilia. Hinc enim venæ vel arteriæ ruptio, ſanguiniſque foras ſub cutem effuſio: qui dum corrumpitur, ſeroſus adhuc in aquoſum quid degenerat. Sed & cauſam internam habet, ſeroſi vel acris ſanguinis copiam, tenuitate ſua & feruore per vaſorum poros, alias inter cutem capitis muſculoſam & pericranium, alias inter pericranium & cranium, alias inter cranium & craſſam meningem, alias in cerebri ventriculos exudantis. Signa eius in cutis muſculoſæ pericranio ſubtenſæ ſpatium effuſi, ſunt tumor aſpectabilis, indolens, mollis, & ad digitorum impreſſionem facile reciprocus. Eiuſdem vero inter pericranium & cranium reſtitantis ſigna fere eadem erunt, niſi quod paulo durior eſt tumor, nec ob interiectas particulas adeo ad digitum ſequax, & præterea doloris ſenſus aliquis ſubeſt. At cum in eo ſpatio, quod cranio & craſſæ D meningi interiacet, aut in cerebri ventriculis, vel tota ipſius ſubſtantia deliteſcit, ſenſuum, vt viſus & auditus, adeſt hebetudo: tumor non cedit tactui, niſi valida admodum fuerit impreſſio, tum enim ſubſidet, in infantibus præſertim recens natis, quibus cranium fere cereum eſt, & ſuturarũ compages laxa, tum natura ipſa, tum ex euentu, ob humorem ſubiectum vicina omnia corpuſcula madefacientem & relaxantem: cranium altius attollit contentus hic humor, qua præſertim parte ſuturæ coeunt, quod vel ex eo licet cognoſcere, quod preſſo tumore, humor in cerebri refugit penetralia. Denique dolor vrget acrior, totum caput tumidius eſt, frons in exteriora protectior eſt, oculus fixus eſt & immobilis, idemq; lachrymoſus ab exudante è cerebro ſeroſo humore. Scribit Veſalius, viſam à ſe puellam bimulam, cui ex hoc tumore caput craſſius erat quouis virili capite, craniumq; non oſſeum, ſed membranoſum, quale ſolet eſſe abortiuo fœtui, effuſamque inde aquam nouem librarum pondere. Narrat Albucaſis, viſum ſibi puerum, cui caput in dies ob aquoſum humorem contentum grandeſceret, tandemque in tantum tumorem ſublatum, vt ipſum nec ſtans, nec ſedens ceruice ſuſtinere poſſet, adeo vt paucis poſt diebus interierit. Memini, me quatuor pueros hoc morbo laborantes animaduertiſſe & curaſſe, quorum vni poſt mortem diſſecto, non erat cerebrum amplius pila palmaria. Cæterum ex tumore & humore E intus ſub cranio contento, neminem conualuiſſe vidi: at ab externo tumore facile ſaneſcunt. Ergo ſiue ſub pericranio, ſiue ſub cute capitis muſculoſa lateat humor, reſoluentibus primo oppugnandus eſt. Quod ſi [illegible]pugnari nequeat, facienda eſt inciſio, temporum vitato muſculo, indeque exprimendus humor [illegible] ſiue is carnium recens mactatarum loturam, ſiue nigricantem ſanguinem, ſiue ſanguinis throm[illegible], cum nempe tumori occaſionem dedit contuſio, referat: hinc vulnus lino carpto ſicco implendum, conduplicatis pannis contegendum, ac denique decenti ligatura vinciendum.

Quid hydrocephalos. Cauſa. Differentia a loco. Signa. Historia.

De Polypo. CAP. II. A

Polypus quid. Ratio nominis. *Lib. 6. ca. 8.*

POlypus *naſi tumor eſt contra naturam ab oſſe ethmoide fere ortus.* Id nominis habet, quod Polypi marini pedem figura & carnem conſiſtentia referat. Nares obſtruit tumor hic, loquendi, ſpirandi, & mungendi libertatem intercipiens. Polypus Celſo caruncula eſt modo alba, modo ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret, & modo ad labra pendens nares implet, modo retro per id foramen, quo ſpiritus à naribus ad fauces deſcendit, adeo increſcit, vt poſt vuam conſpici poſſit, ſtrangulatque ſæpe hominem intercepta inſpiratione & exſpiratione. Quinque ſunt eius ſpecies: prima, membrana eſt mollis, longa & tenuis relaxatæ & depreſſæ valuæ ſimilis, à media narium cartilagine pendula, humore pituitoſo &

Differentiæ & ſpecies.

1\. viſcido referta, hæc è naribus exſpirando prominet, inſpirando autem retracta latet: quare ſim vocem
2\. efficit & inter dormiendum ſtertorem. Secunda, caro dura eſt, ex ſanguine melancholico citra adu-
3 ſtionem nata, quæ nares obſtruendo eam, qua eſt illa parte, reſpirationem intercipit. Tertia, caro eſt
4\. ex cartilagine prominens, teres, mollis, ſanguinis pituitoſi ſoboles. Quarta, tumor eſt durus, cum
ſimilis, qui cum tangitur, ſonum ex ſeſe lapidis inſtar remittit: gignitur ex ſanguine melancholico
5\. reſiccato, liuidus color, immitis & indolentis natura antre dolente. Quinta, ex cancro multis vlcuſcu- B
lis velut coagmentata eſt per tranſuerſam cartilaginis ſuperficiem ſparſis.

Qui polypi chirurgiam non patiantur.

Omnium eiuſmodi Polyporum alii non vlcerati ſunt, alii vlcerati, qui ſaniem ex ſe fœtidam & graueolentem remittunt. Non tamen attingendi ſunt, qui doloroſi ſunt, quidam, qui renitentes, quique liuido ſeu plumbeo vituntur colore quod Cancri naturam redoleant, vt in quem ſæpe degenerent. ratione tamen doloris, qui premit acrius, vti licebit anodynis antea in Cancro deſcriptis, cuiuſmodi eſt hoc.

Anodynum.

℞ *olei roſ. vitel. ouo. ℥ ij lythargyr. auri. & tuthiæ præp. an. ℥ j. ſucci plant. & ſolani an. ℥ j. ß. lapid. hæmat. & camphor. an. ʒ. ß. agitentur in diu longe mortario plumbeo. fiat medicamentum in nares demittendum.*

Qui moleſti ſunt, laxi & indolentes, curatio eſt exſcindendi [illegible] ad mitentur, ſcalpello ferro ad id opus comparato, vel conſumptis acribus [illegible] per fiſtulam in nares, ne ſanas partes contingant; vel potentialibus, vt ægyptiaco ex omnium [illegible] impoſito [illegible] carnem deuorando, cui vis ineſt eiuſmodi carnis abſumendæ [illegible] Chalcanthum, & oleo vitrioli. Hæc enim Polypum radicitus exſcindunt, [illegible] Caue autem [illegible] medicamenta in nares hac cautione [illegible] experientia [illegible] naſo & circumſtantibus partibus, ad ſedandum dolorem & prohibendam inflammationem apponantur. Cuiuſmodi ſunt vnguentum de bolo, nutritum, oui albumen cum roſaceo agitatum, & pleraque eius generis alia. C

Polypus cur radicitus re uellendus.

De Parotidibus. CAP. III.

Parotis quid. Differentiæ. Signa & ſymptomata horumque cauſa.

PArotis *tumor eſt contra naturam, glandulas occupans, & partes eas quæ pone & circum aures ſita [illegible] dicuntur.* Hæ enim quia laxæ ſunt & raræ, oppoſitæ ſunt excipiendis eius excrementis. Ex his aliæ ſunt criticæ, morbi materiam [illegible] eo naturæ impetu depulſa. Aliæ ſymptomaticæ, [illegible] excrementis, copia vel qualitate auctis, eo ſua ſponte [illegible] Communiter [illegible] abſceſſus ingentem inflammationem, quod humor ille, qui abſceſſit mordicantis qualitate magis [illegible] quam copia. Sed & dolorem ſæpe excitant acrem, propter diſtentionem partium exquiſitiſſimo ſenſu præditarum, tum ratione neruorum quintæ coniugationis per eas partes expanſi, tum ratione vicinarum [illegible], quo in vt cephalalgiam [illegible] exerceat, & facies vniuerſa tumeat. Quinquam non raro ab humore lento, viſcido & craſſo id tumoris genus excitari ſolet. Iuuenes affectus hic grauius exercet, quam [illegible] febrem inducit & vigilias. Curatu contumax eſt, cum præſertim fit ab humore craſſo, lento & viſcido & penitus depoſito. D

Prognoſis. Curatio.

Curatio perficietur diæta, quæ humoris qualitati in ciborum qualitate & conſiſtentia contrariatur. Si ingens ſubſit inflammatio & robur, quit ſanguinis copiam indicet, ſanguinis miſſio erit vtilis, imo neceſſaria. Topicorum vero adhibendorum non debet hic ſimile eſſe iudicium, quod in reliquis tumoribus, vt Galenus monet: nempe initio non eſt locus repercutientibus, ſi præſertim criticus fuerit abſceſſus. ſic enim naturæ conatus ſeſe morbifica materia impetu expedientis in eas partes, infringeremus aut retardaremus. Multo vero minus repellendum eſt, ſi materia, quæ eo defluit, ſit venenata, inde enim eius funeſtas contingeret recurſus ad partes nobiles. Quare Chirurgus naturæ potius dabit operam in attrahendo & proliciendo humore illo. Quinquam ſi adeo immanis fuerit fluxio, ſi dolor adeo acris, vt inde metus ſit vigiliarum & febris, quæ vires proſternerent, ex vſu futurum cenſet Galenus, reſoluentibus multis, nonnihil admiſcere repellentium. Quare initio eiuſmodi imponetur cataplaſma.

Lib. 5. de cõmed. ſecundum locos. cap. 2. Hipp. aph. 21. lib. 1.

Loco cit. lib. de com. med.

Blande reſoluentia.

℞ *far. hord. & ſem. lini an. ℥ ij. coquantur cum mulſa, aut decocto cham. addendo but. recen. & olei cham. an. ℥ j. fiat cataplaſma.* Vtilis erit & qui ſequitur litus.

℞. *but. rec. ℥ ij. olei cham. & lilior. an. ℥ j. vnguen. de alth. ℥ ß. ceræ parum, fiat linimentum cum lana ſuccida.* E

Dolore miteſcente, ex vſu erunt diſcutientia & reſoluentia paulo validiora: vt,

Validiora reſoluentia.

℞. *rad. alth. & bryon. an. ℥ ij. fol. rutæ, puleg. origan. an. m. j. flo. chamæm. melil. an. p. j. coquantur [illegible] hydromelite, piſtentur, trajiciantur, addendo far. fœnug. orob. an. ℥ j. puluer. ireos, chama. mel. l. an. ℥ ij. olei aneth. [illegible] an. ℥ j. fiat cataplaſma.* Quod ſi amplius reſoluere fuerit conſilium, vti poteris emplaſtro oxycroceo [illegible] de meliloto. Si concreſcat ille & indurescetur humor, conuertes te ad ea medicamenta, quæ *capite de ſcirrho* fuere præſcripta. Quod ſi ad ſuppurationem tendat, ſequens appones medicamentum.

℞. *rad.*

A ℞. *rad. lilio. & cepar. ſub cineribus coctarum, an. ℥ iij. vitel. ou. num. ij. axungiæ ſuillæ, & vnguen. baſilico. an.* *Maturãtia.*
℥ j. ſem. lin. ℥ j. ß. fiat cataplaſma. Quod ſi ita res poſtulet, reſcindetur tumor ea, quam ante præſcripſimus, arte.

De Epulide, ſiue Gingiuarum hyperſarcoſi. CAP. IV.

EPulis *carnea eſt excreſcentia gingiuarum inter dentes*, quæ ſenſim ſæpe ad oui augetur magnitudinem, adeo vt & loquendi & mandendi adimat facultatem: ſaniem ſaliuoſam & fœtidam effundit, ac nõ raro in cancrum degenerat, quod ex caloris, doloris, & aliorum accidentium proprietate intelligere licebit: tum enim ipſam manu attingere nefas. At quæ ægrum dolore non excruciat, reuelli poterit: reuulſionis is erit modus. Filo duplici vincietur, & vincta conſtringetur quouſque decidat: vbi deciderit, locus vrẽdus cauſtico fiſtula incluſo, vel aqua forti, vel oleo de vitriolo, ea induſtria, vt ne vicinę partes ſanæ contingantur, alioqui ſi non inuſſeris, reuerti ſolet. *Epulis quid.* *Symptomata.*


Eius generis tumores, ſæpe ea arte amputaui tam amplos, vt non contemnenda magnitudine ex ore prominerent cum ingenti faciei turpitudine: hos cum nulli Chirurgi auderent attingere, quod liuida carne apparerent, tentaui tamen, quod indolentes eſſent, & reuulſione atque vſtione ad perfectã ſanationem perduxi: non quidem ſimul & ſemel, nam etſi à ſectione locum inurerem, repullulabant nihilominus, quod oſſis & alueoli portio quædam, in qua dentes defixi ſtant, carie correpta eſſet. Sæpe animaduerti eiuſmodi carnem in cartilagineam & oſſeam ſubſtantiam vetuſtate induruiſſe. Itaq; quam celerrime fieri poterit, aggredienda curatio: nam adhuc exilis, nec altis firmata radicibus, facilius reuellitur, humore viſcido tum ſolum referta, qui ſucceſſu induratur, & difficilem reddit reuulſionem. *Curatio chirurgica.* B *Cur nõ differenda reuulſio.*

De Ranula. CAP. V.

TVmor ſæpe ſub lingua exiſtit, qui prolationis ſeu loquelæ adimit libertatem, ex quo Batrachium Græcis dicitur, Latinis Ranula, quod hoc linguæ vitio correpti, coaxando magis, quam eloquendo ſenſa mentis enuntiare videantur. Fit ex frigidæ, humidæ, craſſæ, lentæ & viſcidæ, pituitoſæque materiæ è cerebro in linguam prolapſu, colore & conſiſtentia oui albumen referentis: etſi nonnunquam colore citreo conſpiciatur. *Rei & nominis ratio.* *Cauſa.*

Curationem vt tuto perficias, eum tumorem ignito ferro potius, quam ſcalpello aperies, alias enim reuertitur. Ratio apertionis erit eiuſmodi. Laminam ferream incuruam, concameratã & foramine in ſui medio peruiam comparabis, eamque diducto ægri ore tumori ita aptabis, vt eius ei parti, qua aperiendus eſt, foramen reſpondeat. Hac candente ferro pertundes, ſic enim nullam oris partem, quæ ſana ſit, violabis: inuſturus vero, appreſſo ſub mento pollice, tumorem altius proferes, quo ſit certior ictus: apertione facta contentam materiam effundes, os ægro collues hordei decocto, melle & ſaccharo roſato: ſic enim tuto & cito vlcus ſanabitur. *Curatio chirurgica.* C

Lamina ferrea & cauterii actualis vncinati typus.

D 

De Glandularum, Pariſthmiarum, ſeu Amygdalarum tumore.

CAP. VI.

AD fauces iuxta radices linguæ, natura duas oppoſitas appoſuit glandulas, figura & magnitudine *Pariſthmia*
amygdalinas, ex quo & nomen ipſis inditum: earum munus eſt ſaliuam è cerebro ſtillantem exci- *cur amygdala dicta.*
pere, tum ne ille humoris vehementior lapſus linguæ in loquendo officeret, tum vt reconditum velut *Earum vſus*
in penu humorem ſemper lingua haberet, ne aſſidue loquendo inareſceus tabeſceret. Sic enim per
febriles ardores ſaliua illa conſumpta, fandi impotentes fiunt ægri, niſi prius multa oris collutione
E linguam madefecerint: glandulæ illæ, quia loco concluduntur calido & humido, ſunt inflammationi *Cauſa tumorum amygdalinarum glandularum.*
valde obnoxiæ, in has vna cum ſanguine ſæpe multus humor confluit pituitoſus, crudus & viſcoſus, vn-
de tumor: cuius occaſio non raro eſt ex multi & fumoſi meri potione, ex nimia ingluuie & mora ſub
dio. Laborioſa & moleſta ægris eſt deglutitio, fereque febris adeſt. Sæpe adeo tument vna cum his glã- *Symptomata.*
dulis laryngis, circumſtantes ceruicis muſculi, vt (quod in angina fieri ſolet) via ſpiritui & aeri præcluſa,
ſtranguletur æger.

Imminenti illi obuiã ibimus periculo, purgatione & phlebotomia, cucurbitularum ad ceruicẽ & *Curatio.*
ſcapulas appoſitione, extremorum frictionibus, ligaturis, & collutione ex gargariſmatis aſtringentib *Extremum extremo morbo remedium.*
Quod ſi ſuppuratũ concipiant, ſcalpello via erit puri aperienda: ſin contra his ex arte peractis, augeatu

 fluxio

fluxio, mortiſque præſens adſit diſcrimen, reſpiratione intercepta, ad præſentis & tanti periculi declinationem, ferro aperienda eſt ſumma aſpera arteria, qua maxime parte foras proiecta prominere ſolet, A idque eo fit tutius, quod hinc iugulares venæ & arteriæ abſint longius: quodque fere ex cutis ſit pars eiuſmodi: atque quo commodius fiat inciſio, iubebitur æger capite eſſe in poſticum reclinato, quo magis ferro pateat arteria: tum eius in tranſuerſum ſcalpello incuruo inter duos annulos, vitata penitus & inuiolata ſubſtantia cartilaginea fiet inciſio, ſola nempe, quæ cartilagineos concatenat annulos, membrana vulnerata: tum vero quantum ſatis eſſe debet exciſum videbitur, cum primum ſpiritus per plagi percipietur eruptio: plaga tamdiu recluſa tenebitur, quoad ſuffocationis præterierit periculum: tum enim demum conſuenda erit intacta cartilagine. Quod ſi dura & calloſa ipſius labra extiterint, leniter ſcarificanda erunt, quo refricatum vulnus cruentetur ad faciliorem agglutinationem & vnionem, vt in fiſſorum labrorum curatione fuſius exponemus. Multos curaui, qui conualuere, quibus ingenti vulnere vna cum cartilagineis orbiculis arteria aſpera pertuſa erat, vt notabimus, cum ad vulnerum eius partis curationem venerimus.

Qua ratione aperienda aſpera arteria.

De Vua ſeu Columellæ inflammatione & relaxatione. CAP. VII.

B

Quid gargareo & quem vſum habeat.

VVa *corpus eſt exiguum, ſpongioſum, & ad mali pinei formam acuminatum*, ad perpendiculum ex ſummo & intimo palato pendulum, vt aeris inſpirati & in pulmones allecti, impetum infringeret, ac tanquam plectrum vocem efformaret & modularetur. Sæpe excepto ex cerebro liquore ſtillatitio ſupra modum increſcit, ex baſi latiore & tumentiore, corporeque productiore ſenſim fatigatum. Quæ res multorum ſymptomatum conſecutionem infert: nam ab aſſidua ſtillantis humoris irritatione, tuſſis excitatur, quæ & ſomnum adimit, & orationis libertatem intercipit: ſed & reſpiratione impedita niſi ore aperto ægri ſomnum capere nequeunt, boli tanquam in faucibus hærentis, fruſtraneo deglutiendi conatu exercentur, & à ſtrangulatu periclitantur. Id mali genus catharſi, phlebotomia, cucurbitulis, clyſtere, adſtringente gargariſmate, diætaq; oppugnari debet: quod ſi ſic expugnari nequeat, pyrotico ex aqua forti tentanda curatio, quæ non raro mihi feliciter ſucceſſit. Sed ſi ne ſic quidem perimi poſſit, manum admouere ſatius erit, quam per ſocordiam ſtrangulationis præſenti & lethali periculo, ægrum permittere: eſt tamen adhibenda in eo incœpto magna cautio: non enim columellam, quæ in exactum orbem tumet, quæ vel flammeo vel atro ſanguine cancrorum more turget, tibi vel ferro, vel pyrotico contingendam putabit Medicus: at audacter manum admouebit, ſi oblonga ſit, & ſenſim gracileſcendo in acutum turbinem laxum, mollemque exeat: ſi neque intenſius rubeat, neq; nimio ſanguine tenſa turgeat, ſed ſubalbida ſit & indolens. Ergo vt eius, quod ſuperfluit, facilius, tutiuſq; ampute, ægrum luminoſo in loco ſedere iubebis, vtque hianti ſit ore, procurabis: Volſella vuæ mucronem comprehendes, eiuſque quantum inutile infra volſellam erit, præcides. Alias infra deſcripto inſtrumento id religabis: eius inſtrumenti inuentio accepta ferenda eſt Honorato Caſtellano homini ſoletti & docto, Regis ordinario Medico, & Reginæ matris primario: cuius etiam vſus eſſe poterit in Polypis & Vuluæ verrucis conſtringendis. C


Cauſa tumentis gargareonis.

Symptomata.

Curatio.

Chirurgica curatio.

Annuli conſtrictorii Columellæ plexis funiculorum colligationibus conſtringendæ apti Typus.




A. *Annulum monſtrat, cuius poſtica pars nonnihil eſt excauata.*

B. *Filum duplex & ceratum, quod in annuli cauitatem inſeritur, & nodo ſequaci ſeu laxo ſtringitur.* D

C. *Virgulam ferream, in quam deſcriptum filum duplex init, conuenitque, tum ad conſtringendum cum relaxatæ columellæ tantum fuerit comprehenſum, quantum inutile eſt, & amputandum ſine vllo hæmorrhagiæ metu. Cum vero filum conſtringendum erit, ipſum iterum per virgulam ferream ducetur, atque pro arbitrio conſtringetur, ipſius capite ſeu extremo ex ore prominente & pendulo. Cæterum arctius ſingulis diebus ſtringendum, donec inutilis portio conſtrictionis vi deciderit: ſicque parti laboranti & ægro ſanitas reſtituta fuerit. Eiuſmodi inſtrumentorum tres tibi typos excudendos curaui, vt quo volueris, pro re nata vti poſſis.*

E


A *Figura ſpeculorum oris, quibus os hians & patulum eſſe cogitur, dum ſectioni, conſtrictionique operam nauat Chirurgus.*



B

Quod ſi ad vuæ hanc relaxationem vlcus depaſcens adiunctum fuerit cum hæmorrhagia, tum inurenda veniet & tabefacienda igne inſeneſtratum tubulum, ea arte inſerto, vt ad nullam oris ſanam partem iniuria peruenire poſſit.

Tubulus feneſtratus cum inſerto immiſſoque ignito ſcapo.



C

De Angina. CAP. VIII.

ANgina *faucium tumor eſt, qui ambientem aerem ingreſſu in aſperam arteriam & fuliginem, ſpiritumque exitu,* *Quid angina.*
cibum quoque deglutione prohibet. Tres eius differentiæ. Prima ingenti dolore ægrum excrutiat, nullo
extrinſecus apparente tumore, quod humor morbificus pone geminas amygdalinas glandulas lateat *Differentia.*
ad colli vertebras: itaque niſi lingua ſpatula vel oris ſpeculo appreſſa percipi nequit: tum enim de- *Prima ſpecies anginæ.*
liteſcentem illic ruborem, & tumorem licet intueri. Æger non ſpiritum ducere, non cibum, po- *Symptomata.*
tionemve deuorare poteſt: lingua illi venatico velut cani exerta prominet, os hiat, quo ſpiritum faci-
lius ducat: vox denique in faucibus & naribus eliſa infuſcatur: non ſupinus iacere æger poteſt, ſed recens
ſedere cogitur, quo liberius ſpiret præcluſa via: potus per nares reſilit: flammei ſunt & tumentes oculi
D atque extra orbitam proiecti. Qui ſic ægrotant, repente ſæpe ſuffocantur, ſpuma circa os proſiliente. Se-
cunda differentia ea eſſe dicitur, in qua tumor intrinſecus apparet, minime vero vel minimum extrin- *Secunda anginæ ſpecies.*
ſecus: lingua, glandulæ, maxillæque ſubtumidæ cernuntur. Tertia minime omnium periculoſa tumo-
rem ingentem extrinſecus profert, intrinſecus autem exiguum. Cauſæ vel internæ ſunt vel externæ. *Tertia.*
Externæ quidem ſunt ictus, ariſtæ, ſimiliſve rei ad fauces adhæſus frigoris pruinoſi, vel caloris æſtuantis
exceſſus. Internæ ſunt humorum vel à toto corpore, vel à cerebro copioſior influxus, qui vel ſanguinis, *Cauſæ.*
vel bilis, vel pituitæ naturam redoleant, raro autem melancholici humoris. Signa, quibus humoris ſpe-
cies, confuſioq; dignoſceretur, fuere in tumorem generali tractatione expoſita. Quo minus intus, foriſ-
que apparet tumor, eo angina periculoſior. Minus periculoſa illa eſt, quæ tumore ſe prodit extrinſecò,
quod talis nec cibi nec ſpiritus vias præcludat. Ab angina nonnulli intra duodecim horas, alii intra *Hipp ſect. 3. prognoſt.*
duos, quatuor, vel ſeptem dies moriuntur. *Qui anginam euadunt*, ait Hippocrates, *iis ad pulmonem malum*
tranſit, & intra ſeptem dies moriuntur: ſi vero hos dies euaſerint, ſuppurantur: ſed & ſæpe deliteſcentia termina- *Aph. 10. ſec. 5*
tur id mali genus, id eſt, humoris obſcuro in partem nobilem reflexu, vt in pulmones & pectus (vnde
Empyema, aliaſque partes principes, quarum læſio mortem infert ineuitabilem: nonnunquam reſolu-
tione, alias ſuppuratione. Reſolutionis optabilior eſt via: fit autẽ cum materia pauca ſubeſt, eaq; tenuis,
E ſi præſertim ſecta vena ſanguinem detraxerit Medicus, & idoneis gargariſmatis æger fuerit vſus. Cri- *Diæta.*
tica angina non raro lethalis viſitur, propter ingentem humoris in fauces decubitum, vnde repente
ſpirandi via præcluditur. Imperabuntur iuſcula ex gallinarum & vitulinæ carnis decocto, ſaporata *Angina*
lactuca, portulaca, oxalide & ſeminibus frigidis. Si debilior fuerit æger oua illi ſorbilia in aqua ex- *morbus acutus.*
hibebuntur: itemque quæ vocant expreſſa, hordeata, pruna cum paſſulis in aqua & ſaccharo elixa & alia
huius generis alimenta. Interdicetur vino, cuius loco hydromelite & hydroſacchara vtetur, itemque
ſyrupis roſarum ſiccarum, violaceo, acetoſo, de limonibus & aliis huius generis. Diuturniorem ſomnũ
fugiet. Interim vero intentum ad omnia Medicum eſſe oportet, quod hic morbus ex eorum ſit genere,

Curatio.

qui nullas dant ægro inducias. Ergo ſtatim & qua parte tumor minor videtur, baſilica ſcabitur: mox eadem die ad materiæ coniunctæ vacuationem vena, quæ ſub lingua eſt, pertundetur. Cucurbitulæ alias ſiccæ, alias cum ſcarificatu ceruici & ſcapulis affigentur, frictiones & doloriſicæ extremitatum deligaturæ adhibebuntur. Deorſum vero parti impactus humor clyſtere, balano, & modulis acriorib. reuelletur. Dum fit fluxio, ſine mora os erit colluendum gargariſmatis aſtringentibus, ad humoris prohibendum influxum, ne ſubito incurſu ægrum iugulet, vt ſæpe contingit eluſa omni Medici diligentia.

Gargariſmata repellentia.

Frequentes ergo oris collutiones fient ex oxycrato, vel tali gargariſmate ℞ *pomor. ſylueſt. nu. iiij. ſumach. roſar. rub. an. m. ß. berber.* ℥ *ij. bulliant omnia cum aqua ſufficienti vſque ad conſumptionem medietatis, addendo vini granat. acidorum* ℥ *iiij. diamor.* ℥ *ij. iterum bulliant modicum, fiat gargariſma, vt artis eſt.* Poterunt & alia gargariſmata fieri ex aquis plantag. ſolani, omphacio, iulepo roſato, & ſimilibus. Quod ſi fluxionis materia fuerit pituitoſa, tuto addi poterit alumen, malicorium, nux cupreſſi, & aceti tantillum. Contra vero extrinſecus non ſunt admouenda repercutientia, ſed lenientia potius, quo relaxentur, rareſcantq; partes externæ, ſicque humoris portioni vel diſſandendæ vel reſoluendæ via ſit aperta. Reſolutum iri humorem intelliges, ſi febris ægrum deſerat, ſi liberius deglutiat, loquatur, & reſpiret, ſi placide dormiat, & ſi dolor valde remiſſus fuerit. Tum itaq; reiuuandus naturæ conatus reſoluentium medicamentorum appoſitione, aut etiam ſuppurantiam intrinſecus extrinſecuſq; appoſitorum, ſi in pus verti materia videatur. B


Gargariſmata maturantia.

Fient itaque gargariſmata ex radice altheæ, ficubus, iniubis, paſſulis demptis acinis, dactylis in aqua elixis ad perfectam vſque coctionem. Par erit vtilitas gargariſmatis ex lacte vaccino cum ſaccharo, ex oleo amygdalarum dulcium, vel violaceo tepidis, talia enim ſuppurationem promouent & dolorem leniunt: ſuppurantia cataplaſmata extrinſecus ceruici & gulæ apponentur, inuoluentur que partes hæ lana ſuccida liliorum oleo imbuta. Cum perfectam humoris in pus conuerſionem intelliget Medicus, oris ſpeculo os ægri diducetur, curuoque ſeu falcato & longo ſcalpello aperietur abſceſſus, hinc detergentibus gargariſmatis os ſubinde colluetur.

Detergentia gargariſmata.

Vt ℞. aquæ hordei ℔ *ß. mellis roſ. & ſirupi roſar. ſiccarum an.* ℥ *j. fiat gargariſma.* Erit & in hunc ſcopum idoneis a nominatis vſus. Detecto his artibus vlceri cicatrix inducetur pauco alumine rochæ, ſuperioribus gargariſmatis addito.

Typus ſcalpelli, qui exertus manubrio ſuo prominet.



C

De Bronchocele. CAP. IX.

Nominis & curatio.

QVod Galli, Goetram nominant, id Græci Bronchocelem, Latini vero Gutturis herniam. Etenim *gutturis tumor eſt rotundus*, cuius materia intus foras prodiens, inter cutem & tracheam arteriam concepta concluditur: mulieribus ex iiſdem cauſis oboritur, ex quib. Aneuriſma. Cæterum Bronchoceles nomen generale multas ſubit differentias, alias enim meliceridum, alias ſteatomatum, alias atheromatum, alias aneuriſmatum naturam retinet, in quibuſdam carnea moles exigui doloris ſenſum inferens inuenitur: quædam eiuſmodi affectionum exiguæ ſunt aliæ adeo magnæ, vt in totum ferme guttur expanſæ cernantur: quædã Cyſtim habent, aliæ nihil tale obtinent, omnes quotquot ſunt & quem exitum habituræ ſint, propriis licet cognoſcere ſignis. quæ curabiles erunt, cauterio aperientur actuali aut potentiali, vel ſcalpello. Hinc ſi fieri poſſit reuellentur confertim materiæ, ſi minus id poſſimus, partitis viribus eximentur, & effundentur idoneis remediis: vlcus denique conſolidabitur & cicatrice obducetur. D

Differentia. Curatio.

De Pleuritide. CAP. X.

Quid pleuritis.


PLeuritis *inflammatio eſt membranæ coſtas ſuccingentis* à ſanguine tenui & bilioſo ſurſum magno impetu ex vena caua in azygon, & inde in intercoſtales venas affluente, tandemque in intercoſtalium muſculorum & ipſius membranæ ſpatia manante effuſo: eo loco concluſus ſi ſuppuratum concipit doloris punctorii ſenſum, febrem & ſpirandi difficultatem ægro inuehere ſolet. Suppuratus ſanguis ille expurgandum habet, alias per os ſuggentibus ipſum pulmonibus, & in aſperam arteriam, indeq; in os expellentibus, alias per vrinas, alias per anum. Quod ſi natura imbecillior, purulentum ſanguinem in Thoracis ſpatium effuſum nequeat expectorare, in Empyema morbus tranſit: itaq; in ſubſidium aduocandus venit Chirurgus, qui inferne ſurſum numerando, apertionem moliatur inter tertiam & quartam veras & legitimas coſtas. idque vel cauterio actuali, ſeu potentiali, vel nouacula ſuperne dorſum verſus ducta, non autem inferne, ne violentur vaſa, quæ infra coſtam diſſeminantur. Tuto & facile perficietur illa apertio actuali hoc cauterio: id quatuor foraminibus pertuſum eſt, quorum vnum ſuperius vel inferius pro inciſionis depreſſione & modo, ſtylo traiicitur, tum eius mucro per ferri laminã media ſui parte foramine, etiam pertuſam in deſignatum a Medico locum adigitur, ne forte titubans manus non attingendas partes ignito ferro violet. Lamina eiuſmodi nonnihil incurua eſſe debet, quo lateri gibbo facilius aptari poſſit, ſuiſque extremitatibus ex aduerſo latere quatuor loris vinciri. Eius ideo figuram hic appingere placuit. E

De pleuritidis in ſuppuratum mutatione.

Demonſtratione in empyema.

Ratio paracenteſis lateris in empyemate.

A *Cauterii actualis ad pleuritidem idonei cum ſua lamina Typus.*



B

Quod ſi corpore, thorace, & coſtis amplioribus, vaſtisque æger extiterit, licebit coſtas ipſas terebello diuidere & forare. Quomodocunque apertio facta fuerit, pus erit ſenſim & vicibus interpolatis effundendum: Thoracisque capacitas iniectione detergente ex *aqua hordei* ℥ vj. *& mellis roſ.* ℥ ij. aliisque ſimilibus in vulnerum curatione fuſe explicandis, purulenta eluuie eluenda. *De forandis coſtis.*

De Hydrope. CAP. XI.

HYdrops *tumor eſt contra naturam, ex aquoſi humoris, flatuum, aut pituitæ copia, alias in toto corporis habitu, alias in parte aliqua ea que præſertim alui capacitate, quæ peritoneo & inteſtinis interiacet, collecta.* Ex hac locorum & materierum diſtinctione variæ emergunt hydropum ſpecies. In primis enim, qui alui ſpatium illud replet hydrops, vel humidus eſt, vel ſiccus. Humidus Aſcites dicitur, ab vtris ſimilitudine, quod illa capacitate tanquam vtre aquoſus humor concludatur. Siccus vero Tympanites, quod venter flatu turgens, tympani modo tinniat. At cum vniuerſus corporis habitus humore turget pituitoſo, Anaſarca ſiue Leucophlegmatia nominatur. In vltima hac hydropis ſpecie tument primum inferna partes, vt quæ ſitus vitio excipiendi fluxioni ſint magis obnoxiæ, & à fonte caloris natiui remotiores: itaque ſi comprimantur, impreſſum manet digiti veſtigium: turgidula ægro & pallida facies ſurgit, quo nomine à duabus aliis hydropum ſpeciebus diſtinguitur. In his enim primum venter, hinc quadam conſecutione crura & pedes intumeſcunt. Sunt præterea & particulares hydropes certorum locorum anguſtis terminis definiti, cuiuſmodi exiſtunt in capite Hydrocephalos: in gutture, Bronchocele: in pectore, Pleurocele: in ſcroto, Hydrocele, & ſic de reliquis. *Quid hydrops.* *Hydropum differentiæ.* *Symptomatica.*

C

Ab eadem tamen omnes cauſa naſcuntur, imbecillitate nempe vel impedimento facultatum alterantium & concoquentium, hepatis præſertim, quam ſcyrrhus, quam intemperiei magnæ genus omne innexit, frigidæ præſertim, ſiue illa primario contigerit, ſiue ſucceſſione ad intemperiem calidam per caloris natiui & inſiti diſſipationem, cuiuſmodi hydrops eſt inſanabilis: ſiue ſympathia partis alterius ſupernæ vel infernæ venerit. Nam ſi in pulmonibus, diaphragmate, aut rênibus intemperies, vitiumvè aliquod conceptum fuerit, id facile hepatis gibbis per venæ cauæ ramos qui eò pertingunt, communicatur. At ſi à liene, ventriculo, meſenterio, inteſtinis, ieiuno præſertim & ileo, malum venerit, in hepatis cima, per venas meſaraicas & alios venæ portæ ramos recipit. Sic enim aſthmatici, phthiſici, ſplenetici, icterici, imo etiam phrenitici in hydropem incidunt. Omnes denique quibus ſanguis menſtruus aut hæmorrhoidalis præter conſuetudinem ſuppreſſus, vel immoderatius effuſus calorem natiuum vel obruit, vel imminuit, & extinctioni adducit, quam ignis, vel nimia lignorum mole ſuffocatur, vel inopia marceſcit & extinguitur. Idem expectandum eſt ab alui aut veſicæ excrementis, vel ſuppreſſis, vel immoderatius effuſis: ex ciborum frigidorum & temere nulloque ordine ingeſtorum copia largiore: ab omni denique externarum cauſarum vitio, quarum occaſione error in victu, vel vitæ inſtituto contingere poteſt. *Cauſa hydropum.* *Cur plerique morbis in hydropem inciderunt.*

D

Aſcites à duabus aliis hydropum ſpeciebus diſtinguitur, tum cauſæ efficientis magnitudine, tum ſymptomatum, vt deiectæ appetentiæ, ſitis & tumoris abdominis vehementia. Sed & commoto corpore vel in alterutrum latus inclinato, fluctuantis in vaſe ſemipleno velut aquæ ſonus exauditur. Deniq; pro corporis conuerſione, & abdominis compreſſione humor varie ſurſum, aut deorſum impellitur, atque partium, ad quas appellit, compreſſione, varia ſymptomata excitat. Diaphragmatis enim compreſſione Diſpnoeam & Tuſſim: in thoracis capacitatem exudatione ſimilia Empyemati ſymptomata excitat. Sed & ſæpe ægri aquoſi humoris illo veluti Eurypo, alias in cœlum rapi, alias in aquam demergi ſibi videntur, quod ego nullius ſcriptoris lectione, ſed ipſorum ægrorum narratione didici. Si vero aquoſi illi humores ad infernas partes deuoluantur, meatuum compreſſione & anguſtia inteſtinorum & veſicæ, excrementa ſupprimunt. Ægro reſupinato, tumor minor apparet, quia hac atque illac diffunditur: ſtante contra vel ſedente, maior cernitur, quod totus humor in aluum ſeu imum ventrê cogitur & compellitur: vnde & pondus in pectine percipitur. Partes corporis ſupernæ marceſcunt ſanguinis qualitate & conſiſtentia ad alendum idonei defectu: at infernæ intumeſcunt ſeroſi & aquoſi humoris ad illas influxu. Pulſus paruus eſt, celer & durus cum tenſione. *Signa aſcitis.* *Symptomatica.*

E

Prognoſis.

Morbus hic d[illegible] Chronicorum eſt genere [illegible] vel nunquam ſanatur, in his [illegible], quibus ab aluo materna malum eſt congenitum, [illegible] decrepitis, [illegible], omnibus denique, quibus [illegible] naturalis langet, & in vitio eſt. Contra autem [illegible] homines, ſi præſertim febris expertes fuerint, omnes denique [illegible] poſſunt, quæ ſunt huic morbo curando idonea, facile conualeſcunt, & maxime, antequam collecta aqua [illegible], & ſua contagine viſcera infecerit, Medicum adiuerint.

De cura Hydropis. CAP. XII.

CVrationis initium a leuioribus & mitioribus remediis eſt ducendum: nec niſi his præmiſſis & tentatis, ad paracenteſim veniendum. Medici igitur partes erunt, deſiccantem diætam & aquam ducentia medicamenta, tum per anum, tum per veſicam, deſcribere. Certe Hippocrates [illegible] Hydropicis imperat. ℞ *canthar. ablatis capitibus & alis* ℥ β *comburentur* [illegible] *fiat pulvis*, de quo [illegible] duo in vino albo propinentur, hoc enim & ſimilibus remediis natura adiuta [illegible] naſi [illegible]. Sed quo ſanationem accelerenus, prodeſſent partis natiuum calorem [illegible] medicamentorum appoſitione, quibus [illegible], ſacculis nempe, balneis, [illegible], & emplaſtris. Sacculi fient ex [illegible], ſale, ſulphure calidis, vel [illegible] ſæpius calefactis. Efficaciora balnea ſunt aquæ naturalis ſalſæ, nitroſæ & ſulphureæ, vel [illegible] nitro & ſulphure liquatis præparatæ: quibus ſi addentur rutæ, maiorana & [illegible], flores [illegible] ſtæchados & ſimilium, res melius ſuccedet. Litus fient ex oleis [illegible], anethino, laurino, & [illegible], in quibus nonnihil euphorbii, pyrethri, [illegible] piperis bullierint: [illegible] emplaſtrum ex thure, myrrha, Therebinthina, coſto, baccis lauri, Cypero, melle, ſtercoribus bubulo, columbino, caprino, equino, & ſimilibus, quæ etiam per ſe imponi poterunt. Si malum perſeueret, ad [illegible] & [illegible] tranſeundum, id eſt, ad [illegible] & veſicatoria [illegible] veſicæ [illegible], vt ſic [illegible] aqua [illegible], quod [illegible] facit, & [illegible]. Galenus [illegible] agricolas in Aſia cum triticum ex agro in oppidum in Carris [illegible], [illegible] aliquid volunt, nec tamen deprehendi, fictilia quædam aqua [illegible] impleta in [illegible] [illegible] in ſe per fictilia humorem trahere, tum molem ſibi [illegible]. [illegible] quidam Medici legiſſent, arbitrati ſunt tritico vim ineſſe attrahendi [illegible] aquam [illegible], vt ſi quis hydrope laborantem in triticeo aceruum defoderet, [illegible], vt humor [illegible]. Certe ſi his remediis nihil Medicus profecerit, ad ſummum ex quiſite remedium, id eſt, ad paracenteſim [illegible], de qua [illegible] veterum Medicorum variæ fuere ſententiæ, [illegible] & [illegible]. Qui ergo paracenteſim improbant, perniciofam illam eſſe, [illegible] concludunt. Prima eſt quod aquam concluſam effundendo vna & ſpiritum, adeoque facultatum [illegible], [illegible] diſſipationem & exolutionem facit. Altera quod hepar ſublato aquæ [illegible], [illegible] penſulum deſinat pondere ſuo diaphragma, totumque thoracem deprimat, & [illegible], vnde tuſſis ſicca & dyſpnoea. Tertia, quod peritoneum [illegible], [illegible] punctura aut [illegible] facile agglutinari & [illegible] tam. His rationibus adductus Eraſiſtratus, paracenteſim [illegible] eſſe frequentibus rationibus ſuadebat: nempe quod aqua eduta [illegible] hydropis cauſam, hepatis nempe intemperiem, & [illegible], [illegible] aquis [illegible], promptus ſit in hydropem relapſus. Deinde febris, ſitis, [illegible] calida & ſicca, quæ conclaſæ aquæ contactu mitigabantur, [illegible] Auicennam, Gordoniumque mouiſſe videntur, vt [illegible] nullos, [illegible] admodum paucos a paracenteſi [illegible] diceret. Sed facilis omnium eiuſmodi rationum refutatio eſt. Quod enim ad primam attinet, Galenus diſſipatorum ſpirituum & exolutionum facultatum noxam illam in paracenteſim [illegible] & artificioſe celebratam confert, [illegible] qua [illegible] aqua effunditur. Et [illegible] illa ratio ponderis aliquid obtinet, procul a ſalutarium remediorum numero, remouenda [illegible] phlebotomia, vt qua ſanguis effundatur, cuius ſunt longe puriores & tenuiores ſpiritus, quam qui per hydropicorum aquas diffuſi & permixti dicuntur. Quod vero ſecunda [illegible] periculum, facile vitabitur ægro reſupinato & in lecto decumbere iuſſo: ſic enim [illegible] pendebit hepar. At quod ad tertiam rationem attinet, [illegible] ille timor eſt de punctura peritonæi. Nam quæ mala ad [illegible] vulnera ſequuntur, ea ob partis ſenſum exquiſitum contingunt, qui in peritonæo a ſero [illegible] male affecto & alterato, aut nullus, aut exiguus ſupereſſe ſolet. Cæterum ratio & experientia docent, [illegible] partes neruoſas, etiam ipſas per ſe membranas procul a carne [illegible] remotas, vulnere violatas ſanationem admittere: multo certe magis peritonæum, vt quod [illegible] abdominis [illegible] adhæret, vt [illegible] magno conatu ipſum a carne diuellere queant diſſectores. Quæ vero ratio paracenteſeos [illegible] [illegible] videtur, Celſi authoritate refellitur: *non ignoro* inquit *paracenteſim Eraſiſtrato diſplicuiſſe, morbum enim huius locum [illegible] putauit, ideoque ita illum eſſe ſanandum, fruſtraque aquam emitti, quæ vitiato [illegible] naſcitur.* Sed primum non huius viſceris vnius hoc vitium eſt: deinde vt inde corporis, tamen aqua nihil [illegible], quæ contra naturam ibi ſubſiſtit, & iocineri, & cæteris [illegible] partibus nocet, dum ipſa [illegible] vel [illegible], vel talem tuetur, conuenitque, corpus nihilominus eſſe curandum. Atque & ſi non ſemel emiſſus humor, medicinæ tamen locum facit, quam [illegible] impetu. [illegible] vero abeſt, vt [illegible], ſalſus & corruptus humor, febrem, ſitimque lenire poſſit, vt [illegible]. Sed & vna intemperiem frigidam auget, dum calorem natiuum copia obruit & extinguit. Auicennæ vero & Gordonio

Lib. 4. de Vict. acut. & lib. de intern.

Diuretica.

Sacculi.

Balnea.

Litus.

Emplaſtra.

Veſicatoria.

Lib. de facu natural.

Varia de paracenteſi opiniones.

Contra paracenteſim rationes.

Eraſiſtrati rationes contra paracenteſim.

Pro paracenteſi rationes.

Lib. 3 ca. 21. Lib. de morbis ch. cap. de hydrope.

[illegible]

A domino ſatisfaciet Cælii Aurelianí Medici nobiliſſimi, etſi methodici authoritas: Qui inquit *proferre auctores omnes, pulbus eam (?) [illegible], mortuos, mentiuntur: Multos enim ipſi hoc remedii genere conualuiſſe vidimus, [illegible] tardius, vel negligentius adminiſtrata paracenteſeos culpa.* Hoc vnum, quod contra omnia [illegible] omnes collat, addam, parum prudenter de remedio ambigi, cum eo neceſſitatis æger redactus ſit, eo ſolo ipſi ſuccurri poſſit. Nunc qua ratione incidi venter debeat, aperiendum.


Sit cordis vitio hydrops contingat, ſiniſtra in parte ſectio facienda eſt: ſi vero lienis, in dextra: nam ſi in latus tectum decubuerit æger, [illegible] ipſam dolor continenter affligeret, aquaq; in eum locum deuoluta, [illegible] vnde facilis iterum exolutio. Ternum digitorum intra vmbilicum ſpatio ſectio facienda eſt, ad latus nempe rectorum muſculorum, non autem ad lineam quam vocant Albam, neq; ad reliquorum epigaſtrii muſculorum aponeuroſes, vt dolori, & vnionis difficultati obuiam eatur. Curandum igitur, vt æger in dextrum latus iaceat, ſi in ſiniſtro latere inciſio facienda eſt: aut in ſiniſtrum, ſi in dextro. hinc Chirurgus tum ſua, tum adſtantis miniſtri manu, cutem abdominis cum ſubiecto panniculo carnoſo carpet, & ſeorſum abducet: ſeorſum abductam, per tranſuerſam ad ſubiectum vſq; carnem ſectione diuidet: quo perfecto, cutem diuiſam ſurſum, ſtomachum verſus, quam maxima poterit contentione compellet, vt cum vulnus, carni ſubiectæ mox infligendum, conſolidandum erit, cutis [illegible] relapſa, ei operi [illegible]: tum ergo vulnere non ita magno carnem muſculoſam atque peritoneum diuidet, [illegible] omento atque inteſtinis. In vulnus tubulum peniculi forma ſeu fiſtulam auream, aut argenteam [illegible], tubuli pennæ anſerinæ craſſitie & ſemidigiti longitudine immittet, quæ in ventris [illegible] item, capite erit latiore: eodemque duobus foraminibus pertuſo, per quæ [illegible] ad medium corpus religabitur, vt dimoueri, niſi Chirurgi [illegible] fiſtulam [illegible] ſpongia, quæ ſtillantem excipiat humorem: eadem [illegible] effundenda aqua [illegible] autem non confeſtim, ſed paulatim, metu diſſipationis [illegible] exolutionis, quod cuidam hydrope laboranti contigiſſe vidi. Hic enim morbi & remediorum impatientia [illegible] ventrem adacto ſtylo pupugiſſet, atque aquarum effuſione [illegible] humoris, adeoque morbi euacuatione, mirum in modum geſtiret, intra paucas horas interiit, [illegible] aquæ impetus nulla arte ſiſti poſſet, quod non eſſet arte facta inciſio. Nec vero ſat erit, [illegible] diximus, arte, humori viam aperuiſſe, ſed & duplicatis pannis ac ligatura forti, externum C [illegible] obturandum & obfirmandum veniet, ne quidquam aquæ imprudentibus vel inuitis nobis effluat. Notandum vero eſt, non ante ex ipſo vulnere extrahendam fiſtulam, quam quantum volumus, & tumoris ratio expoſcit aquæ effluxerit: ſemel enim extracta, non facile poſtea reſtitui poteſt [illegible], doloremque vulneris labris aptari, quod cutis & panniculus carnoſus, ſuo in carnis ſeu muſculorum vulnus relapſa ipſam operiant. Cæterum interim dum effunditur aqua, cibando ægro [illegible] diligenter erit prouidendum, nam ſi languere illæ & debilitari videantur, ſiſtenda erit ad aliquot dies aquarum effuſio, qua tandem ex voto perfecta, ita conſolidandum erit vulnus, vt caueat Chirurgus, ne in fiſtulam degeneret.

Ratio faciendæ paracenteſis.

Hiſtoria.

De extrahenda fiſtula cautio.

Typus tubuli peniculi formis.

D 

Alii alia ratione aquæ effluxum moliuntur. Nam inciſione facta vulneris labra acu filum ducente tranſadigunt, Multum autem carnoſæ ſubſtantiæ acu comprehendunt, ne contentionis in adducendis labris impetu dilaceretur, dilanieturq; quod eſt comprehenſum. Hinc filum ipſum ſurſum, deorſumque per adactæ in tranſuerſum acus ambo extrema obuoluitur quemadmodum dum in roſtro leporino fieri ſolet, quo ſic arctius vulneris labra cohærentia, [illegible] aquæ vel guttula inuito Chirurgo elabi poſſit. Nonnunquam curati & ſanati hydropici, in icterum incidunt, quibus ego hac [illegible] mederi ſoleo. ℞ *ſterc. anſer.* ʒij. *diſſolue in* ℥iij. *vini al. coctur. fiat potio,* detur horis duabus ante paſtum.

Effundenda poſt paracenteſim aqua alia ratio.

Contra icterum.

De vmbilici tumore & relaxatione. CAP. XIII.

EXomphalos ſiue Vmbilici tumor, fit peritonæo vel laxato, vel rupto. Hac enim occaſione ſæpe inteſtina, ſæpe & omentum in vmbilici ſedem incidunt, nonnunquam & illic caro ſuperflua [illegible]: alias a ſanguinis eo loco effuſi copia tumor ille eſt, vt in aneuriſmate: alias á flatu: alias ab aquoſo humore. Si ab omento tumor eſt, pars ipſa ſuum, id eſt, cutis colorem retinebit, mollis tumor erit & fere indolens, quique ſine murmure reſidet, vel ad appreſſum digitorum, vel ex ſeſe reſupinato ægro. At ab inteſtinis tumor magis eſt inæqualis, atque cum appreſſione digitorum intro compellitur, tale murmur exauditur, quale in Enterocele. Si á carne ſuperflua tumor eſt, durior erit & magis contumax, nec ad regreſſum in corpus facilis & ſequax, quantumuis æger ſupinus digitis comprimat. A flatu tumor mollior eſt, ſed nec remigrare in corpus habilis, & ſub vngui tinniens tympanuli inſtar. Si ab aquoſo humore tumor fit, omnia habet cum flatuoſo communia, niſi quod obſcurior eſt & ſine tinnitu. Si ab effuſione ſanguinis exiſtit, liuido colore eſt: ac ſi ſanguis effuſus, arterialis fuerit, ſigna adſunt aneuriſmatis. Quare cum ab inteſtinis, omento, flatu, aquoſoue humore tumor eſt, Chirurgica curationem admittit: minime vero ſi à carnea mole aut ecchymoſi extiterit.

Ab omento & inteſtinis vmbilici tumor, vt curetur, ſupinus iacere debet æger, indeq; omentū & inteſtinà

Vmbilici tumoris cauſa varia.

Signa tumentis vmbilici ab omento.

Signa ab inteſtino.

A carne.

A flatu.

Ab humore aquoſo.

Ab ecchymoſi.

Qui vmbilici tumor Chirurgica curationē non admittat.

Chirurgica curatio.

inteſtina in ſuum locum digitis compulſi, [illegible] qua tumor [illegible] digitis eſt A adducenda, & acu funiculum [illegible] ambitu, [illegible] altiore concidenda, quo [illegible] poſſit. Tum ter, quaterq́ pro diſſectionis & tumoris modo acu iterum [illegible] cum ligaturis tandem excidat. Sed & [illegible] cicatrice, vt decet, obducere. [illegible] mox curari dicemus. Aquoſus vero [illegible] quo ad aqua omnis exhauſta fuerit.

De Inguinum & Scroti tumoribus, quos Hernias nominant.

Cap. XIV.

Tres tantū herniæ ſpecies.

VEteres Medici Herniarum pluresſpecies conſtituere, [illegible] tamen tres tantum eo nomine ſunt donandæ, inteſtinalis, nempe, [illegible] Quæ Herniarum [illegible] ſpecies, ex ſimilitudine potius, quam [illegible] inteſtina vel omentum. [illegible] B

Bubonocele.

[illegible] quæ vltra inguina non deſcendit, [illegible] celen nominarunt; completam vero, quæ in ſcrotum penetrabat, [illegible]

Enterocele & Epiplocele.

[illegible] Enterocelen, ſi ab omento, Epiplocelen, [illegible] quod ſi ab aquoſo humore [illegible] Hydrocelen, [illegible] Phyſocelen, [illegible]

Phyſocele.
Sarcocele.
Cirſocele.
Cancer.

[illegible] dicunt. Si carnea moles circa teſticulum, vel in teſticuli ſubſtantia [illegible] Sarcocele nominatur. Si venæ [illegible] Cirſocele nomen obtinet tumor. Si vero humores [illegible] tum ei nomen inditur, quemadmodum *initio tractatus de Tumoribus* [illegible] nempe violentior [illegible] motus, ictus, [illegible] clamor [illegible] dorum & flatuoſorum immoderatior vſus. Talia enim omnia [illegible] ſunt, tenuem nempe & tenuem membranam. Signa Bubonoceles ſunt [illegible]

Signa.

premitur intro facile compellitur. Enteroceles [illegible] C & abſcedit cum murmurillo & dolore. Ab omento vero tumor [illegible]

Cur inteſtina facilius remeant in ſuam ſedē, quam omentum.

[illegible] inteſtinorum ſubſtantia cum [illegible] ſecutione quadam [illegible] diſtentionis, quæ in eorū corpore membranoſo non poteſt non eſſe doloriſica, propter loci mutationem [illegible] non naturalem, [illegible] ſenſibile, graue, iners & immobile. Rupto [illegible] mentum, dolor acutus & lancinans [illegible] creſcit tumor: [illegible] dolor toties repetit, quoties [illegible] tur quod rupto peritonæo non contingit [illegible]

Quæ cauſa ſit, cur aliquando compulſa nequeant in ſuum locum inteſtina & omentum.

[illegible] tur tumor ſine vlla diſtentione, adeoq́, ſine dolore [illegible] centur loca. Nonnunquam contingit, vt inteſtina & omentum [illegible] peritonæo [illegible] vel excoriationis occaſione, quam [illegible] Chirurgi [illegible] D

Quæ hernia incurabilis.
Monſtroſa magnitudinis ſine periculo herniæ.

[illegible] contemptus Hernia perfecta & inueterata [illegible] conſtantis ætatis hominibus, [illegible] curationem admittit. Notandum vero, quod per peritonæi magnas rupturas, inteſtina ad capitis humani craſſitiem in ſcrotum delabi poſſint ſine magno dolore & vitæ periculo, quod per loci & rupturæ amplitudinem [illegible] facile regredi poſſint.

De cura Herniarum. Cap. XV.

Quibus herniis pueri obnoxii.
Curatio Chirurgica.

QVia pueri ſunt valde obnoxii Herniis, non quidem carnoſis aut varicoſis, ſed aquoſis, ventoſis, maxime vero inteſtinalibus ex aſſiduo & laborioſo eiulatu & tuſſi, ideo de harum curatione primo loco dicemus. Vocatus ergo Chirurgus ad inteſtini [illegible] reſtitutionem, puerulum, ſeu in menſa, ſeu in lecto eo ſitu collocabit, vt capite ſit depreſſiore, natibus vero & cruribus altioribus, tum leniter & blande manibus inteſtinum in ſuam ſedem compellet, compulſoque fouebit inguen totum [illegible] in vteri prolapſu deſcripto: inde id remedium apponet. ℞. *præſcripta decoctionis quantum ſufficit, farinæ*

Adſtringens cataplaſma.

hordei & fabarum an. ℥ j. *puluer. aloes, maſtiches, myrtil. & ſarcoco. an.* ʒ ß. *boli armeni.* ℥ ij. *concorporentur, & fiat cataplaſma ſecundum artem.* Eodem conſilio admoueri poterit emplaſtrum contra rupturam: ſed ſumma curationis in complicatis pannis & ſubligaculis [illegible] contineatur, conſiſtit. In quam rem puerum in cunabulis ſuis ad triginta aut quadraginta dies, ita, vt prædiximus, ſitum continebit, atq; à clamore, eiulatu, & tuſſi prohibebit. E

Serm. 1. c. 24.

Aetius iubet papyrum in aqua triduo macerari, atque in globulum coactam inguini apponi, repoſito prius inteſtino. Nam [illegible] adſtrictione remedium id [illegible] Erit vero, vt reor, efficacius, ſi non in communi, ſed in aqua adſtringente in vteri prolapſu deſcripta, papyrus maceretur. [illegible]

Caſtratorū dolus & auaritia.

[illegible] remediorum ope multos ſanaui, & caſtratorum manibus [illegible]

ob

A ob vberem inde lucrum, cupiui. Doloſo illi commento parentibus perſuadent, immedicabilem eſſe inteſtini in ſcrotum prolapſum: quod tamen falſum eſſe conuincit experientia, ſi eo, quo diximus modo cura adminiſtretur, laxato præſertim, tantũ ac non rupto peritonæo: nam eius proceſſus, quo tanquam decliui via inteſtino lapſus eſt, temporis & ætatis progreſſu arctatur & conſtringitur, dum interim inteſtina incraſſantur. Chirurgus quidã fide dignus narrauit mihi, multos à ſe hac arte curatos pueros: Magnetem in tenuiſſimum pollinem redigebat, & in polenta exhibebat. Inde vero inguen, qua præcipitabatur inteſtinum, melle inungebat, & ſubtili ferri limatura aſpergebat, id genus remedij per decem aut duodecim dies adminiſtrabat, parte de cætero faſcia & ſubligaculo, vt decet, conſtricta. Remedij illius efficacia ex eo pendere videtur, quod magnes inſita à natura ferri, quod inguini aſperſum eſt, attrahendi cupiditate, impetu quodam violento carnoſas & adipoſas particulas interiectas ſibi adiungit: quę peritonæi laxitatem vndique comprimentes & conſtringentes, imo ex ſucceſſu temporis hæſu tenaci ipſi ſe adiungentes, viam lapſuro inteſtino vel omento intercipiunt: quod non magis à ratione abhorrens videri debet, quam quod intuemur, ipſum magnetem per interiecti tabulati craſſitiem ferrum poſt ſe hac illac distrahere. Affirmabat idem Chirurgus, ſequens remedium frequenter & fœliciter à ſe viſurpatum: limaces rubros fictili incluſos in furno cinefaciebat, collectumq; inde puluerem infantulis in polenta, prouectioribus in iuſculis exhibebat. Cæterum in hoc morbo nihil deſperandum eſſe, poſſeque B etiam curationem conſtantis ætatis hominibus, vt quadragenariis, qui tres corporis dimenſiones impleuerint, fœliciter procedere, ſequens teſtatur hiſtoria. Erat ſacrificus quidam in ſancti Andreæ parœcia, Ioannes Moretus nomine, cui ex officio incumbebat epiſtolam, quoties rei & diei celebritas poſcebat, alta voce decantare. Cum igitur Enterocele laboraret, acceſſit ad me opem efflagitans: grauiter enim ſe dolore premi, tum præſertim, cum epiſtolam contentius declamaret: Enteroceles animaduerſa magnitudine, ſuaſi, vt alium in ſuum locum ſufficeret. Itaq; impetrata à Curione Domino Clerico facultatis Theologiæ decano, eiuſmodi miſſione, ſe mihi commiſit, hominem ex arte tractaui, atq; vt nunquam ſine ſubligaculo eſſet imperaui: paruit meis conſiliis. Cũ quinquennio vel ſexcennio poſt obuiũ ipſum habuiſſem, rogaui qui haberet, perbelle reſpondit: immunem enim ſe penitus ab eo, quo ante vexabatur, morbo eſſe. Quod ego mihi ante perſuadere non potui, quã diligenti genitalium ipſius obſeruatione rei veritatem, vt ipſe narrauerat, oculis fidelibus ſum aſſecutus. Sed cum ſemeſtri ſpatio poſt ex pleuritide interiiſſet, Curionis domum, in qua ſacrificus ille cõmorabatur, adij: cadaueris copiam mihi fieri impetraui, vt ego animaduerterem, ecquid rei natura in via illa, qua inteſtina deuoluebãtur, eſſet com-

C molita. Teſtem Deum appello, me circum foramen proceſſus peritonęi ſubſtantiam comperiſſe adipoſam, oui minoris magnitudine, eo loci ſic tenaciter adhærentem, vt vix ipſam ſine vicinarum partium diuulſione inde diſtrahere potuerim: atq; hoc illi ad ſanitatem compendium extiterat. Admiratione vero & obſeruatione digniſſimũ eſt, quod natura vel paulũ arte adiuta morbos ſanat, qui cenſentur immedicabiles. Caput curationis in eo conſiſtit, ſi ſubligaculis inteſtinum ſuo loco fideliter contineamus, eo quo ſequẽtes duæ figuræ monſtrant, modo.

Alia ars ſanandarum herniarum.

Ratio nouiſſime dicti remedii.

Aliud remedium.

Hiſtoria notatu digniſſima.

Nihil in morbo natura duce & arte comite deſperandũ.

Quanta vis ſubligaculi.



D

Figura hominis vnã parte rupti cum ſubligaculo, cuius ſcutum tribus prominere debet tuberculis, duobus quidem ſuperna, vno autẽ inferna parte, his interiectis in medio cauitas eſſe debet, ne arctius oſſa pubis premat, & dolorem inferat: à me non ita pridem inuenta eſt eiuſmodi ſubligaculi ratio, cæteriſq; tutior viſa, ad inteſtini & omenti delapſum prohibendum.

E

A. *Faſciam ſcapularem monſtrat, quæ antica & poſtica parte ad cingulum ſubligaculi vincitur.*

B. *Subligaculum.*

C. *Cauitatem in tuberculorum medio relictam.*

Alia

A



Alia figura hominis vtraque parte rupti, monſtrans qua arte, qua ſubligaculi ſpecie, & eiuſmodi ſcapulari faſcia vinciri ex vtroque inguine debeat.

B

A. *Monſtrat ſcapularem faſciam in medio fiſſam, qua caput prodeat.*


BB. *Subligaculum cum duobus ſcutis, inter qua foramen hiat transmittendo peni. Singulorum ſcutorum forma eadem eſſe debet cum ſuperiore.* C

Diæta. Interim non eſt omittenda diæta: interdicendum omnibus, quæ vel laxare, & dilatare, vel rumpe-
re poſſunt proceſſum peritonæi, de quibus abunde ante egimus. Nonnunquam, maxime vero ſenibus,
inteſtina in ſuum locum reſtitui nequeunt, propter induratam in illis fæcum copiam: in hoc caſu vio-
lentius non erunt compellenda, ſed æger lecto continendus, ac illi capite depreſſiore & cruribus altio-
ribus exiſtenti, cataplaſma ſequens apponetur.

Ad remolliendas faces cataplaſma. ℞. *rad alth. & lil. an. ℥ ij. ſeminu lini & fænug. an. ℥ ß fol maluæ, viol. & pariet. an. m. ß. coquantur in aqua communi, poſtea tundantur & traiiciantur per ſetaceum, addendo butyri recentis ſine ſale, & olei liliorum quantum ſufficit. fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquida*, applicetur calide ſcroto & imo ventri. Huius remedii
ope, vbi per noctem hæſiſſet, non raro inteſtina viſa ſunt ipſa per ſe ſine Chirurgi manu in ſuum locum
remigraſſe, flatibus nempe reſolutis, quæ fæcum regreſſum in aliud inteſtinum, qua vacuari & excludi D
Olea chymica. poſſent, intercipiebant. Quod ſi nec ſic quidem fæces regrediantur, flatibus adhuc obſiſtentibus & mi-
nime diſcuſſis, iniiciendus erit clyſter remolliens, & flatibus diſcutiendis idoneus, cum pauco oleo te-
rebinthinę, anethino, iuniperino, aut fœniculaceo, per quintam eſſentiam extractis. Ad idem valent
clyſteres ex vino maluatico, oleo nucum, & aquæ vitæ, vel alicuius oleorum prędictorum exigua quan-
titate. Sæpe contingit, vt ne ſic quidem inteſtina reſtitui poſſint, quod peritonæi proceſſus non ſatis
pateat, nam delapſæ vna cum inteſtino ſenſim in ſcrotum fæces ibi partim indurantur, partim flatuum
acceſſione per reſolutionem auctæ tantum tumorem excitant, vt remeare per id cauum nequeant, per
Ileos epigenomenon herniæ ſymptoma. quod paulo ante ſubierunt: Quo fit, vt à putredine concluſæ eluuiei, ſuccedat inflammatio, & noua
ſubinde doloris acceſſio: tandemque fæcum egreſſu deorſum per anum prohibitarum ſurſum per os re-
greſſus & vomitus. Affectionem hanc vulgo Miſerere mei nominant. Huic vt occurratur ſymptomati,
Herniæ ileoſa Chirurgica curatio. tentanda potius extrema remedia ſunt, quam vt ſinamus ægrum tam turpi & fœdo genere mortis e vi-
ta emigrare. Occurremus autem Chirurgia, hoc, qui ſequitur modo: Ægrum ſupinum in menſa vel ſca-
mno religabimus, mox in ſuperiore ſcroti parte inciſionem faciemus, intacta inteſtinorum ſubſtantia,
habenda deinde cannula argentea craſſitie pennæ anſerinæ, vna ſui parte rotunda & gibba, altera autē E
caua, quemadmodum ſubiecta figura monſtratur.

Fiſtula

Fiſtulæ ſeu Cannulæ figura.




Illam inciſionis locum indemus, & peritonæi, vna cum ſcroto inciſi, productioni quam longa
B productam ductam ſubiiciemus, vt ſecundum eam cauitatem, peritonæi proceſſum, inſertæ cannulæ beneficio à contentis inteſtinis diuulſum, recto ductu illæſis inteſtinis, nouacula diuidere poſſimus. Inciſione mediocri facta ſenſim digitis in aluum compellentur inteſtina: hincque ſutura, tantum inciſi peritonæi comprehendetur, quantum ſatis eſſe videbitur, vt per ipſum anguſtiorem redditum, nihil dehinc cicatrice obducta in ſcrotum elabatur. Quod ſi induratarum, vel mora, vel inflammationis ardore, fæcum tanta ſubſit copia, vt inciſio illa non ſit ſufficiens compellendis in ſuum locum inteſtinis, longior inciſio, impulſa ſurſum ventrem verſus cannula, facienda eſt: adeo vt libero regreſſui inteſtinorum in aluum ſatis eſſe poſſit, tum Gaſtroraphia, vt decet celebrabitur, & ſutura anguſtiore reddito peritonæi proceſſu, lapſuris inteſtinis vel omento via intercludetur, de cætero vulnus, vt artis eſt, curabitur. Sed priuſquam te ad id opus accingas, expendendum diligenter, num ægro adſint, & valeant vires, nec niſi prognoſi inſtituta, & amicis ægri enunciata, tentandum quidquam. *Longior peritonæi inciſio.*

De ligatura aurea, ſeu Puncto, vt loquuntur, Aureo.

CAP. XVI.

C SI omnibus illis modis ſanationem Hernia non admiſerit, propter laxati aut rupti peritonæi ingentem continui ſolutionem, atque æger aſſidentium amicorum conſenſu paratus ſit ſanitatis ſpe aleam omnem ſubire, tentabitur curatio puncto, quod vocant Aureum: ad quam rem, ſolerti & ſtrenua manu Chirurgus aduocabitur. Faciet is inciſioné ſupra os pubis in quam ſpecillum immittet, deſcriptæ paulo ante cannulæ ſimile, illudque ſub peritonæi proceſſu ſecundum ipſius longitudinem impellet, atque ſurrigendo à vicinis fibroſis & neruoſis corporibus, quibus adhæreſcit, diuellet, mox & vaſa ſpermatica cum cremaſtere teſticuli muſculo abſtrahet, quibus perfectis ipſum proceſſum ſeorſum abducet, eiuſq; quantum laxius eſt, exiguis & laxis forcipibus, foraminibus in medio peruiis, comprehendet, atque acu quinque vel ſex fila, ducente transfiget, quam proxime vaſa ſpermatica & cremaſterem muſculum. Sed & iterum ducenda erit acus in eius, quod ex proceſſu reſtat, medium, vna comprehenſis vulneris labris, tum arcto nodo filum conſtringendum, & à ſectione tantum eius relinquendum, quantum ſatis ſit, vt extrorſum è vulnere pendeat. Id filum putre ſine ſenſim diſſoluetur ex ſeſe: nec vero ante abſtrahendum, quam nouitata in ligaturæ locum carnem regenerauerit & repoſuerit, alias fruſtra omnis conſumptus erit labor. Denique vulnus detergetur, carne implebitur, & cicatrice obducetur, cuius callo, ad intus delapſuro iterum natæ ſimo vel omento obſtabit. Vti ſunt alij Chirurgi, qui alia arte punctum eiuſmodi aureum perficerent. Cutem ſupra os pubis incidunt, qua parte delapſus fieri ſolet ad peritonæi vſque proceſſum, ſubque ipſum retectum tenuem virgulam auream ſemel atque iterum ducunt, ipſamque ductam tantum conſtringunt, quantū proceſſus eiuſmodi laxitati corrigendæ ſufficiat,
D liberis interim ab aſtrictione vaſis ſpermaticis. Hinc extrema virgulæ capita, bis & tertio exiguis forcipibus, ſibi mutuo intorquent & implicant, quod ſupereſt eius, reſecant. quod à ſectione reliquum extat id intortum obuoluunt ne ſuperinductam carnem acumine ſuo pungat: mox relicta illic aurea virgula vulnus ad inſtar vulnerum ſimplicium curant, ægram in lecto cruribus altioribus & capite depreſſiore per quindecim vel viginti dies continent. Hac arte multi ſanati ſunt: alij in morbum relapſi ſunt, virgulæ male complicatæ occaſione. Eſt & alia puncti aurei ratio, quam ego expeditiorem & tutiorem iudico, vel hoc nomine, quod nihil heterogeneum in parte poſt ſanationem relinquit. Ergo virgulæ aureæ loco plumbeam inducunt, quæ vno tantum circumactu proceſſum peritonæi complectitur, hinc quantum opus eſt, conſtringitur, non ſcilicet laxius, ne lapſuro corpori viam relinquat, neque arctius, ne intercluſo ſpiritibus & nutritioni ingreſſu gangræna inuadat: reliqua eius extrema extrorſum *Chirurgica curatio per punctum aureum.* *Tertia puncti aurei faciendi ars.*
E prominere & pendere ſinuntur: cum temporis mora callum contraxiſſe peritonæi illa contractura videtur, tum inducta euoluitur & molliter ſubducitur virgula, reliqua inde vulneris curatio arte perficitur. Cæterum non temere ſe & inconſulto Medico, ad id opus præcipitet Chirurgus: fit enim non raro, vt naturæ ignauia etiam in adultis, nondum in ſcrotum propulſi ſint teſticuli, ſed diu ſegniter in inguinibus reſiſtent tumorem excitantes cum dolore, quæ res Chirurgo minime malo Enteroceles opinionem facit: itaque dum repellentibus & ſubligaculis tumorem illum compellere nititur, doloris incrementum facit, & deſcenſum teſticuli in ſcrotum remoratur. Id ego non ita pridem in puero, quem Chirurgus imperitus diu tanquam Hernioſum fruſtra & miſere curauerat, animaduerti: nam cum vnicum in ſcroto teſtem ſubeſſe animaduertiſſem, ac nunquam caſtratum puerum reſciuiſſem. Procul dehinc ab ipſo emplaſtra & ſubligacula remoueri iuſſi, parentibusque edixi vt ipſum curſare & ſaltare permitterent, quo otioſe ceſſans promoueretur in ſcrotum teſticulus, quæ *Notanda cautio.* *Hiſtoria.*

res euentum, vt prædixeram, ſenſim & ſine dolore habuit. Affectionis eiuſmodi ratio vt intelligatur, ſciendum eſt, marem à fœmina caloris tantum efficacia differre. Efficacis autem caloris eſt foras propellere, vt frigoris intro cohibere. Hinc fit, vt teſtes maribus foras ex ſcroto pendeant, fœminis autem imo ventre concluſi lateant. Contingit igitur, vt in maribus quibuſdam natura frigidioribus teſtes aliquandiu occluſi contineantur, donec iuuenili tandem ardore deorſum in ſcrotum propellantur. Sed vt ad inſtitutam de ſcroto tractationem redeamus, etſi ea curandarum herniarum via dolore & periculo non vacet, tutior tamen eſt, quam illa, quæ fit per caſtrationem, quæ ægros remedij crudelitate exectos, manifeſto mortis periculo exponit. Caſtratores enim, dum timent, ne curatione abſoluta, ſuperſtes ſit relaxatio, violento tractatu peritonæi proceſſum à partibus, quibus adhæret, diuellunt, vnaque neruum à ſexta coniugatione, qui ad teſtem pergit, eandem vim vaſis ſpermaticis inferunt: quibus ex rebus dolor excitatur, ingens conuulſio, hæmorrhagia, inflammatio, putredo, ac denique mors, vt ego in multis obſeruaui, quos paucis poſt diebus, quam execti fuerant mortuos diſſecui. Hæc pericula & damna etſi nonnulli euadant, illi tamen generandi facultate per omnem dehinc vitam priuantur, cuius gratia teſtes natura largita eſt, tanquam partes humanæ ſpeciei conſeruandæ in primis neceſſarias. *Lib. de arte medica.* Quo nomine Galenus ipſos præferre cordi non eſt veritus, quod cor vitæ principium ſit, at teſtes melioris vitæ, longe autem nobilius eſt bene viuere, quam ſimpliciter & abſolute viuere: itaque caſtrati in fœmineam naturam degenerant, nam glabreſcunt, vox eneruatur, animus deficit, timidi euadunt, cumq; *Lib. de ſem. 2.* inhabiles ſint ad omnes fere humanas actiones, non poteſt ipſis vita non eſſe miſera. Quare nunquam exectioni teſtium ſubſcribam, niſi forte Sarcocele, aut Gangræna ipſos inuaſerit. Quo vero puncti aurei celebrandi ratio magis innoteſcat, placuit inſtrumentorum, quibus hæc operatio perficitur, imagines hic ſubiicere.



A. Acum incuruam monſtrat, non longe à mucrone ſuo foramine apertam, quo virgula aurea traiiciatur. C

BB. Virgulam auream per acum traiectam.

C. Forcipem, qua, quod ſuperfluit, virgula abſcindit.

D. Manuclam forcipis.

E. Forficem, qua virgula aurea extrema capite obtorquet, & ſibi inuicem implicat.

D

Alia Inteſtini, Omentique reſtituendi facilior & tutior ratio.

Lib. 3. ca. 33. ALiam operationis huius perficiendæ rationem Theodoricus & Guido adinuenere. Inteſtinum Omentumque delapſa, ſic collocato ægro, vt ſublatis cruribus capite ſit depreſſiore, in ſuam abdominis ſedem regerunt: inde laxiorem productionis peritonæi portionem, vnaque ſpermatica vaſa, & Cremaſterem muſculum ad Iſchium adducunt: tum reliquam apophyſeos eius partem, conuenienti pro ætate & morbo, pyrotico inurunt recta ad oſſis pubis perpendiculum, qua deuoluebatur inteſtinum, appreſſo. Hac obductam arte Eſcharam, ſcalpello ad viuum vſque diuellunt, hinc alterum, quod ad os vſque peruadat, pyroticum eodem loco apprimunt: tum eſcharæ ex apophyſi commemorata concretæ lapſum procurant. Relictum inde vlcus ad cicatricem perducunt, quæ mox contracto denſiore callo ſic inteſtinis omentoque obſtruat, vt omnem ipſis ad ſcrotum aditum deſcenſumque

ſumque

A ſumque intercludat. Hæc reſtituendi inteſtini omentique via, quamuis tutior & facilior ſit, nequaquã tamen ſibi tentandam putabit Chirurgus, ſi ipſa ſic apophyſi peritonæi velut agglutinata adhæreſcant, vt diuelli inde & in ſuum locum compelli nequeant: (ab multis enim ſic & violatis inteſtinis grauiorum malorum fieret acceſſio) ſi rupta aut amplius dilatata apophyſi, prægrandem tumorem coercita peritonæo corpora prolapſu ſuo faciant: ſi teſtis adhuc pendulus ea in media velut Babonochia, Enteroceles ſpecie, reſtitutus, nondum in ſcrotum deſcenderit: ſi ægri nondum ea ſint ætate, qua ſe, cum ſit operatio, vel immoti, vel excrementa ad arbitrium retinere poſſint.

De curatione reliquarum herniæ ſpecierum CAP. XVII.

EPiplocele *omenti in inguen, vel ſcrotum lapſus eſt.* Cauſas eaſdem obtinet cum Enterocele. Signa ſuere expoſita. Haud ita periculoſa eſt, nec tot prauorum ſymptomatum infert conſecutionem, atq; Enterocele: cui tamen ſimilem obtinet curationem.

Hydrocele *aquoſus tumor eſt in ſcroto, qui ſenſim cogitur inter membranas teſtem obuoluentes, Darton præſertim & Erythroidē,* Hydrops particularis dici poteſt. fit enim iiſdem de cauſis, maxime vero ex caloris nati- *Hydrocele quid.*
B uui paupertate. Signa ſunt tumor ſenſim ſine magno dolore augeſcens, grauis ſeu ponderoſus, vitrea *Signa.* fere claritate pellucidus, quod oppoſito candelæ lumine cognoueris: preſſo ſcroto ſuperne deorſum, vel inferne ſurſum, aqua ſubrigit vel deprimitur, niſi forte nimia copia vniuerſam ſcroti capacitatem diſtendat & occupet: nunquam tamen in aluum compelli poteſt, more omenti vel inteſtini, nam & ſæpe cyſti concluſa coercetur, læuore & æquali planitie à Sarcocele diſtinguitur. Curatio in primis tentatur remediis reſoluentibus, deſiccantibus & diſcutientibus, ſæpe *antea & capite de Hydrope* inculcatis: quod ſequitur, ſæpe & fœliciter à me expertum eſt. *Curatio.*

℞. vngu. comitiſſæ & deſiccat. rub. an ℥ij. malaxentur ſimul, & fiat medicamentum ad vſum. Hoc remedij genere aqua digeritur & reſoluitur, vel abſorbetur potius, ſi præſertim non ita copioſa fuerit. Quod ſi tumor propter ingentem aquæ vim remediis illis non ceſſerit, chirurgia opus eſt, ſcroto & membranis, quibus aqua concluditur, ſeto traiectis, traducta nempe acu craſſiuſcula mucrone triangulari ſericum filum multiplex ducente. Celeriter autem per forcipis ſetis dicatæ foramina traduci debet, intacta teſtium ſubſtantia. Filum vero ibi relinquendum, atque bis, terue in die commouendum, vt ſenſim humor ſtillet & euacuetur. Quod ſi ſetæ occaſione dolor acerbior, & inflammatio ſuperuenirant, quam- *Medicamentum aquam concluſam exhauriens. Cap. 16.*
C primum illa tollenda erunt, & morbi propria cura neglecta ſymptomatis occurrendum. Pragmaticorum nonnulli ſeta non vtuntur, ſed nouacula vel ſcalpello ſcroti partem imam, vulnere dimidium fere digitum longo aperiunt, ad concluſam vſque aquam penetrantes, intacta ſemper teſtium & vaſorum ſubſtantia, recluſum autem linamentis vulnus euſque tenent, quoad aqua omnis effluxiſſe videatur: hac profecto vna ratione Hydroceles, cuius materia cyſti concluſa tenetur, Curatio tuta eſt & ſperabilis, vt diximus *tractatu de tumoribus in genere.* *Pneumatocele quid. Curatio.*

Pneumatocele *tumor eſt in ſcroto flatuoſus, ex caloris, qui in parte reſidet, imbecillitate genitus.* Rotunditate, lenitate, renixu, & ſplendore cognoſcitur. Curatur diæta conuenienter præſcripta, appoſitione remediorum reſoluentium & flatus diſcutientium, vt ſeminibus aniſi, fœniculi, fœnugræci, agni caſti, rutæ, origani, & aliis ab Auicenna deſcriptis *tractatu de Herniis.* In hanc rem ſæpe fœliciter ſum vſus emplaſtro de vigo cum mercurio, & emplaſtro diachalciteos diſſoluto in vino generoſo, vt maluatico, cum oleo laurino.

Sarcocele *tumor eſt contra naturam, qui circum teſtes ex carne ſcirrhoſa gignitur.* Eius generis carnem procreant humores craſſi & viſcidi, quos pars ipſa edomare, & ſibi aſſimilare non potuit, vnde illa velut hyperſarcoſis verrucarum inſtar. Hunc tumorem varices ſæpe comitantur, atque cum dolore creſcit. Duritie cognoſcitur, aſperitate, inæqualitate, & ſcabritie. Cura niſi amputatione perfici nequit: ſed *Sarcocele quid. Signa & accidentia.*
D diligenter aduertendum, ne altius aſſurrexerit caro, ac iam inguen occuparit, ſic enim nihil citra periculum vitæ tentari poteſt. Quod ſi quis putet, ſe in tali caſu opem ægro allaturum, portionis alicuius carnis eiuſmodi mollis amputatione, fallitur. Nam ad relictam, vel tantillam eius portionem fungus adnaſcitur, malum longe peius priore: at ſi tumor vel exiguus, vel mediocris extiterit, Chirurgus comprehenſo toto tumore, id eſt, teſticulo, tota ſua ſubſtantia tumefacto, cum ipſi vndique circumpoſito & adhærente proceſſu, inciſionem vſque ad eum tumorem, ſuper ſcrotum molietur: mox totum id tumidum corpus, id eſt, teſticulum, à ſcroto abducet, hinc acum validum filum trahentem per medium proceſſum ſupra teſticuli tumefacti regionem, tranſadiget, moxque rurſum reuocatam acum per eandem proceſſus partem ſecundo intrudet, tum fili ambo extrema, nexu facto nodabuntur, altera peritonæi media portione eodem illo nexu & nodo comprehenſa: his peractis totum iam proceſſum cum concluſo teſticulo exſecare & reſcindere oportebit. fili vero, quo ſuperior proceſſus pars reuincta eſt, extrema longiuſcule è vulnere, ſeu inciſione ſcroti pendere ſinenda. Tum repercutiente medicamento vulneri, viciniſque partibus cum faſcia & ſplenio admotis, curatio ex arte ante tradita perficienda eſt. *Prognoſis. Curatio.*

Circoſcele tumor eſt venarum dilatatarum, & vario mutuoque implexu circum teſticulos & ſcrotum contextarũ *Circoſcele quid & vnde fiat.*
E *atque à ſanguine craſſo & melancholico turgentium.* Cauſæ eædem ſunt, quæ varicum. Signa vero manifeſta ſunt. Is vt ſanetur, tumor infligenda ſcroto plaga recta ad varicem, duorum digitorum magnitudine, hinc ſub varicoſam venam acum, quæ filum duplex ducat, tranſmittere oportet, quam altiſſime fieri poterit, vt ſic eius radices vinculo comprehendantur: iterum ad partem imam eiuſdem venę pari modo acus ſubmittetur, relicto inter duo vincula digiti ſpatio. Sed priuſquam imæ huius ligaturæ filum conſtringas, aperienda varix eſt in medio illo ſpatio, quo fere modo heri ſolet aperta ad ſanguinis miſſionem in cubito vena, vt ſic ſanguis ille craſſus in ſcroto tumorem excitans euacuetur, quemadmodum in cura *Curatio.*

varicum fieri ſolet. Quod reliquum eſt vulnus, [illegible] vulnerum more [illegible] curabitur, [illegible] Denique [illegible] cicatrix, ſuperna [illegible] parte, qua vinculo vena comprehenſa eſt [illegible] ſanguis ne tranſcolare quidem poterit. A

Hernia humoralis. Hernia humoralis, *tumor eſt, ex plurium humorum confluxione in ſcroto, vel inter tunicas* [illegible] *ſæpe etiam in propria teſtium ſubſtantia genitus.* [illegible] & cura [illegible] tenet. Dum procedet curatio, quies, ſubligatio, & ſuſtinendo, fulciendoque teſte [illegible] erunt imperandæ.

De Ani procidentia. CAP. XVIII.

Quid ani procidentia & quas cauſas habeat. QVando qui Anum cingit muſculus, [illegible] relaxatus, tum fit, vt Rectum inteſtinum [illegible] nequeat. [illegible] pueris, à nimia [illegible] humiditate, [illegible] velamam inſolito pondere [illegible] [illegible] occaſionem præbet ingens [illegible] contentio, hæmorrhoides, quæ [illegible] Recti inteſtini [illegible] B [illegible] fugas, vt in his, qui hyeme [illegible] [illegible] ictus, lapſus in os ſacrum nervorum, qui ab oſſe ſacro ad muſculos [illegible] pondus. Id vt ſanetur malum, nimio potu, frequentioribus [illegible] eſt interdicendum. Quod ad Topica attinet, [illegible] decocto [illegible] ex cortice granatorum, galla, myrtillis, centinodia, burſa paſtoris, nuce cupreſſi, alumine [illegible] fabrorum vel vino nigro aut auſtero [illegible]. Poſt fotum [illegible] inteſtinum [illegible] mox intro in ſuum locum ſenſim compellitur, iuſſo interim puero, ſi [illegible] ſpiritum continere. Vbi reſtitutum [illegible] inteſtinum, [illegible] eſt diligenter [illegible] ne [illegible] ſubrecidat iterum relabatur inteſtinum : [illegible] prolapſum præſcriptus tum [illegible] lumbis [illegible] ad [illegible] quæ per perinæum ad pubem [illegible] ano, quo [illegible] contineatur loco ſubiecta [illegible] ætate ſit, qua [illegible] ſedere in duobus pollicem latum habentibus, [illegible] vna cum [illegible] inteſtinum excludat : ſed & C [illegible] nunquam [illegible] contentione inteſtinum excluderetur.

Hippocrat. remedia. Quod [illegible] ante aribus inteſtinum loco [illegible] nequeat, iubet Hippocrates, vt ex pedibus [illegible] futurum enim, vt illa concuſſione [illegible] inteſtinum : iubet vero idem [illegible] rubrorum, quod illa ſiccandi facultate [illegible] remedio vis inſit [illegible] humores flatuoſos, quibus turgens inteſtinum minus facile ſua ſede contineri poteſt.

De Paronychia. CAP. XIX.

Quid paronychia [illegible] P[illegible] Panaris in extremis digitis tumor eſt, cum ingenti inflammatione, ab humore maligno [illegible] tendonibus & nervis [illegible] [illegible] carbunculis [illegible] Ergo ad tanti morbi curationem [illegible] [illegible] de catharſi, phlebotomia, & diæta pro arbitrio [illegible] [illegible] & venenatæ materiæ, inciſione [illegible] in parte [illegible] ad [illegible] longitudinem nullum enim eſſe præſentius [illegible] D [illegible] & [illegible] perfectam materiæ maturationem celebretur : nam [illegible] & dolorem ſedat, quod ego pluries & feliciter feci, [illegible] impreſſionem. Vulnere autem inflicto ſanguis multus debet effluere,

Anodyna. mox [illegible] digitus in [illegible] & calenti aceto, in quo diſſoluta theriaca virulentiam ſoras euocet. Ad [illegible] eadem remedia parti laborantii imponenda ſunt, quæ in [illegible] [illegible] cicutæ, mandragoræ, [illegible] calidis coctis, & cum [illegible] vel oleo roſaceo, butyroque recenti, & [illegible] in mortario contrita: [illegible] etiam ſuppuratum promouent, dum [illegible] ſua calore [illegible]

Quæ ſuppurationem promoueant. [illegible] natiuum calorem, ſuppurationis [illegible] quæ ratio [illegible] Medicos, vt [illegible] remedia in anthrace & carbunculo [illegible]. Quod ſi propter [illegible] vel Chirurgi [illegible] Gangræna & Sphacelus partem occupauerint, [illegible] tantam partis amputes & reſcindas, quantum corruptum extiterit, reliquum [illegible] curationis [illegible] Non raro tamen contingit, vt extrema [illegible] portionis digiti amputandæ [illegible] neceſſitas, quod ea cum oſſe corrupta [illegible] in purulentam vel [illegible] E [illegible] liquata abeat. Sed & in hoc præter naturam affectu ſæpe putredinoſi [illegible] & caro [illegible] præ[illegible] ſit, [illegible] quæ pariter [illegible] reſcindenda eſt, vt [illegible] copioſo effluxu, dolori ſedato parti veniat ſolatium.

De tumore Genuum. CAP. XX.

Gal. com. ad [illegible] POſt longos & difficiles morbos, ſæpe tumores in genubus ſuboriuntur : ſed & corporibus cacochymis & plethoricis poſt labores & exercitia. Id morbi genus frequens eſt, quod humor facile decumbat

A fit in partem, quæ à labore incaluit. Atque ſi ad morbos longos eiuſmodi tumores conſequuntur, periculoſi ſunt, & curatu difficiles, eb idque minime negligendi: nam hos acerbi dolorum cruciatus comitantur, quod eo decumbens humor, membranas, quæ illic multæ partem inuoluunt, diſtendat & diuellat: adde, quod virulentæ & malignæ cuiuſdam qualitatis humor ille, ſiue frigidus, ſiue calidus ſit, fit particeps, cum in illas partes decubuit, cuiuſmodi virulentiam cernimus in articulorum doloribus, & venenatarum beſtiarum morſibus.

Gal. comm. ad ſen. 67 lib. 1 prog. & Prognoſt.

Quod ad curationem ſpectat, ſi à ſanguine tumor eſt, victus inſtituetur tenuis & refrigerans. Ad reuulſionem cauſæ antecedentis phlebotomia imperabitur. Topica pro temporum quatuor varietate, varia vſurpabuntur. Ad doloris vero leuamen, anodyna inſtituentur, de quibus omnibus ſatis multa dicta ſunt, *capite de curanda Phlegmone.* Et quoniam partes hæ ſunt exactiſſimi ſenſus, ſi aperiendi tumoris inciſionis neceſſitas, non temere aut inconſiderate id opus aggrediendum, metu doloris & malignorum accidentium. Non raro à pari contento id tumoris genus excitatur: qua in re diligenter Chirurgo prouidendum eſt, ne fallatur, ac ſpecie mundationis, quam appreſſis digitis percipere videtur, quaſi contentæ ex ſinu... & humoris ad tumoris reſectionem adducatur. Nam pro humore flatus erumpens malorū accidentium conſecutionem adiicit, propter temere factam in parte ſenſibili ſectionem. Sed ſi aquoſi humores partem tumefecerint, phlegmagogis ante omnia purgandum erit corpus: inde topica incidentia, attenuantia, rarefacientia, diſcutientia, & valde deſiccantia erunt vſurpanda, de quibus abunde dictum eſt *capite de Oedemate.* Non raro tamen in profundo delitescit humor ille inter patellam & articulum quo fit, vt diſcuti & reſolui non queat propter partis infirmitatem, & caloris paupertatem; adeo vt humor aduena interdum ſedes ſua dimoueat & excludat, vt multis contigiſſe animaduerti: quo in caſu ... ex ..., quo vis medicamenti ſubeat, penetretque promptius ab alto factæ, valde commendantur.

Curatio.

B

De Dracunculis. CAP. XXI.

NOn poſſum omittere, quin quæ de Tumoris contra naturam eo genere, cui à Veteribus Dracunculi nomen impoſitum, dicenda videntur, hoc loco explicem. Dracunculorum res, ratioque varie à variis authoribus iactata fuit, ſic, vt hactenus de illis nihil ſcriptum habeamus, cui tanquam ſtabili eſſet atque ſolido firmo fundamento innitamur & cum ratione poſſimus. Primum enim, quod ad Galenum attinet, *lib. de loc. aff. ... Pilorum* (inquit) *qui per vrinas excernuntur, generatio non minori eſt admiratione digna, quam Dracunculorum, qui vt aiunt, in quodam Arabiæ loco, in tibiis hominum naſcuntur natura neruoſa, colore, craſſitudineque lumbricis ſimiles: igitur cum multos audiuerim, qui ſe vidiſſe eos dicerent, ipſe vero nunquam viderim, idcirco neque de ortu, neque de eſſentia ipſorum quicquam exacte conijcere poſſum.*

C

Non ſatis ſcitum hactenus, quid ſint Dracunculi.

Lib. 6 cap. 3.

Paulus Ægineta ſcribit, Dracunculos generari in India & Ægypti partibus editioribus, vermium ſpecie, in corporis humani partibus muſculoſis, brachiis, inquam, femoribus & cruribus: quin & pueris per coſtarum ſubcutaneas partes repere cum motu manifeſto. Cæterum ſeu reuera animalia ſint, ſeu animalium tantum ſpeciem habeant, curari vtiliter fotu calido, quo in iuſtum tumorem ſublatus Dracunculus, foras exerat ſe, & digitis ſenſim paulatim auelli queat, vtiliter etiam admoueri ſuppurantia cataplaſmata, ex aqua, melle, & farina frumentacea, hordeaceaque. Auicenna nihil certi habens, in quo conſiſtere poſſit, varius, modo in hanc, modo in illam propendet ſententiam. Nunc enim de Dracunculis tanquam de animalibus loquitur, mox tanquam de materia & humore certo loco concluſo. De cætero tamen huius curam & eſſentiam recte complexus, vt dicemus poſtea. Aetius ait, Dracunculos lumbricis ſimiles eſſe, & aliquando magnos, aliquando paruos reperiri, nec diſſimilem lumbricis latis, qui in inteſtinis gignuntur, obtinere generationem. Sub cute enim moueri nihil moleſtiæ afferentes, verum temporis progreſſu circa Dracunculi extremitatem locum ſuppurari, cutim aperiri, ac Dracunculi caput exire. Quod ſi Dracunculus attrahatur, vehementem dolorem inducere, præſertim ſi nimia tractus violentia facta ruptus: nam quod relinquitur, moleſtiſſimos dolores inferre: proinde vt ne recurrat animal, valido filo brachium conſtringendum eſſe, & quotidie hoc faciendum, vt Dracunculus paulatim progrediens conſtringatur ne quidem intercludatur, nequaquam autem abrumpatur. Locum aqua mulſa cum oleo, in quo abſynthium aut abrotonum coctum eſt, aut alio quodam ex his, quæ ad alui lumbricos deſcribuntur, irrigandum eſſe. Quod ſi Dracunculus ſponte progrediens facile extrahi poterit, nihil amplius faciendum eſſe: ſin ad ſuppurationem vertetur, a cataplaſmatis & aquæ mulſæ ac olei irrigatione non receſſerit ... tendum: ſibi familiare eſſe poſt cataplaſmatum ablationem, emplaſtrum è baccis lauri imponere: facta vero ſuppuratione, cutim per longitudinem diſſecandam, ſicque Dracunculum denudandum atque eximendum, cutim vero linamentis madidis implendam, reliquamque curationem ſuppuratoriam adhibendam ita vt animali ſuppurato & extracto vlcus incarnetur, & ad cicatricem perducatur.

Lib. 4. ca. 81.

Curatio ex Ægineta.

D

Cap. 21 li. 4. fen. 3 tract. 1.

Lib. 14. cap. vlt.

Curatio ex Aetio.

E

Rhazes ſcribit, quod quando pars in veſicam attollitur, ac vena maturat egreſſum, vtile eſſe ægrum aloes ſecundi dragmam prima die haurire: altera die dragmam integram tertia dragmas duas: locumque item aſſectum ex aloe fomentandum, ſic enim quod latet, emerſurum: quod prodierit, fiſtula plumbea, quæ dragmæ ponderis æquet, circumuoluendum, ſic vt propendeat pondere enim tacta vena producetur, foraſque prodibit magis, atque cum id, quod prodierit multum & longum fuerit, abſcindendum, non quidem radicitus, ſed ita vt eius reſidet ac emineat portiuncula, ad quam fiſtula pendula alligari poſſit: futurum enim alias, vt in cutem & latibula ſua ſe ſubducat, putridique & maligni abſceſſus conſecutionem faciat. Itaque huic morbo blande occurrendum & ſenſim venam protrahendam è corpore, quouſque tota exciderit, vel nihil eius ſuperſit. Quod ſi caſu contigerit, vt quod venæ prodierit, radicitus fuerit excidam, tum nouacula vlcus in longum reſcindendum, ſicque recludendum, vt quicquid reliquum

Tract. 7. cap. 34. Curatio ex Rhaſi.

 fuerit,

fuerit, ad vmbilicum tolli poſſit. Dehinc per aliquot dies [illegible] quoad [illegible] quicquid eiuſmodi obſtantiæ a malleis [illegible] eodem [illegible] tur Rhaſes *in eodem textu* rem eandem diuer [illegible] non minus expri [illegible] curandum negligeius curationem aggreditur, [illegible] animatas ad [illegible]

Rhaſis de ea re vocula opinio.

Soranus Medicus, qui Galeni vixit temporibus, [illegible] quemadmodum de eo refert Paulus Ægineta *loco citato*, vt qui neq; Dracun [illegible] quemadmonentit, qui Medicis, ægrisque motu quodam, [illegible] Soranus [illegible] propius ad veritatem acceſſiſſe videtur [illegible] nomine Sognitam habuerit mali huius eſſentiam, quemadmodum [illegible] Dracunculos generationem obtinere ex [illegible] & illaudabili ſanguine, [illegible] craſſo & melancholico, aut ex pituita adu[illegible] valde reſiccata. Gorræus, Medicus noſtri temporis [illegible] *lib. de Definitionibus medic.* negat quemquam noſtratium Medicorum de Dracunculis poſſe [illegible] quod in alam noſtris his regionibus adeo ſit infrequens, vt vix [illegible] Author Introductionis & Definitionum medicarum definit Dracunculum morbum in [illegible] valde ſimilem, magnum dolorem [illegible] eum ſenſim augeſcens moueri incipit itaque eodem modo, & eadem ſectionis, inciſionisque methodo cum [illegible] curari. Quæ maxime res Guidonem mouiſſe videtur, vt *tractatu de Apoſtematibus* id [illegible] genus ad varices referret, quod eandem [illegible] obtineat, & eodem remedio ſaneſcat. Cum vero à variis ſcriptoribus, varia huic morbo fuerint impoſita nomina, omnes tamen id Venæ nomine expreſſerunt: nam ab Auicenna & Guidone dictus eſt Vena Meden, quod in vrbe Medina frequens eſſet malum. Albucaſi Vena ciuilis. Halihabbas Venam famoſam dixit: [illegible] diuerſæ. Profecto tot opinionum, non inter ſe modo, ſed & ſibi ipſis repugnantium [illegible] arguit, quam parum de huius morbi eſſentia apud eos conſtiteret, qui nobis de eo ſua [illegible] prodiderunt: ad quæ mala & hoc acceſſit, quod recentium Medicorum nullus de eo quidquam commentatus ſit. Quanquam enim Iacobus Dalechampius vir ex omni parte medicinæ verſatiſſimus de hac materia [illegible] *libro chirurgiæ gallicæ*, quem ſuperioribus annis edidit: induſtriæ tamen ſuæ nullum nobis ampliùs teſtimonium reliquit, quam quod diligens admodum extiterit in colligendis hac de re Veterum ſcriptis, nullo ſuo iudicio interpoſito, quo nobis de re adeo controuerſa conſtaret. Me vero pudor meus adeo continere non potuit, quin eligerem audacis, in aggrediendo potius, opinionem ſubire, quam quantum in me eſſet permittere hanc de Dracunculis quæſtionem diutius ambiguã & in deſertam manere. Ergo in præſens ne de ea ſtatuam, vt refutatis Veterum opinionibus, meam de huius motore eſſentia & curatione, ſententiam, certis rationum momentis ſtabiliam. Primum enim quod Dracunculi, neque quid animatum exiſtant, neque lumbricis ſimiles ſint, vel ſimilem latis alui lumbricis generationem obtineant, quæ Aetij fuit opinio, facile eſt tum ex eius ſcriptis, tum ex ipſa ratione conuincere. Scribit enim ille, latum vermem, quem Tæniam appellat, veluti metamorphoſim & permutationem eſſe tunicæ interioris gracilium inteſtinorum in corpus viuum, animatum & mobile: at [illegible] dixit, nec ipſe iactabitur Dracunculos ex tunica venæ, in qua latent, vel ex fibris neruoſi corporis, cui ſæpe adhærent, multo vero minus ex cute, ſub qua habitant, ortus ſui materiales cauſas ducere. Præterea [illegible] vermium, neque aliorum animantium, quibus ex putri ſine ortus eſt, poteſt eſſe generatio, niſi per corruptionem materiæ alicuius, ex cuius parte meliore & benigniore natura, vi caloris vitalis animatum aliquid efficiatur, vt docet Ariſtoteles. Itaque ad hunc effectum proferendum oportet in materia eam [illegible] diſpoſitionem, quæ requiritur ad eiuſmodi animalis generationem, quale nobis Dracunculum depingunt: oportet cauſas adiuuantes concurrere, quæ principi cauſæ in agendo [illegible] oportet & locum adeſſe opportunum. At nulla eiuſmodi cauſarum notari poteſt, quæ Dracunculis vitam & animam afferat. Nam omnium eorum, qui de his ſcripſerunt, ſententia, generatio [illegible] eſt ab humore melancholico terreſtri & craſſo, cuiuſmodi qualitatibus ſuis tum primis frigiditate & ſiccitate, tum ſecundis, id eſt, aciditate, non modo ad putredinem omnium ineptiſſimus cenſetur, ſed & putredini reſiſtere [illegible] cauſa ſit a calore & ſuperfluâ humiditate. Præterea ſi cauſa materialis huius morbi eſſet ab humore putriente & per putredinem in viuum aliquid abeunte, fœtorem vna adeſſe oporteret accidens nempe putredinis inſeparabile: ſic enim fœtent [illegible] excrementa, ex quibus [illegible] generatio eſt [illegible] quod exhalat ex eorum corporibus [illegible] Dracunculi inſeruiát fœtens eſſe oporteret, quemadmodum accidit phthiriaſi laborantibus. Et nemo eorum, qui Dracunculorum accidentia perſecuti ſunt, huius meminiſſe legitur. Quod vero ſpectat ad cauſam efficientem, vnde calor tantus ſubcutaneis in locis excitari queat, cuius efficacia ex materia melancholica, & ad putrendum ineptiſſima tantum animal efformari queat, quale nobis Dracunculum eſſingunt, quiuis noſtrum, [illegible] eſſe [illegible] cum præſertim corporis ſuperficies, tum arteriolis ſuis [illegible] tum inſenſibilis tranſpirationis beneficio continenter flabelletur, & aſpiretur ambientis aeris refrigerio. Iam vero deficientibus, vel certe admodum infirmis, quod ad operoſi eiuſmodi effectus generationem attinet, cauſis materiali & efficienti, quæ cauſa coadiuuans ſubſidio eſſe poteſt? an ciborum humiditas? Quæ enim cibis tepidis & humidis veſcuntur corpora, vt lacte, caſeo, horarijs fructibus fœta verminibus eſſe ſolent, vt puerorum docemur experientia. At contra Auicenna *loco citato*, [illegible] calidi & ſicci temperamenti cibos, ad morbi genus maxime inuehere, nec tam frequens eſſe malum corporibus humidis & balneo, humidiſque obſoniis, & vino moderate ſumpto, aſſuetis. An vero earum regionum, quibus veluti Endemius eſt hic morbus, aeris conditio aliquid conferre poteſt ad eiuſmodi animalium generationem? Certe in hanc rem confert aer nebuloſus, tepens & craſſus, qualis primo Vere eſſe ſolet, cum omnia ranis, buſonibuſque & ſimilibus ex putredine natis animalculis obſtrepunt.

Soranus aperte ſententia.

Epiſt. 2. li. 7

Quid Dracunculus.

Medici omnes dracuncula venarũ morbum agnoſcunt.

Refellitur Aetij de dracunculis ſententia.

Tract. 3. ſer. 2 cap. 42.

Qui ex putrente materia viuum aliquid fiat. 4. Meteo.

Humorem melancholicum natura ſua ad putredinem ineptiſſimum, & inter putredinis materiam reperiri.

Quod lumbricorum generent vermes.

Cap. 23. ſec. Galen.

At con-

A At contra Iacobus Dalechampius, ex Medicorum omnium, qui de Dracunculis ſcripſerunt, ſententia, ſcribit, in Indiæ demum & Arabiæ aridis & aduſtis à Sole locis Dracunculorum morbum ſuboriri. Quod ſi ſaltem corporis noſtri ſubcutanea illa ſuperficies, opportunitatem aliquam haberet ad eiuſmodi animalium generationem & nutritionem, cum probabilitatis aliqua ſpecie ſcripſiſſe illi videri poſſent, Dracunculos animalia eſſe: at ſi loco illi nec opportunitas adeſt ad generationem, nec capacitas ad nutritionem eiuſmodi animalium, vt inteſtinis: ſi corporis illa regio nullo tepido & ſuffocante calore afflatur, nullis craſſarum ſordium, ab vniuerſo corpore eluuie alluitur & inquinatur, vt inteſtina prolui ſolent, ſed tenuiorum modo exhalationum, quibus prompta & facilis, per cutis ſpiracula cæca tranſpiratio eſt, appulſu perfunditur; quæ cauſa ſatis iuſta videri poterit, tam monſtroſi & portentoſi effectus?

Cui regioni ſint familiares Dracunculi.

Sed rationem illis machinis parum profecerimus, niſi vna præſidia omnia, quibus vetus illa de dracunculis opinio niti & ſtare poteſt, deiecerimus. Primum enim, inquiunt, *cur veteres id morbi genus rei animatæ, id eſt, Dracunculorum nomine expreſſiſſent*: Quia, inquam, in arte medica nomina morbis ſæpius imponuntur ex ſimilitudine, quam ex rei veritate, in cuius rei confirmationem ſufficient trium morbo- B rum exempla Cancri, Polypi, & Elephantis. His enim illa ſunt impoſita nomina, non quod per eiuſmodi morbos Cancer aliquis, Polypus, aut Elephas viuens ſuboriatur in corpore, ſed quia ille ſua in vicina loca propagatione cancri brachia & chelas repræſentet: Alter ſubſtantia ſua polypi marini carnem adumbret: Tertius denique quod elephanticis, vt animatis Elephantis cutis ſit rugoſa, aſpera, & cruſtis, tuberculiſque horrida. Ita profecto morbus is, de quo nunc quærimus, Dracunculi nomen ex eo meruiſſe iure videtur, quod vniuerſa ſua conformatione, colore, mole, in longum & rotundum productione Draconis imaginem exprimat. Sed vnde, inquient *manifeſtus in illa materia motus, ſi inanimata exiſtit*. Dicimus, humorem huius morbi cauſam tenuem & feruidum eſſe, atque adeo cum impetu in partem decurrere, vnde moueri videri poſſit.

Vnde nomina vulgo morbis imponantur.

Cur Dracunculi ſint dicti.

At cum Dracunculi ſuppurantur, caput è ſuis tanquam latibulis exerunt? Reſpondemus, hac in re valde deceptos fuiſſe Veteres: quod ſcilicet poſt ſuppuratum apperta vomica neruoſum aliquod corpus denudatum ſe proferret, oculiſque ſubiiceret, quod conuulſiuo & vibrato ſuo motu Dracunculi ſinuoſas iactationes exprimeret. At dolor, dicent, non cadit, niſi in res ſenſu & vita præditas, Dracunculus vero is cum violentius trahitur, ſi præſertim tractus, violentia ruptus fuerit, extremos ciet dolores: C Reſpondemus, haud ſequi & valere concluſionem. Non enim dolores illi cientur, niſi cum Chirurgus male cautus pro Dracunculo neruoſum ſeu membranoſum aliquod corpus humore aduſto turgidum & imbutum trahit & vellicat, vnde non poteſt non eſſe ſumma doloris acerbitas, ea parte vellicata, quæ ſenſus in nobis author eſt. Eſt vero puerile, ex eo Dracunculum ſentire dicere, quia corpori animato, cui ineſt, acres dolores inferat. Ergo vt tandem aliquid ſtatuamus de natura, eſſentia, & generatione Dracunculorum, affirmare auſim, Dracontion nihil eſſe aliud quam *tumorem & abſceſſum à feruore ſanguinis in genere venoſo genitum.*

Vnde dolor in Dracunculis.

Quid vere dracunculus.

Eiuſmodi ſanguis expultricis facultatis robore ad partes externas, artus præſertim, id eſt, brachia & crura per venas impulſas, tumorem excitat teretem & longum, ſæpe ab humeri articulo ad carpum vſque, vel ab inguine vſque ad malleolorum alterutrum protenſum cum tenſione, ardore, renixu, punctorio dolore & febre. Protenditur vero tumoris alias in rectum, alias in obliquum & anfractus varioſos, quæ cauſa extitit, cur plerique hoc morbi genere prehenſi, adeoque artus ſpiris velut ſerpentinis impliciti Dracunculo ſe teneri dicerent. Hæc habui, quæ de Dracunculis ſaltem noſtratibus dicerem.

Symptomata quæ dracunculos comitantur.

Curatio.

Quod ad curationem ſpectat, non eſt ea diſſimilis phlegmones à fluxione ortæ curationi. Nam & hic pariter varianda remedia pro temporum morbi totius quatuor varietate: diætæ vero, phlebotomiæ & catharſis eadem regula obſeruanda, quæ ante *capite de phlegmones curatione* eſt præſcripta.

Crinones.

Sic malum pilare, apud Ariſt. c. 11. lib. 7. de hiſtor. animal.

D Dracunculorum mentio, aliud abſceſſus genus æque rarum mihi nunc in memoriam reuocat: Id Crinones, credo, à crinibus, noſtrates Galli nominant: pueros præſertim diuexat, ac quaſi ſpinnularum aculeis compungerentur dorſum, huc illuc ſe iactant, quietis impatientes: ab exiguis quidem, qui vix aciculæ longitudinem æquent, ſed craſſis & ſpiſſis pilis oritur id malum. Curatur fotu aquæ pluſquam tepentis, quem mox ſequatur litus ex melle & farina frumentacea. ſic enim pili illi ſubcutanei alliciuntur & euocantur foras, proiectique tenuibus volſellis auelluntur.

Suſpicor id mali genus veteribus Medicis fuiſſe ignotum.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

DE VVL-

 A

DE VVLNERIBVS IN GENERE

LIBER OCTAVVS.

Quid Vulnus, quas habeat ſpecies, & differentias, & vnde ducantur.

CAP. I. B

Quid propriè Vulnus.

Varia Vulnerum pro partium varietate nomina.

VVLNVS, *recens eſt, cruenta, & ſine putredine completa, purulentaue in mollibus præſertim particulis continui ſolutio ab ictu, lapſu aut morſu.* Id etiam vlcus recens vel ſimplex nominant: cadit enim in omnes corporis partes continui ſolutio, ſed pro partium diuerſitate varia apud Græcos nomina ſortitur. Nam in carne Helcos, in oſſe Catagma, in neruo Spaſma, in ligamento Thlaſma, in vaſis Apoſpaſma, in peuſculis Regma nominatur. Atque quæ in vaſis contingit Continui ſolutio, à mrtis ipſorum oſculis, Anaſtomoſis, quæ per eroſionem, Anciroſis; quæ per reſudationem & tranſcolationem, Diapedeſis nominatur. Id quo facilius intelligatur, ſequenti tabula deſcribere placuit.

Tabula de Vulnerum differentiis. C

Vulnerum differentiæ ducuntur,

- *Ex natura partium, in quibus ſiunt & oriuntur. Sunt vero partes illæ*
  - *Vel ſimilares, & hæ*
    - *Vel molles, vt*
      - *Glandula,*
      - *Caro, Adeps,*
      - *Medulla.*
    - *Vel dura, vt*
      - *Os,*
      - *Cartilago.*
    - *Vel mediocris conſiſtentiæ, vt*
      - *Membrana,*
      - *Ligamenta,*
      - *Fibræ,*
      - *Vaſa, Nerui, Venæ,*
      - *Arteriæ.*
  - *Vel organicæ, hæq; vel*
    - *Principes*
      - *Cerebrum,*
      - *Cor,*
      - *Iecur: quibus nonnulli addunt vterum & teſtes.*
    - *Miniſtrantes principibus.* D
      - *Aſpera arteria,*
      - *Pulmones,*
      - *OEſophagus,*
      - *Ventriculus,*
      - *Inteſtina,*
      - *Veſica.*
    - *Nec principes nec principib. miniſtrantes.*
      - *Aures,*
      - *Nares,*
      - *Pedes,*
      - *Manus, & alia generis eiuſdem.*
- *Ex propria eſſentia: ſecundum quam vel*
  - *Simplicia dicuntur vulnera*
    - *Cum nullius morbi vel ſymptomatis præterea complicatio adeſt.*
  - *Vel compoſita*
    - *Cum alicuius contra naturam vel plurium affectionum adeſt complicatio, quibus niſi ſublatis, non eſt ſperanda vulneris curatio.*
- *Ex quantitate: ſecundum quam dicuntur* E
  - *Magna*
  - *Mediocria*
  - *Parua*
  - *Longa, lata, profunda.*
  - *Breuia, anguſta, ſuperficiaria.*
- *Ex figura, ſecundum quam dicuntur*
  - *Recta, obliqua, angularia.*

De Vul-

A

De Vulnerum cauſis. CAP. II.

Variæ vulnerum ex cauſis denominationes.

VVlnerum, quæ recentia & propriè cruenta dicuntur, cauſæ habentur res omnes, quæ extrinſecus vi, & impetu in corpus incurrere poſſunt. Hæ animatæ ſunt, vel inanimatæ. Animatæ, vt morſus & punctura beſtiarum. Inanimatæ ſunt, vt teli, gladij, fuſtis, ſclopi igniuomi, lapidis, ſicæ & ſimilium omnium ictus. Ex eiuſmodi cauſarum varietate, varia ſunt indita nomina: quæ enim rerum acutarum & pungentium incurſu infliguntur, punctaræ dicuntur: quæ rerum incidentium, plagæ, ſeu vulnera incisa: quæ grauium & obtuſarum, contuſiones ſeu vulnera contuſa nominantur.

De Signis & indicijs vulnerum. CAP. III.

In renuntiādo vulnerū euentu cautio.

Circulator & impoſtor Chirurgus.

VVlnera primum cognoſcuntur viſu. Inde petitis ſignis, ante omnia debet animaduertere Chirurgus
B quæ vulnera ſanabilia ſint, & quæ inſanabilia, quæ vix, quæ facile ſanationem recipiant. Non enim prudentis Chirurgi eſt in vulnere lethali, vel periculoſo & difficili ſanitatem ſpondere, ne videatur eum intereniſſe, quem non artis imperitia, ſed vulneris magnitudo interemit. Cum vero periculoſum exiſtit vulnus, tunc tamen deſperatione ſalutis, eos, qui ægro adſtant, amicos, de præſenti diſcrimine & ancipiti vulneris euentu admonere debet; vt ſi æger mali magnitudine victus fuerit, non ipſe artis inſcitia deceptus, aut adſtantes decepiſſe iudicetur. Sed vt id boni & prudentis Chirurgi munus eſt, ita circulatoris & impoſtoris eſt exigua mala verbis extollere, quo plus præſtitiſſe videatur. Et vero tamen conſentaneum, vt dum tanti ſanationis medicum eſſe profitetur Chirurgus, famam ſuam eiuſmodi pollicitis & officio ſuo obſtrictam eſſe velit, putetque, quo ſic expediundæ ſanitatis vias omnes attentius circumſpiciat, ne quod vulnus per ſe exiguum eſt, negligentia in maius euadat. Ergo noſſe debet, quæ vulnera magna ſint habenda, & quibus rebus comparatur, vt ait Galenus. Primum quidem partis obſeſſæ magnitudine & principatu: ſic enim cerebri, cordis, & magnorum vaſorum vulnera, etſi ex ſe exigua ſint, magna tamen cenſentur. Deinde ex ſolutionis continui magnitudine: quo modo vulnera magna putantur, quibus multum ſubſtantiæ partis eſt amiſſum in omnem dimenſionem, etſi pars ea ex ancil-
C larium cenſu exiſtat. Deinde ex malignitate: quo nomine articulorum vulnera in magnis habentur, quod fere male morata cernantur.

Lib. 4 meth. cap. 6.

Tribus modis dici magna vulnera.

De Vulnerum prognoſi. CAP. IV.

Quæ periculoſa vulnera.

Vulnera omnium minime periculoſa.

Quæ lethalia.

Hipp. aph. 19. lib. 6.

Cur contuſa vulnera difficilius ſanentur.

Cur rotunda difficilius coeant.

Iuuenum vulnera citiore facilius.

Hippo. lib. de vlceribus.

Hipp. aph. 66. lib. 5.

ILla vulnera cenſentur periculoſa, in quibus inſignis aliquis neruus, vena aut arteria oblæſa ſunt. Illinc enim conuulſionis metus, hinc vero ſanguinis venoſi arterioſique profluuium, vnde virium collapſus metuendus. Talia etiam habentur, quæ axillis, inguinibus, feminibus vel manibus locis, articulis & inter digitos infliguntur. Item quæ muſculi caput aut caudam oblæſerunt. Minime omnium periculoſa exiſtunt, quæ carnoſam ſubſtantiam attingunt. At lethalia ſunt, quæ in veſica, cerebro, corde, iecore, pulmone, ſtomacho & tenuibus inteſtinis hærent. Quin ſi quod os, cartilago, neruus, genæ portio aut præputij abciſſa fuerit, non reparantur. Contuſa vulnera operoſioris ſunt ſanationis, quam ea, quæ ſola & ſimplici continui ſolutione moleſta ſunt: nam antequam de vnione reſtituenda cogites, molienda ſuppuratio eſt & deterſio, quæ res niſi longo tempore perfici nequeunt. Quæ rotunda & in orbem ſunt vul-
D nera, hoc ipſo peiore ſunt conditione: non enim fit vnio niſi per angulum, id eſt, duarum linearum concurſum, quæ res in vulneribus circularibus locum habere nequit, quod circularis figura vnica linea obliqua abſoluatur. Præterea vulnera eo maiora cenſentur, quo extrema ipſorum & labra longius ſunt à ſeipſis diſſita: quod contingit ſphæricis vulneribus. Contraria ratio eſt vulnerum angularium vel fibrarum ductus ſequentium, vt pote quæ facilioris ſanationis exiſtant. Iuuenum vulnera facilius & promptius ſanantur, quam ſenum, quod in illis natura vegetior ſit & ſanguinis pinguis copia maior, vnde carnis promptior & fœlicior reparatio, quæ in ſenili corpore tardior eſſe ſolet, quod ſenibus ſanguis exiſtit parcior & ſiccior, & naturæ virtus languidior. Quæ vernali conſtitutione infliguntur vulnera, non ſunt ſanatu æque difficilia, atque ea, quæ hyeme vel æſtate. Eſt enim omnis caloris & frigoris exceſſus vulneribus contrarius. *Vulneri ſuperuenire conuulſionem malum eſt*, neruorum enim corporis læſi ſignum hoc exiſtit, ipſi compatientis cerebri, quod neruorum principium exiſtit. *Tumor vulneribus magnus ſuperueniens bonus eſt*. Hæc enim ſignificatio eſt virtutis naturæ ad noxiorum depulſionem & oblæſæ partis leuamen. Partes organicæ penitus diſſectæ vnionem admittere nequeunt: quod diſtracta ſemel & reuulſa à corporis trunco pars vitalis principij influxum à corde tanquam à radice recipere amplius nequeat, ſine quo vita
E nulla eſſe poteſt. Neruorum, venarum, arteriarum, itemque oſſium ſoluta continuitas aliquando reſtituitur, non vere & per primam, vt loquuntur, intentionem, ſed per ſecundam, id eſt, per ſimilis, non vero eiuſdem ſubſtantiæ repoſitionem. Prima intentio in partibus carnoſis per conuerſionem ſanguinis alimentarij in propriam vulneratæ partis conſiſtentiam, locum habet. Secunda vero in partibus ſpermaticis: in quibus deperdita ſubſtantia reparatur, heterogenei alicuius corporis interuentu, quod natura conſeruandi ſui diligens, in amiſſi locum molitur. Sic enim quod oſſa fracta reſtituit & agglutinat corpus, non os, ſed callus vel porus exiſtit, cuius origo & materia eſt ab humore paulo craſſiore, quam exiſtat ille vnde oſſibus ortus ſuppetit, & principium: hic humor cum ad fracturæ locum appulerit, oſſium extrema ſibi mutuo agglutinat, quæ alias ob duritiem coaleſcere nunquam poſſent. Hanc vnionem facilius & promptius admittunt oſſa puerorum, propter mollis & tenellæ ſubſtantiæ ſequacitatem. Deniq; admonendus hoc loco Chirurgus eſt, exigua vulnera, & quæ nemo artifex lethalia iudicet,

Porus & callus quid & vnde.

Exigua & contemptibilia vulnera ſæpe lethalia.

Aph. 1. ſect. 8.

non

non raro lethum inferre, propter occultam quandam læſorum, circumſtantiumque corporum cacoethiam. Quo nomine notatum ab Hippocrate legimus, non ſatis eſſe, Medicum ſuum facere officium, ſed externa ſite præparata eſſe oportere. A

De vulnerum Curatione in genere.

CAP. V.

Generalis vulnerum indicatio.

CHirurgus ad rectè inſtituendam vulnerum curationem, communem ſibi & generalem indicationem proponere debet, diuiſarum nempe partium vnionem: cuius indicationis plebeis etiam hominibus in tali caſu in mentem venit. Quod enim diuiſum eſt, vniri poſtulat, quod vnio diuiſioni contraria ſit. At quibus artibus eiuſmodi vnio procuranda ſit, ſoli artifici & perito notum eſt. Hanc igitur primam & præcipuam indicationem conſequimur naturæ principis velut agentis beneficio, & Chirurgi naturæ tanquam miniſtri opera: ac niſi natura robuſta extiterit, nunquam conceptum animo finem Chirurgus adipiſci poterit. Ergo vt eius compos fiat, quinque illi præſtanda veniunt. Primum eſt, vt ſi B

Quinque ad vnionem neceſſaria.

quæ peregrina corpora, cuiuſmodi ſunt ligni, ferri, oſſiũ, contuſæ carnis, concreti ſanguinis & ſimilium rerum fragmenta, ſiue ea extrinſecus, ſiue intrinſecus è corpore venerũt, in vulnere forte defixa fuerint, ea eximat: non enim aliàs ſperabilis eſt vnio. Alterum eſt, vt vulneris labra ſibi inuicem adiungat: non enim aliter agglutinari & vniri queunt. Tertium eſt, vt adiuncta labra contineat. Quartum, vt partis læſæ temperiem conſeruet: nam ſuperſtite intemperie, impoſſibile eſt ipſam ſuæ vnitati reſtituere. Quintum eſt, vt accidentia, ſi quæ obrepſerint, corrigat, quod his vrgentibus ſæpe curationis ordinem inuertere neceſſe habeat Medicus. Peregrina corpuſcula omnia quamprimum ideo eximenda ſunt, quod ea naturæ, vnitatem molientis, actionem impediant, ſi præſertim neruulum aliquod corpus aut tendinem comprimant, pungantue, vnde dolor, vel in partem aliquam principem, aut principi ſeruientem abſceſſus. Quanquam ſi certa & prompta eiuſmodi corpuſculorum exemptione metus aliquis acerbi doloris vel neruorum offenſæ immineat, longe ſatius erit, totum id negotium naturæ permittere, quam violenta ſollicitatione vulnus exacerbare. Natura enim quicquid alienum parte læſa continebitur, ſenſim tanquã contrarium, vel etiam vna cum pure, excludet. At ſi in mora periculum fuerit, Chirurgum oportebit cito, tuto & quam iucundiſſime res patietur, operari, vulneribus enim inclementius tractatis hæmorrhagia, ſyncope, conuulſio & alia horrenda ſymptomata ſuperueniunt, ex quibus magis periclitatur æger, quam ex ipſo vulnere. Ergo peregrina corpora licet euellere digitis, vel inſtrumentis ad eam rem comparatis, alias vero facilis, alias difficilis eiuſmodi auulſio eſt, prout infixum corpuſculum inuentu vel tractu facile aut difficile extiterit. Quod ipſum contingit pro figuræ corpuſculorum eiuſmodi varietate, pro partis ipſius mollis, duræ, aut profundæ conditione, cui ipſa corpuſcula arctius vel laxius infixa hærent: deinde pro metu inferendi grauioris alicuius damni, vt ruptionis vaſis alicuius. Cæterum qua arte primam illam intentionem complere poſſimus, ſimul & quis ſit inſtrumentorum ad eam rem neceſſariorum Typus, oſtendetur *tractatu particulari de Vulneribus, Sclopeto ignivomo, Sagitta, & Telo inflictis.* C

Quando nõ ſtatim eximenda.

At ſecundum & tertium curandorum vulnerum ſcopum, duobus atque iiſdem modis conſequetur Chirurgus, vinculis nempe & ſuturis: quæ tamen priuſquam adhibeat, animaduertet, num hæmorrhagia præſens adſit. Hanc enim, ſi effrenatior extiterit, cohibebit: ſi pigrior, promouebit (niſi forte ſi illa in ventrem aliquem effluderit) quo pars ſuperflua ſanguinis copia exonerata, inflammationi minus ſit obnoxia. Ergo vulnerum labra ſibi inuicem admouentur, & admota continentur ſutura & vinculis: D non quidem omnium, ſed eorum demum, quæ tum ſpecie ſua & magnitudine, tum partium, in quibus exiſtant, conditione, vtriuſque remedij indigna ſunt & capacia. Simplex enim & exigua continui ſolutio ſola eget ligatura, quam incarnatiuam nominant, ſi præſertim in brachijs ſit aut cruribus: quæ vero muſculos tranſuerſim diuidit, ſutura & ligatura opus habet, quo labra, quæ à ſe inuicem longius diſſiliunt, ac verſus principia ſua & fines quaſi conuelluntur, adiungantur. Si quæ carnoſæ ſubſtantiæ portio ab inſigni ſectione deorſum prolabitur, ſutura, neceſſario loco ſuo adiungenda & continenda erit. Sutura etiam egent partium omnium paulo inſigniora vulnera, quæ ligaturam propter partis, in quibus exiſtunt, figuram & ſitum non facile admittunt, vt auricularum, naſi, cranij, palpebrarum, labiorum, ventris & gutturis.

Vincula & ſutura cõmittenda, continendo quæ vulnerũ labra ſunt, et mentes.

Cur pigrum in vulnere ſanguinis profluuium mouendũ.

Quorum vulnerum labra ſola ligatura cõtinentur.

Quorum labra ſutura præterea cõtineri poſtulent.

Veterum omnium conſenſu ligaturæ tres exiſtunt ſpecies. Primam agglutinatiuam, ſeu incarnatiuam, ſecundam expulſiuam, tertiam retentricem vulgo nominant. Agglutinatiua ſeu incarnatiua vulneribus ſimplicibus recentibus & adhuc cruentis conuenit: duobus hæc capitibus conſtat, ſicque ducenda eſt, vt initio ex vulneris aduerſo ſurſum ſurſum ita procedamus, vt decuſſando & deorſum regrediendo labra ipſa ſibi mutuo committamus. Sit vero ligatura neque arctior ne inflammationem vel dolorem inferat, neque laxior, ne inutilis ſit & non probe contineat. Expultrix ligatura vlceribus ſinuoſis & fiſtuloſis quadrat ad exprimendam ſaniem contentam: abſoluitur hæc vna faſcia vno & ſimplici capite conſtante: eius ducendæ initium a fundo ſinus ipſius capi debet, ibique arctius ſtringi, paulatim ſurſum verſus de rigore illo remittendo ad vlceris vſque oſculum, quo (vt dictum eſt) ſanioſa materia foras exprimatur. Retentrix ligatura partibus, quæ arctius conſtringi ſe non patiuntur eſt accommodata: eiuſmodi ſunt guttur, venter, omneſque inſuper partes quas dolor opprimet. Dolore enim pars affecta conſtrictionem horret: eius vſus eſt, vt Topica medicamenta contineat. Faſcia abſoluitur, quæ aliàs vno, aliàs pluribus capitibus conſtat: faſciæ omnes linteæ eſſe debent, atque ex materia, quæ neque recentior ſit, neque vſu detrita nimis, neque craſſior, neque tenuior. Latæ erunt pro partium, quibus applicandæ venient, ratione: indicatione amplitudinis E

Ligaturæ ſpecies tres.

Quid incarnatiua.

Quid expultrix ligatura.

Quid retentrix.

Faſciarum materia.

ſuræ

A ſumpta, ab ipſarum magnitudine, figura, & ſitu, vt fuſius demonſtrabimus *tractatibus de Fracturis & Luxationibus.*

Quartum curandorum vulnerum ſcopum, qui eſt de partis læſæ ſeruanda temperie, conſequetur Chirurgus inſtituta ex Medici præſcripto optima victus ratione, remediis vniuerſalibus & topicis. Victus obſeruabitur tenuis, frigidus & humidus quouſque id effluxerit tempus, quo ab accidentibus, quæ in metu eſſe ſolent, æger tutus & immunis exiſtat. Parce ergo cibabitur, ſi præſertim plethoricus ſit, à carnibus ſalitis & ſpeciatis abſtinebit. Itemque à vino, ſi maxime natura bilioſus vel ſanguineus extiterit: vini loco aqua decoctionis hordei vtetur, aut glycyrrhizæ, aut hydroſaccharo. Quietus ſe continebit. eſt enim quies, Celſi ſententia, medicamentum longe optimum: Coitum, contentiones, rixas, iram, cæteraſque animi perturbationes vitabit. Vbi periculum effugiſſe videbitur, iam tempus erit, vt ſenſim redeat ad cõſuetam victus & vitæ rationem. Vniuerſalia remedia ſunt phlebotomia & purgatio, quibus vis ineſt diuertendæ & impediendæ fluxionis, à qua partis temperies mutationis noxam ſubiret. Quod ad phlebotomiam tamen attinet, non eſt illa ſemper neceſſaria, vt in exiguis vulneribus & corporibus, quæ neque cacochymia, neque plethora infeſtantur: at in illis demum deſideratur vulneribus, quæ magna ſunt, in quibus fluxionis metus eſt, doloris, delirij, & iactationis: corpore denique plethorico exiſtẽ-

Cur & qui vulnerata partis temperies conſeruanda.

B te, & articulis, tendonibus, aut neruis vulneratis. Purgationes blandæ inſtituendæ ſunt, quod à fortioribus commouentur & incandeſcunt humores, vnde fluxionis & inflammationis periculum, itaque nihil hac in re inconſulto Medico eſt tentandum. Topica & particularia medicamenta ſunt collectica, quæ ſiccandi vi & adſtringendi prædita eſſe debent, quo vulneris labra contineant, & fluxionem arceãt, habita ſemper ratione naturæ partis & morbi magnitudinis. Simplicia medicamenta ſunt, thus, aloe, ſarcocolla, bolus Armeniæ, terra ſigillata, ſanguis draconis, Terebinthina vulgaris & Veneta, gummi elemi, plantago, cauda equina, ſymphytum maius, farina volatilis molendinorum, & alia eius generis multa, quæ dicemus poſthac in antidotario.

In quibus vulneribus ſanguinem aperta vena detrahere non ſit neceſſe.

Cuiuſmodi purgatio cõueniat.

Collectica qualia cenſenda.

Quintus curandorum vulnerum ſcopus eſt de eorum, quæ vulneribus ſuperuenire ſolent, accidentium correctione, quæ certe res ſæpe Chirurgo multum negotij exhibet. Non raro etenim propriam morbi curationem miſſam facere cogitur, quo accidentibus & ſymptomatis occurrat, hæmorrhagiæ nempe, dolori, inflammationi, febri, conuulſioni, paralyſi, exolutioni, delirio, & ſimilibus: de quibus ſigillatim & breuiter dicemus, ſi ante de ſuturis, quæ dicenda hoc loco videntur, dixerimus.

De Suturis. CAP. VI.

C

CVm vulnera per crurum, tibiarum, & brachiorum protenduntur longitudinem, ſuturis facile carere licet, quia ligaturis vnio ſoluta facile reſtituitur: at cum tranſuerſim inflicta ſunt, ſuturam eſſe flagitant, quod caro & ſimiles omnes partes diſſectæ verſus ſanas contrahuntur, quo fit, vt longius à ſe inuicem abſcedant. Quare vt adiungantur, & adiunctæ contineantur conſui debent. Atque ſi profundius ſit vulnus, multum carnis acu eſt comprehendendum: nam ſi extimam tantum ſubſtantiam comprehenderis, ſuperficie tenus vulnus agglutinatur: in imo vero & vulneris fundo collecta & concluſa ſanies abſceſſus faciet, & vlcera caua. Ergo de ſuturis faciendis nunc agendum.

Quibus in vulneribus ſutura carere liceat.

Suturarum quinque ſunt rationes. Prima, inter punctos, qui ducuntur, digiti relinquit interuallum, ideoque partium carnoſarum recentibus vulneribus, quæ faſcia curari nequeunt, in quibuſque heterogeneum & peregrinum nullum corpus hæret, idonea eſt: fit vero hoc modo. Acus habenda eſt lenis, quæ filum ducit, eaque mucrone ſit triangulari, quo facilius ſubeat in cutem, extremo vero capite nonnihil excauato, quo filum magis deliteſcat, ſic enim promptius penetrabit acus. Habendus eſt

Prima ſuturæ ratio.

Acus ratio.

Feneſtrati canaliculi ratio.

D & canaliculus in extremo feneſtratus, cui oppoſito & obnitenti vulneris labium innitetur, ne in hanc aut in illam partem, dum acus adigitur, commoueatur, atque vt per rimam illam ſeu feneſtram cernere poſſimus, quando penitus adacta ſit acus, eamque vna cum ſequente filo pertrahere, ſimul vero & vulneris labrum inconcuſſum tenere, ne ſequatur ad fili & acus pertractionem. Penetratis ſic vulneris labris, nodus fit, iuxta quem reſecandum filum eſt, ne ſi quid eius infra nodum reliquum ſit, ad emplaſtra ita adhæreat, vt citra dolorem ea ſuo tempore dimoueri, & ab illis tanquam tricis auelli nequeat. Notandum vero venit, quod primus punctus per mediam vulneris partem eſt adigendus, & ſecundus inde in eo ſpatio, quo medio & extremorum alterutri interſtabit: nec vero adactis pũctis vulneris labra ſibi penitus ſunt adiungenda, ſed hians aliquod inter ipſa ſpatium eſt relinquendum, quo puri effluxus liber pateat, & inflammationis dolorisque conſecutio vitetur, alias ſi proxime ſibi admota ſine interſtitio fuerint, ſuborto poſtea, quo tempore pus fiet, tumore, tanta labiorum fit diſtentio, vt fili rigore facile rumpantur. Sed carnis nec nimium, nec parum acu comprehendẽdũ eſt: parcior enim comprehenſio non continet; nimia vero dolorem infert & inflammationem, ac præterea cicatricis deformitatem inducit. Quanquã in profundis vulneribus, cuiuſmodi ſunt ea, quib. craſſioribus muſculis infliguntur, acus penitus adigenda eſt, quo plus carnoſæ ſubſtantiæ comprehendat, ne filum carnis haud compre-

In pũctis adigendis cautio.

Quantum carnis comprehendendum, dum ſuitur.

E henſæ mole abductum, diſrumpatur. Cæterum his ſæpe locis vulnera inflicta cernuntur, vt canaliculum incuruum & acum incuruam Chirurgum habere ſit neceſſe: alias non ſit ſucceſſura ex voto ſutura. Quare vtriuſque typum hic ſubiicere libuit, vt vtrauis pro re nata vti poſſis.

Canaliculorum feneſtratorum & acuum ſuturis idonearum Typus.



Secunda ſuturæ ratio, quæ pellionũ dicitur. Tertia ſuturæ ratio. Quarta ſutura ſeu gaſtroraphia. Quinta ſutura, quæ ſicca dicitur.

Secundæ ſuturæ ſpècies eodem prorſus modo fit, quo pelliones ſolent pelles conſuere. Et hac ſuturæ ſpecie ſuenda ſunt inteſtina, ſi quando vulnerentur, ne fæces per vulnus exiliant. Tertia ſutura fit vna vel pluribus filum ducentibus per vulnus, traiectis, acubus varie ſurſum, deorſumque per acus extrema implicito & inuexo filo, quomodo pueri ſolent acum in conuexa pilei parte, ne elabatur, trancere: hoc ſuturæ genus roſtris leporinis curandis & ſanandis eſt idoneum, vt ſubiecto typo docebimus infra. Quarta ſuturæ ſpecies Gaſtroraphia dicitur, magnis epigaſtrij muſculis cum ſubiecto peritonæo ingenti vulnere ſectis, reſtituendis & vniendis adinuenta, cuius rationem ſuo exponemus loco. Quinta ſpecies vulgo ſutura ſicca dicitur, qua in ſolis faciei vulneribus vtimur, quam proprio deſcribemus capite.

De Sanguinis fluxu, qui vulneribus ſuperuenire ſolet.

CAP. VII.

Sanguinis ab arteria fluentis ſigna. Prima ſiſtẽdi ſanguinis ratio per glutinantia & adſtringentia medicamenta. Situs vulneratæ partis. Altera ſiſtẽdi ſanguinis ratio per vulneris compreſſionem. Tertia ſiſtẽdi ſanguinis ratio per vaſorum, vnde fluit, deligationem.

SÆpe vulneribus propter diſſectum, ruptum, aut laniatum vas aliquod hæmorrhagia ſuperuenit, cui mederi & ſuccurrere diligenter opus eſt, quod ſanguis naturæ ſit theſaurus, ſine quo vita conſtare nequit. Qui ab arteria fluit ſanguis, eo cognoſcitur, quod ſubtilior eſt, quod cum quodam velut ſaltu exilit propter vitalem ſpiritum vna arterijs contentum. Contra qui à vena fluit, craſſior, nigrior, & pigrior eſt. Sunt vero ſanguinis ſiſtendi plures modi. Primus & vſitatior eſt is, quo vulneris labra ſibi adiunguntur, ac niſi profundius ſit vulnus, medicamentis, quibus adſtringendi, refrigerandi, deſiccandi, & glutinandi vis ineſt, continentur. Vt ℞. *terræ ſigill. boli armeni an. ℨ ß. thuris, maſtiches, myrrhæ & aloes an. ℨij farinæ volat. molend. ℨj fiat puluis, qui albumine oui excipiatur.* Vel ℞. *thuris & aloes an. partes æquales excipiantur cum oui albumine, & pilis leporinis*: his medicamentis imbuantur, tum quæ in vulnus imponentur, tum quæ vulneri apponentur, penicilla hinc duplicato panno & faſcia idonea vulnus contineatur, pars vero eo ſitu collocetur, qui minime omnium laborioſus & maxime indolens videbitur. Quod ſi hoc modo ſanguis ſiſti nequeat, ſublatis omnibus integumentis, pollice vulnus, vaſiſque orificium eouſque comprimentur, quouſque circa illud in craſſiorem thrombum concreuerit ſanguis, qui viam intercludat. Quod ſi ne ſic quidem ſiſtatur, tum ſutura, ſi quæ facta fuerit, diſſuenda & vaſis ipſum oſculum originem ſeu radicem verſus, acu, filoque, cum carnis tanta portione quantum partis conditio permittet, comprehendendum, vinciendumque eſt. Sic enim ingentes hæmorrhagias etiam in artuum amputatione cohibui, vt ſuo [illegible]cam loco.

Ad id opus perficiendum, non raro cogimur cutem ipſam, quæ vas vulneratum contegit, diuidere.

Nam ſi vena arteriaue iugularis diſſecta, ſurſum, deorſumque ſe contraxerit & ſubduxerit, tum cute ipſa, ſub qua latet, denudanda erit, & acu filum ducente ſubtus immiſſa, deliganda, vt pluries à me factum meminerit priuſquam vinculum reſoluas, oportet carnem ſuccreuiſſe, quæ vaſis oſculum obturet, ne denuo ſanguis fluat.

Admonitio. Quarta ſiſtẽdi ſanguinis ratio per eſcharotica.

Quod ſi partis ea fuerit conditio, quæ vaſis illam comprehenſionem & conſtrictionem deneget, ad eſcharotica veniendum, cuiuſmodi ſunt puluis vitrioli cinefactus, puluis mercurij cum pari aluminis vſti portione, pyrotica, quæ eſcharam inducunt, cuius lapſum naturæ permittere, non arte procurare decebit, ne ante cadat, quam vaſis orificium carne vel thrombo fuerit interclusum. Sed accidit nonnunquam, vt cogatur Chirurgus vas ipſum penitus reſcindere,

vt ſic

A vt ſic ſubtrahentibus ſeſe, & ſurſum deorſumque ſubducentibus vaſis abſciſſi extremitatibus, vicinarumque & circumſtantium partium mole abditis, minori labore ſanguinis antea effrenis fluxus, cohiberi poſſit. Eſt tamen id extremum remedium, ac niſi ſuperioribus fruſtra tentatis vſurpandum.

Quintus ſiſtendi ſanguinis ratio per vaſis reſectionem.

De Dolore, qui vulneribus ſuperuenit. Cap. VIII.

PRompta debet eſſe doloris, qui vulneribus ſuperuenit, ſedatio, quod nihil æque proſternat vires, ſed & ſemper fluxionem acceſſit dolor, quantumlibet corpus ipſum bene habitum, beneque temperatum ſit natura enim afflictæ parti ſuppetias latura, ſemper ad ipſam plus humoris tranſmittit, quam alendo neceſſe ſit, quo fit, vt eius vel copia, vel qualitate, vel vtroque fluxio facile prorrietur. Ergo ad dolorem illum fluxionis authorem arcendum, circumponantur parti medicamenta, quibus & repellendi & leniendi vis inſit: vt ℞. *olei myrth. & roſar an.* ℥ij. *ceræ albæ* ℥j *farinæ hordei* ℥ß. *boli armeni. & terræ ſigill. an.* ʒvj. *liqueſacta cera cum oleis concorporentur omnia & fiat medicamentum, vt artis eſt*, parti circumponendum. Vel ℞ *Empla, tri diachalcit* ℥iiij. *olei roſar & aceti an* ℥ß *liqueſiant ſimul, & fiat medicamentum ad eum, quem præſcripſimus, vſum.* Leniendo ſufficient irrigationes ex oleo roſ. & myrth. addito oui albumine

B vel ouo integro, ſi haud magna ſubeſt inflammatio, huc & facient faſciæ & duplicati panni in oxycrato madefacti. Sæpius vero remediorum eiuſmodi vis renouanda eſt, reſiccata enim dolorẽ augent. Quod ſi his non cedit dolor, ad narcotica veniendum erit, cuiuſmodi ſunt oleum de papauere, de mandragora, cataplaſma ex hyoſciamo & oxalide, additis malua & biſmalua, de quo *in tractatu de Phlegmone* diximus. Denique ad cauſam doloris, ad humoris, qui influit, ſpeciem, & ad viam, quam natura affectat, erit attendendum: nam pro illarum rerum varietate medicamentorum varietas eſt inſtituenda, vt ſi dolorem calor pariat, refrigerantibus admotis erit ſedandus, parque contrariarum cauſarum erit ratio: ſi natura ſuppurationem moliatur, ſuppurantibus remediis ipſius conatus iuuandi venient.

Dolor vires deiicit & fluxiones ciet.

Anodyna varia.

De Conuulſione à vulnere. Cap. IX.

COnuulſio eſt *muſculorum ſeu partium, quæ voluntate noſtra mouentur, inuita verſus ſuum principium, cerebrum nempe & ſpinalem medullam, contractio.* Per hanc enim non potis eſt membrum conuulſum, vel corpus vniuerſum (ſi vniuerſalis ſit conuulſio) pro arbitrio mouere. Non eſt tamen in conuulſione

Quid conuulſio.

C motus deperditus, vt in paralyſi, ſed tantum deprauatus: & quia alias corpus vniuerſum, alias partem vnam occupat conuulſio, notandum, conuulſionis generalis tres eſſe ſpecies. Prima Tetanos Græcis dicitur, cum vniuerſum corpus ſic tanquam ſtipes obrigeſcit, vt nullam in partem inclinetur. Secunda dicitur Opiſthotonos, cum in poſticam partem vniuerſum corpus contrahitur. Tertia Emproſthotonos, cum in anticam totum inflectitur & incuruatur. Conuulſio particularis eſt, cum oculi, linguæ, & ſimilium partium muſculus neruo inſtructus, vitium conuulſificum concepit.

Conuulſionis vniuerſalis tres ſpecies.

Conuulſionem facit repletio vel inanitio, vel ſympathia, ſeu condolentia. Repletionem creant humorum copia, corpus grauans ab immoderato cibo & potu, exercitij intermiſſione, vacuationis alicuius ſolemnis, vt hæmorrhagiæ, hæmorrhoidum, & menſium ſuppreſſione: hinc enim excrementitio. ũ eiuſmodi humorum deriuatio in neruos, quibus repleti & imbuti dilatantur plus æquo, vnde neceſſario breuiores facti contrahuntur. Cuius rei exempla in corijs & fidibus apparent, quæ vdo cœlo humore turgentes diſrumpuntur à repletione. Inanitionem pariunt effrenes vomitus, diarrhoeæ, hæmorrhagiæ, quo nomine *à vulnere conuulſio eſt lethalis* febres ardentes, his enim & ſimilibus ex cauſis inſita & primigenia neruorum humiditate abrumpta ſit, vt contrahantur coriorum inſtar, quæ ignibus propius admota corrugantur, & fidium, quæ ſud æſtatis ardoribus reſiccatæ, impetu diſrumpuntur: eiuſmodi

Tres cauſæ conuulſionum.

Cauſa repletionum.

Cauſa inanitionum.

D conuulſionis genus eſt incurabile *febrem enim conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quam febri conuulſionem*, vt docemur Hippocratis decreto: dummodo eiuſmodi febris cauſæ conuulſificæ viribus ſit proportionata, & conuulſio illa ſit a repletione: febrili enim ardore humor multus & craſſus conuulſionem committens digeritur & abſumitur. Conuulſionis à dolore cauſæ ſunt, vt punctura nerui ſiue à re animata, vt morſu venenatæ beſtiæ: ſiue ab inanimata, vt acus, ſpinæ, aut ſcalpelli ictu illa contingat: ingens & penetrabile *frigus*, quod *vulneribus*, neruoſarum præſertim partium, eſt *inimicum*, quo fit, vt ſummo & acerbo dolore in neruis excitato, contrahantur illi verſus ſuum principium, id eſt, cerebrum, opem afflictis rebus tanquam à parente petituri. Sed & à putredine vapor teter ad cerebrum elatus, cerebrum adeo vellicat, vt in ſeſe corrugatum, vna neruos omnes & muſculos conuellat, vt contingere cernimus in epilepticis, ex quo apparet, non ſolum cerebrum ipſum neruis, ſed & neruos ipſi cerebro compati.

Aph 26 ſe 20.

Cur conuulſioni & cur ſ. brem ſuperuenire melius ſit.

Conuulſionum per condolentiam cauſa.

Conuulſionis ſigna ſunt difficiles, laborioſi, & deprauati motus, ſiue partis alicuius, ſiue corporis vniuerſi, oculorum, & totius faciei peruerſio, labrorum contractio, quaſi ridentis genarum adſtrictio, & ſudor vniuerſalis.

Signa conuulſionum.

E

De Conuulſionis curatione. Cap. X.

COnulſionis curatio, pro cauſæ conuulſificæ varietate, varia eſt: aliter enim, quæ à repletione, aliter, quæ ab inanitione, aliter, quæ à dolore eſt, curanda venit: nam quæ à repletione fit, remediis curatur depellentibus & inanientibus: Diæta nempe conuenienter inſtituta, purgatione, phlebotomia, digerentibus topicis, exercitio, frictionibus, balneis ſulphureis, & alijs, ex docti, qui præerit, Medici præſcripto inſtitutis, quæ humores ſuperfluos & excrementitios conſumant, qui neruorum ſubſtantiam &

Conuulſionum à repletione curatio.

> *Topica ad conuulsionem ... per repletionem.*

corporis habitum occupant. Topica remedia sunt olea, vnguenta, litus, ex quibus ceruix, ſpina dorſi, & partes contractæ omnes oblinentur. Olea ſunt vulpinum, [illegible], chamæmelinum, lumbricorum, A
ue therebinthina, de coſto, de caſtoreo, vnguenta ſunt Aregon, Agrippæ, de althea, martiatum. Litus hæc erit forma. ℞ *olei chame. & laurin. an. ℥ij. olei vulp. ℥j. vnguenti de althea & marti. an. ℥ß. axungiæ vulpu. ℥j. aquæ vitæ ℥j ß. ceræ quantum ſufficit. fiat linimentum ad vſum.* Vel ℞ *olei lumbr. de ſpica & de caſtoreo. an. ℥iiij. axungiæ hum. ℥j ſulphuris viui ʒß. ceræ quantum ſufficit, fiat linimentum.* Vel ℞ *vnguenti martiati & Agripp. an. ℥iij. olei de tereb. ℥ij olei, aluta ℥ß. aquæ vitæ. ℥j. ceræ. ℥j ß fiat linimentum.* Sed & victu tenui, & ſudationi-

> *Curatio conuulſionis ab inanitione.*

bus ex Guaiaci decocto [illegible] curationem [illegible], quod illis remediis excrementa craſſa lenta & viſcida, quæ in vitio ſunt, digerantur.

Conuulſionem ab inanitione curabis [illegible], quæ ſalubriter & moderate replent: victus igitur imperandus ex cibis ſucci alibilis plenis, vt decoctis, & iuſculis colatitiis caponum, columborum, vitulinæ & veruecinæ carnis, addatur [illegible] violarum & maluarum [illegible] conſeruæ, quæ vires debilitatas confirment, & corporis habitum [illegible], cuiuſmodi ſunt, conſeruę bugloſſi, violarum,

> *Iuſculum medicatum.*

boraginis & nenupharis. Sequens iuſculum valde [illegible]. ℞ *lactucæ, bugloſ. & portul. an m. j. quatuor ſeminum frigid. maiorum an ℥ß. ſeminum [illegible] ℥j [illegible] omnia cum pullo gallinaceo,* capiat [illegible] ſingulis [illegible],

> *Iuleps.*

[illegible] iulapium ſequens erit vtile. ℞ *aquæ [illegible] ℥iij aquæ viol. ℔ ß ſacchari albiſſimi. ℥vj fiat iulepus [illegible].* Si pigra ſit aluo æger, imperandi erunt clyſteres emollientes & humectantes, ex decocto capitis & pedum veruecinorum, maluæ, bismaluæ, parietariæ, violariæ & aliis ſimilis facultatis: [illegible] promptius parabilius ſit remedium, ex oleo & lacte clyſteres inſtituendi. Topica remedia erũt

> *Litus ... conuulſionem.*
>
> *Balneum emolliens & humectans.*

litus & balnea. Litus exemplum erit tale ℞ *olei viol. & amygdal. dul. an. ℥ij. olei lilior. & lumbr. an. ℥j. axungiæ porci recentis ℥iij. ceræ nouæ quantum ſufficit, fiat linimentum*, cum quo vngatur tota ſpina & pars affecta [illegible] balnei vero emollientis & humectantis hæc erit forma, ℞ *fol. maluæ, bismaluæ, pariet. an m. vj ſeminum lini & fœnug. an. ℔ ß. coquantur in aqua communi, addendo olei liliorum ℔. viij fiat balneum*, in quod tepidum [illegible] æger. Cum e balneo prodit, detergeatur linteis calentibus, & in lecto quieſcat, vitato ſudore. At ſi æger [illegible] ſerre poſſit, erit ex vſu balneum inſtituere ex ſolo lacte, vel oleo ſolo, vel ex lacte & oleo pariter æqualiterque commixtis.

De cura conuulſionis per ſympathiam & dolorem.

CAP. XI.

> *Conuulſionum a punctura ... curatio.*
>
> *Nobile alexipharmacum.*


CONuulſio, quę fit per conſenſum & doloris affectionisque communicationẽ, curatur remediis dolorificæ cauſæ contrariantibus. Sic enim ſi a pũctura vel morſu venenato exiſtat, dilatandum vulnus, & inciſa cute [illegible], quo materiæ venenatæ liberior ſit effluxus, in quam etiam rem affundentur medicamenta, quæ conſiſtentia tenui ſint & liquida, facultate autem deſiccantia & digerentia, ad foras euocandam & reſoluendam virulentiam, vt Theriaca & Mithridatium in aquavitæ diſſoluta cum pauco mercurialis puluere: eſt enim id nobile alexipharmacum. Proderunt & cucurbitulæ & ſcarificatus: denique cauterium [illegible] conditio, contrariorum remediorum oppoſitione ſemper erit oppugnanda, vt ſi conuulſionem excitauerit dolor a compuncto neruo vel tendine, remediis propriis ſtatim occurrendum erit, vt oleo de Terebinthina, de euphorbio, cum aqua vitæ mixtis: itemque aliis neruorum puncturæ dicatis remediis. Si a frigoris exceſſu dolor exiſtat, quia frigus cerebro, ſpinali medullæ & neruis eſt inimicum, æger in aere calido collocabitur, cuiuſmodi eſt aer laconici, litibus calidis ſupra commemoratis tota ipſi ſpina dorſi & partes conuulſæ oblinentur: id longe ſatius eſt, quam de repente à concepta cauſa conuulſiua ipſum igni ardentiſſimo, vel tepenti balneo ex-

> *Dentium & genarũ compreſſio impedienda.*

ponere. Interim Chirurgo diligenter curandum eſt, vt dum prima futuræ conuulſionis & iamprimum præſentis vel imminentis ſigna ſe prodiunt, bacillum ægri dentibus interponat, ne pertinaci genarum contractione ipſi conſtringantur, & ſibi adhæreſcant penitus: multi enim in tali caſu linguam ipſi ſibi amputarunt, in quam rem ad manum habebit oris ſpeculum, quod ſcapi cochleati beneficio ex animi D
ſententia dilatatur & contrahitur, quemadmodum ſubiectæ figuræ docent, vna quidem ipſius aperti & explicati, altera eiuſdem contracti.

Figura

A *Figura Speculi oris, ad conſtrictos dentes reſerandos & diducendos.*



B

De Paralyſi. CAP. XII.

PAralyſis *neruorum reſolutio, ſeu mollificatio eſt, cum ſenſus & motus priuatione, non quidem vniuerſi corporis, ſed alterutrius partis, lateris nempe dextri vel ſiniſtri.* Talisque proprie paralyſis nominatur: alias enim & minus proprie paralyſis etiam dicitur vnius alicuius membri reſolutio: nam cum vniuerſum corpus reſoluitur, apoplexia eſt. Ergo paralyſis alias dimidium corpus occupat, alias artus ſupernos, qui ſunt ab vmbilico ad caput, alias infernos, qui ab eodem vmbilico ad pedes exiſtunt, alias linguam, œſophagum, veſicam, penem, oculos, ſingulas denique corporis particulas. Differt toto genere a conuulſione: in hac enim partis contentio & contractio eſt, in illa reſolutio & relaxatio: quum in paralyſi fere fit, vt ſenſus vel abolitus ſit, vel valde obtuſus, qui in conuulſione fere integer eſſe ſolet. Vitiatur nonnulli, quibus dolor pungens & velut ingens in parte ſentitur. Cauſæ internæ ſunt, vel externæ: internæ ſunt humores alterum ventriculorum cerebri obſtruentes, vel ſpinalis medullæ latus alterutrum irrigantes, ſic, vt per neruos animalis facultas ſenſus & motus opifex ad partem, à qua editur, actio peruenire nequeat. Cauſæ externæ ſunt lapſus, ictus, & ſimiles iniuriæ, ex quibus ſæpe artuum luxationes, ſpinæ dorſi contorſiones, vertebrarum conſtrictiones & compreſſiones oboriuntur: quæ cauſæ exiſtunt, cur ſpiritus animalis tota ſubſtantia ad organa peruenire nequeat. Omnino vero ex parte reſoluta, facile eſt intelligere cauſæ morbificæ ſedem, per anatomes corporis humani peritiam: nam cum paralyſis ſubeſt proprie dicta, id eſt, cum dextrum aut ſiniſtrum latus totum occupatur, tum ſcire licet obſtructionem in cerebro vel ſpinali medulla exiſtere: ſi capitis partibus illæſis latus alterutrum totum reſolutum eſt, in ſpinalis medullæ origine vitium ſubeſſe: ſi brachia reſoluta iaceant, pro certo habendum, in quinta, ſexta, & ſeptima ceruicis vertebra mali materiam deliteſcere. Quod ſi inferiores artus langueant, lumborum & oſſis ſacri vertebras paralyticam cauſam continere, eſt exiſtimandum. Quæ res Chirurgo diligenter notanda eſt, vt ſemper ad mali originem recurrat. Quæ paralyſis venit à ſecto neruo vel vehementer contuſo, incurabilis eſt, quod ſic interclusa ſit ſpiritui animali ad partem via. Vix à paralyſi aut nunquã conualeſcunt ſenes, quod calor natiuus illis langueat & excrementitiorum humorum mole obruantur. Nec ſperabiliorem ſalutem facit inueterata & quæ iam dudum partem occupat, paralyſis, vt nec illa, quæ apoplexiæ ſuccedit. *Febrem paralyſi ſuperuenire, bonum eſt, ſperabilem enim* facit humoris reſoluentis & relaxantis diſſipationem. Cum membrum paralyticum multum emarcuit, & oppoſitum contra magnam acceſſionem fecit molis, caloris & coloris, malum eſt; ſignum enim hoc exiſtit extremæ partis affectæ infirmitatis, quæ ſe ſuo genio fraudari patiatur, omni ad ſanam ſeu oppoſitam partem commeatu confluente.

Paralyſis quid propriè ſit. *Paralyſis differentia.* *Quid à conuulſione differat.* *Cauſa.* *Vnde ſit quærenda materia reſoluentis ſedes.* *Prognoſis.* *Bonum paralyſi ſuperuenire febrẽ.*

(Margin letters C and D)

E

De Paralyſeos curatione. CAP. XIII.

IN Paralyſeos curatione non niſi præmiſſis generalibus remediis, diæta & purgatione, quidquam tentandum: quæ cura omnis docti & prudenti Medico incumbit. Decoctum ligni indici eſt in hanc rem valde opportunum: nam ſudores prouocat, humorem omnem, qui neruos relaxat vel attenuat, vel digerit, & abſorbet. Dum vero ſudor non profluit, non erit inutile candentes ab igne lateres in decocto vini & aceti, atque herbarum reſoluentium extinctos reſoluto membro circumponere, vel etiam teſtaceas lagenas aut veſicas bubulas, ſiullaſue eodem decocto ſemiplenas: nam eiuſmodi calor, qui actu eſt, calorem partis exuſcitat & roborat, qui in hoc morbo valde languidus eſſe ſolet: hinc æger in cuppam deſcendet, velamine ſeu papilione ſubtenſo obductam, plane quemadmodum deſcripſimus *tractatu de balneis,* vt ſequentis decocti vaporem excipiat.

Guaiaci decoctum paralyticis vtile. *Calida actu paralyticis membris vtiliter appon.*

℞ [illegible] maior [illegible] m. ß. florum chamæ. mel. [illegible] anthos an. [illegible] [illegible] an. ℥ [illegible] aquæ [illegible] an. ℔ [illegible] [illegible] In ea coppa [illegible] [illegible] bene coopertus, in eoque [illegible] [illegible] per [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ℥ [illegible] gummi [illegible] aquæ vitæ ℥ [illegible] pyrethri, piperis, ſynap. gra- [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Medicis [illegible]. ℞. myrrhæ, aloes, [illegible] nardi, ſanguinis draconis, [illegible] [illegible] mastic. gummi arabici, [illegible] [illegible] omnium, pulverizentur pulueriſanda & gummi eliqua- [illegible] [illegible] in balneo mariæ deſtillentur, atque ex [illegible] Sequentis [illegible] ℞ [illegible] moſch. macis an. ℨij. ſaluia maior [illegible] arthritica, [illegible] [illegible] ℥ [illegible] an. m. ß. florum [illegible] omnia contundantur & in aqua vitæ & vini maluatici an. [illegible] [illegible] modo deſtillentur [illegible] Sic [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnium denique [illegible] de quorum [illegible] [illegible] poſtea.

De ſyncope & animi deliquio. CAP. XIV.

SYncope eſt [illegible] omnium [illegible], ſed vitalium præſertim; in hac ſine motu & ſenſu iacent [illegible] [illegible] magnitudine & temporis diuturnitate [illegible] [illegible] hæmorrhagia, quæ ſpirituum diſſipationem facit. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] per arterias ad cor, & per neruos, ad cerebrum [illegible] contingit ſyncope. Ex [illegible] [illegible] hæmorrhagia. Deinde eorundem ſpirituum oppreſſione, obſtructione [illegible] [illegible] Denique corruptione, vt in corporibus cacochymis & vulneribus vene- [illegible] [illegible] præceps in terram [illegible] [illegible] [illegible] Quod ſi a vapore putrido & venenato au- [illegible] [illegible] D [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] temporum & [illegible] [illegible] [illegible] manuum [illegible] ex aqua [illegible] [illegible].

De Delirio. CAP. XV.

DElirium [illegible] [illegible] febribus, a vulnere & inflammatione excitatis, [illegible] [illegible] Tale ergo deli- [illegible] dolore & febre, cum partes neruoſæ, vt articuli, ſtomachus, [illegible] Nam ſeptum tranſuerſum ideo Veteres phrenas dixerunt, quod hoc [illegible] [illegible] facultatis animalis, quæ in ratiocin- [illegible] propter communicationem, quam habet diaphragma cum cerebro per E [illegible] [illegible] ad ſtomachum [illegible] Contingit ergo deli- [illegible] [illegible] diſſipationem, [illegible] vt mentis motus & conuer- [illegible] quibus ab amputato membro multa contingit hæmorrhagia [illegible] [illegible] [illegible] ſeu venenatæ, aut a ſemine retento aut corrupto in vtero, vel a gangræna [illegible] ad cerebrum elata, vel a repentino tumultu & timore. Denique [illegible] præſertim calida, humorum, qui maxime bilioſi ſunt, affluxu, ſpirituum

diſſipa-

A diſſipatione, oppreſſione, aut corruptione, mentem lædunt & debilitant, ea delirium inferre poſſunt. Ergo ſi à cerebri & meningum inflammatione extiterit, præmiſſis purgatione & phlebotomia ex Medici præſcripto, raſo vel reſecto capillitio caput oxyrrhodino fouebitur, ſuperimpoſito inde emplaſtro diachalciteos in oleo roſaceo & aceto diſſoluto. *Curatio.* Prouocabitur ſomnus hordeatis, in quibus papaueris albi ſemina nodulo incluſa bullierint, iuſculis ex decocto ſeminum frigidiorum, lactucæ, portulacæ, acetoſæ, & aliorum ſimilium paratis, frigida naribus admouebuntur, vt ſemina papaueris, leniter trita cum aqua roſarum & aceti tantillo. Accedant etiam congerrones faceti & lepidi, qui animum à rerum triſtium cogitatione diuertant, curas leniant & eximant, ipſum denique ſibi ægrum blandis cohortationibus reſtituant. *Quatenus verba leniāt dolores.* Quod ſi ſpirituum vitio contingat malum, curatio petenda veniet ex his, quæ *capite de ſyncope* notata fuere.

FINIS LIBRI OCTAVI.

B

C

DE RECENTIBVS ET CRVENTIS SINGVLARVM PARTIVM VVLNERIBVS.

LIBER NONVS.

De fracti cranii ſpeciebus ſeu differentiis.

CAP. I.

POSTQVAM breuiter de Vulneribus in genere, id eſt, de vulnerum differentiis, ſignis, cauſis, prognoſi & curatione dictum à nobis eſt, ſimulque expoſita ratio accidentium & ſymptomatū, quæ illis ſuperuenire ſolent, reſtat, vt de his agamus, quatenus in ſingulas partes incurrunt, quod pro partiū varietate, vario inſtituatur vulnerum curatio. *Fracti capitis differentia.* Initium autē à vulneribus capitis ducemus. Ergo caput alias leuiter iuxta capillatam cutē contunditur ſine vulnere, alias vulneratur ſine cōtuſione, alias complicatis affectionibus vna contunditur & vulneratur. At capiti ſeu cranio illata fractura, alias ſuperficiaria eſt, aliquando ad vſq; diploen deſcendit, alias pertuſis duabus laminis cū meningibus in ipſam etiā cerebri ſubſtantiā penetrat: quin etiam, non ita raro nullo apparente in capite vulneris veſtigio, cerebrū cōmouetur & concutitur, cum vaſorum internorū ruptione & varijs ſymptomatis: de quibus ſingulis ordine dicemus, ſingulorū affectuum præſcripta curatione, ex diuini præſertim Hippocratis ſententia. *Fracti cranij ſpecies ex Hippocrate.* Is *libro de capitis vulneribus*, quatuor, vel etiam quinque fracti cranij ſpecies feciſſe viſus eſt. Prima dicitur Fiſſura, ſeu Fractura. Secunda Contuſio ſeu Colliſio. Tertia Effractura. Quarta Sedes. Quintam, ſi adducere libet, Contrafiſſuram nominare poſſis, ſeu Reſonitum (vt loquitur Pauli interpres) cum ſcilicet altera parte os fiſſum eſt, quam ictum fuerit. *Differentia à quantitate.* Harum quinque fracti cranij ſpecierum multæ ſunt differentiæ. Nam fracturarum aliæ magnæ ſunt, paruæ, & mediocres: aliæ longius aut latius excurrunt: aliæ breuius contrahuntur: Quædam in ſuperficie inſident: aliæ ad diploen deſcendunt, vel etiam ambas cranij laminas peruadunt: aliæ recta linea feruntur, aliæ obliqua & circulari: *A figura.* quædam complicatæ ſunt inter ſe, vt fiſſura neceſſario & ſemper cum colliſione ſeu contuſione: aliæ cum varijs accidentibus, vt

E dolore, calore, tumore, hæmorrhagia & ſimilibus. *A complicatione.* Aliquando ita fracta calua eſt, vt oſſis quiſquiliis, tanquam pungentibus aculeis, ſubiecta membrana comprimatur, alias nihil oſſis ipſius excidit. Quæ differentiæ omnes, quia varie curationem inſtituere cogunt, diligenter notandæ ſunt, ideoq; memoriæ ſubleuandæ gratia, placuit illas ſubiecta tabula deſcribere:

Fracturarum Cranii Tabula. A

- Fractura, ſeu continui ſolutio in cranio fit, vel per
  - Contuſionem, id eſt, colliſionem à re contundente, dura, graui, & obtuſa, quæ in cranium illapſa impulſaue fuerit, vel ad quam craniũ alliſerit, ſic vt fracti oſsis partes diuiſa vel
    - Figuram & ſitum ſeruẽt naturalem contiguitate manente; vnde emergit fractura cranii ea ſpecies, quæ fiſſura dicitur: hæc vero
      - Vel eſt manifeſta, & apparens, id eſt,
        - Viſu.
        - Tactu.
        - Scalpro.
      - Vel obſcura, & cæca cũ non quæ ictũ excepit pars ſed ipſi oppoſita frangitur id vero contingit vel
        - In eodem oſſe idque duobus modis.
          - Lateraliter, cum verbi gratia, oſsis frontis dextra parte icta, ſiniſtra finditur.
          - Superna deorſum, cum non prima, quæ ictum excepit, ſed ſecũda lamina finditur. B
        - In diuerſis oſsibus, his nempe hominibus qui ſuturis carẽt, vel eas admodum compreſſas & conſtrictas habent vel ſeccas, quam oportet diſpoſitas, oppoſitio vero illa ſpectatur vel
          - A parte dextra in ſiniſtram, & contra, vt cum icto bregmate dextro, ſiniſtrum finditur.
          - Ab antica in poſticam, & contra vt cum icto fronte occiput finditur.
      - Vel medio inter obſcuram & manifeſtam ſe habet modo, cuiuſmodi fiſſura capillaris nominatur, & inducto oleo & atramẽto ſutorio manifeſtatur
    - Aut eundem ſitum amittant: idque vel
      - Penitus: ſic vt oſsis icti particulæ ſua ſede emota & depreſſa membranam comprimant, vnde emergit effractura ea ſpecies, quæ attritionis ſpeciem retinet, cum in multa velut fragmenta, ſchidia & teſtulas, apparentes vel oſſe ſano abditas, os ictum adeo eſt, vt depreſſum concidat. C
      - Quadantenus: cum ſcilicet os fractum, parte quadam diuulſum eſt: alia vero ſano oſsi hæret, vnde effractura alia ſpecies suboritur: concameratam poſsis dicere, cum ita ſurſum os turget vt inane ſpatium ſubtus relinquat.
  - Vel per inciſionem, à re acuta & incidente: fit vero inciſio illa vel per
    - Succiſionem, cum ita inciſum eſt os, vt hæreat adhuc parte aliqua oſsi ſano;
    - Reſciſsionem, cum penitus exemptum oſsis fragmentum decidit.
    - Sedem, cum impreſſum in vulnere manet teli veſtigium, ſic vt nec longius nec latius excurrat vulnus, quam telum ipſum inſederit.

Alia de fracturarum cranii differentiis Tabula.

- Fracturarum differentiæ, omnibus omnium partium fracturis communes, ducuntur, vel à
  - Natura, ſecundum quam dicuntur fracturæ.
    - Simplices, cum ſolitariæ & ſeorſim per ſe reperiuntur. D
    - Compoſita, idque vel
      - Mutuo ſecum, vt contuſio ſeu colliſio, cum inciſione, fiſſura cum effractura.
      - Cum aliis ſymptomatis, vt tumore, dolore, ardore, hæmorrhagia, conuulſione, & cæteris.
  - Quantitate, vnde dicuntur magnæ, mediocres, & paruæ, ſecundum trinam longitudinis, latitudinis, profunditatis dimenſionem.
  - Figura, à qua dicuntur
    - Rectæ,
    - Obliquæ,
    - Tranſuerſæ, E
    - Rotundæ,
    - Triangulares.
  - Situ, vnde anticæ poſticæ, dextræ, ſiniſtræ, altæ & imæ dicuntur ſeu ſuperficiariæ & profundæ.
  - Parte, vnde fractura frontis, occipitis, bregmatis, & petroſorum oſſium nominatur, & hinc qualis ſit lethalis, aut ſalutis ſperabilis, curatu facilis aut difficilis, iudicatur.

De cauſis

A

De cauſis & ſignis. CAP. II.

FRacti cranij cauſæ externæ ſunt, vt lapſus, ictus à quouis teli genere, acuto, obtuſo, graui, duro, beſtiarum morſus, & alia eiuſdem generis multa. Signa vero, quibus in notitiam venimus fracti cranij, duorum ſunt generum: alia enim ratione & diſcurſu mentis comprehenduntur; alia ſenſu, quæ nempe digito & oculis malum ipſum ſubiiciunt. Rationalia ſigna ex his quæ ſuperuenerunt, rem ipſam an ſit, & cuiuſmodi ſit, denuntiant. Fractum enim cranium intelligere licet ſi ex ictu æger conciderit, vel ſi ex alto in rem duram præceps deciderit. Si ad aliquod ab ictu tempus ſine voce, viſu & auditu iacuerit, ſi multum perdoluerit & perdoleat, adeo, vt ſæpe manum vulneri admouere cogatur. Sed & teli ratio eſt inquirenda, nempe ſi graue ſit, ſi obtuſum, ſi pungens, ſi acutum. Conſiderandum etiam, quibus & quantis viribus impreſſum fuerit, & quanto iræ ardore ex alto & ad perpendiculum impulſum. Aduertendum etiam, num æger inermi & nudo capite ictum exceperit: ſi in ſyncopen ſtatim ab ictu inciderit, num à ſyncope excitatus mente aberrarit, oculi occæcati fuerint, vertigine tentatus fuerit, per nares, os, aures, oculoſue ſanguis ipſi fluxerit, ſi denique vomuerit. Scripſit enim Hippocrates, *Quibus præciſum cerebrum eſt, iis neceſſe eſſe febrem, & bilis vomitum ſuperuenire.* Quod Galenus *in commentario* confirmans ait, id etiam ipſum contingere, cum ad cerebri membranas vulnus peruenerit. Sed & ſi à cranio, cute capillata, & pericranio denudato & ſpecillo ferreo leuiter pulſato, obtuſus tanquam à vaſe fiſſo dimanet ſonitus, fracti cranij ſignum eſſe aiunt, vt eſt à Paulo Ægineta memoriæ proditum. Profecto ſigna hæc omnia magnam coniecturam vel fidem potius faciunt vulnerati cranij & cerebri læſi, vt quæ non fracto oſſe non eueniant, vt Celſus literis mandauit. Quanquam multis, quibus tale nihil ſtatim ab ictu ſuperuenit, cranium fractum compertum eſt. Sed rarum admodũ id exiſtit: nec vero inter tot ſigna id, quod à Guidone commemoratum eſt, hoc loco prætermittendum videtur. *Si quis* (inquit) *ſcire velit, qua parte cranium fractum eſt, ægro contentione valida, funiculum dentibus primoribus altero extremo continendum præbeat, & altero Chirurgus eundem manu contendat, contentum ſic funiculum digitis leniter impellat: nam in ipſo impulſu & tinnitu funiculi articulo, æger certo admonebitur, partis cranii fractæ, & hanc doloris ſenſu, quaſi victus & coactus, ſuo, manu demonſtrabit.* Huius tamen ſigni veritatem nondum potui experientia comprobare, etſi in multis tentauerim. Quare de eo ſigno nihil certi habeo, quod pronunciem, vt nec de eo, quod in Coacis ab Hippocrate commemoratur. *De quibus* (inquit) *ambiguum eſt, ruptane ſint, an non cranii oſſa, indicare oportere ... ad manducandum in vtramque maxillam aſphodeli caule aut ferula, ita vt animaduertere iubeas, an os aliquod, ſi ſtrepere videatur, nam fracta ſtrepere videntur.* Sed his miſſis, nunc ad ea ſigna tranſeamus, quæ in ſenſum cadunt.

Cauſa externa.

Signa rationalia.

Aph. 50. ſec. 6.

Lib. 8. cap. 4.

Lib. 8. ca. 4.

Hippocratis & Guidonis coniecturalia fracti cranij ſigna.

B

C

De fracti cranii ſignis ſenſui ſubiectis. CAP. III.

SEnſui ſubiecta ſigna hic dicuntur ea, quæ oculis, digitis & ſcalpro vulnus ipſum denudato oſſe ſubiiciunt. Sed *ſi arrecti in vulnere ſtent, & viſantur capilli,* os fractum eſſe intelligitur, quod vix incidi poſſe ... capillus, qui violento teli incurſui cedit, haud violato oſſe, quod reſiſtit, vt eſt ab Hippocrate ... itaque huius vnius rei inſpectione, ante vulneris ipſius inſpectionem, in fracti cranij ſuſpicionem ... venire & ad ſtantes inducere coniectura probabili poſſumus. Quin & nondum cutis decuſſatim ... denudato, fracti cranij cõiecturam tactu inire poſſumus, ſi appreſſis ictui digitis extare os vel ... præter naturam perceperimus. Diſcuſſa decuſſatim cute & oſſe renudato, ſi fractura oculis nõ pateat percontandum eſt ſpecillo, quod neque nimis tenue, neque acutum: ne cum in quoſdam ſinus ... incideret, opinionem fracti oſſis fruſtra faciat: neque nimis plenum ſit, ne paruulæ rimulæ ... Si vbi ſpecillum ad os venit, nihil niſi lene & lubricum occurrit, integrum id videri poteſt. At contra ſi quid aſperi occurrat, vtique qua ſuturæ non ſint, fractum eſſe os teſtatur. Cogitet vero Chirurgus, fracturas non ita raro, qua ſuturæ ſunt, inſligi, ipſas vero ſuturas non eodem ſemper & naturali ſitu ... Sed & ſæpe fit, vt colliſum os, fiſſum aut ſciſſum, neque oculis, neque ſpecillo deprehendi poſſit: itaque ſi ex ſignis rationalibus ſupra commemoratis, eius rei coniectura ſubſit, inducendum eſt ſuper atramentum ſutorium & oleum, & eo, quo poſtea dicemus, artificio, rima peruestiganda. Vbi de fractura conſtabit, tum morbi magnitudo diligenter expendenda eſt, & prompte adhibenda remedia. Certe cum in ſuturæ alicuius ſedem fractura incidit, cognitu difficile malum eſt, niſi ingens admodum fractura extiterit, quod ſuturæ rimoſa ſua aſperitate, fracturas adumbrent: itaque ab his deceptum ſe fuiſſe Hippoc. teſtatur. Expoſitis breuiter fracti cranij differentiis & ſignis, nunc tempeſtiuum eſt, ad ſingulas ſeorſim ſpecies accedere, initio à fiſſura ducto.

Senſibilia fracti cranij ante diuiſam cutem ſigna.

Lib. de cap. vulner.

Quale ſpecillum quod ad explorandum os adhibetur, eſſe debeat.

Lib. 5. epid. hiſt. Autonomi Omilo à futuris deceptus Hipp.

D

E

De fiſſura fracti cranii prima ſpecie. CAP. IV.


EX præmiſſis ſignis ſi cranium fractum fiſſumue cognouerit Chirurgus, ac inflictum cuti muſculoſæ vulnus fiſſuræ tractandæ haud ex animo ſatisfaciat, tum radendus pilus eſt, mox cutis muſculoſa cum ſubiecto pericranio, trigona vel tetragona figura magnitudinis debitæ nouacula reſcindenda eſt, vitatis ſemper, quantum fieri poteſt, ſuturis & temporibus: nec vero quicquam inde mali metuendum: eſt enim longe ſatius inciſa cute os renudare, quam fracturæ ſpeciem & naturam, religioſius ſeruata cute, ignotam & obſcuram eſſe permittere: nam haud magno negotio cutis ſaneſcit, etiamſi ſiniſtra deſecta eſt. Multo vero magis expedit Hippocra. ſententia, morbos non ita breui tempore, ſed tamen tuto, & ſecure curare, quam breuiori tempore & cum relapſus aut grauiorum malo-

Quo caſu cutis capitis incidenda.

Celſus. Hippocrat.


malorum metu. Fiet igitur cutis illa diſſectio nouacula, ac ſi ex teli impreſſione plaga cuti inflicta fuerit, ea cedet in alterutram inoliendarum inciſionum. A

Nouacula inciſoria.



Ratio diuellendæ cutis capillatæ à ſubiecto cranio. Ergo bene ſecante nouacula, validius & ponderoſa manu impreſſa, vna cum cute muſculoſa pericranium diuidendum & diſcindendum eſt, mox ipſum à ſubiecto cranio ita reuellendum, vt ne quid ipſius ſuper os relinquatur. dehinc enim terebris laceratum vehementes febres cum inflammationibus excitaret. initium vero reuulſionis ab angulis orthogonaliter ſe decuſſantium linearum ducendum eſt cultro, cuius hic ſubiectam vides figuram: B


Culter reuellendo ſeu diducendo à calua pericranio idoneus.



Deligandū vas ſi in hæmorrhagia metus vaſto. Hinc pulillis linteis molliſſime carptis, totum vulnus eſt complendum, quo labra à ſe inuicem diductiora ſint. Supra autem imponenda remedia ſanguinis fluxum reprimentia. Quod ſi tanto impetu manare ſanguinem contingat, vt nullis adſtringentibus ſiſti poſſit, vas ipſum deligandum erit, adacto primum acu filum ducente per cutis muſculoſæ partem externam, indeque reuocata & reducta ipſa per partem internam, tum nodo forinſecus ſubnectendum filum, impoſito prius & eodem nodo, vna cum tota cute muſculoſa, comprehenſo penicillo linteo magnitudinis pennæ anſerinæ, ne ſit arctior conſtrictio, quæ cohibendo ſanguini ſufficiat, vel cutem diſſecet & dilaniet, vel dolorem inferat. tum *Hiſtoria.* demum caput altiuſcule excitandum. Id ego nuper tentaui & perfeci in auriga quodam, qui ex curru pronus in caput ſuper quadrato lapide ſtratum pauimentum deuolutus bregmatis partem poſteriorē vehementer ſibi contudit, quo nomine decuſſato vulnere fuit illi cutis muſculoſa incidenda, tum vt ſanguis concretus exprimeretur, tum vt vitium, ſi quod in cranio eſſet, animaduerteretur. Sed diuiſa in illo opere faciundo arteria, cum qui aderat Chirurgus ſanguinem impetu ſalientem reprimere non poſſet, ac tantam eius copiam auriga ille iam amiſiſſet, vt præ virium exolutione non in lecto ſe commouere, vix vero loqui poſſet. Vocatus ego facto ipſo docui, cum ante fruſtra adſtringentia remedia tentauerit, ſatius eſſe vinculo ſanguinem comprehenſo vaſe cohibere, quam ægrum puerili puncturæ metu, vicinæ morti prodere. C

Ars præuidendæ fracturæ cranij cum ſe primo obtutu non offert. Sed vt ad inſtitutum ſermonem redeamus, poſtera die animaduerteret Chirurgus, quā fracturæ ſpecie os læſum ſit, ac læſionis ſi nulla oculis, ſi nulla digitis & ſcalpro ſe ſigna ſubijciant, ſubeſſe tamen opinionem & coniecturam faciet ſignorum rationalium aliquod, inducendum, vt ſupra monuimus, eſt ſuper os renudatum atramentum ſcriptorium cum olei roſacei tantillo, vt eo penetret & imbuatur rima, ſi qua ſubeſt. Sequenti inde apparatu os ipſum linteo exuccandum, ſcalpriſque ſeu radulis id atramentum detrahendum, ſi quid eius in os ſubierit, nigritiem enim continet, ſi quid fiſſum eſt. Quare in radendo perſeuerare oportet, donec fiſſuræ ſignum obſcuretur, aut ad meningem vſque ventum fuerit. *Indicium laminæ vtriuſque cranij pertuſæ.* Quo vero ſit certius, num laminas caluæ geminas fiſſura penetret, imperandum ægro, vt obturatis naribus & ore magna contentione expiret. Tum enim per fiſſuram exudabit ſanies cruenta: aer enim thorace expulſus, exituque prohibitus, cerebri & meningum ſubſtantiam tumefacit & attollit, vnde ſpumoſæ illius humiditatis & ſaniei exudatio: tum ergo exſcidendum os eſt ad craſſam vſque meningem, ipſa tamen intacta radulis & aliis inſtrumentis ad eam rem idoneis. D Quod ſi longior fuerit fiſſura, non decet eam ad vltimum vſque terminum perſequi. natura enim quod fiſſuræ reliquum eſt, id callo genito reponet & reſtituet. Adde, quod Celſi ſententia, Chirurgus quam minimum poteſt oſſis ipſius eximere debet, quod tegendo cerebro nullum ſit operculum aptius calua. Itaque exitum ſanguini & ſaniei, quo tranſpiret exhauriaturque, moliri ſufficiet. ne materia illa ſuppreſſa os corrumpat, & inflammationem in cerebro faciat. Cæterum intra triduum, ſi fieri poteſt, os fractum eximendum eſt, æſtate præſertim, metu inflammationis. Terebrata ſunt tamen à me multoties, *Licet etiam poſt decimū diem terebrare.* & ſcalpris exempta capitis oſſa, poſt ſeptimum & decimū diem hyeme & æſtate, fœlici ſucceſſu. Quod eo ego libentius dictum velim, ne quis vnquam ægros, ſine remedio derelictos eſſe patiatur: præſtat enim remedium aliquod anceps experiri, quam nullum: de periculo tamen ante adſtantes erunt monendi, longe enim plures intereunt, quibus fracta capitis oſſa exempta non fuere, quam quibus fuere. Cæterum inſtrumenta, quibus cæſim vulnerata ſeu fiſſa capitis oſſa eximuntur, Scalpri ſeu Radulæ nominantur, quorum hic varias formas depingendas curaui, vt delectui eſſet locus, pro cuiuſque arbitrio & inſtituto. Poterunt vero omnia ſigillatim in manubrium cochleatum inſeri & aptari, cuius etiam figuram ſubieci. E


Radulæ, ſeu Scalpri.



B

Alterius formæ Radulæ, ad oſſa maiora penitius exſcindenda.

C



Denique cum calua ſimplici fiſſura vulnerata, fractaue fuerit, ſatisfactum ægro & arti Chirurgus putare debebit, ſi deſcriptis ſcalpris os diuiſerit & fiſſuram dilatauerit, haud adhibita terebra, etiãſi fiſſura geminas laminas penetret. Quod ſi primam laminam non excedat in primo ſecundæ occurſu, erit ſcalpro conſiſtendum, Pauli ſententia. At ſi contuſum & in multa fragmenta colliſum os fuerit, inſtrumentis idoneis eximenda illa erunt, adhibita etiam terebra, ſi opus ſit, eo, quo mox dicturi ſumus, modo. *In ſimplici fiſſura ſufficere ſcalpris fiſſuram dilatare nec eſſe neceſſè terebrare.*

D


De Contuſione, quæ ſecunda fracturæ ſpecies eſt. CAP. V.

Contuſionis impetu ſæpe fit Ecchymoſis, id eſt, ſanguinis mox concreſcentis effuſio ſub cute muſculoſa ſine vulnere. Hæc contuſio ingens ſi fuerit, ſic vt à cranio cutis abſceſſerit, ſectionem moliri oportet, qua ſanguis exire & expurgari poſſit. Hic enim abſtinendum prorſus à ſuppurãtibus remediis, quæ alias in parte carnoſa locum haberent, quod humida omnia oſſibus ſint inimica, vt demonſtrabitur poſtea. Contuſiones eiuſmodi ſæpius in pueris contingunt, contuſæ partis mollitie & inundatione conſpicuæ, quibus à me ſæpe ſcalpello apertis manauit ſanguis ſeroſus, concretus, & nigricans. Reliquumque curationis partis compreſſione moderata, & deſiccantibus remediis perfectum eſt. Sed & ingenti contuſione puerorum cranium intrinſecus deprimi poteſt, quemadmodum in vaſis ex tenui æris lamina contextis, plumbeis & ſtanneis contingere videmus: nam appreſſione digiti ſæpe ita deprimuntur, vt cauitatis ſubſit veſtigium: aliquando etiam ipſa per ſe reſiliunt, reſurguntque priſtinæ æquabilitati reſtituta, quod aliquando puerorum, fœminarum, molliorum, humidiorum, ac pituitoſarum oſſibus contingit. Quod ſi ipſa per ſe oſſa non reſiliant, admouenda cucurbitula eſt, cum magna flamma, & imperandum ægro, vt ore, naribusque compreſſis, ſpiritum magna contentione ſurſum exprimat: ſic enim impetu ſurſum ad cerebrum & caluam compulſi ſpiritus, & cucurbitulæ attrahentis vi, ſpes eſt reuocandi in ſuum locum depreſſi oſſis. Quod ſi ne ſic quidem reſtitui os poſſit, tum inciſio in cute facienda erit, & terebellum ſimile illi, quod hic appictum vides, in oſſis depreſſam partem impellendum, indeque eo prorſum modo os ipſum ſurſum retrahendum, quo victores ſolent ſcandulum ſeu aſſulam depreſſam intus foras attollere & reuocare.

Ecchymoſis quid. *Qui curanda cranij contuſio.* *Cranij depreſſi curatio varia.*

E


Quod



Quod ſi robuſtius & craſſius, denſiuſque os fuerit, vt id inſtrumẽtum retrahẽdo oſſi non ſufficiat, forandum cranium erit in ipſius depreſſionis centro, & per apertum foramen vecte hoc Tripode, ſubnixum os, attollendum & erigendum ad perpendiculum: ineſt enim huic inſtrumento ad eam rem ſatis virium. Ideo effictum eſt triangulare, vt omni capitis, quod rotundum eſt, parti, applicari poſſet: ipſius vero extremis variæ cuſpides pro rei gerendæ opportunitate aptari poterunt, vt ſubiecta docet deformatio. A

B


Eleuatorium ſeu Vectis tripes ſubrectorius.



C

D

Aliorum Vectium deformatio.



E

A *A A. Monſtrat vectis cuſpidem ſeu linguam, quæ obtuſa eſſe debet, quo facilius & ſuauius ſeſe in cranii fracturam ad craſſam meningem inſinuet: tantum hæc capite ſeu manubrio comprehenſa ſurrigitur, quantum pro præſentis operis neceſsitate ſatis eſſe videtur.*

B. Vectis corpus, quod quadratum eſſe debet, ne quæ in ipſum inſeritur lingua, ſeu cuſpis non bene ſtabilis nutet. Corporis vero illius extremitas oſſi ſano inniti debet, vt hoc tanquam ſtabili fundamento firmius ſtet. Vſus eius eſt, vt dum cuſpis fractum os ſubiuit ſurſum manu ſurrigatur manubrium, quo ſic os depreſſum erigatur.


C. Monſtrat primum brachium alterius vectis, cuius adunca extremitas ſub os depreſſum ſenſim inditur.

D. Secundum brachium, quod oſſi ſano inniti debet, vt conſtanti illo ſuo nixu, depreſſum os ſurſum attollat.

Eo ita vtaris, licet, vt manubrium deprimas: tali enim depreſſione primum eius brachium, depreſſum erigit os.


Si quando vero contingat, vt os non quidem totum: ſed altera tantum ex parte fractum & depreſſum fuerit, operæpretium eſt, quo ipſum attollas, & vna concluſis materiis exitum aperias, ſerris his ſimilibus, quas hic depictas vides, cranium diuidere, ſic ſine compreſſione tantum oſſis exciditur, quantum opus eſſe videtur, nec vllum ſubeſt compellendi oſſis fracti in membranas aut cerebrum pericu-
B lum.

Serrarum effigies cranio diuidendo idonearum.

C


Quod ſi ex ſignis, quæ erunt, quæque apparebunt, intelligamus, contuſionem in ſecunda lamina ſubſiſtere, ac ne vſque ad ipſam quidem peruenire, oſſis renudatio, iiſdem illis finibus, quibus contuſio terminanda erit, id enim inflammationi & quibuſuis aliis ſymptomatis vitandis & auertendis, ſufficiet: hoc vero fiet Trypano exfoliatiuo (vt loquuntur) ſeu deſquamatorio, quo facile tantum oſſis eximas licet, quantum videbitur. Eius ideo hic imaginem ſubiunxi.

Trypanon Deſquamatorium, ſeu Exfoliatiuum.

D



De Effractura, ſeu Oſſis depreſſione, tertia fracturæ cranii ſpecie.

CAP. VI.

ANtequam de Effractura dicam, venia mihi à beneuolo & idoneo Lectore petenda videtur, vel hoc maxime, quod vt *ſuperiore capite*, cum de Contuſione dicere inſtituiſſem, multa de Depreſſione in- *Quid Contuſio*
ſerui, ſic & hoc quid de Effractura eſt ſermone, nonnulla de Contuſione ſum inſerturus: non rei ipſius *Quid Effractura.*
ignorantia occæcati hoc facimus: quippe ſcientes, Contuſionem dici, quando opprimitur & colliditur
os, ſed non labitur. Effracturam vero eſſe, quando vehementiſſimo ictu labat os, & intro effringitur. Ve-
E rum vix fieri poteſt, quin res ipſæ, vt dum agũtur, ſic & dum dicuntur, confundantur, & permiſceantur:
adeò vix Contuſionem ſine Effractura, & hanc ſine illa cernere poſſis. Ergo validis obtuſiſque fuſtium, *Cauſa Effracturarum.*
grauiumque telorum, ſeu rotunda illa, ſeu quadrata fuerint, irruentibus aut inflictis ictibus, lapſibus
etiam ex alto, ſuperne deorſum, ad perpendiculum, ſæpe intro effringuntur & compelluntur oſſa, ma-
gis minuſue, pro ictus vehementia, teli ſpecie, & partis ſuſcipientis conditione: vnde remediorum & in-
ſtrumentorum quibus periculo occurratur, diuerſitas. Demus ergo, os depreſſum eſſe, vnaque in mul- *Curatio*
tas teſtas diſtractum: eiuſmodi teſtæ, quia Trypano, quo auellantur, facile carere poſſunt, id
operis vectibus ad eam rem comparatis & affabre factis erit perficiendum. Cu-
iuſmodi illi ſunt, quos hic depictos vides.

Vectes.


Vectei. A



Cauendum vero diligenter eſt, ne dum eiuſmodi oſſium teſtas & ſpinas auellimus,
lædamus. Teſtulæ illæ multis nonnunquam horrent aſperitatibus & aculeis, ad quas meninges offen- membranas B
dere citra læſionem non poſſunt: nonnunquam vero ſic impedita res eſt, vt auelli illæ niſi amplificata
fractura non queant. Quare in eo caſu ſi liberum aliquod ſubſit ſpatium, in quod depictarum hic for-
cipum extremitas ſubire poſſit, facile tantum oſſis exſcindere licebit, quantum erit neceſſe auellenda-
rum eiuſmodi teſtarum libertati, haud in ſubſidium aduocato Trypano. Quod ego pluries & fœliciter
factitaui: celerior enim & ſecurior eſt, quæ per has forcipes fit operatio, quam quæ Trypano: in omni
autem opere faciundo prima ſecuritatis & celeritatis cura eſſe debet.

Forcipes exciſoriæ cranio affabre factæ, vulgo Roſtra Pſittaci dictæ.

C



D

Sed & ſcalprorum, & volſellarum, cum plumbeo malleo figuras hic ſubiicere operępretium
viſum eſt, quod non modo eximendis oſſium teſtis, ſed & complanandis reli-
ctorum oſſium aſperitatibus, eiuſmodi inſtrumenta in
primis neceſſaria ſint.

E

Scalpro-

A *Scalprorum & Volſellarum, cum malleo plumbeo effigies.*



Notandum vero hoc loco eſt, nunquam Trypanon, nunquam Vectem oſſi penitus fracto applicanda eſſe, ne ipſius compreſſione ſubiectæ lædantur membranæ. Ergo oſſi quidem ſano applicabuntur illa, ſed quam fieri poterit proxime fracturam, vt cranii quam minimum eximatur, ne cerebrum oſſeo ſuo operculo denudatum noxam contrahat: nec vero effracturas, vt nec fiſſuras ſi longius proceſſerint, perſequeris vſque ad extremum, contentus exitum ſaniei aperuiſſe, & id oſſis auulſiſſe, quod mẽbranas pungebat. Callo enim genito & ſuppoſito cranii, vt & reliquorum oſſium, fracturas natura reſarcire ſolet: quemadmodum ab Hippo. & Gal. teſtatum legimus: in quem finem illa ſingulari prouidentia geminas cranii laminas alimentaria quadam & ſanguinea materia infarciuit, vt hac tanquam medulla oſſis fracturas repararet. *Lib. de Vuln. cap.* *Lib. 6. met. cap. VII.* B Eiuſce rei nuper patuit veritas in ſeruo D. Grolo [illegible], qui mulini pedis calcitratu effracturam in coronali oſſe paſſus, ad ipſum cum intelligerem, trigona ſectione cutem muſculoſam eo conſilio parte illa diuiſi, vt terebram liceret admouere. Sequenti die ergo terebrato oſſe, cum de illo extrahendo cogitarem, imo ipſum iam terebra diuiſum auellere conarer, enormem effracturæ productionem, ex oſſis ſub manu vacillantis mobilitate, cognoui: à media enim fronte vſque ad minorem oculi canthum protendebatur. Itaque extrahendi & conſilio & conatu nullo ego ſatisfactum putaui, ſi os ipſum depreſſum erigerem altius: nec enim non iam craſſæ meningi comprimendæ moleſtum erat, & concluſis materiebus per diuiſionem ſerra factam exitus patebat. Quo factum eſt, vt tandem conualuerit, niſi quod inde altero lumine, quod ad fracturam erat, orbatus fuerit. *Hiſtoria.*

De Sede, quarta fracti cranii ſpecie. CAP. VII.

SEdem Hippocrates appellat fracturæ cranii eam ſpeciem, in qua telum cranio ſic inſedit, vt impreſſum ipſius veſtigium fractura retinens, nec protendatur longius, nec contrahatur breuius. *Quid ſedes.* C Ac ſedis cum multæ ſint formę, omnes, ſiue ſuperficiales fuerint, ſeu ad diploen vſq; penetrauerint, aut etiam ambas laminas penetrauerint, ſeu cum deperditione oſſeę ſubſtantię extiterint, ſeu in longum excurrant, *Curatio.* ſeu in breue cogantur, ſeu in latum effuſæ ſint, ſeu in anguſtum contractę, ſeu cæſim, ſeu punctim, ſica, ſtylo, haſtili aliove teli genere inflictę fuerint, ſeu hoc, ſeu illud accidens cõiunctum habuerint, omnes, inquam, quam multæ & quam variæ ſunt, aliquo ſupra deſcriptorum inſtrumentorum & modorum curari & ſaneſcere debent. Notandum id tamen eſt, cuius nondum meminimus, quod ſi cõtingat ictu valido & ingenti vulnere oſſis portionem ſic penitus exciſam eſſe, vt à reliquo cranio omnino diſtracta, pericranio tantum & cuti muſculoſæ pendula hæreat, haud à pericranio euellendam eſſe, & tanquam mutilem abiiciendam, ſed ipſam ſuo loco & ſtatui reſtituendam, callo mox genito, oſſi velut cicatrice naturæ vi glutinandam, vt eſt à Celſo adnotatum. *Lib 8. cap. 4.* Huius rei veritatem certa experientia in Capitaneo H[illegible] non ita pridem comprobaui. *Hiſtoria.* Illi oſſis coronalis portio media tres digitos longa, lataque enſe valido ſic exciſa erat, vt cum vicinæ oſſi non cohæreret, ſed vix pericranio & cuti muſculoſæ adhærens in faciem [illegible] craſſam meningem [illegible] D reuulſam parabam abiicere, ni Hippocraticum illud præceptum in mentem veniſſet, quo cautum eſt, cerebrum operculo ſuo exuere, & nudum relinquere. *Præceptum Hippocraticum.* Qu[illegible] ſanguinem [illegible] craſſam meningem, cuius motum oculis erat percipere, exciderat, primo quoq; tempore [illegible], [illegible] prouolutam portionem ſuo loco reddidi, & ex ſuperna parte ſutura, tribus punctibus adducta [illegible] ſtabiliuiq; quo reliquę ſaniei pateret exitus, [illegible] vulneris rimas linamentis compleui. [illegible] factum eſt, vt etſi eodẽ illo tempore multis aliis & ingentibus vulneribus corpus confoſſum haberet, per Dei tamen miſericordiam conualuerit: exemplo certiſſimo, nihil neq; cranii, neque pericranii, ac ne muſculoſæ quidem cutis quidquam niſi poſcente neceſſitate abiiciendum, multo vero minus, vt cerebrum ſuis operculis nudum maneat committendum.

De Reſonitu, ſeu Contrafiſſura, quinta fracturæ ſpecie. CAP. VIII.

FIt nonnunquam fractura in parte illi oppoſita, quæ ictum excepit: vt ſi ictum pars dextra exceperit, & ſiniſtra findatur: *Quid reſonitus.* hoc fracturæ genus eſt valde periculoſum, quod id nullo certo ſigno deprehendere valeas: vt eſt ab Hippocrate proditum, *libr. de Vulneribus capitis.* Quare ſi quando ex eiuſmodi fractura mors conſecuta fuerit, venia dignus cenſendus eſt Chirurgus. Et quamuis hanc fracturæ ſpeciem *Lib 6. ca. 90.* riſu excipiat Paulus Ægineta, nec in capite humano duro nempe & pleno, vt in vaſis vitreis vacuis dari E poſſe putet, à me tamen aliquando viſa & obſeruata eſt. *In quibus hæc fractura locum habere poſſit in diuerſis cranii oſſibus.* Nec valet eorum ratio, qui ideo putant, naturã, ex multis oſſibus, ſuturarum compage contextis, caput conſtituiſſe, ne vitiis partis fractura in oppoſitã protenderetur. Locum enim id forte habere poteſt in his, quibus ſuturæ ſunt expreſſæ, & naturaliter ſitæ ac conſtitutę. At non in his, quibus vel deſunt, vel è natura ſitæ non ſunt, vel ſunt admodum confertæ atq; ita obliteratæ, vt vnum veluti os ex multis coaluiſſe videatur: id fiet ſequentis hiſtoriæ commemoratione manifeſtum: Maſſi diſpoſitorum equorum cuſtodis, ſeruo cuidam grauis lapidis ictus in bregmate dextro eſt inflictus, vnde vulnus quidem exiguum, ſed grandis contuſio tumorque extitit: *Hiſtoria.* quare quo certius pateret, ſi quæ noxa oſſi inflicta eſſet, quoque facilius concretus ſanguis exprimere-

tur, cute patefacta latius apertum vulnus est a Theodorico Hereo Chirurgo, qui vt erat peritus artifex A
& vir probus, nihil eorum, quæ ars præſcriberet ad curationem, omiſit. Diuiſione peracta, os integrum
animaduerſum eſt, quanquam eius fracti multa erat coniectura, quod ſtatim ab ictu æger in terram prociderat, vomuerat, & alia fracti cranii ſigna protulerat [illegible] ... vigeſimo primo morbi die interierit. Ego vero aduocatus, qui, qua ex cauſa interierit, [illegible] ... comperi in parte ictui oppoſita, ingentem tamen [illegible] ... cerebri ſubſit vitia abſceſſum: ſuturam vero nullam præter duas ſquammoſas. Ratio ergo [illadeit], ex Hippocratis authoritate, ratione & experientia confirmatũ, alia parte ictam, & aliâ fractum eſſe poſſe in his parietum quibus aut nullæ futuræ erunt, aut illæ admodum arctæ & val[ido] [illegible] ... abſurdum eſt, oppoſitam ei, quæ ictum exceperit, oſſis [illegible] ... in his hominibus, quib. cranium eſt bene confirmatum, [illegible] ... itq. & eſt germana hæc Hippocratis mens & ſententia [illegible] ... eiuſdem oſſis partem intelligi a nobis [illegible] ... parte alterius oſſium bregmatis, quæ eſt [illegible] ... lem. Secundo, cum non quæ ictum exceperit [illegible] ... Huiuſmodi fracturæ genus animaduerti a nobis [illegible] ... B
murorum caſtri Hiſdini, parte propugnare: [illegible] ... qui caſſide armato. Caſſidem quidem [illegible] ... dum cranium, quod ſaltem [illegible] ... Ego vero ſciendi auidus, quæ [illegible] ... laminam ſecundam teſtasq. ex ſe emittentem, [illegible] ... interim cranii lamina prima. Simile exemplum [illegible] ... ginæ primarius Medicus in Rhotomagenſi [illegible] ... Regis, & Caſtellano Recen methodum nullam [illegible] ... Hippocrates, qui [illegible] ... vt ſæpius ſit lethalis. [illegible] ... & coniecturâ habeamus. Ratio ergo [illegible] ... tum nigra, cera, terebinthina, puluere [illegible] ... locus humidior, mollior & tumidior appareat, hunc [illegible] ... gitans, cogitur ſubinde [illegible] ... Quibus [illegible] ... commemoratis confirmati, aduocato doctorum Medicorum conſilio, & [illegible] ... C
calumniæ ſit locus, audacter cranium terebrabimus [illegible] ... magnitudine vincetur, breui moribundum deſerere. Sunt vero [illegible] ... quib. ita decipi Chirurgus poteſt, vt fracto [illegible] ... fracturam tamen nullam ſubeſſe putet. Prima quando ipſum ſic deprimitur, vt illico in ſuum locum & natiuam æquabilitatem reſiliat. Secunda, cum fiſſura ſubeſt capillaris. Tertia, cum os intro colliditur, [illegible] ſuperficie illibata, quod quidem cerni queat. Quarta, cum altera parte os ictum eſt, & altera fiſſum.

De cerebri commotione ex contuſione. CAP. IX.

PRæter commemoratas ſecturæ ſpecies quibus cerebrum comp[rimitur] [illegible] ... affectionis genus præter naturam, à cauſa partier externa violento motu [illegible] ... commotionem cerebri ſeu concuſſionem appellant, vnde ſimilia quæ ex cranii fractura emergunt ſymptomata. Commotionem inferunt caſus ab alto in corpus ſolidum & durum, ictus obrati & graues, [illegible] ... clauæ, lanceæ, bombardæ, aut tonitru fragor, [illegible] ... Sic enim vt narrat Hippocrat. virgo illa pulchra Nerii filia, cum eſſet annorum viginti, [illegible] ... percuſſa eſt in ſincipite, & tunc D
quidem vertigine capta eſt, & [illegible] ... & cum ad domum veniſſet, ſtatim febris vehemens [illegible] ... & caput dolebat, & rubor circa faciem erat. Septima die circa aurem dextram pus [illegible] ... ſubrubrum, amplius cyatho, & videbatur ſibi melius habere, & alleuata eſt. Rurſus augebatur febris, & in ſoporem deferebatur, & loqui non poterat, & faciei pars dextra trahebatur, & difficulter ſpirabat & conuulſio ac tremor aderat, & lingua detinebatur, & oculus ſtupidus erat [illegible] ... na mortua eſt. Notandum vero quod capite etiam caſſide munito, ictus tamen violentia [illegible] ... nas & arterias [illegible] ... poſſe, non eas modo quæ per ſuturas ſubeunt, ſed illas etiam quæ inter geminas laminas ad diploen ſparguntur, tum vt eadem meninges cranio alligent, [illegible] ... cerebro motus, tum vt eidem cranio medullæ [illegible] ... ſuccum alimentarium, quo nutritur, id eſt, ſanguinem deferrent, vt in Anatome diximus. Hinc vero ſanguis inter caluam & membranas aut inter membranas & cerebrum decurrentis effluxu: [illegible] ... concretus ſanguis magnos dolores mouet, & oculi [illegible] ... vomitus etiam compatiente affectare cerebri ventriculi [illegible] ... per neruos ſexta coniugationis, quia cerebro in id, indeque in totam ventriculi capacitatem effunduntur: quo fit, vt [illegible] ... particeps contrahatur in ſeſe, & mox velut inuertatur ventriculus: vnde primo quidem ſequitur, eorum, quæ ipſius capacitate concluduntur, excluſio, inde vero eorum etiam, quæ in ipſum ex partibus vicinis & communibus affluere & allabi poſſunt, vt iecore & veſica fellea: ex quibus omnibus bilis inſita E
velocitate & leuitate ad motum, quũ ſurſum fit, agilior, prima & copioſior excernitur: quæ vera ratio eius vomitus exiſtit, qui ad cranii fracturas & cerebri concuſſionem ſequi ſolet. Aliquanto poſt membranas, cerebrumque ipſum corripit inflammatio, quam excitat ſanguis corruptus & [illegible] ... ictus violentia ruptis expreſſus, & per cerebri ſubſtantiam effuſus. Huiuſmodi inflammatio [illegible] ... tinuatione cordi, & toti corpori communicata febrem accendit. Febris vero cerebri [illegible] ... num acceſſit, ad quam ſi per eiuſdem cerebri alienationem ſequatur ſtupor, peſſime [illegible] ...

exſen-

Poſſe etiam Reſonitum in cranio eodem oſſe locum habere.

Hiſtoria.

Cur Hippocrates ſonitum curandi rationem nullam ſubiecerit.

Ratio dignoſcendi cranii fracti per reſonitum.

Gal. libr. 2. de comp. medic. ca. 8. & commen. ad apho. 58 ſect. Lib. 5 epid.

Cerebri cõmotio obrupta ipſius Vaſa.

Signa. Celſus.

Cauſa Vomitus capite Vulnerato.

Vomitus biloſi ratio.

A ex ſententia Hippocr. *in capitu ictu obſtupeſcentia & deſipientia malum.* Quod ſi ad hæc mala cerebri ſuccedat ſphacelus & corruptio, cum ingenti ſpirandi difficultate propter impeditam facultatem animalem, quæ à cerebro mouendi vim, muſculis thoracicis, reſpirationis inſtrumentis impertit, mors ſequatur neceſſum eſt. Horum accidentium magna pars apparuit in fœlicis memoriæ Henrico Rege, paulo antequam è viuis excederet. *Hiſtoria.* Is compoſitis Galliæ reb⁹, & pace cum finitimis parta, dum filiæ & ſororis nuptias celebri & feſtiuo haſtiludiorum exercitio feſtiuiores reddere conaretur, procurrens & ipſe in catadromo pyxidata lancea adeo grauem ictum pectore excepit, vt ictus violentia, lamina ductilis, qua è galea proſpicitur, ſurrigeretur, & diſſultantis in fruſta lanceæ truncus ſupra dextrum ſupercilium impingeretur, cutiſq; muſculoſa frontis ad minorem vſq; oculi ſiniſtri canthum laniaretur, multis eiuſdē trunci fruſtulis in commemorati oculi ſubſtantiam depactis, penitus tamen intactis & illibatis oſſibus: fuit vero commoti inde & concuſſi cerebri tanta vis, vt vndecimo ab ictu die, interierit. Poſt obitum diſſecto cranio in parte ictui oppoſita ad mediam occipitis ſuturam effuſi inter craſſam & tenuem meningem ſanguinis copia comperta eſt, & corruptæ cerebri ſubſtantiæ quantum pollice tegi poſſet, indicia ex coloris natiui in flauum mutatione apparuere. Quæ cauſæ Regi Chriſtianiſſimo mortis conſe- *Quæ res morendi ab ictu neceſſitatem Regi Henrico attulerit.*
B cutionem attulerant, non ſola vulnerati oculi læſio, vt plerique falſo ſunt ſuſpicati. Pleroſque enim alios vidimus, qui ex longe grauioribus in oculo vulneribus non interiere.

Recentis eſt Memoriæ domini à Sancto Ioanne hiſtoria. Is in catadromo, ante ædes Guiſianas *Hiſtoria.* pro tempore poſito, contracto lanceæ fruſto digiti longitudinem & craſſitiem æquante, per ductilem laminam, qua è galea prouiſitur, ſub oculo in orbitam ſubeunte, & trium digitorum latitudine in caput penetrante vulneratus, mea opera præſentibus Medicis Regiis, Valerano & Dureto, adiuuante Iacobo Regio Chirurgo curatus, Dei beneficio conualuit.

Quid ingens illud, & plane memorabile Franciſci Lotharingi ducis Guiſiani vulnus memorem? *Hiſtoria.* Is in Bononiæ vrbis proſpectu, lancea ita caput tranſuerberatus eſt, vt ſub oculo dextro ad naſum cuſpis penetrans, per ceruices inter aurem, vertebraſque exiliret, abrupto violenti ictus impetu, & intro relicto ferro, tanta contumacia illic hærente, vt niſi tenaculis veterinariis extrahi inde & auelli nequiuerit. Quanquam vero ea fuerit ictus rapiditas & violentia, vt contingere non potuerit ſine oſſium fractura, neruorum, venarum, arteriarum, aliarumque partium laniatu & attritu: conualuit tamen Dei fauore generoſus princeps. Ex quo intelligere licet, multos ab exiguis vulneribus mortem oppetere, alios ex ingentibus & penitus magnis deſperatiſque conualeſcere. Quorum cauſa euentuum, in Deum qui- *Cur ex paruis vulneribus plerique intereant, alii ex magnis minime.*
C dem humanæ vitæ authorem & propagatorem præcipue & primario eſt conferenda. ſecundario autem in temperamentorum varietatem & conditionem. Atque hæc de cerebri commotione ſeu concuſſione: qua euenit vt oſſe quidem toto integro manente, intus ex ictu vena aliqua in cerebri membrana rupta aliquid ſanguinis emittat, qui ibi concretus magnos dolores moueat, quibus oculos obcæcet, ita tamen, vt contra id dolor exiſtat, adeo, vt eo loco cute inciſa pallidum os, mox ideo excidendum, reperiatur, quemadmodum eſt à Celſo proditum. Sequitur, vt dicamus; qua ratione in commemoratis cra- *Lib. 8. ca. 4.* nii fracturis omnibus, prognoſim inſtituere oporteat.

De prognoſi in cranii fracturis inſtituenda. Cap. X.

NVlla capitis vulnera ſunt negligenda, ne ne ea quidem, quæ inciſione vel contuſione ſolam cutem *Hip. de vuln. cap.* muſculoſam attingunt: multo certe minus cum fractura cranium attingit: nam ſæpe ad illa omnia horrenda ſequuntur ſymptomata, adeoque ipſa mors, in corporibus præſertim cacochymis & cachecticis, cuiuſmodi ſunt illa, quæ lue venerea, elephantiaſi, hydrope, phthiſi, & maraſmo detinentur: talibus enim vulnera ſimplicia haud facile ac ſæpe nunquam ſanantur: vulnerum enim curatio vnio eſt,
D hæc vero niſi naturæ robore ex præexiſtente laudabili ſanguine non fit: at hecticis & maraſmo ob- *Cur hecticorum & cachecticorum vulnera nō facile ſaneſcant.* ſeſſis, ſanguinis deeſt commeatus: cacochymis vero & cachecticis eiuſdem laudabilis affluxus & prouentus, vtriſque vero naturæ robur, conualeſcentium & à morbo reſurgentium eadem ferme ratio eſt. Quæ contundendo, quam quæ incidendo facta ſunt vulnera, longe difficilius ſanantur. Fracto cranio, ſuperinductæ carnis continuitatem lædi ac ſolui neceſſe eſt, niſi in Reſonitu. Oſſa puerorum molliora, ſunt, tenuiora, & ſanguineo rore humentia magis, quam ſenum, ideoque putredini magis obnoxia: propterea quæ puerorum oſſibus contingunt vulnera, etſi ex ſeſe & natura ſua facilius *Puerorum an ſenum vulnera facilius ſaneſcant.* ſanentur (quia molliora ſunt, quo fit, vt facilius agglutinentur, nec agglutinationi materia deeſt idonea, ex ſanguinis conſiſtentia & qualitate laudabilis copia quam ſenum, quorum oſſa ſicciora & duriora ſunt, adeoque vnioni, quæ mixtione fit, rebellia, ſanguis vero ſeroſus adeoque minus aptum vnionis & agglutinationis vinculum: ſuperuenientium tamen ſæpe ſymptomatum occaſione, putredinis nempe & corruptionis, quæ in calido humidoque corpore facilius oboritur, & in molli teneroque citius propagatur, ſuſpecta magis eſſe ſolent & ſanationi rebellia. Ex cranii fractura lethali, diutius æger vitam trahit hyeme, quam æſtate, quod illa, quam hac tempeſtate natiuus calor ſit vegetior:
E ſed & æſtate citius humores putrent, quia tum calor contra naturam facile accenditur & magis exultat, vt ex Hippocrate notatum à pleriſque eſt. Cerebri & meningum vulnera ſæpius lethifera ſunt, quod *Aph. 15. ſe. 6.* hinc muſculorum thoracicorum & aliorum reſpirationi inſeruientium actio non raro interturbetur & intercipiatur, vnde mortis conſecutio. *Si capitis vulneri tumor ſuperueniens ſtatim euaneſcat, malum ſignum eſt, niſi forte euaneſcentia illius iuſta ſubſit aliqua ratio,* vt phlebotomia, purgatio, aut reſoluentium topicorum vſus, vt ex Hippocrate in Aphoriſmis intelligere eſt. *Si per vulnerum capitis initia febris oboriatur,* *Aph. 65. ſe. 5.* *nempe quarto aut ſeptimo die, quod ſæpius contingit, eius occaſionem à puris generatione exiſtere putandum eſt,* vt eſt ab Hippocrate commemoratum. Nec vero tam ſuſpecta eſſe debet eiuſmodi febris, quam ea, quæ *Aph. 47. ſect. 2.*

 poſt

poſt ſeptimum diem incidit, quo nempe tempore [illegible] decimo, aut decimo quarto die cum frigore aut horrore incidat, periculoſa eſt, quia opinionem facit putredinis concepte in cerebro, meningibus, aut cranio, cuius occaſione [illegible] que putredine ſubeſſe teſtentur, vt ſi pallidus & [illegible] vulneris color, qualis [illegible] ſolet. Nã vt eſt apud Hippocratem, *aphoriſ.* [illegible] : [illegible] portendit, cuius occaſione [illegible] & [illegible] circumſtante carne [illegible] dum adhæret. Hanc fere diſpoſitionem excipit peior alia, qua vulnus aridum & ſiccum, [illegible] remittens, liuidum & atrũ, vnde oſſis corruptionem [illegible], cum antea lene eſſet & æquabile: exaſperatur [illegible] liueſcit & denigratur, reſudante [illegible] iam adſit, vel in propinquo [illegible] ate & biliosæ materiæ con[illegible] maxillæ adeo rigeant, vt vix [illegible] ſi caloris ſumma ſint o[illegible] diſpoſitio, à tenui & feruido [illegible]

Vulnera a rida, aſpera, amida, & nigra mala.

Febris ab eo [illegible] indicia.

[illegible] duo ſibi propo[illegible] committat, [illegible] cephalica pa[illegible] uerſalibus [illegible] traiecta, addendo vnguenti roſacei, vel [illegible] ſæpius & tamdiu erunt renouanda, quoad [illegible] rit. Cæterum *humorem intus foras propell*[illegible] & Hippocr[illegible] ſymptomate pauci euadunt. Lethale etiam eſt, à capitis ictu natum & ſtupidum, id eſt, apoplecticum fieri: id enim non oſſis modo, ſed [illegible] læſi indicium eſt. Sæpe vero eouſque cerebri peruadit læſio, vt ex corruptione, ſphacelum [illegible] præterquam quod omnibus lingua [illegible]

Cur eryſipelas faciem [illegible] occupet. *Curatio eryſipelatis in facie orti.*

Cur oleoſa vitanda in eryſipelate faciei. *Aph. [illegible]*

Signa lethalia in capitis vulneribus.

Cap. XI.

QVa[illegible] quod ſciam, ſatis explicatum, cur conuulſio in capitis vulneribus, ſuperueniat parti, quæ [illegible] oppoſita. Itaque viſum mihi eſt ſeorſim hoc loco [illegible]

Conuulſio a ſiccitate. Siccitatis conuulſiua cauſa duplex.

Li. 4. de vſu part.

Qui intelligendum, corpus eſſe geminum.

Axioma medicum.

Ratio ex authoris mente. Dalechampij ſententia.

[illegible] venæ [illegible] per quam [illegible] dextræ & ſiniſtræ partis [illegible] conuulſione [illegible] Cerebri enim [illegible] partes, dextra & ſiniſtra [illegible] quod [illegible] diuiſi totius corporis [illegible] nempe [illegible] alterutra [illegible] quotidiana [illegible] Ratum ergo illud eſſe debe[illegible] vulneribus [illegible] Dalechampius *in Chirurgia* [illegible]

illam

A illam partis oppoſitæ ab Hippocrate commemoratam, tum demum & ſolum contingere, cum propter inflammationis in parte cerebri læſa magnitudinem, quæ iam corruptionem, gangrænamque cerebro intulit, ac meningibus, moxque ſphacelum cranio illaturæ eſt, ad mortem morbus terminari debet: in hoc enim, & his conditionibus definito morbi ſtatu, neceſſe eſt ſenſum motumque in parte oppoſita perire, quemadmodum ex aliis gangrænis contingere cernimus, per natiui caloris extinctionem. Neceſſe in ſuper eſt, eiuſdem inflammationis ſeu phlegmones magnitudine ſpiritus animalis canales ita obſtrui, vt inde ad eiuſdem lateris ſubiectas & cerebro vicinas partes influere ipſe nequeat: ac etſi illabatur, ſit inutilis ſentiendi & mouendi viribus ac facultati deferendæ: nempe putridorum & gangrænoſorum vaporum admixtione infectus & alienatus. Quo fit, vt pars vulnerata, ſenſu orbata, minime irritetur ad eius, quod moleſtum ipſi eſſet, ſi ſenſus conſtaret, excretionem, proinde nec nerui in ſe orti conuulſione tendantur & contrahantur. Efficitur inſuper, vt quoniam eiuſdem illi nerui ſpiritus animalis præſentia & fulgore priuantur, paralyſi pariter partes eiuſdem lateris motum & ſenſum inde habentes detineantur, fit enim paralyſis, vel ſecto neruo, vel obſtructo, vel tenui & aquoſo humore madefacto & molliſicato, vel aliqua vehementi intemperie ita affecto, vt ſpiritum animalem excipere nequeat. Quod vero ſpectat ad partem oppoſitam & eius conuulſionem, ſcitum illud & ratum eſt, apud omnes conuulſionem fieri, vel a repletione quæ neruos in latitudinem diſtendens decurtat, vel ab inanitione, cum natiuo & primigenio ipſorum B neruorum humido conſumpto, propria eorundem ſubſtantia reſiccata corrugatur & contrahitur, vel a vaporis alicuius aut ſanioſi & mordacis humoris vellicatu & acrimonia aut doloris vehementia. Ita enim epilepſiam inuadere ſcimus ab exhalatione venenata, a pede ad cerebrum elata. Scimus etiam in punctura neruorum oboriri conuulſionem, cum punctura obſerato orificio ſuppreſſus illic hæret acris & ſanioſus humor, in neruorum vero vulneribus neruo aliquo ex dimidio ſecto, doloris acerbitate conuulſio accidit. At vero in parte oppoſita diu eiuſmodi conuulſionis cauſæ inſunt inſigniter. Putridus ſcilicet & cadaueroſus vapor, à parte cerebri læſa & gangræna obſeſſa exhalans & inſuper ab eadem parte affecta & gangrænoſa virulenta acris & mordax ſanies, in oppoſitam ſanam exudans, cuius ſaniei, vt cacoethiam Hipp. deſignaret, in ſignorum vulnerati capitis lethalium commemoratione, Ichoris nomine expreſſit, & libro de fracturis [illegible] & non Pronid humoris genus nominauit. Nihil igitur mirum eſt, ſi pars oppoſita ſana, ſenſu exquiſito & integro prædita, [illegible] quæ vtriuſque materia, tum vaporoſæ, tum ſanioſæ [illegible] virtus [illegible], quantum poteſt contendit & concutiatur ad expulſionem rei moleſtæ: hanc concuſſionem, vt quæ fruſtra ſuſcitatur, morte iam propinqua exiſtente, & natura morbi dominatu detenta, ſequitur conuulſio, quemadmodum in epilepſia cernimus. Si inquit, Dalecampius, de Hippocratis & Auicennæ illa propoſitione, meo iudicio eſt ſtatuendum. At ſubiungit idē; in capitis vulneribus haud lethalibus, adnotant pragmatici aliàs paralyſi partem læſam detineri, conuulſione vero ſa- C nam, aliàs contra læſam conuulſione, ſanam vero paralyſi, aliàs vtramque vel conuulſione vel paralyſi aliàs alterutram vel conuulſione vel paralyſi occupari, altera ab vtroque vitio immuni: quorum omnium cauſas exponere non eſt huius loci. Hucvſque Dalechampius.

Cauſa quatuor paralyſeos.

Conuulſionis cauſa.

In capitis vulneribus minime lethalibus qualiter paralyſis & conuulſio ſuperueniant.

De ſignorum in capitis vulneribus lethalium epilogo. Cap. XII.

ERgo vt ad inſtitutum ſermonem redeamus; certo moriturum ægrum prædicere licebit, cum rationis & iudicii vi peracta deſipit, cum memoria abolétur, cum lingua fit incontinens, cum caligant & obſcurantur oculi, cum aures obſurdeſcunt, cum vel a lecto præcipitem ſe dare vult, vel in eo iacet immobilis, cum febris continua eſt cum delirio, cum puſtulis lingua extuberat, cum ipſa præ ſiccitate finditur & denigratur, cum vulnus marceſcit & nihil aut parum admodum remittit, cum color vulneris ante floridus ſalſitæ carnis colori ſimilis, fuluus iam & ſubliuidus emoritur, cum vrina & alia excrementa ſupprimuntur, cum paralyſis, conuulſio, apoplexia denique & crebra contumaxque cum pulſu formicante ſyncope inuadit. Eiuſmodi ſigna omnia alias ſtatim à vulnere inflicto apparent, alias aliquot demum diebus poſtea, cum igitur cerebrum ipſius membranis ſeu fiſſuræ, contuſionis, compreſſionis, D puncturæ, concuſſionis, aut cuiuſuis alterius fracturæ impetu læditur & vulneratur, commemorata ſigna primis ſtatim diebus apparent, cum vero in multis poſt ſeptem diebus non compareant, à cerebri inflammatione & phlegmone putreſcentis ſanguinis in ipſam eſſati occaſione orta eſſe & apparere illa licet intelligere. Id vero obiter adnotandum, quod etiam ad prognoſim ſpectat, carnem in omnibus capitis partibus facile regenerari & induci, excepta frontis ea parte, quæ paulum ſuper id exiſtit, quod inter ſupercilia eſt, vt per omnem ætatem ſit exulceratio, quę linteolo medicamentum habente contegendi ſit. Credo, quod eo loci interna ſubſit in oſſe cauitas, quæ ad nari cribroſa oſſa pertingit aeris plena, à quo carnis inductio impediatur, vel quod eo loci os valde denſum ſit, vt vix inde ſatis ſucci alibilis exudare poſſit, qui regenerandæ carni ſufficiat: adde, quod in id vlcus magnus ſit excrementorū, quæ alioquin per oculos & nares efferrentur, confluxus, qui vlceris exiccationem, adeoque ſanationem intercipit. Hinc certe contingit, vt ſi ſic affectum ægrum iubeas ore & naribus interclufis expirare, aer ſpiritusve ab vlcere tanta vi erumpat, vt accenſam admotamque craſſiuſculam candelam facile extinguat. Quod ſancte affirmo me obſeruaſſe in quodam, quem ob os frontis fractum & depreſſum eo loci terebrare neceſſe habueram.

A functionibus læſis leſiſque ſymptomatum ſigna. Ab habitu corporis.

A tempore quo ſigna ſiena appareant.

Celſus lib. 8. cap. 4.

E

De ſignis ſecundi iudicii in capitis vulneribus. Cap. XIII.

COntra vero ſalutaria ſigna ſunt, non febrire ęgrum, mente conſtare, ad oblata bene habere, ſomnū iucundum inire, vētre molli exiſtere, vulnus colore florido & natiuo renidere, pus coctum ac laudabile deponere, & craſſę meningis motum liberum eſſe. Notandum tamen, quod à veterib. eſt proditum, & experientia confirmatū, in cranii fractura neminem extra aleā & periculum poſitū cēſeri debere, niſi poſt exactum diem centeſimum. Quare Medicum de ęgro vſque ſollicitum eſſe decet, nempe vt qualiter ſe habeat in cibo, potu, ſomno, & venere, rebuſque aliis conſideret. Diligenter vero ægrū à

Quando tuto à ſtomate agri. Frigus cauendum.

 frigore

frigore ſibi caueat: multi enim ex vulneribus capitis [illegible], frigore imprudenter admiſſo, in vitæ diſcrimen adducti ſunt. Aduertendum autem, callum, quo cranij oſſa [illegible], fere quadraginta aut quinquaginta dierum ſpatium ad ſui perfectam [illegible] & concretionem requirere. Quanquam reuera certus dierum numerus præfiniri non poſſit, propter corporum aut temperamentorum varietatem. Iuuenibus enim citius, ſenibus [illegible], atque hæc de prognoſti [illegible]. Nunc de curatum vniuerſali [illegible], quam breuiſſime & dilucidiſſime fieri poterit, agendum. Itaque à generali [illegible] in primis conuenientem ex rerum ſex non naturalium moderato vſu præſcribemus. A

Quanto tempore occalleſcat capitis vulnus.

De fractis cranij & ſymptomatum, quæ ipſi [illegible] ſupervenire ſolent, cura vniuerſali.

CAP. XIV.

Aer qualis eſſe debeat.

PRima cura ſit, vt æger in aere temperato contineatur: ac ſi quidem is ex ſeſe & natura ſua talis non fuerit, arte corrigendus erit. Nempe hyeme ignis [illegible] excitabitur, itaque lucidentus, ne fumus ſternutationem & alia accidentia prouocet, [illegible] diligenter obſeratis, aditus ventis intercludet [illegible] ergo [illegible] eſſe oportebit, [illegible] adſit, qui labrum æneum prunis ardentibus plenum, vel [illegible] ferream laminam ea altitudine vulneri ſuperpoſitam contineb, vt caloris vis moderata [illegible] perueniat, & [illegible] aeris ambientis frigus, [illegible] inde caloris adſpiratione corrigatur. Eſt enim Hippocratis ſententia, *frigus inimicum cerebro, oſſibus, neruis, & ſpinali medullæ:* inimicum etiam vlceribus exiſtit, dum ipſorum excrementa ſupprimit, quæ ſuppreſſa non modo ſuppurationem remorantur, ſed etiam [illegible] ipſa reddunt. Itaque recte Galenus admonet, arcendum eſſe frigus à cerebro, non modo [illegible], ſed etiam à terebratione. Non etiam [illegible] & certius damnum [illegible] contingere, [illegible] imprudentibus, admiſſo aere. Nam [illegible] cerebro calidior eſſet, haud inde cerebrum refrigeraretur, atque [illegible] cerebrum ad aerem, qui tum calidiſſimus eſt, renudetur, [illegible] noxam contrahat: hæc Galeni ſententia eſt, [illegible] vitio potius, quam [illegible] magnitudine interire. Cæterum [illegible] ſubſit in aere maior caliditas, quam vt quam æger, [illegible], conſtantem, condiatum aqua frigida, oxycrato, ſalicis, & vitium ramalibus, conſperſo. Nec ſat eſt, aerem frigidiorem vitauiſſe, niſi & lumine plus æquo illuſtratum vitaueris, quouſque maxime maligna & metuenda in hoc morbo accidentia [illegible]. Malus enim lumen [illegible], dolorem [illegible] & aliorum ſymptomatum exacerbationem infert. Vino penitus interdicit Hippocrates, [illegible] aqua decoctionis hordei, aqua ſimplex, [illegible] roſaceo, ſyrupo violaceo, acetoſo & ſimilibus temperata aqua, in qua mica panis [illegible], ſucco [illegible], & [illegible], aliiſque ſimilibus, prout dabunt [illegible] facultas, & palatum. In [illegible] conſiſtet, [illegible] ſymptomatis ſecurus fuerit, quod fere contingit intra decimum quartum diem. Cibus erit panatella, ptiſana, vitato amygdalato: dicuntur enim amygdalæ [illegible] caput implere & dolorem [illegible] pruna damaſcena elixa, vuæ paſſæ, vuæ damaſcenæ cum ſaccharo & pauco cinnamomo (quod confortando ſtomacho & exhilarandis ſpiritibus [illegible]) condiæ: pulli gallinacei, [illegible], caro vitulina, hœdina, lepuſculorum, auicularum campeſtrium, phaſianorum, [illegible], perdicum, turdorum, alaudarum, & [illegible] animalium cum lactuca, portulaca, [illegible], borragine, bugloſſo, cichorio, endiuia, & [illegible] valde vtilia in hoc caſu alimenta [illegible]. Si quando carnibus illis [illegible] poterit, modo [illegible] omphacio, malorum [illegible], citreorum, limonum, granatorum & acetoſis ſuccis, nunc his, nunc illis, pro palati & facultatum ratione. Si quis eſt, qui piſcibus delectetur, [illegible] & [illegible] aqua viua & pura haud [illegible], & [illegible] omnia, quæ caput tentent & impleant. A [illegible] communem mandere, [illegible], & coriandrum condita [illegible] ad conſtringendum ventriculi oſtium, ne vaporibus inde ſurſum elatis lædatur caput. Puerile corpus crebrius, ſed parcius erit cibandum. Non enim pueri, vt ætate prouecti ferre poſſunt mediam, quia plus habent caloris innati: quocirca pluribus egent alimentis. [illegible] & *hyeme*, quia *ventres* [illegible] *æſtate, aut calidiores*, copioſiora alimenta [illegible] erunt [illegible]. Poſt decimum quartum diem ſi neque febris, neque [illegible] prohibeat, vinum modicum exhiberi poterit, [illegible] ad conſuetudinem accommodare. Somnum diurnum quam maxime poterit, vitabit, [illegible] phlegmone cerebrum aut meninges [illegible]. In hoc enim caſu ſomnum interdiu, præſertim ab aurora ad meridiem [illegible] præſtabit, hac namque diei tempeſtate, vt & Vere ſanguis in corpore [illegible], Hippocratis ſententia. [illegible] vero notius, quam vt dici debeat, ſanguinem per vigilias, in habitum & [illegible] corporis effundi: ſomno contra [illegible] ad partes nobiles, cor & hepar reuocari. Quare [illegible], quod ſolis exortu ſuo radios in terrâ effundentis vi ſanguis in corporis habitû effunditur, rurſum vigiliarû impetu & motu magis magiſq; effunderetur, multa fieret inflammationis in cerebro & meningibus acceſſio. Ergo ſatius erit tum maxime ſanguinis in corporis habitum excurrentis impetum ſomno ſiſtere, cum ſ[illegible] & viam illam [illegible] affectare videbitur. Vigiliæ pariter moderatæ eſſe debent: nimiæ enim cerebri & habitus vniuerſi corporis temperiem vitiant, cruditates, dolores, & capitis grauitates inuehunt, vulneraque arida & maligna reddunt. Quod ſi ſomnum inire nequeat [illegible] propter inflammationis cerebri & meningum vehementiam, iubet Galenus perfundi, obliniri, [illegible] caput, nares, tempora, & aures ex refrigerantibus & humectantibus, talia enim cerebrum & eius membranas plus æquo incaleſcentes ſtupefaciunt & ſoporant. In hanc igitur rem [illegible] tempora [illegible] popu-

Margin notes: *Aph. 18, ſec. 5.* (B) — *Lib. 8. de Meth.* / *part. cap. 2.* — *Aer etiam æſtiuum cerebro frigidior.* — *Maioris luminis incommoda.* (C) — *Potus qualis eſſe debeat.* — *Amygdala cephalalgica.* — *Piſces ſalubres in eſum.* (D) — *Aph. 15. & 14. ſect. 1.* — *Aph. 15 ſec. 1.* — *Cur inflammato cerebro ſomnus diurnus proſit.* — *Lib. 2. epid.* (E) — *Immoderatarum Vigiliarum incommoda.* — *13. meth.* — *Hypnotica.*

A populeone, vel roſato, cum oxyrrhodino aut oxycrato: naribus ſubinde admouebitur ſpongia madefacta in decocto ſeminis papaueris albi aut nigri, corticis mandragoræ, ſeminis hyoſcyami, lactucæ, portulacæ, plantaginis, ſolani, & ſimilium. Parari etiam poterit iuſculum vel hordeatum, in quo infundetur emulſio ſeminis papaueris albi: vel parabitur potus ex ℥j. vel ℥j. ß. ſyrupi papauerini, cum ℥ij. aquæ lactucæ, his vtetur æger horis quatuor á paſtu, vt prouocetur ſomnus. Somnus enim coctionem magnopere adiuuat, triplicis ſubſtantiæ effluuium, per vigilias factum, reſarcit, dolores lenit, laſſos reficit, iras & mœrores mitigat, rationem ſede motam reſtituit, vt his de cauſis omnino neceſſe ſit, ægro ſomnum prouocare. Si plethoricus fuerit æger, minuatur plethora ſanguinis detractione, purgatione, aut tenui diæta, pro eius, qui præerit, Medici arbitrio. Cæterum fortes purgationes in huius generis vulneribus, præſertim per initia, ſunt vitandæ, ne concitatis humoribus, febris, inflammatio, dolor, & alia eiuſmodi ſymptomata exacerbentur. Phlebotomia vero non modo pro ratione copiæ ſanguinis, Galeni iudicio, facienda eſt, ſed etiam pro ratione magnitudinis morbi præſentis, aut impendentis, ad diuertendum & reuellendum eum, qui influit, humorem per contraria: ad eum, qui iam impactus eſt, per ipſam partem vacuandum, aut per proximam deriuandum. Ergo exempli gratia, *Somni commoda.* *Lib. 4. meth.*

B ſi pars capitis dextra vulnerata eſt, ſecabitur cephalica dextri brachii, niſi ingens plethora Baſilicam aperiri imperet, vel Medianam, quanquam ſi neutra commode diuidi poſſit, Baſilica etiam minime plethorico corpore erit aperienda. Eadem ratio eſt vulneris ſiniſtro cranio inflicti: id enim longe ſatius eſt propter fibrarum rectitudinem, quam ex oppoſita parte ſanguinem detrahere: in quo opere faciundo diligenter erit virium ægri habenda ratio, admota manu pulſui, niſi præſens adſit Medicus, penes quem huius rei iudicium omne eſſe debet. Pulſus enim virium certiſſimus eſt iudex, Galeni ſententia. Quare mutationes eius & inæqualitates ſunt conſiderandæ. Nam vbi primum paruus & tardior apparuerit, vbi tenuis ſudor frontem imbuerit, vbi cardialgia oboriri cœperit, cum vomendi aut etiam exonerandæ alui deſiderio & oſcitationibus, colorisque mutatione & labiorum pallore, quam primum ſiſtendus erit ſanguinis curſus, obligata vena: alias vna cum ſanguine ne vita vaneſcat, periculum eſt. hinc æger pane in vino intincto & ore ingeſto, narium & temporum ex forti aceto litu, ſupinoque decubitu erit reficiendus. Impacti vero & coniuncti humoris portione pars exonerabitur leui labrorum vulneris ſcarificatu, vel admotis hirudinibus. At deriuabitur apertis venis illis, quæ ſunt vulneratæ parti proximæ, nempe vena puppis, vel frontis media, vel temporum, vel iis, quæ *Lib. de cur. per ſanguinis miſſionem.* *[illegible]*

C ſunt ſub lingua: ſed & cucurbitulæ alias cum ſcarificatu, alias ſine ſcarificatu ſcapulis erunt affigendæ, nec toto curationis tempore totius corporis, capite excepto, frictiones diuturnæ & fortes cum linteis aſperiuſculis erunt omittendæ: hæ enim vel hoc nomine proficient, quod materias, quæ per halitum ſurſum ad caput alioqui efferrentur, deorſum reuellent: cuiuſmodi certe materiæ in corpore iacente & conſuetæ exercitationis vſu ac beneficio orbato cumulari maxime ſolent. Quantum vero ſanguinis detractio ad minuendam & mitigandam cerebri vel meningum in capitis vulneribus inflammationem valeat, ſequenti & notando exemplo fiet manifeſtum. Nuper fui vocatus ad ſuburbia diui Germani, qui illic iuuenem octo & viginti annos natum in ædibus Ioannis Martialis ad diui Michaelis inſigne inuiſerem: Erat iuuenis ille ex domeſticis Doraduri Oeconomi Thalaſſiarchæ á Brionio; Pronus in bregma ſiniſtrum ſuper durum marmor deciderat: inde illi vulnus contuſum ſine vlla cranii fractura. cumque ſanguineo eſſet temperamento, vulneris occaſione, ſeptima die febris inuaſit cum delirio coniuncto & inflammatione, ſeu phlegmonoſo tumore læſi pericranii: Idem ille tumor partium continuatione & ſympathia vniuerſum caput & ceruices occupans, in tantam ſe molem ſuſtulerat, vt oblitteratis faciei lineamentis, nec á familiaribus agnoſci, nec loqui, nec audire, nec denique *Hiſtoria.*

D deglutire quidquam, aut videre penitus poſſet: Quibus animaduerſis etſi ſcirem, pridie, qui erat morbi dies octauus, a Germano Agree eiuſdem tributori Chirurgo detractum ipſi fuiſſe ad quatuor vaſcula ſanguinem, expertus tamen ægri pro viribus integritate & conſtantia, phlebotomiam repetere viſum eſt tempus, ſanguinem ad quatuordecim vaſcula ipſi vna illa vice detraxi: ſequenti die cum rediuiſſem, neque febrem, neque commemoratorum ſymptomatum remiſiſſe quidquam intuerer, imo potius exacerbata omnia, repetita phlebotomia, quatuor illi ſanguinis vaſcula ex tempore detraho, quæ duorum & viginti vaſculorum numerum conficerent: die ſequenti cum ne adhuc quidem quidquam minuiſſe accidentia animaduerterem, non ſum ipſe auſus, quam quarto meditabar ſanguinis detractionem, priuato conſilio exequi. Itaque Violanium Doctorem Medicum famatiſſimum ad ipſum deduco, is vbi primum pulſum admota arteriæ manu attigit, certus ex illius vehementia de ægri viribus, expertus inſuper, quæ ſe oculis videndam obtrudebat inflammationis & tumoris magnitudine, extemplo ſcalpellum expediri, & venam aperiri imperauit. Cum vero de induſtria cunctarer, edicerem que iam illi duo & viginti ſanguinis ſubducta vaſcula fuiſſe, tum ille, eſto, plura detracta fuerint licet, non propterea tamen ab incœpto deſiſtendum: cum præſertim mittendi ſanguinis duæ, quæ ſum- *Duæ principes mittendi ſanguinis indicationes.*

E mæ habentur indicationes, adhuc ſuperſint, nempe morbi magnitudo, & virium conſtans robur. Lætus igitur tria ipſo præſente ſanguinis vaſcula detraho, plura detracturus, niſi id conſilium in horas pomeridianas remiſiſſet: reuerſus ergo á meridie duo denuo ſanguinis vaſcula impleo, omnino vt ſeptem & viginti vaſcula quinque vicibus quatuor dierum ſpatio iuuenis illius ſanguine redundarint, nec id ſine ſummo eius commodo. Nam quæ ſubſecuta eſt nox, fuit illi valde placida, ſub meridiem febris dimiſit, tumor inſigniter reſedit, inflammationis ardor reſtinctus eſt in omnibus partibus, niſi forte in ſuperioribus palpebris & auricularum lobis, in quibus abſceſſus factus magnam effudit puris copiã. Hanc ego hiſtoriam eo conſilio recitaui, vt puerilem permultis metum demittendo ſanguine in virium conſtanti robore tollerem, vtq; innoteſceret, quam ſit promptũ & certum id capitis cerebriq; inflamma-

Veneris a capite vulnerato incommoda. flammationum remedium. Itaque a [illegible] diſputatio, redeuntes, notandum, nihil æquæ vitandum eſſe [illegible] venerem non modo [illegible] tempore morbus præſens eſt, ſed etiam diu poſt [illegible]. [illegible] maxima ſeminis portio [illegible] continentur, & [illegible] A

Quantum noceat strepitus ſracto cranio. Hiſtoria. [illegible] actus eſſe [illegible] dolorem [illegible] Caroli Quinti [illegible] ſertim capite ſauciatis excitabat, vt dictitarent, [illegible] ploſiones, verberibus ſe & fuſtibus crudeliter [illegible] recandeſcebant vulnera, vt multus per ipſa tum ſanguis [illegible] cum gemitu expirare cogerentur. Hæc de cura vulnerum [illegible] particulari agendum. B

De vulnerum capitis & cutis muſculoſa cura particulari. CAP. XV.

Vulnerum carne & cute ſimplex indicatio. INitium ducamus à vulnere ſimplici, [illegible] bet, nempe vnio [illegible] vulnus ad cranium peruenerit, eodem [illegible] ſtet carnoſarum vulneribus, curatur modo. At ſi compoſitum fuerit, [illegible] ſuggerunt te indicationes. [illegible]

Digeſtiuum Vnguentum. [illegible] albumine, bolo armeno & [illegible] quouſque perfecte coierit vulnus. At ſi profundius [illegible] uerit Chirurgus, [illegible] digeſtiuum, quod vocant, medicamentum [illegible] it, quod fit ex terebinthina veneta, vitellis ouorum, oleo roſaceo, & croco [illegible] bitur, quo ad ſaniem vulnus [illegible] dei. Hinc ad ea medicamenta [illegible] C

Sarcoticum ſubit, quale eſt hoc, ℞. *terebinth. venetæ ℥ ij. [illegible] ℥ j pulu. aloes, myrrhæ & mastich. an. ʒ ʃ. [illegible] rent ut omnia & fiat unguentum.* Cuius vſus erit vſque ad integram carnis regenerationem. Hinc inducenda veniet cicatrix puluere ſequenti.

Epuloticum. ℞. *aluminis combusti, [illegible] granatorum [illegible] an. ʒ j. miſceantur ſimul & fiat puluis:* quod ſi

Hiſtoria. adeo [illegible] vulnus extiterit, vt [illegible] tot puncta [illegible] acu erunt inducendi, quot neceſſitas poſtulare videbitur. Dum ego [illegible] terra dum ſuffoderet, muſculoſa [illegible] in frontem vſque diuulſa, vt

Quod attendendum in ſuendo. [illegible] Primum totum vulnus vino tepido lauit, [illegible]

[illegible] D

Quando in vulnere ſanguis non mittendus. Hiſtoria. [illegible] ℞ *farinæ hordei & fabarum an. ℥ ij. olei roſati ℥ ij. aceti quantum ſufficit. [illegible]* [illegible] Cum aliquando multa plebs leones [illegible] Henrici ſecundi delitias, regis ſumptibus alebantur, inſpectaret, contigit, vt vnus ferocior, vinculis, quibus tenebatur, abrumperet, & in turbam inſiliens, virginem [illegible] annos natam vnguibus in terram [illegible] faucibus caput comprehenſum, dente impreſſo multis locis, [illegible] intacto tamen cranio: vix tandem [illegible] leonum magiſtro orci & leonis fa[illegible] Rolando Clareto Tonſo, Chirurgo, qui tum ibi forte aderat: [illegible] febricitabat, tumore & inflammatione totum caput, omoplatæ, thorax, [illegible] quas dente, vnguibuſque leo E

Ferarum hominumque morſus venenati. defixerat, turgebant: vulnerum oræ liuebant & ſanie aquoſa, [illegible] nigra virente, fœtidaque; adeo, vt vix fœtor ferri poſſet, manabant. Dolores vero punctorii, mordaces & omnino magni [illegible] veneni [illegible] dentibuſque [illegible] magnam eſſe imprimis habendam rationem, [illegible] obtundendi veneni. Multis ergo locis vulnerum [illegible] ſanguiſugæ appoſitæ, quæ venenatam [illegible] hinc lotio facta ex ægyptiaco, theriaca & mithridatio in ſequentem modum.

℞. [illegible]

A *℞. [illegible] thuris ℥ ij. [illegible] diſſoluatur, omnia [illegible] benedicti, foueantur, lauenturq;* [illegible] vulnera, theriaca & [illegible] gloſſæ in aqua oxalidis minoris, [illegible] potiones paratæ, [illegible] & à malignis vaporibus vindi- [illegible] hoc epithema eſt apponendum. *℞. aquæ roſar. & nenuphar. an. ℥* [illegible] *ſantalorum alborum & rubrorum, roſar. rub. pulueris ſpodij an. ℥ j. mithridatij,* [illegible] *fiat epithema*; ſuperponatur cordi cum panno coccineo, aut ſpongia, repetatur ſæpius. [illegible] & ſemel [illegible] dolor, inflammatio, maligna [illegible] remiſſa ſunt denique [illegible] naturæ [illegible] omnino [illegible]. E quibus [illegible] quæ venenata [illegible] edolent, eſſe [illegible] ſit obtuſo ictu ſine [illegible] contuſa: quod ante omnia & ſemper faciendum eſt, quo [illegible] magis, & appoſita remedia proficiant amplius, [illegible] repellentia admo-

Γ [illegible] nda, quale eſt oxyrrhodinum ſequens. *℞. [illegible] ℥ iij. [illegible] cupreßi balauſt. aluminis rochæ, roſar. rub. an. ℥ j. concorporentur omnia* [illegible], vel eius loco apponi poteſt cataplaſma [illegible], aceto & oleo [illegible]. Debent vero [illegible] remedia. Dolore, [illegible] ſedatis, [illegible] ad eius, [illegible] humoris diſſipationem [illegible] *℞.* [illegible] *& emplaſtri de* [illegible] *& anethi an. ℥ ß. malaxentur ſimul* [illegible] *dictum.* Huc facient [illegible] *℞.* [illegible] *pulueris myrtillorum ℥ j.* [illegible] *florum* [illegible] *radicis cyperi,* [illegible] *& fiat decoctio* [illegible] a tota eiuſmodi paulo diuturniore, quo [illegible] & concretum humorem [illegible] deſiccandumque eſt [illegible] magis diſcutientia apponenda, cuiuſmodi eſt ceratum a Vigonio deſcriptum, de Minio nuncupatum, cui vis ineſt remolliendi & digerendi, hac forma. *℞. oleor. chamæ. lilior. an. ℥ x. olei maſtich. ℥ ij. pinguedinis veruecis* ℔. *lytharg. auri ℥ viij. minij ℥ ij. vini boni cyathum vnum, bulliant omnia ſimul baculo agitando, primum quidem lento igni, mox vero lucalentiore, donec tota maſſa colorem nigrum vel ſubnigrum contrahat; adde in fine coctura Terebinth.* ℔. *ß. pulueris maſtich. ℥ ij. gummi elemi ℥ j. ceræ quantum ſufficit,*

C *bulliant rurſus vna ebullitione, & fiat emplaſtrum molle.* Quod ſi ſic haud diſcutiatur humor, ſed tantú mollescit, [illegible] eſt tumor, [illegible] cum humoris contenti occaſione [illegible] inflammatur & putret, [illegible] inflammationis videlicet contagione, & ſtillantis in os ipſum ſaniei acrimonia. Aperto [illegible] eluendæ erunt vlceris ſordes *℞.* [illegible] *& abſynth. an. ℥ j. terebinth. ℥* [illegible] *myrrhæ, farinæ hordei. an. ℥ ß. eius loco*, ſi magna ſubſit putredo, [illegible] vel ſolum per ſe, vel cum æquali portione vnguenti apoſtolorũ mixtum immitti in vlcus poterit. [illegible] vlcere locus [illegible] & epuloticis.

De Cranii fracti cura particulari. Cap. XVI.

Si cranium [illegible] eſt adeo vt ipſum terebrare ſit neceſſe, vel excitare, & erigere, vel circumradere, [illegible] pericranium, eo, quo diximus, [illegible] dolore perſici poteſt, propter ſenſum ipſius exquiſitum, & cum cerebri membranis [illegible] incumbendum erit, metu inflammationis & alio-

D rum accidentium. Primo igitur apparatu completo, & vulneris [illegible] abductis angulis, ſecundo apparatu digeſtiuum, quod vocant, [illegible] ex oui vitello & oleo roſaceo. Oſſi vero, quod ſanum & integrum conſeruare voluerimus, [illegible] imponendũ. Galeni enim ſententia eſt, oſſa renudata rebus vnctuoſis nõ eſſe contingenda, contra potius ſicca omnia illis eſſe admouenda, quę ſuperfluam humiditatem conſumant. Oſſi ergo illi quod conſeruare nobis eſt animus, carptum linum ſiccum & pulueres Cephalicos, quos deſcribemus poſtea, imponemus, atq; ſummopere cauebimus, ne vel aeris, vel medicamentorum humidorum contactu lædatur. Terebratione vero celebrata cura diligens de craſſa meninge habenda eſt: Sæpe enim animaduerti, magnam ſanguinis copiam vaſe aliquo rupto, quod ſecundæ laminæ adhærebat proſiluiſſe, neq; tamen ſtatim eiuſmodi ſiſtendus aut compeſcendus ſanguis eſt, ſed pro plethora & ægri viribus fluere ſinendus: ſic enim febris vnaq; ſymptomata reliqua minuuntur. Nam Hippocratis ſententia, omni recenti vlceri, præterquam in ventre, conducit frequentem ſanguinis defluxum procurare: ſic enim doloris, inflammationis, & aliorum accidentium vehementia minus moleſtum futurum eſt: præterea etiam vlcera ſanguine multo manare eſt ſaluberrimum, ſic enim humorum ipſis impactorum ſarcina leuatur. Vbi ſatis fluxiſſe ſanguis videbitur, ſequen-

E ti medicamento a Galeno deſcripto, ſiſtetur.

℞. pulueris aloes ℥ ij. thuris [illegible] *an. ℥ j. ß. albumina ouorum nu. ij. agitentur ſimul cum pilis leporinis minutim inciſis, fiat medicamentum.* Sanguinis fluxu cohibito, ſedandi doloris ergo inſtillabitur in meningem ſanguis columbinus ex aperta ſub alis vena adhuc calens, hinc ſequenti puluere veniet aſpergenda.

℞. aloes, thuris, myrrhæ, ſanguinis Draconis an. ℥ j. miſce, fiat puluis ſubtilis. Poterit & irrigatio fieri ex oxyrrhodino, vel alio repellēte. Cuiuſmodi eſt cataplaſma ex farinis, aceto, & oleo roſaceo, quod leniendo, & dolori ſedando ad quartum vſq; diem apponitur. Huic vtilis erit vſus cerati de vigo, quod fracturis cranii

Topica theriacalia.

Epithema cardiacum.

Contuſa capillata cutis curatio.

Repellens medicamentum.

Digerens.

Fotus diſcutiens.

Ceratum de minio.

Ad carnis corruptionem ſequitur ſubiectio oſſis corruptio.

Detergentia

Pericranii cur exquiſite ſentiat.

6 Meth.

Humidorũ appulſu oſſa offendi.

Lib. de Vlce.

6. Meth.

Ceratum de Vigo fracto cranio vtile.

cranii mihi videtur eſſe commodiſſimum, quia ex alto in ſuperficiem attrahit, reſoluit, deſiccatq; moderate, & odoris gratia ſpiritus animales reficit, ac cerebrum membranasq; roborat: vt ex his, quæ ipſius compoſitionem ſubeunt, medicamentis facile licet intelligere. A

℞ olei roſ. omphacini, reſinæ pini, gummi elemi an. [illegible] maſtiche ℥ j ß pinguedinis veruecis caſtrati ℥ ij [illegible] betonic. caprifol. anthos. an. m. j. ammoniaci ℥ ß [illegible] ℥ x. [illegible] pinguedine, [illegible] ammoniacum ſimul cum aceto ſcillitico [illegible] omnia in vini ℔ ij. vini [illegible] ad conſumptionem vini, deinde exprimantur, expreſſioni, addantur terebinthi venetæ ℥ iiij cera [illegible] quantum ſufficit, fiat cerotum molle ad vſum prædictum. Cæterum inſuper, toti ſpinæ [illegible] liniimento, cui vis inſit remolliendorum neruorum, ne conuulſione tententur, eiuſmodi eſt illud.

℞ rutæ, marrubii, roriſmar. [illegible] ſaluiæ, herbæ paralyſ. an. m. ß. radicis ireos, cyperi, baccarum lauri an. ℥ j. florum chamæm. melil. hyperico. an. m. j. piſentur, & macerentur omnia in vino albo per noctem, deinde coquantur in vaſe duplici cum olei. lumbricorum, liliorum, de terebinthina, axungiæ an. [illegible] humanæ an. ℥ ij. [illegible] ad conſumptionem vini, poſtea colentur, & colaturæ addetur terebinthinæ venetæ ℥ iiij. [illegible] ℥ ß. ceræ quantum ſufficit, fiat linimentum ſecundum artem. At [illegible] ſordidum & malignum reddit, [illegible] omnibus abſtinendum, ne vulnus ſordidum & malignum reddat, ne [illegible] partes, tandemque [illegible] & cranium putrefiant, B partium enim omnium integritas conſeruatur [illegible] quæ in fractura cranii ſicca. Quare humida, oleoſaque omnia [illegible] fracturæ cranii ſunt arcenda, niſi forte doloris mitigandi & humoris ad ſuppuratum perducendi incideret neceſſitas. Nam Galeni ſententia, *ſæpe propriam curam ad tempus intermittere cogimur, quo accidentibus occurramus*: [illegible] ne vino quidem fouere cranium fractum vult Hippocrates, vel certe eo admodum parco. *Paucum* vero id interpretatur Vidius, cum ſubeſt metus inflammationis. vino enim, ſi [illegible] acerbum & adſtringens, [illegible] refrigerandi & [illegible] exiccandi. Alioqui omne vinum [illegible] facultate ſiccet & calefaciat, actu tamen humectat & refrigerat: quæ duo in capitis, ſeu cranii [illegible] valde nocent, cum præcipue [illegible] enim cerebri refrigeratione [illegible] conuulſionis aut alterius alicuius mali [illegible]. Sit ergo [illegible] tum, *non eſſe vtendum in capitis vulneribus medicamentis humidis & vnctuoſis, niſi ad arcendam inflammationem & doloris ab inflammatione excitati mitigationem.* Affundentur igitur cranio denudato catagmatici & cephalici pulueres, ita vetere dicti, quod & cranii & reliquorum oſſium fracturis ſint idonei & ſalubres: nam ſiccitate ſua, humorem ſuperfluum conſumunt, neque naturam adiuuant in fractis oſſibus ſeparandis & carnis regeneratione. Eiuſmodi [illegible] materia eſt thus, farina hordei, puluis aloes hepaticæ, ſanguis Draconis, maſtiche, myrrha, radix ariſtolochiæ, gentiana, & in genere ſimplicia omnia, C quæ deſiccandi & abſtergendi vi pollent, ſine morſu, quibus non ante vti licebit, quam doloris [illegible] & inflammationis notæ præterierint: tum ſcilicet cum abſtergendæ erunt membranæ, [illegible] deſquamanda & caro his inducenda. Nam os cranii, [illegible] & validiora & ſicciora medicamenta poſtulat, & perfert, quam craſſa meninx, aut pericranium, [illegible] acutum cedat. Quocirca cum commemorati cephalici pulueres meningibus admouebantur, [illegible] ſyrupo roſato, vel de abſynthio & aliis ſimilibus adiungendi & admiſcendi erunt, vt illa deſiccandi vis illa paulo triſtior diluatur & temperetur.

Eſtiue in mo... ... conuulſionis.

Quatenus humida fracto cranio conueniant.

4. Meth.

Ne vino quidem fractũ cranium cõtingendum.

Cephalici ſeu catagmatici pulueres cur ſalubres.

Quando cephalicis pulueribus vtendum.

Quo temperando cum affundendi erunt meningi.

Cur Terebratio locum habeat in fracturis cranii. CAP. XVII.

QVatuor ſunt huius remedii cauſæ. Prima eſt, vt oſſa depreſſa excitentur, & ipſorum fragmẽta, quæ meninges vel etiam cerebri ſubſtantiam comprimunt, eximantur. Secunda, vt vacuari, elui, & abſumi ſiccarique ſanies poſſit, quæ rupto vaſe aliquo effuſa eſt in membranas, vnde ipſis, imo etiam cerebro, non leue imminet periculum corruptionis. Tertia, quo ſit opportunitas maior applicandorum remediorum ad vulnus & fracturam neceſſariorum. Quarta, vt ſi aliquid, quo ſupplere poſſimus [illegible] repellentis, & fluxiones cohibentis defectum. talis enim deligatura hæc, vt in aliis corporis partibus, locum habere nequit. Impedimento eſt capitis ſphærica figura, quæ haud facile conſtrictionem admittit: D deinde interiecti cranii denſitas & durities: impedimento eſt, quo minus ſubiecta vaſa, per quæ cohibenda fluxio fieri ſolet, faſcia conſtringi queant, quantum ſit ſatis currenti ſanguini repellendo. Externa vero vaſa, ad quæ deligaturæ vis peruenire poteſt, ſine ſummo dolore & inflammationis periculo, conſtringi nequeunt. Tali enim compreſſione interciperetur arteriarum pulſatio, ſupprimeretur fuliginoſorum excrementorum, quibus per cranii ſuturas exitus eſſe ſolet, effluuium, propter futurarum conſtrictionem. Sed & ſic compelleretur ſanguis a loco vulnerato foris intro, in membranas & cerebrum, vnde dolor, inflammatio, febris, abſceſſus, conuulſio, paralyſis, apoplexia, ac mors denique. Hæc potiſſima exiſtit cauſa, cur in cranii, non item aliorum oſſium fracturis terebratio ſit neceſſaria. Sed antequã terebram admoueas, æger apte collocandus eſt, & ipſius caput, multis obuolutionib. complicatus pannus eſt ſupponendus, atq; ita puluinar comprimendum, vt cum ad operationem ventum erit, deprimi amplius nequeat, ſed ſub ipſo caput inconcuſſum perſtare poſſit. Hinc ægro aures bombace ſunt obſtruendæ, ne terebræ, alteriuſve cephalicæ machinæ motu citatum ſtrepitum exaudiat. Antequam vero E terebra adigatur, os ipſum forandum eſt inſtrumento, cui cuſpis inſit trigona, quo celerius & certius forare queat. Cuſpis eiuſmodi non debet eſſe craſſior clauo terebræ, quo mox adigenda terebra ſiet firmius, nec in foramine ampliori titubet. Inſtrumẽti illius figura à terebello doliari non eſt valde aliena, niſi forte cuſpide trigona, non autem ſtriis, ſtrigibuſq; clauiculatim ſpiratimque obuolutis cochleata: Quemadmodum Typo ſubiecto docemur.

Cur faſcia repellens in cranii fracturis locum habere nequeat.


Qui collocandus æger terebrãdus.

Quo præmonenda terebra appreſſione.

Terebellum

A

Terebellum forando cranio idoneum ante terebræ admotionem.



B

A. *Manubrium ſeu capulum oblongum.*
B. *Cuſpides, quæ in ipſum cochleatum immittuntur, aptanturque.*

Terebrarum deſcriptio. CAP. XVIII.

TErebræ *ſerræ ſunt rotundæ, quibus os circulari ambitu exciditur*, magis minuſve, pro ipſarum magnitudine, mediis per quas clauus demitti, & paulum eminere ſerratis denticulis debet, vt hoc tanquam centro axe aut cardine, dum circumaguntur, ſtent in ea, quam ſemel attriuerint, ſede defixæ, non autem deerrantes incerto & titubante nixu vacillent. Vbi primam cranii laminam multiplici & ſecante conuerſione exciderint & exceſſerint, clauus demendus eſt, ne ſi penitus ſubeat, exciſo tandem toto oſſe cranii membranam meningem compungit. Ergo dempto illo clauo, licet ſecure circumagendo, vel ambas laminas reſcindere: terebras præterea capitium cingere & circumcurrere debet, ne illæ nullo obice cohibitæ plus oſſis, quam volumus, excindant, & tandem in meningem demergantur. Oleo inſuper inungendæ ſunt, quo expeditius & mitius ſecent. Sic enim qui ſubtilia opera tractant, ſerras ſuas vnguine illinire ſolent. Inter agendum vero ſæpius in frigidam immergendæ ſunt, ne os attritu nimium incaleſcat, dura enim ſolida omnia ſi rapidius circumferantur, incaleſcunt: calidius vero & ſiccius redditum os, alteratur, & propter naturæ mutationem ſubit, quo fit, vt ab exciſione plus ipſius ſeparetur & excidat. Non eſt autem ignorandū, quod os, quod terebra attigerit, vel aer afflarit, ſquamas ſemper remittit, ad quam deſquamationem celerius promouendam, aſpergendi erunt puluiſculi ex eruca, bryonia, cucumere ſyluestri, & ariſtolochia. Deſquamato, quod ſatis eſt, oſſe, ſequens affundetur puluis, cui vis ineſt carnis oſſi inducendæ, & conuenienti ſuæ ſpeciei ſiccitate indurandæ.

C

℞. *pulue. ireos illyricæ, aloes, mannæ thuris, myrrhæ, ariſtolochiæ an.* ℥ j. *miſce.* Inducta ſic carne cicatrix procuretur aſperſo puluere corticis granatorum & aluminis vſtorum. Nec vero vi ſquamas illas detrahet Chirurgus, ſed totum id negotium naturæ permittet, quæ non ante ſquamas depellere ſolet, quam ipſis carnem ſubiecerit. Alias ſi præcipitet quidquam oſſi nouam corruptionem accerſet, vt fuſius dicemus, cum de oſſium curatione agemus. Qui terebrat, conſiderare hoc debet, capitis ſphæricam figurã eſſe, pariterque terebram rotundo eſſe ambitu, vt impoſſibile ſit os ipſum qualibet ſui parte æqualiter ita excidere, ac ſi in plano res ageretur. Adde, quod cranium non eſt vbique eiuſdem craſſities: quare ſæpius illi inſpiciendum, num parte vna, quam alia, altius terebram demergat, quod fiet, ſi ſubinde acicula metiatur, & exploret circuitus & demerſionis terebræ profunditatem. Atque ſi vna, quam alia parte, os altius ampliuſque exciſum comperiat, in oppoſitam partem comprimenda & deprimenda terebra erit. Cum vero à multis multæ terebrarum deformationes ſint inuentæ & expreſſæ, expenſis tamen riteque ſubductis omnibus, nullam tutiorem comperies illa à me excogitata, quam hic deformatam vides. Nam ne lalum quidem in cranium, ſupra verſantis arbitrium, demergi poteſt, nec proinde meninges vt cranium oblædere. Eius enim altiorem, quam animo propoſuerimus, demerſionem obductum terreum capitium, tanquam obiectus obex cohibet. Id capitium ductile eſt: ita vt pro vtentis arbitrio altius excitetur, aut deprimatur, ſicque terebram remoretur, ne vel lineam latum fines à nobis præſcriptos excedat: vt deinde Chirurgus nullus futurus ſit, quantumuis in artis operibus rudis, qui terebræ eiuſmodi beneficio ſine vllo attingendæ meningis, id eſt, vitæ periculo, vel periculi metu, terebrare nequeat.

D

E

Terebra quid.

Ratio Terebrandi.

Terebra capitium.

Incaleſcentis à terebra oſſis damna.

Quæ oſſis deſquamationem accelerent.


Non vi præcipitandam eſſe oſſis deſquamationem.

Notanda cautio.


Tuta & expedita terebra.

Diſſoluta

Diſſoluta Terebra noſtra deformatio.



Coagmentata eiuſdem Terebra deformatio. A



A. *Monſtrat integrum terebra manubrium.*

B. *Capitium.*

C. *Carchebum.*

D D. *Cochleas, qua carchebum & terebram continent & ſtabiliunt.*

E. *Terebram ſua cuſpide vacuam.*

F. *Terebram ſua cuſpide inſtructam.*

A. *Manubrium monſtrat & terebram partib. ſuis omnibus coagmentatam.*

B. *Sedem, in quam inditur, aptaturq́; terebra.* B

C C C. *Terebra extrema, qua in manubrium induntur & aptantur.*

D. *Terebram capitio ſuo adductam.*


E. *Carchebum.* C

F. *Cochleam ſeu cochleatim tortilem ſcapum, cuius conuerſione terebra in manubrium firmatur inſertio.*


G. *Alteram cochleam, qua carchebum arctius alligat Terebra.*

H. *Cuſpidem trigonam.*

Alterius terebra diſſoluta deformatio.



Alterius terebra coagmentata deformatio.



D

E

A. *Manubrium monſtrat.*
B. *Terebram.*
C. *Cochleam, qua terebram manubrio obfirmat.*
D. *Capitium, quo ꝯ altius, quam par eſt, terebram demergi prohibet.*
E. *Carchebum, qui quantum neceſſe eſt, excitatur ſurſum, quo terebra ingreſſum aperiat.*
F. *Alteram cochleam, qua Carchebum arctius continet.*

G. *Cuſpidem*

A *G. Cuſpidem trigonam, quæ per mediam omnino terebram inducta, ſerratis ipſius denticulis paulum eminere debet, quo terebræ converſionem inconcuſſam regat. Eius cuſpidis alteram, id eſt, ſuperius extremum, cochleatum eſſe debet, vt hic effictum eſt quo in ipſum aptetur exiguus ille Carchebus, quem litera H. notatum vides, quo ſic detrahi commodius cuſpis illa poſſit, cum ad diploen terebratio peruentum fuerit.*

Omnes illæ terebræ partes diſſolutæ altera deformatione in vnam terebram coagmentatæ cernuntur. Atque vbi os terebræ circumactu exciſum extrahi eadem opera non poterit, deformato hic terebello vt deinde alias licebit: defixo nempe cochleato ipſius extremo, ſeu mucrone in foramen, quod clauus ſeu cuſpis trigona terebræ in cranio forauerit, cuius etiam brachia vectium munus & vicem ſubire poſſunt.

Terebellum tribus brachiis conſtans.

B 

Exciſa terebrę circumactu cranii pars, vbi terebello dempta & extracta fuerit, ſi quæ in ſecunda lamina aculeatæ ſubſint aſperitates, quæ meningem, dum ad cerebri motum attollitur, lædere & pungere poſſint, detrahendæ illæ & complanandæ ſunt lenticulato ſcalpro, ita dicto, quod cuſpidatam partem ad finem prominentem obtuſam ac lenem lentis inſtar habeat, ne complanando membranam acuto contactu oblæderet. *Gal. 6. meth.*

C *Lenticulatum exciſorium ſcalprum.*



Quod ſi propter craſſitiem, lenticulatum ſcalprum excidere cranium nequeat, exciſoriis ſcalpris vti licebit, malleolo impellente adactis. Is malleolus plumbeus erit, vt quam minimum cerebrum concutiat: Volſellis vero oſſium aculeata fragmenta eximentur induſtria. Quod ſi cranii pars fracta eiuſmodi ſit, vt ſectionem renudato oſſi neceſſariam non admittat, vt cum fractura ad temporalem muſculum, vel ad ſuturas exiſtit, tum pro vna terebra duæ vel tres, ſi ita neceſſitas præſentis caſus exigat, exiguo admodum ambitu, non quidem fractæ parti, ſed ſecus ipſam apprimendæ erunt, vt *capite ſequenti* fuſius dicetur. Sibi vero proxime adeo terebræ admoueantur, vt ſecundæ ambitus, primæ & tertiæ oras contingat & prehendat. Quod ſi in ſuturam fractura inciderit, ne quidem terebra ipſi apprimenda erit, ſed hinc & hinc ad ipſius latera duplex erit admouenda: aliter qui fecerit fibras neruoſas membranoſasque, & venas atque arterias, quibus craſſa meninx cranio appenſa adhæret, & pericranio materiam ſuppeditat, dilacerauerit. Qui vero vnam modo terebram, ſcilicet ex vno tantum ſuturę latere admouerit, haud vniuerſam ſaniem, quæ in hanc & in illam ſe partem effudit, exhaurire poterit, propter interiectæ & ſurrectæ ſurſum per cranii ſuturas craſſæ meningis diſſepimentum. Denique ſi quando quacunque ex cauſa terebrare non liceat, poterimus hoc inſtrumento vti, modo os, quantum ſatis eſt, renudatum ſit, ad circini effigiem efformatum id eſt, atque pro arbitrio magis minuſve diuaricatur beneficio cochleæ. Eius pro incidente neceſſitate mutare licet cuſpides, aliasque pro aliis ſubſtituere, circini enim ſcapo aptantur cochlearum nexibus.

Plumbei malleoli uſus.


D *Cur ſuturis haud apprimenda terebra.*

Cur fracta ſutura duplex terebra admouenda

E

T Circinus

Circinus excisorius ad excidendum cranium. A



A. *Monſtrat excisorii circini crus, quod dum circumagitur cranium reſcindit.*

B. *Cochleam, quæ cuſpidem, circini ſcapo ſeu cruri aptat, arctatque.*


C C. *Duas cuſpides diſsimiles, quæ circini cruri cochleæ nexu aptari poſſunt pro incidente neceſsitate.*

D. *Magnam cochleam, quæ virgam ferream continet, per cuius ſpatia alterum circini crus excurrens latiores aut arctiores efficit ipſius diuaricationes.*


B

Eſt porro neceſſe, eiuſmodi excisorii circini, vnum crus immotum perſtare certa in ſede defixum, interim dum alterum excidendi gratia circumcurrit. Quare expedit laminam ferream exiguis foraminibus compunctam habere, in quæ crus illud circini ſtabile defigetur, ne contra voluntatem titubet: incuruam autem laminam illam eſſe oportet, vt quia caput ſphæricum eſt, cuilibet ipſius parti aptari poſſit.

Lamina ferrea incurua fulciendo & ſtabiliendo circini cruri ſupra cranium apta. C



Alius eiuſdem ingenii & vſus Circinus, qui amplius arctiuſve diuaricatur cochleæ nexu. D



E

De Cranii locis, quibus terebram admouere non licet. CAP. XIX.

Os fere a cranio diuulſum non eſſe terebrandum.

Cauitas notanda in oſſe frontis.

IN primis oſſi ita fracto, vt omnino aut magna parte à cranio ictus violentia diuiſum ſit, terebra non eſt imponenda, ni eius appreſſæ pondere & innixu in membranas deprimatur. Secundo, fractis ſuturis propter cauſas *ſuperiore capite* commemoratas. Tertio, frontis illi regioni, quæ paulum ſupra ſupercilia eſt, ob eas, quas ante *capite duodecimo* expoſuimus, rationes. Nam eo loci ſub ipſius oſſis prima lamina cauitas ampla exiſtit humoris cuiuſdam albi & lenti, ſimulque ſpirituoſæ cuiuſdam & aereæ ſubſtantiæ differta, illic à natura collocatæ, vt aerem, qui per nares ad cerebrum aſcendit, præparaet: hoc niſi animaduertat & cogitet Chirurgus, decipi poterit, ratus illam cauitatem oſſis effractionem, depreſſionemque

A ſitemque eſſe, quæ terebram eſſugiet. Quarto, imis cranii ſeu capitis partibus, ne per apertum terebra cranium, cerebri ſubſtantia meninge ſalloſa ſuo pondere delabatur. Quinto, puerorum ſincipitis oſſibus, vt quibus nondum iuſta adſit ſoliditas ad ferendam terebræ impreſſionem. Sexto, temporibus, propter temporalem muſculum, cuius ſectio Hippocratis ſententia oppoſitæ partis conuulſionem facit. Tranſuerſim enim ſectus propriæ actionis iacturam facit, nempe mouendi, & ſurſum adducendi maxillā inferiorem: tum vero oppoſitus temporalis muſculus integer, viribus ſuis vſus ferente, & haud repugnāte, aut contranitente antagoniſta eandem ad ſe adducet maxillam, vnde oris & omnium faciei partium tortura, ac verſus ſanam partem conuulſio, reſoluta altera per Hippocratis regulam: quod quoties muſculi congeneres in oppoſitis partibus ſunt pares numero, magnitudine & robore vnius partis reſolutio, conuulſionem facit alterius. Nec vero ex ſectione temporalis muſculi hoc ſolum manat periculum, ſed & aliud, quod ſcilicet is muſculus in mandendo & loquendo in perpetuo eſt motu, quò fit vt ſemel ſectus vix vnquam vnionem admittat: adde, quod ſub ipſa petroſorum oſſium commiſſura latet. At in ſuturis terebrare ſecunda cautione prohibemur: ſed & per eius ſubſtantiam multæ venæ, arteriæ, & nerui ſparguntur, vt his ſectis multorum & malignorum ſymptomatum metus immineat, doloris nempe, B inflammationis, febris, conuulſionis non modo partis ipſius, ſed & corporis totius, vnde tandem mors. Ne quis ergo Chirurgus eo temeritatis veniat, vt muſculi illius ſectionem aggredi auſit ad ſubiectum os terebrandum: ſupra potius aut ad latus, ac quam proxime partem affectam fieri poterit ſibi terebrandum putet. Quod ego feci in nobili Bretechio. Is in triumphali Regis Henrici ſecundi in vrbem ingreſſu, lapide ita ſauciatus eſt, vt ictus impetu os petroſum fractum, & vehementer contuſus temporalis muſculus, ſine vulnere tamen extiterit. Sequenti die aduocatus perſpecta læſionis ſpecie, & læſæ partis conditione, Medicorum & aliorum mecum Chirurgorum conſilium cogendum cenſui, ex quibus cum quidam cenſerent diuidendum quamprimum temporalem muſculum, vt denudato oſſe terebrare liceret, ſicque fracta oſſa eximere. Ego contra acriter reſiſtere cœpi, citata Hippocratis ſententia *ex libro de Vulneribus capitis*, qua interdicitur Chirurgis eiuſmodi muſculorum ſectione, metu commemoratorum ſymptomatum: citata etiam experientia, qua cerebro animaduerteram, cunctos, quibus is ſectus fuiſſet muſculus, conuulſos interiiſſe: ſatius multo futurum, ſi proxime ſupra fracturam, os terebra aperiretur intacto quam minimum temporali muſculo. In eam ſententiam cum tandem omnes deſcendiſſent: ipſe ex tempore ſectione trigona cutem muſculoſam, quæ ſupernæ fracturæ immineret, C diuiſi. Poſtero die, qui tertius erat morbi, terebraui, ac terebratione peracta, diebus aliquot poſt quatuor aculeata fracti oſſis fragmenta exemi, tubulumque plumbeum planum immiſi, per quem iuſſo ęgro, quoties curaretur caput deprimere, & ore naribusq; obturatis contentius expirare, multa manabat ſanies inter cranium & craſſam meningem collecta. Reliquas ſordes, ſi quæ eo iumacius adhærerent, rerum detergentium decocto Syringe hic deformata iniecto, elui: tantumque, Deo conatus meos fortunante, perfeci, vt tandem conualuerit.

Lib. de capi. Vulner.


Regula Hippocratica.

Quot ex ſectio temporali muſculo incom moda

Hiſtoria.

Tubulus plumbeus planus ad exitum ſaniei ſub cranio collectæ muniendum.

Syrinx ſeu Siphunculus liquoribus exprimendis vtilis.



D

Par caſus & ſimilis fortuna in Metarum obſidione contigit Pienarum domino. Is enim cum ad diruitam muri partem propugnaret, fracto temporum oſſe ictu, è lapidis ictu ex adſtante muro eliſi, æneo tormento ab Imperatoris caſtris diploſo: ab ictu ſtatim concidit, ſanguinem ore, naribus & auribus cum multo vomitu reddidit, ac totos fere quatuordecim dies mutus & attonitus ſic extitit, vt neminem adſtantium agnoſceret: Crebræ palpitationes ac ſubſultus conuulſorii illum exercebant, facies tumida erat. Terebratum autem fuit illi os frontis ad latus temporalis muſculi, manu Petri Auberti Chirurgi Regii: ac quamuis die quinto & viceſimo caro mollis & exquiſito ſenſu prædita, per foramen terebra factum emerſiſſet, cuius ortum cathæretici pulueres prohibere non potuerunt, tandem tamen conualuit. Emergentis hanc carnis ſpeciem veteres Fungum nominarunt, quod mollis ſit & radice ſubnixa fungi inſtar ſuperne latior, inferne tenuior: augetur vero & decreſcit pro materiæ affluentis copia, & Chirurgi arte incrementum intercipientis induſtria. Fœtet valde hæc caro: vulgo *Ficum ſancti Fiacrii* nūcupant. Ortum habet id mali genus hoc fere modo. Quemadmodum in arborum tunicis ab alimenti excrementis humor quidam ſemiputris, craſſus & glutinoſus per corticem exudat, ſenſimque E accumulatus cogitur in fungum, ſic ex craſſæ meningis & cranii vaſis ruptis ſanguis exilit, temperie & conſiſtentia melancholicus, quem etiam aliquando natura ad carnis illis locis neceſſariæ reparationem tranſmittit, vnde concreſcit quidam veluti fungus, qui Galeni ſententia partium, quibus adnaſcitur, naturam & conditionem redolet: quanquam in genere de natura verrucarum malignarum. Cæterum ad eiuſmodi fungorum profligationem admouenda ſunt remedia, quibus ſpecifica facultas inſit abſumendæ carnis ſuperfluæ, qualia ſunt, quæ validius exiccant, & blandius atterunt, & exedunt: quale eſt quod ſequitur.

Hiſtoria.

Fungi generatio.

℞. ſabinæ ℥ ij. æris ℥ j. puluerisentur ſimul, aſpergatur caro excreſcens. Vel *℞. hermoda ctylorum combuſtorum ℥ ß. fiat puluis in eundem vſum.* Quod ſi eiuſmodi caro fungoſa, eo, vt ſæpe fit, incrementi veniat, vt oui magnitudinem æquet, quam proxime radicem ferreo filo liganda eſt & conſtringenda arctius, cumque vi conſtrictionis deciderit, commemoratis puluiſculis eſt aſpergenda: ſic enim certius, quam actionibus cathæreticis, profligabitur. A

De oſſium capitis corruptione & carie. Cap. XX.

Cur fracto cranio oſſa aliquando cariem trahant. NOnnunquam ad vulnera capitis corruptio ſequitur, & Sphacelus oſſium cranii fractorum: quod contingit, vel quia ab aere, cuius appulſum nũquam ſentire, facta ſunt vel quia putreſcens & ſuppreſſa ſub iis ſanies in putredinis ſuæ contagionem ipſa rapuit: vel quia curatione perperam inſtituta ſuppurantium & oleaginoſorum medicamentorum temeraria applicatione, humidiora reddita, propriæ complexionis & natiuæ temperiei mutationem contra naturam paſſa ſunt, quemadmodum pluribus docebimus cum in *tractatu de Carie*, nodorum luis venereæ rationem exponemus. *Signa cariei* Hanc contra naturam mutationem, corruptionemque cognoſcemus partim viſu, cum ſcilicet ex candidis ſubflaua, liuida, & nigra euadunt partim ſpecillo, demiſſo, cum ipſi nihil fere lene, aut lubricum, ſed aſpera multa occurrunt, & cum præterea in ipſorum ſubſtantiam tanquam fungoſam facile & leui impulſu ſubit, penetratque. Eſt tamen poſtremum hoc ſignum ſæpe fallax nam non raro animaduerti, oſſa cariosa, quæ hoc ipſo quod renudata aeris appulſum diu pertulerant, adeo dura euaſerant, vt ipſa vix terebra ſubire poſſet: nam quod mollia & fungoſa reddit oſſa putrida humiditas eſt: hanc autem humiditatem ſiccitate induſta exhaurit, abſorbetq; tandem aer, vnde contumax durities. Longe certius id ſignum erit, ſi quæ oſſi ſuperinducitur, caro mollior eſt, diffluens & exigua aut nullo prope ſenſu prædita. *Oſſa carioſa nonnunquam dura eſſe.* Hanc corruptionem oſſis corrigere & emendare licet cauteriis, tum iis, quæ actu talia ſunt, tum quæ facultate. vel pulueribus [illegible] ræ, ariſtolochiæ, centaurii, corticis pini. vt, B

℞. radic ireos, flor. ariſtolochiæ an. ℥ j. centaur ℥ ij. corticu pini ℥ ß. miſce, & fiat puluis ſubtiliſsimus oſſi inſpergendus. Quod ſi maior fuerit corruptio, ſcalpris eradenda illa erit. Corrupti vero oſſis caſum, & ab integro ſeceſſum expectare oportet, non vi procurare: alias enim quod ſubeſſet os integrum, nulla adhuc carne ſuperinducta tectum, aeris appulſu corrumperetur. Sed tum tamen carioſa oſſa commouebuntur, & ſpecillo exagitabuntur, quo facilius & naturæ minore mole ſua poſtea ſecedant. Obiter vero notandum, oſſis, quod terebra circumcurrerit, deſquamationem & ſeceſſum fere intra quadraginta aut quinquaginta dies fieri. Par eius ratio eſt, eam quam aeris inſultus appulſus, aut appoſitum cauterium, aut pulueris cephalici aſperſio fecerit. ſed & pari fere dierum numero oſſa fracta callo genito, quasi pſis eſt veluti cicatrix, glutinantur & vniuntur. Aliis tamen citius, aliis tardius pro ætatum, temperamentorum, & habituum variorum hominum varietate. C

Vulneraria potionis vtilitas. Quod ſi remediis commemoratis neque caries vinci & emendari, neque ſoluta continuitas agglutinari & vniri poterit, vulneraria potio agiis eſt adhibenda, hinc enim fœlicem ſucceſſum in multis expertus ſum. Nonnunquam vero non ſolum oſſis portio quædam carie corrumpitur, ſed & totum ſæpe ſphacelo prehenditur, hocq; totum excidit. Nam Hippocratis ſententia, *lib. de Vulnerib. cap.* os cranii fractum a ſuo plus minuſve abſcedit pro ictus vehementia. Cui ſententiæ & ſuffragatur experientia. In quam rem placet hoc loco hiſtoriam, cuius ipſe teſtis oculatus extiti, dum apud Subalpinos chirurgiam ſtipendiis Polemarchi Montcanii Regis, Gallorum proregis facerem, commemorare. Contigit, vt curãdum ſe mihi traderet nobilis Golanii pediſſequus. fractum illi os bregmatis enſe fuerat, parte ſiniſtra, nec tamen fractura ad ſecundam laminam pertingebat: paucis poſtq; tam diebus oſſe agglutinato & vnito conualuiſſet, contigit, vt Vaſconum mini[ſtrorum] contubernalium ſuorum turma Taurinum appelleret, cum quibus ſe & mero generoſo, & deſtrictorum inteſtinorum & cepis ſpeciebusque ſaporatorum plenis patinis, repleuit largius. Ex quo mox in febrem continuam incidit, voce & mente priuabatur caput intumuit, oculi flammei, & e capite velut prominuli rubore ſuffuſi ſunt. Quibus animaduerſis, ex Medicorum conſilio inciſo clyſtere ſanguinem detraxi, & capiti, quæ conueniebant, appoſitis medicamentis, frictionibus, & vinculis artuum extremitatibus iniectis humores deorſum reuellere ſtudui: nihilominus pars ſincipitis ante affecta, ſuppuratum concepit, quo aperto ingens ſaniei vis erupit, tandemque ſubſidente cute muſculoſa cum pericranio, ambæ cranii laminæ putredine & carie tentatæ ſunt, vt ex ipſarum nigrore & fœtore erat intelligere: Hanc ego labem vt emendarem, vtque quod oſſis vitium inemendabile contraxerat, abſcederet, cauteria, quæ actu talia ſunt, ex interuallis admoui: ſed ecce poſt exactum menſem, vermium vis, per cariei foramina, ex locis, quæ ſub putrente cranio erant, emerſit quæ res in, ut me, vt oſſis nutantis abſceſſum lapſumq; accelerarem. Quo facto, ſupra ipſam craſſam meningem, quod eſt admirabile, quo loco natura carnẽ induxerat, tres animaduerti cauitates pollicari amplitudine, vermib. capite nigris adſtrictoriæ ſiguli ferrum æquantibus & vario ſe implexu obuoluentibus, diſtentas. D

Ingens carioſi oſſis abſceſſus. Erat vero oſſis, quod natura abſcedere fecerat, magnitudo palmaris, vt non videretur tam inſignis cranii portione vi naturæ abacta, non æger ipſe interiturus. conualuit tamen contra ſpem omnium, ſed poſt vulneris agglutinationem cicatrix admodum caua extitit iuxta Hippocratis decretum. *Aph. 45. ſect. 6.* Non enim caro facile callo ſuperinducitur, quia callus naturæ quid eſt alienum & ſuppoſititium: adde, quod vt cicatrix cute, ſic callus oſſe eſt aliquid denſius, vt per compactiorem ipſius ſubſtantiam nec libere, nec liberaliter ſanguis in carnis inducendæ materiam, poſſit eaudire. Hinc fit, vt vndecunque cranii portio aliqua integra exceſſit, illac admota manu cerebri pulſatio percipiatur Ex quo neceſſe eſt, vt ſi minus multo illa parte cranium extitere. Huic ego infirmitati vt conſulerem, iuſſi pediſſequũ illum pileũ geſtare ex E

denſo

A denſo corio præparato, quo facilius externis iniuriis obſiſteret, & certe inde multo melius illi fuit. Placet vero hoc loco quorundam impoſtorum Chirurgi titulo falſo gloriantium fraudem recludere. Hi vbi ad curanda capitis vulnera vocantur, quæ cum oſſis deperditione coniuncta ſunt, perſuadent ægro & aſſidentibus in locum deperditi oſſis laminam auream eſſe ſubſtituendam. Itaq; coram ægro illam cudunt, atque vt conuenientis figuræ ſit, varie verſant, parti apponunt, ſed paulo poſt ipſam furtim in crumenam ſubducunt, atque hac arte deluſum ægrum deſerunt. Alii gloriantur, ſe ſua induſtria perficere, vt in locum amiſſi oſſis cucurbitæ reſiccatus cortex, ſuperſtiti cranio inſeratur, & tanquam ſcutica emplaſtretur, atq; hoc eſt artis ignaris nimium puerilitet illudere. Nam tantum abeſt, vt hoc fieri poſſit, vt natura ne pilum quidem aut minutulum quoduis aliud corpuſculum cicatrice incluſum tollerare aut pati poſſit: nec vero par ratio eſt, globuli plumbei, qui in corpus impulſus illic ad multos annos cunctari cernitur ſine ægri noxa: nam & familiaritas quędam plumbo cum humano corpore intercedit, & tamen id tantum niſi oppoſitæ carnis, aut ligamenti, aut tendinis, aut ſimilis alterius ſubſtantiæ denſitas impediat, à natura, peregrini omnis corporis impatiente, foras protruditur. Atque hæc de fractorum oſſium carie: nunc de vitiis, quæ per capitis fracti vulnera meningibus contingunt, dicendum vi-

Impoſtorum fraus aucta.

B detur.

De vitiis, quæ craſſam meningem inuadunt per cranii fracti vulnera.

CAP. XXI.

MVlta, craſſam præſertim meningem, ex cranii fractura & terebratione temeraria, manant incommoda: aliquando enim ipſam incidi & dilacerari contingit. Huic morbo remedio eſt agglutinatio, quam Hippocrates procurari iubet nepetæ ſucco cum farina hordei mixto. In cuius remedii locum, ſequens etiam puluis pari facultate præditus, ſuccedere poteſt.

℞. colomb. ℥ iij. myrrhæ, aloes. maſtiches, ſanguinis Dracon. an. ʒ j. croci ℈ ß. ſarcocollæ an. ℥ ß. miſceantur, & fiat puluis ſubtilis. Expurgandæ vero ſaniei ergo, quæ collecta craſſam meningem, craniumque interiacet, penicillum ex quadruplicato, aut quintuplicato tenui linteo intortum, ſyrupo roſaceo aut abſynthii, & pauca aqua vitæ inſuccatum, intus demerges, inſeresque: ſic enim & craſſam meningem deprimes, ne ad cranii oras à recenti adhuc terebratione aculeatis oſſiculorum ſpinis horrentes cerebri ſolita & natiua pulſatione impulſu, offendat, & liberiorem exitum allectis materiebus aperies. Quoties

Ad laniatam meningem remedia.

C vero ægrum curabis, toties commemoratum penicillum renouabis, quoad vniuerſa ſanies expurgata fuerit. Toties ſubſcripto inſtrumento craſſam meningem, quæ dilaniata intumuit, ſeq; ſurſum extulit, deprimes, imperabiſque ægro, vt contento ſpiritu, ore, naribuſque occluſis contentius expiret, vt ſic collectam ſaniem extundat promptius. Inſtrumentum illud, quo craſſa meninx deprimetur, extremo ſuo debet eſſe rotundum, latum, expolitum & leue, cuiuſmodi hic depictum eſt.

Decuſſorium, ad decutiendam & deprimendam craſſam meningem, quo liberior pateat collectæ ſub cranio ſaniei exitus.



D Craſſæ meningi commemorato puluere conſperſæ, imponetur ſpongia decocto ſiccante & roborante ex aromaticis & cephalicis imbuta atq; expreſſa, cuiuſmodi eſt, quod ſequitur.

℞. fol. ſalu. maiora. beton. roſar. rub. abſynth. myrtillorum, florum chamæl. melil. ſtœchad. vtriuſq; an. m. iij. ß. rad. cyperi, calam. aromat. ireos, caryophyllatæ, angelicæ an. ℥ ß. bulliant omnia ſecundum artem cum aqua fabrorum & vino rubro, fiat decoctio ad vſum dictum: Huius loco imbui poterit ſpongia vino fuluo cum aquæ vitæ parte aliqua, vt ſic contentæ materiæ foras euocentur & exiccentur. Erit ad eam rem magis idonea ſpongia, quam linteum aut quiduis aliud ſimile: tum quia ex ſeſe ad exhauriẽdos humores valet, tum quia mollitie propria pulſanti cerebro cedit. Toti vero dehinc vulneri & vicinis partibus apponetur emplaſtrum diachalciteos, cum aceto vel vino & roſa liquefactum, vt minus caloris habeat, pluſquam mollitiei. Nam Hipp. ſententia nihil paulo grauius vel durius vulneribus capitis eſt imponendum, nec vlla id validiore, preſſiore, arctiore ve ligatura ſtringendum doloris & inflammationis metu. Refert enim Galenus ex authoritate Mantiæ, cuidam ex inflammatione & abſceſſu aborto procidiſſe oculos, quod ipſius capiti & faciei Pharmacopola validius adſtringentem faſciam adhibuiſſet: nam talis tamq; arcta deligatura comprimebat ſuturas, adeo vt fuliginoſi vapores, quibus per eas & cranii poros exitus eſſe ſolet, exitu prohiberentur: præterea arteriarum pulſandi libertas intercipiebatur: quibus ex cauſis eo incre-

Spongia ad fouendum cõmoditas.

Lib. de Vul. capitis.

Lib. de faſciis.

Arctioris capitis deligatura incommoda.

E menti dolor atque inflammatio venere, vt oculi rimis diffinderentur, & creparent, atque ex ſua orbita exciderent.

Quare iure mediocrem deligaturam laudat Hipp. iure item iubet mollia vt ſint emplaſtra, quæ capiti imponuntur, itemque ſplenia ex molli & tenui linteo, vel ex goſſipio, aut ſtuppis, aut lana. Curatus æger, ſiquidem multum ſaniei per vulnus remittat, iubendum, vt in ipſum vulnus, ſi fieri poſſit, cubet, atque ex interuallis ore, naribuſq; obſeratis expiret contentius, quo ſic ſublato, & ſurſum tumefacto cerebro, ſanies excernatur promptius: alias permittendum, vt eum ſibi ſitum in lecto deligat,

Splenia qualia eſſe debeant.

 qui

Aegri decubitus.

qui gratior erit & minus molestus. [illegible]undetur vero in crassam meningem vtiliter oleum de terebinthina, cum aquæ vitæ aloes atque croci tenuissime puluerat orum tantillo, ad saniem detergendam & exhauriendam. Vel,

℞. mellis rosar. ℥ ij. far. hord. pulu. aloës, mastich. & ireos florentia, an. ʒ ß. aquæ vitæ parum, incorporentur simul. Fiat detersorium medicamentum ad vsum [illegible].

Paulus lib. 6 cap. 90.

Aliquando etiam à terebratione crassa meninx inflammatur, atque ex phlegmone [illegible], per foramen excisum exilit, & supra cranium [illegible] symptomata. Ergo vt morti, cuius [illegible], [illegible] amplificandum est forcipibus nostris excisoriis, vt materiæ sub cranio contentæ, qua tantum mole intumescit membrana, expuent, effunduntur que liberius: tum ex Medici præcepto [illegible] detractione, [illegible] purgatione & diæta tenui [illegible] inflammatio [illegible] remediis appositis oppugnanda erit, vt sunt sequentia. *℞ sem. li. alth. [illegible] an. ℥ j. [illegible] ex qua fiat fotus.* Instillanda erunt [illegible] anodyna remedia [illegible], quo sedatur tumor, [illegible]. Quibus remediis omnibus si tumor non [illegible], [illegible] crassa meninx [illegible]. Hoc [illegible] Chirurgi, hoc nos [illegible]. [illegible] enim in morbis [illegible] anceps remedium experiri, [illegible] non raro etiam contingit, vt [illegible] contusionis & ictus vehementia, seu sanguinis [illegible] & thrombo, seu [illegible] remediorum meningis [illegible] aut etiam propter substantiæ putredinem, [illegible] crassa meninx [illegible]. Cuius [illegible] magna & diligens [illegible] habenda est. Ergo [illegible] vehementia impressam, [illegible] fundendum erit oleum de vitellis ouorum [illegible], atque radicis [illegible] puluerisatorum [illegible] aqua & vino decoctis, applicabitur & ceratum de [illegible]. Quod si à sanguine concreto malum est, id erit sequenti remedio oppugnandum.

Crassæ meningis inflammatæ remedium.

Ratio aperienda crassæ meningis quando [illegible] fecerit.

Contusæ & denigratæ meningis crassæ causa & remedia.

Ad sanguinis grumos remedium.

℞. aquæ vitæ ℥ ij. [illegible] ℥ j ß. [illegible] ℥ j. mellis rosar. ℥ j ß. sarcocol. ℥ iij. [illegible] in [illegible] fuerit [illegible]. Si ab ictus contactu malum [illegible], [illegible] remedio profligatum.

℞. terebinth. [illegible] ℥ iij. mellis ros. ℥ ij. vitell. [illegible] far. hord. ʒ [illegible] sarcocol. ʒ ij. aquæ vitæ ℥ ij. [illegible] simul, [illegible] paululum. [illegible] applicetur, [illegible] sublata fuerit, & [illegible] meningis color [illegible]. At si ad malignam [illegible] remedio rum [illegible] vexerit, [illegible] erit defendendum & oppugnandum. [illegible] ab [illegible] & oleaginosorum [illegible], [illegible] & cephalicorum [illegible] & mortus, [illegible] contrario [illegible] & humida & [illegible], [illegible] quidem genitus & [illegible], hæc vero [illegible] calore. Cum vero à putredine eiusmodi labes venit, Ioannes de Vigo [illegible].

Quæ medicamenta in gangrena crassæ meningis inferant.

℞. [illegible] vitæ ℥ iij. mellis rosat. ℥ ß. Misce. Quod si [illegible] remedio contumacius malum contingit, [illegible].

Ad [illegible] meningis putredinem remedium.

℞. [illegible] vitæ ℥ [illegible] vulner. mercur ℥ ij. vnica ebullitione [illegible] ant simul ad vsum dictum. Vel *℞. aquæ vitæ ℥ j. ß. [illegible] ℥ ij. vnguenti ægyptiac. ℥ ij. ß. sarcocol. myrrh. aloes an. ℥ j. vini albi [illegible] ad vsum dictum.* Quod si putredinis [illegible] contumax sit, [illegible] ægyptiaco [illegible] aqua plantaginis [illegible] loco composi [illegible] appolito, [illegible], vel cum aluminis puluere mixto. Nec vero in [illegible] crassæ meningis [illegible] morbo verendæ sunt talia remedia: nam Galeni sententia, crassa meninx [illegible], vehementioris, & valde siccantibus post forationes, si maxime non occupetur phlegmone, [illegible] causis: Prior, quod dura & sicca corpora, qualia sunt membranæ, non facile nisi à vehementioribus afficiuntur: altera quod præcipua [illegible] & prima Medici [illegible] debet, [illegible] similibus conseruet & restituat. Quod si [illegible] meatus [illegible] ad cerebri duram membranam pertinens, sed etiam neruum [illegible], [illegible] vehementissima tolleret medicamenta, etsi ita in vicino positus sit; certe longe facilius & sine noxa [illegible] crassa meninx. Quod si his artibus putredo non coërceatur [illegible] crassa meninx supra cranium [illegible] ma[illegible], [illegible] oculi, prominentes & [illegible] cum iactatione, & [illegible], [illegible] tot & tanta mala [illegible] mortem esse in propinquo, tum propter partis nobilis corruptelam & [illegible], tum caloris natiui extinctionem.

Cur vero facile tolerent [illegible] crassa meninx.

Morbi a crassa meninge inflammata signa.

De perculsi, seu concussi, & commoti cerebri curatione. CAP. XXII.

COmmotionis cerebri, quam cerebri percussionem esse diximus sine vulnere in cute musculis, & fractura in osse, cum signa causasque ante perfecte [illegible], nunc tempestiuum est, eiusdem curationem [illegible]. [illegible] causa [illegible] sub cranio [illegible] vasis [illegible] est, statim detrahere sanguinem [illegible] cephalica [illegible]. Detrahetur autem liberaliter sanguis pro ægri viribus, tum præsentis morbi ratione, tum eius, qui imminet, & [illegible], aduocato in consilium Medico. Hinc deraso pilo, cataplasma [illegible], oleo rosaceo & oxymelite, aliisve similibus repellentibus frigidis & humidis toti cranio erit imponendum, & sæpius re-

Quid cerebri commotio.

Cur Galenum adhibere [illegible].

nouan-

A nouandum. Sicca vero & validius adſtringentia vitanda ſunt, qualia ſunt vnguentum de bolo & ſimilia. obſtruunt enim vehementius, fuliginemque tranſitu & exitu, tum per ſuturas, tum per cæca cranii ſpiracula, prohibent. Quare non modo non inflammationem arcent, ſed & abſentem accerſunt, aut præſentem augent. Clyſtere ſollicitanda erit aluus, & à capite vapores acres reuocandi: quam etiam in rem vtile erit frictiones ſuperne deorſum inſtituere, vincula extremis artubus iniicere, cucurbitulas magnas cũ magna flamma ſcapulis & [illegible] medullæ affigere, quo maior ſit ſanguinis ſurſum ad cerebrũ impetu ruentis, phlegmonemque illaturi reuulſio. Die ſequenti venam puppis, quæ ſupra lamboidem ſuturam ſita eſt [illegible], quæ illi eſt cum cerebri [illegible], communionem aperire vtile erit, obturatiſque ore & naribus, [illegible] magna contentione [illegible]. Sic enim intumeſcant membranæ, ſanguisque inter ipſas & [illegible] collectus effunditur, at non ille, qui cerebro membraniſque includitur: cuius ſi maior fuerit [illegible], prope deſperata res eſt, niſi natura viribus validioribus fulta, eum in pus verſum expurgato [illegible]. Sed & [illegible] poſt diebus vena frontis aperiri poteſt, arteriæ temporum & venæ ſub lingua [illegible], [illegible] foras eliciꝰ poſſit. Interim diæta tenuis ægro imperanda eſt, & vin[illegible] vſque ad quartum & decimum diem, quod ad id vſque tem-

B pus ſæua ſymptomata [illegible] vigere ſolent. Repellentia vero vſurpanda ſunt ad vſque quartum exactum diem. hinc ad [illegible] venienda [illegible] à mitioribus ducto, quale eſt ſequens decoctum.

℞. rad. alth. ℥ j [illegible] ℥ j. fol. [illegible] rof. rubr. ſtœchad. an. m. ß. ſal. comm. ℨ iij bulliant, omnia ſimul ſecundum artem cum vino rub. & aqua fabrorum, fiat decoctio. qua foueatur caput bis in die cum ſpongia. Sed [illegible] hæc ſunt, vide ne eiuſmodi [illegible] vel re alia ſimili caput vehementius incaleſcat, metu doloris & inflammationis. Hinc applicabis ceratum de Vigo, cui vis ineſt digerendi, [illegible] & [illegible], qui ſub cranio ſunt, euocandi, ac vi aromatica cerebri roborandi: eius eſt deſcriptio huiuſmodi.

℞. [illegible] ℨ iij ſandali [illegible] myrtill. [illegible] an. ℨ j. calã aromat. ℨ j ℨ ſabamedul. [illegible] expreſſi ℨ vj. ol. [illegible] an. ℨ iij ceræ albæ ℨ j [illegible] mastich. an. ℨ iij. myrrh. ℨ ij. in puluerem [illegible], omnia miſceantur ſimul, & fiat mixtura, quæ erit inter formam [illegible] & cerati. Huius vires [illegible] magno ſuo commodo expertum Ducis Vrbini nobilem quendam refert Vigonius. Is ex [illegible] capite prono deciderat, iacuerat mortuo ſimilis, ſanguis ipſi naribus, ore & auribus eruperat, caput facieſque tota intumuerant colore liuido

C ſuffuſa, mutus viginti totos dies manſerat, nullo cibo ſumpto: niſi gelatina eliquata, & pullorum, caponumque [illegible] cum ſaccharo, conualuit tamen, quanquam memoria captus & balbus in reliquum vitæ tempus manſit. In quo [illegible] Hippocratis aphoriſmus: *Quibuſcunque quacunque ex cauſa cerebrum concuſſum eſt, hos [illegible] mutos fieri*, uno etiam, vt notat Galenus *in commentario*, motum, ſenſumque amittere. non eſt [illegible] virtutis, ſed multum prædicandæ & admirandæ, ceratum illud, abſceſſum, qui ex illo lapſu cerebro imminebat, prohibuiſſe. Permulti tamen exſtant pertinaci ingenio homines, pertinaciter hoc negantes, in cerebri ſubſtantia abſceſſum non poſſe, erroremque hunc alio errore cumulantes, negant [illegible] cerebri portione diſſecta poſſe conualeſcere aut reſurgere: ſed rationum, quibus nituntur, veritatem veterum ſcriptorum authoritas & experientia abunde refellunt. Nam quod ad primum attinet, Hippocrates, *capite dolenti [illegible] per nares, os, aut aures morbum ſoluit.* G[illegible] vero Rhaſes, & Auicenna [illegible] cerebro genita ſeſe per nares, os & aures [illegible]. Auditum habeo ex Prothario Colono [illegible] Chirurgo, [illegible] Cœnomanorum oppido adoleſcentem quendam, qui [illegible] ſtudiorum noſtræ operam [illegible] aliquando ludibun-

D dus e [illegible] ſublatus, in caput ſuper ſilicem pronus deuolutus, [illegible] & mente captus eſt, ſuppreſſa ſimul penitus aluo. Mox igitur febre & delirio, [illegible] cum minime terebratus fuiſſet, quod nulla in cranio fracturæ ſpecies appareret, die ſeptimo oborto ingenti ſudore cum frequenti [illegible], [illegible] magna [illegible] & puris, per aures, os, & nares eff[illegible], [illegible] ſanitati reſtitutus. Quod vero ad ſecundum ſpectat, aſſerit Guido, [illegible] in Simone Ionæ, qui ex inſigni cerebri vulnere, haud tamen ad aliquem eius ventriculorum penetrante conualuerit. Narrat vero Guido à Cauliaco, viſum [illegible], qui ſuperſtes vixerit, cum ex vulnere in poſteriore capitis parte illato, magna cerebri portio excidiſſet.

Anno Domini 1538. dum ego Polemarchi Montei-ani Chirurgus Taurini eſſem, quendam ex Prætextatis eius [illegible], cum diſco ludentem ictum lapide fuerat vulnus in dextro bregmate cũ fractura [illegible] tanta, vt per eam, cerebri ſubſtantia [illegible] nucis auellanæ craſſitie exiliret. Quo animaduerſo ſtatim pronuntiaui vulnus eſſe lethale: obtrectabat huic meæ opinioni, qui tum aderat Medicus, aſſerens eiuſmodi ſubſtantiam haud cerebri eſſe portionem, ſed adipoſum quoddam

E corpuſculum. At ego [illegible] pertinaciam ratione & experientia adſtante multorum nobilium corona conuici: ratione quidem, quod ſub cranio adeps gigni nequeat. nam etſi conceptæ illic partes frigidæ ſint, tamen quia ſpirituum animalium calidiſſimorum & præteneuium copia, quia vaporum è toto corpore confluentium calore feruent, adipem circum ſe concreſcere non patiuntur. Experientia vero, quod per cadauerum diſſectiones nunquam eo loci animaduerſus eſſet adeps: iam vero adeps, aquæ eminet & innatat: hæc vero ſubſtantia, vtpote medulloſa, in aquam iniecta fundum ſtatim merſa petiuit. Denique adeps igni admotus funditur & liquitur, at hæc candenti laminæ impoſita ſubſtantia, reſiccabatur quidem & mareſcebat, contrahebaturque in ſeſe lori inſtar, quod omni

 medullæ

Sectio venæ puppis.

Fotus capitis diſcutiens.

Cauteꝛa in fouendo capite.

Deſcriptio Vnguenti de Vigo.

Hiſtoria.

58 ſect. 7.

Quod in cerebro abſceſſus fieri poſſit.

Aph. 10. ſect. 6.

Li. de mag. intemp. cap. 4 cõ tuent. cap. de exit. ſen. 3 lib. 4. cap. 10.

Hiſtoria.

Li. 8. de Vſu part. & comm. ad aph. 18 ſect. 6.

Cur ſub cranio adeps gigni nequeat.

Signa adipoſæ ſubſtantiæ.

medullæ familiare eſt, minime vero liquabatur. Ex quo omnium, qui aderant, clara voce intellectum A
eſt, quam verum eſſet meum de illa ſubſtantia, quæ cranio eminebat, iudicium. Reſectâ tamen ea, cõualuit nobilis adoleſcens, cætera ſanus, niſi quod in vitæ reliquum ſtadus manſit.

De Vulneribus faciei. CAP. XXIII.

Cur de faciei vulneribus particulatim tractatum inſtitutum.

EXpoſitis capitis vulneribus per ſuas cauſas, ſigna, & curationem ſequitur, vt de faciei vulneribus dicamus, vel eo ſaltem nomine, quod negligentius tractata, cicatrices fœdas in parte corporis ſpecioſiſſima & ſpectatiſſima relinquunt. Cauſæ eædem, quæ in cranium incidere poſſunt, externæ ſcilicet. Ad ſpecies vero & vulnerum differentias hæc adiungenda eſt, quod ſuperſtite vita, faciei pars vna aliqua integra, vt auricula, oculus, naſus, labrum vulnere tolli & amputari poteſt, capitis autem ſeu cranii minime. ergo à ſuperciliorum vulneribus ducto initio, reliquarum faciei partium vulnera ordine perſequemur. In vulneratis ſuperciliis id maxime notandum venit, quod ipſa per tranſuerſum ſic ſæpe ceduntur, vt qui illa mouent, ſurriguntque muſculi, & panniculus carnoſus penitus ſecti ſint & laniati.

Notandus caſus in ſuperciliis vulneratis.

Quo in caſu palpebræ ſurrigi nequeunt, & oculi recti, palpebrarumque tanquam vagina clauſi, manent: ſic vt etiam poſt vulneris agglutinationem ſi aciem in rem aliquam intendere velit æger, cogitur manu palpebram erigere: quo infortunio multos laborantes a me viſos fuiſſe. ſæpe tamen id non tam vulneris inflicti vehementia, quam Chirurgi, a quo curati fuerant, imperitia, nempe diplomatum linteorum appoſitione neglecta, inepta faſcia, & ineptiore ſutura. Hoc in caſu tantum cutis & panniculi carnoſi penitus, qui ſuperuenerit, Chirurgus, amputabit, quantum ſatis eſt palpebris, quo ipſæ iuſta contentione ſuo ſe rigore ſurſum erigere & continere queant citra manus ſubſidium. Hinc pellionum ſutura vulnus, vt decet, conficiet. ſupra vero balſamum a me deſcriptum affundet, vicinis vero partibus tale medicamentum.

Caſus illius remedium.

℞ *olei roſar.* ℥ ß *albumina ouor. nu. ij. boli armen ſanguinis Draconis, maſt. an.* ʒ j *agitentur ſimul, fiat medicamentum.* hinc decenti vinculo pars conſtringatur. Hic poſtea in vſum veniet emplaſtrum de gratia Dei, de betonica, diachalciteos, vel ſimile aliud, vſquequo cicatrice obductum fuerit vulnus. Cæterum eiuſmodi & alia omnia faciei vulnera facile ſanantur, niſi vel vna aduenerint maligna ſymptomata, vel ægri corpus valde cacochymum extiterit.

Lagophthalmia procidentiæ palpebrarum affectio contraria.


Illi caſui alius plane contrarius in ſuperciliorum vulneribus, aliquando contingit: cum nempe palpebra ſurſum ſurrecta perſtat ſic vt oculis apertis dormire cogantur ægri, ex quo Lagophthalmi Græcis dicuntur. Affectus illius cauſa ſæpe interna eſt, vt carbunculus, aliudve abſceſſus genus, ſæpe externa, vt ictus. Curabitur, ſanabiturque falcata ſeu ſemicirculi in modum ſupra palpebras facta inciſione, ita vt ſemicirculi extrema vergant deorſum, vt quantum neceſſe eſt, rigori palpebræ corrigendo, tantum deprimatur adiungaturque. Cæterum haud ferro violanda cartilago: ſic enim deſperata eſſet ſurrectio: reliquum curationis, vt decet, perficietur. C

De vulneribus oculorum. CAP. XXIV.

OCulorum vulnera fiunt rerum pungentium, incidentium, contundentium, vel vnitatem alioqui ſoluentium, violento incurſu. Semper vero pro cauſarum & differentiarum varietate varie curatio eſt inſtituenda. Primum caput curationis eſt, vt ſi quid peregrinum, heterogeneumque in oculos inciderit, id quam primum auellatur, ſpatulæ extremo inuerſa & reſupinata palpebra. Quod ſi Medici aſpectum fugiat peregrinum id corpuſculum, tria, quatuorve Ocimini grana erunt in dolentem oculum immittenda. Ocimino enim purgandorum oculorum & eliminandorum ab ipſis tenuium eiuſmodi corpuſculorum, vis ineſſe creditur, quæ modo non altius defixa ſint, & contumacius ad membranas adhærentia. Nam in hoc caſu, infra deſcripto inſtrumento erit vtendum, hoc enim palpebris ſuppoſito, & ipſi oculo applicito palpebras longius à ſe inuicem abducimus, oculumque molliter compreſſum immotum eſſe cogimus, quo ſic Volſellis corpus extraneum liceat auellere: inſtrumenti eiuſmodi hic eſt Typus. D

Ocimini vis in purgandis oculis, & eliminandis peregrinis corpuſculis.

Deformatio ſpeculi oculi dilatandis, & ſeorſim longius abducendis palpebris, oculoq; immoto continendo idonei, id ea arte contextum eſt, vt dilatari & contrahi, pro magnitudine oculorum poſſit.



E

Repercutiens in oculum inſtillandum. Varia repercutientia oculo apponenda.

Peregrinis omnibus auulſis corpuſculis id in oculum immittetur medicamentum. ℞ *germina ouinum. xij. agitentur in mortario plumbeo cum tantillo aqua roſacea, immittentur in oculum:* at ſupra oculum, parteſque vicinas id ponatur repercutiens ℞ *album. ouor. num. iij. pulueris aluminis rocha combuſti* ʒ ij. *ſanguinis Draconis* ʒ j *aqua roſ. & plant. an.* ℥ ij. *agitentur ſimul. fiat repercuſiuum,* cuius vſus erit frequens. Vel caſeum

A ſeum recenter glaciatum, cremore diligenter caſtratum cum aquæ roſaceæ oui albuminis, & acaciæ quod ſatis eſt appone. Quod ſequitur, fluentem humorem validius ſiſtit. *℞ gum. arab. & tragac. an. ℥ ij. pſilli cydon. ſemi. portul. plant. ſumach. an. ʒ ij. fiat mucag. cum aqua plantag. ſolan. & roſar. concinetur collyrium*, de quo inſtillare licebit cum intra, tum circum oculum. Notandum vero, eiuſmodi remedia omnia tepida eſſe applicanda, tum vt calore moderato penetrent facilius, tum quod omnia actu frigida oculis & viſui ſint inimica, quia viſiuos ſpiritus incraſſando viſum hebetant. Itaq; multos noui, qui actu frigidorũ oculis admotorum vſu crebriore in hebetudinem inciderunt, non paucos contra ipſe vidi, qui acu vel ſtylo oculi quamlibet partem, modo ne pupillam, ſic compuncti, vt multum humoris aquei efflueret: eiuſmodi remediorum vſu opportuno conualuerunt. Dolorem vero lenit & deterget lac mulieris virginem lactantis, id enim frigidius creditur, in oculos è mamma expreſſum: in quam etiam rem conferet ſanguis turturum, columborum, aut pullorum inciſa, quæ ſub alis eſt, vena in oculum inſtillatus: dolorem etiã ſedat, inflammationemq, & fluxionẽ arcet ſequens cataplaſma, oculo viciniſq; partib. admotũ.

Frigida actu oculis inimica.

Anodyna ocularia.

℞. carnis pomorum ſub cinere calido decoctorum ℥ v. vitellos ouorum num. iij caſſiæ fiſtul. recenter extractæ ℥ ß. mucaginis pſillii. althe. & cydon. an. ℥ j. farin. hordei purum, incorporentur omnia ſimul, fiat cataplaſma. Sedando

B præterea dolori conferent pulmones veruecini in lacte elixi, & calide appoſiti, ſubindeque, vbi refrixerint, renouati. Quod ſi ardor doloriq; vehementior talia remedia aſpernentur, ac vehementiora poſtulent, folio hyoſc. m. j. ſub cineribus coquatur, atq; in mortario cum mucagine ſeminis pſilii & cydoniorum, extracta in aquis ſolani & plantaginis, piſtetur id remedium linteo inuolutum oculis & temporibus imponatur. In eundem vſum ſumuntur mucagines pſilli & cydoniorum, extractę in decocto papaueris, & cum pauco opio & aqua roſacea miſcentur.

Narcotica ocularia.

Cum vero detergentibus & ſarcoticis erit opus. *℞. ſyrup. roſar. ſuccar. ℥ j. aquar. fœnic. & rutæ an. ʒ ij. aloes lota, olibani an. ʒ ß. miſce ad vſum dictum.* Fella raiæ, leporis & perdicis in aqua euphraſiæ & fœniculi diſſoluta detergendis eiuſmodi vulneribus ſunt idonea: vt & quod ſequitur collyrium; *℞. aqua hordei ℥ j. mellis deſpumati ʒ iij. aloes ter lota in aqua plantaginis & ſacchari cand. ʒ j. fiat collyrium.* Sed & quod ſequitur valde ſarcoticum eſt.

Detergentia.

℞. mucag. gummi olibani, arabici, tragacanth. & ſarcocol. in aqua hordei extract. an. ʒ iij. aloes ter lota in aqua roſarum ʒ j. ceruſ. vſta & abluta, tuthi. præparat. an. ʒ ß. fiat collyrium. Cæterum hic notandum venit, vulneris vel ſimilis alterius iniuriæ occaſione. Adnatam tunicam ſæpe adeo intumeſcere, humorumq; de-

Sarcoticum oculare.

C curſu, & flatuum incurſu ac permixtione adeo turgere, vt totam pupillam contegat, foraſq; è palpebris promineat, ſuccreſcentis præter naturam carnis inſtar, & colorem natiuum amittat, multumq; rubeat, nec claudi, nec diduci oculus queat. Qua ſpecie deceptus aliquando iunior quidam Chirurgus, parabat hanc Adnatæ protuberantiam, tanquam ſuperfluam quandam carnem amputare, & cathæreticis puluiſculis conſumere, niſi ego prænuntiato cæcitatis inde ægro imprudentis certo periculo prohibuiſſem. Itaque præſcripſi fotum ex decoctis in lacte, chamemelo, meliloto, roſis, abſynthio, ruta, fœniculo, aniſo: radice ireos & calendulæ, mox ſequentem fotum validiorem & ſiccandi vi maiore præditum ſubieci.

Digerentes & deſiccantes fotus.

℞. nucis cupreſſi, gallar. balauſt. an. ℥ j. plantag. abſynth. hippuris, flor. chamemel. roſar. rubr. an. m. ß. bulliant ſimul cum aqua fabrorum, & fiat decoctum pro fotu cum ſpongia. Sed & cataplaſma imponi poteſt ex farina hordei, fabarum, pulueris maſtic. myrrh. aloes & deſcripto nuper decocto. Ad declinationem properante tumore ſequentem liquorem in oculum inſtillari, cui maxima vis ineſt adſtringendi, deſiccandi & roborandi. Ouum recenter excluſum ad prunas induretur, ſtatimque teſtacea concha ſpolietur, vitellus detrahatur, inque eius locum vitrioli romani puluerisati ſcrupulus vnus ſubſtituatur, totum id

Aqua vitrioli.

D linteo inuolutum exprimatur, liquor mundo vaſculo excipiatur, atque cum aqua fabrorum ſumach & roſæ rubeæ incoxerint, in oculum per aliquot dies inſtilletur. Huius remedii vim certam ſum expertus: quod ſi tamen hyperſarcoſis in Adnata tunica reuera fiat, ſequenti puluere conſumi poterit. *℞. oſſis ſepiæ & teſtæ oui calcinatæ an. ʒ j. fiat puluis ſubtilis.* Vtilis etiam in eam rem vſus eſſe poteſt vitrioli calcinati & aluminis vſti, aliorumque ſimilium. Caute tamen eiuſmodi omnibus eſt vtendum, ſemperque repercutientibus circa oculum admotis, ne quid inde mali contingat. Nam non raro tanto impetu humorum acrium in oculum ruit influxus, vt inde diſrumpatur, erepatq; cornea tunica, ex quo oculi humorum ſequitur effuſio. Aduertendum etiam, quod in morbis oculorum ſemper ægri caput altius eſt excitandum, ac non modo dolens, ſed & ſanus oculus claudendus, quia parti dolenti quies eſt ſemper neceſſaria. At oculus vnus altero immoto moueri nequit, propter eam, quæ iplis ineſt per neruos opticos & motorios, vtramque meningem, pericranium, venas, & arterias, connexionẽ: quæ cauſa exiſtit, cur patienti vni, alteri condoleat. Quod ſi omnibus illis ſuprascriptis remediis fluxioni ſiſtendæ idoneis nihil profecerimus, reſtat, vt pyrotico ſeu ignito ferro ceruices inuramus, & ſetone tranſuerberemus, eſt enim ſingulare inueteratarum in oculos fluxionum remedium. Quotidiana namque experientia

Ad hyperſarcoſis conſumptionem citra morſum.

Seto remedium ad inueteratam in oculos fluxionem.

E ſcimus, permultis, quibus ex aſſidua & multa defluxione viſus hebes caligabat, adeo vt iam fere cæcutirent, priſtino ſplendori & acumini oculos, ac videndi aciem reſtitui paulatim, vbi primum ab vlcere, cauterio appreſſo, pus manare cœperit. Cuius rei patuit veritas in Paulo Aurario Fabio Italo, qui ad Auguſtinianum ſodalitium habitabat. Is enim, multis multorũ & Medicorum & Chirurgorum fruſtra vſurpatis remediis, cũ fere conclamatæ eſſet viſionis, appreſſo, me conſultore, pyrotico, ſenſim pro puris manantis ratione, acutius cernere cœpit, donec tandẽ acutiſſime cerneret. Tum igitur, etſi ſemper pure vlcus manaret, ſetonis, quam annum integrum circumtulerat, pertæſus ipſum detraxit atque vlcus cicatrice ſibi obduci voluit: verum illo fluxionis ſublato diuerticulo, cum humor in oculos iterum ſe inferret, ac iam cæcitatis periculũ immineret, me vocato vlcus cauterio aperiri, & ſetonem denuo immitti

Hiſtoria.


ſibi

Seto remedium ad epilepſiam. Ratio ſetonis inducendi.

ſibi curauit. Ex quo priſtinæ oculorum & viſionis integritati reſtitutus, etiam nunc ſetonem illum circumfert. Sed & alias hoc remedij genere Hollerii Medici vndequaq. doctiſſimi decreto, adoleſcentem quendam viginti annos natum morbo caduco, cuius inſultibus ante crebro prehendebatur, liberaui, deriuatis, vt credere par eſt, illa arte ichoribus mali fomitibus. Quare cum ſetonis tanta ſit vtilitas, viſum eſt, eius inducendi rationem hoc loco in tyronum gratiam ſcripto & figura ſubijcere. Ægro vt ſcabello inſideat, & caput deorſum ita inclinet imperandum, vt cutis panniculuſque carnoſus laxentur: hinc cutem digitis ſeorſum à muſculis & ſurſum abducere, eiuſque quam plurimum fieri poteſt, tenaculis comprehendere conuenit, intactis ceruicis muſculis, conuulſionis, & aliorum ſymptomatū metu: cum per forcipum foramina, quæ in ipſarum medio peruia eſſe debent, ignitū ferrum Chirurgus tranſadiget, comprehenſam ipſis cutem arctius conſtringet: quo ſic vna conſtrictis neruis, pruritus doloriſicus ſenſus minus ad partem perueniat, vulnus in longum & non in tranſuerſum infligi & inuri debet, vt ea arte, per fibrarum rectitudinem, materiæ vacuentur promptius. Ignitum vero ferrum, quo facilius & citius penetret, extremo acutum & triangulare vel quadrangulare effingendum eſt. Hinc forcipibus immotis eadem illa igniti ferri via, acum, quæ bombacinum filum triplicatum vel quadruplicatum, atque oui albumine & roſas: imbutum, trahat, immittere oportebit: denique diplomatis eodem medicamento imbutis & impoſitis, pars conuenienti vinculo eſt deliganda. Sequenti die irrigabuntur ceruices oleo roſaceo, atque ad aliquot dies diplomata, quo diximus medicamento imbuta, apponentur. Setonem vero digeſtiuo, quod vocant, ex oui vitello & roſas compoſito imbuere conueniet, quouſque vlcus multo pure manat: tum vero bombacinus ille funiculus ſequenti remedio erit oblinendus. ℞ *terebinthinæ ven.* ℥ *iij. ſyrupi roſati & abſinthini an.* ℥ *ß. pulueris ireos, diacrydii, agarici, trochiſcati & rheian.* ʒ *ß. incorporentur omnia ſimul & fiat medicamentum,* quo tamdiu vtendum erit, quamdiu vlcus apertum tenere animus fuerit. Illi enim euocandorum ex alto humorum & ſine morſu extergendorum vis ineſt. A

Fibrarum rectitudo quantum valeat ad vacuationem. B

Forcipum ſeu Tenaculorum igniti ferri & acus bombacinum funiculum trahentis deformatio.



C

De Genarum vulneribus. CAP. XXV.

Vſus ſuturæ ſiccæ.

CVm vulnus genis inflictum ſutura egere videbitur, ſiccam illam, vt loquuntur, eſſe oportet, ne cicatrices deformes relinquantur: multis enim vt mulierculis, quibus formoſitas valde cordi eſt, ea deformitas grauiſſima eſſe ſolet. Ergo recentis telæ, cuius mediocris ſit conſiſtentia, fruſta duo debitæ magnitudinis ſequenti medicamento oblines. ℞ *puluerum maſtich. ſanguinis draconis, thuris, farinæ volatilis, tragacanthæ contuſæ, gypſi, picis, ſarcocollæ an.* ʒ *ij. picis nigræ* ʒ *j. ß albumina ouorum, quæ ſufficiant, fiat medicamentum,* quo oblita telę fruſta hinc inde ad vulneris latera, digitum latum diſſita, applicabis, illique, quoad inaruerint, carni firmiter affixa eſſe ſines: Tum ipſorum extrema violenta, & quæ acu contracta ſit ſutura, ſic ſibi admouebis, vt vna ipſis adhærentes tenaciter carnes ſequentur, & mutuo ſibi adiungantur, quemadmodum depicta hic intuemur imagine. Hac arte, tum prætereaidoneis medicamentis, diplomatis, vinculis, vulnus agglutinabitur. Cæterum vincula, faſciæque omnes quæ eius rei gratia parabuntur, ex pileolo nocturno, quo æger opertum caput habebit, reuincta eſſe debebunt. D

Modus ſuturæ ſiccæ.


E

Quanquam

A



B



C Quanquam cum vulnus magnum eſt & profundum, multumq; a ſe diſtant vulneris labra, huiuſmodi ſuturæ ſiccæ nullus vſus eſſe poteſt. Quare vtendum eſt acubus quadrangularibus, vel triangularibus, quo in carnem promptius ſubeant & facilius, ceratum filum ducentibus, hiſque vulneris labra tranſuerberare, & acum in vulnere relinquere oportet, atque per illius duo extrema filum ſequens hinc inde ſurſum deorſumque, quinquies vel decies obducere, eo plane modo, quo mulierculæ ſolent, cum acum, quæ filum ducit, ad manicæ brachiale, vel ſutores ad pileum adnectunt, ne excidat: Sic impacta acus relinquenda erit, quoad vulnus perfecte agglutinatum fuerit: hoc ſuturæ genus locum habet in labiorum vulneribus. Tum etiam in labiis leporinis: ita enim vocant noſtrates, labra, a prima in vtero conformatione vitio formatricis facultatis fiſſa. Cæterum nullum agglutinationis fructum factura eſt eiuſmodi ſutura, ſi quid carnis inter vulneris labra interiacuerit. Quare quicquid eius intererit, excidendum eſt, alias vnio non eſt ſperabilis. Alia ſuturæ genera in harum partium vulneribus haud magnopere proſunt, nam propter mandendi & loquendi neceſſitatem, in perpetuo ſunt motu, quare filum carnem reſcinderet: quo etiam nomine eiuſmodi acubus, in nouiſſime deſcripto Suturæ genere, multum carnis eſt comprehendendum, vt ſubiecta figura docet.

Sutura labris leporinis idonea.

Eius modus.

Quid ſint labra leporina.

D *Suturarum labris leporinis idonearum figura, itemque deformatio acus, circum cuius extrema filum ſuperne & inferne obuoluitur.*



E



Hac arte Vaſco, cui prælio Laurentiano Gallis funeſto gena ſuperna enſe tranſuerſim inflicto ad os vſque reſciſſa fuerat, curatus eſt. Illi in vulnere magna vis vermium cum ingenti fœtore ſuccreuerat, quod

Hiſtoria.

Decoctum eluenda putredine aptũ.

quod niſi triduo poſt acceptum vulnus, opportunitatem Chirurgi nactus non erat. Quare decocto abſynthii, aloes, & pauco ægyptiaco illitam, tum vt excederent vermes, tum vt putrida omnis ſubſtantia inde elueretur, tumores fotu & cataplaſmate reſoluente discuſſi, vulneris labra ſutura nouiſſime detenta ſibi adiunxi. Toti vero parti ſequens medicamentum impoſui.

Curatio magni vulneris exiguũ foramen ſuperſtes.

℞. terebinth. venet. ℥ vj, gummi elemi. ℥ ij, [illegible] ſanguinis draconis, maſtiches, myrrhæ, aloes an. ʒ ß. incorporentur ſimul, fiat medicamentum. Intra paucos dies vulnus [illegible] agglutinatum eſt, niſi quod ad genæ inferioris cum ſuperiore commiſſuram [illegible] quod [illegible] tranſmittebat, quod vix aciculæ caput admitteret: ex quo [illegible] & tenuis humiditas, [illegible] loquenti vel mandenti, manabat. quod ego & iam multis diebus obſeruaui. Sed [illegible] humiditatis ergo, aquam fortem [illegible] in vlceris [illegible] inſtillaui, aliquotieſque vitrioli combuſti puluiſculum immiſi, hac cura Dei beneficio conualuit.

De naſi vulneribus. Cap. XXVI.

Quot modis naſi vnitas violatur.


MVltis modis naſus continui ſolutionem patitur, nempe vulnere, fractura, & contuſione. ac parte quidem ſuperna colliditur & frangitur [illegible] bacillo idoneo, ſtuppis, bombace, vel linteo [illegible] da. Hinc diplomatis, reſtringente medicamento ex [illegible] maſtiche, bolo armeno, ſanguine draconis, & vſto alumine compoſito imbutos, & [illegible] lateri apponas, reſtitutis oſſibus ſtabilitatem parare oportet, & conuenienter [illegible] dantur [illegible] Chirurgi [illegible]. Hinc tubuli in nares immittendi, non illi quidem ex toto rotundi, ſed quadam tenus [illegible] & depreſſi, [illegible] vtrimque ex nocturno periculo, ne excidant, retineri. Horum tubulorum beneficio oſſa naſi ſitu ſuo continebuntur, & exitus tamen inſpirationique & expirationi via patebit.

Fracti naſi curatio.

Tubulorum in fractis naribus vſus.

Quod ſi naſi [illegible] pars [illegible] fuerit, non eſt ſpectabilis reſtitutio. At ſi quadantenus [illegible] queant, ſuendæ erunt. [illegible] potest. at non [illegible], vt ſuperior, quæ [illegible] oſſea conſtat.

Tubulorum in nares immittendorum deformatio.



De Vulneribus linguæ. Cap. XXVII.

Quib. modis linguæ continuitas violatur.

LInguam ita vulneratur, vt vel reſcindatur penitus, & portione aliqua ſubſtantiæ ſuæ mutiletur, vel findatur tantum ſeu in longum, ſeu in tranſuerſum. Subſtantiæ iacturam reſarciri nequit, quia pars omnis, a corpore viuente, a quo vitam, ſpiritus, ſanguinemque ducebat, diſtracta & reſoluta, vitam tam amittit. Philoſophorum vero ſententia, *a priuatione ad habitum non eſt regreſsus.* At fiſſam longam aut latam ſeu tranſuerſam, facile ſutura reſtituitur, modo fiſſa pars ſuo corpori adhuc viuenti, [illegible] vitæ [illegible] & formam mutare queat. Ergo corpus linguæ, linteo molli & mundo, ne [illegible] elabitur, [illegible] teneat, interim dum Chirurgus inferne ſuperneque ad [illegible] conſuet vbi, quod ſatis eſt, ſuturæ [illegible] filum quam proxime nodum exſecabit, ne [illegible] dentium ſuperiorum inter mandendum [illegible] & [illegible] partium permeabilem [illegible] inſerat. Hordeatis interim amygdalatis, [illegible] & expreſsis iuſculis, ouorumque vitellis æger nutriendus erit: ore ſaccharum roſatum, [illegible] cydoniorum, verſabit ſæpius: talia enim præterquam quod nutriunt, detergentis medicamenti & agglutinantis vicem ſubeunt. Hæc ego de linguæ vulnerum curatione neque ex magiſtris, quos audiui ſedulo, neque ex libris didici: ita tamen ſunt, vt à me proſpero ſucceſſu experientia fuerint comprobata. In multis quidem, vt in Margaritam monſitionum præfidis filio, in Ioanne Pieto lignario fabro, ad ſancti Germani ſuburbia commorante. [illegible] lentiſſime vero in Coeticauſarum Patroni famatiſſimi [illegible] puerulo. Is in mentum ſuper ſaxum deciderat, ipſeque ſibi interceptæ forte dentibus inſignem extremæ linguæ portionem [illegible] vix tenui carnis fibra pendebat illa, ſic vt agglutinandæ & vniendæ ipſius exigua admodum ſpes eſſet, [illegible] cogitatio fere impulit, vt ipſam penitus reuellerem: [illegible] me tamen ab iſto conſilio [illegible] mæ, loquendi ſcilicet inde conſecutura abolitio, & naturæ miranda ſæpe, & quæ Medicorum expectationem ſuperent in morbis patrantis experta prouidentia: Hoc inſuper cogitabam, linguæ [illegible] molliam,

Fiſſa linguæ curatio.

Hiſtoria.

Natura ſæpe ſolet miracula facere in morborũ curatione.

A mollem, laxam, fungioſam eſſe & ſpongioſam, nec præterea aeris externi iniurijs omnino obuiam, itaque cum ſemel atque iterum, ſurſum deorſumque acum, quæ filum trahebat adegiſſem, atque de cætero puerum, quo nuper dixi, modo curari & nutriri iuſſiſſem, intra paucos dies conualuit, valetq; adhuc diſertè & diſtinctè loquens.

De vulneribus aurium. Cap. XXVIII.

Auriculæ aliquando totæ amputantur, aliquando parte ſui aliqua penitus reſciſſa mutilantur, aliàs ita modo finduntur, vt diſſita portio ſuo adhuc toti hærens vitæ communione cum ipſo coniūcta ſit. In hoc demum poſtremo caſu ſuturam adhibere conueniet, ita tamen, ne cartilaginem attingas acu: hinc enim promptum gangrenæ periculum, quod multis ſtolida curatione contingit: ergo acu cutem ſolam & exiguum id carnis, quod cartilaginem ambit, tranſfigides & comprehendes: curationis reliquum diplomatis linteis & vinculis artificioſe ductis perficies, atque medicamētis idoneis inflammationem & alia ſymptomata arcebis. Diligenter vero cauebis, ne in meatu auditorio ſuperflua caro, quæ audiendo obſtruat, gignatur, qua de cauſa meatus illius libertatem ſpongiæ immiſſo fruſtulo diligenter tueberis. B Partis vero cartilaginoſæ, adeoque poſt oſſa ſicciſſimæ habita ratione, medicamentis ſiccis agglutinationem, conſolidationemque procurabis. Quibus vero auricula tota penitus exciſa eſt, iis nihil aliud reſtat, niſi vt intortuam ſui deformitatem pileolo, tomento bombacino parte illa farcto, obuelent.

Quibus modis auricularum vnio violetur.
Ratio conſuendæ auriculæ vulneratæ.

De Ceruicis & Iuguli vulneribus. Cap. XXIX.

CEruicis & Iuguli vulnera aliàs ſimplicia ſunt, quæ ſcilicet muſculorum tantum continuitatem ſoluunt. Aliàs compoſita, & [illegible] exiſtunt, quæ oſſium, vt vertebrarum fracturam, quæ venarū iugularium [illegible] aut etiam carotidū læſionem coniunctam habent: aliquando Trachea arteria & œſophagus [illegible] violantur, aliquando penitus exſecantur, vnde prompta mors. Quare talia vulnera [illegible] aut motus alterius deperdendi prænuntiato adſtantibus periculo, Chirurgus non attinget. Nam per ceruicis vulnera ſæpe inſignem aliquem neruum aut tendinem violari contingit, vnde paralyſis omnino illa quidem incurabilis, ſi ad ſpinalem vſque medullam, inde etiam oblæſam, vulnus penetrauerit. Oeſophagi & aſperæ arteriæ vulnera difficulter ſanantur, propterea quod in C perpetuo exiſtant motu: huius quidem maxime, quod inſuper cartilaginea ſit & exanguis. Oeſophagi vulnera cognoſcuntur, ſanguinis per os ſcreando reiectione, & cibi, potuſque per vulnus eruptione; ac ſiquidem œſophagus penitus reſciſſus fuerit, deglutiendi beneficio æger priuabitur. Nam reciſſi illius partes, ambæ in ſeſe contrahuntur, ſurſum quidem vna, altera vero deorſum. Aſpera vero arteria læſa cognoſcitur, ſanguinis per os cum aſſidua tuſſi, excluſione, & flatus ſpirituſque per vulnus eruptione. Venarum iugularium & carotidum arteriarum vulnera, ſi magna fuerint, lethalia eſſe ſolent, quod vinculis conſtringi nequeant, iugulum enim citra ſtrangulatus & ſuffocationis diſcrimen arctari nequit. At non arctatis in hoc caſu deligaturæ defectu ſanguinis lethiferum contingit profluuium. Neruus recurrens, ſi altera vtra parte vulneratus fuerit, vocem raucam facit: ſi vtraque, fandi potentiam adimit, læſis illis inſtrumentis, quæ laryngis muſculis motum impertiuntur.

Differentia vulnerum ceruicis & iuguli.
Ad ceruicis vulnera ſequitur paralyſis.
Cur aſperæ arteriæ vulnera difficulter ſanentur.
Signa œſophagi vulnerati.
Iugularium & carotidū vaſorum vulnera cur lethalia.
Neruo recurrente læſo vox vna læditur.

Quod ad curationem attinet, ſi exiguum ſit vulnus, quodque nullius inſignis vaſis, non arteriæ aſperæ aut œſophagi læſionem coniunctam habeat, facile illa & breui abſoluitur, atque ſi res poſtulet, ſutura adhibebitur. Tunc terebinthinæ venetæ cum bolo armeno quantum ſatis erit, inſtillabitur, vel balſamum noſtrum, cuius talis eſt confectio, affundetur.

D *℞ terebinthinæ venetæ lib. ß. gum. elemi ℥ iiij. olei hypericonis ℥ iij. boli armeni & ſanguinis draconis an. ℥ j. aquæ vitæ ℥ ij. liqueſcant ſimul omnia lento igne, & fiat balſamū vt artis eſt, addendo pulueris ireos florentiæ, aloes, maſtiches, myrrhæ an. ʒ j.* hoc balſamum [illegible] vulnerum ſimplicium, quæque nullum peregrinum corpus obſiderit, agglutinationi præſtat. Ad hoc ergo eo inducetur emplaſtrum diachalciteos in oleo roſaceo & aceto diſſolutum, vt cui vis inſit reprimendi affluxus humorum & arcendæ inflammationis, vel illius loco emplaſtrum de gratia dei, aut de ianua, apponetur. Quod ſi ſectæ fuerint venæ iugulares, & carotides arteriæ, ſanguinis profluuium ea arte, quam capite hac de re integro expoſuimus, ſiſtetur. Aſpera arteria & œſophago vulneratis ſuturam quam artificioſiſſime poterit Chirurgus adhibebit: æger nihil eorum, quæ deglutitu difficilia ſunt, deuorare tentabit, iuſculis & gelatina contentus: vbi gargariſmate fuerit opus, quod ſequitur, valde ex vſu erit.

℞ hordei m. j. florum roſar. p. j. paſſul. mund. iuiubarum an. ℥ ß. glycyrrh. ʒ j. bulliant omnia ſimul, addendo mellis roſ. & iulep. roſ. an ℥ ij. fiat gargariſma, vt artis eſt, cum quo tepido æger os & fauces irrigabit; parti lenitatē inducit, dolorem mitigat, detergit, & agglutinat, reſpirationiſque libertatem promouet. Cæterum ne quid in huiuſmodi vulneribus deſperet, aut intentatum relinquat Chirurgus, placet aliquot exemplis, quam mira ſint naturæ arte adiutæ opera, patefacere. Seruo cuidam domini de Campagne, E nobilis Andegauenſis enſe vulnus ad iugulum inflictum eſt, ex quo iugularium venarum alterutra cum aſpera arteria exciſa erat, ſanguinis aderat ingens profluuium, & fandi impotentia, eaque ſymptomata eouſque perſeuerarunt, quoad ſututum vulnus eſſet, & medicamentis obductum. Medicamenta vero ſi quando liquidiora eſſent, ea per vulnus & ſuturæ interſtitia, tanquam ſugebat, & ſucta allectaque ore mox reddebat æger: Itaque exactius mecum vulneris magnitudinem; partium affectarum, præſertim vero aſperæ arteriæ & iugularis venæ, ſpermaticam, adeoque ſiccam & exanguem naturam agglutinationi rebellem expendens, tum etiam quod trachea arteria iis motibus, quæ inter deglutiendum œſophagus obit, obnoxia ſit, propter tunicam internam, quæ œſophagi tunicæ continua eſt, cuius occaſione partes illæ mutuo ſibi obſequioſe motu reciproco inſeruiunt, quemadmodum ductarius funis dire-

Balſami antè deſcriptio.
Vſus emplaſtri diachalciteos.
Curatio ad aſperam arteriam & gulam vulneratam.
Gargariſma multiplicis vſus.
Hiſtoria.

V ctis du-

ctis ductionibus per trochleæ orbiculos circumactus [illegible] præterea arteriæ vtilitatem reſpiratoriæ & cordis calori A
temperando neceſſarium cogitans, quemadmodum venæ iugularis ad nutritionem [illegible] partium ſuperna-
rum. expenſa porro apud me ſanguinis [illegible] [illegible] copia magna [illegible] quæ [illegible] [illegible] pro-
pinquam & certam apud [illegible] [illegible] mortem præſagiebam, & tamen præter expectationem
diuino potius fauore, quam noſtris artibus ſuperſtites [illegible] [illegible] admirabilius eſt, [illegible] [illegible] hi-
Hiſtoria mirabilis. ſtoria. Angli duo ad Vincentium [illegible] [illegible] gratia obambulabant. Sed [illegible] [illegible] nummis &
torqui aureo, quem [illegible] collum circumferebat, inhians, ipſum incautum oppreſſit, [illegible] [illegible] &
ſpoliatum in illis, quæ ob [illegible] [illegible], viribus [illegible], [illegible] [illegible] tracheæ [illegible] & œſophago [illegible]-
ne confoſſis Sicarius prædo in vrbem ſe recepit. Alter [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quan-
dam caſam ſe ſubſtraxit [illegible] præſentibus & quæ ad manum erant, remedia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible],
mihi, qui curam eius agerem à familiaribus ſuis traditus eſt. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] penitus
tracheam arteriam ſutura quam ſedulo potui, comprehendi, atque vulneris [illegible] [illegible] quam proxime li-
cuit, admoui, œſophagum comprehendere non potui, quod totus ſe in [illegible] [illegible] ſubduxerat: hinc
totum vulnus medicamentis, diplomatis linteis, & faſciis idoneis [illegible] [illegible] [illegible] loqui cœpit, & ſi-
carium prædonem facinoris authorem nomine proprio exprimeret, adeo vt [illegible] deprehenſus [illegible] [illegible] B
Hiſtoria. affixus, contractis membris vitam miſerrimam [illegible] [illegible] [illegible], qui quarto à vulnere die obierat,
reddiderit. Par vulneris caſus Germano cuidam contigit, qui in vico [illegible] apud Perotum trapezitam
commorabatur, ille diris furialibus percitus de nocte gladio [illegible] [illegible] [illegible] confodit, [illegible] [illegible] ami-
cis, qui ipſum inuiſebant, vocatus, hominem, iisdem [illegible], quibus Anglum, [illegible] [illegible] Itaque re-
pente locutus, qui ante ne mutire quidē poterat, [illegible], qui in eodem cum ipſo cubiculo [illegible]bat,
tanquam ſceleris authorem in vincula [illegible] [illegible] criminis ſuſpicione atq; carcere liberauit, remque, vt
geſta erat, profeſſus, quatriduum à vulnere ſuperauit, [illegible] per anum clyſteris [illegible] [illegible]
& ſuccorum alendo idoneorum, vt panis recentis a [illegible] extracti, & vino generoſo macerati ſuaui
vapore ſuſtentatus. Id profecto arte Chirurgica [illegible], vt [illegible] loquens per quatriduum
fieret.

De Vulneribus thoracis. Cap. XXX.

Differentiæ vulnerum thoracis. VVlnerum thoracis alia auerſa ſunt, alia a fronte, quædam [illegible] penetrant, alia in eius capacitatem
haud deſcendunt, nonnulla in partes vſque contenta [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], pulmo- C
nes, cor, diaphragma, venam cauam, aſcendentem arteriam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. quo
Signa. fit, vt alia lethalia ſint, alia minime. Penetrare in capacitatem vulnus hinc intelliges, [illegible] naribuſque obturatis, ſpiritus per hoc cum ſtrepitu erumpit, adeo vt oppoſitum candelæ lumen diſſipet
aut extinguat. Si vix æger ſpiritum ducat reddatque, quod etiam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ſignum
Cordis vulnerati ſigna. eſt. Cor vulneratum eſſe, his ſignis cognoſcemus, Si ingens ſanguinis vis erumpat, ſi tremor vniuerſi
corporis membra quatiat, ſi pulſus paruus ſit & langueat, ſi color pallidus, ſi ſudor frigidus, ſi crebra
Hiſtoria. ſyncope oboriatur, extremiſque partibus frigidis, matura mors ſequitur. Vidi tamen, cum apud Tau-
rinos agerem, nobilem quendam, qui ſingulari certamine cum alio [illegible], accepto [illegible] [illegible] [illegible]
ma vulnere in cordis ſubſtantiam penetrante, vibratis in aduerſarium aliquot [illegible] ictibus, ipſum fugi-
tantem ad ducentos paſſus [illegible] [illegible] [illegible], donec in terram mortuus caderet: diſſecto cadauere vulnus
comperi in cordis ſubſtantia, [illegible] [illegible], quæ digitum capere poſſet, ingentem præterea ſanguinis in
Vulnerati pulmonis ſigna. diaphragma effuſi copiam. Vulneratis pulmonibus ſigna hæc ſuperueniunt; ſanguis ſpumans ex vul-
nere prodit, tuſſis ægrum exercet, [illegible] reſpirandi difficultas & lateris dolor, qui ante non erat, oppri-
Vulnerati pulmonis ſigna. mit, facilior eſt ægro in vulnus [illegible], atque aliquando vt ita decumbens, facilius, liberiuſque lo- D
quatur, in oppoſitum vero latus procubitus, ſtatim tandi [illegible] impotens. Cum diaphragma vulnera-
Diaphragmatis vulnerati ſigna. tum eſt, ponderis ſenſus eo loci moleſtus eſt, delirium inuadit per neruorum, qui à ſexta coniugatio-
ne in diaphragma effunduntur, ſympathiam, dyſpnœa, tuſſis & dolor acutus ægrum male habent: ſur-
ſum illa conuelluntur, adeo vt inſpirationis vehementia contingat aliquando ventriculum & inteſtina
per vulnus in thoracis capacitatem pertrahi: quod ego in duobus obſeruaui. Horum vnus [illegible]
medium diaphragma, qua parte neruorum eſt, [illegible], triduo poſt interiit: Diſſecto [illegible] [illegible]-
riore ventre [illegible] cum non reperirem, rem [illegible] [illegible] arbitrabar. Sed tandem [illegible] perquirens,
Hiſtoria. raptum ipſum in thoracem animaduerti, cum vulnus pollicem vix eſſet latum. Erat vero [illegible]
flatu multo, pauco admodum humore diſtentus. Alter Franciſcus Dalon dicebatur, [illegible] San-
Hiſtoria. to. Hic ad Rupellam glans [illegible] tormento [illegible], per ſternum [illegible] iuxta [illegible] [illegible]-
nem ſubiens, diaphragmatis partem [illegible] [illegible] [illegible] atque per inteſtinum, quod [illegible] [illegible]
coſtæ nothis interiacet, exceſſit. vulnere parte externa cicatrice obducto, reſtabat [illegible] [illegible] ven-
triculi debilitas, ex quo [illegible] dolor colicorum [illegible] ſub veſperam & de nocte præſertim exacerba-
bat: qua de cauſa cœnare ipſe niſi admodum parce non audebat. Sed [illegible] demum [illegible] [illegible] ſo- E
lito ſæuiente per imum ventrem dolore, è viuis exceſſit, etſi ad minuendam doloris acerbitatem nul-
lum remedii genus à Simone Malmediano & Antonio Valienti Medicis, in omni medicinæ parte ver-
ſatiſſimis, qui ipſi aderant, eſſet prætermiſſum. Mortui cadauer Iacobi Guillemeau Chirurgi peritiſſi-
mi manu diſſectum eſt, animaduertimuſque, [illegible] [illegible] partem flatu multo turgidum, [illegible]
Sanguinis in thoracis capacitatem effuſi ſigna. per diaphragmatis vulnus in thoracem irrupiſſe, vulneris tamen amplitudo vix minime digitum capie-
bat. Nunc ab eiuſmodi rerum commemoratione ad [illegible] [illegible] redeamus. Sanguinem
in thoracis capacitatem effuſum, intelligimus ex ſpirandi difficultate, febris [illegible] vehemen-
tia, anhelitus fœtore, ſanguinis per os rejectione, & aliis [illegible], quæ illis contingere ſolent,

quibus

A quibus ſanguis ex vaſis in ventrem effuſus computruit, vel in thrombos concreuit, ſubſtantiæ corruptæ tetro vapore partes, ad quas peruenerit, inficiens. Sed & niſi in dorſum æger decumbere nequit, nauſea infeſtatur, & exurgere ſubinde geſtit, vnde frequens ſyncope, vitali facultate, quæ corpus fulcit, fracta & debilitata, tum vulneris, tum ſanguinis thromboſi ratione: ſic enim veneni qualitatem induens cordis robur inſigniter diſſipat & exoluit. Spinalem medullam vulneratam teſtantur oborta conuulſio aut paralyſis, id eſt, ſenſus, motusq; in ſubiectis partibus ſubita deperditio, vrinæ & fœcum citra voluntatem excretio, aut omnimoda ſuppreſſio. Vena caua & arteria magna vulneratis, breui moritur æger propter ſubitam & affatim factam ſanguinis & ſpirituum effuſionem, quæ pulmonum & cordis motũ intercipit, vnde mors à ſuffocatio.

Spinæ vulneratæ ſigna.

De Vulnerum thoracis cura. Cap. XXXI.

Tract. de vulner. thoracis cap. 10.

SCriptis proditum apud Ioannem de Vigo legimus, controuerſum inter Chirurgos eſſe de vulnerum in thoracis capacitatem ſubeuntium conſolidatione. Quibuſdam enim videri eiuſmodi vulnera B quamprimum claudenda, & cicatrice quam fieri poterit ocyſſime obducenda eſſe, ne frigidus aer in cor ſubeat, & vitales ſpiritus exhalent, ac diſſipentur. Alij contra ſentiunt; talia vulnera diutius aperta eſſe debere: imo ſi per ſe non ſatis pateant, Chirurgia amplificanda, quo ſanguini in thoracis ſpatium effuſo exitus pateat, alioqui cunctando putredinem contracturo, ex quo febris incrementum, ſinus fiſtuloſus, & alia accidentia perniciaſia. Prior quidem ſententia, ratione, & veritate nititur, modo nihil aut parum ſanguinis in illam capacitatem effuſum ſit: poſterior vero locum habet, cum magna vis ſanguinis in illa ſe effudit thoracis ſpatia. Quod ne temere ſtatuere videar, placet vtramque ſententiam conſentiente hiſtoriam comprobare. Dum ego Taurini Domini Montejani proregis Gallorum Chirurgum agerem, militem Lutetianum, cui nomen erat Leueſque, quique ſub Capitaneo Renouart ſtipendia merebat, curandum ſuſcepi: tribus erat confoſſus vulneribus, ſed vnum reliquis grauius ſub dextra mamma altius in thoracis ſpatium penetrabat, ex quo ingens ſanguinis in diaphragma effuſio facta eſt, quæ diſpnoeam tantam inferebat, vt etiam ſermonis libertatem interciperet: Hinc præterea febris vehemens, tuſſis cruenta, dolor in latere vulnerato acutus. Qui primo apparatu ipſum curauerat Chirurgus, vulnus ſutura adeo arcta denſaque ſtrinxerat, vt nihil materiæ inde paſſet. Ego vero ſequenti die vocatus, expenſis præſentibus ſymptomatis, quę promptã C mortem intentabant, ſoluendam quamprimum vulneris ſuturam cenſui, & certe ad eius orificium ſanguinis craſſior thrombus ſtatim apparuit: quæ me res admonuit, vt ægrum reliquo corpore ex lecto pendulum pronum in caput eſſe iuberem, interimque manu ex ſcabello, quod lecto eſſet depreſſius, innixum, hocque in ſtatu exiſtentem os naresque comprimere, quo pulmones intumeſcerent, diaphragma ſurrigeretur, intercoſtales atque abdominis muſculi comprimerentur, vt ſanguis in thoracem effuſus per vulnus exprimeretur, quin etiam, vt ea excretio felicius ſuccederet, digitum altiuſcule in vulnus immergebam, vt ea ſanguinis coagulati infarctu, vulneris orificium plenius liberarem, & certe eius iam fœtentis vncias ſeptem vel octo hac arte extraxi: vbi lecto reſtitutus eſt, iniectiones frequentius in vulnus, ex decocto hordei, melle roſaceo & ſaccharo rubro, fieri procuraui, quibus exceptis vt ſe modo in hoc, modo in illud latus obuerteret, ſuaſi: hinc ipſum ex lecto pendulum iterum ſtatui. Sic enim exiguos illos quidem, ſed multos ſanguinis thrombos vna cum facta paulo ante iniectione reddidit: quibus exactis ſymptomata mitiuerunt, ſenſimque tandem dimiſerunt. Poſtera luce aliam iniectionem validius detergentem paraui addito abſynthio, centaurio, aloe. Sed tantus amaror in eius os ſurrexit cum nauſea, vt diutius ſuſtinere non poſſet. Tum ſubijt in mentem, quod D olim pares remedia parem fortunam in quodam, cui fiſtuloſus erat ad thoracem ſinus in Noſocomio Pariſienſi obſeruaueram. Itaque cum animo repeterem, res eiuſmodi amaras facile tranſmitti in pulmonem, indeque in aſperam arteriam, fauces atque os aſſurgere proteſtus ſum, me nunquam eiuſmodi amplius ægris exhibiturum: hinc enim multo plus moleſtiarum accedit, quam fructus & emolumenti. Cæterum hac & ſimili arte tandem æger ille præter meam expectationem conualuit. At contra aliquando vocatus à nobili quodam Germano, cui enſe vulnus in thoracis capacitatem impactum fuerat, quod vicinus Chirurgus primo apparatu craſſius penicillum in eiuſmodi vulnus immiſerat, detrahi iuſſi: cum certo intelligerem, nihil ſanguinis in thoracis capacitatem effuſum eſſe, quod æger febris erat expers, quod pondus nullum diaphragma premeret, quod ſanguinem non expuiſſet. Itaque ſolo balſamo meo inſtillato, atque emplaſtro diachalciteos impoſito, intra paucos dies ſanatus eſt. Par mihi curatio in multis alijs feliciter ſucceſſit: denique hoc profiteri audeo, diuturniore penicillorum vſu thoracis vulnera in fiſtulam degenerare. Ergo ſi quando curandum ſuſceperis vulnus, quod in thoracis penetret capacitatem, haud quidem primo ſtatim apparatu id obturabis, ſed ad duos vel tres dies apertum patenſque tenebis: at cum animaduerteris ægrum nul- E lo aut exiguo dolore diuexari, nullo pondere diaphragma premi, ſpirandique libertatem adeſſe, detrahetur penicillum, atque quam citiſſime fieri poterit ad cicatricem vulnus perducetur, impoſito linteo ampliore, quam vulnus ſit, & balſamo, cui glutinandi vis ineſt, obducto: linamenta huic vulnerum generi nunquam imponentur, ne ipſa æger inter ſpirandum in thoracis capacitatem abſorbeat. Quare & curandum, vt quę his vulneribus induntur penicula, ad diplomata lintea adhęreant, & capite pręterea ſint craſſiore, ne in eam, quam diximus, thoracis capacitatem incidant. ſemel enim illapſa putredinem, mortemq; inferent. Vulneri imponetur emplaſtrum diachalciteos vel aliud ſimile. At ſi contra propius & certis ſignis innoteſcat, multum ſanguinis in thoracis ſpatia illapſum eſſe, penicillis craſſioribus vulneris orificium patens tenendum, quouſque vniuerſa ſanies, in quam ſanguis degene-

Controuerſiæ compoſitio.

Hiſtoria.

Cur amara minime in thoracem exprimenda.

Maryſis monographi hiſtoriam lege apud Gal. 7. de anat. adminiſtrat.

Periculorũ diuturnior vſus quid afferat mali.

Linamentorum in thoracis vulneribus nullum eſſe debet vſum.

Qualia penicula eſſe debeant.

rauit, exhauſtaq́ fuerit. Quod ſi quando contingit, vt certe contingit aliquando, quicquid contra artem & rationem moliantur Medici, vt vulnus in fiſtulam vertatur, deterior multo longeque grauior fit acceſſio. Thoracis enim fiſtulæ vix vnquam curationem admittunt, multis ex cauſis. Primum, quod thoracis muſculi in perpetuo ſint motu. Altera, quod interna parte ſola membrana coſtis ſuccingente, quæ exanguis eſt, obducantur. Tertia, quod nullum adſit vulneri adminiculum, vt quo ad [illegible] coarctatur, vt comprimi, iungi, & vinciri poſſit, quibus actionibus labiis commiſſis vulnus tandem carne repletur, & cicatrice obducitur. Cur vero thoracis vulnera tantam quotidie ſaniei copiam accumulent & effundant, cauſa eſſe videtur, quod cordi vicina ſint: quod cum ſanguinis fons exiſtat, ab ipſo ad partem affectam perpetuus fit ſanguinis affluxus. Hoc enim eſt naturæ in conſeruandis partibus afflictis ſtudium, vt ad eas indeſinenter & affatim ſine menſura & modo omnia ſua præſidia, ſanguinem nempe & ſpiritus tranſmittat. Adde, quod multum eiuſmodi ſanguinis in ſeſe partes afflictæ dolore, calore, & continuo motu, quo pulmones & diaphragma cientur, alliciunt & tranſumant. Eiuſmodi ſanguis vlceris illius excrementis maligniore & ſordibus inquinatus, citiſſime corrumpitur: quo fit, vt ex perpetuo ſanguinis affluxu perpetuus ſit ſaniei effluxus, qui tandem hominem in tabem & maraſmum redigat: quod vlcere pus obuiam, tanquam vorax lupus plus ſanguinis abſumat dolore, calore, & motu, quam ipſa corporis [illegible] quærit. Si tamen curandæ, & ſanandæ fiſtulæ ſpes aliqua adſit, ea, diæta, phlebotomia, ac pharmacis, eius, qui adeſt, Medici præſcripto præmiſſis, præiicietur potione vulneraria, deſcribenda *tractatu de* [illegible]. Itaque ex ea iniectiones crebræ in fiſtulam fient [illegible] & [illegible]. Neque vero ego ſi quando ingens quædam ſubſit putredo, vereor Ægyptiacum immiſcere. Cæterum iniecti liquoris quantitas animo & memoria comprehendenda eſt, vt deterſionis munere, pro qua fuſa fuerit, intelligamus, num omnis reddita & exhauſta fuerit. Nam ſi quid eius in ſinu & anfractibus reſederit, parti ipſi nocet, vtpote cuius contagione corrumpatur. A B

Thoracis vulnera facile in fiſtulam abire.


Cur thoracis fiſtulæ vix ſanentur.

Cur ex thoracis vulneribus tanta ſaniei copia effundatur.

Fiſtulæ thoracis curatio.

Ægyptiacũ quando admiſcendum iniectionibus, quæ in thorace fiunt.

Siphonis iniectionibus faciendis apti, cum liquoris magna copia in partem quamlibet effundenda & exprimenda eſt, deformatio.




C

Immiſſus, acceptuſq́ liquor, poſtquam fuerit redditus, tubulus aureus, argenteus aut plumbeus in ſinum fiſtuloſum immittetur. Erit vero ille multis foraminibus pertuſus, vt his ſanies ſubire & exire poſſit. Loris reuincietur arctius, ne in thoracis excidat capacitatem. Ad ipſius orificium ſpongia magna vino & aqua vitæ macerata atq; expreſſa, calens imponetur, tum vt aeri aditum in ſinum fiſtuloſum intercludat, tum vt ſordes vlceris totas ſuo illo calore alliciat, cui muneri ſedulam operam præſtabit æger, ſi interdiu, noctuq; ſæpius obturatis ore & naribus ſpiritum comprimat, in latus affectum prouolutus, quo maiore impetu excludatur illa ſanies. Nec vero ante à tubulo immittendo deſiſtendum, quam fiſtuloſus ille ſinus ſicco, id eſt, ſaniei immunis factus fuerit, nempe cum quod ſordium remittet, id omnino paucum erit: tum vero cicatrix inducenda. Quod ſi orificium fiſtuloſi ſinus in ſuperna parte exiſtens ſanationem remoretur, tum Chirurgica ſectione via fundo aperienda, quemadmodum ſupra in empyemate diximus. D

Tubulorum cum vinculis ſeu loris ſuis & ſpongiis deformatio.

Notet lector, tubulorum ad hoc opus neceſſariorum non debere tot eſſe foramina, quot hic conſpiciuntur: ſed tantum in extremo bina, ternave: nam in reliqua caro ſe demergens & immittens, cauſa eſt, cur ſine magno dolore tubuli detrahi nequeant.



E

Quæ pulmonũ vulnera ſanabilia.

Tuſſis incommoda in pulmonũ vulneribus.

Vulnus pulmonibus inflictum ſanationem admittit, niſi plus æquo magnũ fuerit, ſi inflammatione vacet, ſi extremas pulmonum oras attingit, ac non ſupernam partem, ſi ceſſationem ſibi à tuſſi, multo & contentioſo ſermone, magnaq; ſpiratione concedat æger. Tuſſi enim vulnus dilatatur, ſuperuenit inde inflammatio, cuius pus & ſaniem dum pulmones tuſſi, qua ſola ſibi inutilium excretionem

moliri

A. moliri poſſint, conantur excludere, rurſus vlcus dilatatur, inflammatio denuo augetur, tabes ægrum occupat, fitque malum incurabile. Detergendo vlceri Eclegmata multa a Medicis fuere comparata: quibus dum vtetur æger, ſupinus iacebit, eaque diutius ore verſabit, laryngis muſculos relaxando: ne enim ſecundum tracheæ arteriæ tunicas ſenſim medicamentum ſtillat iterum & ne afflatum deflat, cauendum, ne tuſſim excitet. Lac vaccinum, aſininum, aut caprinum cum pauco melle, ne in ventriculo corrumpatur, huic inſtituto valde ſunt opportuna remedia. Sed inter cætera excellit lac muliebre. Cæteris tamen medicamentis ſaccharum roſatum præfertur, Auicennæ ſententia, quod huic detergendi ſimul & adſtringendi, roborandique vis inſit, quo nihil optabilius in curandis vlceribus contingere poteſt. Detertum vlcus vbi agglutinandum videbitur, alimenta medicamentaque emplaſtica auſtera & adſtringentia erunt ægro imperanda, cuiuſmodi exiſtunt terra ſigillata, bolus armenus, hypocyſtis, balauſtia, plantago, polygonum, ſumach, acacia & ſimilia, quorum vſus ægro præſcribetur in ſuccis & eclegmatis, admixto melle roſaceo, quod ipſis pro vehiculo exiſtens, impactas etiam ſordes & agglutinationem remorantes, eluat. Verum cum huius vulnerum generis thoracisque & pulmonum affectibus omnibus febris hectica facile ſuperueniat, non erit inutile hic de febris hecticæ curatione nonnulla ſubiicere, vt habeat Chirurgus, vnde aliquid opis ægris adferre poſſit, interim dum acceſſitur Medicus, qui maioribus & certioribus remediis totum hunc morbum conficiat.

Quæ eclegmata agglutinanda.

Saccharum roſatum vlcerato aut vulnerato pulmone quantæ virtutis.

B

De Febris hecticæ differentiis, cauſis, ſignis, & curatione. Cap. XXXII.

Febris Hectica id nominis ſortita eſt, vel quod ſtabilis ſit & curatu ſolutuque difficilis, tanquam res, quæ habitum contraxerunt, Hexis enim Græcis habitum ſignificat, vel quod partes corporis noſtri ſolidas occupat, quas Hexeis Græci dicunt, nam & nomen Habitus Latinis vtrumque ſignificat. Tres huius febris ſpecies, vel potius gradus conſtituuntur. Primus gradus eſt, quando calor hecticus partium ſolidarum humiditatem abſumit. Secundus, quando earundem carnoſam ſubſtantiam depaſcitur. Tertius & incurabilis, quando partes ipſas ſolidas depopulatur. Ita enim lucernæ flamma abſumit primo oleum, inde ellychnii propriam humiditatem, denique ipſum ellychnii corpus. Quo vero tum cum fuerit, rurſum eius accendendi nulla ſpes eſſe poteſt, affuſo copioſo quantumuis oleo. Hæc febris niſi raro admodum ex ſe incipere poteſt, ſed fere alterius conſectaria eſt. Quare febris hecticæ cauſæ ſunt, febres acutæ & ardentes male curatæ, ſi præſertim earum ardor appoſitis cordi & hypochondriis epithematis refrigerantibus repreſſus non fuerit: Si frigida opportune non fuerit propinata. Poteſt etiam diariæ febri ſuccedere, quæ initia cauſaſque duxerit ex longa aliqua forti & vehementi triſtitia, vel ira, aut ex effrenato aliquo labore, quem quis corpore tenui & exangui ſole ſubardenti ſuſceperit. Sæpe etiam ortum habet ex vlcere & inflammatione pulmonum, thoracis empyemate, ex ingenti aliqua & diu perſeuerante hepatis, ventriculi, meſenterii, vteri, renum, veſicæ, inteſtinorum ieiuni, & coli phlegmone: imo & aliorum inteſtinorum, ſi longam diarrhoeam, lienteriam, aut dyſenteriam exceperit eorum phlegmone: vnde corporis totius marcor, tandemq; hectica febris, quod corporis abſumpta humiditate calor redditur acrior.

Nominis ratio.

Differentia.

Cauſa.

C

Hoc febris genus vt eſt cognitu facillimum, ita curatu exiſtit difficillimum: pulſus ergo in hac febre eſt durus, propter arteriæ, quæ pars eſt ſolida, ſiccitatem: eſt & debilis, propter vitalis facultatis infirmitatem, cordis obleſa ſubſtantia. Cæterum paruus & frequens, ob intemperiem & cordis ardorem, quod cum nequeat ad ſui refrigerium magnum pulſum edere ob imbecillitatem, conatur id frequentia, quod deeſt, ſupplere. Propriũ vero, quod ad pulſum attinet, huius febris ſignũ eſt, quod vna vel duabus à cibo horis pulſus ſolito maior & celerior apparet: quia & tunc calor toto ægri corpore acrior percipitur. Hic excitatæ velut flammæ impetus tamdiu perſiſtit, quamdiu alimenti in omne corpus diſtributio fit: quo ſcilicet tempore ſiccitate cordis quodammodo temperata, & appulſu humidi alimenti dilatata & recreata augeſcit calor haud aliter, quam calx paulo ante ad tactum frigida conſpue incaleſcit, vt effumet & ebulliat, eam aqua irrorat pergit ri. Reliquo tempore perpetua adeſt caloris, pulſusque æqualitas, in paruitate, languore, obtuſitate, frequentia, & duritate, ſine vlla exacerbatione, vt ne quidem æger febricitare ſe putet, imo nihil habeat, de quo conqueratur, nullum dolorem perſentiſcit, quod eſt proprium febris hecticæ aliud ſignum. Cauſa eſt, quod non ſe calor prodit, vt qui corporis ſuperficiem, ſpiritus nempe & humores ſi ſud occupet, ſed velut ſepultus lateret in terreno partium ſolidarum craſſamento. Quinquam ſi diutius appoſitam manum contineris, calor tandem percipitur acrior & mordacior, aperta tamen per cutem tatet ictam blando temperatæ manus contactu via. Itaq; ſi quando per has febres æger dolorem percipit, calorisque inæqualitate & exacerbatione febricitare ſe ſentiat, ſignum eſt hecticæ febris non ſimplicis, ſed cum putrida complicatæ, quæ eiuſmodi inuehat inæqualitatem, propter materiam putredini obnoxiam calor magis minuſve corripuerit, alias febris hectica ex ſeſe omnis eſt expers inæqualitatis, niſi aliunde aduenerit extrinſecus, vt a cibo: cæterum ſi vllo in morbo facies hippocratica, certe in febre hectica locum habet propter ſubſtantiæ triplicis colliquationem.

Signa.

D

Cur a paſtu hecticus calor acrior.

Cur hecticorum calor reliquo tempore ſit obſcurus.

Signum hecticæ cum putrida febre complicatæ.

E

Ad febris huius curationem attendendum diligenter, quibus fuerit affectibus implicita, quib. ex cauſis fuerit excitata. In primis ergo ſciendum, ſitne hæc febris morbus, an ſymptoma. Si n. ſit ſymptomatica, curari non poterit morbo, cuius occaſione nata fuerit, perſiſtente, vt ſi hanc excitauerit vlcus inteſtinorum dyſentericum, vel vlcus in thorace fiſtuloſum, natum occaſione vulneris ea in parte accepti, curationem nunquam admittet, niſi prius fiſtuloſo aut dyſenterico vlcere curatis: quod morbus ſymptomata foueat, vt cauſa effectum. At ſi ſimplex ſit & eſſentialis hectica febris, quia eſſentiã habet in intemperie calida & ſicca poſitam, quę defixa ſit non in humoribus, ſed in partibus ſolidis, omne

Curatio.

Hectica ſymptomatica.

Hectica eſſentialis.

Aſſumēda. Medici conſilium ad corporis nouationē [illegible] nunc vero ad [illegible] ſi enim humores purgationē poſtulant, non [illegible] humectandæ. Id conſequemur [illegible] in corpus aſſumptis & appoſitis [illegible] & hu- A

Alimentorum medicamentorum vtilitas. pus fœliciter aſſumi in eam rem poſſunt, tanto [illegible] nifeſtior fructus, quam ex medicamentis [illegible] bus citra alendi vim vllam. Nam propter [illegible] trahuntur & apponuntur, atque in ipſa [illegible] ſuperficietenus humectent & refrigerent, [illegible] medicamentorum, quibus [illegible] poris vis ſola [illegible], ſed & penitus in intimam [illegible] rum aliæ [illegible] herbarum [illegible] viola [illegible] portulaca, [illegible] malua, [illegible] campræterea [illegible] In cœna fructus [illegible] habent [illegible] poma punica, vua paſſa, amygdalæ dulces, & nuclei [illegible] poma punica [illegible] & minora, [illegible] cantiæ, cydoniorum. [illegible] , ova a-

Ciborum delectus. cuta [illegible] pulli [illegible] da. Quod ad cibos attinet, [illegible] B rentur cibi, qui etſi difficilis ſint concoctionis, [illegible] mantium extremæ partes, vt pedes vitulorum, [illegible] ante in hortis enutrita fuerit, quod [illegible] alborum & [illegible] cancrorum fluuiatilium, [illegible] probe condita [illegible] & ſeram, [illegible] & glutinoſum habeant, facile [illegible] ardore [illegible] tendi, [illegible]

Elixa magis humectare. vius erunt carnes vitulinæ, hœdinæ, [illegible] pullorum [illegible] Ergo ex bus incoctæ. Ex vſu quoque erunt hordeata, amygdalata, [illegible] aqua [illegible] & in decocto quatuor ſeminum frigidorum [illegible] frigerium hepati & totius corporis habitui, alimentumque [illegible]

Aſſus oua & tenendum in hectica. & iecora pullaſtrorum, itemque [illegible] C rit ita vtatur aſſis, vt fiſtulatam [illegible] ſucco citreorum, malorum arantiorum, aut granatorum [illegible] ſaxatiles eligat propter [illegible] num recens mulctum & pauco ſale, ſaccharo, melle aut [illegible] acetat, conditum, vel humanum [illegible]

Humanum lac ſalubrius aſininoe. hum num certe ſalubrius exiſtit, quia dulcius & [illegible] bene temperata, beneque habitant. [illegible] de frequentius tabes [illegible] ſalubre. [illegible] & ſolus [illegible] quod [illegible]

Quibus ab aſinino lacte abſtinendū. ebullitione, & extinctis [illegible] calculis: [illegible] ferre non poſſunt, ab eo [illegible] quibus ructus acidos mouet, difficultatem [illegible] aciam & fluctuationem ventriculi [illegible] totumque inficit & [illegible] dolorem. [illegible] m a ger [illegible] aqua lactucæ, portulacæ, & nenupharis, [illegible] ceret, tum quod vim habet [illegible] D uiter aſſig [illegible] atque hactenus de iis ſumendis.

Admouēda. Quæ extrinſecus veniunt applicanda, ſunt [illegible] balnea, epithemata, [illegible] nes variæ ſunt, pro varia partium, quibus applicandæ ſunt, indicatione. [illegible] git rebus refrigerantibus & adſtringentibus moderate, quæ ſcilicet [illegible] latum colliquationi cohibendæ, [illegible] actior, [illegible] redderetur. Ad hunc [illegible] oleum roſ [illegible] paucà cera, [illegible] contra partes [illegible] debent rebus [illegible]

Cautio in delectu oleorum. bus [illegible] gentes vero [illegible] nes ſunt ex oleo violaceo, [illegible] gdalarum dulcium, ad temperandam [illegible] vero in primis, ne Pharmacopola [illegible] oleorum recentium vetera ſupponat, rancida & ſalſa, ſic enim pro refrigeratione calorem parti [illegible] oleum ætate caloris acrimoniam acquirunt: in oleorum conuenientium inopia, [illegible] E ter lotum in aquis violarum & ſolani vſurpabimus. [illegible] humectare & conſolari partes, quibus admouentur, [illegible] mane & veſperi [illegible] balneo.

Balneorum differentia. Quod ad balnea ſpectat, ea præſcribimus vel ad humectandū tantum, tumq; [illegible] ſufficiet, incoctis vna violarū & nenupharis floribus, [illegible] humectādum, ſed inſuper ad relaxandas partes ſiccitate & ariditate hectica [illegible] conſtituendum,

vna

A [illegible] habitum: tumque balneo admiſceri poteſt decoctum [illegible] cum butyro. Non debet vero in labrum demitti æger ieiunus, ſed [illegible] concoctione, vt ne balnei tepore in omnem corporis habitum alimentum attrahatur, qui contra tabidus balneum ingredietur vacuo ſtomacho, balnei calore maiorem [illegible] poſſiat. Ergo ſic præparare corpora decet, [illegible] Prid[illegible] mane [illegible] ad extrahendas fæces, quæ [illegible] horam nonam prandeat cibos ſolidos [illegible] Paulo poſt mediam noctem, vel pulli decoctum, vel hordeatum ſorbeat, vel oua duo ſorbil[illegible] ſaccharo roſato, ſalis loco aſperſa, condita. Quatuor vnde vel quinque exactis horis in [illegible] deſcendat his, quæ prædixi, obſeruatis. Egreſſus e balneo [illegible] mollibus linteis: inde vngatur illo, quo ante expoſui, modo: [illegible] poſſit, duas vel tres horas in lecto dormiat. Experrectus ptiſanam, vel eiuſdem ſpeciei cibum [illegible] balneum modo prædicto. Fiat hoc balneum ſingulis decem diebus vſurpandum per triduum: quod [illegible] cruditatibus ſit æger obnoxius, ſic vt balneum

B ferre neque [illegible] ſymptomatum, erit illi corroborandus ventriculus oleo [illegible] maſtichino, vel [illegible] cruſta vino generoſo & odorifero macerata, aſperſaque pulu[illegible] caryophyllorum ipſi ſtomacho impoſita aut à tergo ad de[illegible] ventriculi ſubeſſe. Epithemata [illegible] calorem temperandum, & [illegible] Parabuntur vero illa e [illegible] refrigerantibus & [illegible] humectantibus [illegible] frigiditas hæreditaria ſubiectum vi [illegible] Hæc ſpecie [illegible] buglolli & violarum vſque ad quartarium vnum [illegible] Quod vero [illegible] mundati, ſeminis cucurbitæ, peponum, aut cucu[illegible] decoctis [illegible] agitatione oleo violaceo, vel amygdalino [illegible] omnibus epithematis refrigerandi & humectandi virtute excellit. In eiuſmodi epithemata immerguntur panni & infuſi [illegible] imponuntur, ſæpiusque ſubinde, vbi [illegible] contactu [illegible] mutantur. Et quia in hecticis ob coctricis facultatis imbecillitatem multa excrementa colliguntur [illegible] inteſtinis ob ſiccitatem cunctari ſolent, vtile erit toto morbi decurſu frequenti vti clyſtere

C parato ex herbarum, florum, & ſeminum refrigerantium & humectantium decocto, in quo diſſolu[illegible] cum ſaccharo & oleo violaceo, vel nenupharino. Sed tamen quia in febrem hecticam confir[illegible] alui [illegible] valde perniciosa, quæ indicio ſunt facultatum omnium corporis [illegible] collabentium, & colliquationis ſubſtantiæ corporeæ, illis occurrendum erit remediis refrig[illegible] & adſtringentibus, craſſioris ſucci alimentis, vt oryza, cicere, & appoſitis adſtringentibus, ro[illegible] aqua [illegible] auenæ vel hordei toſti in potu vſurpata. In quiete & ſomno quam [illegible] fieri poterit [illegible] puer [illegible] Nam & pueros ab iracundia, vel metu gra[illegible] hoc genus febris [illegible] humido, nutrix alia deligenda, inungendi violaceo [illegible] remedior[illegible] cauſa [illegible] erit opponenda.

Cur tabidi deſcendere in balneum haud debeant ieiuni.

Corporum ad balnea præparatio.

Roborantia ventriculum.

Epithemata

Alui profluuium hecticæ febri ſuperueniens quid indicet meri tabidisque curandi.

De Epigaſtrii & ventris totius inferioris vulneribus. CAP. XXXIII.

D VEntris inferioris vulnerum [illegible] ſuperficiem modo attingunt, alia intro penetrant, [illegible] ; alia ſine continentium [illegible] ventriculum, inteſtina, [illegible] omenti portionem [illegible] copia per vulnus effluit [illegible] dolor pungens ad xiphoidem vſque cartilaginem protenditur, cui adhæret hepar. Sæpe [illegible] Ventriculo vel tenuium [illegible] intumeſcunt & indu[illegible] doloris cruciatus ventrem [illegible] extrema refrigerantur. Si craſſiorum inteſtinorum aliquod [illegible] Liene vulnerato, ſanguis emanat craſſus & niger, [illegible] quæ iecore vulnerato adeſſe diximus. Renibus vulneratis [illegible] excernuntur, doloque ad inguina, & veſicæ [illegible] protenditur. Veſicæ [illegible] vulneratis dolor illa habet, pectinis [illegible] valde cruenta eſt, quæ ipſa non

E raro etiam per vulnus pro[illegible] Vtero vulnerato ſanguis per pudendum [illegible] atque ſimilia, quæ veſica vulnerata exercent ſymptomata.

Iecoris vulnera lethalia ſunt: eſt enim hæc pars ſanguinis officina, quare ad vitam neceſſaria: adde quod per hepatis vulnera Venæ portæ vel Cauæ [illegible] vnde ingens ſanguinis non modo intro, ſed & foris profluuium: adeoque ſpirituum & virium diſſipatio. Sanguis vero, qui intro in viſcera effuſus eſt, putreſcit vel corrumpitur: vnde dolor, febris, inflammatio, ac tandem mors. Scribit tamen Paulus Ægineta, hepatis lobum reſcindi poſſe ſine mortis neceſſaria conſecutione. Ventriculi etiam, gracilium inteſtinorum ac præcipue ieiuni vulnera lethalia exiſtunt: nam in ieiunum multa vaſa pertinet, ſubſtantia vero admodum tenuis & neruoſa eſt, & præterea biliosum humorem á cyſti fellea excipit.

Differentia.

Hepatis vulnerati ſigna

Ventriculi & tenuium inteſtinorũ vulneratorum ſigna.

Craſſorum inteſtinorũ vulneratorum ſigna.

D QVia Regiæ maieſtati, Reginæ matri, principi à Rupeſurionenſi, multiſque aliis, qui tum aderant, principibus, & nobilibus viris viſum eſt, aliquando ex me quærere, quid cauſæ eſſet, cur nobilium & gregariorum militum ſclopo, aliiſque machinis bellicis vulneratorũ pars longe maxima, fruſtra omnino adhibitis remediis, vel interirent, vel vix & multo labore ex vulnerib. reſurgerent, etſi illa non admodum magna viderentur, nihilq; ex arte agendorum vocati Chirurgi omitterent: auſus ſum, & hunc velut Apologiſmum opuſculo illi, quod de vulnerum ſclopo inflictorum curatione meditor, præmittere, vt principum multorumque nobilium deſideriis, tum vt expectationi de me, & primarii Chirurgi Regii muneri, quod mihi ab Henrico ſecundo collatum, Carolus Nonus, tanto patre digniſſimus filius, confirmauerat, ſatisfacerem. Nec dubito, quin plerique, qui ſuis nimium fidunt iudiciis, neq; res ipſas penitus explorant, mirentur, & ab omni ratione procul remotum putent, quod ego à maiorum veſtigiis, penituſq; olim infixis opinionib. diſcedens, ab ea ſententia longe abſim, quæ vulnerum ſclopo illiſorum cacoethiæ cauſam in venenum puluere pyrio in corpus illatum, vel glandibus dum temperantur & concinnantur admixtum conferendum cenſet. Tamẽ ſi, quod fere hominis eſt, rationes meas diligẽtius expendere velint, vna id, quod ſentio, probabunt, vel ſaltẽ id meum inceptum, quod communis vtilitatis cauſa à me ſuſcipitur, neutiquam condemnandum vel condemnendum putabunt. Faciam enim rationib. firmiſſimis ex veterũ & E Philoſophorum & Medicorum cõmentariis depromptis, ac certis præterea meis aliorumq; Chirurgorum experimentis, vt omnes intelligant, illam, quam ſæpe experimur in vulneribus ſcloporũ curandis cacoethiam & contumaciã, neq; ad venenũ puluere bombardico aut glande in corpus intruſum, neq; ad combuſtionem, quam puluis ille pyrius in læſa parte imprimat, eſſe conferendam. Ergo vt exordiar, ea primum ſententia expugnanda eſt, quæ vulnera ſclopo inflicta veneni accuſat, docendũque, neq; in puluere bombardico venenatã vllam ſubſtantiam aut qualitatẽ latere, neque, ſi adſit, corpora patientia ſuo illo veneno inficere poſſe. Quod quo facilius fiat, eiuſmodi pulueris examinanda compoſitio eſt, inqui-

Occaſio ſcribendi huius apologiſmi.

Quæ vulnera ſclopo inflicta videri poſſint venenoſa.

Argumentum huius apologiſmi.

Puluerem bombardicum non eſſe venenatum.

inquirendumq. in ſingula ex quib. cōponitur ſimplicia corpora, quam eſſentiam habeant, quas vires & qualitates, quouſq. demum effectus producant. Sic enim ſimplicib. cognitis, compoſiti, quod ex his conflatur, ratio omnis innoteſcet. Simplicia [illegible] palueris venant cōpoſitionem, ſunt omnino tria, carbo ſalicis, vel [illegible] cannabini, ſulphur, ſalpetræ, & nonnunquā aqua vitæ. Hæc ſingula ſi per ſe conſideres, veneni & venenatæ omnis [illegible] expertia comperies. Primum enim in carbone nihil noxæ poſſis præter ſiccitatem, & [illegible] fomes ſeu linteæ illecebra [illegible]. Sulphur calidum & ſiccum [illegible] non ſummo, ſubſtantiæ eſt oleoſæ & viſcidæ, ſic tamen, vt [illegible] igneſcat, quam carbo, [illegible] quem ſemel concepit, tenacius retineat, nec tam facile extinguatur. Salpetræ eiuſmodi eſt, vt [illegible] pro ſale vtantur, ex quibus patet, ſimplicium [illegible] natura omnis veneni eſſe expertem, [illegible] ſulphuris, quod tamē reliquis [illegible] eſt. Nam Dioſcorides ſulphur potandum exhibet, vel ex ouo ſorbendum aſthmaticis, [illegible] expuentibus & ictericis. Galenus vero id ipſum a venenata beſtia demorſis, & ad pſoras, [illegible] apponit. Quod ad aquā vitæ ſpectat, tam tenuis illa eſt ſubſtantiæ, vt in aerem exploſa vaneſcat, ſed & multis potanda præſcribitur, & in corporis partium frictiones innoxie adhibetur. Vnde [illegible] totū illum pulverem veneno [illegible], cum ea, ex quibus exſurgit & componitur, omni veneni ſuſpicione careant. [illegible] ſclopo vulnerati, non dubitant pulueris bombardici [illegible] in vino diſſolutā [illegible] lignis ſymptomatibus, quæ vulneribus [illegible] ſolent, immunitate [illegible] re, an multa faciant, non ſtatuo, id ipſum & Galli pleriq. [illegible] nulla neceſſitate [illegible] alacriores videantur, innoxie factitant, a plerisq. vero, ſubortis vlceribus [illegible] ſpergitur. Quod autem ad [illegible] ſpectat, qui venenati vulnerum ſclopo [illegible] ex puluere dimanare, ſed ex glande, cui veneni aliquid immixtum, aſſuſum aut adſcitum ſit, vel quæ in venenato aliquo ſucco temperata aut [illegible] ſuperq. vitium eſſe ad venena [illegible] ſententiam meam hoc valde confirmat, quod nemo non [illegible] Rothomagi [illegible] glande [illegible] gis militibus explodi in oppidanos ſolitos, omnis veneni [illegible] tentur immedicabilia & lethalia [illegible] vulnera, [illegible] Eiuſdē criminis [illegible] ſuſpicione, [illegible] Chirurgorū fere omnē operam vulnerū [illegible] Rothomagi, [illegible] cludi, vtriq. nempe cauſæ vulneris [illegible] ſecto quemadmodum apud Meniros ex Hippocratis ſententia [illegible] ex cauſis communibus [illegible] generis [illegible] inflicta, quodammodo venenata [illegible] ha. non quidem, quod vllius veneni ſint participia, [illegible] vitio communis alicuius cauſæ ſcilicet [illegible] ctorum corporum cacochymia, cœli & aeris infectione, eſculentorum & poculentorum corruptione: His enim ex cauſis male morata, & medicamentis haud obſequentia fiunt vulnera. His rationibus euerſa conuicta ea ſententia, quæ veneni [illegible] vulnera ſclopo [illegible] damnabat, [illegible] ad glandes, quæ vulgo ex plumbo conflantur, [illegible] calorem concipere poſſint, [illegible] & tamen [illegible] vt vnguentis pulueris [illegible] beat, integrumque corpus [illegible] ſubſtantiæ ſuæ [illegible] & illas [illegible] ſtatim ab ictu nonmodo innoxie manibus tractare licet, ſed & etiam [illegible] in vas bombardicum [illegible] pulverem oporteret, [illegible] vim glans ab ipſa exploſione conceperit. Atqui id non fit. Nam ſi quando inde igneſcat puluis [illegible] glandis ignem [illegible] lam eſt, ſed ipſius contra ferrum [illegible] tinum attritu & colliſione. Vnde igneus ſcintillis [illegible] ab igniario excudis, mox [illegible] tem momento corripiat & abſorbeat. Par eſt de tectis culminibus [illegible] glandis exploſæ ardore flammam concipiunt, ſed vt potius ſtuppæ alicuius & veteramentis [illegible] quod glandibus aliquæ incendiarii ſolent & vaſtatores. Aliud eſt, quod me magis [illegible] retinet. Nam [illegible] glandem ceream, quæ nullum tantum ardorem concipere poteſt, [illegible] quitur, tormento [illegible] exploſam in oppoſitum lignum duos digitos altum, ipſum trajiciet: ex quo eſt intelligere, glandes exploſione, calorem nullum tantum poſſe concipere, vt cauterii inſtar inurant. At nigræ [illegible] huiuſmodi vulnerum omnium oræ? Certe id quidem, [illegible] glande illatum, verum contuſionis eſt effectus: contuſio vero eo maxima exiſtit, quod & plana [illegible] eſt figura, & incredibili impetu in corpus impellatur. Cuius rei ſidem abunde faciunt vulnerati [illegible] nemo enim eorum eſt, qui ſtatim ab ictu non putet, ſibi in affectum membrum velut trabem, & inſignis ponderis corpus, procubuiſſe, ex quo grauis dolor & ſtupor membrum occupat: quibus ex cauſis ſæpe caloris natiui, & ſpirituum tanta exiſtit diſſipatio, vt gangræna conſequatur. Quod vero ad eſcaram attinet, quam ab ictu excitari & poſtmodum prolabi aſſerunt, fallantur; imponunt ipſa membratim & carnium contuſæ [illegible] & laniatæ glandis impetu portiunculæ, quæ mox putreſcentes a [illegible] tutæ & caloris [illegible] partibus ſegregantur, quod in omnibus magnis contuſionibus [illegible] rumque fieri & apparere ſolet. Quamuis vero hæc tot & tam multæ rationes, pulueri [illegible] veneni, glandem vero omnis combuſtionis, ſuſpicione liberent, exſiſtunt tamen plerique, qui [illegible] principiis nixi, noua prælia tentant. Cannarum enim muralium ictus, inquiunt, tonitruo, [illegible]

&c ful-

Ex quibus componatur pyrius puluis.

Lib. 5. ca. 73. Lib. 9. ſimp. cap 16.

Quod glans tormentaria veneno inſici nequeat.

Vt vet. Gal. ad ſent 20. & ad ſect 3. lib 3 epid.

Quibus ex cauſis male morata euadant vulnera.

Quod vulnera ſclopo inflicta combuſtionis ſint expertia.

Mirum experimentū. Vnde nigredo vulnerū ſclopo inflictorum.

Quæ cauſa frequentis gangrænæ in vulneribus ſclopo inflictis.

Ratio aduerſariorū refellitur.

Marginal letters: A, B, C, D, E

A & fulmini, quæ ruptæ & diffractæ in media aeris regione nubes in terras præcipitant, eſt omnino ſimilis: quare venenatam, cauſticamque eſſe oportet glandem ſeu ferreum tormentarium globum, qui inde [illegible] Non equidem ignoro fulmen ab exhalatione craſſa & viſcoſa genitum, diſſita, quæ inuoluitur, nube, nunquam in terras ruere, quin vna ſecum ignem importet, nunc tenuiorem, nunc craſſiorem pro materiæ, ex qua fit, exhalatio varia, conditione. Scribit enim Seneca tria fulminum eſſe genera [illegible] inflammatione, ſpecie, & copia. Vnum eſſe, quod materiæ tenuitate in ea, quæ attingit, obiecta, tanquam perforando penetret. Alterum, quod violento impetu illa eadem diſſringat & diſſipet, quod materiam habeat denſiorem, compreſſionem & rapidam magis, cuiuſmodi eſt turbo. Tertium, quod ex materia magis terreſtri conſtans, contacta adurit, impreſſa relinquens ardoris veſtigia. Nec me præterea latet, fulmen [illegible] eſſe peſtilentis, & fœtidæ, propter materiæ, ex qua fit, craſſitiem & viſciditatem, quæ incendio concepto adeo fœtidum odorem exhalat, vt eum ne ipſæ quidem feræ ſuſtinere valeant, propriaq; cubilia & ſpeluncas relinquant, ſi forte eiuſmodi fulmine tacta fuerint. Nam & in hiſtoria Septentrionali notatum ab Olao Magno legimus, quibuſdam in locis poſt fulminis lapſum, planitiem late conſpertam ſulphure compertam, quod tamẽ extinctum inutile & euanidũ ſit. Sed

B hæc quamuis ita [illegible] propter ea [illegible] bombardarum ictus, venenum atque ignem ſecum in [illegible]. [illegible] fulminis cum bombardarum ictib. ſimilia, non tamen materia [illegible] tantum affectuum quibus obiecta corpora [illegible] fulmina ad ipſam [illegible] ignis ac ſæpe lapidis [illegible] ictus vt aeris rapidius agitati [illegible] Nec vero ſi quis [illegible] non tamen cogar proptere [illegible] Plinio ſententia inter fulmina quędam habentur, quæ ex [illegible] materia [illegible] alia, quæ naturæ humentioris [illegible] tantũ [illegible] alia denique ex tenuiore [illegible] materia, quod naturam, vt ait Seneca, diuinam eſſe, non eſt dubitandum, vel hoc argumento, quod aurum & argentum [illegible] relinquent, vinũ denique doliis illibatis [illegible] Ex cuius ſententię præcepto, poſſum ego [illegible] fulmina [illegible] liquefaciunt & diſſipant, aliaq; effectus admirationis plenos ſine combuſtione vlla moliantur, cannarũ muſ-

C [illegible] diuerſa eſſe, at non ea, quę [illegible] Hiſtoriam [illegible] currit anno meo [illegible] memini me olim glandẽ extraxiſſe, femora [illegible] Multos præterea [illegible] commemoratorum effectus ſimilia ſunt, & tamen neque venenum [illegible] nunc cõcludere, veneno omni & combuſtione vacare bombardarum vulnera. At cum eiuſmodi vulnerum tanta fuerit ſuperiorib. bellis ciuilibus [illegible] lethifera pernicies, quę tandem illius cauſa [illegible] combuſtionẽ, neque in venenatam vulneris conditionem conferri poteſt? [illegible] explicanda eſt. Qui omne ſuum tempus philoſophiæ [illegible] & perſuaſum omnibus [illegible] tranſmutari poſſint, [illegible] alterationes, [illegible] & condenſationem. Sic enim ignis in

D aerem [illegible] in terram contraque terræ in aquam, aquæ in aerem, aeris in ignem: quod quatuor [illegible] materia communi contrarias [illegible] qualitates [illegible]. Cuius rei exemplum habemus in Æolopylis Germanorum [illegible] & in orbem actæ punctum habent anguſtiſſimum, quo aqua [illegible] ignis actione aqua in aerem ſpiritumque mutata, ſpiritum ſeu aerem, quem ante [illegible] magno murmure & ſtrepitu [illegible] efficiuntque, vbi primum [illegible] vehementem datam. Idipſum & experiri licet in caſtaneis, quæ integræ [illegible] mox ſonoro [illegible]: quod aquoſa & inata [illegible] ex aqua rarefactione ſublimatus [illegible] vt rumpat ſibi exitum. Aer enim ſeu flatus [illegible] caſtaneę inuoluens, [illegible] maiorem locum quærit, nec iam anguſtis, quibus antea [illegible] maiorem facit aeris copiam [illegible] Eodem plane modo puluis bombardicus igne feruens, in multo maiorem [illegible] proportionis [illegible] ex vna parte terræ decem fieri aquæ, ex vna aqua, decem aeris. & ex vna aeris, ignis decem minus. [illegible] cum iam anguſtis illis, quibus antea puluis bombardicus, cannæ [illegible] impetu violento exitum inde ſibi molitur, atque ob [illegible] vna [illegible] explodit [illegible] vt ſtatim in auras vaneſcat, neque

E ipſam, [illegible] ad obiecta corpora, quę [illegible] rumpit, atterit, & caſſat, comitetur. [illegible] bombardica [illegible] tanto impetu propellat, vt ſæpe eo prius, quam [illegible] & fractis oſſibus abſque vlla carnis prætenſæ noxa homines interemit [illegible] commune eſſe antea notauimus. Idem experimur in ſuffoſſionibus, cum [illegible] bombardicus admoto igne inflatum conuerſus, aquas montibus terræ [illegible] non ita in [illegible] Anno domini milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, [illegible] publico Armamentario igne tantum fragorẽ excitauit, vt

Quaſt. nat. lib. 2. cap. 49.

Fœtus fulminum odor.

Quod ſimile & diſſimile ſit fulmen cum ictu bombardico.

Lapis tonitrualis.

Lib. 2. ca. 51.

Fulminum quorundam diuina natura.

Hiſtoria.

Cur tam lethalia fuerint ſuperioribus annis ſclopetorum vulnera.

Cauſa tranſmutationis elementorum in ſe inuicem.

Æolopylæ.

Æolopyla.

Bombardici murmuris & ictus cauſa.

Cur plerique bombardarum ictu interimant nulla corporis parte violata.

tota inde vrbs contremuerit, vicinas vero ædes non paucas ſolo æquarit, alias remotiores vehementer A
Hiſtoria. concuſſas tegulis, feneſtriſque ſpoliarit: denique proceloſi fulminis inſtar multos ſemianimes huc illac proſtrauerit, aliis oculorum, aliis autem ſenſum ademerit, alios membris laceratos tam miſere mulctauerit, quam ſi fatis eo totum debitæ fuiſſent, idque ſola aeris agitatione, in quem puluis pyrius igneſcens conuertitur.
Terræ motus cauſa. Eodem plane modo, quo venti ſubterranei locis ſpiraculo carentibus concluſi. Nā dum exitum quærunt, vehementius terræ latera quatiunt, & magno murmure circum clauſtra frementes totam ipſam tremefaciunt, ſic vt varia agitatione nunc in altum, nunc in imum, concuſſam demoliatur, & alio deportent. Ita enim Megaram Æginamque, Græciæ vrbes olim celeberrimas, terræ motu abſorptas & ſolo æquatas legimus, mitto Lactantium in ſubterraneis ſpecubus ventorum tempeſtates ſonoras, quæ vrbium frementes oppugnationes, taurorum mugitus, & leonum horrendos rugitus ſubaudientibus repræſentant, nec à muralium cannarum ſeu æneorum tormentorum fragore longe abſint. His poſitis & præmiſſis, ad rem, de qua agitur, veniamus.
Aeris ad vitam neceſſitas. Inter res ad vitam neceſſarias, nulla eſt, quæ maiores in nobis faciat mutationes, quam aer quem continenter per ductus a natura deſtinatos in viſcera vigilantes, dormientes, nihilque non agentes attrahere inſpiratu & tranſpiratu cogimur.
In præf. prognoſt. Quo nomine diuino titulo aerem expreſſit Hippocrates, quod per mundi totam hunc orbem ſpirans, omnia mundo concluſa ambit, alit, tuetur, & concordi pace ligat, amice cum aliis, quibus diuina virtus infuſa eſt, conſpirans: aer enim ab aſtris varie mutatus, varias pariter edit in his inferioribus mutationes. B Hinc eſt, quod Medici & Philoſophi tam religioſe iubent [illegible] habituſque locorum, aeriſque conſtitutionem inſpici, cum de ſanitate tuenda vel arcendis morbis agitur. In hæc enim inſignis apparet aeris dominatus, vt ex quattuor anni tempeſtatibus licet intelligere: nam æſtate aer calidus & ſiccus corpora calefacit & exiccat: hyeme vero hyemaliū qualitatum, frigoris nempe & humiditatis, parit in nobis effectus, eo tamē ordine & naturæ prouidentia, vt etſi pro tempeſtatū varietate, varie noſtra corpora immutentur, nullam tamen hinc noxam ferant, modo tempeſtates ipſæ ſuas ſeruent tempeſtiuitates, à quibus ſi ipſas contingat diſcedere, magnæ non modo in corporibus, ſed & in animis noſtris cientur perturbationes, quarum noxam fugere vix poſſumus, eo quod nos vndique ambiant, &
Quo aer nobis noxam inuadat. naturæ legem corporis penetralia vna cum aere cæcis apertiſque ſpiraculis hoſpites ſuccedant. Nam quis eſt, qui ventorum, quibus aer confluus agitatur, effectus varios pro variis mundi regionibus, à quibus & per quas ſpirant, ſanitatis commodo aut incommodo non experiatur?
Aph. 1 ſect. 3. Cum igitur Auſter calidus ſit & humidus, qui vero à Septentrione flat ventus, frigidus & ſiccus, qui ab Oriente, ſerenus & nitidus, qui ad Occidente nubilus, non eſt dubium, quin aer, quem inſpirando ducimus, eius, C
Aph. 17 ſect. 3. qui tum dominatur regnatque, mutationes vna ſecum in viſcera deferat. Itaque ab Hippocrate notatum legimus, mutationes temporum, ſiue illæ ventorum vario afflatu ſiue tempeſtatum viciſſitudine contingant, potiſſimum parere morbos: nam Aquiloniæ conſtitutiones corpora denſant, confirmant, & bene mobilia, coloratiora, ac melius audientia, ſiccitato, vegetatoque calore natiuo, faciant. Auſtrinæ vero diſſoluunt corpora & humectant, capita aggrauant, auditum obtundunt, vertigines faciunt, oculis atque corporibus difficilem motum præſtant, quemadmodum magno ſuo
Aph. 15 ſect. 3. damno Narbonenſes, alioqui inter alacriores Galliarum populos ſiti, experiuntur.
Carnes facile putreſcere in locis maritimis. Si vero tempeſtatum & conſtitutionum anni contentio facienda eſt, eiuſdem decreto ſiccitates in totum imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ: Credo, quod nimia humiditas putredinis mater eſt, vt eſt intelligere ex his regionibus, quæ marino vento afflantur. In his enim carnes, quæ in vſum humanum aſſeruantur, intra horam putredine tentantur, & quæ vlcera alibi facile & momento ſanantur, illic à ſordium conflictu ac collectione, maligna, & remediis contumacia eſſe ſolent. Vt igitur cum anni tempeſtatum viciſſitudo naturæ lege [illegible], & in his tempeſtiua omnia tempeſtiue redduntur, vel non omnino morbis corpus tentatur, vel certe minus periculoſis, ſi contra corporum noſtrorum ſym- D
Ab aere [illegible] vulnerum ſclopo [illegible]. metria, & ſanitas in deterius labitur, cum anni tempeſtates in tempore & temperie peruertuntur. Cum igitur multis ab his annis tempeſtates anni quatuor ſuis caruerint tempeſtiuitatibus, & æſtati ſuus calor, hyemi vero ſuum frigus defuerit, humiditatibus vero & Auſtri dominatu omnia maduerint & languerint, neminem puto futurum tam parum in phyſicis, tam parum in Aſtrologia verſatum, qui ab aere & cælo morborum malitiæ & contumaciæ, quibus iam dudum tota Gallia affligitur, cauſas non cenſeat repetendas, alioqui vnde nobis tot morbi peſtilentes & contagioſi, per omnis ætatis & ſexus ac conditionis homines graſſati ſunt, vnde tot grauedines & raucedines? tot pleuritides tumores, variolæ, & ſcabies coctionem & remedia arte præſcripta non admittentes? Vnde tot venenatæ beſtiæ, bufones, locuſtæ, bruchi, aranei, veſpæ, crabrones, ſcarabei, limaces, viperæ, colubri, lacertæ, ſcorpii, atque aſpides, niſi ab ingenti putredine, quam aeris humiditas cum calore languido & ſtupido excitauit in nobis, totoque orbe Gallico? Hinc caloris natiui infirmitas & ſanguinis humo-
Auſter cum æſtu ſuffocāte. rumque, ex quibus conſtamus, corruptio, quam plurimas Auſter cum æſtu ſuffocante inuexit. Itaque ſuperioribus illis annis, paucis admodum detractus eſt ſanguis, qui non ſtatim propriæ ſubſtantiæ corruptionem liuore, aut virore prætulerit: quemadmodum ſtudioſe in illis omnibus obſeruaui, quibus ex Medicorum præſcripto ſeu ad futuri præcautionem, ſeu ad præſentis morbi curationem venam aperui. E Ex quibus efficitur, vt carnea corporum noſtrorum moles, non potuerit non eſſe & temperie, & conſiſtentia, in vitio, cum ſanguis, ex quo carnis generatio eſt, corruptionis ſemina ab impuro aere contraxiſſet. Vnde accidit, vt vulnera, quæ ſubſtantiæ deperditionem coniunctam
Cacochymorum & cachecticorum vlce- habuerint, vix coaleſcere: & ad vnionem reduci potuerint, propter ſanguinis cacochymiam. Ita enim hydropicorum, quibus ſanguis frigidior, vel omnino aquoſior eſt: ita Elephanticorum, quibus ſanguis corruptus eſt, nec omnino omnium cacochymia & cachexia laborantium vulnera & vlcera facile

ſanan-

A ſanantur. Imo ne ſi quidem pars ipſa læſi de tempore naturali, vel ſola deceſſerit, vulnus facile ſanabile extitit. Cum igitur hæc omnia, & aeris inquinati labes, & corporum cacochymia, & partium affectarum intemperies in vulneratorum permixtim conſpirarent, quid mirum, ſi ſuperioribus bellis ciuilibus, vulnera, quæ vel mole & amplitudine, vel partium obſeſſarum conditione exigua erant, tot & tam grauia accidentia, mortem denique ipſam inuexerunt? Cum præſertim, qui nos ambit, aer putredinis inquinamentis conſperſus impurata & tranſpiratu vulnera putrefaciat & labefactet, accedente maxime corporum & humorum præparatione & cacochymia. Profecto ab eiuſmodi vulneribus dum curarentur, tantus fœtor, putredinis certiſſimus index emanabat, vt eum vix aſtantes ferre valerent. Nec curationis vitio, vel Chirurgorum negligentię eius fœtoris culpa tribui poterat: nam ex principum hominumque & ex gregariorum militum vulneribus, ſimilis fœtor manabat. Et vero corruptio tanta erat, vt ſi earum propter vulneratorum multitudinem dies vnus abſque curatione elaberetur, ſequenti vermes è vulnere pullularent. Quinetiam, quod ingentem humorum putredinem amplius arguit, multis in partibus vulneri oppoſitis abſceſſus emergebant, vt in [illegible] ſi dextra omoplata vulnerata eſſet, in brachio læuo, [illegible] contigiſſe memini Nauarrę Regi, duci Niuernenſi, & domino [illegible] aliis; omnibus enim tum hominibus, tam graui vitioſorum

B humorum [illegible] peritoneum, ſi non in habitum abſceſſu excerneret, certe [illegible] ponere: diſſectis enim cadaueribus lien, hepar, pulmones, & reliqua [illegible] Hoc per has clatis ad cor, febribus continuis diuexabantur ægri. Iecore vero & [illegible] in [illegible] delirium & conuulſione, atrophia languebant. [illegible] vulnerum [illegible] nec phas ſit pu[illegible] Ergo ſi ex diuini Hippocratis ſententia, quæ iubet, omne contuſum vulnus ad ſuppurationem perducere, quo ſaneſcat, conati ſumus vulnera igniariis machinis inflicta adeoque contuſa, ſuppurantibus [illegible] propter eas, quæ ab aere corrupto [illegible] putredines, gangrenas & ſphacelos, quanquam haud ſolis ſuppurantibus [illegible] aliis ſæpe remediis pugnare coacti ſumus, a morbi [illegible] tantiſper, dum illis ſymptomatibus, quæ eiuſmodi & aliis enie, aut alio quouis teli genere inflictis vulneribus ſuperuenire ſolent, atque a [illegible] ad ducere, mederemur. Quemadmodum ſequenti tractatu pla-

C num fiet, ad quem nos aggredi nunc videtur opportunum.

Vulnerum ex læſarum partium, & glandium tormentariarum lædentium varietate ducta diuiſio. CAP. I.

VVlnera omnia, quæ igniariis machinis in corpore humano fiunt, ſeu ſimplicia illa ſint, ſeu compoſita, ſcilicet cum contuſione, dilaceratione, intemperie, tumore: omnia, in quam, illa, vel partes nobiles occupant, vel ignobiles, carnoſas, neruoſas aut oſſeas, alias ruptis & laniatis, alias illæſis inſignioribus vaſis. Eadem vel corporis ſuperficiei inſident, vel altius penetrantia, totum ipſum transfodiunt. Eſt vero & alia vulnerum eiuſmodi diuiſio, a glandium, quibus vulnera infliguntur, varietate ducta. Glandium enim tormentariarum aliæ [illegible] cernuntur, aliæ mediocres, aliæ minimæ, tragematum blando nomine donatæ, vulgo ex plumbo conſtantes, nonnunquam tamen ex chalybe, ferro, ære, ſtanno, vix ex argento [illegible] A figura diſtinctio nulla petitur. Siquidem rotunda fere omnia [illegible] Ex his differentiis Chirurgo ducendæ ſunt agendorum indicationes, & remediorum [illegible] Primum caput eſt, ne [illegible] orienda & maligna ſymptomata,

D quæ hinc vulnerum generi [illegible] a combuſtione, vel veneno in partem affectam glande [illegible] Sed potius a contuſionis, dilaceratio[illegible] quam violentiore impetu in neruoſa, oſſeaque corpora ſe intrudens glans facit. Nam ſi quando in partes tantum carnoſas glans inciderit, vulnera exurgunt tam remediis obſequentia & curatu facilia, quam ea eſſe ſolent, quæ ab alio quouis teli genere contundente & in orbem [illegible] vt certa experientia pluries a me deprehenſum eſt, cum ego caſtra ſecutus, & variis bellorum [illegible] exercitatus, vulneratis principibus ac gregariis militibus Chirurgiam facerem, ex eorum, qui [illegible] Medicorum conſilio.

De Signis vulnerum ſclopetis inflictorum. CAP. II.

SClopo inflicta vulnera cognoſcuntur figura, quæ fere orbicularis eſt: colore, cum ſcilicet, qui parti natiuus eſt, deperit, ac pro eo liuidus, ex cæruleo virens, violaceus aliue ſuccedit: Ictus ſenſu, cum in ipſo inflicti vulneris [illegible] velut illapſi lapidis, trabis, ſimiliue alterius grauis ponderis ſenſus extitit: pauci ſanguinis eruptione, nam cum contuſæ partes ſint, non ita multo poſt, ab ictu intumeſcunt, [illegible] periculum, neque ſerosem admittant, quo fit, vt ſanguis ſupprimatur, qui alio-

E [illegible] quæ vulnera [illegible] calore, qui accidit, vel motus rapiditate, vel vehementi aeris impulſione, vel contuſarum partium, vt carnium & neruorum attritu: Coniectura etiam eſt, ſclopo inflicta fuiſſe vulnera, ſi oſſa fracta fuerint, & aculei vicina corpora pungendo, fluxionem, inflammationemque excitent. Ideo vero glans ingentem facit contuſionem, quod non angulis, ſed rotundo & ſphærico corpore ſuo, in corpus inbeat, niſi magna vi penetrare nequit: quo fit, vt denigretur vulnus, liueant vero vicina vulneri loca. Hinc tot grauium ſymptomatum, doloris, fluxionis, inflammationis, abſceſſus, conuulſionis, phrenitidis, paralyſeos, gangrænæ & ſphaceli acceſſio, vnde tandem mors. Virulentam vero & valde

ra cur non facile ſanentur.

Putrentium humorum indicia.

Argumentum aliud in humoribus putredinis.

Contuſa omnia in putrem Vertit oportere.

A partium Vulneratarum Varietate Vulnerum diuiſio.

A glandium Vulnerantium Varietate Vulnerum diuiſio.

Sclopetorum Vulnera omnia fere rotunda.

Vnde ſclopetorum Vulneribus maligna ſuperueniant accidentia.

A figura.
A colore.
Ab ictus pœnes ſenſum conditione.
Ab hæmorrhagia.
Ab ardore loci Vulnerati.
Vnde tanta contuſio a glande ſclopo eliſa.
Fœtentis ſanies cauſa.

valde fœtentem ſæpe ſaniem vulnus ideo eructat, quod propter inſignem contuſionem, & circum- A
ſtantium particularum laniatum & attritionem, humorum è toto corpore magna vis confluat, ruatque
in locum affectum, quàm dum calor parti natiuus imminutus, deſerit, ſtatim calor præter naturam oc-
cupat. Huc facit vniuerſalis, particularisque cacochymia, ſi maxime partes neruoſas, vt articulos, vul-
nus teneat, certè nec ceruus impacto cornu, nec funda contorto ſilice, tam inſignem ictum, tamque
grande vulnus infligere poſſunt, quam machinæ bellicæ hoc genere glans plumbea, ferreave diſploſa:
vt quæ violento vibrata impetu fulminis modo penetret in corpus.

Quo primum apparatu, hæc curanda veniant vulnera.

CAP. III.

Peregrina corpora primum auellenda.

VVlnus ſtatim, niſi partis repugnet conditio, amplificandum eſt, quo liber ſit exitus tum ſaniei, tum
intruſis, aut alioqui contentis corpuſculis, cuiuſmodi ſunt veſtimentorum fragmenta, tomentum,
panni lintei, papyrus, ferreæ loricæ fruſtulum, ſquamæ, glandes, tragemata, oſſium aculei, carnes con-
tritæ, & ſimilia, quæ omnia quamprimum & quam citiſſime fieri poterit, veniunt auellenda. Nam per
prima vulnerum initia, doloris & inflammationis non ſunt æque magna omnia, atque ſubſequentibus B
Ars extrahendorum corporum peregrinorum.
poſtea temporibus. Huius operis primum hoc caput eſt, vt eodem ſitu collocetur æger, quo erat,
dum vulnus accepit, alias enim muſculorum alia conuerſio, contentis corpuſculis viam exitumque
vel intercludit, vel anguſtiorem facit. Sunt vero, ſi fieri poteſt, corpuſcula illa digito exploranda, quod
ſic certior & exactior ſit ſenſus. Quanquam ſi altius glans impulſa ſubierit, tum ſpecillo obrotundo &
obtuſo veſtiganda venit, ne dolor inferatur, quanquam & hanc ſæpe induſtriam fugiat glans, nec ſpe-
Hiſtoria.
cillo comperiri poſſit. Vt contigit polemarcho Briſſacio, cui in Parpinienſi obſidione ad dextram omo-
platam glande vulnerato, putabatur illa ab his, qui aderant, Chirurgis, in corporis capacitatem ſubiiſ-
ſe. At ego eodem in corporis ſtatu, ægro eſſe iuſſo, quo erat, dum vulnus accepit, digitis vicinas vulne-
ris partes, & alias, de quibus ſuſpicabar, blande comprimendo, tandem glandis latibulum comperi,
partis tumore, duritie, dolore, & liuiditate in carne. Id autem erat in parte inferna omoplatæ, ad ſepti-
mam & octauam dorſi vertebram. Eo igitur loco facta inciſione educta glans, facilem & breuem mihi
curationem, nobili viro & generoſo ægro ſanationem parauit. Notanda igitur hæc ars, & digiti potius,
quam ſpecilli credendum iudicio.

Inſtrumentorum glandibus, aliiſq; peregrinis corporibus extrahendis idoneorum deſcriptio. C

CAP. IV.

INſtrumentorum glandibus aliisque peregrinis corporibus extrahendis idoneorũ, varia eſt, pro inci-
dentium occaſionum varietate, & magnitudo, & figura. Alia enim ſunt dentata, alia leuia, alia alte-
rius figuræ & magnitudinis, quorum omniũ varia genera Chirurgo ad manum eſſe debent, vt ea cor-
poribus, vulneribusque aptare poſſit, non autem corpora vulneraque inſtrumentis.


Inſtrumentorum eiuſmodi ſequitur deformatio.

Roſtrum coruinum dentatum.



D

Roſtrum gruinum in anconem actum, & ſerratum, ſeu dentatum.




E


Roſtrum

A *Roſtrum gruinum rectum, pariterq; dentatum, tragematis, ſquamis, oſſiumq; aculeis altius inſidentibus, extrahendũ idoneum.*

Roſtrum anatinum.



B



Roſtrum id anatinum cauitatem in extremo exciſam habet latam, rotundam, & dentatam. Sic enim glandem facilius comprehendit, cum præſertim illa carnoſis corporibus intertexta eſt.


Aliud extrahendũ glandibus idoneum organum, quod glandium illex nuncupare poſſumus.

Roſtrum lacertinum glandium etiam illex, glandi nempe, quæ alliſu ad os obtuſior & planior euaſit illicienda affabrefactum.

C



D




E

A. Monſtrat eius cannulam. B. Virgulam, qua cardo obſeratur & reſeratur. C. Cardinem.

Extrahendis vero & auellendis loricarum ſquammis & fruſtulis in carnes vel oſſa intruſis, comparatum eſt roſtrum pſittacinum: cuius hæc eſt figura.

Roſtrum


Roſtrum pſittacinum. A



A. Monſtrat cochlea maris manubrium. B. Foramen ſeu cochleam fœminam, in quam inſeritur, receptaque verſatur & torquetur cochlea mas. C. Scapus ductilis, qui cochlea maris verſatione ſurrigitur & deprimitur. DD. Cataracta, quæ duplex in ſclopo immobili & hamato ſcapi ductilis [illegible]. B

Roſtrum olorinum cochlea opera diducitur, hoc in vulnera in lato immiſſum vncis dilatantur, vt mox inſerto gruino, quod paulo ante rectum diximus, tanquam volſella peregrina corpora extrahantur.

Roſtrum olorinum, cum roſtro gruino recto.




C

Quod ſi peregrina illa corpora, præſertim glandes & tragemata, non ita alte demerſa in vulnus fuerint, Vectium leui, aut etiam Terebellorum opera auelli poterunt. Terebella hæc cochleatim in ſua cannula torquentur, atque auellendam glandem, modo plumbea vel ſtannea ſit, non durioris alterius metalli, mucrone cochleato magna vi defigunt, moxque vna ſecum efferunt.

Canna in qua latet Terebellum. *Terebellorum deformatio.*

D




E

Præter olorinum, de quo paulo ante diximus, roſtrum, habentur & dilatandis vulneribus dicata organa: Dilatatoria inde dicta, quibus ſcilicet ductu amplius & hiante vulnere extrahenda & latentia corpora, in conſpectum veniunt. Nam eiuſmodi organi duobus compreſſis extremis reliqua duo diuaricantur. Poteſt & eius vſus eſſe in partibus plerisque corporis, vt naribus, ano, & aliis ſimilibus dilatandis.

Dilatatoria

A

Dilatatoria.




B

Quæ ſequuntur organa, acuum ſetam trahentium nomine ſunt donata, quorum vſus eſt, cum ſetam traiicere per medium vulnus volumus, vt ipſo diducto manente, oculis & inſtrumentis via pateat ad infixam & latentem glandem. Sed & iiſdem acubus vtimur, ad explorandam & veluti percontandã vulnerum profunditatem, glandesque perueſtigandas: non enim dolorem inferre poſſunt, quod leui & rotundato ſint extremo. Sic certe vulnerum omnia ſpecilla, quibus glandem latentem perueſtigamus, craſſiuſculo, leui, & rotundo extremo eſſe debent. Nam cum vulneris oræ ab ictu ſtatim coeant, ſi tenuiora Specilla fuerint, hærebunt in carnis tanquam ſalebra, neque ad glandem vſque peruenire valebunt. Iam ſi acuto & mucronato, ſi aſpero fuerint extremo, obuiam carnem pungendo, dolorem inferent & renouabunt: ſicque incœptum veſtigandæ glandis opus interturbabitur. Cæterum longitudo acuum eiuſmodi varia pro partium craſſitie comparanda erit: nam niſi longioribus femur traiici non poterit.

Specilla qualia eſſe debeat percontando apta.

Specilla traiiciendis per vulnus ſetis, ſeu vinculis idonea.

C



D

Reuulſis & extractis peregrinis e vulnere corporibus, quæ primum curatio adhibenda ſit. CAP. V.

PEregrinis corporibus, his, quas diximus, artibus pellectis & euulſis, præcipuum curationis erit contuſioni mederi, & aeris intemperiem, ſi quæ calida & humida, id eſt, putredini obnoxia ſubſit, emẽdare. Id fiet remediis tum per os aſſumptis, tum adhibitis, tum vulneri inditis Aſſumenda, faciendaque tum in diæta, tum in pharmacia relinquo doctorum Medicorum iudicio. Quod ad particularia & topica remedia ſpectat, niſi ab aeris præſenti conſtitutione, partis affectæ conditione, aut aliunde, gangrænæ immineat periculum, ſuppurantibus erit vtendum, quemadmodum in contuſionibus fieri ſolet: cuiuſmodi ſunt oleum catellorum, & quod vocant digeſtiuum: præſertim vero tum ſuppurantibus veniet parcendum, cum pars læſa ex his erit, quæ ſunt de genere neruoſo. Neruoſa enim omnia ſiccioribus curari poſtulant, quam carnoſa, vt *tractatu de articulorum vulneribus* diximus: ergo in articulorum & neruoſorum corporum vulneribus plus terebinthinæ venetæ, quam olei adhibebitur. Laurentius Ioubertus Regius Medicus, & Academiæ Monſpelienſis Cancellarius, *opuſculo* quod *de ſcloporum vulneribus* edidit, in his, ſi ſimplicia fuerint, eſcharoticis ſeu actu, ſeu facultate talia extiterint, interdicit: quod

Quæ tantisne ſuppurantia vſurpanda ſint in hoc vulnerũ genere curãdo.

Cur eſcharotica in hoc vulnerum genere fugiẽda, ſi ſimplicia vulnera fuerint.

E dolorem, inflammationem, febrem, gangrænam, & alia lethalia inducant ſymptomata. Adde, quod eſchara inducta ſuppurationem prohibet, quæ tamen in hoc vulnerum genere expetitur, quo fiat contuſæ carnis à ſana ſecretio, ne ipſa in putredinem contagio trahatur. Quod ipſum facile contingit, cum eſchara obducta, tanquam obice oppoſito, excrementitius humor diutius in parte reſtitat, & vapores putredinoſi exitu prohibiti multiplicantur, & à vaſis minoribus in maiora, indeque in vniuerſum corpus diffunduntur. Ergo vbi putredinis incidet ſuſpicio, miſſis ſuppurantibus remediis, ea, quæ putredini reſiſtunt, venient primo quoque tempore vſurpanda, cuiuſmodi eſt, quod ſequitur vnguentum.

Quî eſchara putredinem inuehat.

Ægyptiacum, [illegible]

℞ *[illegible] roche, viridis æris, vitrioli romani, mellis roſat. an. ℥ij. aceti boni quantum ſufficit, bulliant omnia ſimul [illegible] artem & fiat medicamentum ad formam mellis.* Huic à calore & ſubſtantiæ tenuitate facultas ineſt incidendorum humorum & attenuandorum, ac reuocandi caloris natiui intro contuſi diſſipatique, violento & rapido glandis in corpus impulſu: ſed & virulenti humoris viroſa contagia corrigit. Vſurpabitur igitur hoc medicamentum in aceto aut aqua vitæ diſſolutum, indaturque vulneribus, tentis ex eo penicillisque oblitis. Erunt vero primo apparatu penicula paulo longiora & craſſiora, vt dilatato vulnere, immittendis aliis remediis ingreſſus pateat, alioqui ſiphunculo iniectiones ex eo facere licebit, quo ſubeat penitus. Cæterum Ægyptiaci hæc deſcriptio pro partium obiectarum conditione temperabitur, neruoſæ enim illo tanquam acriori offendentur, temperabitur vero admixto oleo de terebinthina & hyperico. Quin & ægyptiaco facile carere licebit, cum nulla talis ſubeſt in aere peſtilens conſtitutio, qualis ſuperiorum bellorum ciuilium tempeſtatibus viſa eſt. Poſt ægyptiaci vſum remollientibus & lenientibus eſcharæ lapſus erit procurandus, cuiuſmodi eſt oleum ſequens, plus quam tepidum admotum.

Cur & quá do temperádum Ægyptiacum. A

Oleum catellorum per ſuam anodynam vim, escharam deturbans.

℞ *olei violati ℔ iiij. in quibus coquantur catelli duo nuper nati, vſque ad diſſolutionem oſſium, addendo vermium terreſtrium, vt decet preparatorum ℔ j. coquantur ſimul lento igne, deinde fiat expreſſio ad vſum, addendo terebinthinæ venetæ ℥ [illegible] aquæ vitæ ℥ j.* Eſt illi oleo vis mirifica tum ſedandi doloris, tum puris in vulnere maturandi & eſcharæ deturbandæ. Quod ſequitur [illegible], parabilius eſt. B

℞ *olei ſemin. lini. & liliorum an. ℥ iij. vnguent. baſilic. ℥ j. liquefiant ſimul, & fiat medicamentum,* de quo vulneri indatur quantum ſufficit: huic enim mediocriter calenti appoſito leniendi doloris vis ineſt, vt [illegible] remolliendi & humectandi, omninoque vulneris ad ſuppurationem promouendi. quæ [illegible] hoc genus vulnerum curandorum ratio, per Hippocratis regulam, qua omne contuſum vulnus [illegible] eſt ad ſuppurationem perducendum, ſic enim minus phlegmone tentabitur: & præterea [illegible] contrita & contuſa putreſcere debet, liquari, & in pus conuerti, vt in eius locum alia [illegible] reponi & ſubſtitui poſſit. Laurentius Ioubertus valde commendat ſequens remedium cuius tamen vires, mihi nondum experiri contigit.

Lib. de vlce.

Puluis mercurij dotes.

℞ *puluer. mercur. [illegible] ℥ j. adipis porci recentis, vel butyri recentis, ℥ iiij. camphoræ in aqua vitæ diſſolutæ, ℥ j. miſce omnia ſimul, addendo tantillum olei liliorum, aut lini.* Docuit illum experientia, docet & ratio, id remedij genus eſſe valde commendabile: nam puluis mercurij ſi quando materiæ cruda & humectæ admiſceatur, breui tempore contuſam carnem in pus vertit, nullo inſigni dolore citato. Quod ad camphoram attinet, ſeu calida illa ſit, ſeu frigida, multum ad eam rem confert, propter partium, quibus conſtat, tenuitatem. Huius enim qualitatis opera, medicamenta promptius ſubeunt in patientia corpora, & quod ſui muneris eſt, perficiunt: adde, quod corruptioni reſiſtit camphora. Nonnulli in vulnus inſtillant aquam vitæ, in qua calcanthum calcinatum diſſolutum fuerit. Quod remedij genus haud equidem eſt ſuppuratorium, ſed tamen corruptioni valde reluctatur, ſic vt eo vtiliter vti poſſimus, cum cœlum calidum eſt, vnaque humidum & ſuffocans. Cum vero ictus infligitur cominus, non poteſt non ambuſtum eſſe vulnus, ab incenſi pyrij pulueris flamma: quo in caſu remedia ad ambuſta vſurpari ſolita, erunt ex vſu, non neglectis illis, quæ contuſioni debent adhiberi. Quod vero ad partes vulneri contiguas, & in propinquo poſitas ſpectat, haud equidem, niſi forte primo apparatu, refrigerantia & adſtringentia, ſed remollientia & ſuppurantia adhibebuntur. Nam quæ refrigerantis ſunt facultatis, partem debilitant, & ſuppurationem remorantur. Adſtringentia vero cutem conſtipant, quæ cauſa exiſtit, cur concluſis ac tranſpiratu exituque prohibitis putridis vaporibus, gangræna, & tandem ſphacelus facile partem occupent. Quod ſi contuſio inſignis fuerit, & ſe latius diffundat in carnem, multiplici ſcarificatu pars erit incidenda, quo contuſo, vt ſic loquar, & concreto ſanguine, adeoq; in putredinem prono, pars deoneretur. At quod ad eas ſpectat partes, quæ à vulnere remotiores, contuſam carnem ambiunt, refrigerantia & corroborantia illæ poſtulant remedia, vt humorum in partem decubitum & fluxionem compeſcant, cuiuſmodi eſt ſequens remedium. C

Vitrioli cum facti vis.

Qui ſclopetorum vulnera combuſtione contracta eſſe poſſunt.

Scarificatio. D

Adſtringentia & repellentia medicamenta.

℞ *puluer. boli armen. ſanguin. Dracon. puluer. myrrhæ an. ℥ j. ſuccor. ſolan. ſemperuiui, portulac. an. ℥ j. ß. albumin. iij ouor. oxyrrhodini quantum ſufficit fiat linimentum,* vt decet. Hoc & ſimilibus vti licebit, quoad accidentia ſuſpecta, non iam in metu ſint. Nec vero ligandi, & faſcia inuoluendi membri minor, quam remediorum cura eſſe debet: non enim parum ad ſanationem refert, ſi apto, conuenienti & indolenti ſitu collocatum fuerit. Per initia non eſt niſi ſemel in die, id eſt, viginti quatuor horarum ſpatio vulnus curandum, quoad ſcilicet pure vulnus manare incipiat: at cum pus fieri incipiet, adeoque dolor & febris magis vrgebunt, bis in die, id eſt, ſingulis duodecim horis ſemel curandum veniet. Cum vero pus maiore ſolito copia effluet, ſic vt eius collectio ægro valde moleſta ſit, ſingulis quibuſque octo horis, id eſt, ter in die, curatio renouanda erit. At vbi puris ille copioſior effluxus ſubſiſtere, & ſenſim minui incipiet, bis in die curaſſe ſufficiet. Cum vero vlcus carne impletur, adeoque pauco admodum pure manat, ſat erit ſemel in die curationis apparatum, quemadmodum per prima initia fiebat, repetere.

Deligatio.

Quoties in die vulnus curandum. E

Qua

A

Quæ ſecundo apparatu curatio adhibenda.

CAP. VI.

APparatu ſecundo & ſequentibus, niſi putredinis & gangrænæ adſit ſuſpicio, ſolum aliquod ex ſupradictis oleum, vulneri affundendum eſt, additis ouorum vitellis & pauco croco, eiuſque remedij vſus erit, quouſque vulneris excrementum coctum appareat, & in pus verſum. In quo notandum illud venit, puris in hoc vulnerum genere longe tardiorem eſſe, quam in reliquis vulnerum generibus, alio quouis telo illatis, generationem: quod tum glans, tum aer, quem rapido glans præ ſe pellit impetu ſtatim contuſa carne, natiuum calorem diſſipant, & partis ſpiritus exhauriunt. Quæ res pepaſmi tarditatem infert, ac ſæpe ſaniei fœtorem & aliorum perniciaľium ſymptomatum conſecutionem. Sæpius tamen intra tertium vel quartum diem apparet pus, citius, tardiuſue pro varia corporum patientium complexione & temperamento, aeriſque ambientis in calore & frigore conditione: hinc ad deterſionem paulatim veniendum, addita illi medicamento terebinthina, in aqua roſarum, vel hordei, aut alia ſimi- B li lota ad eluendam eius mordacitatem. Si aer ambiens frigore rigeat, ſalubriter addi poterit aqua vitæ: nam ex Galeni præſcripto, hyeme calentiora, æſtate vero minus calida medicamenta vſurpanda ſunt: hinc detergentibus locus erit: vt,

Cur ſcloporũ vulnera tardius ſuppurentur.
Cur lauanda terebinthina.
Lib 3. meth

℞. aquæ decoctionis hordei quantum ſufficit, ſuccor. plantaginis, apij, agrimo. centauri minoris, an. ℥j. bulliant omnia ſimul, in fine decoctionis adde terebinthinæ venetæ ℥iij mellis roſ. ℥ij ſar. hord. ℥iij. croci ℈j. miſceantur omnia ſimul bene agitando, fiat mundificatiuum mediocris conſiſtentiæ. Vel,

℞. ſuccor. clymeni plantag. abſinth apij, an. ℥ij. tereb. venet ℥iij. ſyrup. abſinth. & mellis roſ. an ℥ij. bulliant omnia ſecundum artem poſtea colentur, in colatura adde puluer. aloes, maſtich, ireos florent. far. hord. an. ℥j fiat mundificatiuum ad vſum dictum. Vel,

℞. terebinth venet lotæ in aqua roſ ℥v. olei roſ. ℥j. mellis roſ. ℥iij myrrhæ, aloes, maſtich. ariſtoloch. rotundæ. an. ℥j. ʒ ſar hord ℥iij miſce, fiat mundificatiuum, quod peniculis in vulnus immittetur, neque longioribus, neque craſſioribus, ne ſaniei & vaporibus ſubſtantiæ exitus præcludatur, vnde vulneratæ partis eroſio, dolor, fluxio, inflammatio, abſceſſus, putredo, quæ omnia tum ipſa per ſe, tum contagione partium nobilium, & membro læſo, & toti corpori moleſta ſunt. Penicula igitur niſi gracilia, & mediocris conſiſtentiæ, C in vulnus haud erunt immittenda, ne materiebus, vt dixi, intercludatur exitus, ne contactu preſſiore dolorifica ſint, ſicque maligna ſymptomata inferant. Cum vero peniculorum ſetarumq; is ſit vſus, tum vt vulnera aperta tamdiu teneant, quoad peregrina corpora excluſa fuerint, tum vt medicamenta, quibus oblinuntur, vſque ad ima vulnerum deferant. Certe ſi ſinuoſum & profundius vulnus extiterit, ſic, vt ne ſic quidem ad omnes vulneris partes medicamentum peruenire queat, iniectionibus ex ſequenti decocto res agenda erit.

Cur penicula neque longiora neque craſſiora eſſe deceat.
Detergens medicamentum.

℞. aquæ hord. ℔ iiij. agrimon centaur minor. pimpinellæ, abſynth plantag. an. m. ß. rad. ariſtoloch. rotun. ℥ ß. fiat decoctio ad ℔ j in colatura expreſſa, diſſolue aloes hepaticæ ℥iij mellis roſ. ℥ij. bulliant modicum. Ex eo decocto ter, quaterue in vulnus fiat iniectio, quoties æger curabitur: atque ſi id remediũ non ſufficiat detergendæ ſaniei, & carni ſpongioſæ, putrenti, atque emortuæ conſumendæ, addendum decocto erit Ægyptiacum diſſolutum, quantum præſens neceſſitas poſcere videbitur: fere autem in decocti libra vna diſſoluitur Ægyptiaci vncia vna: mirifica certe Ægyptiaco vis ineſt ſpongioſæ carnis, quæ vulnerum cauis inſederit, excedendæ: quin & ſolum increſcentem carnem compeſcit. In quam rem & ipſe expertus ſum pulueri mercurij atque alumini vſto pari portione mixtis inſignes eſſe vires, & pares ſublimato aut arſe- D nico, niſi quod haud tantum dolorem illa, quantum hæc inferunt: certe ipſe miratus ſum eſcharæ, quæ his aſpertis ſurgebat, amplitudinem. Pragmaticorum permulti iniectæ decoctionis magnam portionem in vulnerum ſinuoſorum cauis relinqui volunt, quod mihi nunquam probari potuit. Nam & illis partibus tenſionem præter naturam humor ille concluſus infert, & humiditate ſuperflua imbuit, ex quo carnis regeneratio retardatur: quoniam omne vlcus, qua vlcus eſt, ſiccari poſtulat, Hippocratis ſententia. Multi etiam frequentiore ſetarum vſu aberrant: has enim dum ad ſingulas horas immutant, ad vulneris parietes allidunt, dolorem refricant, & alia maligna ſymptomata renouant: quare quæ vlcera copioſiore pure manant, malim curare fiſtulatis peniculis, cuiuſmodi ea exiſtunt, quæ contoſſo thoraci indũtur. Sunt inſuper diplomata lintea fundo vulneris apprimenda, quo partes ipſæ ſibi inuicem illa compreſſione addicentur, ſanieſque foras protrudatur: nec vero fuerit inutile illud diploma amplo foramine eſſe pertuſum ad ſinuoſi vulneris orificium, & fiſtulata penicula, quo appoſita illic & adiuncta ſpongia manantem ſaniem liceat excipere, ſic enim puris longe celerior futura eſt excluſio & abſumptio, ſi præſertim faſcia à fundo ſinuoſi vlceris initio ducto, ad orificium obuoluatur. Faſciæ & diplomata, quæ huic vulnerum generi adhibebuntur, omnia oxycrato vel auſtero vino imbuentur, vt ſic parti robur ad- E datur, & fluxio intercipiatur. Verendum vero, ne arctius partem ſtringas, hinc enim doloris ab intercepto putredinoſis vaporibus & excrementis, quæ contuſæ carnes de ſe effundunt, exitu, & atrophiæ metus, ſuccis alimentariis ad partem occluſo aditu.

Liquorum in vulnera expreſſionibus quando vtendum.
Ægyptiaci quantitas in expreſſionibus.
Cur expreſſi liquoris nihil in vulnerum ſinubus hærere debeat.
De ſetarum vſu.
Peniculi fiſtulati.
Diplomatũ & faſciarũ ratio.

Quibus remediis peregrina corpora, ſi qua forte à primo apparatu remanſerint, veniunt extrahenda.

CAP. VII.

NOn raro contingit, vt attritorum & colliſorum ictus vehementia, oſſium quædam teſtulæ primo apparatu auelli nequeant, quod vel non cedant, vel non ſedent deſcriptis ante inſtrumentis. Quo in caſu magna eſt & probata ſequentis remedij ad reliquum id, quicquid eſt, eliminandum, vtilitas.

Cur peregrina corpora difficilius auellantur, cauſa dua.

℞ radic. ireos florent. panac. & cappar. an. ʒ ij. ariſtoloch. rotund. manna thuris, an. ʒ j. in pollinem redacta incorporentur cum mell. roſat. & terebinthin. venet. an. ʒ ij. Vel, A

℞ reſin. pini ſicc. ʒ iij. pumicis combuſti & extincti in vino albo, radic. ireos, ariſtoloch. an. ʒ ß. thuris, ʒ j. ſquamæ æris ʒ ij. in pollinem redigantur diligenter, incorporentur cum melle roſato. fiat medicamentum.

De indicationibus in hoc vulnerum genere obſeruandis.

CAP. VIII.

DEterſo & purgato vlcere, peregriniſque omnibus corpuſculis reuulſis, naturæ conatus, in carne regeneranda, & cicatrice inducenda, iuuandus remediis conuenientibus, tū aſſumptis, tū admotis. In quam rem facile & tuto deducemur indicationibus, ſumptis primum ab eſſentia morbi, tum à cauſa, ſi adhuc præſens morbum foueat. Nam quod ait Galenus, à cauſa primitiua, & tempore nullam ſumi indicationem, id intelligendum venit de tempore præterito & cauſa abſente. Iam vero & à temporibus morbi vniuerſalibus principio, incremento, ſtatu, & declinatione ſumenda indicatio eſt. Hæc enim ſingula quæ tum ſua petunt remedia: alia etiam ab ægri temperie ſumitur, vt nemo Chirurgus debeat dubitare alia bilioſo, alia pituitoſo conuenire remedia. Huc referenda indicatio, quæ ab ætate duci ſolet: ducitur etiam ab ægri diæta nam ei, cui ſit omnium horarum ventriculus, nemo tenuiſſimum victum præſcripſerit, vel æque tenuem atque ei, qui ſemel, vel bis tantum in die cibari ſit ſolitus. Hinc eſt, quod diætæ, quæ pro omni victus parte ſola ſunt contentæ, non tam Gallis, quam Italis conueniunt: dandum enim eſt aliquid conſuetudini, quæ altera velut natura eſt. Ad diætam referantur vitæ inſtitutum, & exercitia familiaria: nam ruſticis, quibus eſt denſa caro, & à multo labore calloſa cutis alia conueniunt, quam ſenatis & delicatis hominibus. Sed præ cæteris eius indicationis, quæ à viribus ægri ſumitur, habenda ratio eſt: nam viribus vel deficientibus, vel debilibus, ſtatim omnibus poſthabitis eſt ſuccurrendum itaque reſecandi membri, quod computruit, incidente neceſſitate differenda operatio eſt, ſi ægri vires adeo fuerint deiectæ, vt eam ferre citra vitæ euidens periculum nequeat. Ab ambiente præterea aere ſumenda indicatio eſt, ſub qua illa etiam cōprehenditur, quæ ab anni tēpeſtate, regione, ac cœli & ſoli, quod incolumis ſtatu temporiſque præſentis particulari conditione petitur. Hinc eſt, quod à Guidone ſcriptum legimus, capitis vulnera ſanatu eſſe longe contumaciora Lutetiæ, quam apud Aueniōnenſes, apud quos contra tibiarum vulnera difficilius ſanantur, quam Lutetiæ, quod Lutetiæ aer frigidus ſit & humidus, quæ conſtitutio cum cerebro & capiti inimica ſit, non poteſt non eſſe infenſa earum partium vulneribus. At apud Aueniōnenſes, qui eſt ambientis aeris feruor humores liquefacit, & ſuperna deorſum decurrere facit. Quod ſi quis huic Guidonis decreto contrariam experientiam obiiciat, atque ſæpius lethalia eſſe & antea fuerint in calidis regionibus capitis vulnera dicat, is intelligat, non eſſe eum caſum acceptum referendum aeris manifeſto calori, ſed maligno cuidam & venenato humori vel vapori per aerem ſparſo & à mari ſuſcitato vt obſeruare in his demum locis Narbonenſis Galliæ & Italiæ licet, quæ mari Mediterraneo ſunt vicina. Petenda præterea curandi indicatio eſt ex partium vulneratarum propria & priuata temperie: nam alia muſculoſis, alia oſſeis partibus debetur curatio. Hanc eandem remediorum varietatem indicat, & petit partium ſenſibilitas: non enim tam acria neruis & tendinibus, quam ſenſus expertibus ligamentis apponuntur. Par ratio eſt dignitatis & muneris partium ad vitam tuendam neceſſarij ſæpe enim vulnera cerebri, vel alicuius naturalium, & vitalium partium, hoc ipſo, quod in illis ſunt partibus defixa, totam peruertunt curandi rationem, quæ vulneribus communis & generalis eſſe videt, nec immerito nam ſæpe ex partis conditione de toto morbi euentu certo pronuntiamus: nam vulnera, quæ in cerebri ventriculos penetrant, in cor, magna vaſa, thoracem, partem diaphragmatis neruoſam, iecur, ventriculum, inteſtina tenuia, veſicam, ſi paulo maiora fuerint, lethalia exiſtunt, quemadmodum & illa, quæ articulos occupant in corpore cacochymo, vt ſupra notauimus. Nec vero negligenda ea indicatio, quæ à partis ſitu, & cum vicinis commercio, vel à figura ducitur: eum ne Galenus quidem eam negligendam duxerit. In ſumendis vero commemoratis indicationibus conſiderandum eſt, num morborum adſit compoſitio ſeu complicatio: nam vt vnius & ſimplicis morbi vna & ſimplex indicatio eſt, ſic compoſiti & complicati multiplex eſſe debet. Affectuū vero præter naturam triplex notatur compoſitio: nam vel morbus morbo componitur, vt vulnus, aut phlegmone, fracturæ oſſis vel morbus cauſæ, vt vlcus, fluxioni vel morbus ſymptomati, vt vulnus cum dolore aut hæmorrhagia. Incidit nonnunquam, vt tria hæc in vnum caſum & affectum concurrant, morbus, cauſa, & ſymptoma. In his artificioſe tractandis, ſequendum eſt Galeni conſilium, qui iubet in complicatis & compoſitis affectibus, vt vrgentiori occurratur: tum cauſæ morbi occurramus, denique ei affectui, ſine quo reliqui affectus ſanari nequeunt. Quod conſilium apprime notandum venit nam in illa affectuum compoſitione cum incertus empyricorum vagetur animus, contra habet rationalis Medicus paucis & plane aureis verbis, præſcriptam viam, quam ordine in curando ſi ſequatur, à ſanitate aberrare non poſſit. Symptomata equidem, qua ſunt ſymptomata, nullam faciunt agendorum indicationem, nec ordinem curandi immutant: nam ſanato morbo, vna & ſymptoma, quod morbum tanquam vmbra corpus ſequitur, tollitur. At ſæpe adeo vrgent, premūtque ſymptomata, vt peruerſa omni curandi œconomia, ipſis occurrere primum cogamur, quod tum cauſæ incrementi morbi rationem obtineant. Cæterum omnes notatæ indicationes duo ſpectant. Primum eſt, vt pars natiuæ ſuæ temperiei reſtituatur: Alterum, vt neque quantitate, neque qualitate ſanguis in vitio ſit: hæc enim duo cum adſunt, nihil eſt, quod regenerationem ſeu repoſitionem, nihil, quod vnionem vulnerum, vlcerumue remorari poſſit.

Margin notes (left): *5 meth.* — *Italicus [illegible] ...* — *Quia à viribus ægri ſumitur indicatio præcipuam eſſe* — *Cur capitis Lutetiæ lethaliora, crurum autem vulnera Aueniōne ſanatu ſint difficiliora.* — *A partium temperamento aut hebete ſenſu petēda curandi indicatio.* — *7. meth. & 3. ad Glau.* — *Quot modis affectus componantur* — *Lib. 7. meth.* — *Cur & quādo à ſymptomate curandi ducatur indicatio* — *Quo ſpectent omnes in curatione vulnerum.*

Right margin letters: B, C, D, E.

Qua

Quæ reſtent Chirurgo agenda in hoc vulnerum genere.

CAP. IX.

A AB initio Chirurgum in dolore ſedando operatum eſſe decet, fluxiones reprimendo, diætam in ſex illis rebus, quæ non naturalium nomine intelliguntur, præſcribendo, calidorum & acrium, vini etiam vſu interdicto: talia enim humores attenuant, & ad influxum paratiores reddunt. Sit igitur initio victus tenuis, quo à parte affecta reuellatur humorum curſus: vacuus enim nec ſatis plenus ventriculus vndique ex circumſtantibus corporis partibus attrahit: quo fit, vt conſecutione quadam, tandem extimæ & extremæ corporis partes maniantur: quæ cauſa exiſtit, cur primis diebus, parcius ſint cibandi vulnerati. Coitus eſt perniciofus, quod ſpiritus, humoreſque præ cæteris motibus inflammat. quo fit, vt humores incaleſcentes, in partem vulneratam & incaleſcentem plus æquo cieantur. Sanguinis fluxus non eſt ſtatim accepto vulnere ſiſtendus: eius enim copioſiore effluxu pars inflammationis & plethoræ periculis liberatur. Itaque ſi non ſatis ſanguinis fuſum inflicto fuerit vulnere, ſecta vena ſanguis ſequenti die pro viribus & plenitudine ægri erit reuellendus: nam per huius generis vulnera non multus ſanguis manare ſolet: quod contuſionis magnitudine, & aeris agitati vehementia, ſpiritus intro compelluntur, quemadmodum in his etiam obſeruaui, quibus ferreus globus craſſior, integrum aliquod membrum, abſtulerat. Nam in ipſo accepto vulneris articulo, haud multus effluit ſanguis, etſi eo inſignes venæ & arteriæ ruptæ & attritæ ſint. At quarto, quinto, ſexto, pluribuſue aliquot diebus poſt, ſanguis maiore copia & impetu diſſilit, calore nempe natiuo, & ſpiritibus in partem remigrantibus. Aluus libera eſſe debet, nempe vt ſaltem ſemel in die deſcendat, ſeu natura, ſeu arte: idque clyſtere potius, quam catharticis, quod humorum agitatio, primis præſertim diebus ſuſpecta ſit, ne maior cieatur in partem affectam fluxio. Quanquam Galenus ſcribit vtramque vacuationem, tum quæ ſecta vena tam quæ catharti inſtituitur, hic eſſe neceſſariam, etſi à plethora & cacochymia immunis ſit æger: ſed eius rei cura omnis Doctorum Medicorum arbitrio permittenda eſt. Dolor, ſiquidem inflammationi ſit iunctus, ſedabitur litu partium vulneri vicinarum ex vnguento nutrito cum ſucco plantaginis, ſemperuiui, ſolani & ſimilium compoſito. Vnguentum diachalciteos, a Galeno deſcriptum, diſſolutum cum aceto, oleo papauerino, & roſaceo non minoris eſt efficaciæ, nec vnguentum de bolo, nec multa alia eiuſdem facultatis, etſi propriè anodyna non ſint, vt quæ calida & humida in primo gradu non exiſtant, ſed potius frigida, non adeo tamen, vt narcoticam vim habeant. Ergo illa commemorata dolores leniunt, quod intemperiem calidam corrigant, & fluxiones acres ac biliotas, quibus, quam frigidis, maior eſt impetus, ſiſtant. Poſt vſum repercutientium vtilis erit vſus ſequentis cataplaſmatis.

Cur tenuis diæta vulneratis præſcribenda.

B *Cur à vulnere ſclopeti illato ſanguis ſecta vena detrahendus.*

Lib. 4. meth. cap. 6.

C *Lib. 1. de com. poſ. med. ſecundum gē. cap. 6.*

℞. *micæ panis infuſæ in lacte vaccino ℔. j. ß. bulliant parum addendo ol. ex viola. & roſa an. ℥ iij. vitellos ouorum, iij puluer. roſar. rubr. flor. chamæmel. & melilot. an. ℥ j. far. fabar. & hord. an. ℥ j. miſce, fiat cataplaſma ſecundum artem.* Paratu etiam facile in ſimili affectu erit remedium ex mica panis cum oxycrato & oleo roſaceo cocta. Tumorum, ſi qui vulneri coniuncti ſint, curatio, ex proprio tractatu repetenda eſt. Naturæ vero motus, ſeu ſuppuratum, ſeu aliud quiduis moliatur, Medico & Chirurgo naturæ miniſtris, ſemper ſpectandus eſt & iuuandus.

Cataplaſma anodynum & digerens.

De glandibus quæ tempore multo poſt vulneris ſanationem, in parte & corpore reſident.

CAP. X.

D HÆrent infixæ ſeptem, nonnunquam octo, pluribuſue annis in parte corporis plumbeæ glandes, ſic vt nec inde vulneris agglutinatio retardetur, nec vllum aliquod ſymptoma ſuperueniat, vt à me pluries obſeruatum eſt: quouſque tandem naturæ excernentis robore, & propria grauitate deorſum prolapſæ, in parte aliqua interna, ſuo ſe tumore prodant, Chirurgi manu eximendæ. Aiunt enim plumbo occultam quandam eſſe cum humani corporis, carnoſa præſertim mole, ſympathiam, & familiaritatem. Ideo in corpore nec putreſcere, nec putrefacere. Itaque inſignem eius in antiquis vlceribus cicatrice obducendis eſſe vim: aliam vero rationem eſſe glandium lapidearum, ferrearum, aut alterius metalli: non poſſe enim diutius perſtare illas in corporibus citra perniciem, rubiginem enim ferrum contrahere, vnde vicinorum corporum ſequatur eroſio, & aliorum malorum ſymptomatum conſecutio: quanquam ne diutius quidem in neruoſis, vel nobilibus partibus cunctari poſſit plumbea glans, citra perniciem.

Cur tot annos plumbeæ glandes innoxie in corpore maneāt.

Quibus artibus aeris vitia corrigenda ſint, ſic, vt inde partes nobiles & corpus totum corroboretur.

CAP. XI.

E QVia vero, vt ante monuimus, contingunt nonnunquam tempora, in quibus vel leuia ſclopetorum vulnera, non ſuo, ſed aeris vitio lethalia ſint, ideo & hæc quoque Chirurgo cura incumbit, vt omni arte aerem corrigat, & ad quandam qualitatem, & ſubſtantiæ moderationem reducat, parteſque nobiles & totum corpus communiet. quod fiet ſequentibus præſidiis, tum aſſumptis, tum admotis. Mane tribus horis ante paſtum deglutiet æger electuarij diarrhodon abbatis, aut aromatici roſati, triaſantali, diamoſci, vel lætificantis Galeni, alteriuſue ſimilis, certum, quod Medico videbitur pondus. Epithemata cordi & iecori admouebuntur hoc, qui fere ſequitur, modo.

Cardiaca ad viſcerum robur.

℞. *aquæ roſ. ℥ iij. aquæ bugloſſ. acet. bom. an. ℥ ij. coriandri præparati ʒ ß. cariophyl. cortic. citri an. ʒ j. ſant. rub. ʒ ß. coralli vtriuſque ʒ ß. cam. hora ℈ j. croci ℈ ß. pulueris diarrhodon abbatis ʒ j. theriacæ & mithridatij an. ʒ ß. pulu. flo. cham. & mel. an. ʒ iij. miſce, fiat epithema,* admoueatur tepide, coccino panno inde intincto.

Epithema cardiacum.

Suauiter olentia.

Odorata & refrigerantia naribus ægri sæpe sunt admouenda ad facultatis animalis confirmationem. Vt,

℞ aquæ ros. & acet. boni an. ℥iij caryoph. [illegible] cinamomi [illegible] conquassatorum, & theriacæ Galeni an. ℥j. [illegible] ægri naribus [illegible]. In eundem vsum malum odoratum sæpius olfaciendum gestabit æger. Vt,

℞ ros. rub. [illegible] an. ℥iij baccarum myrt. iunip. santal. rub. an. ℥ij. [illegible] styrac. calam. ℥ij aquæ ros. [illegible] quantum satis est, liquefiant simul cum cera alba, quod sufficit, fiat ceratum ad comprehendendos supradictos puluercs cum pistillo calido, & ducatur in pomum. Vel,

℞ rad. ireos florent. maiora. calam. aromat. ladan. benioini, rad. cype. caryoph. an. ℥j mos. [illegible] fiat puluis cum gummi tragacanthea, quod sufficit: Vel,

℞ ladan. puri ℥ij. benioini ℥ß. styracis calami. ℥ij. ireos floren. ℥ß caryophil. ℥iij. maioran. ros. rub. calami arom. an. ℥ß in pollinem redigantur omnia, & bulliant cum aqua ros. quantum sufficit: [illegible] cera alba quantitate, styracis liquid. ℥j. fiat ad modum cerati, & cum pistillo fiat pomum addita mosch. ℥j. Epithemata

[illegible]

etiam fronti admotis, poterit facultas animalis roborari, somnus produci, & dolor capitis leniri: Vt,

℞ aquæ ros. ℥iij olei ros. & papau. an. ℥j ß acet. boni ℥j trochiscorum de camphor. ℥ß fiat frontale. [illegible] hoc medicamento imbuti temporibus & fronti admoueantur, & subinde renouentur, alias calore, siccitate, & duritia, vigiliæ pro somno inducent. Nec vero arctius inter [illegible] constringendum caput, ne [illegible] arteriarum temporalium pulsatione intercepta, capitis dolor ingrauescat. Ignis excitari solus in ægri cubiculo, ex lignis odoratis, vt iunipero, lauro, sarmentis vitium, rosmarino, & radice ireos. Eodem commodo aquæ odoratæ in pauimenta [illegible], si æger eos sumptus ferre possit: Vt

Aqua odorata.

℞ maiorana, menthæ radic. cype. calam. aromati. [illegible] thymi, stœchados flor. chamem. melil. saturcia, baccarum lauri & iuniperi an. [illegible] an. ℥j aquæ ros. & vitæ an. ℔ ij vini albi boni & odorifici ℔ x. bulliant omnia in balneo Mariæ [illegible]. Possunt & suffumigia componi, forma, vt loquuntur, auicularum cypriarum.

Auicula cypria.

℞ carbonis salicis ℥viij. ladani puri ℥ij. thuris masculi, ligni. & baccarum iunipe. an. ℥j [illegible] benioini, styracis calamitæ an. ℥ß [illegible] caryoph. [illegible] an. ℥ij. [illegible] calam. arom. an. ℥j. gummi tragacant. aqua rosarum soluti, quod sit satis, fiant auiculæ cypriæ, seu suffitus, qua forma libebit.

Quod vero ad caries & ossium corruptiones spectat; quæ de his videbuntur dicenda, dicentur postea.

Historiæ memorabiles. CAP. XII.

Symptomata maligna, quæ vulneri sclopo inflicto superuenere.

Remedia ad gangrænam incipientem.

CVrandorum sclopo inflictorum vulnerum descriptas leges, placet nunc in Tyronum gratiam appositis exemplis illustrare. Clarissimus & bellicosissimus Comes Mansfeldianus, [illegible] Romandiorum [illegible] Burgundiani ordinis eques torquatus, inter auxiliares copias Gallorum Regi ad Moncontorium [illegible]. Ibi in conflictu manuario tormento comminus tam grande vulnus ad sinistri cubiti articulum accepit, vt fractis insigniter ossibus, multa quasi à malleo supra incudem, contrita & comminuta cernerentur. Hinc maligna plerique symptomata emersere, dolorum nempe acerbi & immanes cruciatus, inflammatio, febris, brachij totius ad extremos vsque digitos tumor œdematosus & flatulentus, atque [illegible] ad gangrænam dispositio. His vt occurrerent, Nicolaus Lambertus & Richardus Hubertus Regij Chirurgi multas & profundas scarificationes induxerant. Ergo vero ad eum, [illegible] Regi vidua cum venissem, ingentemque fœtorem & putredinem animaduerterem, [illegible] vulneri aucto, & aceto ac aqua vitæ dissoluto, instituerentur, aliaque [illegible] *Gangrena* [illegible]. Nam & diarrhœa ægro superuenerat, qua purulentam & [illegible] tamen a brachio & vulnere [illegible] reddebat. Quod quo modo fieret, abunde [illegible] *De appressa vrina* [illegible] videbatur, quod vt e brachio [illegible] ille humor in aluum [illegible], necesse habere in venas remeare, sanguini misceri, suoque pernicialis & contagiosi per cor & hepar transitu, pessima omnium symptomata, tandemque mortem inferre. Certe crebræ nobilem ægrum syncopæ inuadebant, teterrimum vaporum ab vlceribus suscitatorum, ad partes nobiles translatione quibus vt occurrerem, deglutire ipsum iubebam aquæ vitæ, in qua theriacæ parum dissolueram cochlear vnum. Tumorem œdematosum & flatulentum, brachium totum occupantem, reprimere conabar splenijs oxycrato imbutis, cui [illegible] & aquæ vitæ parum [illegible] [illegible] quamarctissime possem, continebam & stabiliebam.

[illegible] in aluum confluere potest.

Talis compressio [illegible] se continebat, tamen ab vlceribus exprimebat, affluentes in partem humores retro in corporis centrum compellebat. Hanc compressionem si quando intermitterem, adeo augebatur tumor, vt non leuis me metus haberet, ne partis natiuus calor inde suffocaretur. Nec vero [illegible] commoditas aut facultas propter doloris acerbum cruciatum, quo habebatur æger, si quando vehementer brachium commoueretur. Multi insuper abscessus ad cubiti articulum per pæne totum brachium passim erupere. Quorum materiebus vt exitum aperirem, nouas multas incisiones coactus fui, quas ille [illegible] omnia forti & intrepido animo tollerabat, detergendorum vlcerum & putredinis [illegible] ab ægyptiaco in vino vel melle rosato dissoluto, & vlceribus infuso, [illegible] & [illegible] puluere aluminis, desiccationis post detersionem [illegible] linamentis, [illegible] a potione vulneraria compendium illi comparaui. Vere hoc affirmare & profiteri possum, me pendente curatione, illi è brachio plusquam sexaginta ossium testulas eximisse, & eximere necesse habuisse, inter quas vna videbatur digiti longitudine: Dei tamen fauore superstes & incolumis euasit, cætera sanus, nisi quod contrahendi aut explicandi brachij sit illi non libertas.

Compendia sanitatis in vulnere recuperanda.

Non

A Non ita multo poſt iuſſu Regis miſſi haud longe à Monte, vrbe Hannoniæ, Carolum Philippum de Croy, Haureti dominum, Arſchotij ducis fratrem. Is à ſeptem menſibus lecto afflictus iacebat, ex ſclopi vulnere trium digitorum interſtitio ſupra genu accepto. Cum hæc tum ſymptomata habebant: dolores intolerabiles, febris continua, ſudores frigidi, vigiliæ, coccygis excoriationes ob diuturnum in illam partem decubitum, deiecta ciborum appetentia, cum multa ſiti. Cadebat ſæpe epileptico ſimilis, cum nauſea & continuo tremore, vt ne manum quidem ori, citra alterius auxilium admouere poſſet: crebra à vaporum tranſlatione ad partes nobiles Lipothymia prehendebatur. Nam os femoris fractũ erat in longum & tranſuerſum cum multis teſtulis oſſium, quarum nonnullæ iam exciderant diuulſæ à viuente oſſe, aliæ tenaciùs adhuc hærebant. Erat inſuper et vlcus ad bubones, quod in medium femur deſinebat: ſed & alia ipſi iuxta genu erant vlcera ſinuoſa. Muſculi omnes femoris, crurisque magniter tumebant, humore pituitoſo, frigido, & flatuoſo, adeo vt earum partium calor natiuus pene omnis extinctus videretur. Quibus omnibus expenſis vix vllam ſpem ibam ipſum conualiturum, ideo vt me incæpti mei pœniteret. Tandem tamen fretus viribus, & florentis in eo ætatis fiducia, cœpi mihi aliquid melius polliceri. Itaque cum bona eius venia, ante omnia duas inciſiones molior, vt exitum materiebus

B patefacerem, quæ oſſi circumpoſitæ, muſculorum ſubſtantiam irrigabant. Succeſſit res fœliciter, & multa humoris copia educta eſt, hinc ſiphunculo expreſſum in illas exciſiones à me eſt ægyptiacum multum, in vino & pauca aqua vitæ diſſolutum, quo ſic putredinem comprimerem & emendarem, carnem ſpongioſam, laxam & mollem corrigerem, tumorem œdematoſum & flatulentum reſoluerem, dolorem ſedarem, & calorem natiuum ſuo humoris excrementitij mole fere oppreſſum, ſic vt vix alimenti quidquam aſſimilare & partibus adiungere poſſet, excitarem & roborarem. Hanc partem affectam fotu ſaluia, roriſmarino, thymi, lauendula, floribus chamæmeli, meliloti, roſis rubris in vino albo, & lixiuio ligni quercini incoctis, ſalis & aceti quod ſufficere videbatur, addito. Huiuſmodi fotu vis erat humoris morbiferam impedire & exhaurire. Diu vero & multum his admouebantur fotus, quo nec plus humoris diſſiparent ſiccando, & cutis ſpiracula reſerando, quam in partem aduocaretur. In eundem hunc finem frictiones illi ex linteis calidis inſtituimus, mixtas ſeu rotundas, id eſt, quæ ſuperne deorſum, inferne ſurſum atque in omnem partem fierent, quæque fierent diutius: nam breuis frictio plus in partem attrahit humoris, quam reſoluere queat. Interpoſitis diebus illi circum crus, femur, & pedis veſtigium lateres ab igne candentes admoueri iuſſi. Extinguebantur vero & irrigabantur illi aceto & vino albo

C cum tantula portione aquæ vitæ. Suſcitati inde vaporis vi, multi aquoſi humores ſudoribus diffluebant, tumor minuebatur, natiuus ſenſim ipſi calor reſtituebatur: inde ſplenia circumponebantur imbuta lixiuio ex cinere quercino, in quo incoxiſſent ſaluia, roſmarinus, lauendula, ſal, aqua vitæ, caryophylli. Faſciæ vero tam artificioſe & ſuauiter ipſi aduoluebantur, vt earum conſtrictionem ſine dolore & facile ferre poſſet: tam fœlici ſucceſſu, vt ſi vel diem vnum intermitterentur: tumor ingenti mole attolleretur. Diplomata vero linea craſſiora vlcerum ſinubus imis admouebantur, quo ſic facilius compreſſa ſanies foras exprimeretur.

Cæterum hoc ſedulo curaui ſemper vt vlcerum orificia hiarent, immiſſis peniculis fiſtulatis: nonnunquam ad tumoris reſolutionem ſequens cataplaſma apponebatur.

℞ far. hord. fab. & orob. an. ℥j. mel. comm. & tereb. an. ℥ij. flo. cham. melil. & roſ. rub. an. ℥ß. puluer. rad. ireos floren. cyp. mal. an. ʒiij. oxymelitis ſimplicis quantum ſufficit. fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquidæ. Appoſita & fuere emplaſtra de Vigo ſine mercurio, quibus mirifice ſedatus eſt dolor & reſedit tumor: non tamen ante apponebantur, quam partes incaluiſſent fotu, frictionibus & euaporationibus, alias è facultate in actum nunquam id emplaſtrum potuiſſet emergere, propter inſignem partium affectarum in-

D temperiem frigidam. nec vero pulueres catagmatici, eliminandis, eximendiſque colliſis oſſibus idonei, omiſſi fuere. Vſus eſt per dies quindecim potione vulneraria: iam vero præter particulares affectarum partium frictiones, alias generales inſtituebam ad vniuerſum corpus multum emaciatum: his enim attrahebatur vna cum ſpiritu ad partes ſanguis ſuligo acris & ſubcutanea reſoluebatur. Denique febre doloribuſque ſedatis, reſtituta appetentia, cibis boni ſucci abunde pro virium ratione aſſumptis, breui habilior factus, omnino tandem ſingulari Dei beneficio ſibi & ſanitati eſt reſtitutus, niſi quod plena flectendi genu libertas non fuerit reſtituta. Hæc eo ego recitare volui, non quod mihi gloriæ apponerem, quæ Dei fauore in his ægris meæ fidei commiſſis fœliciter ſucceſſere: ſed quo Chirurgiæ tyronem ad artis opera exemplorum propoſitione familiari efformarem plenius & perfectius.

Horrenda ſymptomata ex vulnere ſclopo inflicto.

Inciſiones quo conſilio factæ.

Fotus partis affectæ ante ſumptum factus.

Frictiones mixtæ ſeu rotundæ quæ dicantur.

Lixiuium medicatum.

Faſcia cum diplomatis, Cataplaſma diſcutiens. Emplaſtrũ de Vigo.

E

Apologia ſuper vulneribus ſclopo illiſis. [illegible]

Cap. XIII.

Occaſio ſcribendæ huius apologiæ.

INcidit nuper in manus meas libellus, ex Medici cuiuſdã officina profectus, quo is quę de vulnerũ ſclopo inflictorum curatione à me huc vſque ſcripta ſunt, eleuare & labefactare contendit. Certe ſi nulla alia res, quã nominis mei iactura, illa contentione ageretur, tacerẽ lubens, & modeſto ſilentio hominis os occluderem. Sed cum tot hominum ſalus hoc vno tanquam capitis iudicio agatur, occurrendum errori putaui, ne ille magno vitæ mortalium diſpendio ſerpat in plures, & latius diſtendatur. *Mortem (inquit) ſæpe plerumque vel leuiter ſclopo vulneratis attulit ſuppurantium vt baſiliconis, plurimorumque aliorum medicamentorum, & Ægyptiaci vſus. Neque vero Hippocr. in hoc curando vulnerum genere conſilium, quo is contuſum omne vulnus ad ſuppurationem perducendum monet, eſt obſeruandum. Nam cum noua hæc ſit vulnerum ſpecies, noua quoque nec veteribus cognita poſcit remedia. Iam aeris à naturali conſtitutione mutata temperies, remediorum mutationem [illegible] debet; multo vero minus tonitru & fulmen cannarum muralium, ſeu tormentorum æneorum [illegible].*

Summa capita libelli aduerſariorum.

Hæc ſunt ſummatim libelli illius capita, quæ quia à veritate & his, quæ ante à me tradita, videntur diſſentire, refellere ipſa nunc [illegible] eſt. Primum enim cum glandes plumbeæ ſclopis expulſæ [illegible] ſint, ſeu obtuſæ & ponderoſæ ac graues, corporis continuitatem ſoluere citra contuſionem & attritum nequeunt. At nulla contuſio citra ſuppurationem in ſanationem adduci poteſt, non Hippocr. modo, ſed & Gal. omniumque qui de re Medica ſcripſerunt, ſententia. Nec vero huic nouo vulnerum generi noua [illegible] commiſcenda remedia: non enim, vt Regum & Imperatorum, ſic ſacræ artis & diuinæ medicinæ leges mutationi ſunt obnoxiæ, aut morbus hominum temporibus obtemperant. Sanè illæ tam certa neceſſitate firmatæ, tamquam conſtantiam illis non tempus, non ætas, non vetuſtas, non [illegible] tyrannis extorquere poſſit. Itaque neque illi, qui hodie magna cum laude medicinam Regibus & principibus faciunt, Hoſtium dico, & Portallum ab illa Hippocr. ſententia diſcedendum putant. Hanc modo non corruptam, & operibus artis ſequuntur & amplectuntur, ſed & eius de huius generis vulnerũ curatione [illegible] laudibus extollunt in cœlum, ſtabiliunt, & tanquam omnibus obſeruandam proponunt. Et tamen Medici illi eiuſmodi ſunt, vt quotidie & alii ſtatim in caſtris, in exercitu, in regia domo verſantes plures ſclopo vulneratos ſanauerint, & quotidie ad ſanitatem perducant, quam noſter vnquam Medicus viderit. Nec vero modo quos nominaui, ſed & omnium fere, qui hæc vulnera tractant, hæc agendi ratio eſt, vt ſi nihil ſit quod impediat, aut contra indicet, ſtatim ſuppurantia adhibeant. Et miror, quomodo Chirurgum [illegible], qui in [illegible] poſitus eſt, Dobletum illum dico, non animaduertat, deplorata huius generis vulnera, non alio quam ſuppurante medicamento ad ſanitatem perducere ex lardo liqueſacto, cum vitello, tereb[illegible] & pauco croco confecto.

Omne vulnus ſclopo inflictum eſſe contuſum.

Denia abſque [illegible]

Medicamentum ſuppurans [illegible]

Anno Domini 1538. erat Taurini, dum ego illic agerem Chirurgus Montejani Alpinarum gentium Proregis, Chirurgus quidam horum vulnerum curandorum fama in primis nobilis, & tamen is ſolo oleo catellorum, cuius deſcriptionem, magnis tandem precibus & ſumptibus ab eo vix extorquere potui, ea curabat, eoque non feruente, vt nonnulli putarunt, ſed tantum non calente vulneribus affuſo, ipſorum dolorem [illegible], & ad ſuppurationem feliciter perducebat. Quod deinde plerique omnes chirurgi, vbi oleum illius deſcriptionem à me, edito hoc opuſculo habuere, feliciſſimo ſucceſſu factitarunt, & quotidie faciunt. Quid vero Ægyptiacum contemnit, ſolus, credo, in eo eſt hæc eum ratio, iam [illegible] remedium putredini arcendæ, tam propinquo eſſet, & corrigendæ, ſi iam præſens adeſſet, præſtantius & valentius. Atqui hæc vulnera ſæpe in vlcera degenerant virulenta, ſerpentia, arrodentia, maligna, & fœda, iam ac cadauerosam ſaniem emittentia, vnde gangræna parti aduenit, nõ [illegible] Ægyptiaco & aliis acribus remediis, his, quos ante nominaui, Medicis, Chirurgiſque omnibus commendatiſſimis occurratur. At, inquit, venenatum eſt hoc vnguentum, quod que [illegible] vulneribus, igniariis telis illatis, in [illegible] cauſas plerumque attulit. Profecto ſi quis in huius vnguenti compoſitionem, & ſingulorum, omniumque ex quibus conſtatur, medicamentorum naturam deſpiciat, intelliget tantum abeſſe, vt venenatum ſit hoc vnguenti genus, vt contra omni veneno & putredini, quæ parti ex nota vulneris [illegible] occaſione contingere poſſit, è directo contrarietur & reſiſtat. Falſiſſimum vero eſt & ob Hippocratis doctrina alieniſſimum, aſſerere, anni tempeſtatibus à naturæ lege aberrantibus, aeris, non quidem ſimplicis & elementaris, ſed varia vaporum putridorum & peſtilentium, vel è terra ſuſcitatorum, vel è cœlis demiſſorum admixtione inquinati & corrupti, vulnera alio atque alio tempore haud maligniora & remediis contumaciora non eſſici. Nam aer vel incaleſcens vel frigore torpeſcens, inſpiratione, tranſpiratione in corpus aſſumptus, ſimilem ſuis qualitatibus conditionem nobis ingenerat. Cur non igitur putredinoſis inſepultorum poſt dira prœlia, & naualium exercituum naufragia, vaporibus inquinatus, corpora, vulneraque ſimili qualitate inficiet.

Ægyptiaci vnguentum putredinem [illegible].

Anni tempora morbis creandis & exagerandis.

Hiſtoria.

Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, qui annus bellorum ciuilium, primis tumultibus toti Galliæ fuit funeſtus, cum Penæ, quod caſtrum eſt Loto flumini impoſitum, multa interfectorum hominum cadauera in puteum centum vlnas altum proiecta fuiſſent, tam ſeralis hinc & adeo venenatus vapor poſt duos menſes ſuſcitatus eſt, vt multa inde hominum millia paſſim per totam Agenenſem prouinciam, tanquam peſte interierint, veneni ſuperni [illegible] lue, late per viginti vndique in ambitu milliaria diffuſa.

Quod mirum cuiquam videri non debet, cum præſertim ventorum afflatu putridæ exhalationes, in vaſtas & diſtantiſſimas regiones impelli & iactari, ſparſis tanquam peſtis ſeminibus poſſint: vnde ſpirituum humorumque & vulnerum lethalis corruptio contingat: haud

vulnerum

A vulnerum malignitati propriæ aut peruerſæ curationi, ſed aeris vitio attribuenda. Itaque Franciſcus Dalechampius in gallica ſua Chirurgia, inter ea, quæ vlcerum ſanationem impediunt, non omiſit illam, quæ ab aere peſtilentiæ ſeminibus inquinato aduenit, cauſam communem. Didicerat nempe à magiſtro Hippocrate, mutationes temporum potiſſimum parere morbos: & legerat apud Guidonem, hanc maxime cauſam exiſtere, cur vulnera capitis Lutetiæ, crurum vero Auenione, curatu & ſanatu eſſent contumaciora. Denique ipſis etiam eſt tonſoribus notum, per aeris conſtitutiones calidas & humidas, vulnera facile in gangrænam faceſſere. Itaque Auſtrali tempeſtate per aerem regnante, ne ipſi quidem lanij carnes niſi in diem mactant. Adnotaui antea, quæ vulnerum fuiſſet in Rothomagenſi obſidione ab aeris vitio malignitas, quæ nemini, ne regio quidem ſanguine ortis principibus, quibus omnia ſanitatis compendia abunde ſuppetebant, parceret. Quæ me cauſa impulit, vt tandem experientia factus peritior, ſuppurantium loco ægyptiacum vnguentum, & ſimilis facultatis medicamenta, vulneribus tota illa tempeſtate admouerem: quo graſſanti paſſim putredini & gangrænæ occurrerem. Sed ſi aſtrorum varius motus, influxu ſuo peſtem demittere in aerem poteſt, cur non & vulnera, corporaque vulnerata, ſuis, & aeris mutationibus obnoxia, qualitatum ſuarum vitio inficere, & tanquam immiſſo veneno corB rumpere poterit. Magiſtra experientia didicimus iamdudum, dolores omnes, ſed vulnerum præcipuum, pluuioſo & vdo cœlo ingraueſcere, maxime quod Auſtrali illa conſtitutione craſſis & nebuloſis vaporibus grauis aer, humores intus in corpore exagitet: qui mox facile in partes affectas decumbant, & dolorum exacerbationem faciant. *At*, inquit aduerſarius *in Druidarum & Dionyſiaco conflictu media etiam hyeme, iniuita, ſclopo vulneratorum militum millia interiere, non alio profecto, quam peruerſæ curationis, quæ ſuppurantium acerbium medicamentis inſtituitur vitio.* At cuiuſmodi hæc verba niſi hominis eſſe nequeunt ignorantis, frigus vulneribus, vlceribuſque eſſe inimiciſſimum, quod Hippoc. ſententia ſit mordax, cutem obduret, liuorem, id eſt, gangrænam obducat. Si ille mecum in Metenſi obſidione fuiſſet, oculorum fide intellexiſſet, multis militibus crura computruiſſe, moxque gangræna correpta concidiſſe, ſola frigoris ſæuitia. Si mihi non credit, faciat ipſe periculum. Cellam catalepticorum & frigore enectorum in humandis corporibus inter Alpes Cottias, ſeu montem Cinefium dicatam adeat, intelliget, ſentietque, quam vera loquar. Interim placet vltimum reprehenſionum eius caput refellere. Calumniatur, quod tonitrui fulminiſque & fragoris, ictuſque tormentorum muralium igniuomorum ſimilitudinem contexuerim: primum effectis ſimilia eſſe hæc, negari nequit. Ignem enim accenſo puluere pyrio emicanC tem fulguri ſimilem eſſe certum eſt: vel eo etiam, quod ante videatur, quam auribus percipiatur tonitru. Credo, quod oculus obiecta propria percipiat fere in momento: auris niſi in tempore, & manifeſtis interuallis diſtincta ſucceſſione. Contragoſum vero murmur vtrique ſimile eſt, & certe cannarum muralium diſploſiones nonnunquam ex quadraginta milliarium interuallo exaudiuntur, dum magna contentione hoſtilium vrbium mœnia tormentariis globis quatiuntur. Sed & orbes ferrei, ab ignaſcente bombardico puluere incredibili celeritate exploſi, horrendo que impetu obuia omnia proruentes, eoque magis & citius, quo duritie propria magis reſtiterint, fulmen referunt illæſa crumena incluſum argentum liquefaciens. Quin & multi, ſola agitati & rapidius diſploſo æneo tormento commoti aeris vehementia, tanquam de cœlo tacti, comminutis attritiſque oſſibus, nullo in cute apparente læſionis veſtigio, in ipſo momento interiere. Pulueri bombardico igneſcenti odor eſt fœtidus & ſulphureus, eius nempe æmulus, quo flagrant corpora fulmine tacta: hunc enim odorem nonmodo homines fugiunt, ſed feræ propria latibula & cubilia relinquunt, ſi quando ea fulmen attigerit: quam vero haud minores æ...iſtorum ruinas, quam non leuiores hominum omniſque generis animantium ſtrages edat muralium cannarum diſploſarum feritas, his, quæ fulminis fiunt impetu, antea docuimus ſuffoſſionum & cuniculorum, Armamentarij Lutetiani, Medimenſis vrbis cladium non viſu modo, ſed & auditu horrendis exemplis. Hæc ſufficere videri debent, ad docendum, magnam eſſe fulmini cum ænearum D machinarum ictibus & fragore ſimilitudinem, quam tamen nolim per omnia reſpondere. Neque enim ſubſtantia, neque materia conueniunt, ſed tantum quatiendi & conterendi obiecta modo, atque impetu. Nunc quam curandorum ſclopo inflictorum vulnerum rationem pro noſtra ſubſtituat aduerſarius, videamus & examinemus.

Primum enim ſuppurantia quidem his adhiberi & admoueri vult, quæ tamen calida & humida viribus non ſint, aut conſiſtentia emplaſtica, ſed calida & ſicca. Non enim inquit, hic eadem, quæ abſceſſuum ratio eſt: in quibus non eſt aliud Medico, quam ſuppurandi conſilium. At hic quia cum vulnere contuſio præſens eſt, hæc quidem maturari ſuppurantibus poſtulat, ac vulnus deſiccari. Obiectioni illi vt ſatis faciam, hominem relegabo ad Galenum, qui eum, quæ ſit ſuppurantium natura, doceat. A quo etiam diſcat, in morborum compoſitorum curatione cauſæ, ordinis, & vrgentioris habendam eſſe rationem, inde lubens ex eo ſciſcitabor, num vulnus glande inflictum ad ſanitatem perducere ipſe poſſit, non ante ad perfectam maturitatem eo, quod contuſum eſt, deducto. Si poſſe ſe reſpondeat, arbitros citabo, quos voluerit ille pragmaticos, qui quam hæc obſcura ſint, iudicent: ex quibus clarius etiam licet intelligere noſtro baſilicone, aut oleo catellorum ad maturanda ſclopo inflicta vulnera, modo E non putredo, gangræna, corruptio, aut aliud quidquam repugnet, nihil eſſe accommodatius: deinde vult, oxycratum, huius generis vulneribus ad ſiſtendum ſanguinem effundi: qui ſi ne ſic quidem ſiſti queat, medicamentum apponi vult ex oui albumine, bolo armeniæ, aceto roſaceo & ſale.

At ego cuius iudicandum relinquo, num hiſce medicamentis vis inſit ſiſtendi fluentis ſanguinis, ſi in vulnus infundantur: certe fluxum magis, magiſque prouocabunt. Nam acetum cum tenue ſit & mordax, non eſt dubium, quin dolorem ſit allaturum, fluxionem & inflammationem. In quam ſententiam memini

Aph. 1. ſect. 3.

2 Apologiſmo.

Aſtrorum vis in aerem & corpora noſtra.

Aph 20 ſect. 3.

Adſtruitur ſimilitudo fulminis & ictus bombardarum igniuomarum.

Mirus bombardæ, & ... ſtus.

2 Apologiſ.

Reprehenditur curandi ratio aduerſariorum.

Lib. 9 ſimpl. et 10. meth.

Acetum ciere non ſiſtere fluxiones, ſi infundatur vulneri.

Hiſtoria.

Balſama ſimplicibus vulneribus ſanandis idonea eſſe, omnium conſenſu.

memini me aliquando Mauro cuidam equiti, ex familia comitis Roſſiani, cui Anglus eques lancea brachium traiecerat, ea arte Medicinam feciſſe: fluentem enim ſanguinem dum ſiſtere cuperem, adſtringẽs medicamentum, cui acetum admixtum erat, alterius melioris remedij penuria, in vulnus indidi: At ille paulo poſt ad me redit, queritans, eiulans ſibi totum brachium tanquam ab igne ardere. Itaque eum denuo curare coactus, aliud medicamentum in vulnus inieci, adſtringens remedium vulneri ſuperpoſui, non infudi. Deinde ſupra reliqua omnia remedia extollit balſamum ſuum ex oleo, cera, & myrrha cum oui albumine agitatis conflatum: cui gloria reſpondere prædicat balſamum naturale Peruſianum. His enim conſumendæ humiditatis vulnerum excrementitiæ vim ineſſe affirmat, adeoque roborandarum partium, vt ipſis nullum dehinc ſymptoma moleſtum ſuperueniat. Quanquam non ea vis inſit, qua huius generis vulnera, quemadmodum reliqua, quæ ca[illegible] illata ſunt, agglutinare & complanare queant. A

Profecto ridiculũ eſt, putare, poſſe contuſa vulnera eadem arte ſanari, qua ſimplicia vulnera, quæ ſolam ſolutæ continuitatis vnionem poſtulant. Quare nec ea balſama ſanandis ſclopo inflictis vulneribus idonea remedia eſſe poſſunt cum ſiccitate ſua ſuppurationem impediant, qua niſi perfecta ſanitatem obtinere nequeunt: itaque illa non ante huic generi vulnerum affundi queunt, quam maturata & ſordibus ſuis elota, deterſaque fuerint. Quanquam vix concipere mente poſſim, vnde nam gentium tot chymiſtas nanciſci poſſemus, qui nobis tot militibus in exercitu vulneratis ipſa ſubminiſtrare queant, & vnde ad eam rem militibus ipſis ſumptus ſubminiſtrari & ſuppetere poſſint. Abſurdum vero etiam illud eſt, quod ait, inſtillanda in vulnera hæc eſſe balſama ſine peniculis: moxque ſui immemor haud abs re futurum erit, ſi peniculum paruum & tenue indatur, tantum quod ſufficiat impediendæ labrorũ vulneris agglutinationi. At qui balſama illa in ima vulneris ſubire poſſent ſine peniculis, cum his maxime hoc tributum ſit, vt medicamenta in penitiſſimos vſque vulnerum receſſus deferant, & collectis ſordibus exitum ſemper apertum conſeruent? Notatu vero dignum eſt, quod poſtquam ægyptiacum vnguentum reiecit, nihilominus illud applicari iubet ab initio ad vſque abſolutam contuſionis maturationem, diſſolutum in decocto ſummitatum abſynthij, hyperici, centaurij minoris, & plantaginis & ſyringe in vulnus exprimi. Quin & paulo poſt aliam eius rationem tradit, nempe vt mellis roſati portio in aqua plantaginis diligenter deſpumando, ad mellis vſque conſiſtentiam decoquatur, inde tantundem ægyptiaci addatur. Hinc enim conſurgere vnguentum ſuppurandis hiſce vulneribus accommodatiſſimum. At ego cuiuis Chirurgiæ perito iudicandum relinquo, num talia ſuppuratoria eſſe poſſint: ac non potius detergentia exiſtant. Ad extremum ſcribit, non eſſe niſi quarto quoq; die huius generis vulnera curanda. Atque ſi oſſis fractura vna adfuerit, nihil mouendum poſt primum apparatum ante octauum à vulnere diem exactum. Mox alio loco vtile futurum ſcribit, ſi balſami deſcripti decem vel duodecim guttæ, vno quoque die in vulnera inſtillentur. Profecto non poteſt non valde perturbare tyronem & nouitium Chirurgum, nondum in arte, nondum in artis operibus confirmatum, eiuſmodi doctrina, quæ nec ſibi, nec veritati conueniat.

Ægyptiacũ quacunque forma paretur, deterſorium eſſe, nõ ſuppurans.

B

C

Ad eos, qui nouis rationibus ſclopetorum vulnera eſſe venenata aſtruxerunt, Apologia.

CAP. XIV.

Occaſio huius apologiæ.

PAucis ab hinc menſibus, inuiſebam vna ægrum cum doctiſſimis aliquot Medicis & Chirurgis peritiſſimis. Hi animi, vt fit, gratia, renouata & in medium poſita quæſtione de ſclopeto inflictorum vulnerum conditione, & qualitate, venenata illa eſſe poſſe, quinque potiſſimum rationibus adſtruere conabantur. non quidem pyrij pulueris occaſione. hunc enim ab omni veneno immunem eſſe, ſeu quis eius eſſentiam, ſeu compoſitionem ſpectet, fatebantur: ſed glandis opportunitate, in quam tranſmitti, & transfundi, atque, vt ſic loquar, incorporari venenum poſſet. Prima ratio eſt, *quod plumbum, cum rara ſit & ſpongioſa natura, quod ipſa fuſionis facilitas & mollities arguunt, valde ſit opportunum ad imbibendos & tranſumendos in ſe quoſuis liquores.* At mihi parum ſtabilitatis hæc videtur habere concluſio. Nam in omni mixtione arte facta, cuiuſmodi eſt hæc, de qua loquimur, duo veniunt conſideranda: nempe materia rerum quæ in mixtionem veniunt, & forma. Penes materiam eiuſmodi corpora debent eſſe, vel liquida, vel mollia, vel friabilia. Denique in exiguas portiones fundi & diuidi facilia, vt facile partibus omnibus cõcurrere, coniungi, & vniri poſſint. At penes formam debet ipſis intercedere quædam velut affinitas, conſenſus, & ſympathia. Id ipſum videre eſt in aqua & oleo: vtrumque enim etſi materia liquidum ſit, & eiuſmodi, vt facile cum innumeris alijs rebus miſceri poſſint, ſibi tamen mutuo commiſceri nequeunt, propter formarum antipathiam. Sic enim aurum & argentum adeo ſunt amica plumbo, vt quoties liquari debent, vna & confundatur plumbum. At æs tam refugit plumbum, quam aurum & argentum ſtannum fugiunt & plumbum album. Si igitur æs & plumbum liquefacta miſceri nequeunt, etſi eodem genere & communi metallorum natura contineantur, qui cum alia re toto genere, imo etiã ſpecifica differentia, ac forma diſtincta, veneno nempe, plumbum commiſceri poterit? Secunda ratio eſt. *Ferrum*, inquiunt, *quod denſius, ſolidius & minus poroſum eſt, venenatam aliquam ſubſtantiam & qualitatem recipere poteſt, quemadmodum teſtantur veterum ſagittæ veneno tinctæ. Ergo & plumbum multo magis.* Reſpondeo, poſſe quidem venenum ferri in ſuperficie recipi: haud vero interiore ſubſtantia per mixtionem. At hic de vnione quæſtio eſt, non de illitu & inunctione. Tertia ratio eſt: *Etſi*, inquiunt, *plumbum fæces ſuas & craſſamentum fuſione deponat ac deſerat, non propterea tamen non ſe imbuet peregrino aliquo liquore & corpore.* Sic enim chalybs, ferrum ſolidiſſimum, eam rerum toto genere cõtrariarum artificioſa perfuſione temperationẽ recipit, quæ ipſum indurat. Reſpõdeo, chalybem ipſa perfuſione, temperationeq; nihil ſuccorũ

Quod concorporari glandi plumbeæ venenum queat aduerſariorũ rationes.

Refellitur prima ratio.

Formarum conſenſum ad mixtionem neceſſarium.

Refellitur ſecunda ratio.

Refellitur tertia ratio.

D

E

quibus

A quibus perfunditur & intingitur, in ſe admittere. Si enim id neceſſe eſſet, melius multo & facilius id tum fieret, cum chalybs à conflatoribus funditur, quam cum in longurios aut bracteas eſt conflatus, quæ reſponſio ad quartam etiam eorum rationem refutationis loco erit. Hac enim aiunt, *ſuccis napelli, rhododendri, ranunculi, & aliis ſimilibus, qui tota ſubſtantia noſtra ſubſtantiæ aduerſantur, plumbo commixtis, conflari poſſe glandes adeo venenatas, vt his inflicta vulnera non poſſint non eſſe venenata.* At ego contra aſſero, mixtionem eſſe earum ſolummodo rerum, quæ poſſint non modo apponi, ſed etiam adhæreſcere, denique vniri ſibi mutuo: at qui aqua, aliusue quiuis ſuccus liquidus, vel ſolum plumbo, ſolido nempe & conſtanti corpori, adhæreſcere poterit, tantum abeſt, vt vniri queat. Eius rei experientia certius, quam ratione feceris iudiciũ. Eliquetur ergo plumbum cũ ſuccis commemoratis, aliisue ſimilibus: inde conflato in maſſam plumbo vtrumque ſeorſim libretur: eandem ſuccis, quæ antea, adeſſe menſuram comperies, ſuum quoque par plumbo pondus. Quod argumentum eſt certiſſimum, neque plumbum ſibi quidquam eiuſmodi ſuccorum admiſcuiſſe, & vnione adiunxiſſe, neque ſuccos vel minimam ſubſtantiæ ſuę iacturam feciſſe. Quinta ratio eſt eiuſmodi, *glans ſclopeto diſploſa contra durum aliquod marmor non adeo incaleſcit, quin ſtatim ab ictu innoxie manibus tractari poſſit: Falſum ergo eſt venenum plumbo mixtum & vnitum micantis & incenſi pyrii pulueris ignibus poſſe vaneſcere.* Facilis eſt ad hanc rationem reſponſio: Nam cum dicimus, quod etſi glans, veneno perfecta vnione plumbo commixto, infici queat, veneni tamen vim omnẽ

Refellitur quarta ratio.

Refellitur quinta ratio.

B conſumptam iri ignibus, intellectum hoc volumus, non de igne, quem edit, ſuſcitatque pyrius puluis accenſus, cum diſploditur machina, ſed de eo, quo plumbum fuſum cum ſucco venenato commiſcetur, & conflatur, vt vnum tandem ex multis fiat. Is enim ignis nullius medij interuentu in venenatos ſuccos nondum ipſius plumbi admixtione & vnione implicitos, vires ſuas exerens, & quidem cum tempore exerens, non momento impartibili, poteſt ſi non conſumere, at ſaltem valde vim veneni omnem retundere. Si qui ſint, quibus expoſitæ rationes non ſatisfaciant, Mathiolum illi legant. *Sunt* (inquit) *ex recentioribus nonnulli rerum prorſus imperiti, qui (ſi verum fateri liceat,) eo dementiæ deuenerunt, vt præceperint in liquatum igne aurum vel argentum, ex quo vaſa confici debent, theriacam, aut mithridatiũ antidotum, & alia adiungi debere, vt aſcita inde antidoti facultate, veneno repugnent. Sed quam abſurda, ridendaque ſit illorum opinio, ii iudicent (ea enim eſt, quæ non indigeat clariori reprobatione) qui mediocrem etiam rerum naturalium, ac metallorum præcipue peritiam ſunt aſſecuti.* Hæ ſunt rationes, hæ virorum doctrinæ & iudicio præſtantium authoritates, quæ me in vetere & priſtina mea de ſclopetorum vulneribus haud vllius venenatæ qualitatis participibus, ſententia retinent.

In præf. lib. 6. Dioſc.

C

Quid differant vulnera ſagittis inflicta, ab his, quæ ſclopeto facta ſunt.

CAP. XV.

VUlnera ſagittis arcubaliſtarum, ſimiliumque machinarum telis inflicta, duplici potiſſimum nomine ab his, quæ ſclopeto, igniariiſque machinis infliguntur, differunt. Primum eſt, quod ſæpe ſine contuſione exiſtunt, quod nunquam ſclopetorum vulneribus contingit. Alterum quod ſæpe venenata viſuntur. Vtroque nomine diuerſa horum ab illis eſt curatio. Sed ipſorum, quæ ſagittis fiunt, inter ſe varia curatio exiſtit, propter telorum & ſagittarum varietatem.

Vulnera ſagittis & telis inflicta ſæpe contuſionis eſſe expertia.

Eadem ſæpe eſſe venenata.

De ſagittarum & telorum differentiis.

CAP. XVI.

SAgittarum, telorumque generi diſcrimen exiſtit inter ſe, tum in materia, tum in forma ſeu figura, in numero, modo & facultate, ſeu viribus. In materia quidẽ, quod telorũ alia ſint lignea alia, arundinacea, alia extremo pura ſunt, alia præpilata, ſeu pyxidata, alia infeſto & vulnifico ferro, ſtanno, plumbo,

Telorum differentia penes materiã.

D ære, cornu, vitro, oſſe ſunt armata. In figura vero, quod alia rotunda, alia angulata, alia mucronata, alia ſpicatim ſulcata: ſulcata, inquam, ſulcis vel verſus mucronem, vel verſus haſtile conuerſis, vel tranſuerſis, vel his illiſque ſimul. Quin & nonnulla lata habentur in formam ſcalpri ſecantia. Quod ad magnitudinem ſpectat, nonnulla ſunt tres digitos longa, alia mediocria. Penes numerum vero in eo differunt, quod nonnulla ſimplicia ſint & vna cuſpide pungentia, alia pluribus. In modo autem variant, quod alia ſint ferro haſtili inſerto, alia contra haſtili ſint in ferrum immiſſo: alia mucronatum ferrum clauis haſtili habent affixum; alia minime, quorum ſcilicet mucronatum ferrum adeo languide & molliter haſtili affixum eſt, vt leui haſtilis auulſione relinquatur defixum in vulnere, ex quo vulnera ſequuntur pernicioſa. In viribus vero diſtant, quod alia ſolo ferro nocent, alia inſuper veneno, quo delibuta ſunt, has omnes telorum differentias ſequenti ſchemate deſcriptas, inſpicere potes.

Penes formam.


Penes modum.

Penes vires ſeu nocendi efficaciam.

E

A

Telorum variæ ſpecies.



B

De partium vulneratarum differentiis.

CAP. XVII.

Ferrũ haud relinquendum in vulnere.

PArtes affectæ vulnere, vel ſunt carnoſæ, vel oſſeæ, aliæ articulis vicinæ, aliæ in ipſis ſitæ articulis; quędam principes ſunt quædam principibus ſeruiunt; quædam extimæ ſunt, aliæ intimæ. Iam quibus C in vulneribus lethalia ſigna apparebunt, prognoſim in eam ſententiam diſerte inſtituere te, priuſquam vulnus attingas, decet: ne artem ignorantium calumniæ obiicias. Cæterum relinquere in vulnere ferrum inhumanum eſt, & ab arte remotiſſimum, eximere vero anceps quidem eſt, ſed pium & artificioſum. Præſtat enim anceps remedium experiri, quam nullum.

De extrahendis ſagittis. CAP. XVIII.

Eliminandorum e vulnere telorũ ratio duplex.


IN extrahendis ſagittis vitandæ ſunt exciſiones, aut dilacerationes, venarum & arteriarum, neruorum & tendinum. Turpe enim fuerit & parum artificioſum, ſi quando plus manus, quam ferrum noceat. Auelluntur ſagittæ duobus modis, nempe vel extractione, vel impulſione. Cæterum primo ſtatim apparatu corpora peregrina auellere oportet, quod vt facile & fœliciter fiat, eo ſtatu æger collocandus eſt quo erat, dum vulnus accepit, parataque ad manum habere inſtrumenta idonea, cuiuſmodi id maxime exiſtit, cui fiſſa cannula eſt & extrinſecus dentata, in quam virga inſeritur, ei ſimilis, quam antea ſclopecorum terebellis propriam eſſe diximus, niſi quod extremo non eſt cochleata, craſſior tamen exiſtit, vt cannulam amplius diuaricet, quo ſic diuaricata, teli foramen in quod haſtule inſeritur, impleat, ſicq; ſecum abducat, tum è carnoſis, tum ex oſſeis partibus, dummodo abruptum haſtilis extremum, & in D foramine teli relictum, foramen ipſum haud occupet. In rem eandem id etiam eſt accommodatum inſtrumentum, ad cuius manubrij extremorum compreſſionem, ſequitur anteriorum extremitatum extrinſecus dentatarum diuaricatio. Ferrum latens his ſignis deprehenderis, ea parte aſperitas quædam & inæqualitas, tactu exploratore animaduertitur: caro ibidem contuſa & liuens aut nigra viſitur, grauitas, dolorque illic & in vulnere aſſiduus ab ægro percipitur.

Signa ferri hic vel illic latentis.

Inſtru-

E

A *Inſtrumentorum extrahendis ſagittarum & telorum ferramentis, quæ in vulnere, haſtili vacua relicta ſunt, idoneorum, deformatio.*



Hoc cochleæ, quæ in cannulam eius inditur, opera diducitur.

Hoc compreſſo manubrio diuaricatur.


B

Forcipes cochleati cum roſtro coruino. Illi quidem cochleæ opera diduci & contrahi ſolent, ad ſagittarum telorumque ferramenta abducenda: hoc vero loricarum orbiculi nexiles in corpus vna cum telo impreſſi & relicti eximuntur.

C

Vncus extrahendis loricarum orbiculis nexilibus, & aliis peregrinis corporibus, quæ tanquam fibula & vnco ſubnecti, ſtringi & comprehendi poterunt extrahendis idoneus: cuius etiam in vulneribus ſclopeto illiſis vſus eſſe poterit.





D Quod ſi forte ſeu ſagittæ ſeu lanceæ, ſeu cuiuſuis alterius teli ſulcatum multipliciter ferrum in parte aliqua corporis vt femore aut crure relictum hæſerit, cum haſtilis portione fruſtulatim ſeu aſſulatim abrupta, tum oportebit Chirurgum excíſoriis forcipibus haſtile ſupra fruſtra comprehenſum exſcindere moxque forficibus dentatis ferrum extrahere, vt ex præſenti figura patet.

E


Qua arte fracta in vulnere ſagitta ſint extrahenda.

CAP. XIX.

Quando qua tendebat ferrum extrahendũ. Quando qua venit ferrum extrahendum.

QVod ſi forte telum fractum in vulnere ſic relictum fuerit, vt forcipibus commemoratis comprehendi nequat, eliciendum, extrahendumque tum venit roſtro gruino vel coruino, & aliis ante depictis idoneis inſtrumentis. Quod ſi haſtile ſe iuxta ferrum abruperit, adeo vt gruino roſtro prehendendi ſui anſam non præbeat, terebello glandium illice in ſclopetorum vulneribus depicto defigendum & abducendum veniet, nam ſi eiuſmodi terebello defigendi ſe in plumbum vis ineſt, multo & in lignum magis. At ſi ferrum multis ſulcis fuerit cuſpidatum, cuiuſmodi fere eſſe ſolet anglicanis ſagittis, tum ſi fieri poteſt, inſtrumento ad id apto, vltra partem impellendum eſt: nempe qua tendebat. Nam ſi, qua venit, retrahatur, periculum non leue imminet ruptionis laniatuſq; vaſorum & neruorum ab ipſis tanquam hamatis ſulcis. Quare ſatius eſt è regione, qua nempe tendebat ferrum, ſectionem moliri, hacque ipſi exitum, ſi quidem compendio id fiat, aperire. Sicque enim & tutius & facilius detergetur vulnus & conſolidabitur. Contra vero ſi qua tendit ferrum os aliquod oppoſitum habeat, vel multorum muſculorum & denſæ carnis obicem, vt contingit in femore, crure, & brachiis nonnunquam, tum non qua tendit, compellendum ferrum eſt, ſed potius qua venit, dilatato inſtrumentis idoneis vulnere, neruis & maioribus vaſis ex anatomes peritia vitatis, retrahendum & foras reuocandum eſt. In eam igitur rem dilatatorium cauum in vulnus immittatur. Hoc ferri gemini ſulci, & tanquam hami comprehendantur. Hinc roſtro gruino ſtringatur ferrum arctius, ſicque demum vna & eadem opera illa omnia extrahantur, vt ſequenti deformatione indicatur. B

Dilatatorium parte interna cauum, cum roſtro gruino hamatum ferrum tenente.



C

Quid faciendum, cum ſagitta in oſſe defixa relicta eſt.

CAP. XX.

Cautio notanda. Commoda liberalioris hæmorrhagia in vulneribus.

QVod ſi telum in os depactum & defixum ſic hæreat, vt vltra, qua tendit, impellendo eximi nequeat neque alia via, quam qua venit, extrahi poſſit ante leui concuſſione commouendum eſt, ſi forte tenacius hæreat, diligenti adhibita cautione, ne rumpatur, & ſui fragmentum in oſſe relinquat: tum roſtro coruino aut aliquo ante deſcriptorum idoneo eximendũ. Hinc ſanguis exprimendus, eiuſque liberalior effluxus, pro virium tamen & partis conditione permittendus: Sic enim pars ipſa plethora & cacochymia leuabitur, minuſque inflammatione, putredine & aliis, quæ in metu eſſe ſolent, ſymptomatibus, tentabitur. D Extracto telo, & primo, vt loquuntur, apparatu appoſito, vulnus ſi quidem ſimplex fuerit, qua arte ſimplicia vulnera debent, curabis. At ſi compoſitum fuerit, vt erit implicitarum affectionũ conditio & modus, ſic tractabis: certe dolori leniendo oleum catellorum ante deſcriptum valde proderit. Reliqua denique ſymptomata ex regulis poſitis in tractatu vulnerum generali, & doctrina vulnerum ſclopeto inflictorum, curabis.

De Vulneribus venenatis. CAP. XXI.

Signa venenatorũ vulnerum.

SI quando hæc ſint venenata vulnera, à cauſa procatarctica id habent, nempe ab hoſtilibus ſagittis perduellium & internecinorum hoſtium veneno delibutis. Hoc quando contigerit, intelliges, tum ex doloris proprietate: ſi quidem ingens ſit & punctorius, tanquam apum aculeis aſſidue infeſtantibus talis enim dolor à veneno, præſertim calido, cuiuſmodi fere ſagittæ imbui ſolet, inuri ſolet: intelliges & ex carnis vulneratæ conditione: hæc enim tum pallet & liueſcit cum quibuſdam necroſeos ſignis. Denique venenatis vulneribus, multa & maligna ſymptomata ſuperueniunt, quæ in communem vulgarium vulnerum naturam non cadunt. E Itaque ſtatim poſt auulſa peregrina corpora, ſcarificatu profundiore & frequenti vulnus in ambitu ſtringendum eſt: affigendæ cucurbitulæ cum magna flamma, quo maior fiat veneni foras attractio. In quam rem & ſuctus conuenit, ab eo facti homine, qui neque vlcera in ore & palato habeat, & olei tantillum ore contineat, ne ſuctum venenum ea parte adhæreſcat, & ſe applicet: denique phœnigmis, veſicatoriis & cauteriis foras euocandum, atque litu, cataplaſmate, emplaſtris, omnique topicorum remediorum arte oppugnandum.

Remedia aduer, ut venena in vulneribus.

FINIS LIBRI DECIMI.

A

DE CONTVSIONIBVS ET GANGRÆNIS

LIBER VNDECIMVS.

B

De contuſionum differentiis. CAP. I.

CONTVSIO, Galeni ſententia, eſt *continui ſolutio in carne aut oſſe quam rei grauis & obtuſæ incurſus fecerit aut lapſus ab alto.* Huiuſmodi morbi ſymptoma Hippocrati dicitur Pelioſis & Melaſma, quaſi nigrorem & liuorem dixeris. Latini Sugillatum dicunt. Eiuſmodi ſugillatorum ſeu liuorum varij ſunt modi, pro vt ſanguinis nũc in corporis intima, nunc in extima effunditur. Effunditur in corpus ſanguis, cum quis, verbi gratia, ex alto cadit, cum graui alicuius ponderis ruina oppreſſus fuerit, vt ſæpe foſſoribus ſub cuniculis contingit, cum tenſum corpus vehementius extiterit, vt à tortura, ab altiore & contentiore voce. Sed & eliſa & ſclopo in medium corpus impulſa glande ſanguis à vaſis in ventres effuſus, ſæpe per fæcum & vrinæ vias redditur.
C Idem contingere poteſt à violentioribus & obtuſis ictibus, vt duro ſtipite, claua, lapide, omnibuſque rebus, quæ contundere & ſanguinem è vaſis, ſeu tentione, ſeu ruptione exprimere poſſunt. Qua etiam ex cauſa intimæ partes contunduntur, alias cum vulnere alias ſine vulnere: adeo vt cute integra, & quod quidem appareat, illibata, ſanguis ſe in muſculorum ſpatia inania, atque inter cutem & muſculos effundat. Quam affectionem veteres Ecchymoſim nominauerint: Hippocrates nomine ſibi peculiari Nauſioſim dixit, quod in hoc affectu turgentes venæ quaſi vomiturire, imo & reuera euomere quod ſuperflui ſanguinis ipſis ineſt, videantur. Ex his contuſionum differentiis curandi petuntur indicationes, vt ſequentibus patebit.

Lib. de artic. conſtitut.
Sect. 2. lib. de fract.
Cauſa ſugillatorum & ecchymoſeõ.
Sect. 2. lib. de fract.

De inſignium & anormium contuſionum cura vniuerſali.

CAP. II.

SAnguis in corpus effuſus, aſpectabili aut inaſpectabili vacuatione purgari debet. Aſpectabilis quidem erit vacuatio, quæ ſecta fiet vena, cucurbitulis, corniculis, ſcarificatu, ſanguiſugis & catharticis
D idoneis: modo continua & vehemens febris ægrum non habeat. Inaſpectabilis inſtituetur vacuatio, potionibus reſoluentibus, & ſudorificis, balneis & diæta tenui. De phlebotomia quidem aperta Galeni ſententia eſt, quo loco iubet, in caſu ab alto, atque in genere ob percuſſiones in quibuſuis corporis partibus illatas, venam ſecari, licet qui id patiuntur, pleni habitu non ſint: quod niſi vena inciſa ſanguis detrahatur, à concreto ſanguine inflammationes oriantur, ex quibus mala proculdubio accidentia conſequantur. Miſſo ſanguine oxycrati quatuor vnciæ in potum exhibendæ: id enim ſubſtantiæ tenuitate ſanguinis in ventre coagulationem impedit, vel in oxycrati locum ſequentem ſubſtitues potionem.

Ad ſent. 61. ſect. 3. li. de articulis.
Oxycrati vires.
Potio reſoluens & excernens ſanguinis thrõbos.

℞. rad. gentianæ, ℥iij bulliant in oxycrato, in colatura diſſolue rhei elect. ʒj fiat potio. Hæc remedia diſſoluunt, & ſcreatu, aut vomitu excludunt concretum ſanguinem, ſi quidem ventriculo aut pulmonibus contineatur, proderit mox ægrum pelle arietina, adhuc ab excoriato animali calente, myrrha, naſturtio & ſale pulueratis conſperſa inuoluere, lectoque valde coopertum tradere, vt illic copioſius ſudet. Sequenti die detrahenda pellis, & inungendum corpus ſequenti litu anodyno & reſoluente.

Pellis arietina adhuc calens.

℞. vnguẽti de althæa. ℥vj. olcor: lumbricorum, chamæ. aneth. an ℥ij terebinthinæ venetæ ℥iiij. farinæ, fænugr. roſar. rubrarum pulueriſatarum, pulueris myrtillorum an. ʒj. fiat litus, vt dictum eſt. Inde ſudorifica & thrombos ſanguinis reſoluens hæc exhibeatur potio.

Litus diſcutiens.

E *℞. ligni guaiaci ℥viij radicis enulæ camp. conſolidæ maioris, ireos florentiæ, polypod. querni, ſeminis coriandri, aniſi an. ʒß. glycyr. ℥ij. nepetæ centaureæ, caryophyll. cardui benedicti, verbenæ an. m. ß aquæ fontanæ lb. xij. omnia conquaſſata infundantur per ſpatium duodecim horarum, hincque bulliant lento igne ad conſumptionem medietatis*; vbi æger eiuſmodi potionis ſelibram mane hauſerit, ſudet horæ ſpatio in lecto, idemque per ſeptem vel octo dies factitet. Si contuſionis ille caſus tenui alicui homini contigerit, cui per rei familiaris anguſtias, tot ſumptus & apparatus facere non liceat, ante linteo mundo inuolutum in fimum modico fœno. aut ſtramine conſperſum, mento tenus immergere expediet, ibique detinere, quoad ipſi multus ſudor manauerit. Id enim ego ſalubriter admodum in multis peregi. Potionandi inſuper erunt ægri ſyrupis, quibus ineſt impediẽdæ ſanguinis coagulationis & putredinis: cuiuſmodi ſunt ſyrupus acetoſus, de limonibus, de acetoſitate citri & allij ad vnciæ vnius pondus exhibiti, & in aqua ſcabioſæ, aut cardui benedicti

Sudorifica & diſſoluens thrombosum ſanguinem potio.
Syrupi impedientes putredinem & thrombos.

 diſſoluti:

luti. Exhiberi etiam ſtatim à lapſu hic poterit potus, cui vis ineſt impediendi ne ſanguis concreſcat & roborandi viſcera.

Potus eiuſdem efficacia.

℞. *rhei electi in pollinem redacti* ʒj. *aquæ rubiæ maioris, & plantag. an.* ℥j. *theriacæ* ʒß. *ſyrupi de roſis ſiccis* ʒß. *fiat potus*, exhibeatur mane per quatuor aut quinque dies. Eius loco paratur potio ex *ſpermatis ceti* ʒj. *diſſoluti in aqua bugloſſi* vel alia ſimili, ex his, quæ ante ſunt commemoratæ, & ſemiuncia ſyrupi capilli veneris: præſcriptis omnibus remediis ſi malum omnino non cedat, proderit per nouem dies, horis duabus vel tribus ante paſtum, qui ſequitur, puluerem ægro exhibere.

Puluis aduerſum thrombos & putredinem.

℞. *rhei torrefacti, rad. rubiæ maioris, centaurij gentianæ, ariſtolochiæ rotundæ an* ʒß. *Miſce detur* ʒj cum ſyrupo acetoſo & aqua cardui. Aiunt, aquam ex iuglandibus adhuc virentibus in alembico extractam, ſanguinis in thrombos concreti diſſoluendi vim habere. Vti etiam licet balneis ex decocto radicis ireos, enulæ camp. oxalidis, fœniculi, altheæ, oſmundæ regalis, conſolidæ maioris, ſeminis fœnugr. foliorum ſaluiæ, maioranæ florum chamæm. melil. &c. ſimilium.

Aqua inglandium ſtillatitia.

Balnea.

nam tepido balneo vis ineſt cutis rarefaciendæ, thromboſi ſanguinis reſoluendi, lentorem humorum incidendi, acrium mitigandi, ab alto in ſuperficiem corporis euocandi & ductuum corporis relaxandorum: ſic vt euictis rebellibus qualitatibus, materiæ facilis mox ſequatur excluſio, per vomitum, aut expectoratum, ſi quidem in ſtomacho natet, aut pectore contineatur: per anum & vrinas, ſi inferioribus in partibus lateat: per ſudores & tranſpiratum, ſi in cutem ſparſa ſit. Itaque peripneumonicis & pleuriticis ſalubriter etiam adminiſtrantur balnea Hippocratis ſententia ſi modo tum adminiſtrentur cum iam febris incipit miteſcere: ſic enim dolorem ſedant, ſuppuratum promouent, & exputatum per expectoratum accelerant. Cæterum niſi præmiſſis vniuerſalibus remediis phlebotomia & catharſi, nolumus ægrum in balneum deſcendere: alioqui enim non leue periculum imminet, ne balnei tepore, fuſis humoribus, fluxio noua in partes affectas procumbat. Quare nefas tibi eſſe puta, horum aut ſimilium remediorum, quidquam tentare, inconſulto Medico.

Lib. 1. de victu acu. & lib. 3 de mor.

Qua arte tractandæ ſint contuſiones cum vulnere coniunctæ.

CAP. III.

Hoſt. 2. lib. fract.

Cataplaſma pepticum.

OMnis magna contuſio ſanguinis primo quoque tempore detractionem aut purgationem, aut vtramque flagitat idque tum ad euacuationem, tum ad reuulſionem. Sic enim Hippocrates in calcis contuſione vomitoriam exhibet purgationem, eodem, quo quis calcem ſibi fregit, die, aut ad ſummum poſtero. Deinde ſi contuſio vulnus habeat adiunctum, intercipienda ab initio fluxio eſt vnguento ex bolo armeno, albuminibus ouorum, roſaceo myrtino, puluere roſarum rubrarum, aluminis & maſtiches. Secundo apparatu, apponetur digeſtiuum ex vitello oui, oleo violaceo & terebinthina. Partibus vicinis ad promouendam ſuppurationem, ſequens admouebitur cataplaſma.

℞. *rad. altheæ & lilior. an.* ℥iiij *fol. malu. violar. ſenecionis an. m. ß. coquantur complete, & paſſentur per ſetaceum addendo butyri recentis & olei viol. an.* ℥iij. *farinæ volatilis quantum ſufficit, fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquidæ.* Quanquam in vſu cataplaſmatum vide ne mediocritatis limites excedas: horum enim immoderatior, vel importunus vſus, vulnera facit phlegmonoſa, ſordida & putrida. Ergo ſuppuratione facta detergendum vulnus, carne implendum, & cicatrice obducendum, niſi forte caro contuſa vehementius laniata fuerit, adeo, vt eam calor natiuus deſeruerit: tum enim amputanda eſt. At ſi ſpes aliqua affulgeat agglutinationis, ſuetur, cætera quæ fient, quæ ars præſcribit. Cæterum punctus acu ducta non adeo frequentes erunt, ac ſi ſimplex eſſet vulnus ſine contuſione: talia enim vulnera facile inflammantur, & intumeſcunt, quæ cauſa eſſet, cur vel fili abruptio, vel carnis, cutiſque dilaceratio conſequeretur.

Cautio notanda.

Contuſa vulnera qualiter ſuenda.

De his, quæ ſine vulnere ſunt, contuſionibus. CAP. IV.

Phlebotomia.

SI integra illæſaque, quod quidem cerni queat, cute ſubiecta caro contuſa ſit, ſanguisq; ſub cutem effuſus ecchymoſim fecerit, ex artis regulis regendus eſt æger, quouſque maligna, quæ ſuperuenire ſolent, accidentia, non iam in metu ſint. Ergo ab initio detrahetur ſanguis ex parte oppoſita, tum ad euacuationem, tum ad reuulſionem. Contuſa pars ſcarificabitur æqualibus ſcarificationibus. Hinc cucurbitulæ ſeu cornicula affigentur, tum ad vacuandum ſanguinem, qui tumorem, tenſionemque in parte excitat, tum ad calorem partis, vt loquuntur, flabellandum & ventilandum, ne res in abſceſſum abeat. Nec interim omittenda alui ſubductio eſt. Topica primum adſtringentia, paulo ſuper partem contuſam apponi debebunt, vt conſtringantur, ac quaſi obſtruantur venæ & arteriæ, ſicque fluxio intercipiatur: tum etiam, vt pars ipſa roboretur: eiuſmodi remedij hæc erit forma.

Scarificatio cum cucurbitulis.

Adſtringentia quid valeant in contuſione.

Poſt adſtringentia ſequi debent digerentia.

℞. *albumina ouorum num. iij. olei myrtini & roſacei an.* ℥j. *boli armeni & ſanguinis draconis an* ʒß. *nucum cupreſſi, gallarum, pulueris aluminis vſti. an.* ʒij. *incorporentur omnia, addendo aceti parum, fiat medicamentum.* hinc reſolutio procurabitur fotu, cataplaſmate, & emplaſtris digerentibus.

Quibus artibus contuſa pars gangrænæ imminentis metu & periculo expliari poſſit.

CAP. V.

Hoſt. 2. lib. de fract.


Cauſa gangrænæ.

INgentes contuſiones vel hoc nomine periculoſæ exiſtunt, quod ad eas nonnunquam gangræna & necroſis ſequantur, quod Hippocrates contingere tum docet, cum pars affecta valde induruit & liuida eſt. Cum igitur pars liuet, aut denigratur, natiuuſque ipſius calor, propter concreti ad ipſam ſanguinis afflaxum, prope extinctus eſt, inprimis ad leuandam eo onere partem cucurbitulæ, vel cornicula affigi debebunt parti ipſi, ante nouacula vel ſcalpro aut ſcalpello ſcarificatæ, aut inſtrumento, cui ſcarificator nomen eſt hic depicto, in quo decem & octo rotulæ nouaculæ inſtar

exciſoriæ

A excisoriæ poſitæ ſunt ſub nota literæ. F. F. F. quæ ſuis manuculis ſub noxa. C. & D. contenduntur & remittuntur. Hoc inſtrumentum ideo probatur, quia ad celeritatem facit operationis & leuitatem: nam octodecim inciſiones pari, cum vnica, quæ nouacula fieret, obſoluuntur tempore.

Scarificator.



B

A. *Operculum oſtendit.*
B. *Thecam.*

Fotus diſcutiens & in cutem euocans.

Tum forti aceto pars fouenda eſt, in quo radices raphani vel ſerpẽtariæ maioris, Ari, aut ſigilli Salomonis, auripigmentum & ſimilia incoxerint: eiuſmodi enim acria potenter calefaciunt, reſoluunt, & ab imo corpore in cutem attrahunt ſanguinem concretum, qui ſuo in partem affectam influxu, ſpiritui vitali, ipſius integritatis conſeruatori, ad eum aditum prohibet, imo & partis eiuſdem natiuum calorem
C extinguit. His tamen niſi admodum caute non eſt vtendum, ne ſic, non eum modo ſanguinem, qui extra vaſa effuſus eſt attrahamus, ſed & eum, qui vaſis continetur exhauriamus. Nec præterea eorum vſus eſſe debet, niſi cum iam conſtiterit fluxio, Exiguis contuſionibus (quos Galenus, partis liuentis mollitie æſtimat) diſcutiendis cera virginalis cum cumino, caryophyllis, radice ſigilli B. Mariæ (cui mirifica vis ineſt omnium ecchymoſeon & ſugillatorum diſſipandorum) liquata ſufficiet: eodem conſilio apponi poteſt abſynthium leuiter tritum, in patella candente extinctum, & pauco vino albo aſperſum. Frigitur etiam abſynthium in patella cum oleo chamæm. fufure, puluere caryophyllorum, & nucis moſchatæ, addita ſub finem pauca aqua vitæ, mox totum in linteis intextum, calenſque parti apponitur. Quod ſequitur emplaſtrum, potenter concretum ſanguinem diſcutit.

In ſection. 2. lib. de fract.

Emplaſtrũ digerens.

℞ picis nigræ. ℥ij. gummi elemi. ℥j ß. ſtyracis liquidæ & Terebinthinæ cõmunis. an. ℥ß. pulueris ſulphuris viui ℥j. liqueſaciant ſimul, fiat emplaſtrum, extendatur ſuper alutam.

De miro ſyptomatis genere, quod coſtarum contuſionibus ſuperuenit.

CAP. VI.

Hipp ſect. 3. li. de ar. ſen. 58. & 65.

VAlido nonnunquam attritu contuſo caro mucoſa euadit, & turgidula carnium vitulinarum inſtar, quæ in lanienis vento inſpirato inflatæ turgent, cute integra manente. Id viſitur & contingit maxime in ea, quæ circa coſtas exiſtit, carne: hæc enim aut ictu, aut caſu, aut renitentia, aut aliqua alia te cauſa huiuſmodi cõtuſa cũ fuerit, ſi manu comprimatur, aer quidã flatulentus inde exprimitur, cum tenui quodam, qui obauditur, ſibilo: manetque impreſſum appreſſorum digitorum veſtigium, tanquam in œdematibus. Illi ſymptomati, niſi opportune prouiſum fuerit, in illo, quod natura ab oſſibus abſcedens relinquit, interſtitio, purulenta quædam colligitur ſanies, quæ non raro coſtæ facit ſyderationem. Remedium erit, ſi ſtatim mucoſus tumor comprimatur, & faſciis arctiſſime conſtringatur, ſic tamen, vt reſpirationis libertas maneat, vbi malum coſtas & thoracis partes inuaſerit. Inde parti apponetur emplaſtrum ex oxycroceo vel diachylone ireato, cum emplaſtro de meliloto: admouebuntur & fotus digerentes.

Remedia ad mucoſum & flatulentum coſtarum tumorem.

Cauſa. Lippitudinis ratio.

Eiuſmodi tumoris cauſa, eſt mucoſa quædam pituita: cum natura ita imbecillis eſt, vt bene conficere alimentum & parti ipſi aſſimilare nequeat: ſed quaſi ſemicoctum quid relinquat. Non ſecus, quam
E coniunctiua oculi tunica, contuſione ſic nonnunquam attollitur & intumeſcit, vt oculi quaſi orbita exihiat, ſordes eas relinquens, quas per lippitudines, lippis fundi intuemur: quod oculorum vis & natura imbecillior euaſerit, ſiue propriæ intemperaturæ vitio, ſiue multitudine humoris, qui illuc confluxit, quemadmodum in his, quæ præter naturam ſunt, tumoribus euenit. Nam ab humore aquoſo & pituitoſo caloris imbecilli interuentu, facile ſuſcitantur flatus, qui reliquo humori permixti tumorem altius attollunt.

De Mumia non inutilis digreſſio. CAP. VII.

Mumia tritum in contuſionibus remedium.

MIrum forte videri poterit, quid cauſæ ſit, cur ego in hoc de contuſionibus curandis tractatu, Mumiæ, vel in potum, vel in bolum, lapſis ab alto aut alioqui contuſis exhibendæ non meminerim, cum

cum tamen vulgò id ſit, imo primum & vltimum, omnium [illegible] im faciunt, Medicorum in tali caſu remedium. A

Cur mumia author non meminerit inter remedia.

At cum intelligerem & à magiſtris Medicis didiciſſem, in [illegible] dicationem ſemper ab eo, quod morbo contrarium eſt, ſumendam eſſe, qui potuiſſem [illegible] aliaſque, quam tace in hac morbi ſpecie mumiam exhibere, cum quid mumia ſit, quæ [illegible] ſit eſſentia, nondum conſtare potuerit, adeo vt ipſi ne inſit proprietas quædam [illegible] & effectus contraria, certo diiudicari nequeat. Id quo modo habeat, placet nunc paulo [illegible], nec qui mumiam præſcribunt Medici, nec qui ipſam ſcriptis celebrarunt authores, nec qui [illegible] pharmacopolæ, certi quidquam habeant quod de ipſa ſtatuant.

Quid mumia ſit, ignorari.

Arabum de mumia opinio.

Piſſaſphaltum quid. Lib. 4. c. 84.

Nam ſi veteres Serapionem & Auicennam, ſi recentiores Belonium, Matthiolum, & Theuetum legeris diſſentientes plane opiniones comperies. Interroga mercatores qui eam advehunt, interroga pharmacopolas, qui eam à mercatoribus emptam nobis exhibent, plane diuerſas, diuerſa de mumia loqui audies: vt in tanta opinionum varietate nihil occurrat, quod certum ſit & exploratum. Serapion quidem & Auicenna non aliam eſſe mumiam putarunt à piſſaſphalto: eſt autem piſſaſphaltum *ſpuma cuiuſdam ſpeciei è mari vel aquis marinis promanans*: cuiuſmodi ſpuma quamdiu aquæ innatat, mollis eſt & tanquam liqueſcens: at tempeſtatum vi & æſtu in littora impulſa, atque in [illegible] ſcopulorum ſalebris reſtitans coit, & concreſcit in aliquid duri, quam ſit pix reſiccata, vt ait Dioſcorides. Belonius Mumiam ait Ægypto tantum & Græci notam eſſe. Alij carnem eſſe humanam ſcribunt detractam cadaueribus hominum mortuorum, & obrutorum ſub deſertæ Arabiæ arenis: qua in regione ventorum vi & turbinibus arena tanta mole ſurſum attolli dicuntur, vt viatores forte obuios obruant & ſuffocent, has carnes arena & vento ſiccatas, Mumiam eſſe. B

Alia opinio de mumia quid ſit.

Alia opinio.

Matthiolus tertiam & vulgatam magis opinionem ſecutus, ſcribit Mumiam, nihil eſſe aliud, quam cadauerum aromatibus conditorum fluentem liquorem, qui reſiccatus concreuerit. Quod vt intelligatur, ſciendum, olim ab omni antiquitatis memoria, Ægyptios ſepeliendorum cadauerum humanorum fuiſſe ſtudioſiſſimos: non eo conſilio, vt viuentibus in remedia poſtea venirent, tantum enim & tam horrendum nefas ne ſuſpicati quidem ſunt. Sed vel quod animos reſurrectionis vniuerſalis opinione deliberatos haberent, vel vt in his tanquam monumentis haberent aliquid, quo defunctos amicos pia & ſempiterna colerent memoria.

Non valde ab hac opinione abhorrens Theuetus, ſcribit, veram Mumiam detrahi ex monumentis & lapideis vrnis ſeu capſis defunctorum in Ægypto, quarum rimæ tanta eſſent diligentia obſeratæ, & lutatæ, incluſa vero corpora tanta arte nobilibus ad æternitatem aromatibus condita, vt quę ipſis ſtatim mortuis obuolutæ eſſent linteæ, ſtolæ, eæ integræ hodie adhuc viſantur: ipſa autem corpora adeo florida, vt vix tridui eſſe cadauera iudicentur. C

Varia cadauerum conditura.

Qualis ſit mumia, quæ huc aduehitur.

Et tamen in illis cauernis & ſpecubus ſubterraneis, è quibus illæ reconditæ eruuntur vrnæ, nonnulla occurrere duorum millium annorum cadauera. Hæc ipſa vel horum detecta membra Venetias ex Syria & Ægypto deportantur, & inde in vniuerſum Chriſtianum orbem diferuntur. Cæterum pro varia hominum conditione varia eſt aromatum, quibus farciuntur conditura. Nobilium enim cadauera, myrrha, aloe, croco & alijs pretioſis aromatibus condiantur. At plebeiorum hominum, quorum tenuitas & rei familiaris anguſtia, tantos ſumptus ferre nequit, ex aſphalto aut piſſaſphalto. Huius vltimæ ſpeciei & conditionis vniuerſam eſſe Mumiam, quæ in noſtras has regiones importatur, Matthiolus ait. Neque enim paſſuros prouinciæ Magnates & principes viros, ſepulturæ religioſis factis tanta pietate adductos, amicorum & cognatorum ſuorum cadauera huc, ad turpem quæſtum, & horrendum miniſterium [illegible], vt *à Iſinem huius operis [illegible]* docetur. D

Ad contuſiones nullam [illegible] hactenus mumiam.

Quæ res quondam aliquando ex noſtratibus pharmacopolis mouit, homines inſigniter audaces, & lucri auidos, vt ſuſpenſorum cadauera de nocte raperent, & ſale atque aromatibus condita, [illegible] exſiccarent, vt hoc mangonio interpollata pro vera Mumia venderent. Sic igitur & ſtulte & crudeliter coguntur vel vilillimæ Ægyptiorum plebeculæ, vel ſuſpenſorum diſſectas & putrentes cadauerum portiones deuorare, quaſi lapſi ab alto hominis ac contuſi ab orco eripiendi ars non eſſet alia, quam ſi hominem horrenda plane [illegible], in ſua id eſt, humana viſcera conderes. Et tamé ſi illi pharmaco vis quędam ineſſet ad id quod expetunt, eſſet fortaſſe quod aliquam excuſationem ſuæ illi pluſquam barbaræ inhumanitati [illegible] poſſent. At ſic ſe res habet, vt peſſimum hoc pharmaci genus, non modo nihil ægris, in eo, cui comparatum eſt, caſu, præſidij aut adiumenti afferat, quemadmodum centies expertus ſum, & quemadmodum Theuetus expertum ſe in ſeipſo teſtatur, cum in Ægypto, vnde aduehitur, eius aliquantulum Medici cuiuſdam Iudæi conſilio ſumpſiſſet: ſed multa præterea moleſta ſymptomata inferat, vt cardialgiam, ventriculi tumultum, conturbationem, vomitum, oris fœtorem. Quibus ego rationibus perſuaſus, nonmodo eius pharmaci nihil ægris præſcribere ſoleo, ſed etiam in conſilijs, ne pręſcribatur magnopere contendo. E

Quorum maiorum ac [illegible] ſauaris fa[illegible] mumia.

Oxycrati efficacia in contuſionibus.

Longe eſt ſatius ex Gal. ſententia in methodo, oxycratum haurire, quod ſua frigiditate fluentem ſanguinem cohibet, tenuitate autem concreti ſanguinis thrombos diſſoluit & diſcutit. Multas ego Doctorum Medicorum, à quibus hanc de Mumia hiſtoriam didici, & huic meo operi inſerendam putaui, rationes, è media philoſophia petitas, quibus huius aut illius Mumiæ nullum poſſe ad contuſiones & ſanguinem fluentem aut thrombos eſſe vſum, demonſtrabant, lubens omitto: quod eas huic operi inſerere non magnopere Chirurgorum intereſſe arbitror. Quare de combuſtionibus nunc aggredi dicere ſatius eſſe duco.

A De Com-

A

De combuſtionibus, & earum differentiis.

CAP. VIII.

COmbuſtiones omnes ſeu à pyrio puluere incenſo, ſeu à feruente oleo, aqua, metallo, aut aliis quibuſuis rebus fiant, ſola inter ſe magnitudine differunt. Hæ primo quoque tempore dolorem parti inferunt, & calorem præter naturam imprimunt. Qui ignis naturam redolens impreſſionem illam relinquit, quam Græci Empyreuma nominant, impreſſionis illius magis minuſue expreſſa cernuntur veſtigia, pro rei comburentis efficacia, ſuſcipientis ſeu patientis partis conditione, & in eadem mora. Si ſuperficiaria ſit combuſtio in puſtulas & veſiculas cutis exurgit, niſi mature fuerit prouiſum. Si ima & profundior extiterit, eſchara ſeu cruſta inducitur, ambuſta carne, vt ignis in cruſtaceam illam duritiem abeunte. Ignis in quamcunq; partem inciderit vis adurens, intemperiem in ipſa relinquit calidam, cutem condenſat, contrahit & inſpiſſat, vnde dolor: à dolore humorum ex partibus vicinis & remotis attractio: humores illi in aquoſos & ſeroſos humores mox verſi, dum exitum quærunt, ſibi ab inſpiſſata cute ignis actione præcluſum, ipſam altius attollunt, & veſicas, quas cernimus, excitant. Hinc variæ indicationes

Combuſtionum ratio & ſymptomata.

Veſicularũ a combuſtione cauſa.

B ducũtur, vnde remediorum ad ambuſta varietas. Alia enim empyreuma, id eſt, impreſſum igniti caloris in parte veſtigium delent, atque dolorem demulcent: alia veſicularum generationem intercipiunt: alia vlceri curando dicata ſunt procurato eſcharæ ante omnia lapſu, detergendo, carnem & cicatricem inducendo. Tollendo dolori, & ignito calori comparata remedia duorum ſunt generum: alia enim vt refrigerante id faciunt, qua nempe calorem præter naturam extinguunt, ſanguinemque & humores, qui in partem vi caloris & doloris influebant, reprimunt. Alia viribus contrariis prędita, calida ſunt & attrahentia: quæ nempe cutem relaxando, & poros reſerando, reſoluunt, & diſſipant ſeroſos humores, qui puſtulis ortum & materiam præbent, ſicque per accidens dolorem & ardorem ſedant. Refrigerantia ſunt, aqua ſimplex, aqua plantaginis, ſolani, hyoſcyami, cicutæ: ſucci herbarum refrigerantium, vt portulacæ lactucæ, plantaginis, aizoi, papaueris, mandragoræ, & ſimilium. Ex his alia componi poterunt, cuiuſmodi ſunt prædicti ſucci cum ouorum albumine agitati: lutum viarum tritarum in forti aceto diſſolutum: alumen rochæ in aqua eliquatum, cum oui albuminibus agitatis: atramentum ſcriptorium

Remediorũ varietas ad tollendũ intemperiẽ & dolorem demulcendũ.

C cum aceto & camphoræ tantillo mixtum: vnguentum nutritum, itemque populeum recenter parata. Hæc & ſimilia ſubinde renouabuntur, per initia præſertim, quouſque calor & dolor euanuerint. Cæterum eadem illa remedia tepida ſunt applicanda: nam ſi actu frigida apponerentur, dolorem excitarent, adeoque fluxionem: adde, quod eorum vires in partem ipſam ſubire & peruadere non poſſent, & de potentia in actum educi: profecto ſic appoſita dolorem ſedant, inflammationemque & veſicatum exortum prohibent.

Putat Mattheolus quod alumen rocha dicimus eſſe Plinij alumen albũ.

De medicamentis calidis & attrahentibus ad ambuſta.

CAP. IX.

INter calida & attrahentia, quæ rareſaciendo & foras attrahendo, atque diſſoluendo, dolorem ardoremque ambuſtorum leniunt, primum obtinet locum ignis, cum aduſtio leuicula fuerit. Sciunt enim & experiuntur plebeij homines, ambuſtæ leuiter partis ardorem vaneſcere, & dolorem leuari, ſi partem ipſam ardentis candelæ, vel accenſarum prunarum ardori aliquandiu admouerint, attractionem enim facit ſimilitudo. Itaque ignis extrinſecus intrinſecum & inuſtum à ſe parti ignem dum foras euocat, mali, quod intulerat & creauerat, alexiterium eſt. Paratu etiam facile & expertum remedium eſt, ſi quis

Ignis, qui dolorem ab ambuſtione ſedare poſſit.

D ſtatim à combuſtione cæpas crudas, & cum ſale intritas dolenti parti apponat. Notandum tamen, quod remedio huic locus non eſt, ſi iam in vlcus abierit malum: dolorẽ enim exacerbaret, & inflammationẽ augeret: at cute adhuc integra ac non excoriata, ſi adponatur, nihil tale facit, ſed puſtularum & veſicularum exortum prohibet. Eam ob cauſam hoc etiam remedij genere vtitur Hippocrates in eſcharæ lapſu procurando.

Cæpas tritas ad combuſtiones Galeno & qui.

Si quis eius remedij vſum ex principio medico, quo contraria contrariis curari dicuntur, refellere contendat, atque ideo cæpas Galeni authoritate in quarto gradu calidas ad ambuſta nõ eſſe vtiles aſſeueret, is intelligat, poteſtate quidem cæpas eſſe calidas, & actu humidas: itaque temperie calida rareſacere, humiditate autem actiua remollire cutem: quo fit, vt attrahant & foras euocent, diſſipentque inuſtum calorem, ſicque puſtularum generationem intercipiant. Denique ignis, vt initio notauimus, igni remedio eſt. Nec vero Galeni ſententia, morbi ſemper contrariis ſanantur, ſed aliquando ſimilibus: etſi omnis ſanitas à contrario ſit, contrarij nomine latius & laxius ſumpto, ita enim & phlegmone ſæpe curatur reſoluentibus medicamentis, quæ nempe vacuata phlegmones materia, ipſam phlegmonem ſanant. Ergo ambuſtis partibus nondum quidem exulceratis aut excoriatis, eſt vtilis cæparum vſus. Sunt

Lib. 5 ſimpl.

E vero & alia pleraque remedia veſicularum generationi prohibendæ vtilia, cuiuſmodi eſt fimus equinus recens, in oleo nucum aut roſaceo deiectus, & parti impoſitus. Item ſambuci aut ebuli folia in oleo nucum cocta, & addito pauco ſale intrita. Item calx extincta in puluerem redacta, & cum vnguento roſaceo incorporata. Item ari & ſaluiæ folia cum pauco ſale contrita. Prodeſt etiam ad ambuſta ſabrile glutinum, in aqua ex vaſe duplici liquatum, & penna parti ambuſtæ oblitum. Item craſſior vernix, quo politores, ſeu enſium fabri vtuntur. Cæterum ſi dolor acerbius vrgeat, ter quaterue in die ac nocte, hæc erunt renouanda remedia, quo illa demulceatur doloris acerbitas. Quod ſi his remediis impedire non poſſimus puſtularum generationem, primum atque ſuborte erũt, excidendæ venient, quod humor cõcluſus exitu prohibitus, acrimoniã acquirit, quæ carnẽ ſubiectã arrodit, vnde emergunt vlcera caua: ſic cauſarũ multiplicatione, & materiæ incremẽto, augetur inflãmatio, nõ per nouem modo dies, vt vulgus dictitat, ſed p̃ lõge plures: nõnũquã etiã p̃ pauciores, ſi corp⁹ neq; cacochymũ, neq; plethoricũ extiterit,

Ad prorumpentes veſiculas remedia.

Quoties in die curandũ ambuſtis.

Ad eſcharā remouen. & dolori atque ardori mature opportunis remedijs occurſum fuerit. Cum combuſtio tanta fuerit, vt eſcharam induxerit, eius lapſus eſt procurandus remollientium, & humectantium medicamentorum vſu, vt axungiarum, oleorum, butyri cum pauco baſilicone, vel vnguenti ſequentis. A

℞ mucagin pſill. & cydon. an ℥iij gummi trag. ʒij extrahantur cum aqua parietaria, olei lilior. ℥y ß. ceræ noua quantum ſuffic. fiat vnguentum molle.

Vlceribus atque excoriationibus remedia conuenientia apponentur: quæ nempe nullam habent acrimoniam, cuiuſmodi eſt vnguentum album Rhaſis camphoratum, deſiccatiuum rubrum, vnguentum roſatum ſine aceto concinnatum, vel nutritum hoc, qui ſequitur, modo deſcriptum.

Nutriti vnguenti deſcriptio. *℞ lithargyr. auri ℥iiij. olei roſ. ℥iij. olei de papaue ℥ij. ß. vnguent. populeon. ℥iiij. camphoræ ʒj. fiat vnguentum in mortario plumbeo ſecundum artem.*

Oleum ouorum. Vel oleum ouorum in mortario plumbeo agitato. Itemque calcem viuam nouies lotam, & cum vnguento roſaceo, vel butyro recenti, ſalisque experte, & aliquot ouorum vitellis indaratis mixtam. Vel,

℞ but. recen. ſine ſale vſulati & colati ℥vj vitellos ouo. iiij ceru. lota in aqua plan. vel roſ. ℥ ß. tuth ſimiliter lota ℥iij plumbi vſti & loti ℥ij. miſceantur omnia ſimul, fiat linimentum vt decet. Vel,

℞ corti. ſambuc. virid. & olei roſ. an ℔ j. bulliant ſimul lento igne poſtea colentur, & addo olei ouor ℥iij. pulue. ceruſ. & tuth præparata an. ʒj. ceræ albæ quantum ſuſſicit. fiat vnguentum molle ſecundum artem. B

Cæterum ſiccantium remediorum quantitas ſemper augeatur, vel minuatur, pro vt vlceris conditio poſtulare videbitur.

Anodyna. Dolori demulcendo ſequentia conueniunt, nempe mucagines ſeminis, lini, pſillij, & cydo. extractæ in aqua roſ. vel cõ. nani, & pauca camphora addita: ac ne citius, quam par eſt, reſiccetur id remedium, addendum eſt oleum roſaceum. Ouorum etiam vitelli ſex vel quinque cum mucilaginibus ſeminis lini, pſillij & cydoniorum mixti & ſæpius renouati dolori ſedando valde conferunt. Quæ ægris miniſtrant in noſocomio Pariſienſi mulierculæ ad ambuſta hoc fœliciter vtuntur remedio.

Remedium ad ambuſta tritum in noſocomio Pariſienſi. *℞ lard. conciſi ℔ j. liquefiat in aqua roſarum, deinde coletur per rarum linteum & frigidum; lauetur quater cum aqua hyoſcyami, vel alterius generis eiuſdem, deinde illi incorporentur vitelli ouorum recentium, num. viij fiat vnguentum.* Si acris eſt dolor, vt in hoc vlcerum genere eſſe ſolet, byſſina tel velanda erunt vlcera, ne cum detergentur, aſperiore lintei conſiſtentia irritentur. Sic enim per byſſi raritatem liber ſaniei exitus, & medicamentis ingreſſus atque contactus extiterit. Cauendum etiam, cum ambuſtæ fuerint palpebræ, labra, digitorum latera, iugula, axillæ, poplites, cubiti flexus, ne ſibi inuicem nullius rei interuentu committantur, alioqui tandem mutuo contactu ſibi adhærebunt & agglutinabuntur. Itaque illi rei prouidebitur, apta membri collocatione ex lintei mollis interiectione. C

Cur profundæ combuſtiones ſuperficiariis minus doloriſicæ. Adnotandum vero venit, quod profundiores combuſtiones, quæque denſiorem eſcharam faciunt, ſuperficiariis minus doloriſicæ ſunt. Cuius rei veritas, eorum exemplo intelligitur, qui ſectis artubus candente ferro vruntur, nam mox à combuſtione exiguum dolorem ſentiunt. Ingens enim illa combuſtio ſenſum adimit, ſenſorij vehementia ſentientibus partibus ſenſum adimente, quemadmodum ſupra, cum de neruorum vulneribus & doloribus ageremus, notatum à nobis eſt.

Ad quam eſcharam neceſſaria ſcarificatio. Eiuſmodi eſcharatum lapſus procurabitur profundiore ſcarificatu, qui ad viuum vſque penetret: vt ſic perſpiratu liberiore ſubiecti & concluſi humores gaudeant, itaq; remollientibus medicamentis patentior ingreſſus, vt perfundere poſſit eſcharam, atque ſic emollire, vt tandem decidat. Reliquum curationis detergentibus medicamentis & ſarcoticis perficietur, additis ſupradictis vnguentis, puluiſculis metallicis, cum præſens neceſſitas videbitur poſtulare. Qua vero quantitate miſceri ſingula hæc debeāt, dici nequit, propter eam, quæ in corporum temperie & conſiſtentia eſt, varietatem, morborumque contumaciam aut facilitatem. A combuſtione, cicatrix fere aſpera huilcula & fœda viſu relinqui ſolet. Itaque illa, qua arte complanari & molliri debeat, dicetur *tractatu de Peſte.* D

Puluis carnis à pyrio puluere ſtigmata indelebilia eſſe. Non eſt vero hoc loco omittendum, quod puluis pyrius igneſcens, ſæpe in carnem penetrat, haud vlcerata vel excoriata cute: itaque tenuitate ſua ſic in carnes ſe inſinuat, & penitus infigit, vt nullis remedijs, non phœnigmis, non veſicatoriis non ſcarificatu, non cucurbitulis aut corniculis eximi, & inde elici queat: adeo vt ſemper impreſſa eius maneant veſtigia, haud aliter, quam barbaris ſeruis inuſta ſemel ſtygmata, nulla poſtea arte deleri & obliterari poſſunt.

De Gangræna & Necroſi. CAP. X.

MVlta quidem vulneribus & continui ſolutionibus maligna ſuperueniunt ſymptomata, vel Chirurgi inſcitia, aut negligentia, vel ægri aut aſſidentium errore, vel morbi malignitate & vehementia: at nullum maius gangræna ſuperuenire poteſt, vt à quo parti & ſæpe toti corpori necroſis & mors immineat. *Gal. 2 ad gla.* Quare de Gangræna viſum eſt hoc loco ſcribere, poſita primo definitione, deinde cauſis, ſignis, prognoſi, ac denique curandi ratione inſtituta. Eſt igitur Gangræna diſpoſitio quædam & via ad necroſin, partis, quam obſederit, paulatim & ſenſim emorientis. Nam necroſis vbi perfecta fuerit, Sphacelus Græcis dicitur, Latinis Syderatio, noſtratibus Ignis S. Antonij, vel Marcelli. E

De Gangrænæ cauſis generalibus & particularibus.

C A P. XI.

GAngrænæ cauſa maxime omnium generalis eſt, cum propter diſſolutam quatuor primarum qualitatum harmoniam & contemperationem, inepta redditur pars excipiendis facultatibus, ſpiritibus naturalibus, vitalibus, & animalibus, quibus nutritur, viuit & ſentit, atque mouetur. Horum enim tanquam lumine pars quouis ex caſu orbata languet, moxque emoritur. At cauſæ particulares multæ exiſtunt. hæ igitur vel primitiuæ ſunt, vel antecedentes. Primitiuæ ſeu externæ ſunt combuſtiones illatæ à rebus actu vel potentia ignitis actu quidem, vt ab igne, oleo, aut aqua feruentibus, pyrio puluere ignescente & ſimilibus. Potentia vero à medicamentis acribus, vt ſublimato, calcantho, cauteriis potentialibus & aliis eiuſmodi: hæc enim omnia inflammationem ingentem in parte excitant. Perfrigerationes vero inuehere poteſt aer ambiens, ſimulque & gangrænam: quæ cauſa eſt, cur Hippocrates *lib. de Aere*, magnas cerebri perfrigerationes Sphacelismos nominet. Incauta ergo & importuna frigidorum & narcoticorum remediorum applicatio, fractura, luxatio, inſignis contuſio, arctior ligatura beſtiarum præcipue venenatarum morſus, neruorum aut tendinum punctura, neruoſarum partium & articulorum vulnera, in corporibus præſertim plethoricis & cacochymis, vulnera ingentia, quibus vaſa vitam deferentia maxima parte excisa ſunt, vnde Aneuriſma, aliæ denique multæ cauſæ quæ illam, quam initio diximus, quatuor primarum qualitatum harmoniam perturbant, Gangrænam inferre poſſunt.

Cauſa generalis gangrænæ. *Cauſæ ſpeciales externæ.* *Frigus gangrænam inuehere.*

De cauſis Gangrænæ antecedentibus. C A P. XII.

CAuſæ vero gangrænæ antecedentes, ſeu internæ & corporeæ, ſunt copioſæ & affatim factæ humorum calidorum, frigidorumue in partem aliquam defluxiones. Nam humorum tantæ copiæ ſuſtinendæ aut regendæ, cum ſit impar partis facultas, fit, vt calor ipſi inſitus tranſpirationis defectu ſuffocetur, aut extinguatur. Arteriæ enim hinc adeo in anguſtum concluduntur, vt motus ſuos contractionis & dilationis, quibus calor natiuus fouetur & temperatur, obire nequeant. Tum vero præſertim inſanabilis gangræna eſt, cum humorum influxus oſſa primum imbuerit, & ab oſſibus inflammatio initium habuerit. Siquidē Galeni ſententia omnia, quæ in carnem, eadē quoq; in oſſa cadant affectionū genera. Nec
C modo phlegmone ſeu inflammatio, ſed & caries & corruptio ſæpe oſſa primum inuadit, & ab oſſibus initium ducit. ſic enim multos elephanticos & lue venerea infectos cute ac carnibus integros pulchrosque videas, quorum tamen oſſa carie exeſa ac pertuſa, inſigni etiam ſæpe cum propriæ ſubſtantiæ iactura conſpiciuntur. Id mali genus fit à materia venenata, cuius qualitatem occultam vix alio, quam veneni intus geniti nomine poſſimus exprimere. Sed ſæpe carne vlcere maligno & antiquo obſeſſa, gignitur acris quædam & fœtida ſanies: qua ſi oſſa imbui contigerit, cariem & tandem mortificationem contrahunt. de quibus extat Hippocratis ſententia: *Vlcera ſi annua aut etiam diuturniora fuerint, os abſcedere neceſſe eſt & cicatrices cauas fieri.* Quo etiam pertinet eiuſdem hæc ſententia: *in oſsis denudatione Eryſipelas malum.* Cæterum materia illa venenata influens & gangrænoſa, alias calida eſt, vt in anthracibus & carbunculis peſtilentibus: qui intra quatuor & viginti horas eſchara inuſta, partem ad necroſim deducunt. alias frigida, vt non raro contingere cernitur in partibus, quas nullo dolore, tumore, liuore, nullo denique alio gangrænæ præcedente ſigno, gangræna occupat. Id enim contigiſſe nobili cuidam Genuenſi mulieri, ſe inſpectante & curante, narrat Ioannes Vigonius.

Qui fluxiones gangrænam accerſant. *Gangræna inſanabilis.* *Lib. de tumo. præter nat.* *Aph. 5. ſect. 6.* *Ab influxu materiæ frigida gangræna.*

D Idem ego memini contigiſſe cuidam in hac vrbe, qui cum cœnaſſet hilariter & doloris omnis (vt hucuſque fuerat) expers lecto ſe tradidiſſet, oborta derepente noctu gangræna in duabus tibiis, necroſim induit ſine tumore, ſine inflammatione, tantum locis quibuſdam tibiæ liuidis, nigris, viridibuſque maculis conſperſæ erant, reliqua ſubſtantia colore natiuo ſuffuſæ ſenſus tamen earum partium emortuus erat, ad contrectationem frigidæ apparebant, & adacto in cutem ſcalpello nihil cruoris manabat. Coacto concilio Medicorum, viſum eſt cutem cum ſubiecta carne, profundis multis ſcarificationibus incidere: quod cum feciſſem, manauit ſanguis ater, craſſus, velut congelatus, & paucus. Itaque hoc et vt & pleraque alia, fuit inutile remedium: tandem enim liuore in faciem totumque corpus aſſurgente, phreneticus interiit.

Hiſtoria notanda. *Frigus ſimplex gangrænã inuehit.*

Lectorum iudicius æſtimandum permitto, num aliunde, quam à venenata materia, tam præceps, tamque ferale derepente malum contingere potuerit: quanquam materiæ venenatæ peculiaris non eſt ea pernicies. Sæpe enim frigoris vis, ſeu ab ambiente aere, ſeu ex narcoticorū remediorum immoderatiore viſu, tanta exiſtit, vt paucis horis membrorum alicui, imo etiam non raro toti corpori vitam adimat vt eorum exemplo intelligitur, qui per niues, monteſque gelu & glacie concretos & horrentes iter faE ciunt. Hinc enim caloris natiui & ſpirituum in parte exiſtentium extinctio, eorum vero, qui naturæ prouidentia eo ſuppetias mittuntur, excluſio.

Nam cum rigido frigore conſtricta, & tanquam gelu concreta teneatur pars, aſpirare ad eam & ingredi prohibentur. Nec vero ſi in partem ſubiueant, morari illic diutius poſſint, quod peruerſa & frigoris naturæ infenſiſſimi hoſtis dominatu, omni naturæ œconomia, quatuorque primarum qualitatum illa, de qua ante diximus, harmonia conturbata, domicilium illic idoneum non inueniant. Quo fit vt eo, vnde primum venerant, reſilientes, partem ipſam nutritionis, vitæ, ſenſus & motus commodis, orbam relinquant.

Cur ſpiritus partem, qua à natura in ſignetur deſeruerit, deſerant. *Hiſtoria.*

Lutetiæ Brito quidam ſeruus à ſtabulo, cum à cœna probe potus ſupra lectum ſe coniecisſet, per proximam feneſtram, quam patentem reliquerat, frigus ſubiens ſic alterum eius crus occupauit, vt mox à ſomno excitatus, nec ſtans ingredi, nec pedibus ſe ſuſtentare poſſet. Cū igitur crus ſtupe tactū tantum putaretur, iuſſus eſt igni adſidere: ſed cum illud propius admonuiſſet, plantam pedis ſibi ſine vllo doloris

ſenſu

ſenſu digiti craſſitudine, inuſſit, iam enim pluſquam dimidiam cruris partem necroſis occupauerat. Ita-que in Noſocomium deportatus cum eſſet, conatus eius loci Chirurgus eſt, cruris emortui amputatio-ne reliquum corpus à morte imminente vindicare, ſed fruſtra: gliſcente enim in ſupernas partes ne... intra triduum mortuus eſt, cum laborioſis ructibus & ſingultibus, delirijs, frigido ſudore, & crebra ſyn-cope. Profecto tota illa hyeme frigoris tanta extitit inclementia, vt pleriſque in Noſocomio na... las, ſeu pinnas necroſis ſine vlla putredine occuparit. Itaque cum ex tam multis quatuor dele... quibus nares amputarem, duo quidem incolumes euaſere, reliqui ſerpente malo interiere. Cæter... notandum venit, quod gangræna, quæ à frigore ortum ducat, primum & maxime occupentur partes à corde, caloris fonte diſtantiſſimæ, nempe pedes & crura: itemque illæ, quæ proprio temperamento fri-gidæ exiſtunt, vt cartilagineæ, quales exiſtunt nares & auriculæ.

Quæ potiſſimum partes gangræna à frigore orta tententur.

De Gangrænæ ſignis. CAP. XIII.

GAngrænæ, quam inflammatio ſeu phlegmone inuexerit, ſigna ſunt doloris & pulſationis ſine c... manifeſta, id eſt, tumoris reſolutione aut expuratione diminutio: coloris in parte flammei & r... tis ſubito in fuſcum aut liuidum mutatio, vt ſubtiliſſime docet Hippocrates, vbi de calcis fractæ gang... loquitur: Dolorem pulſatilem hic intellectum velim non eum modo, quem arteriarū concitatior mo-tus edit, ſed iactabundum illum & punctorium velut pulſum, quem pugna caloris natiui, & eius, quod præter naturam eſt, efficit, ſuſcitata craſſa vaporum nebula ex humoribus, quos gangræna iactat & ad... titur. Gangrænæ vero à frigore ſigna erunt, ſi derepente acutus dolor, pungēs & vrens partem inuaſe-rit, nam penetrabile frigus adurit: ſi micans rubor tanquam à niue manibus tractata, mox in liuidum colo-rem abeat: ſi pro accidentario, qui inerat, calore, mox frigus & ſtupor cum horrore partem occupet, quaſi quartanario inſultu quateretur. Frigus eiuſmodi ſi eouſque proceſſerit, vt calorem natiuum extin-guat, necroſim poſt gangrænam inferet. ſæpe vero etiam conuulſiones & violentas totius corporis con-cuſſiones cerebro & reliquis vitæ principijs valde moleſtas. Gangrænas vero vinculo arctiore, fractura, luxatione, & contuſione inuectas cognoueris, durltie, quam humorum attractio & incurſus fat: nigro-boris & ſparſis per cutem puſtulis ſeu veſiculis, propter ardorem nigrum, tanquam à combuſtione: partis pondere, propter ſpirituum membri molem haud iam ſuſtentantium, penuriam: denique ex eo, quod appreſſus parti digitus tanquam in œdemate impreſſum relinquit veſtigium: itemque ex eo, quod cutis citra cauſam manifeſtam, à carnib. abſcedit. Iam ex morſu, punctura, aculeo, mate, vulnere in cor-poribus plethoricis & cacochymis, parteque exquiſitiſſimo ſenſu prædita ortas gangrænas ijſdem fere ſignis, quibus ab inflammatione natam cognoueris. His enim & ſimilibus ex cauſis fit humorum ſupra quam par eſt, in partem fluxio & attractio: vnde intercepta perſpiratione, obſtructiſque meatibus, ca-loris natiui oppreſſio & ſuffocatio. Cæterum hoc admonitum velim Chirurgiæ tyronem, vbi præſen-tem gangrænam ex ſignis commemoratis deprehenderit, ne differendā amputationem putet, eo nomi-ne, quod aliquis adhuc in parte ſenſus vel tenuis aliquis motus ſuperſtes ſit. Nam ſæpe in hoc caſu mo-uentur obſeſſæ partes, non motu integri muſculi, ſed hoc tantum, quod muſculi caput nondum gan-græna obſeſſum, dum ſe ſuis viribus mouet, vna continuum ſibi tendinem & caudam ſuam, etiam iam e-mortuam iactet & commoueat: quare cunctari in talibus malum eſt.

Sect. 2 lib. de fract.

Dolor pulſatilis quis.

Gangrænæ ſigna à frigore orta.

Signa gangrænæ ortæ à fluxione & materia.

Non differendā eſſe amputationē etiā manente in parte tenui aliquo motu aut ſenſu.

Super Gangræna quo Prognoſis inſtituenda. CAP. XIV.

COmmemoratis ſignis Gangrænæ cognitæ, Prognoſim oportet inſtituere. Eſt autem eius tanta fero-cia & malignitas, vt niſi citiſſime occurratur, pars moritura ſit, & mortificationis ſuæ contagio vici-nas comprehenſura: quo factum eſt, vt à multis gangræna Eſthiomenos diceretur. Graſſatur enim veneni inſtar corruptio eiuſmodi, vicinaque omnia ignis inſtar exeſt, arrodit & depopulatur, quouſque corpus vniuerſum peruaſerit. Nam vt ſcribit Hipp. *li. de Vulner. capitis, Mortui & viuentis nulla eſt proportio*. Itaque o-portet mortuum à viuo ſtatim excludi, aut niſi id fiat, viuum mortui contagione interire. Moribundis ſudor frigidus toto manat corpore, delitia exercent & inſomnia, ructus & ſingultus fatigant, crebra ſyncope oboritur. Vaporibus nempe, copioſe & continenter per venas, neruos & arterias ad viſcera & partes principes, ab humorum & carnium corruptione, ſuſcitatis. Hæc ergo vbi præfatus fueris, & ægri amicis edixeris, tum demum vt ad opus te accingas, feſtinandum.

Cur gangræna Eſthiomenos dicatur.

Viuum mortuis impar eſt.

De Gangrænæ cura generali. CAP. XV.

GAngrænarum curandarum indicationes ab ipſarum varietate ſunt petendæ, nam pro ipſarum eſ-ſentia & magnitudine varie inſtituitur curatio. Gangrænæ enim aliæ totum membrum occupant, aliæ membri tantum portionem: aliæ profundæ ſunt, aliæ extimæ & ſuperficiariæ. Habenda & ratio eſt temperiei corporis. Nam corpora mollia & delicata, vt puerorum, mulierum, eunuchorum & otioſo-rum hominum, mitiora multo remedia flagitant, quam qui natura & conſuetudine, ſeu vitæ inſtituto, robuſtiores & duriores exiſtunt, cuiuſmodi ſunt agricolæ, foſſores, nautæ, venatores, baiuli, & alij id ge-nus homines, parce ac duriter qui vitam inſtituunt.

Curandæ gangrænæ variæ indicationes.

Nec vniuerſi ſolum corporis, ſed & obſeſſarum partium ineunda eſt ratio: nam partium carno-ſarum ſeu muſculoſarum alia ratio eſt, quam ſolidarum, vt neruoſarum & articulorum, aut ſolidiorum, vt vertebrarum. Iam partes calidæ & humidæ, vt pudenda, os, vterus & anus, facilius à putredine ten-

tantur,

A tantur, & citius occupantur. Itaque tanto maturius occurrendum. Ergo ſi maxime ab interna cauſa ortum gangræna ducat, diæta in decenti rerum ſex non naturalium vſu eſt præſcribenda. Si corpus plethoricum vel cacochymum fuerit, de phlebotomia & purgatione aduocato Medico cogitandum. Cõtra vaporum ad partes nobiles translationes, cor præſertim roborandum theriaca in aqua acetoſæ, aut cardui benedicti diſſoluta, bolo mithridatij, conſeruis roſarum & bugloſſi, atque opiatis ex arte in rem præſentem confectis: extrinſecus ſequens epithema apponetur regioni cordis. *Quæ partes gangræna facile tentantur.*

℞ *aquæ roſ. & nenuph. an. ℥iiij. acet. ſcillitici ℥j. corallorum, ſantalorum alborum & rubrorum, roſ. rubr. in puluerem redactarum & ſpodij an. ʒj mithrid. & ther. an ʒij. ß. trochiſcorum de camphora ʒij. flor. cordialium in pollinem redactarum, p. ij. croci ʒj. ex omnibus in pollinem redactis, fiat epithema,* quod ſuperimponatur cordi, cum panno coccineo aut ſpongia: hæc fere ſunt, quæ in omnis gangrænæ curationem cadunt. *Epithema cardiacum.*

De Gangræna cura particulari. CAP. XVI.

Gangrænæ, quam ſanguinis, & humorum partis natiuum calorem ſuffocantium influxus copioſior & rapidior pepererit, per ingentes phlegmonas, inſtituitur curatio euacuando & deſiccando humores qui mora & collectione in parte dolente computruerint. In eam rem laudantur maxime ſcarifi- *Curatio gangrænæ ab inflammatione.*
B cationes & inciſiones magnæ, mediocres, paruæ, profundæ, & ſuperficiariæ pro gangrænæ conditione: vt ſic pars exonerata perſpirationis, humores vero concluſi diſtillationis ſeu excretæ fuliginis beneficio gaudeant. Inciſiones fiunt cum malum grande eſt, profundum & necroſi proximum. Scarificatus, cum iam primum pars computreſcit, nam pro morbi magnitudine remedij magnitudo eſſe debet. Quare ſi ad oſſa vſque penetret multis & profundis ſectionibus cutem & carnes, nouacula ad eam rem comparata, incidere oportebit: vitatis tamen inſignioribus neruis & vaſis, niſi penitus computruerint nam ſi ea nondum putredo inuaſerit, ſectiones in horum interſtitiis ſunt moliendæ: ſi minor eſt gangræna, ſcarificationibus contenti eſſe debemus. Scarificationibus & inciſionibus factis multum ſanguinis effluere ſinendum, vt ſic materia coniuncta euacuetur. Huic affundenda remedia, quæ calefaciendo, ſiccando, reſoluendo, detergendo & aperiendo putredinem emendent & caſtigent: in imum vero penetrando, abſumendæ virulentiæ parti iam infixæ vim habeant. In hanc rem inſtituuntur lotiones ex lixiuio cinerum ficulnearum aut quercinarum, in quo lupini ad perfectam elixationem coxerint. Vel parata facilioꝛa remedia habebuntur ex aqua ſalſa, in qua bullierint aloe & ægyptiacum, addita ſub finem *Lixiuium ad lotionẽ.*
C aqua vitæ: nam aqua vitæ & calcanthum cinefactum ſingularia ſunt ad gangrænam remedia. Vel,

℞ *acet. optimi ℔j. mel. roſ. ℥iiij. ſyru. acetoſi ℥iij. ſalis com. ℥v. bulliant ſimul: adde aquæ vitæ* ℔. ß. hoc remedio pars ſæpius abluatur, eſt enim eius ad gangrænas coercendas magna vis. A lotione, ægyptiacum linamentis impones, atque in inciſiones immittes: non enim hoc remedio aliud eſt efficacius ad putredines nam eſchara inducta, abſcedere facit putridam carnem à ſana. Nec vero in hoc mali genere expectandum, vt putridæ carnes ipſæ per ſe à ſanis excidant: ſed potius quicquid corruptum eſt, id nouacula vel forficibus reſcindere oportet, inde toties ægyptiacum indere, quoties opus videbitur. Cuius rei ſcientiã comparabis ex carnis ipſius colore, odore, & ſenſibilitate: ægyptiaci, cuius ſemper in his caſibus ſum admirabiles vires expertus, deſcriptio eſt eiuſmodi.

℞ *floris æris, alumi. roch. mellis com. an. ℥iij. aceti acerrimi ℥v. ſalis com. ℥j. vitrio. rom. ℥ß ſublim. puluerizati ʒij bulliant omnia ſimul ad ignem. fiat vnguentum.* *Ægyptiaci deſcriptio.*

Si putredinis in parte non ſit tanta vis, ægyptiacum imbecillius inſtituetur. Immiſſo ægyptiaco mox toti parti ſequens cataplaſma eſt imponendum: impedit enim putrefactionem, reſoluit, deterget, deſiccat virulentam ſaniem, & partium ſicca tenuitate in membrum penetrat, ipſum roborat & eſt anodynum.

D ℞ *far. fab. hord. orobi, lent. lupi. an. ℔ ß ſal. com. & mel roſ. an ℥iiij. ſicci abſynth. marrub. an. ʒij. ß. aloes, maſt. myrrh. & aqua vit. an. ʒij, oxymelitis ſimplicis quantum ſufficit fiat cataplaſma molle ſecundum artem:* ſupra malum aſtringens hoc ſeu defenſiuum ad reprimendum humorum in partem influxum, & vaporum à parte putrida in totam corpus ſublationem eſt imponendum. *Cataplaſma arcens putredine.*

℞ *olei roſati & myrtil. an. ℥iiij. ſuccor. plant. ſolani, ſemperuiui an. ℥ii. album. ouo. v. boli armen. terræ ſigillatæ ſubtiliter puluerizatorum an. ʒj. oxycrati quantum ſufficit, miſce ad vſum dictum* Debent vero hæc ſæpius renouari remedia. Si malum contumax adeo ſit, vt deſcriptis remediis non cedat, ad fortiora veniendum, nempe cauteria: poſt quorum applicationem iubet Galenus, ſuccum porri cum ſale trito & diſſoluto apponi quod huic remedio vis inſit penetrandi & ſiccandi, adeoque putredinem arcendi. Quod ſi nihil cauteriis profeceris, veniendum eſt ad id, quod eſt extremum remedium, nempe partis amputationem: nam ex Hippocratis ſententia, *extremis morbis extrema exquiſite remedia ſunt optima;* prius tamen certiſſimum te eſſe oportet de partis necroſi & mortificatione: non enim parum intereſt, ſi quis perperam aut neceſſario membrum amputarit. Itaque quibus ſignis necroſim perfectam cognoſcere poſſis, nunc placet ſubiicere. *Adſtringentia quem vſum habeãt in curanda gangræna.* *2 ad glauc.* *Aph. 6. ſect. 11.*

E

De Signis perfectæ necroſis ſeu mortificationis. CAP. XVII.

Gangrænam in ſphacelum tranſiuiſſe, partemque omnino & penitus emortuam eſſe, certo ſcies, ſi ipſa colore nigra viſatur, tactu autem marmore frigidior ſentiatur, cuius frigoris cauſa non ſit aeris gelu rigentis inclementia, Si magna ſubſit mollities, adeo, vt pars digito compreſſa non reſurgat, ſed impreſſionis expreſſum retineat veſtigium. Si cutis à ſubiacente carne abſcedat, ſi fœtor tantus, tamque acris exhalet (in ſphacelo præſertim vlcerato) vt eum præſentes ferre nequeãt: ſi ſanioſus liquor

liquor inde effluat viſcidus, viridis aut nigricans: ſi penitus nec ſentiat, nec motus potentiam percipiat, ſeu vellatur, verberetur, comprimatur, pungatur, vratur, amputetur. Hic admonitum velim Chirurgiæ tyronem, quod ad ſenſus partis priuationem attinet, ne fallatur. Scio enim permultos deceptos eo nomine, quod ægri parte illa praeciſa, dicerent magnum ſe dolorem percipere. Etenim plerunque falſus ille ſenſus; pulque contingit potius ingentis doloris, qui antea in parte regnabat, fortiori apprehenſione, quam a ſuperſtite vlla adhuc ſentiendi facultate. Falſi huius fallaciſque ſenſus argumentum longe clariſſimum apparet, poſt membri amputationem: diu enim poſt conqueruntur de dolore partis amputatæ: Mira profecto res & plane prodigioſa, quæque vix fidem habitura ſit, niſi apud eos qui oculis intuiti ſunt, & auribus hauſerunt, multos poſt amputationem menſes, ægros dolere ſibi adhuc crus amputatum grauiter conquerentes. Quare ne ea res deſſendam quidem, ſed tamen hominis & reliqui totius corporis vitæ conſeruandæ neceſſariam membri alicuius, cui reliqua ſphaceli & perfectæ mortificationis ſigna adfuerint, amputationem remoretur, iterum atque iterum vide, alias neglectum incendium momento in vniuerſum corpus graſſabitur, nec iam remedio locus erit. Sic enim Hippocrates ſectiones, vſtiones & terebrationes, quam primum neceſſitas exigit, perficiendas iubet.

Cautio notanda de partis inſenſibilitate. *Mirum ſymptoma.* *Sect. 7 lib. 6. epid.*

Quo loco amputandum ſit. Cap. XVIII.

Controuerſia deciſio.

NOn eſt ſatis neceſſariam eſſe amputationem intelligere, quo præterea partis emortuæ loco illa facienda ſit, oportet noſſe: in quo Chirurgi prudentia elucet maxime. Ars iubet viuum apprehendere, & in ſana carne membrum præcidere: at eadem ars iubet, vt ſanum corpus, quantum in nobis fuerit, integrum conſeruemus. In his rerum difficultatibus qualiter te gerere debeas familiari exemplo aperiam. Supponamus ſphacelo pedem vſque ad malleolos occupari, hic attente conſiderandum, quo loco amputare debeas. Nam ſi viuam carnem amputatione comprehenderis, atque putredinis vel momentum reliqueris, nihil amputatione profeceris, ſerpet enim id mox in reliquum corpus. Medicinam vero, ad humani corporis conſeruationem comparatam, decet quantum licet à ferro, omnique iniuria id, quod vita & ſanitate fruitur, defendere. Itaque quam minimum eris, quod ſanum eſt, amputabis: ſic tamen, vt potius ex ſana parte aliquid excidas, quam ex ægra relinquas, Celſi conſilio. Sæpe tamen ea conſilium id immutat actionis reliquæ partis commoditas, atque quædam quaſi ornatus. Hæc enim duo ſi in mentem reuocaueris, ſuadebunt in caſu & exemplo propoſito, vt crus ad quinque digitos contra genu præcidas.

Lib. 7 ca. 33. *Hiſtoria notanda.*

Sic enim, reliquo crure commodius, & cum minore moleſtia vti poterit æger, id eſt, crure ligneo incedere: alias enim ſi minimum ſupra malum, ex artis communibus regulis, amputaueris, æger tribus ſe ſuſtentare cruribus pro duobus maiore tædio cogetur. Sic enim noui Franciſcum Clericum capitaneum, cum ipſi ex naue pugnanti pes nonnihil ſupra malleolum, pila ferrea, æneo tormento exploſa abreptus eſſet, atque ex eo vulnere poſtea conualuiſſet, poſtmodum reliqui & inutilis vel potius onerosi, grauiſque cruris tædio affectum, id ſibi viuo & ſentienti ad quinque digitos contra genu abſcindi curaſſe, & profecto longe nunc expeditius eo ad omnem motum vtitur. In brachio ſi quid tale contigerit, ſecus agendum eſt, nempe quam minimum ſanæ partis abſcindere oportet. Longe enim cruris actiones à brachiorum actionibus euariant, vel hoc maxime, quod corpus brachiis non innititur & ſuſtentatur, vt pedibus & cruribus.


Sectionis alia ratio in crure, alia in brachio.

Qua arte ſectio facienda. Cap. XIX.

Deligatura partis amputandæ.

IN primis virium habeatur ratio, roboretur itaq. æger, ſi opus ſit alimentis euchymis coctu facilibus, & multos ſpiritus generantibus: vt vitellis ouorum, & pane toſto in generoſo vino macerato. Hinc collocetur, vt decet, tractiſque ſurſum verſus partes ſanas, muſculis, arcta deligatura aliquantum ſupra excidendi membri locum inducatur, vinculo valido & lato, ei ſimili, quo ſolent mulieres capillos paſſos nectere. habet hæc deligatura triplicem vſum: Primus eſt, quod ſurſum abductos cum cute muſculos continet, vt mox opere peracto, deorſum deuoluti, exciſorum oſſium extrema operiant, iidemque, cicatrice tandem inducta, puluilli & tomenti loco ſint, ſicque compreſſionem, in reliqua corporis mole ſuſtentanda, indolentius ferant: adde quod ſic ad ſanitatem & cicatricem regreſſus expeditior & celerior eſt: nempe quo plus carnis, cutiſque oſſium extremis relinquitur, eo citius carne & cicatrice obducuntur. Secundus eſt, quod fluxum ſanguinis prohibet compreſſis, præcluſiſque venis & arteriis. Tertius eſt, quod ſenſum partis, ſtupore inducto, valde hebetat, ſpiritu animali ingreſſu in partem per neruos, compreſſione arcta interdiuſo. Ergo peracta deligatura incidenda ad os vſque caro erit nouacula acuta & bene ſecante, aut cultro falcato, cuius hæc figura eſt.

Culter falcatus excidendis membris idoneus.




Notandum vero, quod inter oſſa, muſculorum quorundam portio latere ſolet, quam facile nouacula aut falcato cultro incidere non poteris: ergo eam diligenter diuides, & totam ab oſſe ſubduces

inſtru-

A inſtrumento ad inſtar falcati ſcalpelli affabre facto. Huius rei admonitum te volui, quod ſi ſerrulæ aliud ab oſſe diuidendum relinquas, magnum doloris cruciatum ægro inter ſecandum inferes: non enim ſerra res molles, vt carnes, tendines, membranas, facile diuidere poteſt. Vbi igitur ſubſectis & abductis aliis omnibus corpuſculis ad os vſque nudum ventum eſt, ſerrula pedem vnum & tres pollices fere longa, id expedite eſt præcidendum, quam proxime ſanæ carni etiam inhærenti: ac tum frons oſſis, quam ſerrula exaſperauit, læuiganda eſt. *Cautio notanda.*

Serrulæ figura.



B


Qua arte amputato membro ſanguinis fluxus ſit ſiſtendus.

CAP. XX.

AMputato membro & exciſo, ſanguis fluere ſinendus eſt, pro virium ratione, quo pars reliqua inflammationi & aliis ſymptomatibus minus ſit poſtea obnoxia: hinc citiſſime & arctiſſime venæ arteriæq; deligandæ: quo ſanguinis fluentis curſus inhibeatur, & ſiſtatur penitus. Quod fiet, comprehenſis vaſis roſtro coruino, cuius hæc figura eſt.

Roſtrum coruinum eliciendis extrahendiſq; è carne, in qua latent, vaſis, vt deligari & conſtringi vinculis queant, idoneum.

C



Hoc inſtrumento vellenda & comprehendenda ſunt vaſorum in carne deliteſcentium extrema, foraſque è muſculis, in quos ſtatim ab amputatione ſe ſubduxerunt, vt partes omnes ſeſe ſemper verſus origines ſuas contrahere ſolent, proferenda: in quo opere peragendo non admodum intereſſe putabis, ſi alias vicinarum partium, vt carnis portiunculas, vna cum ipſis vaſis comprehenderis, hinc enim nihil timendum periculi: imo ſic vaſa conſolidabuntur facilius, quam ſi ſola ipſa per ſe exanguia coaleſcerent: ſic demum prolata, duplici & valido filo conſtringenda. *Qua arte vaſa exprimenda & deliganda.*

D

Quo modo ſanguine inhibito curandum ſit exciſum membrum.

CAP. XXI.

COnſtrictis vaſis, ſoluenda eſt deligatura ſupra exciſionis locum obducta: hinc vulneris labra, ductis decuſſatim acu quatuor punctis, & penitius in carnem adactis, [illegible] ſic enim [illegible] & abſciſſorum muſculorum, ſurſum ante amputationem abductis portiones, laxe [illegible] ipſis induces, ac quã maxime ipſa vndique conteges, vt minus aeris appulſu feriantur, & vulnus citius agglutinetur. Quod vero de nexu labrorum vulneris, quatuor acu ductis punctis dicimus, non eſt ita audiendum, quaſi contentius conari debeas, vt ipſa ſibi mutuo applices, & quodam contactu adiungas: id enim eſt impoſſibile, citius ſe puncta ruperint, ex quo partis denudatio conſequetur. Sufficiet ergo, ſi ipſa mediocri contentione ſibi propius adducas: vt ſic cutem, ſubiectamque vna carnem, priſtinæ ſuæ, quam ante retractionem habebant laxitati, reſtituas: tandemque naturæ accedente opera, vulnus facilius agglutines. *Secta partis labia qui continenda.*

Qua arte compeſcendus ſit ſanguinis fluxus, vaſorum deligatorum aliquo forte ſoluto.

CAP. XXII.

E RE, quemadmodum huc vſq; diximus, geſta, ſi forte contingit alicuius vaſorum vinculum reſolui, membrum eo rurſum deligaturæ genere, quod ante amputationem ipſi inducendum diximus, vinciendum eſt. Vel, quod magis probo, quodque facilius & minus dolorificum eſt, miniſter comprehenſo ambabus manibus membro, arctius appreſſis digitis, ſoluti vaſis ductum comprimet, ſic enim ſanguinem ſiſtet. Inde operis magiſter acum eliget quatuor fere digitos longam, quadratam & acutis angulis bene ſecantem, filum validum triplicem vel quadruplicem ducentem. Hac reſolutum vas eo, qui ſequitur, modo reuinciet. Acum extrinſecus ſemidigiti interuallo contra vas reſolutum transfixa

carne adiget, quouſque ad ipſius vaſis extremum penetrauerit. Tum ſubter illud idem vas, denuo acum adactam reuocabit ita vt inter adactam acum & reuocatam, nō plus, quam digitus tranſuerſus interſit. In interſecto illo digitali ſpatio, peniculum aut ſplenium ex duplicato triplicatove linteo collocabit & interſeret, ac ſuper ipſum fili capita arctiore nodo conſtringet. Sic enim, ne nodus conſtrictionis vim interſectam carnem penetret, prouidebit, & vna firmitatem illi comparabit. Ita fit, vt breui reuincti vaſis orificium vicinis carnibus agglutinetur, tanta prorſum pertinacia, vt ex vaſe ita reuincto nunquam viſa ſit, vel ſanguinis guttula, effluxiſſe. Quod ſi qui ſanguis fluat, ab exiguo aliquo vaſe fluat, nihil hoc ſuturæ & vinculi genere tentandum, nec valde intereſſe putandum: nam vel ſola adſtringentium mox dicendorum appoſitione facile inhibetur. A

Ab exiguo vaſis hæmorrhagia negligenda.

Qua arte reliqua amputati membri cura ſit peragenda. CAP. XXIII.

NVnc dicendum, quæ remedia poſt amputationem adhibere conueniat, nempe emplaſtica, quæ vulneribus recentibus valde conuenientia ſunt: Vt,

Emplaſt. & remedium.

℞ boli arm ℥ iiij. far. vol. ℥ iij picis reſ. ℥ ij. in pollinem omnia redigantur, & ex mixtu fiat puluis. quo conſpergatur vulnus, ſuperinducto carpto linteo ſicco: membro vero ſuperponatur repercutiens ſeu detentiuum medicamentum ſequens.

Repellens medicamentum.

℞ album. ouo. vj. boli arm ſang. drac. thuris, terræ ſigil. aloes, maſt. gallar. comb. an. ℥ ij in pollinem redigantur omnia, & bene agitentur, addendo olei roſ. & myrth. an ℥ j fiat defenſiuum ad formam mellis. Debet hoc vnguentum applicari cum Stupis oxycrato imbutis, ita vt non ipſum modo ſectum membrū tegat, ſed & altius in vicinum etiam ſe diffundat & cooperiat: vt etiam, ſi brachium amputatum, debet articulo imponi, & altius a genu in femur ſe quatuor digitorum latitudine diffundere: nam non modo repercutiendi vim habet, ſed etiam roborādæ partis, fluxionis ſanguine temperato coercendæ, ſed & inde doloris & inflammationis prohibendæ. Proderit inſuper diplomata lintea & faſcias oxycrato macerata. Dein membrum figura media ſitum, in puluinis auenæ gluma, pilis ceruinis, aut furfure frumentaceo fartis, collocare. Apparatus ille primus non eſt renouandus, niſi magna vrgente neceſſitate, nempe quatuor poſt diebus hyeme, paucioribus æſtate. Quod ad vincula attinet, quibus vaſa conſtricta tenentur, non ante ſoluenda, aut quacunque alia ratione eximenda ſunt, quam vaſorum orificia ſuo glutino & carne obducta ſint, ne noua ſuperueniat, ſoluere feſtinanti hæmorrhagia. Agglutinatio illa fiet appoſitis remediis refrigerantibus, adſtringentibus & emplaſticis, cuiuſmodi eſt ſequens puluiſculus. C

Qua figura collocandū & quoties curandum membrum.

℞ boli arm. far. hord. puls. roſ. gr. ſ. an. ℥ iiij. aloes, nucum cup. cort. gran. an. ℥ j. incorporentur omnia ſimul, fiat puluis ſubtilis, quo totum vlcus conſpergatur, quatuor vel trium dierum ſpatio, quibus exactis ſolæ orificiorum vaſorum ſedes eo conſpergentur, idq; ad octo aut decem dies, vt iam de vaſorum agglutinatione dubitare non poſſimus. Reliquo interim vlceri apponetur digeſtiuum, quouſque purulentum euaſerit. tum enim relicto digeſtiuo detergentia & mundificantia ſuccedent: Vt,

Puluis emplaſticum.

℞. tereb. venet. lotæ in aqua vit. ℥ vj. mellis roſ. colati ℥ iij ſuccor. plant. a. ij, centau. minor. an ℥ ij bulliant omnia ſimul vſque ad conſumptionem ſuccorum, auferantur ab igne, addendo far. fab. & hord. an ℥ j iberis gal. ℥ ß. aloes, myrrh. ariſtoloc. an. ℥ iij. croci ℈ j. fiat mundificatiuum. Cæterum cum ſic ſe res habeat, vt diu poſt amputationem ægri ſuum ſibi adhuc membrum integrum eſſe imaginentur, ac de eius dolore conquerantur (quod veriſimile mihi fit contingere ob id, quod ſecti nerui verſus originem ſuam contrahant ſe, ſicque conuulſionibus ſimilem dolorem excitent. Nam vt ſcribit Gal. *lib. de Motu muſculorum*, nerui & muſculi vera propriaq; actio, contractio eſt: contra contentio non tam actio eſt, quam motus) ideo vt ei quoq; ſymptomati medeamur, opera danda eſt. Id fiet oblita dorſi ſpina, totaq; parte affecta ſequente linimento, cui magna vis ineſt aduerſus conuulſionem, paralyſim, ſtuporem, omnes denique neruoſi generis frigidos affectus.

Deterſiua.

Cur ſecto membro de eius dolore quaſi ad huc exiſtentis diu poſt conquerantur ægri.

℞ ſaluiæ, chamæpityos, maioranæ, roriſmar. menth. rutæ, lauend. an. m j. florum chamæmel. melilot. ſummitatum anet. & hyperic. an. p. ij. baccarum lauri & iuniperi. an. ℥ ij. radicis pyrethri ʒ ij. maſtiches, aſſa odoratæ, an. ℥ j. ß. terebinthina veneta. ℔ j olei lumbr. aneth. & caſtor. an. ℥ vj. olei tereb. ℥ iij. axun. hum. ℥ ij croci ʒ j vini albi odoriferi ℔ j. ceræ quantum ſufficit, contundenda contundantur, pulueriſanda puluerizentur, deinde macerentur omnia in vino per noctem. poſtea coquantur cum oleis & axungia prædictis in vaſe duplici, fiat linimentum ſecundum artem. In fine adde aquæ vit. ʒ iij. Præterea inter curandum hoc vulnus, decet Chirurgum attentum eſſe in procurando lapſu extremitatum oſſis, quas ſerrula & aeris appulſus, nunquam antea expertus perculerint, quod fiet appoſitis ipſis extremitatibus cauteriis actualibus, id eſt, ferro candente, in quorum vſu magnopere cauendum eſt, ne ſentiles partes igne attingas: ſed nec vi oſſa iſta auellenda ſunt, ſed leui concuſſione ſenſim commouenda, ſic vt præclare tecum & cum ægro actum putes, ſi poſt trigeſimum ab amputatione diem, excidant. His omnibus peractis luxuriantem & ſpongioſam carnem incremento cathæreticis prohibebis, cuiuſmodi ſunt, calcanthum vſtum, puluis mercurii, & alia, inter quæ alumen coctum & in pollinem redactum in hoc vulnerum genere excellit, ſeu per ſe ſumatur, ſeu cum aliis miſceatur. Hæc & his ſimilia ad perfectam vſque agglutinationem & cicatricis obductionem vſurpabis, & alia ad horum exemplar pro re nata, vt ſe res offerent, ipſe per te comminiſci poteris. D E

Linim. ad ſpinam dorſi contra neruoſi omnes affectus.

Extremorū oſſium quo procurādus lapſus.

Catharetica.

A *Quæ cauſa authori ſuaſa fuerit, vt ad compeſcenda ſanguinis poſt amputatum membrum profluuia, nouam remediorum formam commiſceretur, veterem vero & Chirurgis ferè omnibus tritam, quæ cauteriis actualibus fit, deſereret.*

CAP. XXIV.

FAteor equidem, me olim alia via ſanguinis ab amputatione membrorum fluores cōpeſcuiſſe, quam quæ paulo ante tradita eſt. Cuius equidem rei pudet me, & piget: ſed quid facerem? ſic à magiſtris, quos mihi imitandos propoſueram, ſemper factitari animaduerteram: qui nempe tum demum ſe præclarè inſtructos ad hæmorrhagiam ſiſtendam arbitrabantur, cum ignitorum ferramentorum & medicamentorū cauſticorum varia ſuppellectile circumfuſi, nunc hæc, nunc illa pro arbitrio amputatæ parti applicarent. *Ignita ferramenta recuſanda.* Quod profecto facinus ſine ſummo horrore dici aut cogitari, nedum fieri poteſt. Id enim remedii genus non poterat non ſummum doloris cruciatum ægris inferre: cum eiuſmodi vulnera recentia, & viuam, ſanamque carnem comprehendentia, exquiſitiſſimo ſenſu prædita ſint. Nec vero neruoſis corporibus cauſticum quidquam apponi poteſt, quin ſtatim ignis ſæua illa impreſſio, viſceribus communicetur: vnde pernicioſorum ſymptomatum, ac mortis ſæpius conſecutio. B Et certe ex ita inuſtis vix vnquam tertia pars conualeſcebat, & id admodum ægre, quod ambuſta vulnera difficillime ad cicatricem deducantur: illa enim vſtulatione ſæui dolores excitantur, vnde febris, conuulſio, & ſæpe his alia peiora accidentia. Adde, quod eſchara lapſa noua ſæpius hæmorrhagia ſuperueniebat, cui coercendæ aliis pyroticis & ignitis ferramentis opus. Neque enim aliam viam nouerant boni illi viri, ex quorum repetitione magna fiebat carnoſæ & neruoſæ ſubſtantiæ conſumptio & deperditio: cuius occaſione oſſa denudabantur, vnde plurimis cicatricis inducendæ ſpes adempta eſt, coactis in vitæ miſeræ reliquum tempus, vlcus eo loco, quo membrum exciſum fuerat, circumferre: quæ res opportunitatem illis adimebat, cruris aut brachii arte parati in exciſi locum aptandi. Itaque Chirurgos omnes obnixe rogatos velim, vt vetere illa, & crudelitatis crimine obſita medendi via relicta, hanc nouam amplectantur, quam me edoctum Dei numine arbitror: non enim illam à magiſtris, non à quoquam alio didici, vt ne vſurpatam vnquam animaduerti. Tantum apud Galenum legi, ad ſanguinis fluxum ſiſtendum, nihil eſſe præſentius, quam vaſa ipſa, quorum ductibus fit fluxio, verſus radices ſuas, hepar nempe & cor religare. *Lib. 5. meth.* Hoc Galeni præceptum de vinciendis & ſuendis venis & arteriis, in vulneribus recentibus, C ad ea, quæ membrorum amputatione fiunt, cum traduci poſſe putarem, tentaui in pleriſque: ſic tamen vt per initia & prima experimenta, cauteria & ignita ferramenta parata ſemper haberem, vt ſi mihi minus quid feliciter nouo illo opere ſucceſſiſſet, ſubſidium mihi ex vetere doctrina compararē: donec tandem magiſtra & felici prope infinitorum experientia confirmatus, ignitis ferramētis, omnibuſque cauteriis, quod ad hoc opus intereſſet, vale in ſempiternum dixi. Idem ego Chirurgis omnibus cenſeo faciendum: non enim vt in negotiis ciuilibus, ſic in his rebus, quæ arte geruntur, præſcriptio, ius, authoritatem, aut locum contra rationem habere poteſt: ne quis obtrudat, ſic ſemper à maioribus fuiſſe factitatum. *Præſcriptio & conſuetudo in ſcientiis contra rationem non habere locum.*

Superiorum præceptorum praxis, hiſtoria memorabili de quodam milite, cui brachium ad cubiti articulum amputatum eſt, ſubiicitur.

CAP. XXV.


PLacet nunc gangrænæ & ſphaceli curandorum poſitas leges propoſito exemplo confirmare. *Hiſtoria.* Dum ego Taurini agerem Chirurgus Polemarchi Monte-iani, miles quidam Gregarius, vulnus ad carpum ſeu manus articulum, glande plumbea ſclopo exploſa, accepit: vnde fractis inſigniter oſſibus & D tendinibus, neruoſiſque corporibus crudeliter laceratis, gangrænæ ac tandem ſphaceli ad cubiti vſque articulum, conſecutio facta eſt, ſed & mediam thoracis partem inflammatio inuaſit, & ad gangrænam quædam velut diſpoſitio, quo factum eſt, vt ructibus, ſingultibus, vigiliis, iactationibus, & crebra ſyncope laborioſe & periculoſe admodum exerceretur, quæ cauſa fuit, cur multi illum Chirurgi relinquerent, tanquam deploratum. Ita factum eſt, vt amicorum eius precibus coactus, miſerum illum & omni humano præſidio orbum, curandum ſuſciperem. *Ad articulū amputatio.* Cognito igitur ſuis ſignis ſphacelo, brachium ad cubiti articulum primo quoq; tempore amputo, ſuperinducta prius, de qua dixi, deligatura: amputo inquam, non ferra, ſed ſola nouacula, excitis, quæ oſſa, id eſt, humerū brachiumq; continebant, ligamentis, quod in articulo cubiti ſphacelus conſiſteret: etſi gangræna ad humerum aſcenderet, nec vero noua cuiquam hæc in articulo ſectio videri debet. *Sect. 4. lib. de art.* Illam enim Hipp. valde commendat, atque ſanatu facilem prædicat, nihilque ex ea timendum præter ſyncopem, propter dolorem, qui inciſione tendinum & ligamentorum communium excitatur. Cæterum inciſione eiuſmodi à me peracta, prohibere non potuit ſuperinducta ligatura, quin multus ſanguis inde manaret, propter inſignia, quæ illac perreptant, vaſa. Sino igitur ſanguinem liberius fluere, quo partem deonerarem, atque inflammationis ac gangrænæ periculis, E metuque in poſterum expedirem: mox ignito ferro fluorem cohibui, neque dum enim aliam viam noueram. Inde ſoluta blande deligatura, humeri partem gangræna obſeſſam, multis & profundis inciſionibus diſſeco, vitata & intacta interna parte, propter inſignium vaſorum & neruorum, qui illac feruntur, multitudinem, mox inciſionum quibuſdam pyroticum admoui, tum vt ſanguinem ſiſterem, tum viruſentam ſaniem in parte reſtitantem exhaurirem. Inde immiſſis, appoſitiſque remediis ante deſcriptis, ſerpentem putredinem debellaui: ad thoracis coercendam inflammationē omni medicamentorum refrigerantium genere ſum vſus: epithemata etiam regioni cordis adhibui, & cardiaca ægro potanda, deuoranda, exhibui, nec ante deſtiti ab illorum vſu, quam illi ructus, ſingultuſq; atq; leipothymiæ vaneſcerent. His ego dum attentius intendo, aliud ægrum mali genus occupat, conuulſio nempe,

Defoſſio in fimo equino calente a conuulſione corpus liberat.

non vlla mea, aut eius culpa, ſed loci, in quo iacebat, vitio, in granario enim decumbebat, rimis vndiq; dehiſcente, & ventorum omnium afflatui peruio, media vero tum & pruinis, gelu, omniquè frigore horrida ſæuiebat hyems, nec his cœli, locique iniuriis, ignis aut eorum aliud, quæ ad vitam tuendam neceſſaria ſunt, minuebat: iam artuum contractio, dentiu conſtrictio, & oris, facieq; partium omnium tortura miſerum exercebant, cum ego eius miſertus, in proximum ſtabulum multo fimo fumans deportari curaui, importatoque in duas pyrothecas igne, deſcriptis antea ad conuulſionem linimentis, quamprimum ceruices, totamque hominis dorſi ſpinam oblino, vitatis partibus thoracicis: mox ipſum calido linteo inuolutum, in fimum pariter calens & recenti ſtramine ante conſtratum ad ceruices vſq; defodio. Illic cum triduum manſiſſet, oborto tandem leui alui profluuio, & copioſo ſudore, os ſenſim, denteſq; ante conſtrictos & rigentes diducere cœpit. Hinc rei melius gerendæ opportunitatem nactus, deſcripto hic inſtrumento, & in dentes inſerto, os illi amplius diduco. A

Dilatatorium, ori, dentibusq; diducendis comparatum, quod cochlea torquetur.

B



Illum oris hiatum, ſubducto dehinc dilatatorio, inſertis hinc & hinc ſalicis bacillis ſeruo integrum, vt liceret mihi ipſum paulo liberalius cibis potu facilibus, nempe lacte bubulo & ouis ſorbilibus cibare, tantiſper dum mandendi libertas deuicta conuulſione rediret. His igitur artibus conuulſioni illo caſu mox liberatus, tum demum brachii curam repeto, ferro candente extremum os denuo vro, vt ſaniei affluxum perpetuum exhaurirem. Notatu vero haud omnino indignum eſt, quod eiuſmodi cauteriorum actualium appreſſione, mira ſe voluptate perfundi dicebat, titillante quodam pruritu per totam oſſis illius longitudinem graſſante, ob caloris ab admoto cauſtico blandam diffuſionem, quod idem ego in multis aliis, præſertim in Noſocomio Lutetiano decumbentibus ſimili in caſu animaduerti. Secutus eſt hanc inuſtionem multarum & inſignium oſſis ſquamarum & teſtarum prolapſus, ad id etiam faciente aeris meliore, quam par erat, appulſu, quin etiam vbi fotui locus datus eſt, roſarum rubrarum, abſynthii, ſaluiæ, foliorum lauri, florum chamæmeli, meliloti, anethi decocto, ſic parti ſolatium paraui, vt interim ſaniem virulentam, carnes, oſſaque pertinacius imbuentem, vna eademque opera exhaurirem. Denique factum eſt, vt Dei ope & illa, quam dixi, arte, & ſollicita cura tandem conualuerit. Ex quo monitum velim Chirurgiæ tyronem, vt nunquam quemquam ſic deploratum habeat, vt ipſum penitus pro derelicto habere velit, hominem cum prognoſticis dimiſiſſe contentus. Nam vt appoſite à veterum Doctorum quodam ſcriptum eſt, C D

Ferramenti ignati ad extremum os appreſſio iucunda.

Fotus ad conuulſioné.

Monſtra ſeu miracula in morbis.

vt in natura, ſic etiam in morbis monſtra contingunt.

FINIS LIBRI VNDECIMI.

E

DE VL-

A

DE VLCERIBVS, FISTVLIS, ET HÆMORRHOIDIBVS.

B

LIBER DVODECIMVS.

De natura, cauſis, & differentiis vlcerum. Cap. I.

VLnerum recentium & cruentorum natura, differentiis, cauſis, ſignis, & curatione expoſita, ordinis & doctrinæ ratio poſcere videtur, vt de Vlceribus dicamus, initio ducto ab ambiguitate nominis. Nam in diſciplina Hippocratica vlceris nomen ſumi poteſt generaliſſime pro omni ſolutione continui. Quó ſenſu legitur, omnem dolorem eſſe vlcus generaliter pro vulnere & vlcere proprie dicto, vt apparet ex eius *libro de Vlceribus.* Proprie, vt cum dixit, vlcus atrophiæ vitio ſiccum mortis argumentum eſſe. In vltima hac & propria ſignificatione hic de Vlcere loqui tantum inſtituimus. Atque ſecundum illam dicimus, quod vlcus ſit *continui in parte molli ſolutio, haud quidem cruenta, ſed ſordida & impura, multo pure, ſanie, aut quauis alia corruptione manans, vno vel multis contra naturam affectibus implicita*, qui eius ſanationem & coagmentationem remorantur, vel, vt breuius dicamus ex Galeni ſententia, Vlcus eſt *continui ſolutio ab eroſione facta.* Vlceris cauſæ vel internæ ſunt, vel externæ. Internæ quidem ſunt humorum qualitate potius, quam copia, aut etiam vtriſque peccantium, & acrimonia ſua ac malignitate eroſionem in crure & mollibus partibus facientium vitia, contingunt vero vitia illa aut ex improba & irregulari diæta, aut ex viſcerum praua affectione, ſua illa cacochymia in corporis habitum ſe exonerantium. Cauſæ externæ ſunt, inclementia frigoris partem aliquam, præſertim à fronte caloris remotiorem occupantis, vnde dolor, quem ſequitur ſpirituum & humorum in partem attractio, attractorumque ibidem ab extincto mox aut debilitato calore natiuo corruptio, vnde tandem exulceratio. Hoc etiam cauſarum externarum genere comprehenduntur ictus, contuſio, acrium medicamentorum, vt pyroticorum, appoſitio, ambuſtio, item & impura contagio, vt ex luis venereæ fœdo concubitu, vel accubitu contractæ, virulentis vlceribus apparet. Iam vero vlcerum differentiæ quam variæ & multiplices ſint, ſequenti ſchemate deſcribitur.

Vlceris acceptiones varia.

Sent. 34. ſec. 3 li. de fract.

Sect. 1. prognoſt.

Quibus Vlcus proprie.

Li. de conſti. artis cap. 6.

Cauſa externa.

C

D

E

De Vlcerum differentiis Tabula. A

- *Vlcus eſt continui ſolutio impura in parte molli, pure & ſanie aut alia corruptione manans. Eius duæ ſunt primæ differentiæ: aliud enim,*
  - *Simplex eſt, & ſolidarium ipſum per ſe citra alterius contra naturam affectus complicationem: hoc differentiis euariat, vel*
    - *Propriis: quæ ex tribus fere rebus ducuntur, nempe*
      - *Figura: vnde vlcus aliud dicitur*
        - *Rotundum ſeu orbiculare.*
        - *Sinuoſum & varie ſparſum.*
        - *Rectum aut obliquum.*
        - *Angulatum, vt triangulare.*
      - *Quantitate: idque vel penes*
        - *Longitudinem; vnde vlcus longum, breue, mediocre.*
        - *Latitudinem; vnde vlcus latum, ſtrictum, mediocre.*
        - *Profunditatem; vnde vlcus altum, ſuperficiarium, mediocre.*
      - *AEqualitate, vel inæqualitate, nempe quod*
        - *In illis, quas nouiſſime diximus, dimenſionum differentiis, longitudine, inquam, latitudine & profunditate, pari ſimiliq; modo ſe habet, aut diſpari & diſſimili.* B
    - *Communibus & accidentariis: iuq; dictis, vel*
      - *A tempore: vnde vlcus recens, inueteratum, breuis aut longæ curationis & durationis.*
      - *A ſpecie: vnde aliud apparens vlcus dicitur, aliud latens & occultum.*
      - *A generationis modo; nempe ſi à re graui, contundente, ſecante, pungente, aut erodente factum eſt, vnde vlcus inciſum, lacerum, mixtum.*
      - *A ſitu: vnde vlcus anticum, poſticum, ſummum, imum, in muſculi capite, cauda, ventre.* C
      - *A parte, [illegible] occupat: vnde vlcus in carne & [illegible] exiſtens, vel cartilagines & oſſa depaſcens cuiuſmodi ſunt narium palati, & aurium vlcera.*
      - *Ab aliis accidentibus communibus: vnde telephium vlcus, ei nempe, quo Telephus laborauit, ſimile. Chironium, quod Chironis manum & ſolertiam poſtulat. Cancroſum, quod Cancros imitatur.*
  - *Compoſitum & multis variisque modis complicatum, nempe cum*
    - *Cauſa, vnde vlcus*
      - *Cacochymum, Catarrhoum, Venenatum, quod nempe cacochymia, catarrhus & venenum fouent.*
    - *Morbo nempe*
      - *Intemperie, ſeu ſimplici, ſeu compoſita; vnde vlcus calidum, frigidum, humidum, ſiccum, mixtum.* D
      - *Tumore; vnde vlcus phlegmonoſum, eryſipelatoſum, œdematoſum, ſchirroſum, cancroſum.*
      - *Solutione continui, & alia quauis incommoditatione; vnde vlcus aſperum, calloſum, fiſtuloſum, cauernoſum, ſinuoſum, cum luxatione, fractura.*
    - *Symptomate: vnde phagedenicum vlcus, depaſcens, doloriſicum, ſordidum, virulentum.*
    - *Cauſa & morbo.*
    - *Cauſa & ſymptomate.*
    - *Morbo & ſymptomate.*
    - *Cauſa, morbo, & ſymptomate.*
      - *Quorum omnium exempla ex ſuperioribus petenda.*

E

De ſignis vlcerum. Cap. II.

Vlceris putridi ſigna. Depaſcentis. Sordidi. Carnoſi.

PRo Vlcerum differentiis varia vlcerum exiſtunt ſigna. Nam quod tetrum vaporem, grauem, fœtidum & cadauerosum exhalat, cum fœdis ſordibus, vlceris putridi ſignum eſt. Depaſcens vlcus cognoſcitur, partis, cui inſidet & vicinarum exeſione, excauatione & attritu. Sordidum, excrementorum, quæ remittit, craſſitie & lentore ſupercreſcentiſque carnis vel laxa & ſpongioſa mollitie, vel cruſtacea inæqualitate. Cauernoſum, orificii anguſtia hiatus in imo latentis anfractibus ac profunditate.

Fiſtulo-

A Fiſtuloſum, ſi ad ea, quæ proxime dicta ſunt ſigna, labiorum & velut parietum durities calloſa accreſ- *Fiſtuloſũ.*
ſerit. Cancroſum aſpectu horribile eſt, labris inuerſis, duris & prætumidis, virulentaque & fœtida cor- *Cancroſũ.*
ruptione [illegible] etiam cruenta [illegible], cum circumſtantium venarum tumore & ſublatione. In-
temperatum ſeu vt loquuntur, [illegible] vlcus dicitur, quod intemperies aliqua inſignis ſeu calida, *Intempera-*
ſeu frigida, ſeu humida, ſeu ſicca, ſeu ex his compoſita fouet. Vlcus cacoethes, curandi difficultate cæca, *ti*
& ad remedia arte & ratione inſtituta rebelli contumacia, dignoſcitur. Catarrhoicum vlcus agnoſci- *Mala mora.*
mus, ſi in ipſum a vicinis varicibus [illegible] ſe tumentibus aut ruptis venis, aut viſcere aliquo, aut a to- *ti Gal c 5 lo. 4 meth.*
to corpore male affecto materia fouens defluat. Apoſtematoſum, tumoris alicuius contra naturam cu- *Catarrhoici*
ra [illegible] vitulum deprehendere licet, [illegible] Telephus laborauit: & Chiro- *Apoſtema-toſi*
nia quorum medela Chiron excellat vlcera, cognoſcantur [illegible] magnitudine imputri, tetrumque adeo o- *Telephus & chironia.*
dorem haud exhalante, non depaſcente, non dolore excruciante, ſed oras tumentes, præduras, prætu-
midasque habente, adeoque ægre ſanabili. Nam cicatrice etſi interdum obducantur, tenui eâ tamen
mox dirupta vlcus renouat, [illegible] ſimilia ſunt, niſi quod tumore nullo obſidentur in
ambitu: his etiam, quæ cacoethe, id eſt, maligna dicuntur deteriora, quo fit, vt horum præter vulgare *Com ad aph 22. ſect 5.*
B humoris vitium [illegible] quoque malignitatem etiam ſtatuendam putant Fernelius quæ vix abigi ac pro-
fligari poſſit, [illegible] relinqui ſolent. Itaque Galenus talia maligna eſſe, nec ſuppu-
rari, ſeu pus generare poſſe putat.

De Vlcerum prognoſi. Cap. III.

A [illegible] remedijs conuenienter inſtitutis rebellibus, os abſcedere neceſ- *Aph 45. ſect 6.*
ſarium eſt, & cicatrices cauas fieri. Abſcedere quidem os oportet, propter aſſiduam humoris, qui com-
pagem & glutinum [illegible], diluitionem, & ab acrimonia detritionem. Ci-
catrices vero [illegible] vnius [illegible] origo eſt, vel oſſis portione, tanquam fun-
damento [illegible] carnis ac mole [illegible] decedere neceſſe eſt, quanta fuerit detraſæ por-
tionis oſſis magnitudo. *Vlceribus, quæ in morbis vel ante morbos oborta fuerint, derepente vel liuen-* *Sect. 25. ſec 2 progn.*
tibus [illegible] reſiccatis, vel, [illegible] mortem in propinquo eſſe ſcire licet. Nam reſiccatio deficientis na-
turæ, nec iam familiare & ſolitum ad partem vlcere obſeſſam alimentum, tranſmittere valentis eſt in-
dex. Color vero liuens vel pallidus non exuberantis modo biliosi aut atrabilarij humoris eſt argumen-
C tum, ſed & extincti caloris. *Quibus tumores in vlceribus apparent, non conuelluntur maxime neque inſaniunt:* tu- *Aph. 65. ſe 5. aphoriſmi ratio.*
mor enim in habitu corporis vlcere obſeſſo exiſtens, liberum ab humore noxio eſſe neruoſum genus, &
neruorum principium [illegible]. Verum *tumoribus illis euaneſcentibus derepente, & præter rationem, vt citra diſcu-*
tientis medicamenti [illegible], aut hæmorrhagiam obortam, quibus quidem a tergo, conuulſiones & diſtentiones
fiunt, quod ſpina dorſi tota [illegible]: quibus vero in anteriori parte, inſania, vel dolor lateris acutus, vel ſup-
puratio, vel diſſicultas [illegible], ſi tumores [illegible]: nam antica corporis pars vaſis pluribus &
inſignioribus obſita & [illegible], in quorum ductus, translata materia morbifica, mox ad eas par-
tes transfertur, quæ [illegible] exiſtunt. *Tumores in vlceribus molles & laxi boni,* humo- *Aph. 67. ſect 5.*
rum enim mitificationem [illegible]: *cruditates vero & duri, mali*: Nam omnis coctio in
[illegible]. *Vlcera circum glabra praua ſunt,* ſubeſſe enim humorem acrimo- *Aph. 4. ſ. c. 6*
nia [illegible] radices erodat, & poroſum cutis conſtitutionem corrumpat,
quo fit, vt quartanarijs [illegible] *In Vlceribus oſſium carni ſubiectorum* *Aph 2. ſec. 7*
cariem inducentibus, carolia [illegible] [illegible] & [illegible] vnde carnis ortus & integritas;
corruptionis [illegible] *Quæcunque [illegible] occaſione contingunt, ea ægre ſanabilia* *Hippoc. li. de Vlc. Gal. ca. 2 & 5. lib. met.*
D *exiſtant [illegible] intemperies fouet: quæ tumentibus & duris*
ac calloſis ſunt labris, [illegible] Vlceribus [illegible] deterſis, [illegible] ſuperuenire ſolet:
atque [illegible] brachia vel crura [illegible] ad [illegible] tumorem in glandulis excitant: ſi maxime
ſit corpus cacochymum, vt [illegible] Auicenna. Sunt enim illæ partes, ob raritatem & imbecillitatem,
fluxioni opportunæ. Aliorum [illegible] omnino de cauſis vlcera difficulter carne & cicatrice ob- *Quibus de cauſis Vlcera diffi cul- ter ſaneſcãt.*
ducereſcabit: Prima ob [illegible] porepenaram. Altera ob cacochymiam, eiuſdemque
ſanguinis impuritatem. Tertia ob remediorum non conuenientium, indecentem appoſitionem.
Quarta ob vlceris ſordiciem: Quinta ob circumiaſæ vlceri carnis mollis, & cadauerosæ putrilaginem:
Sexta [illegible] communi quæ paſſim cum furore bacchatur, originem ducunt, qualia ſunt, quæ ex pe-
ſtilentia relinquuntur: Septima ob labiorum vlceris calloſam duritiem: Octaua, cum cœli & aeris nata-
lis [illegible] conditio, vt vlceribus ad diuturnitatem fomites ſubminiſtret; vt Syracuſis in Tarconenſi Hi-
ſpania. Nona, cum oſſa ſubiecta carne deteguntur. Vlcus, quod pus effundit album, leue, æquale, & quã *Quod laue æquale & album pus dicatur.*
minime fœtidum, ſanitati proximum eſt: nam caloris natiui victoriam & partium ſolidarum integritatem
arguit. Læue pus dicimus, quod partibus omnibus ſuis coctum eſt, neq; vllam præ ſe fert ad tactũ aſpe-
E ritatem, ex quo liceat ſuſpicari ſubeſſe adhuc humoris portionem quandam crudam: Æquale dicimus, *Ad ſentem. 32 ſect. 2. de frac.*
in quo nullam partium diuerſitatem notare licet. Album vero non quod perfecte albet, ſed quod coloris
eſt candidi, vt [illegible] Galenus. At ſi, cum valde iam proceſſerit curatio: hæmorrhagia derepente in iis vl-
ceribus, quæ ob inſignem adiunctam inflammationem vehementer pulſant, oboriatur, malum eſt. Nã *Aph 21. ſect. 7.*
vt notat Hippocrates *a forti in vlceribus pulſu profluuium ſanguinis ſuperueniens malum*: nam ab arteria
ſanguis erumpens vix cohibetur. Eſtq; inſuper ille ſanguinis furor quo conceptacula ſua effringit, inflã-
mationis, atq; doloris præſentia ſua vlcus fouẽtis index: adde, quod hinc tandẽ caloris natiui extinctio

A malignis vlcere duo excrementorum genera. [illegible] ſuppurationis defectus & gangræna. Cæterum cum à malignis vlceribus duo excrementorum ge- A [illegible] manent, tenuius quidem [illegible] dicitur, craſſius vero ſordes nominatur: illud viruletum eſt, [illegible] effluit: hoc vero ab articulorum vlceribus manare conſueuit, [illegible] funditur. Sanies [illegible] caloris extinctionem teſtari dicitur.

De Vlcerum curatione generali. Cap. IV.

Simplicis vlcerum ſanationem eſſe exſiccationem. 7. meth. c. 11. VLcus vel ſimplex eſt, vel compoſitum. Simplici vlceri qua vlcus eſt, vna & ſimplex eſt propoſita indicatio, nempe exſiccatio, [illegible] Compoſito vlceri ad curationem multæ ſunt indicationes propoſitæ, in quibus [illegible] cum Galenus ordinem ſeruari vult, [illegible] ratio habeatur. Exemplo propoſito id [illegible] lum, dolore magno excrucians, cauum, putridum, [illegible] labris callosis & tumentibus obſitum, [illegible] Id ſanandum tibi proponatur, antequam [illegible] B

Li. 4. de comp. med. ſecundum genera. vehementia [illegible] Medico: nam Galeni ſententia, ſi corpus totum præparationem quandam requirat, hanc prius factam eſſe oportet. nonnullis ſiquidem vlceribus vel purgatio ſola [illegible] bere profuerit: nempe pro vt vlceris cauſa a plethora eſt aut cacochymia. Hoc igitur [illegible]

Dolor a tumore vlcere comitando quo ſedandus. [illegible]

[illegible] C

Quæ cauſæ carnis generationem compleant. [illegible]

[illegible] D

Quid cicatrix. Cicatricem inducentia. [illegible] Chirurgi.

De Vlcere intemperato. Cap. V.

Sicci intemperanter vlceris ſigna. 4. meth. Remedia ad vlcus intemperanter ſiccum. ANtequam de Vlcere intemperato dicamus, æquum eſt [illegible] intemperiem [illegible] Chirurgus, [illegible] ſigna breuiter proponere. [illegible] cognoſcere licet aſpectu, [illegible] nullum aut exiguũ humorẽ remittat: cognoſcitur etiam tactu, [illegible] phlebotomia, ſi plethoricũ: [illegible] plus humoris in partem attraxeris, quam ipſa ferre poſſit. [illegible] E [illegible] *[illegible] mortario & fiat vnguentum.*

Signa humidioris vlcerum. Lib. 1. ſimpl. cap. 7. Humidam intemperiem vlceri [illegible] copia, quod vlcus [illegible] ſpongioſa & fungoſa [illegible] humoris, temperiei partis propriæ, & aliarum ante commemoratarũ indicationum. Inter cætera remedia aquã [illegible] valde

A valde commendat Galenus, nam deſiccat, deterget & roborat affectam partem. Poteſt etiam vtiliter ſequens fotus adhiberi. ℞ roſ. ar. rub. ab. vnth. beton. tapſi barbati an. m. j. gallarum, nucum cupreſſi an. ℥ ij. alumĩnis roche ℥ j. fiat decoctio in vino auſtero, vt vtatur fotu: hinc vlceri admouebitur emplaſtrum de ceruſſa, de minio. Expertus etiam ſum in hoc affectu valde efficacem pulueris aluminis vſti leuem aſperſionem.

Calidam intemperiem vlceri adiũctam cognoueris rubore vel flauitate, calore tactui manifeſto, & doloris proprietate. Tum recurrendum ad refrigerantia, cuiuſmodi eſt vnguentum roſatum Meſuei, refrigerans Galeni, populeon: ſplenia & faſciæ aqua plantaginis, ſolani, oxycrato maceratæ. Sæpe expertus ſum plus hic ſcarificatus, aut admotas ſanguiſugas proficere, quam aliud quoduis remedij genus. Sic enim ſanguis feruidus, adeoque corruptioni opportunus detrahitur, & ſimul onere illo pars leuatur.

Intemperiem frigidam cognoſcimus colore albeſcente ſeu pallente, tactu Chirurgi, & ægri ſermone de partis vlceratæ frigore conquerentis. Hanc correxeris admotis & parti circumfuſis lagenis aqua calida plenis, aut etiam veſicis ſuillis ſequenti decocto ſemiplenis: ℞ origani, puleg. chamæm. meliloti an. m. j. abſynthii, maiorana, ſaluiæ, roriſmar. an. m. ß. fiat decoctio in vino generoſo, addendo aquæ vitæ quod ſufficit.
B Vtiliter etiam fouebitur vlceris potent ſpongiis eodem decocto imbutis, apponetur & emplaſtrum oxycroceum, de meliloto, de vigo cum mercurio & ſine mercurio.

Quod ſi vlceri tam intemperies mixta & compoſita fuerit, commiſcenda pariter & componẽda erunt remedia. Reliquum Chirurgi erit in vlcere, vt vlcus eſt, propria & peculiari cura conſumetur: quam ſuperiore capite diximus conſiſtere in deterſione, carnis reparatione, & cicatricis inductione.

De Vlcere cum dolore. Cap. VI.

Sæpe Vlceribus dolor tam intractabilis eſt, vt ad ſe Medici conſilium euocet. Is igitur ſi ab aliqua intemperie, tollendus erit remediis propriis aduerſus illam intemperiem *ſuperiori capite* commemoratis. Quod ſi non ceſſerit, ad narcotica tranſeundum. Talia ſunt cataplaſmata ex foliis mandragoræ, nempe hyoſcyami, ſolani, cicutæ, ſemine papaueris, & oleis eorundem, quibus etiam opium additur. populeon, & alia vnguenta ſimilia. At ſi dolorem & excitet, faciatque humoris corrodentis, & carnem ſubiectam circumiectaque labra exedentis acrimonia maligna & virulentia, neque anodynis, neque narcoticis cedat poterit, imo blandis medicamentis appoſitis magis ac magis irritabitur. Itaque ad ca-
C theretica confugiendum erit: nempe fortibus morbis fortia remedia ſunt optima. Quare vlceri imponetur puluillus ſicco & viribus aucto Ægyptiaco, aut paulo oleo chalcanti imbutus, his enim domandi efferi illius doloris & virulenti humoris vis ineſt. Interim vlceri circumponentur refrigerantia, ne acrium remediorum vehementia fluxionem excitet.

De vlceribus cum hyperſarcoſi. Cap. VII.

Vlceribus tum Chirurgi negligentia, tum ægri culpa ſæpe hyperſarcoſis ſuperuenit. Aduerſus hanc deſiccantia, & blande extergentia medicamenta apponuntur. Cuiuſmodi ſunt galla, cortex thuris, aloe, tuthia, antimonium, pompholyx, chalcitis, plumbum, vſta omnia & lota ſi res poſtulet. Ex his pulviſculi fient, & vnguenta cum pauco oleo & cera, quod ſi ſupercreſcens caro, dura nempe & denſa, his non cedat, tum demũ veniendum erit ad cauſtica, vel certe ad ferrum, vt reſcindatur. Nam Galeni ſententia, non vt carnem generare, & aliam in deperditæ locum reponere & agglutinare naturæ opus eſt, ſic eandem ſupercreſcentem tollere medicamenti potius valde deſiccãtis, aut Chirurgi id opus eſt: ergo inter remedia huic operi idonea valde mihi efficax videtur puluis mercurii cum aliqua portione
D aluminis vſti, vel chalcanthi ſoli in vſti..Quod ad vlceris labia dura & calloſa, mollientur illa remediis, quale eam vnguentum ex adipe humano, anſerino, gallinaceo, anatino, oleis liliorum, amygdalarum dulcium, ...orum, œſipo, mucaginibus althææ, lini, fœnugræci, gum. ammon, galbani, bdelii, ex quibus miſtis fient emplaſtra, vnguenta, & linimenta, vel vſurpabitur emplaſtrum diachylon, de mucaginibus, de vigo cum mercurio: denique poſtquam aliquot dies vſi fuerimus eiuſmodi remediis, imponetur vlceri lamina plumbea hydrargyro illita: hinc enim complanandi vlceris, & laborum deprimendorum magna vis eſt, ſi tamen nihil profecerit ad cauſtica veniendum, quibus ſi nihilo magis voti compos fias, quod vlceris labia adeo calloſa ſunt, vt cauſtica in ipſa ſubire nequeant, ante leui ſcarificatu diſſindenda erunt, aut etiam ad viuum vſque reſecanda, vt agendi anſa, & ſubeundi velut feneſtra, aperiatur medicamento, Galeni ſententia. Neque interim omittendum Hippocratis conſilium, vt nempe eadem opera vlcus, ſi rotundum fuerit, in aliam figuram, oblongam nempe aut triangularem, deducamus.

De Vlcere putrido & vermibus fœto. Cap. VIII.

Vlceribus non raro innaſcuntur vermes, ex quo vermibus fœta dicuntur. Cauſa eſt excrementitiæ humiditatis copia a calore præter naturam correpta & putriente, quod contingit, vel quia vlceris
E cura negligitur, vel quia totum corpus aut partem obſeſſam inſignis habet cacochymia, vel quia collectus in vlcere excrementitius humor apertum & liberum non habet exitum: vt contingit vlceribus aurium, narium, ani, ceruicis, vteri, ſinuoſis denique omnibus & cuniculoſis. Quanquam non eſt neceſſe, vermibus ſcatere vlcera, vt putrida dicãtur: quemadmodum ex definitione putridi vlceris antepoſita eſt intelligere.

Ad curam eiuſmodi vlcerum præmiſſis generalibus, primum eximendi vermes erũt, inde exhauriendus venter ille excrementitius humor, vnde ipſis origo eſt. Itaque ſequenti decocto, cui vis ineſt ipſorum necandorum, vlcus fouebitur: nam ſi quis tentet viuos omnes inde eximere, vehementer errat

ſæpe

Potus deſiccans.

Calidæ intemperantiæ vlceris ſigna.

Vlceris intemperantiæ frigidæ ſigna.

Materia cataplaſmatũ narcoticorum.

Catheretica vim habere ſedandi doloris.

Extergentia carnem ſuperfluam.

Lib. 3. meth. cap. 6.

Ad calloſa vlcerum labra.

Lamina plumbea hydrargyro illita efficacia

Li. 4. meth. cap. 2.

Cauſa verminum in vlcere ſucceſſentium.

Cap. 2.

ſæpe enim adeo tenaciter hærent vlceratæ parti, vt ſine ſumma vi, & doloris cruciatu auelli nequeant. A

Fotus ad Vermes necando. ℞ *abſinth. centaur. maioris, marrubij, an. m. j. fiat decoctio ad* ℔ *. ß. in qua diſſolue aloes.* ℥ *ß. Vnguenti ægyptiaci* ℥ *j. miſce* hoc remedio foueatur & lauetur vlcus, [illegible] puluis in vlcus indatur, vel ſi vlcus ſit cuniculoſum [illegible], fiat inde iniectio, quæ omnes eius partes penetret. Arcæus [illegible] valde laudet remedium. ℞ *ceruſæ, polij montani, an.* ℥ *ß. ſucci [illegible] quantum ſufficit, miſce in mortario pro linimento.*

4. de compoſ. med.

Si putredo tanta adſit, vt illi corrigendæ illa non ſufficiant, ad validiora veniendum, vel ad cauteria etiam, ignitum que ferrum vel [illegible], à [illegible] tamen ſemper [illegible], cuiuſmodi eſt hoc, Galeni deſcriptione: ℞ *ceræ* ℥ *ij. [illegible]* ℥ *j. olei roſ.* ℥ *ij. ſal. ammon.* ℥ *ß. [illegible]* ℥ *ij. thuris, aluminis [illegible] an.* ℥ *j. fiat emplaſtrum,* Vel ℞ *terebinth. lotæ* ℥ *ij. ceræ albæ* ℥ *ß. [illegible] ſimul, addendo ſublimati* ʒ *ß. ſalis torrefacti & vitrioli calcinati an.* ℥ *j. fiat mundificatiuum.* Vel [illegible] ægyptiaco puro, quod recipit ſublimatum. Vlcera autem ambitus [illegible] bus metu doloris.

De Vlcere ſordido. CAP. IX.

B

Lotio detergens.

VLcus ſordidum præmiſſa vniuerſi corporis cura ſanabitur detergentibus [illegible] ſumpta indicatione ab excremento craſſo & lento, quod cum ſanie excrementitia, [illegible] partes [illegible] obuallans, medicamentorum, quamuis validorum, vires infringit & hebetat, [illegible] exordiri à fotu & lotione ſic ℞ *[illegible]* ℔ *j. ab. [illegible], marrubij, apij, centaur. [illegible] an. m. ß. coquantur in colatura quod ſufficit, adde mellis roſati* ℥ *j. vnguenti ægyptiaci* ℥ *ß. fiat [illegible].* Hinc [illegible], quod ſequitur detergens. ℞ *[illegible] apij & plantag. an.* ℥ *ij. mellis comm.* ℥ *j. terebinth.* ℥ *j. [illegible] & aloes, an.* ℥ *ß. fiat medicamentum.* Chirurgo conſiderandum eſt diligenter, quod apparatibus [illegible] craſſas illas vlcerariæ ſordes eluere, & ſaniem excrementitiam exſiccare. [illegible] poſſunt apparatu. Alijs, quibus eſt ſenſus [illegible]. Liberato autem [illegible] vlcere, abſtinendum eſt ab acrioribus, metu doloris, fluxionis, inflammationis, & [illegible], ex quibus maior vlceri accederet cauitas. Tum igitur [illegible] remediorum, quæ [illegible] & detergeant ſine acrimonia, [illegible] ſunt [illegible] ex aloe, maſtiche, myrrha, [illegible], lithargyro, [illegible], farina hordei [illegible], hinc vbi [illegible] C

Detergentia ſine acrimonia.

rum omnium quantitas, in copia, & in tempore Medici [illegible]. Nam diuturnior & copioſior [illegible] & detergentium [illegible], vlcera [illegible] maior ſaniei copia ex vlcere erumpat [illegible], detergentis vi aut acrimonia, tum propter humoris [illegible] in cautum Chirurgum decipit. Qui enim copioſiori ſanie vlcus [illegible] excrementitias humiditates [illegible] & [illegible] monuit Galenus, propoſita Empirici cuiuſdam hiſtoria, qui ſordidum vlcus [illegible] & arrodente curans, carnes [illegible] adeoque [illegible] vlcus [illegible] rem recenſebat quod fiebat, vt in dies [illegible], & in horas [illegible] nis carnium, amplitudinis vlceris, & excrementitiæ humiditatis [illegible] acceſſionem faceret. Quare diligenter attendendum, num vlcus ſordidum [illegible] proprio vitio, & totius corporis impuritate, an carnium colliquatione, & humoris [illegible] ad partis nutritionem [illegible] corruptione, ab importuno [illegible] medicamentorum vſu. Cuius rei coniecturam facies doloris [illegible] rationem exacerbatione, & vlceris laborantis calore [illegible] bore. Itaque id in primis etiam oportet attendere, vt ſuo quemque modulo [illegible] bus conuenienti & congruo medicamento [illegible], ſumpta in hac re [illegible] partis laborantis robore, intemperie, & continentia, intereſt enim multum, an aratori [illegible], an eunucho & mulieris, crurine, an oculis, medicinam facias. Nam quæ medicamenta [illegible] corpori [illegible] ſunt tantum detergentia & exſiccantia, eadem mollibus & delicatulis corporibus ac partibus ſunt catheretica & exedentia, colliquatione carnium, atq; alimenti corruptione ſordium acceſſionem facientia, contra quæ laudabiliter & ſufficienter, molli corpori ſordes detergunt, & [illegible] exſiccant, ea [illegible] duro corpori ad [illegible] ſordes augent, & ſaniem, dum eas [illegible], neque [illegible] cientibus viribus ad eluendam duri corporis tenacem impuritatem [illegible]. Quare prudens [illegible] bit Medicus, quando à valentiori detergentibus & erodentibus ad mitiora ſit digrediendum.

D

Curatio notanda in vſu detergentium.

De lotione notanda de vlcerum impuritate.

Aſperorum corporum & ægrarum partium habenda detergens ratio.

De Vlcere virulento, exedente, maligno, quod Cacoethes nominant, & de Chironio. CAP. X.

Quod virulentia & depaſcentia vlcera differant.

VIrulentia & exedentia ſeu depaſcentia vlcera non differunt, niſi penes magis & minus, virulentum enim vlcus dicitur, quod virulentam ſaniem, virus propriè dictam [illegible] Id virus cum malignius redditur, arrodit & depaſcitur ſubiecta vlceri [illegible] corpora, vlcus depaſcens facit. Porro modi vlcera Galeno dyſepulotica, id eſt, cicatricem [illegible] admittentia, dicuntur. *Contingit enim*, inquit, *vt dyſepuloticum ſit vlcus, vel quia pars affecta ſit, ſuo in habitu ſeu in temperamento, eſt vitiata, vt influentem corrumpat humorem cuiuſmodi vlcus ſpeciali nomine cacoethes dicitur vel quia propter affluentis ſanguinis partem exedentis, cacochymiam, pars affecta nimium humida non coaleſcit,* Addit denique, chironium vlcus, [illegible], quæ cacoethe vlcera dicuntur, longe eſſe malignius. Ad curationem, quia hiſce vlceribus [illegible] intercedit latitudo, alia enim alijs ſunt magis cacoethe & dyſepulotica, neceſſe quoque eſt, [illegible] eſſe, & ad manum habere medicamenta, viribus pariter & virium gradibus diſtincta vt nihil mirum ſit, E

Lib. 4. de comp. med. ſecundum gene.

Quod chironium a depaſcente differat. Vide antea cap.

ſitue

A ſi ſuo ſæpe excidant fine, qui eodem medicamento, omnia cacoethe ſeu maligna vlcera curant & ſanare ſe poſſe putant, quod ſequitur ab Aſclepiade deſcriptum, valde Gal. commendatur: ℞. ſquamæ æris, æruginis raſæ an. ℥ j. ceræ lb. ß. reſinæ laricis lb. j. ß. quæ liquari poſſunt, aridis aſpergantur, & fiat emplaſtrum vlceri tandum imponendum: nam circum vlcus aliud refrænans applicandum, metu inflammationis. At Primionis ſequens epuloticum cæteris excellere, Galenus ait: vt quod ad deſperata vlcera, quorum nempe curationem plerique aggreſſi non abſoluerunt, ſed tanquam ab inſanabilibus deſtiterunt, vſu certum, compertum & probatum eſt: ℞. ſoreos ℥ iij. aluminis ſciſſilis, calcis viuæ an. ℥ ij. thuris gallarum an. ℥ iiij. ceræ lb. j. & ℥ iij. ſeui vitulini lb. j. & ℥ vij. olei veteris quantum ſufficit, fiat emplaſtrum.

Lib. 4. de comp. med. ſecundum gen. cap. 5.
Lib. 4. de comp. med. ſecundum gen. cap. 6.

Adnotanda doctrina de temporum, quibus cacoethe vlcera ſunt curanda interuallis.

CAP. XI.

AD Aſclepiadei medicamenti *capite ſuperiore* deſcripti vſum demonſtrandum, & eorum Chirurgorũ errorem coarguendum, qui ægris ſuis bene ſe conſuluiſſe putant, ſi bis aut ter in die vlcera curauerint cacoethe, placuit hic euagari paululum a propoſito, & Galeni authoritatem interponere. *Recte,* inquit Galenus, *Aſclepiades ad finem ſuperioris medicamenti deſcripti hæc verba adiicit: Et hoc triduo ſoluito, fomentoque irrigato, idem ipſum emplaſtrum ablutum emollito, rurſumque apponito: niſi enim diutius cuti pharmacum adhæreat, nihil efficiet. Quod tamen pleroſque Medicos latuit, arbitrantes, ſi ter die ſaniem ab vlcere deterſerint, melius ſe facturos iis qui bis idem faciunt. Qui vero ſemel ſoluunt, ab ipſis quoque ægris tanquam negligentes male audiunt. At longe falluntur: meminiſſe enim debetis, quod in pleriſque noſtris commentariis dictum eſt, qualitates omnium vicinorum corporum in ſe mutuo aliquid agere, ſi alter eorum ipſorum multo ſit validius, hac namque ratione ſpecie quadam modo inter ſe fiunt ſimiles, potentia vero ſemper permultum differant: vbi autem qualitas medicamenti curando corpori ſpecie ſimilis fuerit, vtilitas maior conſequitur. His igitur rationibus qui primus emplaſtro ante impoſito vires ſtatuit, laude dignus eſt, & nos ipſum æqui multo magis decet, cum quod ratione inuenit, experientia comprobatum cognouerimus, nec temere triduo quoque ipſum vulnus foueri, ſingulis videlicet ſolutionibus, præcepit: nam quia valens medicamentum eſt, merito ſolutionem poſtulat.* Hæc Galenus. Cuius ratione nixam ſententiam alia rurſum ratione poſſumus confirmare, nempe notius eſt, quam vt dici debeat, medicamenta nihil agere in nobis, niſi vi caloris natiui, quæ facultatem medicamenti ad opus excitat. At in malignis omnino vlceribus, partis affectæ calor inſitus valde languet, caloris præter naturam præſentia fractus & debilitatus, ſic vt multo temporis ſpatio egeat, ad medicamenti virtutem & facultatem in actum excitandam. Itaq; ſi quo tempore iam calor natiuus valde commouit, excitauitq; medicamenti facultatem, vlcus ſoluatur, & eo, qui parti inhæret, abiecto emplaſtro, nouum aliud ſubſtituatur, calor parti inſitus aeris contactu vel diſſipatus, vel intro cõpulſus debilitabitur: & fruſtra emplaſtro impreſſa iam vis fuerit, qua ad opus excitetur, dum à medio tanquam agendi curſu reuocabitur: Nouo vero impoſito emplaſtro, nouus rurſum labor calori partis ſubeundus eſt, ad excitandam ipſius facultatem, quo in actum erumpat. Nam medicamenta omnia id totum, quod ſunt, facultate ſunt. Huic errori par eorum error eſt, qui ſæpius eodem die emplaſtra renouantes, validius detergent, ſic enim nonmodo excrementitium humorem, tum ſordes, tum ſaniem eluunt, ſed & ſuccum alimentarium: nempe ros, cambium & gluten, ex quibus laudabili carni materia proxima exiſtit. Quare non eſt ſalubre toties in dies vlcus curare, & noui emplaſtri admouendi gratia ipſum ſoluere, niſi graue aliquod ſymptoma, vt dolor, idipſum ſuadeat, qui anodynorum crebra mutatione leniri & demulceri efflagitet.

B (margin, line 3 of chapter) · C (margin, before "egeat")

Lib. 4. de comp. med. ſec. gen. ca. 5.
Omne agens agendo repatit.
Rurſus exponitur Galeni ratio.
Medicamenta tantum facultate eſſe & deſinere.

Quæ ſit faſciandorum vlcerum ratio. CAP. XII

D QVod ad deliganda vlcera attinet, ſemper faſciæ initium ab vlcere ducendum. Faſcia vero ita lata ſit, vt nonmodo vlcus tegat & comprehendat, ſed & portionem aliquam ſupra ſitaque contiguarum partium, ea autem moderatione vlcus comprimat, vt excrementitios tãtum humores exprimat. Sic enim vlcus ſiccius euadet, adeoque ſano propinquius, vt ab Hippocrate notatum eſt: deligationis is modus ſit, vt nec nimis adſtringat, hinc enim dolor & fluxio: nec laxior ſit, talis enim nulli eſt vſui. Licet ſplenia & faſcias oxycrato, aut vino craſſo rubro & adſtringente temperare, æſtate præſertim: Deligatione peracta pars in otio continenda eſt. Hipp. enim ſententia, *quibus vlcus in crure eſt, iis neque ſtare expedit neque ſedere, ſed quieſcere.* Vlceratis ergo cruribus exercenda brachia, varias res tractando attollendo, deprimendo: Sin contra vlcus brachia occupet, crura deambulationibus exercenda, aut frictionibus ſuperne deorſum, ſi deambulationes ferre nequeat æger, ſic enim humorum & ſpirituum, qui impetu & maiore copia in partem affectam decurrunt, reuulſio fiet & deriuatio.

Deligandi initium ab vlcere ducendum.
Lib. de Vlceribus.
Reuulſio in contraria.

De Vlcerum particularium curatione, ac primum de Oculorum vlceribus.

CAP. XIII.

E QVia Galeni ſententia curandorum morborum varia indicatio petitur ex partis conditione, temperie nempe, complexione, ſitu, figura, vſu, ſenſu acuto vel hebete, ideo vlcerum tum ſimplicium, tũ implicitorum abſoluta breuiter generali curatione, de iiſdem, vt partibus ſunt diſtincta, agẽdum nunc videtur, initio ab oculorum vlceribus ducto. Hæc authore Celſo ex puſtulis interdum fiunt, aut fluxione acri, quæ membranas ſeu tunicas arroſerit; aut ab ictu. Paulus has vlcerum ocularium differentias notat. Si inquit, *vlcus corneæ inſideat anguſtum, paruum & cauum Botryon Græcis dicitur: at ſi latius & minus profundum extiterit, Caloma nuncupatur: Circa iridis circulum, Argemon dicitur: Si cruſtoſum & ſordidum eſt, Epicauma nominatur.* Hæ in genere eandem cum ſuperioribus curationem poſtulant, nempe vt detergeâtur,

4. meth.
Lib. 6 ca. 6.
Lib. 3.
Botryon.
Caloma.
Argemon.
Epicauma.
Curatio.

carne

carne impleantur, exſiccentur, & cicatrice obducantur: at pars affecta blandiorem remediorum indicationem facit. Ergo purgatione inſtituta & phlebotomia tum è brachio, tum ex venis, arteriisque temporalibus, ægro item, ſi res poſtulat, balneato, ad auertendam fluxionem, cucurbitulæ ſcapulis affigentur cum ſcarificatione: vel panis recens ex furno extractus aqua vitæ aut generoſo vino aſperſus, origini ſpinalis medullæ admouebitur: Fronti vero & temporibus emplaſtrum adſtringens, ex eo, quod contra rupturam inſtitui ſolet, commiſſæ & deſiccatiuo rubro mixtum. In oculum vero ſequens collyrium à Celſo deſcriptum & [illegible] prodeſſe [illegible]. ℞ æruginis, cadmiæ vſtæ & lotæ an. ʒ j. myrrhæ, opii an. ʒ ij. acaciæ, gummi arabici an. ʒ iij. ex aqua fingatur collyrium, quod liquore oui diſſoluatur. A

Collyrium ad vlcera oculorum detergenda.

Interim diligenter obſeruandum, ne dolor hinc oculo moleſtus ſit. Quare ex interuallis anodynis aſſiduis, ipſi conſulere erit operæpretium. Inſtitui etiam collyria poterunt ex decocto plantaginis, fœnigræci, ab ſyat [illegible] diſſolutis vna ſaccharo cando, tuthia, gummi tragacanthæ, myrrha & calcanthi momento.

Collyrium ſarcoticum

Detecto vlcere ſequens ſarcoticum erit ex vſu: ℞. ſarcocollæ in lacte muliebri nutritæ ʒ iij. pulueris diatragacanthi ſimplicis, gummi arabici, tragacanthæ an. ʒ ß. mucilaginis fœnigræci quantum ſufficit, vt inde fiat collyrium.

Notandum vero, quod vlceribus humidioribus pulueres vtiliores ſunt, quam collyria. B

Collyrium epuloticum. Lib 6. ca. 6.

Iam complanato, ſeu propria carne vlcere impleto, cicatrix ſequenti collyrio inducetur: ℞. tuthiæ, calaminæ, vt decet, præparatæ, ceruſæ, antimonii, oliba[illegible] an. ʒ ß. myrrhæ, ſarcocollæ, ſanguinis draconis, aloes, opii an. ℈ ß. cum aqua plantaginis fiat collyrium, vel puluis ſolus aſpergatur.

Collyrium ad cauas cicatrices.

Celſus duobus vitiis oculo inductas cicatrices periclitari notauit, nempe, ne aut cauæ aut craſſæ ſint. Si cauæ ſunt, poterunt impleri ſequenti remedio. ℞ [illegible], opopanacis, an. ʒ ß. æruginis ʒ j. cumini ʒ iij. piperis ʒ ij. cadmiæ lotæ [illegible] an. ʒ j. ß. cum aqua pluuiali, fiat collyrium. At ſi craſſæ cicatrices ſunt, ſequens remedium extenuat: ℞ [illegible] an. ʒ ß. cadmiæ lotæ, croci, myrrhæ, papaueris lachryma, gummi arabici an. ʒ j. piperis albi, Thuris an. ʒ j. ß. [illegible] ʒ iij. cum aqua pluuiali fiat collyrium. At ſi cicatrix ſupra corneam ſit, adeo, vt tegat pupillam, intercipietur viſio denſitate membranæ: hic etiam notandum quod quæ corneæ incidunt cicatrices, albeſcunt, quæ vero adnatæ, rubeſcunt, quia hæc quam illa, pluribus eſt conſperſa venulis.

Cicatrices corneæ albeſcere, adnatæ rubeſcere.

De Ozæna & Narium vlceribus. CAP. XIV.

Lib 6 ca. 8. Lib. 3 de comp. med. ſecundum locos. cap 3.

OZæna vlcus eſt *profundum & fœtidum in interiore naſo, cruſtacea multa & fœtida remittens.* Vix ei vlcerum generi ſuccurri poſſe, Celſus ait. Cauſam habet, vt ait Galenus, ab humorum acrium & putridorū à capite in nares diſtillatione, circa mamillares proceſſus. C

Curatio.

Ad curationem, cibus modicus eſſe debet, neque acer, neque valentiſſimus. Præparatum humorem purgare decet. Caput reſiccandum & roborandum, quo humores excrementitios nec admittat, nec demittat, hinc ad partem vlcere affectam veniendum. Vlcus deſiccandum medicamento, cui vis inſit repellendi, & reſoluendi, cuiuſmodi ſunt ſuccus granatorum in vaſe æreo ad medias coctus; puluis coralli, ſantali, puluis calaminthæ, [illegible], ellebori albi, ſuccus naſturtii cum alumine, & alia, quæ apud Celſum leguntur. Galenus ex Archigene, vt calaminthæ ſuccus naribus attrahatur, vel vt calamentha ipſa arida & in puluerem redacta per fiſtulam in nares inſufflетur, ſuadet. Aliis in vſu eſt ſequens puluis. ℞ roſar. rub. myrtil. calam. aromat. rad. angel. [illegible], caryophyl. an. ʒ ß. camph. ambræ an. g. iiij. moſchi g. vj fiat puluis ſubtiliſſimus. Manardus ad hanc affectionem caput purgantem ex vrina aſini, etſi fœdum, valde tamen eximium eſſe remedium ſcribit. Quod ſi inueteratum & contumax malum his remediis non cedat, currendum eſt ad calcanthum, viride æris, ſal ammoniacum, & alumen cum aceto. Non raro contingit, vt amplius depaſcente vlcere, hoc malum ad ethmoidea oſſa perueniat: quo in caſu ea minima illa reuellenda erant, ſed totum id negotium naturæ permittendum, expectandumque, vt ipſa per ſe abſcedant, iniectionibus interim in nares factis ex aqua vitæ, in qua pulueres cephalici ad maiorem deſiccationem infuſi maduerint. D

Lib. 12. epiſt. 5.

Iniectio vbi ad oſſa ethmoidea ozæna peruenerit.

De Oris vlceribus. CAP. XV.

Aph. 24. ſe. 3. Lib 6 ca 11. Com. ad ſeptima ſect. 3. Lib. 3 epidem.

EX hoc genere ſunt *Aphthæ, vlcera puerulis familiaria*, Hippocratis ſententia. A gingiuis ſæpe incipiunt, & per palatum in vuam, fauces, totumque os ſerpunt, vt ait Celſus. Galenus Aphtharum duo facit genera, vnum facile curabilium, cuiuſmodi eſt id, quod ab acrimonia nutritu lactis pueros vulgo infeſtat; alterum cacoethes ab humoris mali, id eſt, venenati & putris in os affluxu. Ad ſanationem prodeſt abſtinere ab omnibus acribus, ac ſiquidem puer fuerit, non erit alienum nutricis lac cibis refrigerantibus, balneo vniuerſi corporis, & mammarum fotu ex aqua tepida temperare: nam puerorum membra omnia ſunt molliſſima, & quaſi mucoſa, os vero cibatus inſuetum & poculis. Quod remedia topica ſpectat, ea deligenda ſunt, quæ, quod agere nata ſunt, cito & prompte agant: nam hic affectæ partis ea eſt conditio, vt ipſi diu inſidere & hærere nequeant. Ergo ſi vlcus malignū fuerit, leuiter contingendum eſt aqua Chymiſtarum, quę in metallis ſeparandis robur ſuum eluſerit: quæq; prætεrea ſex partibus aquę communis admixtis temperata ſit. In eandem rem vti licebit oleis vitrioli, ſulphuris, antimonii, aqua ſublimata, & ſimilibus. Aetius flocco oleo feruente imbuto, ſpecillo affixo eiuſmodi putrida vlcera contingi & contingi eouſque vult, quoad vndique albeſcant & complanentur. Sic enim demum erodentem ipſorum vim compeſci, carnem laudabilem in eius, quæ exeſa eſt, locum ſuccreſcere. Poſt eam inuſtionem ſequenti gargariſmate, proficiet os colluere, quod etiam ipſum ſolū aphthis haud malignis ſufficit: ℞ hordei integri p. j. plantag. [illegible] an. m. j. fiat decoctio ad ℔ j in qua diſſolue E

Curatio aphtharum.

Gargariſma ad aphthas.

mellis

A *melle roſ.* ℥ j. *diamoron.* ℥ ß. *fiat gargariſmus.* Fiunt & alia ex malicorio, balauſtiis, ſumach, berberis, roſis rubris, diſſolutis in colatura diamo. & dianuc. cum pauco alumine. Galenus enim ſcribit, ſimplicia oris vlcera ſanari mediocriter deſiccantibus. At diamorum & dianucum ſunt eiuſmodi: alia vero validioribus egere. Eiuſmodi vlceribus ſi palatum obſeſſum ſit, maiori diligentia, & fide eſt prouidendum: periculum enim eſt, ne cum pars calida ſit & humida, os ſubiectum, quod rarum eſt & humidum, contagione corrumpatur, abſcedatque & excidat, atque vox vitietur. Si vlcus è lue ſit venerea, omiſſis communibus remediis vlcerum, ſtatim currendum ad alexiterium eius morbi proprium, nempe hydrargyrum. *Lib 6. meth. cap. 10.* *Vlcera palati feſtinanter & fideliter curanda.*

Fiſtuloſa ſæpe vlcera gingiuas obſident, vnde vicini dentis radix cariem contrahit, euſque vt ſaniei acrimonia ſibi ſæpe exitum extrinſecus aperiat ſub mento: quæ res falſam plurimis ſcrophularum, adeoque incurabilis morbi, opinionem facit. In tali caſu Aetii & Celſi conſilio carioſum dentem eximere oportet: ſic enim fiſtula exturpabitur, gingiua in exempti dentis locum ſe deprimet & ſubſtituet: ſicq; fouente putredinem cauſa ſublata, id eſt, dente, reliqua facilior erit curatio. *Lib 6 cap. 5. Celſ. lib. 6. cap. 12.*

Linguæ vlcera iiſdem remediis curantur, quibus reliqua oris totius; quanquam quæ in eius latere naſcuntur, diutiſſime durant, videndumque eſt, num contra dens aliquis acutior ſit, qui ſaneſcere ſæpe B vlcus eo loco non ſinit, ideoque limandus eſt.


De Aurium vlceribus. CAP XVI.

VLcera fiunt in meatu auditorio, tum ab externa cauſa, vt ictu, lapſu: tum ab interna, vt abſceſſu illic genito. Manant ſæpe multo pure, non illic genito (ſunt enim talia vlcera fere exigua, & præterea in parte ſpermatica) ſed decubitu facto ab vniuerſo cerebro. *Cauſa.*

Ad curationem habenda in primis ratio eſt cauſæ antecedentis, quæ vlcus fouet, eaque diuertenda catharticis, maſticatoriis & errhinis. Maſticatorii quidem hæc forma eſt: ℞. *maſtic.* ℥ j *ſtaphyſagr. & pyreth. an.* ℈ j. *cinam. & caryoph. an.* ℥ ß. *fiant maſticatoria* quibus vtatur mane & veſperi. *Curatio. Maſticatorium. Errhinum.*

Errhini vero hæc forma eſt: ℞. *ſuccor. beton. mercuria. & meliſ. an.* ℥ ß. *vin. albi* ℥ j. *miſce & frequenter naribus attrahatur.* Quod ad topica remedia ſpectat, pinguia omnia & oleoſa vitanda ſunt, vt à Galeno notatum *in medendi methodo*: vbi reprehendit Theſſali quendam ſectatorem, qui tetrapharmaco adhibito vlcus auris ſordidius indies reddebat, quod Galenus ſanauit trochiſcis Andronii in aceto diſſolutis, quorum compoſitio eſt eiuſmodi: ℞. *balauſt. atramen. ſutor. thur. ariſtol. gallar. an.* ℥ ij *alumi: myrrh. ſalis ammonia.* ℥ j. *excipiantur omnia melicrato, & fiant trochiſci.* Galenus *eodem loco* teſtatur, ſe huius generis vlcera C inueterata ac duorum annorum, ſanaſſe cum ferri ſcoria in puluerem redacta, indeque cocta cum aceto acerrimo, quoad mellis acquireret conſiſtentiam. Sed & putredinem, qua hæc diſfluunt vlcera, emendat & ſiccat fel bubulum in forti aceto diſſolutum tepide inſtillatum. Itemque fæx ferri in pollinem redacta in acetoque acerrimo decocta, reſiccata & aſperſa. Quod ſi viarum anguſtia, non pateret contento in aurium anfractibus puri exitus, eliciendum id foras erit inſtrumento Pyulcum inde dicto, cuius hæc eſt figura. *Trochiſcorum Andronii compoſitio.* *Ferri ſcoria.* *De pyulco Gal. 2. ad Gl. & 5. meth.*

Pyulci deformatio.



D

De vlceribus Tracheæ arteriæ, Oeſophagi, Stomachi, & Inteſtinorum. CAP. XVII.

HÆ partes vlcerantur vel à cauſa externa, vt acri medicamento; vel veneno deglutito: vel ab interna, vt humore maligno, arrodente, quodque veneni vim adæquet intus in corpore genito, & in illis partibus coercito. *Cauſa.*

Si inter deglutiendum aut ſpirandum dolor exacerbatur, vlceris in œſophago, vel aſpera arteria œſophago vicina, exiſtentis ſignum eſt. Percipitur autem maxime doloris, cum id, quod deglutitur, acidum aut acre; vel qui ducitur aer, calidior aut frigidior eſt. At ſi in ſtomacho doloris cauſa defixa ſit, vehementiora vrgent ſymptomata: nam & animi deliquium adeſt, nauſea, & aliquando vomitus, conuulſiones, morſus, dolorq; pene intolerabilis, extremorum refrigeratio: quę cum ſimul adſunt omnia, pauci, niſi forte iuuenes & validi, euadunt. Eadem affectio in totum ventriculum poteſt cadere: ſed quia doloris acerbitate & periculi magnitudine longe grauius eſt vlcus, quod os ventriculi ſeu ſtomachum, E veteribus cordis nomine donatum, occupat, ideo Medici id, quod in parte ventriculi inferiore contingit, non admodum magni facere ſolent. Vlcerata vero eſſe inteſtina cognoſcimus ſi ægro pus, vel purulenta multa per anum erumpant: ſi ſanguis reddatur cum torminoſis expreſſionibus: à cunctante enim & collecto eo loci pure, perpetuus velut quidam adeſt Teneſmus. *Signa.* *Gal. lib. 5 de loc. affect. cap 5.*

Cęterum eiuſmodi vlcera omnia eſculentorum, & poculentorum, magis, quàm medicamentorũ vſu curantur, Galeni ſententia. Deligenda ergo in cibum & potum omnia, quæ mitia ſint, & leniendi vim habeant, vitatis acribus: non enim tuthia, lythargiros, ceruſa, viride æris, & ſimilia hic vt in reliquis *Lib 4 & 5 meth.*

Curatio.

vlceribus locum habent. At cum in œſophago aut aſpera arteria vlcus erit, videndum, vt talia aliquid A lentoris habeant, & ſenſim ac pluribus vicibus deglutiantur, alias non magnopere iuuabunt: quia in illis aëris & ciborum communibus viis adhærere nequeunt. Itaque prælabentur ſtatim & diffluent, quare talia omnia in forma eclegmatis vtendum exhibeantur ſupino corpore, & relaxatis laryngis muſculis ſenſim eliquando, ne contentum ſumens medicamentum, tandem imitatur huic vlcerum generi valde inimicam. Cum detergendum erit, mel crudum vtile præbetur, [illegible] gentious [illegible] eſt in hoc vlcerum genere vtile. At cum glutinandi erit opportunitas, admittendum erit gummi tragacanthæ in decocto aliquo adſtringente diſſolutum. In ſtomacho & ventriculi vlceribus vitandum [illegible] premonuimus [illegible], vt quæ dolorem, inflammationem & vomitum cieant, ac præterea ciborum coctionem interturbent. Ergo frequens vſus erit ptiſanæ, pultium ſaccharatæ, gelatinæ cum diſſoluto gummi tragacanthæ, & bolo armeno, decocti prunorum, dactylorum, ficuum, paſſularum damaſcenarum, mellis, lactis bubuli elixi cum vitellis ouorum, & mellis communis tantillo. Cum agglutinandi tempus erit, vti oportebit auſteris adſtringentibus & glutinantibus. omnia ſtomacho & ſapore gratis exhibentibus cuiuſmodi ſunt hypociſtis, balauſtia, cytini, terra ſigillata, ſumach, acacia, decoctum ex lomento, lenticula, tamnitatum vitis, rubi, myrti in vino adſtringente, niſi adſit metus inflammationis. Potus erit B hydromel, hydroſacchara, ſyrupus violaceus & iulebinus. Inteſtinorum aliarumque à ventre remotiorum partium vlceribus, valde idoneum eſt remedium mel, aliis medicamentis mixtum: nam adſtringentia medicamenta ſi ſola per ſe vſurpes, hærebunt ventriculo, neque vltra vires ſuas proferent: admixtum ipſis mel, præterquam quod ipſa in reliquum corpus diſtribuit, & ad affectas partes promouet, etiam vlcera ipſa detergit: vtiliter hic etiam vtimur ſero lactis caprini, loco caprini aut bubuli lactis. Saltibus inſuper eſt vſus potionis vulnerariæ, modo his conſtet herbis & ſimplicibus, quæ tacita quadam familiaritate partes affectas reſpiciant. Vlceribus inteſtinorum hoc inter ſe intereſt, quod ſi craſſa inteſtina obſideant, licet clyſtere & iniectionibus medeamur, etiam ſeribus ad putredinis vitium corrigendum, cuiuſmodi ſunt, quæ ægyptiacum recipiant in hordei decocto vel vino. Si vero tenuia vlcerata fuerint, potionibus, & aliis ore ingeſtis, medela accipienda potius: quia vt ait Galenus, quæ per ſedem in corpus immittuntur, vſque ad gracilia & tenuia inteſtina non fere aſcendant. quæ vero ore, ea viribus integris ad craſſa vſque inteſtina peruenire nequeant.

Qua arte deglutienda remedia ad gula vlcera.

Acria cur vitanda in hoc vlcerum genere.

Mel quam vim habeat ad ſanandum hoc genus vlcera.

Aegyptiacum ad vlcera craſſorum inteſtinorum.

Lib 5. meth.

De Renum & Veſicæ vlceribus. CAP. XVIII.

Cauſa.

VLcera in Renibus & Veſica fiunt, vel ab acrimonia ciborum & poculentorum ac medicamentorum, C vt cantharidum vſu, vel ab humoribus acris e [illegible] geniti vel tranſmiſſi aut delapſi collectione vel à vaſis alicuius ruptione, vel à rupto abſceſſu in vlcus, vt fit, degenerante. Diſcernuntur ſitu; nam vlcerum renalium dolor, & grauitas ad lumbos pertingit & confuſum beneque permixtum vrinæ pus exhibet. Neque vero pus à renibus manans adeo fœtet, atque id, quod à veſica effunditur quia veſicæ partes ſanguine, excarnes & membranoſæ, non tanta vis ineſt ad prohibendam putredinem, *quod à renibus manat pus, non ſeorſum, ſine vrina manat*. atque etſi longa in vaſe in quo aſſeruatur, mora, tandem in imum vaſis ſubſidat, & ſecretum videatur, tamen cum primum effuſum eſt, perfecte cum vrina mixtum cernitur: at quod à veſica pus manat, ſæpe ſolum ſine vrina excernitur, ſed & fere fit, vt pus quod ab exulceratis manat renibus, cum carunculis, aut veluti capillis vna exeat per Hippocratis regulam. *Quibus in vrina craſſa exiſtente carunculæ paruæ & veluti capilli vna exeunt, iis à renibus excernitur*: at contra *quibus in vrina craſſa furfurea quædam exeunt iis veſica ſcabioſo vlcere laborat.*

Signa.

Hipp aph 81 ſect 4.

Aph. 76 ſe. 4.

Aph 76. ſect 4

Curatio.

Ad curationem expedit ægrotanti aluo eſſe molli, ſeu ſponte naturæ, ſeu arte, & clyſterum mollium vſu. Expedit & nonnunquam vomere, vt reuellantur humores, quorum in partem affectam confluxu vlcus foueretur, aut ſordidum redderetur. Fortes purgationes vitandæ, ne commotis humoribus, D nimiumque agitatis, fiat in renes aut veſicam materiæ, vlceri fouendo idoneæ, decubitus. Detergendis hiſce vlceribus ſequens potio valde eſt efficax. ℞ hord integ m. ij glycyrrhi raſ. & contuſ. ℥ ß rad. acetoſæ & petroſ. an ℥ ij fiat decoctio ad ℔ j in colatura diſſolue mell. deſpu ℥ ij capiat ſingulis matutinis ad ℥ iiij. Sequentes trochiſci valde commendantur Gordonio. ℞ 4. ſeminum frigid. maiorum mundatorum, ſemin papauer albi, ſem. malu portula. [illegible] baccarum myrt. tragacan. gummi arab. nucum pinearum mundatarum piſtacior. glycyrrh. mundata, mucagini ſeminu pſilii, amygdalarum dulcium, hord, mundati, an ℥ ij bol armen ſangu. drac. ſpodii, [illegible] myrrhæ an. ℥ ß excipiantur hydromelite, & fingantur trochiſci ſinguli ponderu ℥ ij. capiat mane vnum diſſolutum in decocto hordei, aut lacte caprino: Galenus iubet medicamentis ad renum & veſicæ vlcera mel & diuretica admiſceri, quia vrinas blande promouent, & ipſis medicamentis ad partem affectam deducendis velut vehicula ſunt.

Cur valida catharctica vitanda.

Detergentia huius generis vlcera.

Trochiſci ad renum & veſicæ vlcera. 6. meth.

Vlcera veſicæ vel fundum eius obſident, vel ceruicem ad meatum vrinarium. Si in fundo ſint, dolor fere vexat continuus. Si in ceruice, tum maxime vrit, vigetque dolor, cum vrina redditur, & poſt mictionem. Quod fundum obſidet vlcus, ſquamacea quædam & pelliculoſa cum vrina remittit: quod vero ceruicem, perpetuam fere inducit tentiginem. Illa fere incurabilia ſunt, tum propter exanguem & E neruoſam partis naturam, tum quia ab vrinæ acrimonia aſſidue mordicatur & refricatur vlcus, vt cicatrice vix obduci queat. nam etiam poſt mictionem vrinæ quædam in veſicæ fundo ſemper remanent reliquiæ, quæ vna cum reliqua vrina ideo exire non potuerunt, quod pro exeuntis vrinæ modo, veſica ante diſtenta ſubſideat in ſeſe & comprimatur. Iiſdem remediis vlcera veſicæ ſanantur, quibus vlcera renum. ſed ea non aſſumpta modo, verum etiam per meatum vrinarium iniecta. Parabuntur illæ iniectiones ex trochiſcis Gordonii, ante deſcriptis, & diſſolutis in liquore conuenienti: ſed quoniam vlcera veſicæ maiores & acriores doloris ſtimulos habēt, quam renum, propterea in anodynis admouendis

Signa fundi veſicæ & ceruicis eiuſdem vlcerata.

Cur fundi veſicæ vlcera ſint incurabilia.

atten-

A attentiorem hic Chirurgum eſſe oportebit. Ad eam rem certam eſſe in oleo hyoſcyami per expreſſionem elicito opem, ſæpe iam expertus. Idem fiet cataplaſmatis, linimentis pectini, totiq; imo ventri & perinæo admotis, itemq; clyſteribus inditis. Si fœtor adiunctus ſit, non erit importuna iniectio ex pauco ægyptiaco in vino vel aqua plantaginis, aut roſarum diſſoluto. Id enim ego ſæpe admodum remedium in tali caſu vſurpaui, proſpero ſucceſſu. *Aegyptiacũ ad vlcera Veſica.*

De vlceribus Vteri. CAP. XIX.

IN vtero vlcera fiunt vel ab humoris acris, & mordacis ipſius tunicas erodentis confluxu, vel à tumore contra naturam in abſceſſum degenerante, vel à difficili & laborioſo partu. *Cauſa.* Cognoſcuntur dolore ad perinæum, puris & ſaniei per pudenda eruptione. Omnia, Auicennæ ſententia, vel putrida ſunt, cum erumpens ſanies odore tæter, colore vero carnium loturam refert: vel ſordida, cum multis manant virulentis & crudis humoribus, vel corrodentia ſeu depaſcentia, cum ſanie nigra diffluunt, atque pulſationem cum vehementi dolore coniunctam habent. *Signa. Lib 3. fen 21. tract. 3. cap 5.* Situ præterea inter ſe differunt; nam vel ceruicem obſident & cognoſcuntur oculorum ſenſu, immiſſo ſpeculo: vel fundum, & innoteſcunt excrementorum liquidiorum & magis feroſorum conditione & doloris ſitu.

B Iiſdem remediis, quibus oris vlcera, curantur, nempe aqua chymiſtica, oleo ex calcantho & antimonio atque aliis, vt decet, virium ſuarum ſummo gradu minutis, eaque moderatione correctis, vt his innoxie, vlcerata vteri loca contingi poſſint. *Curatio.* Oportet, vt quæ vlceribus vteri admouentur remedia, momento fere agant id, quod agere nata ſunt: non enim vtero diu hærere poſſunt, vt nec ori. Galenus vteri vlceribus valde idonea eſſe ait valide deſiccantia remedia, nempe vt ſic putredo prohibeatur aut coerceatur, cui pars hæc calida nempe & humida, valde obnoxia eſt. *Cur Valide deſiccantia vteri Vlceribus conueniant.* Adde, quod in eam partem tanquam in ſentinam, vniuerſum corpus excrementa ſua deponit. Si fundum vteri vlcus occupet, ſequenti facta iniectione detergatur, vnaq; pars roborabitur: ℞. *hord. integ. p. ij. guaia.* ℥ *j. rad ireos* ℥ ß. *abſinth. plant. centaũ. vtriuſque an. m. j. fiat decoctio in aqua fabrorum, ad* ℔. *ij. in quibus diſſolue mellis roſati, & ſyrupi de abſinthio an.* ℥ *iij. fiat iniectio.* *Iniectio ad Vlcus in Vteri fundo.*

Fœtori vero coercendo hoc ſæpe certum ſum expertus remedium: ℞. *vini rub.* ℔. *j. vnguenti ægyptiaci* ℥ *ij. bulliant parum*: ſic putredo corrigitur, & humoris dolorifica malitia obtunditur: deterſa vlcera mox cicatrice erunt obducenda, id fiet aqua aluminoſa, aqua plantaginis, in qua calcanthi aut aluminis parum diſſolueris. *Putredinẽ coercens iniectio.* Si denique nihil proficientibus remediis in cancrum abeat vlcus, anodynis & cancro C dicatis remediis, curandum erit ex proprio de Cancris tractatu repetendis.

Vteri vlcerum curationi hic ſubiungenda erat vlcerum ani curatio, ſed eam in tractatum de Fiſtulis differre viſum eſt, quemadmodũ vlcerum vrinarii meatus curationem, in tractatum de Lue venerea.

De Varicibus, & Varicum per exciſionem curatione. CAP. XX.

VArix *venæ dilatatio* eſt, alias ſimplicis & vnius rami venoſi, alias multorum. Omnis varix vel rectus eſt, vel incuruus, & velut in plures quoſdam orbes inter ſe inuolutos implicitus. *Varix quid & quas habeat differentias.* Multæ corporis partes varicibus ſunt obnoxiæ, vt tempora, ventris regio, quæ ſub vmbilico eſt, teſtes, vterus, anus, præſertim vero femora & crura. Varicum materia fere eſt ſanguis melancholicus, tam frequenter in hominibus temperamento melancholicis & cibis craſſis ſeu craſſos ac melancholicos ſuccos gignentibus veſci ſolitis varices oboriuntur. *Cauſa.* His etiam infeſtantur fere grauidæ mulieres, ob menſtrualis materiæ ſuppreſſæ congeſtionem. Cauſæ procatarcticæ ſunt corporis concuſſio vehemens, ſaltus, curſus, laborioſum & pedeſtre iter, lapſus, grauis oneris geſtatio, tortura. *Signa.* Manifeſta ſui ſigna id genus morbi præbet venarum amplitudine, craſſitie, tumore, & colore.

D Inueteratos non attingere melius eſt, nam ex illis curatis metuendus eſt refluxus ſanguinis melancholici ad partes nobiles, vnde promptum malignorum vlcerum, cancri, maniæ, aut ſuffocationis periculum. *Curatio.* Cum multi varices & vnà implicati in cruribus exiſtunt, thromboſo ſæpe & reſiccato ſanguini tument, doloremque faciunt qui motu & compreſſione exacerbatur. Eiuſmodi varices ſcalpello diuiſa vena aperiendi ſunt, & compreſſione ſurſum, deorſumque facta ſanguis ille exprimendus atque vacuandus: quod à me pluries factum, ægris ſucceſſit fœliciſſime, ipſis deinceps aliquot dierum imperata quiete, & conuenientium medicamentorum appoſitione. *Varicum ſectio.* Sæpe inciditur varix in cruris interna parte paulum infra genu, quo fere loco eius origo cernitur. Inferius ab illa prima origine, & tanquam ſcaturigine, qui varicem intercipere cõtendit difficiliorem longe curationem facit: Hinc enim in multos quaſi riuulos finditur, quos ſingulos ſectari Chirurgus cogitur. *Quo conſilio ſecetur varix.* Eximitur autem ſeu inciditur varix, vt ſic ſanguini, humoribuſque vnà cum ſanguine mixtis, ſubiectum vlcus alluentibus via intercipiatur: vel vt humorum deprauantium in partem influxus prohibeatur: vel ne ſanguinis immoderatiore copia tandem vas rumpatur, atque hæmorrhagiæ conſecutione mortis conſecutio inferatur. Exciditur vero hoc modo: Æger reſupinus cruribus modice inflexis in ſcamno collocatur, tum crus faſcia ligatur, duobus locis relicto quatuor digitorum interuallo, in quo exciſio fiat, ſic enim vena tumebit, & in conſpectu magis erit, ſed & inſuper atramento illa notatur: *Paulus cap. 82. lib. 6.* E tum cutis eleuata & digitis ſurſum abducta, qua nota eſt, in longum ſecatur, inde vena renudata à circumiacentibus corporibus explicatur, ipſi dehinc acus obtuſa, ne venam violet, duplex linum trahens ſubiicitur, ac ſubter tranſmittitur, & tanquam habenula ſublata excipitur: *Qua arte ſecetur varix.* tum cruris ligaturæ ſoluuntur, ac parte ſuperna arctius vena ligatur: & infra deligaturam non aliter, quam in phlebotomia fieri ſolet, ſcalpello per medium diuiditur, ac ſanguis ex parte inferiore, quantum ſatis eſt, detrahitur. Inferna mox parte, eadem vena vinculo conſtringitur,

tum id, quod ſupereſt venæ medium inter duas deligaturas, abſcinditur, ſubducentibus ſe in carnem eius, quæ ſuperſunt ſuperne & inferne, extremitatibus: venæ deligatura finitur, dum per ſe & ſponte cadat. Peracto opere, adſtringens medicamentum vulneri, vicinisque partibus imponitur: neque niſi exacto triduo circa vulnus quicquam mouetur. Cætera deinde, quæ reliquis communia ſunt peraguntur. A

De Fiſtulis. CAP. XXI.

Quid fiſtula. *Quid callus.* Fiſtula *vlcus eſt ſinuoſum, album, anguſtum, calloſum, & non raro imperceptibile.* Fiſtulæ nomen obtinuit ab arundinearum fiſtularum ſimilitudine, quibus ſimiliter caua exiſtit. Fit fiſtula in variis corporis partibus, fereque abſceſſibus aut vlceribus male curatis ſuccedit. Callus *carnea quadam ſubſtantia eſt alba, ſolida, ſeu denſa & dura, ſicca atque indolens*, genita per congeſtionem pituitæ exc... ... reſiccata, aut humoris melancholici aduſti, vlceris circumferentiam obducentis, & ſic in carnis laudabilis locum ſubſtituentis. *Fiſtularum differentia.* Fiſtulæ ſinus alias ſiccus eſt, alias ſtillante humiditate madet aſſidue, alias derepente repreſſo humoris ſtillicidio madere deſinit, & ſic ipſius orificium occluditur, vt ægro & Chirurgo falſa abſolutæ curationis ſpecie imponat: mox enim reſeratur & ſimiliter atque antea ſtillat. Fiſtularum aliæ oſſe, aliæ neruo, aliæ membranis, aliæ aliis corporis partibus vitiatis fiunt. Quædam recta intus feruntur, aliæ, multoque plures, tranſuerſim intorquentur, aliæ vno, aliæ pluribus orificiis & ſinubus excauantur; aliæ articulos attingunt, aliæ in aliquam corporis capacitatem penetrant, vt in thoracem, ventrem, inteſtina, vterum, veſicam: aliæ facile, aliæ ægre curantur, quædam etiam exiſtunt incurabiles. B

Signa. Fiſtularum varia ſigna ſunt pro partium, quas occupant, varietate: nam ſi id, quod vltimo ſpecillo tangitur, renititur & reſonat, ad os vſque vitium peruenisse ſciendum eſt: ibi deinde tanquam in lubrico, leui & polito ſi elabitur ſpecillum, oſſis adhuc integri ſignum eſt: at ſi quo in loco tanquam in latebra ſubſiſtat & hæreat, aſperi, exeſi, carieque corrupti oſſis eſt argumentum: nonnunquam os ipſum *Oſſis renudati ſignum ab excreta materiæ conditione.* renudatum oculis cernitur, tumque demittere ſpecillum nihil eſt neceſſe. Inſuper enim os affectum ſe prodit materiæ oleaginæ purulento effluxu, ei medullæ haud abſimili, qua os nutritur. Siquidem omne excrementum, alimenti partis eius, à qua excernitur, conditionem refert. In fiſtula, quæ ad neruum pertingit doloris punctorii ſenſus maxime cum ſpecillo tentatur, ægrum exercet, ſi prope eum actior eſt, quæ *Actius tetra. 4. ſer. 2. c. 55.* effluit materia. Sæpe enim frigida fit, ſtupor membrum habet debilitato motu: ſed & quæ inde effertur materia, tenuior eſt, et quidem ... quæ ab oſſio di... non tamen oleaginæ aut pinguis, ſed ſanioſa, & glutinoſa, humoris neruorum alimentarii conditionem exprimens. Eadem fere apparent ... fiſtulis, quæ ad tendines penetrant, & eas membranas, quæ muſculos inuoluunt. Si in ... ſubſiſtit, craſſior & copioſior eſt, quæ dimanet, materia, ... alba & æqualis. Si in venas aut arterias ... dit, eadem contingunt, quæ in neruorum fiſtulis: niſi quod ſpecilli contactu minus moleſtiæ ... *Veteres fiſtulæ ſi occludantur mortiferæ.* citatur, nec vlla in vllius membri motu offenſio cernitur: quanquam ſi fiſtuloſi vlceris ... ceris eſt, vt vaſa corrodat, ſanguis producetur craſſior quidem vena, tenuior autem & cum murmure arteria exeſa. Veteres & quæ per multos annos fluxerunt fiſtulæ, ſi ſubito occludantur, mortem ... in corpore præſertim ſenili & infirmo. C

De Fiſtularum curatione. CAP. XXII.

Qua arte ſinum exitumque fiſtulæ explorare liceat. AD curationem, ante omnia demitti ſpecillum in fiſtulam conuenit: hoc cereo, plumbeo, aureo aut argenteo fiſtulæ altitudinem & ſinuum anfractus explorabimus. Quod ſi duobus, pluribusve orificiis, vtque cuniculoſis excauata ſit fiſtula, ſic vt ſingula veſtigare & ſpecillo explorare certo non liceat, tum in vnum aliquod ex eiuſmodi orificiis iniectio immittenda eſt, & qua effluxum exitumve habeat ſpeculandum: ſic enim quod cauitatibus, & quæ in altis aut ſuperficialibus aperta ſit, ſcire licebit, tum inciſionibus callos renudare & amputare oportebit. Inciſiones fient nouacula, cauſtico medicamento, vel ferro ignito: non enim niſi exciſis callis carnem natura reſtituere & ſufficere, vel diſtantia corpora agglutinare poteſt. Nam dura niſi glutini, cuiuſmodi laudabilis exiſtit ſanguis, interuentu coire nequeunt: at calloſum corpus dum vndique vlceratæ carnis ſuperficiem occupat, ſanguinis è venis capillaribus ad deperditæ ſubſtantiæ repoſitionem, & diſtractarum partium vnionem affluxum *Cauſtica iniectiones.* intercipit. Si quando cauſticæ iniectiones in fiſtulam immittentur, occludendum mox erit orificium, quo per tempus illis id agere liceat, quod agere natæ ſunt: Cuius rei coniecturam ex partis tumore, materiæ effluentis coctione, & copia pariore habebimus, mox eſcharæ lapſus erit accelerandus, denique vlcus reliquis vlceribus ſimiliter curandum. Sæpe vero callus qui fiſtulæ ſinuoſam cauitatem occupat acrium, & eſcharoticorum medicamentorum vi victus, totus exit, & ſimul tubuli inſtar habens *Celſ. lib. 5.* excidit, ſinitque vlcus purum relinquit. Quod ego in nobili quodam animaduerti, cum ipſi fiſtuloſum vlcus in femore glande traiecto, forti ægyptiaco immiſſo aliquoties lauiſſem: mox enim inſtillato bal- *Ad carioſi oſſis fiſtulas remedium.* ſamo à me deſcripto, breui conualuit. Fiſtulæ, quæ ſunt iuxta magna vaſa, neruos, aut viſcera nobilia, nō debent, niſi ſumma adhibita cautione, attingi. Cum oſſis corrupti vitio fiſtula naſcitur, conſiderandum venit, ſuperficiarium ne id in oſſe vitium ſit, an altius depreſſum, an totum ipſum carie exeſum. Nam ſi ſuperficiarium ſit vitium, radulis facile eluetur: ſi altius caries inſederit, deſquammante terebra reuellenda eſt: at ſi ad medullam vſque penetrarit, forcipe inciſoria eximenda eſt, præmiſſo, quod viam ipſi aperiat, terebello. Quod ſi ſphacelo obſeſſum & penitus carioſum os ſit, radicitus erit eximendum: quod cōmode fiet in digitorū radii, cubiti & tibiæ articulis, nequaquā vero in iſchii acetabulo, femoris capite, aut vertebrarum aliqua ſphacelo obſeſſis, ſimile quid tētaueris, vt nec illis fiſtulis, quę natura D E

ſua

A ſua inſanabiles ſunt: ſed ſatisfactum muneri tuo & ægris putabis, ſi cum prognoſtico malum reliqueris. Huiuſmodi ſunt fiſtulæ, quæ ad viſcera vſque penetrant, quæ ad partes inſignibus vaſis aut neruis conſperſas pertingunt, quæ ſeniorius & molliculis hominibus accidunt, quibus longe mori optabilius ſit, quam operationis tormenta & cruciatus ſubire. Par adhibebitur cautio, quando ex fiſtulæ exciſione grauioris damni metus imminet, vt conuulſionis, ſi in parte neruoſa malum exiſtat. In his & ſimilibus caſibus mali perfectam curationem haud aggredietur Chirurgus, ſed ſatius eſſe putabit, omni arte cauere, ne malum nouis incrementis peius reddatur; quod fiet, ſi prouideat, ne qua noua fluxio in partem ingruat: ſi diæta artificioſa curet, ne excrementitii humores in corpore congerantur; aut perficiat, vt cõgeſti ex interuallis vacuentur, vel in partes minus nobiles à nobilioribus diuertant. Sed interim vitioſam carnem, quæ in vlcere pluſquam par eſt excreſcit, exterere, & ſaniem detergere oportebit, medicamentis, quæ citra morſum ſeu acrimoniam & putrefactionem id perficiant.

Quarum fiſtularum tentanda curatio, quarum non.

Fiſtularum cura, vt decunt palliatiua.

De fiſtulis Ani. CAP. XXIII.

Fiſtulæ in ano iiſdem ex cauſis fiunt, quibus reliqua fiſtularum genera: nempe ex vulnere aut abſceſſu perperam curatis, aut ex hæmorrhoide ſuppurata. Quæ occultæ erunt, cognoſcentur ſanioſi & *Cauſa.* *Signa.*
B purulenti humoris per ſedem ſtillicidio, & partium circumiacentium dolore. At quæ manifeſtæ ſunt, quo vadant, quoque pertingant, ſpecillo exploratore dignoſcetur. Hoc igitur conſilio Chirurgus digitum in anum immittet, ſimulque plumbeum ſpecillum per fiſtulæ orificium demittet, id ſi digito nullius medii interuentu occurrat, ſignum eſt penetrare ipſam in inteſtini cauitatem. Adde quod tunc non modo per anum, ſed etiam per eiuſmodi orificium, quod ſibi humor efferus ſua acrimonia aperuerit, multa proluuies efflat, alias ſanioſa, non raro etiam vermibus fœta. Multis funiculis intortæ, & in labyrinthum anfractuoſe fiſtulæ iudicantur, ſi non alte deſcendant ſpecillum, & nihilominus plus ſaniei efflu at, quam exigui vlceris ratio ferat. *Sinuoſæ fiſtulæ ſigna.*

In omnium fiſtularum orificiis calloſam quandam verrucam cernere licet, quam Chirurgorum vulgus Gallinæ podicem nominat. Fiſtulas, quæ in ano ſunt, multa conſequuntur ſymptomata: vt Teneſmus, Stranguria, & Ani procidentia. Si manu curãdæ ſunt fiſtulæ, æger ſupinus ſic iaceat, vt cruribus ſublatis femorum velut appreſſu ventriculum comprimat: tum Chirurgus vngue præciſo, digitum vnguine delibutum in anum immittet: inde craſſiorem ex plumbo acum funiculum ex filo, & ſeta equina contextum trahentem, per fiſtulæ orificium intrudet, hancque immiſſo digito exceptam, & nonnihil *Symptomata.*
C intortam, extrorſum per ſedem, vnaque funiculi alterum caput educet. Tum funiculi capita nodo laxo ſeu reſolubili conſtringet, quo indies arctius conſtringendi ſit libertas. Sed antequam conſtringas paulo immitius, ipſum quaſi comprehenſam carnem ſerraturus, verſum te adduces, vt hoc veluti morſu, fiſtulam ſine vllo hæmorrhagiæ metu incidat. Aliquando contingit, vt eiuſmodi fiſtulæ in inteſtinũ vſque non penetrent, ſic vt digitus propter calloſum aliquod corpus interiectum ſpecillo non occurrat. Tum ſpecillum ferreum aut argenteum cauum demittere conuenit, in eiuſque cauitatem acum mucronatam & ſecantem inſerere, vt ſic punctim cæſimque interiectus callus deſtruatur: quod de ſcripto ante ſpecillo plumbeo, in extremo vertice retuſo, aut certe ſine magno dolore, perficere non poſſis. *Ars cõſtringenda & ſecanda ani fiſtula.*

Specilli argentei caui cum acu inſerenda, ſimul & acu plumbea deſcriptio.

D



E

A. *Monſtrat acum.*
B. *Specillum cauum.*
C. *Acum vna cum ſpecillo.*
D. *Acum plumbeam funiculum trahentem.*

Quæ fiſtula recidiuam facit.

Detrito callo, fiſtula eo, qui ante dictus, modo deligabitur. Quæ ſuperficiaria eſt, non eget deligatione, tantum ſcalpro falcato excidetur, & detrito callo, quod reliquum eſt curationis reliquorum vlcerum modo perficietur. Notandum vero, quod ſi quid calloſi corporis, quod medicamento aut ferro elapſum ſit, reliqui feceris, rediuiua fiſtula, recidiuæ locum faciet. A

De Hæmorrhoidibus. CAP. XXIV.

Quid hæmorrhoides.

HÆmorrhoides, vt nomen vulgo ſonat, tumores ſunt ad extremas venas anum ambientes, humoris fere melancholici influxu excitati, varicum ſpeciem quandam præferentes. Ex his quædam aperto foramine fluunt, quod nonnunquam temporis ſucceſſu callum contrahit: aliæ tantum tument, neque quicquam humoris remittunt: aliæ manifeſtæ ſunt, aliæ intus abditæ latent. Quæ fluunt, ſanguinem fere fundunt, permixtum ſero citrino, quod ſanguini impetum ad procurſum dedit, & acrimonia ſua venarum oſcula diduxit. Quæ vero non fluunt, vel ambuſtorum veſiculis ſimiles exiſtunt, & practicis vulgo Veſicales dicuntur, fiuntque influxu humoris pituitoſi & ſeroſi: vel vuam referunt, ex quo & Vuales nominantur, ab affluxu ſanguinis qualitate laudabilis, ſed copia redundantis genitæ: vel morborum typum exprimunt, ex quo Morales, ſanguinis melancholici ſuppreſſione: vel verrucarum imaginem habent, vnde & Verrucalium nomen retulerunt, eandem cum his, quæ Morales dicuntur generationis cauſam materialem obtinentes. Hic affectus multorum præter naturam ſymptomatum conſecutionem infert: nam ſanguinis perenni affluxio, faciei viuidum colorem extinguit, hydropem acceſſit, vniuerſi corporis vires proſternit, Hæmorrhoidum fluxus ſingulis fere menſibus citatur: nonnunquam quater in anno tantum. Fluxum ſæpe præcedunt, aliquando etiam comitantur dolor ingens, inflammatio, abſceſſus, qui tandem in fiſtulam deſinat, niſi conuenientibus remediis occurratur. Cæterum ſi moderata copia fluant hæmorrhoides, ſi ægri leniter ferunt, ſiſti non debent, quia imminentium malorum, vt melancholiæ, elephantiaſis, ſtranguriæ, & ſimilium metu ægros liberant. Adde, quod ſi præter rationem ſiſtantur, ſuo in pulmones refluxu tixim, in hepar vero hydropem, per natiui caloris ſuffocationem inferunt. Contra ſi immodice fluant, quia vacuato ſanguine hepar refrigerant, hydropem acceſſunt, & toti corpori maciem: ideo eum effreni & copia, & impetu fluunt, penicillo ex pilis leporinis ſequenti medicamento tincto ſiſtendæ ſunt. B

Differentia.

Symptomata.

Sent. 37. ſect. 6. aph.

Remedium ad hæmorrhoides immoderatius fluentes.

℞ *puluerū aloes, thuris, balauſt. ſanguinis draconis, an* ℥ß *incorporentur ſimul cum oui albumine, fiat medicamentum ad vſum.* Cum diſtentæ tument citra fluxionem, cæpam ſub cineribus coctam cum felle bubulo pinſere oportet, & conflatum inde medicamentum tumidis locis admouere, & ſingulis quinq; horis renouare. Id remedii genus apprime valet ad hæmorrhoides internas & latentes. Manifeſtas vero hirudinibus, vel ſcalpro aperire licet. Succus atq; magma galiopſis herbæ, quam etiam Vrticam Labeonis nominant, hæmorrhoidibus impoſitus ipſas tumentes aperit, & ſanguine congeſto minare facit. Eodem remedio fungus & thymus, affectus circa anum, curantur. Si acrimonia, ardore, & dolore acerbius infeſtentur, ægrum in Semicupium deſcendere iubebimus: moxq; vlceribus, ſi quæ adfuerint, quod ſequitur medicamentum imponemus. C

Ad ſuppreſſas hæmorrhoidas.

Fungus & thymus in ano.

℞ *olei roſ.* ℥ iij *ceruſæ* ℥ j *lithar g.* ℥ß *ceræ nouæ* ℥ vj *opii* ℈ j *fiat vnguentum ſecundum artem.* Vel.
℞ *thuris, myrrhæ, croci an.* ℥ j *opii* ℈ j *fiat vnguentum cum oleo roſar. & mucagine ſeminis pſilii: addendo vitellum vnius oui.* Reliquum curationis ex regulis artis vniuerſalibus facile erit perſequi.

FINIS LIBRI DVODECIMI. D

DE FRA-

E

A

DE FASCIIS.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

B

De Faſciarum differentiis. Cap. I.

FAſciæ, quibus ad deligandum vtimur, multum inter ſe differunt. Ipſarum au- *Lib. de faſc.*
tem differentiæ à ſex potiſſimum rebus, Galeni ſententia, ducuntur: materia ſci-
licet, figura, longitudine, latitudine, ſtructura & his, quibus conſtant, partibus.
Faſciarum quidem materia eſt triplex: membranea, ſeu coriacea, quæ fractis naſi
car ſ ginibus accommodata eſt. Lanea, partibus inflammatis propria, quibus
ſcilicet nulla eſt opus aſtrictione. Denique lintea, quando nempe aliquid ad- *Sect. 3. de*
ſtringendum eſt: ac lintearum rurſus aliæ lineæ ſunt, aliæ cannabinæ, vt eſt ab *chi. off.*
Hippoc. notatum. Structura vero ſic faſciæ inter ſe differunt, quod ex his aliæ ex
ea materia conſtant, quæ per ſe & ex ſeſe ſatis coacta & robuſta eſt, quales ſunt membraneæ: aliæ con- *Commoda*
textæ ſunt, vt linteæ. Cæterũ lintea materia in faſcias deligenda eſt, & optima cenſenda, non quæ nunc *faſcia conditi*
primum ad hunc vſum facta ſit, ſed quæ aliis iam vſibus inſeruierit: quo nempe inde contextæ faſciæ *ones.*
molliores ſint ac tractabiliores: validas tamẽ ipſas ita eſſe oportet, ne abrumpantur, dum extenduntur,
C arcteque contineant, ac influxurum humorem repellant, & aditu ad partem arceant. Has inſuper nul-
la contorta & quaſi complicata ora præditas eſſe decet, nullo limbo, nulla ſutura: contorta enim ſeu
complicata ora, quemadmodum & ſutura, ſua duritie comprimendo, ſubiectam carnem lædunt. Lim-
bus telæ lateribus extremis, atque oris, ſeu contextus, ſeu conſutus fuerit, inæqualem reddit deligatio-
nem: membrum enim, qua parte limbo vtpote haud cedente, attingitur, arctius comprimitur: media
vero faſcia ſeu tela, vtpote molli laxius. Mundæ præterea faſciæ eſſe debent, vt ſi aliquo conſpergendæ
& irrigandæ ſint affectui, idoneo liquore, eum admittere poſſint: ac non ipſum, dum perfunduntur,
corrumpere & male afficere. Iam faſciæ, quæ ex inciſo linteolo fient, eo non tranſuerſo, ſed in longitu-
dinem recta ſciſſo, fieri debent: ſic enim firmius & validius, quod vinctum eſt, continebunt: & præterea *Glomeratæ*
ſibi perpetuo ſimiles, atq; vnius tenoris erunt, non alia parte latiores, alia ſtrictiores. Figura vero faſciæ *faſcia.*
ſic diſtant quod ex his quædam ſunt glomeratæ, quibus nihil eſt aſſuendũ, quia ſua & debita inuoluen- *Sciſſa faſcia.*
do membro longitudine, conſtare debent: aliæ ſciſſæ, quæ vno quidem conſtant linteo, ſed eo vel ex- *Aſſuta.*
tremis partibus ſciſſo (eiuſmodi mammis vinciendis deligi ſolent) vel mediis: aliæ aſſutæ, quæ ex mul-
tis quaſi habenis conſutis conſtant, in varia capita deſinentibus, & varias figuras referentibus, quales
D faſciæ ſunt, quæ capiti aptantur. At longitudine diſcrepant ſic, quod quædam ex his breuiores ſunt, aliæ
longiores. Latitudinis eadem ratio eſt, quædam enim latiores ſunt, quædã ſtrictiores. Cæterum faſcia-
rum neq; longitudo, neq; latitudo certo definiri aut deſcribi poteſt, ſed varie ipſa inſtituitur, pro mem-
brorum varia longitudine & craſſitie. In genere enim tam hæ, quam illæ deligandis partibus congrue- *Faſciarum*
re debent: aliter enim caput, aliter guttur, aliter iugula, brachia, mammæ, inguina, teſtes, anum, coxas, *partes quæ*
femora, crura, pedes & digitos deligaueris. Faſciarum vero partes ipſarum corpus, ipſarumque item ca- *dicantur.*
pita dicimus. Per corpus debitam illarum longitudinem & latitudinem intelligimus: capita vero, ex- *Com. ad ſec.*
tremitates nominamus tum in rectum, ſeu longum, tum in tranſuerſum exporrectas Galeni ſententia. *21. ſect. 2. de*
off. chir.

Quæ ſint aptandarum faſciarum indicationes & præcepta generalia. Cap. II.

APtandarum faſciarum ſeu deligationum duæ ſunt indicationes, Hippoc. ſententia, vna quidem à *1 & 2 ſect.*
parte affecta ducitur: altera vero ab ipſa affectione. A parte affecta ſic: crus enim ſi quando deli- *lo. de fractis*
E gandum ſuſceperis, in longum exporrectum deligare decet: ſi enim inflexum deligaueris, deligatio ipſa
reſoluetur ad primam exporrigendi & explicandi cruris neceſſitatem, tum enim muſculi aliam figuram
induunt. Contra brachium ſeu cubitum inflexum & in pectus adductum deligare oportet: alias ſi por- *Quæ figura*
rectum deligaueris, ac primam inflectendi eius occaſionem exoluetur deligatura, quia ſicut dictum eſt, *omnis pars*
muſculorum figura peruertitur. Quod igitur ad hanc indicationem ſpectat, ſit hoc perſuaſum, omnib. *deliganda.*
deligandam eſſe ea figura partẽ, qua illam volumus permanere. Quod vero ſpectat ad eam, quæ à mor- *A ſinus fun-*
bo ſumitur, deligandi indicationem, ſi vlcus ſubeſt cauum, ſinuoſum & cuniculoſum, ſaniei magnam *do deligatio-*
vim eructans, deligaturæ & conſtrictionis initium á ſinus fundo ducendum eſt, & in vlceris orificio de- *nis initium*
ſinendum: idq; præceptum perpetuũ eſſe debet, ſeu ſumma, ſeu ima, ſeu media & latera ſinus occupet. *ſemper du-*
cendum.

 Sic

Sic enim repurgabitur & excludetur contenta ſanies, & vlceris labra nimium diducta ſibi mutuo admouebuntur. A

Hip. ſent. 4. ſect. 2. off.

Alias retenta ſanies proxima quæque corrodit, vlcus auget, & intractabile reddit, dum ſubiectis oſſibus, quæ ea acri illa ſanie imbuuntur, cariem inuehit. Cæterum vinculorum quædam ipſa ex ſeſe remedia ſunt, quæ nempe per ſe ſuum munus præſtant: vtpote quibus curatio tota committitur, qualia ſunt illa, quæ ea, quæ a ſe mutuo abſceſſere, naturæ vnitati reſtituunt: alia non propter ſe iniciuntur, ſed tantum, vt remedia, quæ vim curandi habent, intineant. Id vinculi genus vetita ſinit & iniicitur, dicturq. Hippoc. Deligatio operans: vel tactam & iam iniectum eſt, diciturque Deligatio operata.

Instru. 2. ſect. off.

Quod ad primum attinet, vt deligatio bene fiat, oportet faſciam ſibi, & partibus omnibus ſuis, arcte conglomeratam eſſe, & præterea vt illam Chirurgus preſſius & firmiter, non negligenter manu teneat, ſic enim deligando membro melius obuoluetur. Animaduertendum etiam inter deligandum eſt, ne faſciæ extrema, ipſaq. adeo ſutura, in locum affectum & dolentem incidant: ſatius eſt, vt ſupra, infraue ipſum aut ad latus veniant: ſed & ne nodus in eundem illum locum aut in dorſi, natium, laterum, articulorum, occipitis regionem, aut vllam denique aliam partem, in quam æger inniti, reclinare, & decumbere ſolet, incidat, ſummopere eſt cauendum. Quin & a qua parte ſuere faſcias & nectere volumus: ipſarum extrema in ſe complicare oportet, quo nexus ſuturaue firmior ſit: alias quantumlibet arcte ipſi membro obductæ & agglomeratæ fuerint, non adhæreſcent tamen fideliter, ſi præſertim paulo latiores fuerint. B

Faſcia non modo recte obuolui debent, ſed etiam eleganter.

Quod vero ſpectat ad ſecundum vinculi genus, quod ſcilicet iam tactum & iniectum eſt, qui faſcias obuoluerit Chirurgus, conſiderare debet, in quem finem obuolutæ ipſæ fuerint, an recte & pulchre imo etiam & eleganter, vt ægro & adſtantibus viſu gratæ ſint, ipſas obduxerit. Eſt enim periti artificis, vbicunq. recte, pulchre agere poteſt, pulchre ac recte agere. In fracturis & luxationibus, omnibuſque oſſium elocationibus, vulneribus & contuſionibus deligationis initium faciendum eſt, primis faſciæ ſpiris & circumuolutionibus, duabus, tribuſve ibidem obductis, arctiuſque ſi fieri poteſt, quam alibi conſtrictis, vt reſtituta oſſa fidelius loco ſuo contineantur, ſi qui iam influxerint humores, ſqueſtiore illa compreſſione exprimantur, ac ſi qui præter naturam & modum parati ſint influere, aditu & ingreſſu prohibeantur. In fracturis enim, vt quæ ſine contuſione nunquam exiſtant, ſanguis extra propria vaſa, vtpote violentius colliſa & attrita, exilit & exprimitur: quæ res ſugillatum in carne circumſtante facit, coloris primo rubri, inde liuidi, ſeu ſubatri, ob ſanguinis ſub cutem effuſi corruptionem. Quare poſt primas illas, de quibus nunc dixi, ſpiras, faſcia quã longiſſime à parte fracta luxataue continuis circumuolutionibus promouenda eſt: qui ſecus faxit, ſanguinem, humoreſq. in locum affectum magis ac magis compellet, & apoſtemata, aliaque maligna accidentia inuehet. C

Gal. com. ad ſent. 25 ſect. 2. li. de fract.

Cæterum qui fluit ſanguis, deorſum vno ductu tendit: atqui exprimitur, duobus tanquam itineribus fertur, nempe ſuperne deorſum, & inferne ſurſum. Curandum tamen eſt, vt ipſum potius in corpus & viſcera repellas, quam versus corporis extremitates, vt quæ tam multæ materiæ non ſint capaces, neq. robore iuſto inſtructæ, ad id, quod imminet oneris impune, & ſine accidentium præter naturam prouentu ſufferendum. At cum in corpus humorum illa moles & ſarcina retruditur, regitur illa tum & a noxa vindicatur, facultatum in viſceribus exiſtentium & natiui caloris robore & beneficio.

De tribus faſciarum in fracturis neceſſariarum generibus. CAP. III.

Sent. 24 ſec. 2. off.

VT oſſa tum fracta, tum luxata, ſuo naturali loco reſtituta cõtineantur, duæ inprimis faſciarum ſpecies Chirurgo ſunt neceſſariæ, ex Hippocr. doctrina. Illarum aliæ Hypodeſmides dicuntur, id eſt, ſubligamina, ſeu ſubfaſciationes. Aliæ Epideſmi ſeu ſuperligamina.

Hypodeſmides.

Hypodeſmides quidem nonnunquam duæ tantum, at ſæpius tres adhibentur. Prima primo ſupra fracturam iniecta, ibidemq. tribus aut quatuor orbibus circumacta, inde deligationis initium ducit: quod dum fit, Chirurgo in fracturæ figuram eſt animaduertendũ, vt enim hæc erit, ita deligationis modus variabitur. D Nam ducenda faſcia eſt in oppoſitum latus ei, in quod luxatio aut fractura magis inclinat, vt ſic quod extat os, in ſuam ſedem cõpellatur, & compulſum firmius contineatur. Ergo ſi latus dextrum ſit prominentius hinc deligationis exordium ſumetur, indeq; faſcia in ſiniſtrum latus ducetur. Contra ſi pars ſiniſtra magis promineat, ab ea initio ducto in oppoſitam partem faſcia conſtringendo & obuoluendo promouebitur.

Ambidexter chirurgus.

Quare ambidextrum hic Chirurgum deſiderem, vt eiuſmodi deligationũ varietates expedire poſſit. Obuoluendo autem producet & promouebit primam iſtam faſciam ſurſum, id eſt, in corpus, propter poſitas ante rationes. Nec vero hæc deligationis ratio fracturis propria eſt, ſed ipſis etiam cum luxatione communis. ſi quam enim in partem os luxatum exceſſerit, tum vbi reſtitutum eſt, laxius ſeu mollius conſtringendum

Deligandi ratio in luxatis.

eſt id latus, vnde os exceſſit, arctius contra id comprimendum eſt, in quod abſceſſit. Ergo faſcia adduci decet a latere, in quod os abſceſſit: ſic vt hic mollior ſit & laxior deligatio, non autem arcta admodum plagulis faſciave compreſſa, vt ſic tendatur magis in oppoſito latere, in quod luxatio magis inclinat. Si aliter deligatio inſtituatur, ipſa male cedet, pars enim relaxata eſt & naturali ſua ſede emota: itaque periculum non leue imminet, ne os iterum depellatur, & è ſede ſua, in quam arte & manu reſtitutum eſt, iterum dimoueatur. E Quod adeo timuit Hippoc. vt contra iuſſerit os elocatum in contrariam partem ei, in quam vi abſceſſit, paulo magis abduci, quam naturalis & proprius ipſius ſitus requirat. Sed vt ad inſtitutum de tribus ſubligaminibus ſermonem reuertamur, prima illa ſub faſcia obtorta & circumuoluta, alteram ſeu ſecundam accipimus, cuius obuoluendæ initium ab ipſa pariter fractura ducemus, ſed vna tantum, aut altera illic circumactione peracta, quia vt ante demonſtrauimus, non tantum ſanguinis verſus extremitates repellendum & exprimendum eſt, quantum in ipſum corpus & viſcera. Ducenda igitur iſta faſcia erit ſuperne deorſum, modice comprimendo ad ſanguinem parte læſa concluſum

expri-

A exprimendum. Vbi ad extrema partis eiuſmodi circumuoluendo venerimus, tum eandem faſciam, ſi modo quid eius reſtet, retro vnde venit, ſurſum ſcilicet agemus. Sin minus tertiam ſubfaſciam accipiemus, cuius circumuoluendæ initium inde ducemus, vbi ſecunda deſierit, ageturque ſic circumuoluendo inferne ſurſum. His peractis ſubfaſciationibus, plagulæ apponentur, poſt plagulas epideſmi ſeu ſuperligamina, quæ duo ſæpius, tria etiam nonnunquam aduoluuntur. Primum duo habet capita, atque tam dextrorſum, quam ſiniſtrorſum obducitur ad primi ſubligaminis & plagularum conſeruationem, atque muſculos ſuæ naturæ figuræ reſtituendos. Duo reliqua vno conſtant capite, atq; horum alterum inferne ſurſum, aliud ſuperne deorſum contrario plane modo, quam ſubligamina, contorquetur: nempe ſi dextrorſum contorta fuere, illa ſiniſtrorſum erunt contorquenda & conuoluenda. Atq; hæc Hippocratica eſt circumuolutionis ratio, quæ quia nunc exoleuit, aſcribenda hic ea eſt, quæ in vſu eſt vulgari. Superligaminibus hodie non vtuntur, ſed tertium quod ſubligamen diximus, noſtris Chirurgis eſt vice trium ſuperligaminum commemoratorum. Tertium igitur hoc ſubligamen, inferne ſurſum, vt prædiximus, obuolutum in contrariam partem agunt primo ac ſecundo ſubligamini, nempe ſi hæc in partem dextram oborta ſunt, illud in ſiniſtram circumuoluendo agetur, deſinetque vbi primum ſubligamen deſiuerit. Tunc non modo mediocres erunt conſtrictiones, ſed etiam rariores ſpiræ & circumuolutiones. B Eum igitur in hac deligationis ſpecie vſum præſtat hoc tertium ſubligamen, quod muſculos naturæ ſuæ figuræ reſtituat, à qua detorſione quadam deflexerant, vi & circumuolutione duorum priorum ſubligaminum. Cæterum ſemper videndum, vt in conſtringendis faſciis eum modum teneamus, quem ratio, quem ægri ſenſus & tolerantiæ facilitas præſcribent. Illud attendentes ne tumor inflammationem concipiet, modum etiam in conſtringendo corporis habitus præſcribere debet: corpora enim mollia tantam conſtrictionem, quantam dura, ferre nequeunt. Certe in fracturis, luxationibuſque arctiore conſtrictione, humores in corporis extrema exprimuntur: vnde grauia & ingentia ſæpe œdemata contingunt. quoties ſi medeamur, reſoluenda eſt deligatio, tum tumidæ partes, noua deligatione, quæ inferne ſurſum fiat, neque tumoris, materia eo compulſa, ipſas expediat, comprimendæ: non enim alia ſpes, aut via eſt humoris ſurſum regerendi. Hoc qui curat, morbi curam propriam deſerit, quo ſymptomati ſuccurrat, quod facere nunquam recuſabit Chirurgus, quoties neceſſarius aliquis caſus poſtulabit. Ea de cauſa iubet Hippocrates ſingulo quoque triduo deligationem diſſolui, tumque partem aqua calida foueri, quo ſic humores, qui doloris vehementia attracti in partem decubuere, vaneſcant & reſoluantur: pruritus, aliaq; ſimilia accidentia prohibeantur. Accidentium omnium metu exacto, tar-C dius ſeu rarius reſoluetur deligatio, & laxior ſolito fiet: vt ſanguini ac laudabili materiæ, ex qua callus fieri debet, liberior ſit ad partem affectam affluxus.

Quādo tertia ſubfaſcia neceſſaria ſit.

Epideſmi.

Hodierna deligandi ratio.

In conſtringendis faſciis quis modus.

Cur tertio quoq; die deligationẽ ſolui iuſſerit Hippocr.

De Fracturarum cum vulnere coniunctarum deligationibus.

CAP. IV.

Contingit nonnunquam, fracturam cum vulnere complicari, tumque nihilominus partem faſcia deligare oportet, alias tumoris, inflammationis, aliorumque malorum non leue periculum imminet, ab humorum ex vicinis vberiore affluxu. At non oportet eam deligationis ſpeciem moliri, quam ſpirarum multis circumuolutionibus fieri diximus. Nam cum vulnus quotidie purgari, adeoque tractari ac curari velit, quotidie partem exagitare, deligationem tot gyris & orbibus implicitam explicando, oporteret, quæ res doloris conſecutionem inferret, adeoque vnionis, quæ quiete abſoluitur, impedimentum. Quare id deligationis genus vnica circum vulnus obuolutione abſoluetur, & faſcia, quæ duplici, triplici ve linteo in plagulæ modum contexta, ac quam maxima fieri poterit dexteritate oris ſui D conſuta tam lata ſit, vt totum vulnus ambire ac contegere poſſit: propter rationes, quæ *tractatu de Fracturis* fuſe exponentur. Cæterum ſi vulnus in longum excurrat, plagulæ ac ferulæ vulneris lateribus circumponentur, vt ſic vulneris labra compingantur, & concluſa ſanies exprimatur. Si vero in tranſuerſum agatur, plagulis ferulisque abſtinebimus: ita enim Galeni ſententia amplius dilataretur vulnus, ſanieſque purulenta in vulnus exprimeretur & retineretur.

Qui deligandum in fractura cum vulnere.

Ad ſent. 12. ſect. de fract.

De Deligationibus communia quædam Fracturis, & luxationibus præcepta.

CAP. V.

In omni fractura & luxatione partes depreſſæ cauæ & extenuatæ, quales ad articulos ſunt, plagulis, vel faſciis circumpoſitis impleri debent ad æqualitatem toti parti conciliandam, quo á ferulis vndique & æqualiter comprimantur, oſſaque firmius in naturali ſua ſede contineantur. Sic cum deligatur genu, poplitem ſeu illam, quæ in poplite viſitur, cauitatem implere oportet, vt melius & expeditius deligatio abſoluatur. Idem faciendum ſub axillis, ſupra calcem, in brachio iuxta carpum, in omnibus denique aliis partibus, quæ ex cauitate manifeſta conſpicuam inæqualitatem habent. Peracta deligatione E interrogandus æger, num membrum ſibi arctius conſtrictũ videatur. Nam ſi neget, ſe tam arctam conſtrictione ferre poſſe, diſſoluenda & laxanda deligatio eſt. Arctior enim dolorem excitat, caloré, fluxionem, gangrænam, deniq; ſphacelum & necroſim: laxior vero inutilis eſt, quia partes, quo volumus ſtatu, non continet. Iuſtæ deligationis, quæ nempe nec laxior nec arctior ſit, ſignũ eſt, ſi ſequenti die tumore œdematoſo pars intumeſcat: nẽpe propter ſanguinẽ ex loco confracto expreſſum. Arctioris vero, ſi pars durius tumeat: laxioris eius ſcilicet, quę ex affecta parte nihil ſanguinis expreſſerit, ſi nullatenꝰ tumeat.

Deligata parte æqualis tractus & velut planities adſtringenda eſt.

Hipp ſen. 57. & 58 ſect. 2. de fract.

Arctioris & laxioris deligaturæ ſigna. Si igitur tumor durus ex arctiore deligatura infeſtat, ſtatim reſoluenda illa eſt metu grauiorum ſymptomatum, fouendaque pars hydrelæo tepido, iterumque mediocri, imo etiam paulo laxior ſubſtituenda, quandiu dolor & inflammatio perſeuerabant: quo tempore & nomine nihil quod paulo oneroſius ſit parti imponendum. Quando æger conualeſcet, toto triduo vel quatriduo, ſi præſertim denſioris habitus, & robuſtiorem hominem nactus fueris, continenda deligatio eſt, ac nequaquam reſoluenda, ſed indiſſoluta ſinenda. Tertio die, indeque vſque ad ſeptimum, laxiores ſi ne comprimantur, & pars affecta gracilior: quod ad melius apparere putandum erit. Hinc enim intelligere licet, humorum tumefacientium factam vi deligaturæ expreſſionem ac digeſtionem. *Cur in fracto loco arctius deligandum.* Certe oſſa fracta iuſta deligatione conſtricta expeditius ſibi mutuo apponantur, & fidelius agglutinantur, quæ cauſa exiſtit, cur in ipſo fracturæ loco, deligandum ſit arctius, alibi laxius. Si qua parte os fractum promineat, ibi etiam arctius plagulis & ferulis comprimendum eſt. Denique ſeptimo die exacto, arctius, quam antea, deligandum, quod tum inflammatio, dolor & ſimilia accidentia non tam ferè metuuntur. Cæterum quæ huc vſque de tribus deligationum ſpeciebus diximus, locum in quauis parte corporis fracta habere nequeunt, vt in maxilla, iugulis, capite, naſo, coſtis. Nam cum eiuſmodi partes teretes & oblongæ non ſint, circumuolui ipſis faſcia nequit, quemadmodum in brachiis, femoribus, & cruribus circumuolui poteſt, ſed tantum extrinſecus apponitur. A B

Quos deligationes vſus præſtent. CAP. VI.

EX his, quæ ante expoſita ſunt, licet intelligere, cum faſcias vſum præſtare, vt quæ ſeiuncta, & ſua ſede ſunt dimota, reſtituantur, quæ hiant, conglutinentur, vt in fracturis, vulneribus, ſeu ſectionibus, contuſionibus, vlceribus ſinuoſis, ſimilibusque aliis præter naturam affectibus, in quibus ſoluta vnitas ad ſui reparationem faſciarum indiget adminiculo. *Prima deligationum vtilitas.* *Secunda.* Sed & faſciarum ope, quæ alioqui contra naturam coaleſcerent, ea ſecernuntur, vel ſecreta poſitas, vt natura eſſe voluit, conſeruantur, vt in ambuſtis, in quibus digiti poplitesque ſibi mutuo, axillæ autem thoraci, mentum ſterno adhæreſcerent, niſi debita deligatio obſtaculo eſſet. *Tertia ad conciliandū parti emaciatæ habitum lateré.* Quin & reficiendis partibus emaciatis, deligationes conferunt. Dextro enim crure ex atrophia tabido, ſiniſtrum crus ad inguen vſque, ducto à pede obuolutionis initio, ſalubriter deligatur. Si dextrum brachium tabeſcit, ſiniſtrum faſcia conſtringitur, quæ à manu ſumpto principio in axillam deſinat. Sic enim à parte deligata magna ſanguinis portio in venam cauam regeritur, à qua demum in emaciatæ vaſa prope mania exundat. C Cæterum ſic partem ſanam deligari velim, vt interim dolor vitetur, dolorifica enim per faſcias & vincula conſtrictio, ampliorem facit ſanguinis & ſpirituum attractionem, vt & exercitatio: quare ipſam tantiſper à proprio munere feriari velim. Faciunt inſuper ad ſiſtendam hæmorrhagiam faſciæ: cuius rei vel ex eo fides fit, quod ſcalpello aperta vena ſanguis erumpens ſtatim appoſita plagula & faſcia obuoluta cohibetur. *Quarta.* Veniunt etiam ſalubriter in vſum faſciæ mulieribus ſtatim à partu: conſtricta enim faſciis ipſarum aluo ſanguis, quo nimium madebat vterus, excernitur, excitato ſic ad eius expulſionem excretricis facultatis robore: ſimul & ne flatus exinanitum vterum conſertum ſubeat, prohibetur. *Quinta.* Eadem faſcia grauidis auxilio eſt ad facilius geſtandum fœtum iis præſertim, quibus fœtus ſic deorſum inclinatur, vt in coxarum quaſi antrum delectus, inter femora propendeat, ingrediendi libertate pleniore matri intercepta. *Sexta.* Ergo faſciæ, quæ vulgo vmbilicalis dicitur, beneficio non modo grauida illo fœtus faſce leuatur, ſed etiam fœtu in ſummam aluum compulſo, plenius & expeditius medendi facultatem adipiſcitur. *Septima.* Reuellendo præterea & deriuando, continendiſque in parte vt ceruice, iugulo, thorace & ventre, appoſitis medicamentis vtiles ſunt faſciæ. *Particularis faſciarū vtilitas in artuum amputatione.* Denique in membrorum, vt brachiorum & crurum amputatione, faſciarum triplex eſt vſus: Primus quod cutem ſubiectaſque ipſi muſculos ſurſum ſurrigant, vt opere peracto, ſuo deorſum relapſu, reſectorum oſſium extrema cooperiant ſicque expeditior ſit agglutinatio, & cicatricis obductio, obductaque cicatrice alacrius & indolentius mutila membra commoueri, & prioribus muneribus fungi queant, ſubſtracto ipſis delapſæ muſculoſæ carnis tanquam tomento & puluino: Secundus, quod hæmorrhagiam compreſſis venis, arteriiſque intercipiant, Tertius, quod arctiore deligatione ſpiritibus animalibus pro curſus libertate intercluſa, ſentiendi vi partem ſubiectam mulctent velut ſtupore ipſi inducto. D

De plagulis. CAP. VII.

Primus plagularum vſus. DVplicem plagulæ vſum præſtant. Primus eſt explendis cauitatibus, & tanquam lacunis earum, quæ à medio tumentiore, ſenſim ad extremum graciliſcunt. Cauitatum exempla habemus in axillis, clauiculis, poplitibus & inguinibus: partium vero ad extrema graciliſcentium in brachiis carpum verſus, cruribus iuxta pedem, femoribus ad genua. Has ideo partes plagulis, & obuolutis faſciis implere oportet, quo ad extrema æquali cum medio planitie viſantur. Secundus plagularum vſus eſt, in tuendis & conſeruandis primis duabus ſeu tribus faſciis, ſubligaminibusve, quæ fractæ parti ſtatim applicanda ante commonuimus. E *Alter plagularum vſus.* Penes duplicem hunc vſum inter ſe plagulæ differunt, quod prioris vſus gratia tranſuerſæ apponantur, poſterioris vero rectæ & in longum. Licet etiam vti plagulis, ne faſciarum arctior conſtrictio, his, quæ nuper luxata erant, reſtitutis oſſibus continendis neceſſaria, laborem doloremque inferat. *Tertius plagularum vſus.* Cæterum plagularum craſſities triplicato vel quadruplicato linteo, longitudo vero & latitudo maior, minorve eſſe debet, pro partium quibus apponendæ veniunt, & morbi conditione.

A *De Ferularum, Tortulorum & Capſularum vſu.* CAP. VIII.

FAſciarum & plagularum vſibus expoſitis, reſtat, vt de reliquis dicamus, quæ reſtitutis oſſibus continendis inſeruiunt: ferulis nempe, ſacculis, puluillis, intortis ex calamo torulis, & capſulis. Fiunt, parantur ve ferulæ ex multa papyro conglutinata, ex tenuiſſimis ligni aſſulis, ex corio, quod calceis in ſoleas ſupponitur, ex arborum corticibus aut ferri albi, plumbive lamellis, aliaque materia ſimili, quæ rigorem habeat mollem, & flexibilem, velim tamen eam deligi leuiſſimam, ne pondere ſuo parti dolenti moleſta ſit. Longitudine vero, latitudine & numero pareant ferulæ ad læſæ partis opportunitatem. Figura item curua aut recta pro membri, cui applicandæ erunt, conditione, apprime videndum, ne ſe proferant, prouehantve in oſſium tubercula, ſeu eminentias, vt in malleolos, genua, cubitos & ſimiles proiecturas, ne ipſas compreſſione lædant: itemque vt extremis ſuis tenuiores ſint, craſſiores vero, qua parte fracto oſſi incumbunt. Ferularum vſus eſt, vt oſſa fracta ac luxata, poſtquam reſtituta fuerint, contineant, ac fideliter ſiſtant, ne incerto vacillent motu. Eum vſum vt præſtent, non oportet craſſiores ſubeſſe plagulas, vel plures æque faſciarum circumuolutiones: ſic enim per interiectum craſſius interſtitium, minus arcte membrum complectentur.

Ferularum materia.

Ferularum vſus.

B Toruli ſeu ceſticilli fiunt ex bacillis digitum craſſis, calamo deinde linteo inuolutis, vſurpantur maxime in crurum & femorum fracturis.

Capſulæ ex ferri albi laminis, vel ex leni aliquo ligno fiunt, vſus ipſarum eſt, vt oſſa in figura debita contineant, tum præſertim, cum ægri è cubiculo in aliud cubile transferendi, vel alui exonerandæ neceſſitas eſt. Denique ſi paulo firmius fractis, luxatiſve membris innitendum eſt, impedimento ſunt capſulæ, ne dextrorſum, ſiniſtrorſum, ſurſum, deorſumve dormiendo aut vigilando, volentibus aut imprudentibus nobis oſſa ipſa nutent aut transferantur: itemque ne nondum fideliter ferruminata aut laxius, doloris, inflammationis, ac gangrænæ metu deligata, per lecti inæqualitates & depreſſiones propendeant, excidant, diſſiliant. Eiuſmodi capſulas, torulos & ſimilia quæ fractis luxatiſve oſſibus reſtituendis, & indolenter continendis in vſum veniunt, ex Hippocratis mente gloſſocomia in genere nominare poſſumus. Quæ omnia qualia ſint, vix ab eo intelligi poterunt, qui in artis operibus nondum eſt verſatus. Interim vero dum verſari licebit, aut magiſtros operantes intueri, ego, qua verborum perſpicuitate potui, horum ſpeciem & imaginem, quaſi oculis tyroni Chirurgo ſubieci.

Toruli quid

Capſularũ materia & vſus.

Gloſſocomii generale nomen eſt.

C

FINIS LIBRI DECIMITERTII.

D

E

DE FRA-

 A

DE FRACTVRIS.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

Quid Fractura, & quæ ſint eius differentiæ. CAP. I.

Lib. 6. meth. FRactura, Galeni ſententia, eſt continui in oſſe ſolutio, Græcis Catagma dicta. Læſionis equidem & offenſionis oſſium multæ ſunt ſpecies, nempe ipſorum à ſe inuicem diſtractio, Luxatio, præter naturam coaſtus, exciſio ſeu diuiſio, contuſio, abſceſſus, putredo, caries, denudatio violato & deperdito perioſtio, ea denique, de qua nunc nobis eſt ſuſcepta tractatio, Fractura. Sed fracturæ rurſum prope infinitæ ſunt varietates. Alia enim completa & perfecta eſt, alia imperfecta, alia in longum excurrit, alia in tranſuerſum, alia in obliquum: alias in grandia fit fragmenta, alias in exigua, & plures feſtulas, quæ extremo ſunt vel obtuſo, vel acuto, & vicina muſculorum, neruorum, aut vaſorum corpora pungente. Fit nonnunquam, vt non altitudinem os frangatur, id eſt, in rectum, ſed ſimul & ſemel in duo fragmenta tranſuerſim rumpatur, eamque fracturam Raphanidon, id eſt, raphani in modum fieri dicunt. Caryedon autem, ſeu nucatim fit fractura, quando os in multas tenues partes à ſe inuicem ſecretas & diſſilientes, tanquam nux malleo in incude contringitur, quæ & ipſa Alphitidon, ad ſimilitudinem farinæ vel pollinis dicitur: taliſq; ſæpe viſitur in fracturis glande, ſclopeto, aliiſque igniarius machinis emiſſa factis. His contrariæ ſunt, quæ C Schidacidon, quaſi aſſuloſe ſeu aſſeris in modum fiunt, rectæ nempe & oblongæ oſſis fiſſuræ: eæque vel aſpectabiles, vel inaſpectabiles & capillares dictæ, adeo exiguæ, vt niſi atramento ſutorio demiſſo, & mox radulis deraſo, oculis non pateant. Ex ictu aliquando os tantum deprimitur, aliquando contra ſurſum quaſi teſtudinatim redit. Attritionem dicunt, quando os in multa fragmenta tenuia & tanquã ſchidia, ſeu aſſulas frangitur. Fractorum oſſium fragmenta alias læuia & polita exiſtunt, alias inæqualia & tanquam denticulis, ſpinuliſque aſpera & horrida. Fracturæ quædam oſſis tantum ſuperficiem attingunt, quadam inde tanquam lamina & ſquamma diuulſa & abraſa: aliæ fractorum oſſium ſitum minime violant, ſed ipſa tantum in longum findunt, citra fragmenti cuiuſquam reuulſionem: aliæ ad ipſorum vſque medullam penetrant. Quinetiam fracturarum quædam ſimplices & ſolæ per ſe exiſtunt, aliæ aliorum affectuum & ſymptomatum caterua comitatæ, vulneris nempe, hæmorrhagiæ, inflammationis, gangrænæ, & ſimilium. Huc adde & differentias à partibus, quas fracturæ obſident petitas, vt à capite, coſtis, artubus, articulis, aliiſque corporis membris. Adde & eas, quæ à corporum ſenilium, iuuenilium, cacochymorum, & bene temperatorum habitu petuntur, quæ fere omnes propriis, & ſuis ad curationem nituntur indicationibus. Fracturarum vero cauſæ ſunt omnium externarum rerum, quæ D incidere, elidere, atterere: & quaſſare poſſunt violentior incurſus. In hoc cauſarum genere etiam habentur caſus ab alto, & alia infinita, quæ longum ac prope infinitum ſit connumerare.

Quid ſit os frangi raphanidon.

Quid caryedon ſeu alphitidon.

Quid ſchidacedon.

Cauſæ fracturarum.

De Fractura indiciis. CAP. II.

FRactum eſſe os, manifeſtis indiciis licet aſſequi, quorum primum & certius eſt, cum partem, quam fractam eſſe ſuſpicamur, tractando, oſſis fruſta diuiſa tactu percipimus, fruſtorumque ſub manu crepitantium ſtrepitus quidam obauditur ex ipſorum colliſorum attritu. Alterum ſignum eſt ex partis impotentia, quæ ſe maxime prodit, cum os vtrumque tibia & fibula, cubitus & radius fracta ſunt. Nam ſi fibula ſolum aut radius fracta fuerint, poterit etiam æger cruribus ambulare & brachium agitare: fibula enim fulciendis tantum muſculis præſidio eſt, non corpori, vt tibia. Tertium ſignum à figura partis præter naturam mutata ducitur; ibi enim caua eſt, vnde os abſceſſit gibba vero quo ſe loco intulit. Dolor interim ingens ægrum excruciat, propter læſum perioſtium, & eam membranam, quæ medullam inuoluit, vicinarumq; partium compreſſarum aut compunctarum ſympathiam.

Primum fracti oſſis ſignum.

Alterum.

Tertium.

De Prognoſi in fracturis inſtituenda. CAP. III. E

IN fracturis prædicendum eſt, ad perniciemne, an ad ſalutem ægri ſint deſituræ: ſi longi aut breuis, faciliſve, an difficilis & ancipitis iudicii temporis futuræ ſint, quæ denique accidentia, quæ ſymptomata ſint ipſis ſuperuentura. Harum omnium rerum notitiam facile conſequetur is, cui perſpecta erit nonmodo oſſium anatomica deſcriptio, ſed etiam corporis vniuerſi temperies, complexio & compoſitio. In primis igitur, illud monitum eſſe velim Chirurgum, hyeme cum gelu rigent omnia, vel ex leui lapſu, & ſimili alia occaſione, facilem & promptam eſſe oſſium fracturam. Tum enim ab aeris ambiente ſiccitate, oſſa reſiccata fragiliora redduntur, quod in candelis etiam & cereis & ſebaceis quilibet è plebo adnotare

Quæ prædicenda fracto oſſe.

Cur ſæuo gelu oſſa ſint fragiliora.

A adnotare ſolet: humido vero cœlo, humidiora etiam oſſa ſunt, adeoque flexibilia magis & incurſantis cauſę impetui cedentia. Ex quo etiam id ad prognoſim inſtituendam ſcire licet, oſſa propter inſitam ſiccitatem non tam facilis eſſe agglutinationis & conſolidationis, quam caro, quanquam in pueris Galeni ſententia, propter ſubſtantiæ humidæ copiam, oſſium deperdita ſubſtantia reparatur ſecundum primam, vt loquuntur, intentionem, id eſt, eiuſdem ſubſtantiæ ſeu materiæ repoſitionem. In aliis vero circum fracturas, dura quædam ſubſtantia concreſcere ſolet, ex fracti oſſis, eo, quod ſuperfluit, alimento, quæ ipſius fragmenta inter ſe mutuo appoſita, conglutinat. Hæc ſubſtantia tum callus dicitur, temporeque adeo induratur, vt in poſterum os parte fracta firmius viſatur & durius, quam quauis alia: non igitur ſine ratione inter Medicos iactatur, oſſibus fractis ad vnionem quietem eſſe neceſſariam. Nam ſi ante perfectam & ſolidam agglutinationem commoueantur, facile callus diſſoluitur. Calli materia quantitate & qualitate moderata, & laudabilis eſſe debet: quemadmodum ſanguinis ad deperditæ per vulnera carnis regenerationem confluentis. Talis calli materia vt ſuppetat, partis laudabilem temperiem adeſſe oportet, alias vel non fiet callus, vel certe tardius fiet. In iuuenibus facilius multo fracturæ reparantur, quam in ſenibus. Illis enim humidi primigenii & radicalis, id eſt, laudabiliter tenacis &

Cur oſſium ſolutæ continuitas non facile reparetur. *In arte parua.* *Quies ad vnionis reſtitutionem neceſſaria.* *Cur iuuenū oſſa citius occalleant.*

B glutinoſi copia adeſt: his vero aquoſi & excrementitii. Ex his facile eſt conijcere non poſſe certo definiri tempus calli generationi neceſſarium. aliis enim tardius, aliis citius concreſcit, cuius varietatis cauſa referenda etiam eſt ad anni & regionis conſtitutionem, ægri temperiem, diætam, & deligationis rationem. Nam quibus ægris vires ſunt infirmæ, & ſanguis aquoſus atque tenuis, his calli generatio tardior eſſe ſolet: contra vires validæ oſſa conglutinare properant, ſi materia craſſa & viſcoſa ſubiacet; quo fit, vt tum alimenta craſſioris ſucci exhibenda ſint, & medicamenta adhibenda, quæ naturæ conatus adiuuent, vt dicemus poſtea. Quando oſſa iuxta articulos franguntur, motus poſtea difficilior eſſe ſolet, ſi præſertim qua ſitus eſt callus, craſſior & protuberantior fit. At ſi vna etiam fracturæ impetu & excurſu articuli atteriti & contuſi fuerint, non modo deperit motus, ſed etiam vita in diſcrimine eſt, propter inflammationis, quæ fere eiuſmodi affectioni ſuperuenit, magnitudinem, & doloris in corpore tendineo immanitatem. Quæ fracturæ amborum brachii & cruris oſſium continuitatem violant, curatu difficiliores ſunt, quam quæ ad alterutrum tantum perueniunt. Difficilius enim tractantur & continentur, quia quod integrum perſtat, alteri fracto pro adminiculo eſt, ad quod innititur. Quinetiam plus temporis deſideratur ad craſſo, quam ad exiguo oſſi callum ſubſtituendum. Contra quæ rariora & magis ſpongioſa ſunt oſſa, citius calli interuentu agglutinantur, quam denſa & ſolida. Sangui-

Craſsioris & lentis ſucci alimenta conferre ad calli generationem. *Fractura ad articulos periculoſa.* *Hipp. ſent. 18 & 19 ſect. 2. de fract.*

C neis, quam bilioſis, callus citius concreſcit. Cæterum nulli corpori oſſa fracta tam fœliciter adglutinari & reſtitui poſſunt, quin aliqua ſemper, qua parte callus obductus eſt, viſatur aſperitas & protuberans inæqualitas. Itaque Chirurgus artificioſe deligationem facere debet, ne callus vel promineat craſſior, vel ſubſideat tenuior. Fracturarum minus moleſta eſt ea, quæ ſimplex exiſtit: moleſtior contra ea, quæ aſſaloſe ſeu ſcidacidon facta eſt. At omnium moleſtiſſima & peſſima eſt, quæ in fragmenta fit aculeata: quia puncto neruo, vel perioſtio conuulſionis imminet periculum. Nonnunquam fracti oſſis fragmēta ſua ſede continentur, ſępe etiam exiliunt, ſic vt vnum alteri ſe ſuperinducat: quod quando contingit, inæqualitas partis vnius depreſſione, & alterius tubere percipiuntur, dolorque item ex punctura. Sed & membrum ſe ipſo & ſano oppoſito breuius efficitur, atque muſculorum verſus ſuum principium contractione tumidius. Quare oſſe fracto, ſicubi depreſſum aliquid percipitur, ſtatim vtrinque ſuperne inferneque admota manu, os vi magna extendendum eſt: alias enim muſculi nequaque tenſi & contracti, nunquam permittent oſſa ſibi & ſuæ ſedi ſua ſponte reſtitui. Ea extenſio, niſi à primis ſtatim diebus fiat, ſuperuenit inflammatio, qua præſente periculoſum eſt, neruos, tendineſque violentius tra-

Deligatio ad calli venuſtatem confert. *Omnium peſsima fractura.* *Extenſionem ſtatim a fractione eſſe faciendam.*

D ctare: hinc enim apoſtema, conuulſio, gangræna, ſphacelus. Itaq; vetat Hippocrates in tertium aut quartum diem eiuſmodi extenſionem differri. Fracturæ cenſentur periculoſæ, quarum fragmenta ſunt magna, foras exilientia, in his præſertim oſſibus, quæ medulla intus plena ſunt. Quando fracta aut luxata oſſa ſibi & naturali loco reſtitui nequeunt, pars atrophia marceſcit, tam quia venarum, arteriarum & neruorum ſitus naturalis peruerſus eſt, tum quia pars ipſa immobilis, [illegible] mobilis iacet: quo fit, vt ſpiritus ad eam haud libere confluat, atq; alibilis ſuccus iuſta copia non affluat. Quando membrum luxatum, fractumve inſigni inflammatione laborat, periculum eſt, ne ſi ipſum, vel ipſius partes ſedi ſuę reſtituere tentemus, conuulſio ſuperueniat. itaque tutius eſt, ſi fieri poteſt, reductionem eouſque differre, quoad humor, qui partem obſidet reſolutione euanuerit, tumor reſiderit, doloris acerbitas remiſerit.

Sent. 36. ſect. 3. de fract. *Per inflammationem oſſium reſtitutionem non eſſe tentandam.*

De Fractorum, luxatorumq; oſſium generali curatione. Cap. IV.

OS fractum, luxatumque & elocatum curare, eſt ipſum priſtinæ ſuæ figuræ & ſitui reſtituere. Quod vt perficiat Chirurgus, tres ſibi ſcopos ob oculos debet ponere. Primus eſt, vt os in ſuum locum re-

E ponat. Secundus, vt repoſitum contineat atque ſtabiliat. Tertius, vt malignorum ſymptomatum atque accidentium prouentum impediat, aut ſi ſuperuenerint, præſentem malignitatem temperet & corrigat. Eiuſmodi accidentia ſunt dolor, inflammatio, febris, abſceſſus, gangræna, ſphacelus. Quod ad primum ſcopum attinet, fractum luxatumve os facile reſtitueris ſi ſtatim atq; contractum malum eſt, aut eadem in illa die reſtitutionem aggreſſus fueris, nondum enim magna eſt, quæ ægrum diuexet, doloris aut inflammationis acerbitas, nec inſignis adhuc aut contumax muſculorum ſurſum contractio. Ante omnia igitur æger corpore quidem ſuo toto, præſertim vero parte fracta aut luxata, itemque Chirurgus in luce clara verſentur. Fideles & periti adſint miniſtri, bonæ faſciæ, bonæque item, ſi neceſſitas poſtulet, machinæ. Qui adſtant amici rem taciti ſpectent, neque quidquam dicant, faciantve, quod Chirurgi

Tria facienda in curandis elocatis oſſibus. *Tempus reſtituendi oſſa.* *Qua arte oſſa in ſuo loco reponantur.*

opus remorari poſſit. Tum manu ſuperne, id eſt, verſus centrum corporis, inferneque quam proxime A
Hipp. ſen. 6. ſect. 1. de fra. locum affectum admota, membrum extendatur: nam ſi longius à parte affecta manus admoueris, compreſſione nimia partes ſanas læſeris, neque è longinquo extendendo valde profeceris. Quod ſi interne tantum manu faſciave adiuncta extenſionem moliaris, periculū eſt, ſi nihil ſuperne ſit quod reluctetur contineatque, ne æger toto corpore trahentem facile ſequatur. His vt dictum eſt, ordine peractis, oportet vt Chirurgus rectam faciat membri affecti extenſionem, eſſe enim fracto luxatove muſculorum verſus ſuum principium contractionem, adeoque oſſis ipſius, vt eſt a Galeno notatum: itaque oſſa priſtino ſuo loco reſtituere citra muſculorum extenſionem eſt impoſſibile.
Ad ſent. 1. ſect. 1. de fra. Sic extenſa parte, oſſa tactu ſuo loco reſtituentur. Ea vbi reſtitueris mox appoſita manu comprimenda ſunt, ſi quid ſit, quod emineat. Denique appoſitis plagulis, ferulisque, vt decet, deliganda. At ſi luxatum eſt os, mox ab extenſione ipſum in ſuam cauitatem, mediocriter membrum circumagendo & contorquendo, impellere oportebit.
Quando machinas ad repoſitionem opus ſit. Cogitur nonnunquam Chirurgus machinas ad id opus adhibere, ſi præcipue luxatio ſit inueterata, ſi fracta luxatave oſſa magna ſint, idque in corporibus robuſtis & duris magniſque articulis: quia tum viribus maioribus eſt opus, quam quas Chirurgi ſola manus ſufficere valeat, quo enim robuſtiores ſunt in ægro muſculi, eo contumacius & validius ſurſum, ſuum principium verſus contrahantur. Cauendum tamen, ne violentior ſit extenſio, ne laxatis ruptiſque muſculis & neruis, ante commemorata ſymptomata, dolorem, conuulſionem, paralyſim, & gangrænam inducamus; quæ omnia robuſtis B
Quæ corpora extenſione violentiore citius lædantur. & ſenioribus corporibus citius accident, quam adoleſcentibus, eunuchis, mulieribus, iuuenibus, & in genere humidis omnibus: quia violenta extenſione & tractione propter multam & innatam humiditatem atque mollitiem tantum ille ſuntur. Sic enim coria vbi liquore aliquo madent, facile & ad trahentis arbitrium extenduntur: ſicca vero & dura, quia ſequacia non ſe præbent, franguntur potius & dilacerantur, quam facile extendi poſſint. Itaque cum in extendendo & trahendo membris modum tibi
Signa oſſis bene repoſiti. ſtatuere & imponere Chirurgus oportet, corporum habitui conuenientem. Repoſitum os, ſed vt omnemque vt decet factum, ex eo cognoſcere, ſi dolor ſedatus ſit: reſtitutis nempe priſtino ſuo ſitu muſculorum, aliarumque partium neruis, omnique ſublata compreſſione, quam oſſa ſuo loco mota faciebant: ad tactum nihil prominens aut aſperum, ſed æqualis & lenis apparet membri ſuperficies. Si denique fractum, luxatumve membrum, ſibi oppoſito, articulorum, vt genuum & malleolorum compoſitione collatum longitudine & craſſitie pariter vtrinque reſpondeat. Ad quam rem non ſemel
Relapſus repoſiti oſſis cauſa & ſigna. Chirurgo inſpiciendum eſt, ſed quoties ægrum membrum curaturus tractabit. Poteſt enim contingere, vt os bene repoſitum, cauſa aliqua, ægri nempe in lecto inconſiderata conuerſione, vel membrorum agitatione, conuulſione inter dormiendum [illegible], muſculis ſua ſponte ſe verſus ſuum principiū C
contrahentibus, rurſum excidat, ſuique exceſſus, doloris renouatione vicina corpora comprimendo atque pungendo, manifeſta det indicia, qui dolor non ante conquieſcet, quam ipſum loco ſuo fuerit reſti-
Ratio continendorum oſſium, poſt quam repoſita fuerint. tutum, atque in id Chirurgus debet diligenter intueri. Nam ſi, dum callus ſit, oſſi oſſibus ſuperpoſita adequitent, tanto breuius os ipſum, adeoque totum membrum, in poſterum erit: adeo vt ſi in crure fractoris error contigerit, æger perpetuo ſit claudicaturus magno ſuo mœrore, & Chirurgi dedecore. Cauebit igitur æger quantum in ſe erit, ne fractum membrum ante moueat, quam callus indurerit. In luxatis non eſt neceſſaria tam diligens cautio. Hæc ſemel reſtituta & artificioſe deligata, non tam facile poſtea excidant quam fracta.

Secundus ſcopus eſt vt oſſa, quæ reſtituta fuerint, ſuo in ſtatu & loco fideliter contineantur. Id fiet deligatione, ferulis nempe, plagulis, & aliis quæ ſigillatim dicemus poſtea. Huc faciunt medicamenta propria & idonea, aſſatio nempe oleo roſato cum albuminibus ouorum, & ſimilium repellentium, inde & re[illegible], prout præſens admonebit neceſſitas. Faſcias, plagulaſque oxycrato in eum finem imbutas eſſe oportet, aut oxyrrhodino, ſi fractura ſimplex eſt vel vino craſſo, rubro, & ſimili li- D
Ad ſen. 21. ſect. 1. de fra. quore tepido, ſi cum fractura vulnus coniunctum eſt ex Galeni ſententia: ac æſtate quidem fracturas crebrius humectare oportet: Sic enim pars repulſa fluxione roboratur, ex quo inflammatio & dolor prohibentur. Vbi accidentia & ſymptomata præterierint, ab humectando & irrigando deſiſtendum eſt ne calli tardetur generatio, ad quam citius illius progredi decet, quam poſtea aperiemus. Ad hunc ſcopum etiam confert partis quies ac decubitus in figura propria & ſitu per ſanitatem conſueto, quo diutius immota in eodem loco perſiſtere poſſit. Sed & expedit tum ſolum curare partem, quando opus
Media figura quæ, & cur optima. & qua arte opus eſt, vt ipſius quam maxime fieri poteſt, inflammatione & dolore. Figura ea cenſetur optima, quæ media eſt, quæ nempe muſculos ſitu ſuo continet, quæ denique indolens eſt, adeo, vt eam æger diu ſine labore & moleſtia ferre valeat. His omnibus peractis interrogandus æger, num ſibi conſtrictum ſit membrum arctius: ſi minime id quidem reſpondeat, niſi forte aliquantulum ſupra fracturam, luxationemve, illic enim conſtringi arctius expedit: tum ſcire licet, moderatam eſſe deligationem. Atque in
Deſignationis in fractu luxatoque membro ſeruandæ tempus idoneum. fracturis quidem prima deligatio eadem citra diſſolutionem triduo vel quatriduo toto ſeruanda eſt, niſi forte dolor vrgeat. In luxationibus vero in ſeptimum vel etiam octauum diem eadem deligatio ſeruari poteſt, niſi forte ſymptoma quoddam ſuperuenerit, quod nos ante id tempus reſoluere cogat. Nam E
omni arte Chirurgo videndum eſt, vt accidentium, malignorumque ſymptomatum aduentum prohibeat: quod quomodo conſequi poſſit, ſequenti capite dicetur.

Quibus artibus liceat tertium in ſanandis fractis, luxatisve oſſibus ſcopum qui eſt de accidentium & ſymptomatum prohibitione & correctione, conſequi.

Quatuor prohibendorum accidentium ſumma capita.

CAP. V.

Tertium illum ſcopum vt contingamus, oportet fractum, luxatumve membrum quam blandiſſime & indolentiſſime tractare, illius membri partem decubitu à ucere medicamentis humorē repellentibus

A tibus & partem roborantibus, diæta optima excrementorum in corpore generationem prohibere, & purgatione atque phlebotomia diuertere. Quod ſi iam præſentia ſint illa accidentia, ipſis pro ſua cuiuſque ſpecie & natura eſt medendum: varia enim ea ſunt; inter quæ cenſetur pruritus, qui ab initio ægrum vrit, naſciturus à ſubacti vaporum ex ſanguine & aliis humoribus ſuſcitatorum, ſub cutem collectione, & ſuppreſſione: vnde leuis mordicatio, quæ pruritum ſimplicem facit: vel grauior acriorque, ex qua, Galeni ſententia, pruritus doloroſus. Itaque tali materia tanquam cauſa vacuata, pruritus omnis ceſſat, Sed ipſa facile & libere vacuari & expirare nequit, quia partis ſpiracula circumpoſitorum empl aſtrorum, plagularum, & faſciarum tanquam onere opprimuntur: adde quod pars ipſa ſolitis muneribus & officiis non amplius fungitur, quo fit, vt calor eius languidior ſit, quam vt diſcutiendæ fuliginis collectæ ſatis eſſe poſſit. Quare expedit faſcias tertio quoque die reſoluere, vt ſolutis tanquam vinculis, liber pateat exitus fuliginoſis, ſanioſiſque excrementis ſub cute concluſis, ne ipſam tandem erodant & exulcerent, vt pleriſque contingit, quibus deligationis reſolutione prouiſum non eſt. Sed & aqua calida ſola, vel ſaluiæ, chamæmeli, roſarum, & meliloti in aqua & vino decocto diu fouenda pars eſt: diuturnus enim fotus attenuat & euacuat, breuior vero replet & remollit, vt eſt ab Hippocrate pro-

Pruritus cauſa & differentia.

Ad ſen. 4. ſect. 1. de fr.

Ad pruritũ remedia.

In officina ſect. 3.

B ditum. Profunt etiam leues frictiones, manu vel calente linteo ſurſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, atque in orbem ſecundum omnes ſitus differentias actæ. Quod ſi in ampullas cutis iam ſurrexerit, excidendę illæ ſunt, ne concluſa ſubtus materia cutem erodat & exulceret. mox inungenda cutis medicamento aliquo refrigerante & reſiccante, vt vnguento albo Rhaſis camphorato, deſiccatiuo rubro, vnguento roſato ſine aceto, addito ligni carioſi puluiſculo, aut tuthia præparata & ſimilibus. Alia his grauiora nõ raro ſuperueniunt accidentia. Sed de illis dicemus poſtea. Quod ſi quæ ſubſint fracti oſſis teſtulæ, à ſuo toto penitus abruptæ, auellendæ illæ extemplo ſunt, ſi præſertim muſculos pungant: at ſi aſſuloſe fractum os eſt, & è perrupta carne adeo prominens, vt reſtitui in ſuam ſedem nequeat, tenaculis ſeu forcipibus exciſoriis, aut roſtro pſitacino pro re nata reſcindendum eſt. Videndum interim, vt pars perſpiratione gaudeat, & loci mutatione, atque per interualla ſurrectione tanquam flabelletur, videndum etiam, ne nimium oneretur aut conſtringatur: alias promptum eſt inflammationis periculum. His de fracturis, luxationibuſque in genere præmiſſis: nunc ad particularia deſcendendum, ducto à fractura naſi initio.

Hipp. ſent. 4. 6. ſect. 3. de fract.

De Fractura Naſi. CAP. VI.

C NAſus ima ſui parte cartilagineus eſt, ſumma vero oſſeus. Itaque parte cartilaginea fracturam non patitur, niſi forte ſedem, ſed tantum depreſſionem, diſtorſionem, aut contuſionem. At parti oſſeę ſæpe aduenit fractura, & ad interiora depreſſio tanta, vt niſi ſolerti reſtitutione prouiſum fuerit, ſimus naſus relinquatur, aut contortus, vnde ſpirandi difficultas. Huius generis fractura vt reſtituatur, quod nimium eminet os, deprimendum, quod vero depreſſum eſt, ſurrigi debet ſpatula aut bacillo affabre facto, bombace aut linteolo inuoluto, vt dolor vitetur. Altera igitur manu ſpatula tenebitur: altera vero reductio fiet & temperabitur. Reſtituto oſſe, directoria ſeu turundæ conuenientis magnitudinis in nares immittentur, factæ ex ſpongiis, aut ſtupis, aut lobo pulmonis bubuli aut ouilli. Hæc enim mollia ſunt, & oſſa narium nonmodo, ne iterum concidant, impediunt, ſed etiam altius erigunt. Inde plagulis vtrinque ad latera ad perfectam vſque oſſium agglutinationem appoſitis, quodammodo nares coercebuntur, ne figura vitietur, & ſua ipſis rectitudo pereat. Sępe vero fiſtulas aureas, argenteas, plumbeas in fractas nares intruſi, ad pileolum ægri nocturnum filo appenſas, quæ vna eademque opera oſſa, ne iterum deprimerentur, continebant & exitum ſaniei, aliiſque excrementis permittebant, ac inſpirationi atque exſpirationi nihil officiebant. Interim videndum, ne arctiore deligatione nares, niſi forte

Hipp ſent. 4. 6. ſect. 2. de art.

Ratio depreſſi naſi reſtituendi.

D aliud quidpiam ſuadeat, comprimamus, ne vel patulæ fiant, vel ſimæ, vel diſtortæ. Vulnus ſi quod cum fractura ſubſit, eodem modo, quo capitis vulnera, curabitur. Reſtituta fractura ſequẽs apponendum naribus, partibuſque omnibus aliis ſiccis medicamentum, cui repercutiendæ ac reprimendæ fluxionis vis ineſt, partis vero adſtringendæ, ſeu loco ſuo continendæ, & eius, quæ iam influxit, materiæ reſiccandæ & abſumendæ.

℞ thuris, maſtiches, boli armeniæ, ſanguinis draconis an. ℥ ß. aluminis rochæ, reſinæ pini an. ʒ ij. puluериſentur ſubtiliſſime: vel cape farinæ volatilis ℥ ß. albuminum ouorum quantum ſufficit, incorporentur ſimul & fiat medicamentum. Nec vero alia curandi via erit in fracta narium parte cartilaginea. Itaque quæ & illic fit continui ſolutio, fractura, quaſi in oſſe facta eſſet, Hippocrati nominatur: quia aliud nomen ad eam exprimendam accommodatius non potuit inueniri: poſt os enim omnium corporis partium cartilago eſt duriſſima. Callus fractis naribus intra duodecim aut quindecim dies, niſi quid impediat, concreſcere ſolet.

Deſiccando & adſtringendo idoneum medicamentum.

Sen. 47 ſect. 2. de art. & Gal. in com. Intra quod tempus occaleſcat naſus.

De Maxillæ inferioris fractura. CAP. VII.

E MAxilla inferior in duo tanquam cornua & apices terminatur, quorum vnum in acumen deſinit, tendinemque excipit à muſculo temporali, alterum in obtuſum & rotundum finitur ſub proceſſu mammillari, exigua cauitate conditum & alligatum tuberculum ad medium mentum per ſymphyſim coaleſcit, intus medulloſa. Fractura, quæ ipſi aduenit, reſtituitur, immiſſis in os ægri digitis, atque intus, extuſque compreſſis, vt ſic fracta oſſa ſibi appoſita complanentur & vniantur. Quod ſi penitus in tranſuerſum fracta ſit, adeo, vt oſſa ipſa ſibi ſupereemineant, vtrinq; contrariis ex partibus ſurſum, deorſumq; extenſio, & vt ſic loquar, contraextenſio molienda eſt, quo facilius oſſa frontibus aduerſis componantur & concurrant. Dentes interim ſi vel commoti fuerint, vel ſuis alueolis dimoti, priſtinis ſedibus reſtituendi erunt, aureoq; aut argenteo, vel etiam lineo filo ad proximos ſtabiles adnectendi, donec

Maxillæ inferioris deſcriptio.

Fracta maxilla reſtituenda ratio.

Ad dimotos dentes [illegible] dum.

ipſi ſtabiliti fuerint, & calli ferrumine oſſa conglutinata perfecte coaluerint, in quam rem, compoſita A fracti oſſis fragmenta ſtabilientur, appoſita extrorſum ferula, ex eo corio facta, quo calceis in ſoleas ſubaſſuitur, media ipſa ad mentum diuiſa longitudinis & latitudinis, quæ maxillæ conueniat: tum deligatio fiet faſcia duos digitos lata, longa vero quantum erit ſatis, duobus extremis ſuis fiſſa, medio quoque ſui parte in longitudinem inciſa, vt vtrinque mentum complectatur. Quatuor igitur tum eiuſmodi faſciæ extremis ſuis fiſſæ erunt capita, quorum duo inferiora ad ſummum caput adducta, ibi deligabuntur, & ad pileolum nocturnum conſuentur. Superiora duo tranſuerſim traducta, ad imum occiput eidem pileolo, quam fieri poterit artificioſiſſime, aſſuentur. Maxillæ reſtitutæ certiſſimum ſignum eſt, ſi dentes in ipſa locati ſuo & æquali ſitu diſpoſiti cernantur. Non decumbet æger in fractam maxillam, ne oſſis fragmenta iterum dilabantur, & fluxio concitetur maior. Niſi ſuperuenerit inflammatio, aut aliud graue ſymptoma, intra vigeſimum diem callo firmatur, quia ſpongioſa eſt, cauernoſa, & medulla plena, ſi in præſertim medio non, nunquam tamen tardius ipſa ſaneſcit, prout eſt apud Hippocratem, quod in reliquis quoque fractis oſſibus locum habet. Vtetur ſubinde agglutinans & repellens medicamentum *in fractura capite* deſcriptum, & alia pro re nata. Liquidis cibis quoque mandere non ſit neceſſe, nutriri æger debet, B quouſque callus obduruerit, ne mandendi labore, male ferruminata fragmenta diſſiliant. Nutrientus ergo veniet pulticula, panatella, colaturis, expreſſiſq. carnibus, ptiſana ſeu hordeato, gelatina, iuſculis, ouis ſorbilibus, tremulis, inſtauratitiis liquoribus, & aliis huius generis.

Faſcia ad fracturam maxillam inferiorem idonea deſcriptio.

Intra quod tempus occalleſcat maxilla inferior.

De Fractura Iuguli. CAP. VIII.

Hip. ſent. 63 ſect. 2. de art.

VT erit fracti iuguli ſpecies, ſic curatio & reſtitutio inſtituenda veniet. Quacunq; vero ratione hoc os fractum fuerit, ſemper extremum, quod humero & ſcapulæ connectitur, eſt eo deprimitur, quod ſterno excipitur quia brachium deorſum illud rapit. Iugulum ſi tranſuerſum fractum eſt, celerius reſtituitur & ſaneſcit, quam ſi in longum & rectum fiſſum ſit. Nam & omne os tranſuerſim fractum facilius in priorem ſtatum & ſedem redit, dum hinc aut illinc digitis ſurrigitur. At quod ſchidacedon ſeu aſſulatim in longum ſiue fractum eſt, extremitatibus & fragmentis difficilius coit, & coaleſcit: nam vel ſeu brachiorum motu, quæ compoſita fuerant fragmenta, a ſe mutuo diuelluntur, atque quod humero connexũ eſt in interiorem pectoris partem dilabitur. Cuius ea ratio eſt, quod iugulum per ſe non mouetur, ſed cum humeri motu continetur. Hanc fracturam & aliam quamuis vt reſtituas, cura, ne fragmenta ſibi ſuperimpoſita promineant, vel longius a ſe mutuo diſtrahantur & abſcedant, oportet, vt vnus miniſter brachium in poſteriora, alter contra humerum in oppoſita verſus ſe trahat, ne cum fiet, vt ſic loquar contra extenſio. quæ dum geruntur, Chirurgus fracturam digitis reſtituet, deprimens id, quod eminebat altius, ſurſum vero proferens id, quod erat depreſſum. Nonnulli quo facilius hoc fracturæ genus reſtituant, axillæ ægri glomum, qui ipſius cauitatem impleat, ſubiiciunt, hinc valde cubitum coſtis apprimunt, tumque os in priſtinam ſedem compellunt. Quod ſi forte fragmentorum extrema adeo depreſſa fuerint, vt commemoratis artibus ſurſum reuocari nequeant, æger reſupinandus eſt puluino, duriore tomento farto, aut gabata inuerſa, & grumape ſimiliue alia re tecta, ipſius ſpinæ, quæ parte ſcapulis intercurrit, ſubiectis. Tum enim miniſter eouſque ægri humeros manuum niſu deprimet, quo ad fragmentorum externa latentia & depreſſa reſiliant & foras ſe dent. Quibus peractis facilis relinquetur Chirurgo fracturæ correctio, ſeu reductio. At ſi os ſchidacedon ſic fractum ſit, vt reſtitui nequeat, & ſchidiarum ſeu aſſularum aliqua carnem pungat vulneretque, vnde ſpirandi moueatur difficultas, incidi contra cutis debet, & vnco ſchidia depreſſa attollenda, & præcidendi aculei omnes, quo lethifera accidentia omnia, quæ inde in metu eſſe poſſunt, vitentur. ſi vero plura fragmenta ſint, ea poſtquam D reſtituta erunt, medicamẽto collectico appoſito venient excipienda, concinnato ex farina frumentacea thure, bolo armenio, ſanguine draconis, reſina pini in pollinem comminutis, & ouorum albuminibus exceptis, circumpoſitis inſuper ferulis linteolo vtrinque veſtitis, eodem illo medicamento imbutis, prętérea tribus plagulis pariter imbutis, quarum duæ lateribus imponentur, tertia vero craſſior prominenti fragmento, quia ſcilicet ipſum prominentius reprimit. Sic enim nec ad dextram, nec ad ſiniſtram declinare, vel ſurſum attollere ſe ſupra ſedem ſuam fragmenta valebunt. Cæterum eiuſmodi plagulæ conuenientis inſtituentur craſſitiei & latitudinis, quæ nempe ſatis ſit implendis cauitatibus, quæ ſupra infraque id os exiſtunt. Tum conueniens deligatio facienda eſt, faſcia decuſſatim iniecta, quæ duplex caput habeat: palmum lata, ſeſquiperticam longa, plus minuſue, pro corporum ratione. Sic vero obuoluetur, vt brachium in poſteriora deducat interim axillarum cauitates plagulis complendæ erunt, ea præſertim, quæ ægro oſſi vicina eſt. ſic enim æger deligationem facilius tolerat. Imperandum etiam ægro, vt brachium ipſe per ſe in poſteriora reflectat, manu iſchio appoſita & affixa, quemodo ruſtici ſolent, quando præſultores choreas ducunt. Cæterum quantumuis magna diligentia in hac fractura curanda adhibeantur, vix tamen fieri poterit, quin deformitas in parte ſuperſtes maneat, quod faſcia vt brachio E aut cruri, ſic iugulo roti obuolui nequeat. Obfirmatur in hoc eſſe callus ſæpius intra vigeſimum diem, quia rarum eſt & ſpongioſum.

Reſtituendi fracti iuguli ratio. 1.

Ratio 2.

Ratio 3.

Ad iuguli fragmenta curatio.

Deligationis in fracto iugulo ratio.

Fracti iuguli perfecta reſtitutio difficilis.

Intra quod tempus callo firmetur iugulum.

De Fractura omoplatæ. CAP. IX.

OMoplata Græcis idem eſt, quod Latinis Scapula, ſeu Scapulæ patella Coſtis à tergo occipiti, thoracis, ceruicíſq; vertebris haud articulata eſt, ſed tantum muſculorũ, de quib. in Anatome diximus, interuentu affixa. Ab antica autem parte cum iugulis & humero aliorum oſſium more articulatur: nam proceſſu ſuo, qui iugi ſeu ſpinæ ſpeciem præfert, quique aliis, quia longior ac prominentior eſt.

Omoplata anatomica deſcriptio.

Acro-

A Acromion, quaſi apex & ſummitas eiuſdẽ ſpinæ, criſtæ, ſeu iugi ſcapulæ dicitur, iugulum excipit. Itaque nonnulli anatomici totam hanc iuguli cum ſcapulæ excauato proceſſu articulationem Acromion ex Hippocratis, vt rentur, ſententia appellant. Alter eiuſdem ſcapulæ proceſſus exiſtit, Ceruix omoplatæ dictus, breuiſſimus ille quidem, ſed in caput latum ſinuatumque deſinens, excipiendo ſummo humero paratus. Ab hoc proceſſu non longe eſt alter proceſſus Coracoides dictus, quod extremo ſuo adunco coruini roſtri inſtar habeat. Hic os humeri in ſua ſede continet, atque ad eius partis robur confert.

Acromii duo ſignificata.

Scapula frangi ſui qualibet parte poteſt: nempe criſta ſeu ſpina, quæ iugi inſtar, per mediã ipſam aſſurgit tutelæ gratia quemadmodum in dorſi vertebris cernere eſt. Sic & parte ſua latiore introrſum intrudi & deprimi poteſt: itemque eo articulo, quo ipſi ſumus, humerus connectitur. Pro fractarum eiuſmodi partium hac varietate, quæ ſuperueniunt accidentia, grauiora vel leuiora exiſtunt.

Quot modis frangi ſcapula poſſit.

Spinam ſeu criſtam Omoplatæ fractam eſſe intelligimus, quando tactu inæqualitas percipitur dolorifica. Latiorem vero ſeu tenuiorem ipſius partem depreſſam eſſe, ſcire licet, ſi tangenti occurrit cauitas, & punctorius dolor partem exercet, brachium vero è directo poſitum ſtupor occupat. Fragmenta ſi ſuo oſſi adhuc hæreant, & carnem minime pungant, ſuo ſtatui & loco reſtituenda ſunt, illicq; continenda remediis agglutinantibus & callum gignentibus, itemque plagulis & faſciis huic parti accom-
B modatis. At ſi ſcapulæ non cohærent, aut ſubtenſas carnes pungant, incidi contra caro debet, vt roſtro coruino eximantur, & inde auellantur. At quamtumuis nutent, ſi tamen perioſtio & ligamentis adhuc cohæreant, modo ne pungendo muſculis moleſta ſint, eximenda non ſunt: nam non ſemel animaduerti, ea aliquandiu poſt viciniis oſſibus coaleſcere. At ſi penitus ſecreta, nec perioſtio quidem adhæreant, neceſſario auellenda ſunt, alias mox naturæ vi propellentur: quia commune cum toto vita amplius non fruuntur. *Quod vero viuum eſt*, ait Hippocrates, *mortuum procul à ſe amandare ſolet*. Cuius rei patuit vel iſtis in Marchione de Villars. Huic in conflictu ad Druidas ſclopeto manuario in ſcapula vulnerato, fracti oſſis quædam ſchidiæ cum depreſſæ loricæ & intruſæ glãdis plumbeæ fruſtis euulſæ ſunt, ac non multo tempore poſt vulnus ad cicatricem perductum, plane & perfecte coaluit. At pluſquam ſeptennio poſt ex labore in armis & loricæ grauitate ad pugnã Moncontortiam oborta, ſecundum cicatricem fluxione, & inflammatione, vulnus recruduit, adeo vt ex rupta & reſerata cicatrice multæ oſſium teſtulæ & reliquiæ, ac reſides glandis portiones ſponte naturæ prodierint. At ſi fractura in omoplatæ ceruice, aut humeri dearticulatione contigerit, vix inde datur conualeſcere: quemadmodum in Antonio Borbonio Nauarrorum Rege, Franciſco Lotharingo duce Guiſio, Comite Rhenano ſeu Rhin-
C gratio Philiberto, aliiſque permultis bellis hiſce ciuilibus ipſi vidimus. Nam circum hanc dearticulationem multa extant vaſa inſignia, nempe vena & arteria axillares, nerui ex ceruicis vertebris orti, qui inde in omnes brachii muſculos diſſeminãtur. Sed & ſuborta illic inflammatio atque putredo cordi, aliiſque principibus partibus viciniæ iure facile communicantur, vnde grauiſſimorum ſymptomatum, ac mortis ſæpe conſecutio infertur.

Curatio fractæ omoplatæ.

Lib. de Vul. capitu. Hiſtoria.

Naturam ſponte ſua viam ſibi moliri peregrinis corporibus & materiebus eliminandis.

Cur fractura in dearticulatione humeri & ſcapulæ ceruice ſit lethalis.

De Sterni fractura & depreßione. CAP. X.

STernum aliquando frangitur, alias ſine fractura introrſum deprimitur tantum. Fracturam prodit inæqualitas tactu perceptibilis, ad digiti impulſum introceſſio, & crepitantium ſub digitis oſſium ſtrepitus. Depreſſionem vero manifeſta in parte cauitas, tuſſis, ſputum ſanguinis, atque ex membranæ coſtas ſuccingentis ac pulmonum compreſſione dyſpnoea arguunt.

Fracti ſterni ſigna.

Depreſſi ſterni ſigna.

Id os ſeu fractum, ſeu depreſſum fuerit, vt priſtino ſtatui reſtituatur, ſubſtrato vertebris dorſi puluinari, tomento aut fæno infarcto, æger eſt reſupinandus, quemadmodum in reſtituenda iuguli fractura diximus. Tum miniſter ambabus manibus, in eius humeros quaſi depreſſurus, magna vi innite-
D tur, interim dum artifex coſtas vtrinque comprimens, manu temperabit molieturque reſtitutionem: inde prohibendæ inflammationi, & ſedando dolori ante deſcripta remedia apponentur, plagulæ aptabuntur & decuſſatim ſupra humeros deligatio faſciis inſtituetur, haud illa quidem arctior, ne ſpirandi libertatem ægro adimat. His ego artibus iuſſu Antonii Borbonii Nauarrorum regis curaui, & ſanaui Antoninum Benandum equitem torquatum, cum ipſi globo ferreo campeſtri tormento emiſſo lorica ita ſubſidens, & intro compulſa, ſternum pariter depreſſiſſet, ex quo ictu tanquam mortuus conciderit, is totum trimeſtre poſt procuratam à me oſſis reſtitutionem cruenta expuit, & nihilominus viuit etiam hodie fœliciter.

Curatio.

Hiſtoria.

De Fractura coſtarum CAP. XI.

COſtæ veræ, quia oſſeæ ſunt, frangi qualibet ſui parte poſſunt. At ſpuriæ, niſi ad ſpinam dorſalẽ vere frangi nequeunt, quia illa tantum parte oſſeæ ſunt; anteriore autem ad ſternum, cartilagineæ; itaque illic tantum plicari & incuruari poſſunt. Quæ fracturæ obnoxiæ ſunt, intus frangi & extus queunt. Sæpe vero fit, vt non penitus frangantur, ſed tantum aſſulatim findantur, idque intus nonnunquã
E ac non extus: ſic fiſſura ſæpe mediam coſtarum ſubſtantiam, quæ rara & ſpongioſa eſt, non excedit, ſæpe vero ſic totam ipſam perrumpit, vt fragmenta & teſtulæ membranam, quæ ipſis introrſum ſubtenſa eſt, pungant ac vulnerent: tumque graue ſubeſt periculum. At cum ſimplex fractura eſt, ſine membranæ vulnere, punctura, compreſſione, denique ſine vllo alio ſymptomate, tum leue malum eſt. Itaque iubet Hippocrates, vt ſic affecti liberalius ſe cibo impleant, quia ventris moderata repletio coſtarum eſt quoddam veluti fulcrum, & vt ſic loquar, directorium, illas ſuo loco & ſtatu probe continens: quę regula veritatem præſertim obtinet in fractura coſtarum notharũ. Nam quib. hæ fractæ ſunt, à paſtu, quã ante paſtum, melius eſſe ſolet. Ciborum enim vacuitas ſeu ventriculi inanitas, coſtarum facit ſuſpen-

Quæ nothæ coſtæ frangi poſſunt.

Differentia.

Sent. 36 ſect. 5. de art.

 ſionem,

Cur intrinſeca coſtarũ fractura lethalis. ſionem, vtpote nullo cibi tanquam fulcro ſubſtentatarum. Iam vero quæ fractura extrinſeca eſt, curatu longe eſt facilior intrinſeca, quia hæc membranam coſtalem pungit, inflammationem excitat, in empyema facile deſituram. adde quod hæc, vt illa, tractabilis non eſt, quo fit, vt tam facile curari nequeat, quia libere & plene abſolui nequeunt in hoc fracturæ genere, quæ ſunt ad reſtitutionem neceſſaria, nempe trahere, continere, impellere, ſeu adiungere. Illa igitur interna vigeat, nam deinde facile curatur, ſi nihil præterea impediat. A

Signa. Fractarum coſtarum ſigna obſcura non ſunt: dolentem enim locum digitis contrectando, fracturam facile eſt percipere, ex inæqualitate oſſium, & eorundem crepitantium ſtrepitu, maxime ſi penitus fractæ ſint. At ſi interna fracta eſt, punctorius dolor ægrum longe acerbius exercet, quam in priore: inde *Cauſa ſputi cruenti fractis coſtis.* quod coſtalem membranam fragmentorum acies pungunt, vnde dyſpnœa ingens, tuſſis, & ſputum cruentum. Nam ex ruptis rei frangentis impetu vaſis ſanguis erumpens, a pulmonibus qui ſuſcipitur, indeque in tracheam arteriam tubulosa, expulſus tandem per os reijcitur: nonnulli vt os fractum penitus ac depreſſum proliciant, cucurbitulam apponunt, & male, nam vi eius & circumiacentium partium per cucurbitulam compreſſione ac contractione, fit humorum in partem maior attractio, & doloris exaggeratio, itaque id etiam vetat Hippocrates. Satius igitur eſt reſtitutionem talem, quæ ſequitur, *Sent. 31 ſeƈt. 3. de art. Paul. lib. 6. cap. 96. Auic. 4. Curatio.* arte aggredi. Decumbat æger in latus ſanum, & ſupra locum fractum ponatur emplaſtrum ex terebinthina, reſina, pice nigra, farina frumentacea, maſtiche & aloe, compoſitum ſuper telam nouam & validam extenſum. Vbi aliquandiu hæſerit, impetu interne ſurſum facto magna vi auelliatur: ſic enim vna coſta ſequetur, ſurſum reuelli & reuocari poterit. Id non ſemel feliciter factum eſt, ſed diuerſis tentandum, quoadſque æger ſibi melius eſſe ſentiat, & facilius ſpiret. Hæc dum Chirurgus ſtudioſe agit, ſi ſimul æger de induſtria tuſſiat ſedulo, & ſpiritum contineat, multo certior aſſequetur reſtitutionis ſpes. At ſi ſic vrgeat neceſſitas, nempe ſi coſtalem membranam multis neruis, venis que & arteriis, quæ ſub coſtis excurrunt, conſpertam, aculeata fragmenta acerbiſſimo doloris cruciatu pungant, vnde dyſpnœa, ſanguinis ſputum, tuſſis & febris, tum mortis inde impendente periculo, æger, vt expediatur, vnicauia eſt, ſi cernere licet qua parte fracta coſta eſt, membrana, vt in curatione dicta, ſeƈta, per quam genita fragmenta inuenta fuerit, *Inciſio ad coſtam fraƈtam.* eaque vel vnco reuellere, vel præcidere. Atque in magnum diſcrimen venias factum eſt, ſuendum id erit, & ſecundum communes vulnerum regulas curandum. Diæta vero, phlebotomia & purgatio, quæ vt ait Hippocrates in ſimplici fractura non magnopere deſiderantur, quod nulla adſint ſymptomata, quæ talia prædicta ſequuntur, in ſymptomatum complicatorum, vt conuulſionis, febris, empyematis & ſimilium ratione, eius, qui præeſt, Medici conſilio præſcribenda erunt. Loco dolenti cerotum & alia re- *Simplicẽ fraƈturam ſola chirurgia curari.* media pro re nata imponantur. Deligationes non aliæ iniſtituuntur, quam quæ continendi & optimis remedijs comparatæ ſunt. Situs & decubitus non ſere alia, quam quæ ex ægri voluntate & voluptate ſumitur, regula. B C

De quibuſdam præter naturam affectionibus quæ ad coſtas fractas ſequuntur.

CAP. XII.

Inflatio contuſæ carnis ex fraƈto oſſe ſymptoma. AD fractas, contuſaſque coſtis multa ſequuntur ſymptomata, ſed inter cætera duo exiſtunt minime vulgaria, de quibus hic nobis eſt agendum. Primum eſt contuſæ carnis inflatio, quæ etiam ad leues oſſis affectiones ab initio neglectas ſequitur. Inflatur autem caro non pure, ſed humore quodam pituitoſo, glutinoſo & naturæ vi intus cocunte. *Cauſa inflationis.* Cauſa eſt partis in coquendo, ex ictu & intemperie, imbecillitas quæ alimentum ſolito copioſius affluens, ſeu doloris occaſione tractum, ſeu naturæ ſui conſeruandi ſtudio motæ impetu eo, tranſmiſſum, ſibi aſſimilare nequit. Itaque ſemicrudum illic permanens, multos de ſe naſcitur flatus, vel à calore imbecilliore agitatum in vapores nebuloſos reſoluitur. *Signa.* Quo fit, vt turgidula eo loco caro reddatur, & molleſcat contra cutis, quaſi calamo inflata. Itaque appreſſa manu, audire licet cedentis aeris ſtrepitum, & videre reſidentem in parte cauitatem, quemadmodũ in tumoribus œdematoſis contingere ſolet. Huic inflationi niſi occurſum fuerit, ſuccedit inflammatio, febris, abſceſſus, dyſpnœa, denique id affectionis ſecundum genus, quod explicandum hoc capite ſuſcepimus, nempe coſtarum putredo corruptio ſeu ſyderatio. Cauſa eſt carnis ab oſſe abſceſſus & ſeparatio. inde enim fit, vt integumento naturali & carneo illo, quo fouebatur, os velut tomento denudatum, ſubeuntis aeris quem nunquam expertum erat, contactu facile offendatur, & tandem quadam ſyderatione quadam corrumpatur. quod quando contingit, pus ſpuendo ab ore manat, indeque tabeſcunt, ac tandem moriuntur. *Signa.* His omnibus vt occurratur, fracta coſta illis, quas diximus, artibus quam citiſſime eſt reſtituenda: *Curatio.* Inde tumor ille mucoſus, remedijs proprijs calefacientibus & digerentibus reſoluendus, pugilliſque ac taleis coercendus, vt oſſi caro contigua fiat, & vt ſolebat, ipſum veſtiat. Cæterum haud tam arcta ſiet deligatio, quin ſua coſtis, ad inſpirationem & expirationem, libertas ſeruetur. Si in abſceſſum tumor degeneret, mature erit aperiendus, ne diutius coercita materia ſubiectum os putredinis contagione corrumpat. Aperta vomica, materia effundetur, immiſſa in vlcus fiſtula, cuius ſummum lino ſit deuinctum, ne in capacitatem thoracis excidat, & pro arbitrio reuocari queat. D E

De Vertebrarum dorſi, & apophyſeon, quæ in eis ſunt, fractura.

CAP. XIII.

Vertebrarũ affectiones. VErtebræ alias franguntur, alias contunduntur, alias ad interiora luxantur: ex quibus fit, vt membranæ quæ ſpinalem medullam veſtiunt, vel ipſa etiam ſpinalis medulla compreſſæ, & in anguſtũ coactæ, multa maligna accidentia inuehant, quæ ſanabilia ſint, necne, ex eorum magnitudine certo prædici poteſt. In his ſunt brachiorũ, crurum, ani & veſicę ſtupor atq. paralyſis, quę ſentiẽdi & mouẽdi

A facultatem ipſis minuunt vel adimunt, adeo vt vrinæ & fæcum excreméta non ſentienti & inuito prorumpant, vel penitus ſupprimantur: quæ vbi contingunt, ait Hippocr. ſpinalis medullæ læſæ vitio, mortem in propinquo eſſe prædicere licet. Eiuſmodi præfatione præmiſſa molienda inciſio eſt, ad eximenda fractæ vertebræ fragmenta, quæ intro compulſa ſpinalem medullam, eiuſque neruos comprimunt. Id ſi non licet, ſaltem apponenda ſunt medicamenta, quæ dolorem ſedent, & inflammationem prohibeant: tum oſſa fracta ſuo ſtatui reſtituenda ſunt, continendaque illis artibus, quas in luxatione ſpinæ dicemus. Quod ſi ſolæ vertebrarum apophyſes fractæ ſint, fragmenta ſuo loco erunt reponenda, niſi à ſuo perioſtio omnino abrupta fuerint: quod ſi contigerit, inciſa cute auellenda ſunt, & vulnus inde, vt decet, curandum. Solas vero vertebrarum apophyſes fractas eſſe cognoſcimus, ſi in commemoratorum ante ſtuporis & paralyſeos ſymptomatum abſentia, ducto ſupra dolentem locum digito aliquid, tanquam fragmentum oſſeum ſub ipſo natans & vacillans percipitur, cum crepero quodam ſtrepitu, & cauitate atque depreſſione: deinde ſi cum pronus æger ſpina deflexa in caput inclinatur, longe grauius dolet quam cum rectus ſtat in pedes. Nam in pronitate cutis ſpinæ ſubtenſa extenditur, & ad fragmentorum aculeos alliditur, vnde dolorifica continui ſolutio ac punctura: in erectione contra cutis ſub-
B tenſa relaxatur ac remittitur, quo fit, vt aculeatis fragmentis minus prematur. Fractæ vertebrarum apophyſes facile ſaneſcunt, niſi complicatum grauius aliquod ſymptoma, quale eſt ingens quædam contuſio & ſimile aliud impediat. Nam vt ante ex Hippoc. diximus, rara omnia & ſpongioſa oſſa intra paucos dies callo firmantur.

Sect. 2. progn.

Curatio fractarum vertebrarum.

Ad apophyſeon vertebrarum fragmenta curatio.

Solius apophyſis fractæ ſigna.

De Fractura oſſis ſacri. CAP. XIV.

OS etiam ſacrum ſi in quadam parte, quæ facile ſaneſcat, frangi rerum contundentium, vt glandis ferreæ, ſclopeto ſeu manuario tormento emiſſæ, incurſu poteſt, vt in multis eſt à me animaduerſum. At ſi vna cum vertebris ipſius concluſam ſpinalem medullam fractura violet, vix mors vitari poteſt, propter cauſas *ſuperiori capite* commemoratas.

Quæ ſanabilis & quæ lethalis oſſis ſacri fractura.

De Fractura Coccygis. CAP. XV.

QVatuor oſſibus coagmentatus eſt Coccyx, quorum primum cauitatem habet, qua oſſis ſacri vltimam vertebram excipit. Reliqua tria ſibi ſunt per ſymphyſim coagmentata, ab horum extremo
C exigua quædam cartilago pendet. Eiuſmodi oſſium fractura curabitur immiſſo in ægri anum digito, & ad fractum vſque locum intruſo. Sic enim fragmentum inde oſſis expellere licebit, idemque ipſum, altera manu extrorſum ſpinæ obducta, cum vicinis ſibi oſſibus æquare & reſtituere. Cæterum quo citius callo glutinetur pars, expedit ægrum in lecto decumbere per totum curationis tempus. Quod ſi ſurgendi incidat neceſſitas, tum in ſella perforata ſedebit, vt nihil ſit, quod fractam ſedem comprimat: apponentur vero fracturis ſanandis deſtinata remedia, hæc aut illa pro re nata.

Coccygis deſcriptio.

Curatio.

De fractura Coxendicis, ſeu Oſsis Ilium. CAP. XVI.

TRibus oſſibus conſtat Coxendix. Primum nominatur Ilium, alterum Iſchion, tertium Pubis os dicitur. Tria hæc oſſa in conſtantis ætatis hominibus adeo tenaciter ſibi mutuo vnita cohærent, vt diuelli nulla arte poſſint, at in pueris haud difficulter ſeparantur. Id os qualibet ſui parte frangi poteſt ſeu ex ictu, ſeu ex lapſu ab alto in durum aliquod corpus. Fracturam iiſdem ſpecie ſignis, quibus alias, cognoueris, nempe dolore, & quidem punctorio, depreſſa cauitate, & inæqualitate, ac præterea cruris è directo poſiti ſtupore.

Coxendicis deſcriptio.

Signa.

D Fragmenta oſſium ſi omnino abrupta fuerint, inciſione cutis facta, primo ſtatim apparatu ſunt eximenda: in quo opere perſecando cauendum, ne muſculorum capita, vel vas aliquod, ac præſertim inſigne & craſſum, vel denique neruus ille craſſior, qui in femoris & cruris muſculos effunditur, ferro violentur. Quæ contra fragmenta à ſuo perioſtio abrupta non erunt, digitis vt decet, complanabuntur & reſtituentur. Reliqua, pro vt res erunt & apparebunt, ex arte fient.

Curatio.

De fractura Humeri. CAP. XVII.

HVmerus *os eſt rotundum, cauum, medulla plenum, ceruice mediocri aſſurgens, & in caput craſsius parte ſuperna deſinens.* Parte inferna duabus donatum eſt apophyſibus, anteriore vna, poſteriore altera: inter quas intercedit velut in trochlea orbiculi, exculpta dimidia quædam orbita, cuius ſingula extrema in ſuam quæque cauitatem ducunt, quarum vna exterior eſt, altera interior, vt his tanquam excauatis obicibus, brachio flexo & extenſio ſiſteretur: ne ſcilicet os cubiti, ſi illa integra fuiſſet orbita, hac, illac æque dilapſus, integrum circulum, tanquam ductarius in orbiculo funis circumuolutione ſua abſolueret, qua res cubiti motum valde conturbaſſet: æqualis enim fuiſſet inflexio, ſeu dilapſus potius in
E partem externam flexioni neceſſariæ, quæ eſt in internam. Iſta ſcire Chirurgum in primis intereſt, ad huius partis fracturas & luxationes reſtituendas. Si fracti huius oſſis fragmétorum alterum alteri valde ſuperiectum fuerit, & robore corporis valeat æger, valide extendendũ brachiũ eſt, humiliori ſede ante iuſſo ſedere ægro, ne cum reſtituetur fractura, exurgere poſſit, ſicq; inceptũ opus perturbare: atque etiam vt ſic Chirurgo facilior ſit in ſubmiſſo ſibi ægro operatio: quanquam Hippocrates aliud ſpectans, altius ſedere ægrum velit. Videndum vero inter extendendum, vt ipſe humerus terram verſus ad perpendiculum trahatur, ſimiliq; ſit cubiti flexi inclinatio, quãdo mitella inuoluẽdus eſt. Nam ſi quis altius erecto brachio, aut aliter extenſio reſtitutionem humeri tenet, continendum in eadem illa figura erit: alias ſi figura mutetur, facile reſtitutio diſſoluetur, quando mitella erit brachium includendum. Id igitur

Humeri deſcriptio.

Curatio.

Reſtituto humero qua brachii debeat eſſe collocatio.

Chirurgo diligenter & fideliter obſeruandum venit, vt dum humerum fractum reſtituet, brachium eo ſitu colloce, vt pectori appoſitum zonam ſpectet decliue. In ferulis circumponendis & faſciis obuoluendis ſit cautio, ne illæ articulos comprimant. Nam Hippocratis ſententia ex neruoſorum excarnium, adeoque ſenſu exquiſito præditorum corporum a ferulis compreſſione periculum imminet grauiſſimi doloris, inflammationis, denudationis, tum oſſis, tum nerui: præſertim vero ſi talis compreſſio internam partem vrgeat, in quam brachium inflectitur: quare quæ illi parti circumponentur ferulæ, breuiores erunt cæteris omnibus. Ergo humerus, poſtquam reſtitutus fuerit, pectori ad angulos rectos brachium apponetur, illicque mitella deligabitur, ne eum mouendi incelli neceſſitas, fracti oſſis reſtitutionem & figuram peruertat & corrumpat æger. Cæterum in quiete brachium continendum, quoad fragmenta callo firma ita fuerint, quod fere fit die quadrageſimo citius, tardiusve pro corporum varia conſtitutione,

Sect. 3. aph. & ſect. 2. de fra.

Intra quod tempus callo firmetur humerum.

De Cubiti, ſeu Vlnæ, & Radii fractura. CAP. XVIII.

Differentia.


ACcidit nonnunquam, vt ſimul & ſemel cubitus & radius frangantur, nonnunquam alterutrum horum tantum. Franguntur vero vel media, vel extrema: extrema, inquam, quæ vel ad cubiti articulum ſunt, vel quæ ad carpum. Peſſima omnium fractura eſt, quæ vtrumque os violat. tum enim ad omnes plane actiones impotens membrum redditur, & curatio difficilior relinquitur: non enim tam facile ſuo ſtatu contineri membrum poteſt, quia quod perſtat os integrum, id brachium fulcit, impeditque quo minus muſculi retrahantur, qui conuelli & retrahi ſolent, quoties vtrumque os fractum extiterit. hinc peior ea cenſetur fractura, qua os cubiti fractum eſt. Omnium vero faciliima ea, in qua ſolus radius fractus eſt; fractus enim oſſe cubiti ſuſtentatur: vtroque fracto oſſe contra extenſio validior facienda eſt, quia contractiores ſunt muſculi. Itaque ſi quando alterutrum reſtat integrum, alteri fulciendo id plus prodeſt, quam quæuis vel faſciæ, vel ferulæ. quia id muſculos rectos, ne conuellantur, ſuo ſtatu continet. Poſtquam igitur reſtituta oſſa fuerint, faſciiſque & ferulis inuoluta, brachium mitella ex ceruice reuincta ſic inuoluetur, vt manus non multo altior ſit cubito, ne ſanguis & reliqui humores in eam decumbant. Manus vero ea figura ſtatuetur, quæ media eſt inter pronam & ſupinam: ſic enim demum radius cubito ad perpendiculum incumbit: quemadmodum adnotatum ab Hippoc. legimus. Ratio eſt, quod per figuram ſupinam peruerſio eſt, tum in oſſe, tum in muſculis. In oſſe quidē, nam ſtyloides apophyſis & cubiti Olecranon ſeu gibbum æquali planitie eſſe debent, & ex aduerſo ſibi componi, quod in figura ſupina non contingit, vt qua proceſſus ſtyloides cubiti, e regione ſtat ſitus interioris proceſſus oſſis brachii. In muſculis vero, quia qualis eſt inſertio, & ſitus capitis muſculi, talis quoque eſt ſitus ventris eius, talis denique inſertio caudæ eiuſdem: at per figuram ſupinam muſculi cetti ab interna apophyſi oſſis brachii cubitum flectentes, caudam ſuperiore & exteriore ſitu poſitam habet. Interim non omittendum, vt ex interuallis ægri brachium quam indolentiſſime fieri poterit, flectatur & extendatur, ne diuturniore mitellatæ partis, otio atque proprii officii intermiſſione, fluxionis, quæ multa in cubiti articulum & partes vicinas decumbit, interuentu tanquam glutine, articulationis oſſa ſibi conferruminentur, vnde ipſius perſtrictio & immobilitas veluti a concreto illic callo: ex quo contingit, vt brachium poſtea neque flecti neque extendi poſſit, quod multis contigiſſe obſeruaui. Cuius rei meminit etiam Galenus, cum id vitioſæ conformationis genus Ancyle & Ancyloſis nuncupatur. Si vero ad brachii fracturam vulnus etiam acceſſerit, videndū, vt circumpoſitis ferri albi, aut chartę laminis brachium ſaucius conuenienter inuoluatur, oſſiumque fragmenta eodem ſtatu, quo repoſita & reſtituta fuere, contineantur: inſuper in molli ſubſtrato puluino brachium collocetur, quemadmodum ſubiecta figura docet.

Curatio.

Sent. 3. ſect. 1. de fract.

Com. in lib. de art.

Fracti cum vulnere brachii, vt decet, deligati ac ſiti Figura.



De Fractura Manus. CAP. XIX.

Sect. 2. de fractu ſent. 9.

Curatio.

OSſa Carpi & Metacarpii franguntur, ſed Hippocratis ſententia ea potiſſimum fracturæ ſpecie, quæ ſedes nuncupatur, ſi tamen confringi ea contigerit, modus reſtitutionis hic erit. Manum æger ſupra æquale & læue aliquod tabulatum expandat. hinc fracta oſſa miniſter extendat, extenſa, artifex reſtituat, & in ſuam quodque ſedem compellat. Reſtituta vero continenda ſunt illis remediis, quæ in cæteris fracturis adhiberi ſolent: nempe cerato, plagulis, linteis & ferulis. Cæterum læſi digiti ad ſibi vicinos alligabuntur, quo facilius tanquam ad palum reuincti in eo ſtatu contineri poſſint, in quo artificis manu repoſiti fuerint. Horū vero oſſa cum raræ ſint & ſpongioſæ naturæ, breui tempore & facile callo firmantur. His peractis glomere linteo vola manus complenda eſt: ſic enim oſſa fracta non modo facilius ſuo ſtatu continentur, ſed & digiti ipſi in figura media cōſeruantur, plane vt nec omnino explicati ſint,

Glomus lintei geſtatur, quem præſtet vlnam manus fracta.


A ſint, nec in pugnum compreſſi. Si alia in figura contineantur, qui concreſcet callus, actionem manus, quæ in comprehendendo eſt, vel deprauabit, vel abolebit penitus. Res aliter in fractis pedum digitis habebit. Recti enim illi & explicati continendi erunt, ne ingrediendi, ſtandiq; libertas præpediatur.

De fractura Femoris. CAP. XX.

FEre fit, vt fracti femoris fragmenta ipſa ſibi ſuperuciantur, propter partis illius craſſos & validos muſculos, qui dum motu & naturali & conuulſiuo verſus originem ſuam retrahuntur, vna ſecum oſſis, in quod inſeruntur & deſinunt, fragmentum rapiunt. Itaque cum huius oſſis fractura reſtituenda erit, æger ſupinus iacere debet crure exporrecto, & femur ipſum Chirurgus fortiter & magna vi extendere. Extenſioni neceſſariæ ſi ipſe ſolus ſufficere nequeat, validos duos miniſtros adhibebit, quo congruente ipſorum opera fragmenta ipſa ſibi frontibus aduerſis aptare & componere poſſit. In hanc rem vbi ne manuum quidem opera ſufficiebat, veteres inſtrumentum Gloſſocomium dictum adhibebant, cuius hæc eſt effigies. *Cur fracti femoris fragmenta componantur difficilius.*

B

Gloſſocomii deformatio.



C

Gloſſocomii loco vti licet noſtra trochlea, nam Hippoc. extenſionem in hoc oſſe fracto tam magnam fieri probat, vt etiamſi extenſionis magnitudine fragmentorum extrema à ſe inuicem diſtent, mani ſpatio in medio relicto, deligationem nihilominus eſſe faciendam. Non enim vt in aliorum oſſium extenſionibus, in quibus faſciarum iniectio immotos muſculos ſeruat, ſic hic in femore extenſo, deligationis tantam vim eſſe, vt oſſa, muſculoſve eo ſtatu, quo Chirurgus poſuit, continere & cohibere valeat. In femore enim craſſi ac validi muſculi cum ſint, deligationem ſuperant, non ab ea ſuperantur. *Sent. 67. & 68 ſec. 2. de fract.*

Præterea inter reſtituendum conſiderabit Chirurgus, os femoris parte interna ſinum eſſe, externa vero D gibbum: itaque in natiua illa figura reponendum eſſe. Alias ſi quis conſiderationis illius immemor, rectum ipſum eſſe velit, ægrum in vitæ reliquum claudicare coget: ideo interna illa & natiua ſinuitas, impoſita plagula, vnguento roſato aut ſimili glutinoſo ne excidat, obliua implenda & conſeruanda eſt: ſic enim inſuper deligatio fidelius ſuo loco oſſis fragmenta continebit: quin etiam plagulæ alijs femoris partibus tenuioribus ac minus protuberantibus, vt his, quæ ad genu & poplitem exiſtunt, erunt applicandæ, vt æqualis ſit omnis deligatio, adeoque fidelior. Deligationes vero, quemadmodum ante notatum à nobis eſt, trium rerum gratia inſtituuntur. Prima, vt eo ſtatu oſſa contineantur, quo repoſita fuerunt, quoad obducto callo firmentur. Secunda, vt prohibeatur fluxio, quæ facile in partes fractas, luxataſve decumbit, tum doloris, tum debilitatis occaſione. Tertia, ad continendas ferulas & medicamenta, quę apponuntur. Prohibetur inflammatio reprimendo, ad partemq; aditu arcendo ſanguinē, & alios humores influere paratos, eoſque, qui præter naturam parte continentur in vicinas partes internas, ſupernaſque exprimendo. *Natiua & interna femoris curuitas inter reſtituendum conſeruāda. Deliganda partis æqualem eſſe debere vel natura vel arte planitiem.*

Quare non leuis de parandis faſcijs cura eſſe debet, ſcilicet vt ex electa & valide contexta tela fiant: non tamen aſpera: longitudinis & latitudinis ſint, quam Chirurgus artificiali coniectura perſuaſus parem eſſe membri craſſitiei & longitudini, ac fracturæ magnitudini iuE dicabit, debent enim faſciæ latitudine ſua totam partem fractam obtegere & inuoluere, ac magnam partem eius, quæ ſana eſt. Cæterum quia *libro de Faſciis*, deligandi modum Hippocraticum præcipue probare & deſcribere viſus ſum, hic placet eum nunc appingere, qui noſtris Chirurgis in vſu eſt vulgari. Hodie igitur Chirurgi ad fracturas tres ſibi faſcias depoſcunt: harum primam ſupra læſam partem ſtatim iniiciunt ſiue fracta illa ſit, ſiue luxata, ſiue tantummodo paulum emota, conuolutionibus primis ſupra ipſam factis, ita vt maxime atque arctius ibi, minus vero & laxius hinc & inde conſtringant. Eiuſmodi circumuolutiones ſurſum deducuntur, ibique terminantur. *Hodiernus Chirurgorū deligandi modus.*

Debent

Cur faſciarum circumuolutiones ſuperne inferne [illegible] arctioreſque eſſe debeant.

A Debent vero ſibi addenſatæ eſſe ac non raræ, ſic enim ſi proxime ſeſe ſubſequantur & excipiant [illegible] oſſa continebunt & longius, latiusque ſanguinem ſuperfluum à parte læſa exprimentur [illegible]. Secundam faſciam ſuper ipſam pariter fracturam [illegible] inuoluunt duabus [illegible] circumuolutionibus, inde deorſum tendendo, ſic tamen, vt rariores ſint, ac latiore interſtitio à ſe inuicem diſtantes, nec tam ſint addenſatæ, quam primæ faſciæ circumuolutiones, vt minus humorum ad partis extrema exprimatur, vt quæ citra inflammationē ac gangrænæ periculum tantam humorum copiam capere & ferre nequeant, quia nec ita capacia ſunt, & à fonte caloris natiui, qui in centro, quam in circumferentia maior eſt, longius diſtant. In læſæ partis extremo interno circumuolutiones vel terminant, vel ſurſum inde [illegible] reciprocas referunt.

Tertia faſcia cur in contrarium priorum obuoluatur.

Tertiam faſciam in illo partis læſæ extremo interno [illegible], & [illegible] leniter ac blande obuoluunt, circumuolutionibus in contrariam partem primæ ac ſecundæ faſciæ circumuolutionum actis, vt muſculos, qui vi priorum circumuolutionum diſtorti forte ſint, in naturalem ſuum ſtatum reuocent. His perfectis deligationibus tres ferulas chartaceas aut ex [illegible] aliqua materia applicāt: primam intra fracturam, latiorem illam quidem, & quantum ſatis eſt longam: duas reliquas hinc inde fracturæ circumponunt, digiti interſtitio relicto in vtrumq; medio, vt oſſis fragmenta ſtuppis aut bombace obuoluta reſtitutaque vinculis confirment, impediantque, ne huc illuc vacillent. B [illegible] tum de collocanda parte cogitant, in quam rem tres ſibi ſcopos proponūt: Primus eſt, vt pars molliter iaceat, Secundus, vt æqualiter, Tertius, vt altiuſcule.

In collocando membro tres [illegible] debent eſſe ſcopi.

Molliter quidem iacere pars læſa debet, quia durior decubitus ipſam comprimit, doloremque & inflammationem ciet: quæ dum æger patienter ferre nequit, cogitur locum mutare, dum dolori vndique ſolatium quærit atque ſic fractam partem ſubinde loci alteratione commouere, quæ immota in quiete cōtineri debet. Æqualiter vero, quia ſitus inæqualis partem diſtorquet, dum læſæ partis vna portio à re ſubſtrata fulcitur & ſuſtentatur, altera vero pendula, nihil habet

Sect. 2 de fra.

ſubiectum, cui inniti poſſit: itaque diligenter cauendum monet Hippocr. ne calx ſuſpenſa, aut pes ſine ſubſtrato puluillo maneant: hinc enim dolorem & moleſtum humorum defluxum eſſe metuendum. Paulo altius autem pars iacere debet, vt prohibeatur fluxio, quæ facile irritatur prono & decliui decubitu: nam ſi humiliori figura pes collocetur, à crure eo ſanguis influens inflammationem faciet: Si contra altior ſit, nihil influere in eum poterit. Omnino igitur non modo pes, ſed & femur atque crus altius, quam reliquum corpus conſtituenda ſunt, tali tamen ſeruata mediocritate, vt pars non nimium diſtendatur, quemadmodum monet Hipp.

Sen. 11 & 30 ſect. 2. de fra.

Interim crus totum pari cum ſano longitudine eſſe & conſtitui debet, C ob idque torulis ſtramineis hinc inde fulciendum eſt vt dicemus poſtea, vbi de eius fractura agemus. Sic, vt diximus, contexta deligatione, nocte ſequente, & poſtera die arctius conſtrictum membrum ſentit æger, quam quo primum tempore deligatum eſt, imo genu in tumorem mollem attollitur, humoris à parte læſa expreſſione: at contra perendie deligatio remittitur, & relaxatur humoris in parte

Quando fracto femore reſoluenda primum deligatio.

contenti portione digeſta. Poſtridie etiam laxiora omnia ſentiuntur, ampliore humorum facta reſolutione. Tum igitur reſoluenda deligatio eſt, non modo ne fragmenta oſſis ſuo ſtatu excidant, ſed etiam vt illa loci alternatione ægro gratificemur, ac præterea vt pruritum vitemus, qui in partibus diutius deligatis ſolet contingere, ſuppreſſione acrium & fuliginoſorum excrementorum, quæ multa in parte quieſcente & deligata ab humoribus excrementitiis, quibus pars perfuſa eſt, & alimentatis in membro quieſcente, colligi ſolent propter diſflationem ac tranſpirationem, denegato exercitio, & occluſis faſciarum mole cutis ſpiraculis prohibitam, adeo vt eorum ſuppreſſione multis non modo pruritus excitetur, ſed etiam rupta cute, ab acrimonia eorum tum vaporum, tum humorum, qui concluſi tenentur, vlcera erumpant.

Hipp ſen 40 & 41. ſect. 1. de fract.

Ergo vbi eiuſmodi accidentia in metu erunt, aqua tepida, & oleo tam diu fouenda pars erit, quamdiu videbitur opus, talis enim fotus dolorem lenit, quod deligationis conſtrictione D nimis tenſum eſt, relaxat, partiſque refrigerationem ſanguinis & ſpirituum repercuſſione atque expreſſione inuectam emendat, ſuſcitato calore natiuo & interno. Si vna cum tumore contuſio adſit, & ſugillatum, diutius fouendum eſt, vt qui in parte humor reſidet excrementitius digeratur. Quod ſi temporis illa longinquitas non omnino ſatis facit, validius digerentia aduocanda erunt. Cauendum tamē, ne horum ſit diuturnior vſus, calli enim generatio inde impediretur. Itaque Hippocr. ſententia hic in memoriam erit reuocanda, quæ dictat, Exigui temporis & imbecillem fotum attrahere quidem, ſed nihil diſcutere: diuturniorem vero & validiorem carnium ſubſidentiam inferre.

Sen. 15 ſect. 3. de off.

Sed & habenda ratio temperiei atque habitus ægri: fotus enim plethoricis corporibus adhibiti humores ſuperfluos ad partem attrahunt. Iubent Veteres in ſeptimum vſque diem deligationes reſolui tertio quoque die: poſt ſeptimum vero ſeptimo quoque. ſed hac de re nihil certum & perpetuum ſtatui poteſt. Nam pro accidentium ratione citius aut rarius curandi veniunt ægri, renouatis deligationibus, & reliquo apparatu. Itaque ſi nullum accidens vrgeat, nihil niſi quam tardiſſime & rariſſime [illegible], eorum, quæ primo apparatu circa ægrum facta ſunt, mouendum.

Fracti oſſis fragmentis compoſitis quiete opus eſſe ad calli concretionem.

Nam fragmentorum extrema ſi vel tantillum commoueantur, calli concretio retardatur: vt enim glutine ligna & ſtannea vaſa, ſic oſſium fragmenta callo E naturæ prouidentia, ferruminantur & coagmentantur. Itaque fractis oſſibus quiete valde opus eſt, ad calli concretionem. alias calli materia affluens, ſtatim diffluit, & nihil agglutinatur: calli concretionem, quæ ſub decimūtertium, aut decimumquintum diem fieri incipit, magnopere promouet, appoſitum emplaſtrum ex oui albumine, vna in ipſo agitatis & commixtis roſarum rubrarum & farinæ frumentaceæ pulluſculis, aliaque emplaſtra catagmatica, quæ poſtea in fractura cruris deſcribentur.

De Feme-

A *De Femoris fractura, articulo ſeu oſſis capiti ſuperiori vel inferiori propinqua.*

CAP. XXI.

COntingit nonnunquam ad coxæ articulum, in oſſis femoris ceruice fractura, qualem ego in honeſta matrona animaduerti. Ad eam igitur vocatus, cum ſtatim animaduertiſſem, crus ægrum ſano eſſe breuius, cum trochanteris externa prominentia ſupra ſolitum, quam primo aſpectu ab oſſis femoris capite eſſe rebar luxationem, ac non fracturam ſubeſſe, facile mihi perſuaſi: tum itaq; extendi os, eiuſq;, vt mihi videbatur, caput in ſuam cauitatem compuli. Augebat iſtam de luxatione perſuaſioné, vtriuſq; cruris in magnitudine, ad factam a me extenſionem ſubſecuta paritas. Itaque reliqua feci, quæ in luxationibus fieri ſolent. Poſtridie ſecundo muſſi, grauiter dolentem comperi, crus partis affectæ breuius, pedem intro contortum animaduerti. Tum deligationes omnes reſolui, atq; prominentiam, qualem antea, conſpexi. Conatus itaq;, ſuum caput oſſis, tractum, vt primo feceram, compellere. Sed id dum conor, ipſius ſtrepitum ſubaudio, nullamq; cauitatem ſeu depreſſionem nullam in iunctura ſubeſſe conſidero, ex quibus fractum eſſe os, non luxatū, certo mihi perſuadeo: nempe vero eiuſmodi tantum fracturę
B ſpecies opinionem facit luxationis, ſed & epiphyſeos ſeu capitis huius oſſis é ſua ſede diuulſio: quæ res minus cautis Chirurgis aliquando impoſuit, non epiphyſeos è ſummo oſſe femoris diuulſionem & ſeparationem, ſed luxationem ſubeſſe reputantibus. Tum igitur, vt ad inſtitutam narrationem redeam, os complanatis eius fragmentis reſtitui, ferulas appoſitis plagulis circumpoſui, faſcia duobus capitibus prælita ſupra [illegible], & circum corpus decuſſando obuoluta, deligationem feci, arcula pedem, ne quid integumentorum ipſum premeret, muniui. Funem ex laqueari, in medium cubile propendentem multis nodis ad comprehenſionis & ſubnixus opportunitatem intortum appendi, quod ſemper in femoris cruriſque fracturis & luxationibus eſt faciendum, vt habeant ægri aliquod adminiculū, ad quod manibus adniti poſſint, quoties aſſurgere, & ſe aliquantulum è cubili erigere volunt, ſeu ad aluum exonerandam: ſeu vt lumbis, natibus, coccygi, aliiſq; partibus longo decubitu compreſſis & laſſatis, perſpirationem & quaſi flabellationem præbeant: cuius defectu a dolore & calore præter naturā corripiuntur: vnde vlcera, quæ ſæpe tanto ardoris & doloris cruciatu ægrum diuexant, vt ſuborta febre, vigiliis & inquietudine cōficiatur. Hæc excitandi è lecto corporis opportunitas tanto magis hic neceſſaria eſt, quanto fractura iuncturæ propior eſt: illic enim, quam in medio femore, periculoſior eſt, adeoq; cu-
C ratu & ſanatu difficilior, quia pars eſt exanguis, & propter neruorum, tendinum, atque ligamentorum multitudinem multis magnis ſymptomatibus obnoxia. Cæterum in hac fracturæ ſpecie diligenter Chirurgo cauendum eſt, & ſæpius intuendum, ne os reſtitutum mox excidat: quod hic facile fit, leui aliqua corporis commotione, & ſimili occaſione, quia os femoris vnicum eſt. Itaque quoties deligationes reſoluentur, & fractura curabitur, intuendam acute in oſſis figuram, & partis ægræ, facta cum ſana collatione, magnitudinem: nam reſtituta & compoſita fracti oſſis fragmenta, denuo excidere vix poſſunt, quin aliud ſuper aliud efferatur. Sed & antequam callus fiat, ſic extendenda & ſuo ſtatui reddenda pars eſt, vt ne in vitam reliquam æger claudicare cogatur. Proditum enim ab Auicenna legimus, vix cuiquam tam fœliciter ſuccedere fracti femoris curationem, vt claudicatem effugiat: itaq; ægro id etiā curandum eſt, vt ſe, corpuſve ſuum quam minimum commoueat. Veterum permulti, conſolidationis huius oſſis tempus quinquaginta dierum numero definiuerunt: ſed iſtius, vt ante diximus, rei, nullus certus terminus eſſe poteſt. Cæterum quantocunque tempore os hoc firmarit callus, non tamen ipſi inniti vel ingredi æger ſtatim a conſolidatione poterit: quia parti etiam diu poſt ſuperſtes remanet imbecillitas: vt interim cogantur ægri fulcimentis ſubalaribus ad incedendum vti.

Hiſtoria.

Alia etiam femoris fractura luxationem imitans.

Oſſis iuxta de articulationem fractura cur periculoſior.

Cur femoris fracti compoſita fragmenta facile excidant.

Lib. 4. fen. 6. tract. 1. c. 14.

Intra quod tempus femur callo firmetur.

D

De fractura Patellæ genu. CAP. XXII.

PAtella genu ſæpe contunditur, ſed minus ſæpe frangitur: cum tamen id contingit, in duo aut tria fragmenta abit, alias in longum, alias in tranſuerſum. Nonnunquam media ipſa finditur, nonnunquam in multas particulas diſtringitur, omnia hæc cum vulnere & ſine vulnere. Signa ſunt: incedendi impotentia, eo loci cauitas, fragmentorum attritæ partis perceptibilis diſcretio, & diſcretorum ſub manu ſtrepitus. Reſtitutio fit hoc modo. Iubetur æger crus extendere, imo extentum toto tempore, quo callus fiet, tenere: eaque de cauſa ne ipſum imprudens flectat, poplitis cauitas impoſito glomere impletur: cruris enim flexu compoſita patellæ fragmenta rurſum diſſilirent. His peractis ipſa fragmenta Chirurgi manu, vt decet, aptantur, aptata remediorum conuenientium appoſitione continentur, factis, deligationibus, & circumpoſitis torulis ſtramineis, quemadmodum in fracto oſſe femoris fieri diximus. Cætera denique obſeruanda & facienda, quæ crure ipſo fracto fieri ſolent. Quod ad prognoſticon attinet, hoc dicto, neminem mihi viſum eorum, cui hoc os fractum eſſet, qui non in vitæ reliquum claudica-
E uerit. Cauſa eſt, quod inducta calli concretione conſolidatio liberam genu inflexionem impedit: inceſſus præſertim per planum, ægris facilior eſt: at aſcenſus longe difficilior & plane laborioſus, huic fracturæ ſpeciei decubitus ad quadraginta dies, quod minimum eſt, cenſetur neceſſarius.

Differentia.

Signa.

Curatio.

A fractura patellæ ſanata ægri cur claudicent.

De fractura Cruris. CAP. XXIII.

HOc fracturæ genus eodem modo curatur, quo brachii ſeu cubiti fractura: admonet Hipp. tibiam periculoſius frangi, difficiliuſq; ac tardius ſanari, quam fibulā: quia illud craſſius eſt, & totius corporis molis tanquam fulcrum, hoc vero tanquam additamentum tantum quoddam eſt, fulciendis

Sen. 65. ſect. 2. de fract.

cruris

cruris muſculis, quibus pes mouetur, comparatum. Sola tibia fracta fracturæ ſigna in interna tantum A cruris parte percipiuntur, quia fibula integra non ſinit illam ſe proiicere aut proferre. Contra ſola fibula fracta, fracturæ ſigna in ſola cruris parte externa apparent, quia oppoſita tibia ipſam ſe inijcere, & fragmentis ſuis intro ſe dare non patitur. At vtroq; oſſe fracto, æque hic atq; illic fracturæ ſigna apparere poſſunt. Alterutro tantũ horum oſſium fracto, fractura curatu & ſanatu longe facilior eſt, quia quod integrum reſtat, læſo longe firmius eſt ſtabilimentum, quam quæuis ferulæ. Cæterum quo inſtructior & paratior ad huius fracturæ reſtitutionem veniat Chirurgus, appoſito de me exemplo rem placet illuſtrare. Ioannes Neſtor Doctor Medicus, Ricardus Hubertus, & ego vna proficiſcebamur ægrum ad fanum fratrum Minimorum inuiſuri. Sequanam igitur in fani conſpectu traiecturi, equum, quo vectus veneram, virgulto in clunes inflicto in nauigium compellere conor. Sed inde fera irritata, ſic calcibus in me irruit, vt cruris ſiniſtri vtrumque os perfregerit, quatuor ſupra pedis articulum digitos. Tum ego grauiora metuens, ictum ne geminaret bellua, dum retrocedo, fracta oſſa diſſiliere, & perrupta cute, caliga, atque ocrea, foras ſe prodidere, ex quo tantum dolorem ſenſi, quantum homine tolerari poſſe credibile eſt. Statim igitur in nauigium deportor, quo aqua traiecta curarer: ſed nauigii remis acti commotio, doloris acerbitate fere me enecauit, quod hic oſſium fragmenta aculeata ad carnes circumſtantes allidebantur. Traiecto flumine in proximas ædes cum efferor, longe acerbior mihi extitit doloris renouatio, dum variorum hominum manib. ſublatus, nunc ſurſum, nunc deorſum, nunc dextrorſum, nunc ſiniſtrorſum, dum incedunt ipſi, toto corpore, partibuſque corporis omnib. differor. Lecto tandem traditus cum eſſem, à doloris immanitate aliquantulum reſpirare datum eſt, & ſudorem, quo totus diffluebam, abſtergere. Hinc medicamento, quale pro tempore & loco parari potuit, curatus ſum: id concinnauimus ex oui albumine, farina frumentacea, fuligine furni, & butyro liquato. De cætero Richardum Hubertum obteſtatus ſum, vt perinde me tractaret, quaſi non noſſet, neque de artis ſeueritate, amore mei motus, quidquam remitteret: maxime vero pedem in rectum extenderet, atque ſi vulnus ſatis non pateret, nouacula amplius faceret, quo facilius oſſium fragmenta debito ſtatu comprimeret digitis, quorum certius eſt, quam affabre factorum inſtrumentorum iudicium, perquireret, num quæ intra vulnus ſubeſſent teſtulæ, à ſuo oſſe penitus diuulſæ, adeoq; eximendæ: manu ſanguinem, ſanguiniſq; thrombos, qui multi circum vulneris labra concreuerant, exprimeret: crus deligaret ac collocaret, quo ipſe ſitu ac modo optimum noſſet; nempe tres faſcias paratas haberet, quarum primam ſupra vulnus ſtatim ad perpendiculum conijceret, adeo vt à vulnere deligationis initium duceret, ferulas C etiam circumponeret, alias quidem tres, alias vero duos digitos latas, ſemipedem longas, nonnihil depreſſas & reſimas, quo facilius cruri circumponerentur, extremis ſuis ſtrictiores, & digiti interſtitio à ſe mutuo diſſitas, quas demum vittis illis ſingulibus ſtringeret, quibus mulieres crines ſuos redimere ſolent: ita tamen, vt arctior eſſet in vulnere conſtrictio: poplitis & quæ ad malleolos ſunt cauitates plagulis ex ſtuppa linteo inuoluta cõtextis compleret: torulis ſtramineis ſiue ceſticillis intromiſſo fuſte rigentibus linteolo veſtitis, à calce ad inguem exporrectis, & quatuor locis reuinctis, cruris latera muniret: adeo vt figura recta, qua crus donatum fuerat, vix vlla vi peruerti poſſet, mediocri altitudine crus erigeret molliter & æqualiter: denique ab extrinſecus ingruentium occurſu, arcula pedi circumpoſita, armaret. Notandum vero tantum in cruris debita collocatione eſſe momentum, vt ſi quis hic error commiſſus ſit, non leuiore, quam claudicatis diſpendio conſtet. Nam ſi altius, quam par eſt, erigatur, callus concauus fiet parte antica: ſi humilius, gibbus exiſtet. Nec etiam leuiter errant, qui cauitates, quæ ad malleolos ſunt, eo, quo diximus, modo non replent: hinc enim grauiter affligitur calx, dum diuturnam & dolorificam compreſſionem ſuſtinere cogitur, quæ tandem ipſi intemperiem calidam inuehit, quod ſpiritus libere ad ipſam confluere nequeant, quod ego ipſe cum experirer, cauſa incognita iubebam mihi ex D interuallis calcem alleuari, quo perſpirationis beneficio frueretur, ſpiritibus liber ad ipſam eſſet ingreſſus, concluſiſque vaporibus digreſſus: denique compoſitum in puluillo molli fuit mihi crus eo, quo deſcripta figura cernere eſt, modo.

Signa tibiæ & fibulæ fractæ.

Hiſtoria.

Medicamẽtum paratu facile.

Facienda cruris fracti.

Quantum momentum in debita fracti cruris collocatione.

Cruris cum vulnere fracti ac deligati figura.



E

De quibuſdam ſuper deligationes obſeruandis, quoties cum fractura vulnus coniunctum eſt.
CAP. XXIV.

Quod deligatio ſupra vulnus arctior eſſe debeat.

RAtum illud apud omnes ex Veterum doctrina eſſe debet, deligationẽ ſupra vulnus eſſe faciendam, alias in ingentem mox tumorem pars vulnerata ſe attollet, exceptis humoribus hinc inde deligationis, ſurſum, deorſumq; factæ vi expreſſis: vnde malignorum multorum ſymptomatum prouentus. Huius rei facere licet periculum in parte carnoſa ſana: hanc ſi ſurſum & deorſum intacta, quæ media interiacet, deligaueris, ipſa in grandem tumorem attolletur, floridum & natiuum colorem in liuidum mutabit,

A mutabit, propter humorum vndique à partibus vicinis expreſſorum inundationem & copiam. Talia igitur multo magis contingent, parte vulnerata aut vlcerata. Hac vero de cauſa vlcus inſupurabile manet & lachrymoſum, cruda & liquida ſanie diffluente, ei ſimili, quem oculi ſtillare ſolent, inflammatione obſeſſi. Eiuſmodi ſanies ſi in oſſa diffluat, illicque reſes aliquandiu cunctetur, ipſa ſuo contactu adurit & corrumpit, eoq; magis ſi rara ipſa ſint & mollia. Eiuſmodi oſſium corruptionis ſigna erunt, ſi plus ab vlcere saniei, eiuſque fœtidioris erumpat, quam ſolet ac debet pro vlceris ſimplicis ratione, ſi oræ vlceris inuerſæ viſuntur, ſi circum caro mollior & flaccida: ſi pulſantis doloris ſimul & profundi triſtis ſenſio ægrum ex interuallis exerceat: ſi demiſſo ſpecillo os perioſtio denudatum percipitur: ſi denique ſcabrum ipſum & aſperum offenditur, vel etiamſi paulo preſſius adactum ſpecillum in oſſis ſubſtãtiam demergitur. Sed de his ſatis multa *proprio de oſſium carie tractatu* dicta ſunt à nobis. At vero talis caries nunquam oſſi continget, ſi pars ægra, vt decet, & ex arte deligata fuerit. Itaque hoc iterum monitum Chirurgum velim, vt quantum res patietur, faſciarum primas obuolutiones ſupra vulnus faciat: niſi forte doloris tanta ſit acerbitas, & inflammationis magnitudo, vt eiuſmodi ſymptomatis & accidentium occaſione à propria hac & legitima morbi cura reuocetur. Tum igitur, quia maius præſtare nihil

B poteſt, hoc ſaltem agat quod citra noxam licet: nempe linteo haud inualido nimiumve trito; duplato, triplatove, quod vnica obuolutione vulneri comprehendo, vicinęque eius ſufficiat, deligationis & faſciarum vicem ſuppleat: eius oras ad vulneris latera conſuat, ne quoties vulnus curandum erit oſſium fragmenta quæ ſemel reſtituta, immota manere oportet, commoueri cogatur. Non enim vt vulnera, vlcerave, ſi oſſa fracta, frequentem curationem poſtulant. Ex his patet, quod vt deligationis vacuitas, nimiaque laxitas in doloris & phlegmones vacuitate, ſic & arctior deligatio in doloris præſentia vulneri phlegmonem & abſceſſum inuehit. Sint igitur expoſitis ante regulis & circumſtantiis omnia hic mediocria. Hæc eo conſilio mihi inculcare viſum eſt, quod plerique adhuc reperiuntur, qui Pauli praxim ſequuntur, ac circumuolutiones multas hinc inde ſupra infraque vulnus faciunt, quas mox decuſſatim referunt. Sed clathratum id & feneſtratum deligationis genus omnino eſt improbandum: atque id modo vſurpandum, quod antè ex Hippocratis mente deſcripſimus: nunc tempus eſt, vt ad inſtitutum infortunii mei hiſtoriam regrediar, & quæ poſt primum illum, quem dixi, apparatum circum me acta ſunt, aperiam.

Quæ deinceps poſt primum apparatum cura fracto Authoris cruri fuerit adhibita.

C

CAP. XXV.

Poſt Meridiem mihi Lutetiam in ædes meas delato, detractus eſt ſanguis è ſiniſtra baſilica ad tria vaſcula. Secundo deinde apparatu vulneris oræ, & circum in ambitu loca vnguento roſato oblita fuere, quod de communi Veterum ſententia in fracturarum initiis valde commendatur: id enim eiuſmodi eſt, vt dolorem ſedet, inflammationem prohibeat, humores longe à parte læſa repellendo; frigidum enim eſt, adſtringens & repellens vt eius indicat compoſitio: nam fit ex oleo omphacino, aqua roſ. pauco aceto, & cera alba. Itaque eo ſitu per ſex dies ſum vſus, plagulas & faſcias alias in oxycrato, alias in vino rub. craſſo & adſtringente mergebam, ad partis robur & humorum repulſionem, quæ duo in fracturis, cum vulnere præſertim, curanda ſunt Hipp. ſententia. Quare ſi quando nimium reſiccatæ tum plagulæ, tum illę faſciæ viderentur, eas ſubinde vel illo oxycrato, vel oxyrrhodino imbuebam: nam ex illis plus æquo reſiccatis, dolor & inflammatio ſuperueniunt, quod ſic partem arctius conſtringant & durities lædant. Multos cernere eſt Chirurgos, qui in hoc morbi genere à principio ad exitum ſolis vtuntur adſtringentibus & emplaſtris medicamentis: omnino contra methodum ab Hipp. poſitam & Gal. cele-

D bratam. Talium enim continuo vſu, pori & ſpiracula cutis occæcantur: vnde ſuppreſſa fuligine, caloris extranei incrementum & prurigo, tandemque ab humoris ſeroſi & acris diutius ſuppreſſi, erroſione vlcus. Ex quo licet intelligere, adſtringentibus & emplaſtris vltra ſex dies non eſſe vtendum. Horum loco vſurpanda ſunt, quæ mox deſcribentur, emplaſtra. Per morbi initia diæta adeo tenui ſum vſus, vt per nouem dies nihil quoque die præter duodecim pruna damaſcena cocta, & ſex panis buccellas ederem, aquæ ſaccharatæ heminam Pariſienſem potarem, eiuſmodi aquæ talis erat compoſitio:

℞ ſacch. albiſ. ℥ xij. aquæ font. ℔ vj. cinam. ʒ iij. bulliant ſimul ſecundum artem: alias vtebar ſyrupo capilli vene. cum aqua cocti, alias potu diuino dicto, cuius hæc eſt compoſitio. *℞ aquæ vitæ ℔. vj. ſacch. albiſ. ʒ iij. ſucc. lim. ʒ j. agitentur & tranſuaſentur ſæpius in vaſis vitreis.* Purgabar, cum opus erat, bolo caſſiæ cum rheo puluerato, pigrum alvum balanis ex ſapone ſollicitabam: nam ſi quãdo tardior ceſſaret, calor præter naturam ſtatim increbat. Hac, etſi exquiſita vitæ ratione, con[illegible] non potui, quin febris me morbi die vndecimo occuparet, fluxioque inuaderet, quæ in abſceſſum abiuit, multo pure diu manantem. His occaſionem dediſſe arbitror, tum portionem humoris in vulneris ſanando ſuppreſſam, tum laxiorem deligationem, cum ego arctam ſeu arctiorem ferre non poſſem: denique oſſium teſtulas penitus

E diuulſas, adeoque agglutinari inhabiles: hæ enim ideo putreſcentes, in ſuæ putredinis contagium partis proprios ſuccos trahebant, & calore putredinali ſuſcitato, fluxioni, & inflammationi cauſam materialem & efficientem abunde ſubminiſtrabant. Teſtularum à ſuo oſſe diuulſarum opinionem faciebat liquida & cruda ſanies à vulnere dimanans, vulneris oræ tumentiores, & caro circum laxior & ſpõgioſa. Ad has cauſis hæc acceſſit inſuper, quod nocte quadam inter dormiendum muſculi violento impetu ſeſe adeo contraxerunt, vt totum crus in ſublime raperent; ſic vt conuulſionis vehemẽtia, oſſa ſuo ſtatu diſſilirent, & vulneris oras premerent, nec niſi noua extenſione & impulſione, quę mihi longe priore fuit moleſtior, perfecta reſtitui & componi potuerint. Febris cum ſeptem dies duraſſet tandem criſim finemque ſortita eſt, partim puris, partim copioſi ſudoris eruptione.

Quæ ſymptomata ſequantur parte vulnerata in deligando prætermiſſa.

Oſſium corruptionis ſigna.

Quando locum vulneratum in deligando prætermittendum.

Deligationis vicarea obuolutio.

Clathrata deligatio fugienda.

Illitum eſt vnguento roſato ad quid vtile in fracturis.

Ne ſiccitate indurentur plagulæ & faſciæ promte dandum.

Aquæ ſaccharatæ deſcriptio.

Potus diuini deſcriptio.

Febris abſceſſuſque fracturæ ſuperuenientis cauſa.

Signa teſtularum à ſuo oſſe diuulſarum.

Quæ cauſa ſit conuulſiui fractorum membrorum ſubſultus.

Cap. XXVI. A

Cur dormientibus extrema frigent.

Contractio illa ſubſultusque quaſi conuulſiuus, fractis membris fere inter dormiendum accidit. Cauſam eſſe arbitror, quod calor natiuus per ſomnum ſe in corporis centrum ſubducat: quo fit, vt extrema refrigeſcant. Interim natura ſolita prouidentia in auxilium parti læſæ ſpiritus tranſmittit. Sed quia à parte male affecta & inhabili non excipiuntur, confertim & raptim, qua ſunt celeritate, eo, vnde venerunt, ſe referunt: horum motum muſculi ſequuntur, cum muſculis oſſa, in quæ inſeruntur, vna raptantur: quo fit, vt hæc iterum diſſiliant, & doloris magno cruciatu citato, ſuo ſtatu excidant. Muſculorum illa contractio fit verſus ſuum principium.

Documenta quædam de partibus, quibus æger neceſſario incumbit, dum in lecto decumbit.

Cap. XXVII.

Otio languere in partibus vires naturales, negotio roborari.


Quibus quabia fracto crure coccygi & calci vlcera ſuperueniant.

Remedia ad præcautionem prædictorum vlcerum.

Capſula ferrea vſus.

Qvibus crus, ſimileve os fractum eſt, hi quia & doloris acerbitate impediuntur, & valetudinis ſeu conſolidationis cauſa iubentur, diu immoti & reſupini in lecto ſe continere coguntur. Interim partes, quibus neceſſe habent incumbere, vt calx, dorſum, os ſacrum, coccyx, femoris, cruriſve fracti muſculi, dolenti & [illegible] manent, a ſolitis muneribus feriati: Quo fit, vt earum omnes langueſcant vires, & ſenſim obtorpeſcant. Inſuper etiam per fuliginis & acrium excrementorum ſuppreſſionem, atque perſpirationis defectum [illegible] inflammantur, & vlcus ipſis aduenit, præſertim vero oſſi ſacro, coccygi & calci: illi quidem, quod parca carne ſint muniti, huic vero, quod exquiſitiore ſit ſenſu. Vlcera vero earum partium [illegible] et taneſcant: imo non raro carnibus gangrenam, ſubiectis vero oſſibus cariem, ſphacelum ac necroſin inferant, vt plurimum autem febrem continuam, delirium, conuulſionem, atque per eam ſympathiæ ſpeciem, quæ ex generis pendet ſimilitudine, ſingultum. Neruoſa enim valde exiſt [illegible] & [illegible] hic [illegible] corpore ſuo, & neruorum à ſexto pari diſſitam magna portione, [illegible] quem totum ſuræ muſculorum concurſus, & [illegible] partim ex [illegible] à febrili, & eo, qui præter naturam eſt, diſſipatione, tum partium nobilium, quibus [illegible] nequit, à morticinis vaporibus infectione. Hæc omnia cum mecum expenderem, & aliorum exemplis peritior factus, quam vim ad perniciem haberent intelligerem, per interualla [illegible] ſublime è lecto calcem iubebam: & comprehenſo, qui ex laqueari pendebat, fune, [illegible], vt perpetuo decubitu compreſſæ partes tranſpirarent & diſſlarentur. Quin & [illegible], medio ambitu feneſtrato, molliore que plantula ſacro coccygi & calci ſubdito, partes [illegible] commercio, aſpiratione & afflatu gauderent, ſudent ibam, linteolaque vnguento roſato ad [illegible] ſedationem oblita ſæpius admouebam. Sed & capſulam ex ferro albo excogitaui, in [illegible] compoſitum, longe tutius & certius ſuo ſtatu continetur, quam vllis [illegible]: & præterea totum ad ægri voluntatem huc illuc transfertur. Hæc capſula impedimento iuſuper eſt, ne crus toto ſuo corpore ac pondere lecto incumbat, ſuppoſita ſuræ molli [illegible] plagula, qua parte eiuſmodi capſula excauata eſt: imo etiam aduerſum integumentorum lecti illapſum & [illegible] ſolea ſuppoſita, additaque deſuper ex eadem materia arcula, tuetur & obuallat. Quæ omnia ſubiecta imagine fient tibi manifeſta. B C

Capſulæ imago.



D

E

A A. *Capſulæ fundum ſeu alueum monſtrat.*
B B. *Alaria quæ ad arbitrium clauduntur & recluduntur.*

C. *Ala-*

C. Alarterum extremum, cui ſolea inſeritur & aptatur.
A *DD. Arcula.*
FF. Solea.
HI. Lacuna, qua calx è capſula prominet.

Nunc quæ remedia ad abſceſſum, qui fiebat, appoſuerim, exponendum reſtat. Vbi igitur abſceſ- ſum [illegible] & ſuperuenire animaduerti, ſuppurans medicamentum compoſui ex vitellis ouorum, oleo communi, terebinthina & pauca farina frumentacea, eoq; ad puris vſq; eruptionem ſum vſus, mox ad valentius detergendum remedium, quod ſequitur, adhibui.

℞. *[illegible] roſati & terebinth. venetæ. an. ℥ ij. pulueris radicis ireos florentinæ, aloes, maſtiches, farinæ hordei, an. ʒ ß. incorporentur omnia ſimul & fiat mundificatiuum,* locum vero, quo conncciebam oſſium penitus diuul- ſa [illegible] [illegible] debere, complendum curaui penicullis ex ſpongia aut ſtupa linea concinnatis, vt [illegible] vlcus ad arbitrium mihi pateret. At in vlceris profundum pulueres catagmaticos & cephalicos [illegible] cum pauco [illegible] cocto, ad commemoratarum teſtularum exitum procurandum. His tan- dem excluſis vlcus cicatrice obduxi [illegible] cocto. Huic enim cum vis inſit deſiccandi & adſtringen- B di, laxas & ſpongioſas [illegible] liquida diſfluentes carnes confirmat & indurat, atq; ad cicatricis genera- tionem [illegible]. Quod ad oſſium fragmenta attinet, ea propter innatam ſiccitatem & duri- tiem [illegible] coaleſcere per ſeſe ſine medio nequeunt, ſed ſubſtantia quadam egent, quæ ad ipſo- rum extrema [illegible] concreſcens, illa demum ſibi agglutinat, & tanquam ferrumine conſolidat, [illegible] ex propria oſſium ſubſtantia & medulla: formam vero à calore natiuo [illegible], quæ moderate calefaciunt. Contra enim quæ medicamina nimio calore [illegible] materiam velut liqueſaciunt & reſoluunt, adeoque pororum impediunt. [illegible] comprobaui, vſum [illegible] dicuntur.

℞. *olei [illegible] roſat. [illegible] an. ℔ ß. rad. altheæ ℔ ij. rad. fraxini & fol. eiuſdem, rad. conſolidæ ma- ioris & fol. eiuſdem [illegible] an. [illegible] fiat decoctio in ſufficienti quantitate vini nigri, & aquæ fabrorum ad medie- tatis conſumptionem, adde in colatura pulueris myrrhæ & thuris, an. ℥ ß. adipis hirci ℔ ß. terebinth. lotæ ℥ iiij. maſti- ches ℥ iij. lithargyri auri & argenti an. ℥ ij. boli armeniæ, & terræ ſigillatæ. an. ℥ j. ß. mumiæ ℥ vj. ceræ albæ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum, vt ars docet.* Eius loco licet vti emplaſtro nigro, cuius hæc eſt deſcriptio.

C ℞. *lithargyri auri. ℔ j. olei & aceti an. ℔ ij. coquantur ſimul lento igne, donec nigrum & ſplendens reddatur emplaſtrum, & non adhæreat digitis,* vel ℞. *olear. roſat. & myrtill. an. ℥ ij. nucis cupreſſi, boli armeniæ, ſanguinis draconis, pulueris [illegible] an. ℥ ß. emplaſtri diachalciteos. ℥ iiij. liqueſacta ſimul & fiat emplaſtrum ſecundum ar- tem.* In horum penuria licebit vti ſparadrapo, id eſt, panno Hiſpanico, ſeu Galeni tela, cuius hæc eſt de- ſcriptio.

℞. *pulueris thuris, farinæ volatilis, maſtiches, boli armeniæ, reſinæ pini, nucum cupreſſi, rubeæ tinctorum, an. ℥ ij. ſeui arietini & ceræ albæ an. ℔ ß. fiat emplaſtrum:* in quod dum calet, inculcetur linteum vſu vtcumque [illegible] ad vſum commemoratum. Emplaſtrum diacalcith. veterum omnium ſententia valde commen- datur ad tractandas: ſed pro temporis conditione varie præparandum eſt, æſtate enim diſſolui debet in ſucco plantaginis & ſolani, ne plus æquo calefaciat, tum etiam ad corporum affectorum temperiem [illegible] oportet: neq; enim tam deſiccanda ſunt corpora puerorum, quam ſenum, alias ſi tam ſiccantia medicamenta admoueantur corpori pueruli atque tenelli, calli materia reſoluetur, tantum abeſt, vt con- [illegible] quare in remediorum delectu iudicio magna Chirurgo adhibenda eſt. Sæpe enim remedia na- tura ſua bona [illegible] non bona [illegible] ſine iudicio vſurpata & applicata fuere, quæ cauſa exiſtit, cur non D raro pernicioſa accidentia ſuperueniunt, vel callus fiat mollior, craſſior, tenuior, exilior, diſtortus, vel demum tardius concreſcat, magno Chirurgi errore & dedecore.

Quibus ſignis intelligere liceat callum fieri. CAP. XXVIII.

TVm demum mihi [illegible] callo crus intelligi, cum ſanies ſolito minus ab vlcere erumperet, cum dolores remitterent, cum denique conuulſiui ſubſultus quieuerunt, quæ cauſa exiſtit, cur ſolito et- [illegible] deinde crus mihi curandum putarim. Nam frequenti inter curandum vlceris deterſione, dū callus fit, materiæ in callum ceſſuræ exhauriuntur & abſumuntur, nempe, vt loquuntur, ros, cambium & gluten, quæ tum oſſeæ, tum carnei ſubſtantiæ propria ſunt & germana alimenta. Aliis etiam ſignis [illegible] concreſcentis. nempe roſulenti cuiuſdam ſanguinis per vulneris oras & poros [illegible], qui ſplenia faſciaſque ſimili ſibi colore leniter tingeret & aſpergeret: ab effluxu ſcilicet te- [illegible] portionis eius materiæ, quæ in calli coagmentationem abunde affluere. Quin- [illegible] vaporis cuiuſdam cum moderato calore & blando, à ſuperius partibus ad vulneris vſque locum [illegible] repentis titillante & demulcente ſenſu. Quare tempore ab illo laxiorem eſſe deligatio- nem volui, ne arctiore, materiæ calli, quæ ſanguinis qualitate temperari & quantitate moderari deci- E da portio eſt, ad oſſium fragmenta aditum intercluderem. Tum igitur mihi vtendum putaui alimen- tis, ſanguinis paulo craſſioris, tenacioris, ac lentiori generando, ac callo ſufficiendo idoneis; cuiuſmodi ſunt animalium extrema, tendinea, & cartilaginea, porcorum, boum, arietum, hædorum roſtra, pe- des, femora, capita, auriculæ quæ omnia incoquebam cum oryza, hordeo mundato, & aliis ſimilibus, nunc his, nunc illis ad ſtomachi & palati gratiam. Veſcebar etiam nonnunquam alica, ſeu pulte fru- mentacea panatella ve ſiliginea cocta in capriuſculo cum vitellis ouorum, vinum bibebā rubrum, craſ- ſum, adiungens, aqua mediocriter temperatum. In ſecunda menſa, caſtaneas & meſpilos comede- bam: nec vero præter rationem hæc in ſpecie de alimentis adnotaui; quia à duriorıbus alimentis, ſi præſertim ſimul friabilia ſint & fragilia, vt eſt caro bubula, æqualis eſt noxa, quod ad calli generatio-

Dd 2 nem

Pepticum medicamentum.
Detergens.
Pulueres catagmatici vim habent eliminandarum teſtularum oſſearum.
Calli cauſa tum efficientes tum materiales.
Ad calli generationem conferentia medicamenta.
Emplaſtri nigri deſcriptio.
Sparadrapi deſcriptio.
Emplaſtri diacalciteos varia præparatio.
Bona ex ſe remedia ex euentu non bona.
Dum callus fit, rarius curandum Vlcus.
Hipp. ſen. 43 ſe. 3. l. de fra.
Alimenta generando callo idonea.
Alica quid.

Lib. 6. morb. cap. 5.

nem & concretionem attinet, atque à leuioribus. Illa enim callum ſicciorem, hæc teneriorem ſuppeditant, quare ea demum alimenta callo gignendo apta pronunciat Galenus, quæ nec fragilia ſint, nec friabilia, nec ſeroſa & tenuia, [illegible] ſicciora, ſed moderate craſſa ſimul & viſcida, ſeu pinguia, & tenacia. Hæc alimenta à ventriculo in chylum [illegible] inteſtinis demandantur, hincque per venas meſaraicas in portam & ſimum hepatis, inde in venam cauam, denique in venas per totum corpus eiuſq; partes omnes ſparſas [illegible] his venis quæ [illegible] etiam exeunt, quæ ſanguinem in oſſa inuehunt, oſſium autem cauitatibus ampliſſimis [illegible] quemadmodum exilioris ſuccus quidam medulloſus propriam ipſorum alimentum [illegible] concluditur. A

Medullæ generatio.

Medullæ vero generatio eſt ex ſanguinis craſſiore portione, quæ in maiores oſſium cauitates, maioribus venis & arteriis, in minores vero minoribus, quæ in ipſorū deſinunt poros ac ſpiracula, influit. In magnis enim oſſibus licet notare inſignes & manifeſtos meatus, per quos [illegible] venæ ſubeant & arteriæ, iidem etiam & nerui vna ſe inſerant, ex quibus conſt membrana, quæ omnem medullam inuoluit, ſenſu ob id exquiſitiſſimo prædita, quemadmodum experientia [illegible], cur pleraque medulla ſentire videatur, quod eius membranæ [illegible] dolores ſunt acerbiſſimi.

Cur medulla ſentire videatur.

Quod diebus ſpatio callus circa fractū concreſcat.

Ex medulla igitur & propria oſſis ſubſtantia, [illegible] craſſius quidam & tenacius ſuccus, ex quo, [illegible] eſt loco formatricis, conſ& concreſcit callus. Simplices [illegible] fracturæ ferè quadrageſimo die callo firmantur, at vulneris coniuncti & teſtularum penitus diſſolutarum, [illegible] accidentium occaſione, totum trimeſtre exactum [illegible], antequam oſſium fragmenta callo ſubſtituto perfecte conſolidarentur, quin & alius menſis [illegible] priuſquam [illegible] poſſem ſine tabularum fulcimento. Erat vero mihi per primos dies [illegible] quo [illegible] callus muſculorum locum occuparet: nam antequam priſtina motus [illegible] callo [illegible] reduci poſſit, neceſſe eſt, [illegible]. His omnibus in rebus perficiendis [illegible] & [illegible] operam inter Chirurgos præbuit, vt Medicos prætermittam, Antonius Portalius Regius & Pariſienſis Chirurgus. B

De his, quæ calli generationem remorantur, & corrigendū eius, ſi male conformatum ſit, vitio.

Cap. XXIX.

Diaphoretica calli generationem impedire & vnctuoſa.

Quæ calli generationem promoueant.

Quæ molientia ad callum valeant.

Quando & qui calli deterendi, & denuo reparentur.

His de calli concreſcentis ſignis, de ipſius generatione, & generationis modo expoſitis, reſtat, vt ea exponemus, quæ eius generationem remorantur & quæ contra eiuſdem conformationem & concretionem promouent. Quæ igitur eius generationem vel penitus impediunt, vel tardant, digerendi ſeu reſoluendi & attenuandi vim maximam habent aut etiam vnctuoſa ſunt, oleagina & humida. Talibus enim liqueſit & tabeſcit, atque conſumitur, aut molleſcit & relaxatur ſuccus, ex quo callus concreſcere debet. At contra quæ callum promouent, [illegible] incraſſantia, inſpiſſantia, indurantia, & emplaſtica eſſe debent, moderate calida & adſtringentia. Quod vero ad medicamenta humida & relaxantia ſpectat, locum hic habere non debent, niſi cum contigerit, callum male conformatum eſſe, nempe craſſiorem eſſe aut diſtortum, aut alioqui praue figuratum, quo deteratur & diffringatur reparandus denuo. Sed tamen talia tentanda non ſunt, niſi recente adhuc callo, & ita deprauato, vt ipſius vitium partis naturalem conformationem inſigniter peruertat, & actionem vehementer offendat. Tum igitur fouendus locus eſt capitis & inteſtinorum arietis decocto, in quo bullierint radices bismaluæ, bryoniæ, ſemina lini, fœnugræci, ſtercus columbinum, grana lauri & ſimilia. Vtendum etiam erit litu & emplaſtro ſequentibus. C

℞ vng. de althæa. ℥ iij. olei liliorum, & axungiæ anſeris an. ℥ j. [illegible] parum, liqueſiant ſimul, fiat linimentum, quo liniatur pars. Huic ipſi ſequens apponatur emplaſtrum.

Quæ callum minime diffringendum, quantumuis diſtortum aut alioqui male conformatum.

℞ emplaſtri de vigo cum mercurio, ceratis œſypi de [illegible] an. ℥ iij. olei anethini & liliorum, an. ℥ j. liqueſaciant: omnia ſimul, fiat emplaſtrum, extendatur ſuper alutam ad [illegible]. Vbi ſic mollitus callus videbitur, diffringendus erit & naturali ſuo ſtatui oſſa reſtituenda, & fracturæ tanquam ab initio retexenda curatio. Si æger te nimium callus obdurauerit, præſtat non diffringere, ac nihil moliri, ne quid inde ægro deterius contingat, contingere namque poteſt, vt ipſo diffringendi conatu, os alia quauis parte potius, quam qua callo [illegible] eſt, frangatur. Itaque cautus æger claudus viuere mallet, quam clauditatis fuga, vitæ periculum ſubire. D

Craſſior callus quo minuatur.

Exilioris calli cauſa.

Si craſſior eſt callus, minuetur, ſi quidem adhuc recens eſt, medicamentis remollientibus, reſoluentibus & validiſſime adſtringentibus, quibus vis [illegible] liquefaciendi, deſiccādi & exhauriendi. Vtile etiā erit callum oleo [illegible], in quo [illegible] aliud quoduis genus diſſolutum fuerit, validius fricare, hinc [illegible] impoſita lamina plumbea arctiſſime [illegible], quo humoris alimentarii in partem affluxus prohibeatur, ſicque [illegible] contabeſcat & extenuatur. Si contra contingit callum tenuiorem & exiliorem eſſe, aut tardius concreſcere, quod [illegible] conſtringatur, aut quod pars deſes diutius in otio, quam par eſt, contineatur, [illegible] (quæ cauſa vel inter præcipuas emaciationis cauſas cenſenda eſt, vel hoc nomine, quod exercitatio partis natiuum calorem exſuſcitet concoctionis & nutritionis opificem), aut quod alimenta ingerantur, quæ in qualitate peccent, aut quantitate, aut vtroque, aut quod [illegible] deligatura partis [illegible] reſoluta fuerit, vel quod pars ipſa præpropere & ante tempus ſolidis [illegible] & motionibus [illegible] expoſuerit, pro cauſarum varietate, remedia erunt adhibenda. E

Remedia ad exiliorem callum.

Nam ſi membri ſit arctior deligatura, reſoluenda illa erit, imo fractus ipſe locus exempta [illegible] deligatione penitus expediendа, & nouum deligationis genus obducendum eſt, quod à radice [illegible], nempe alis ſi brachium, aut inguinibus, ſi crus fractum ſit, initio ducto fracturæ aduoluatur, ipſa tamen intactæ & incomprehenſa: ſic enim à fonte & ſcaturigine exprimitur ſanguis & in partem affectam compellitur: contraria plane

A via ei, qua ante docuimus, in inflammationis metu ad partem affectam aditu arceri. Fient etiam vtiliter frictiones molles & fotus ex aqua tepida, à quibus tum erit deſiſtendum, cum pars incaleſcere & intumeſcere videbitur. Si qui frictionem, fotumq; perſequatur diutius, id ipſum reſoluet, quod attraxerit. Hoc enim iam pluries notauimus, quod frictionum & fotuum contrarii ſint affectus, pro temporis breuitate & mora. Conferent quoq; ad hoc inſtitutum picationes, & reliqua, quæ membris atrophia laborantibus fieri ſolent.

Quando a fouendo & fricando deſiſtendum.

De fomentis, quæ ad oſſa fracta adhibentur. Cap. XXX.

FOmenta oſſibus fractis adhibentur varia variis de cauſis. Calidam aquam in fotum cum vſurpamus, eam intelligimus, quæ in medio plane exiſtit feruentis & frigidæ: quæ ſcilicet moderato tepore prędita, tum Medico, tum ægro admota manu percipitur: ex tali aqua fotus breui tempore adhibitus, humorem, qui in corporis ſuperficie eſt, moderate calefacit, attenuat, & ad reſolutionem præparat: ad partem atrophia laborantem ſanguinem & humorem alimentarium euocat, dolores ſedat, nimis tenſa relaxat, membrum adſtrictioris deligationis, aut alterius cuiuſuis rei occaſione refrigeratum, moderate
B calefacit, calidius contra refrigerat per accidens, digeſto humore calido, qui in membro concluſus erat. Breue tempus in fouendo exactum eſſe intelligimus, cum rubere & tumere pars incipit: iuſtum vero, quando pars manifeſte iam rubet & tumet. Multum vero ac nimium tempus impenſum, ex eo coniicimus, ſi qui paulo ante rubor apparebat, euaneſcit, & tumor, qui partem attollebat ſubſidet. In fouendo etiam, corporis, cui fotus adhibetur, habenda ratio eſt: Nam ſi plethoricum ſit, fomentum vel mediocre partem ſuperfluorum humorum copia diſtentet: at ſi macie extenuatũ eſt, partem carnoſiorem & ſucculentiorem reddet. Reſtare nunc videtur, vt de oſſium pedis fractura dicamus.

Aqua tepida qua & quos effectus parat.

Nota breuis, iuſti, & nimii fotus. Plethoricum fomenta nocere.

De fractura oſſium pedis. Cap. XXXI.

OSſa tarſi, pedii, & digitorum pedis, quemadmodum oſſa manus frangi poſſunt: quare eadem illis, quæ his curatio erit adhibenda, niſi quod digitorum pedis oſſa figura curua continenda non ſunt, quemadmodum oſſa digitorum manus: ne illorum actio pereat aut deprauetur. Siquidem vt cruribus ad ambulandum, ſic pedibus vtimur ad ſtandum. Sed & æger in lecto continendus eſt, quouſque callus confirmatus fuerit.

Cur recta figura pedis oſſa fracta collocanda & continenda ſint.

C

FINIS LIBRI DECIMIQVARTI.

D

DE LVXATIONIBVS.

LIBER DECIMVSQVINTVS.

De Luxationum ſpeciebus & modis. CAP. I.

Quid propriè dicta luxatio.

Minus propriè dicta luxatio quid.

Tertia velut luxationis ſpecies.

Quarta velut luxationis ſpecies.

LVxatio eſt *capitis oſsis è ſua cauitate in locum inſuetum præter naturam exceſſus, motum voluntarium impediens.* Eſt alia luxationis ſpecies, quam facit violenta diſtentio, & quædam quaſi diuaricatio, ac dilatatio, ſeu extenſio in latum & longum ligamentorum neruoſorumq; omnium corporis, quæ articulos continent, ſiunt & deuinciunt. Sic tormenta & fidiculis pa... eſt ligamentum, quod in ... eſt iſchii cauitate, violentius ... proce... pependerunt, ligamenta his humeri cum ſcapula dearticulationem cingentia rapidius ... tantur. Eadem ratio eſt eorum, quibus pes ab incerto in lubrico greſſu contorquetur. Tertia eſt luxationis ſpecies, cum quæ modo iuncta contigua & alterum alterius lateri adiuncta ſunt oſſa, dehiſcunt, vt in brachio cum radius à cubito, in crure tibia à ſura ſeu fibula recedit: quanquam hæc ad illam ſecundam referri poteſt, quia citra dilatationem, aut etiam abruptionem ligamentorum non fit. Quarta his etiam adſtruitur, cum ſcilicet oſſium epiphyſes & capita, à ſuo oſſe, cui impoſita & addita inſident, diuelluntur: eiuſmodi luxationis impropriè dictæ ſpecies locum habet maxime in oſſibus iuuenum, cognoſciturque partis impotentia, oſſium crepitantium ſtrepitu, & cum attractantur, colliſione. Hæc eadem tamen oſſa alteri etiam caſui obnoxia ſunt: nam vt ſenilia à violento impetu franguntur, propter acquiſitam ſiccitatem & duritiem, ſic puerilia propter inſitam mollitiem & humiditatem incuruantur.

De Luxationum differentiis. CAP. II.

Luxationes ſimplices quæ.

Quæ compoſitæ dicantur.

Quid luxatio completa, quid contra ſubluxatio.

LVxationum aliæ ſimplices ſunt, aliæ compoſitæ. Simplices dicimus, quæ nullam aliam præter naturam affectionem coniunctam habent: Compoſitas, quæ vno vel pluribus præter naturam affectibus ſunt complicatæ, vt cum ad luxationem vulnus, fractura, dolor ingens, inflammatio, abſceſſus acceſſit. Horum enim occaſione ſæpe cogimur luxationem mnſ... facere tantiſper, dum illa remiſſionem ex ſeſe vel arte noſtra habuerint. Sunt & luxationum aliæ completæ ac perfectæ, cum nempe os ſua cauitate penitus excidit: aliæ imperfectæ, cum leuiter tantum emotum eſt, non autem omnino elapſum, ex quo & ſubluxationis nomen … habuit. A loco etiam luxationum differentiæ ducuntur, nam aliquando in anteriorem partem, alias in poſteriorem, ſuperiorem, inferioremque os luxatur, nonnunquam ſecundum omnes ſitus illas differentias luxari poteſt: nonnunquam ſecundum quaſdã tantummodo. Ab articuli etiam luxati conditione in magnitudine & paruitate: à ſinus excauatione ſuperficiaria, aut depreſſiore: denique à tempore, ſi ſcilicet recens, ſi inueterata ſit luxatio, ſumuntur differentiæ. Has omnes notaſſe operæpretium eſt, quia pro ſingularum varietate curandi exiſtunt indicationes, vt docebimus poſtea.

De cauſis Luxationum. CAP. III.

Internæ luxationum cauſæ quæ.

Externæ luxationum cauſæ quæ.

Hæreditariæ cauſæ quæ.

LVxationum tres in genere exiſtunt cauſæ, internæ, externæ, & hæreditariæ. Internæ ſunt excrementitii humores & flatus, qui in dearticulationes magna vi & copia decumbentes, ligamenta, quę oſſa mutuo ſibi nexu colligant, ſic lubricant, remolliunt, & relaxant, vt ipſa facile ſuis ſinubus excidant: vel eadem ligamenta ſic replent, & diſtendunt, adeoque decurtant, vt contracta vna oſſium appendices, a quib. oriuntur, contrahant, & ab oſſe cui ſunt ſuperpoſitæ, diuellant, vel etiam oſſium capita ſuis ſinub. ſubtrahant, ſi maxime ſimul concurrat noxii humoris impetus, qui cauitates dearticulationum occupans & replens, ipſa ſuis ſedibus depellat, vt ſæpe per iſchiadas, iſchii dearticulationi contingit, & ... vertebris, quarum luxatione gibboſi aut alioqui diſtorti homines euadunt. Externæ verò luxationum cauſæ ſunt, caſus ex alto, ictus contundens, & grauis, tormenta ex inceſſu in lubrico conſortio, & ... omnia, quæ oſſium capita ſuis ſedibus ac ſinubus excedere cogunt, quod etiam infantulis in ipſo enixu & partu accidit, cum ab obſtetricibus imprudentius & violentius extrahuntur, adeo vt his brachia vel ... luxentur. Cauſæ hæreditariæ ſunt, quas ipſi parentes in prolẽ transfundũt: hinc eſt, ꝙ gibbo is gibbus, & claudis claudi nõ neceſſario quidẽ, ſed haud ita raro generãtur. Cuius rei quotidiana expe-

A experientia fidem facit. Quin & ipſe Hippocrates author eſt, infantibus in ipſo vtero artus luxari poſſe [illegible] compreſſione, articulationum præ humiditate nimia, & laxitate: ex quo & varos varoſque multos [illegible] ortu [illegible], vt [illegible] & in dubium reuocare iam nemo debeat. Quod *in libro de articulis* Galenum [illegible] legimus, pueris in vtero materno abſceſſus contingere poſſe, qui ſua ſponte aperta vomica pus [illegible], & cicatricem ſolo naturæ beneficio contrahant: accidit etiam permultis [illegible], articulationum [illegible] minus, quam decet, depreſſas ipſaſque cauitatum oras [illegible] valde reſimas eſſe [illegible], vt oſſiũ capita minus alte in ipſas ſubire poſſint. Contingit aliis, vt ligamenta, quæ oſſibus articulationum connectendis à natura deſtinata, inſertaque aut circumpoſita ſunt, tenuia ſint ab ipſo primo ortu, & parum valida: aut pituita multa, ſeu congenita, ſeu aliunde affluente diluantur, adeo vt lubrica ipſa, oſſium nexus minus fideliter cõtineant. His omnibus vt oſſa facile luxantur, ſic mox facile etiam ſine Chirurgi opera reſtituuntur, quemadmodum in nonnullis eſt à me aliquando obſeruatum.

Sect. 3. ſent. 88 & 94 ſec. 82. 4. ſen. 3. & 4 lib. de art.

Pueris etiã abſceſſum in vtero cõtingere.

Quibus facile oſſa luxentur & reſtituãtur.

Luxationum ſigna. CAP. IV.

B SIgnorum, [illegible] in luxati oſſis cognitionem ducimur, alia ſunt luxationibus omnibus communia, alia [illegible]. Commune eſt, vt ſemper ſit tumor ea parte, in qua os prorumpit, ea ſinus, à qua receſſit. Propria vero ſimulatque de ſingulis luxationum ſpeciebus dicemus, proponentur. Completam luxationem cognoſci [illegible] actione partis deperdita, id eſt, motu abolito, dolor etiam luxationis opinionem facit, [illegible] oſſis [illegible] quod ſuo loco motum, cogitur alieno, carnes premit, neruiſq; parite. [illegible] Hac etiam facit articulationis ſanæ cum ea, quæ læſa creditur, collatio, [illegible] poteſt [illegible] partem, quæ alteri confertur, nullatenus nec natura, nec caſu [illegible], non emaciatam, non ſupra modum tumidam: alioqui fucum faciet, [illegible] Luxationis incompletæ ſignum [illegible] actionis in mouendo labor atque difficultas. Ligamenta [illegible] articulationum connexioni interuenientia, extenta ac relaxata ex eo cognoſcimus, ſi digitis caput oſſis [illegible] partem facile diſpellitur, indeque ſubito reſilit: ſi adactus in articulationem digitus, facile [illegible] nullo reſiſtente corpore, quaſi intus inania omnia eſſent, ſubit: ſi motus ſit difficilis, aut etiam nullus.

Communia luxationum omnium ſignum.

Cur luxata dolent.

Luxationis improprie dicta ſigna.

De Prognoſi in luxationibus inſtituenda. CAP. V.

C ARticuli omnes peruerti ſeu luxari poſſunt, ſed non perinde omnes reſtitui. Luxatur enim caput, ſed inde cita mors venit, propter ſpinalis medullæ totius ſuo ſtatim ab exortu compreſſionem. Par eſt vertebræ in ſpina & maxillæ, quæ vtraque parte prolapſæ, antequam reponerentur, inflammationem & inſignem tumorem mouerunt, indicium. Reliquarum dearticulationum oſſa vt magis minuſve luxata, & ſua ſede dimota [illegible], ita facilius aut difficilius reſtituentur. Nam quo propius à ſua cauitate aberrant, eo [illegible] tardius ac difficilius reponentur. A figura etiam luxati oſſis ductũ indicium facit [illegible] facile aut difficiliter reſtituendæ luxationis, vt in cubito. Iam, quod facilius oſſa luxantur, eo facilius ſemel luxata reſtituuntur. Carnoſis enim & bene habitis corporibus oſſa non facile excidunt: at vbi exciderunt, non facile reponantur. Talibus enim dearticulatio arcte vndique [illegible] muſculorum [illegible], & [illegible] adipis copia. Emaciatis contra, his præſertim, [illegible], dearticulationes laxiores exiſtunt, quo fit, vt oſſa facile excidant, ad [illegible] vitio, iiſdem articulationes mucoſis humoribus implentur, quo fit, [illegible] capita [illegible] ſint, vt eſt ab Hippocrate commemoratum. At gracilibus, ſcilicet corpus ſiccum [illegible] compactum eſt ac denſum, muſculi validiores
D ſunt & ligamenta [illegible]; quare his difficilius elocantur oſſa, & elocata difficilius reſtituuntur. Q[illegible] oſſa [illegible] nunquam dehiſcunt, vt cum latum ſcapularum os ab humero [illegible], & in brachio [illegible], & in crure tibia à ſura, calcis os à talo. Sed diducta oſſa nunquam [illegible], nunquam priſtinam formæ gratiam, nunquam actionum robur recuperant. Tum enim plurimum fit, vt ligamenta vel abrumpantur, vel exoluantur & [illegible]. Quibus ab interna cauſa oſſa luxata ſunt, illa poſtquam reſtituta ſunt facile, rurſum excidere poſſunt, quod humore excrementitio madida & imbuta ligamenta, ipſa fideliter continere nequeunt: ſæpe ligamenta haud tota, ſed portione tantum ſui abrupta ſunt, hincque actio partis vel perit, vel debilitatur: eſt & inſanabilis illa luxatio, cum ligamenta humore excrementitio madentia & turgentia decurtantur & contrahuntur tantum, quantum in latum craſſeſcunt: ſicque vna ſecum oſſium appendices, à quibus oriuntur, auellunt & abſtrahunt, quia enim multus ſinubus & [illegible] & appendix ſubeunt & excipiunt, non poſſunt ea, quantumlibet perita manu tractentur, [illegible] congredi & concurrere. Inueteratæ luxationes, per quas lentus humor [illegible] capitis oſſis cauitatem occupans concreuit, non reſtituuntur: vt nec, cum ipſa luxatorum oſſium capita cauitatem ſibi in vicino oſſe nouam aſſiduo attritu excauarunt, nec vero ſi reſti-
E tuantur, ſtabilis & fidelis eſt reſtitutio: quia naturalis cauitas occupata tenetur, & noua in propinquo parata eſt non bene & fideliter conceptum oſſis caput excipere. Quibus humerus luxatus eſt, his manu ad multas actiones perinde atque oppoſita ſana vti licet: non enim vt cruribus, ſic manibus corporis onus geſtatur: atq; quo magis exercetur manus, eo etiam brachium euadit corpulentius. Contra ſi luxatum ſit os femoris, maxime ſi intus luxetur, totum crus celeriter atrophia contabeſcit, quia omnis motus partium totum deperit: nam Hippocratis ſententia, propriũ officii exercitatio robur auget, & habitiorem partem facit: ignauia vero debilitat & emaciat. Si ad luxationem ingens vulnus & fractura acceſ-

Quæ luxationes ſint inſanabiles.

Cur quibus articuli difficulter luxantur, difficulter reſtituantur.

Sect. 1. de art ſent. 29. Celſus lib 8. cap. 11.

Appendicẽ a ſuo oſſe diuulſio cur inſanabilis. Hipp ſent. 88 ſect 3. de art.

Sen. 10. ſe. 5. li 6 epid & ſect. 3 de art. ſent. 88.

acceſſerint, periculum eſt, ne, dum reſtitutionis gratiâ extenſionem molimur, violentius neruos diſtrahamus, & ligamenta venaſque & arterias abrumpamus, vnde inflammationis, conuulſionis, & aliorũ peſſimorum ſymptomatum metus. Quare ſatius eſſe putat Hippocrates in tali affectuum contra naturam concurſu & complicatione, reſtitutionem luxati oſſis omnino non aggredi, nam ex tentata reſtitutione certa mors exoritur, claudicatio tantum in metu eſt. *Omnis luxatio reſtituenda eſt antequam inflammatio veniat:* quod ſi iam præſens illa adſit, de tollenda ſollicitum ſtatim Medicum eſſe oportet; *De cætero ægrum quiete* curet ne ſi irritetur malum doloris exacerbatio, conuulſionis, gangrænæ, & tandem mortis afferat conſecutionem, vt aliquando à me obſeruatum memini. Ergo vbi inflammatio, & alia maligna ſymptomata ſedata & correcta fuerint, tum demum aggredienda luxationis reſtitutio eſt, ſi præſertim corporis & membri affecti habitus eam admittere poſſit. Nam ſi corpus tenue, delicatum, ac molliculum fuerit, promptior & facilior erit reſtitutio. Difficilior contra, ſi denſum & compactum. Atque hæc de prognoſi in luxationibus inſtituenda ſufficiant.

Inflammatione præſente haud tentandam eſſe luxati articuli reſtitutionem.

De Luxationum cura vniuerſali. CAP. VI.

Quinq; curandarum luxationum ſcopi.

QVanquam antea generalem fracturarum, luxationumque curandarum methodum attigerimus, non erit tamen inutile, hic ea repetere, quæ ad hanc de curandis luxationibus tractationem accommodari poſſunt. Igitur curandas luxationes ſuſcepturo, in quinque ſcopos eſt intuendum, quos ordine adimplere conuenit. Primus eſt de tenendo. Alter de trahendo ſeu extendendo. Tertius de impellendo: Quartus de debita figura & ſitu collocando. Quintus de adiuncto aut ſuperueniente ſymptomate corrigendo. B

Quis tenendi membri in luxatis ſit vſus.

Primus ſcopus, intelligitur de tenendo vel corpore toto, vel parte tantummodo. Totum quidem corpus valido miniſtri complexu tenendum eſt, vbi humerus, aut vertebræ, aut femoris oſſa ſunt luxata. At in iuguli, cubiti, manus, genu, aut pedis, cæteriſque luxatione, partem arctè manibus tenere ſatis eſt. Tenendi ſeu corporis, ſeu partis vnius tanta neceſſitas eſt, ne, dum luxatum os extenditur, vna partium conſecutione totum corpus ſequatur, ſi nihil ſit, quod contra nitatur: nam ſi trahentem ſeu extendentem miniſtrum corpus ſequatur, fruſtratus eſt artificis motus omnis in reſtituendo conatus.

Quis extendendi.

Secundi ſcopi, id eſt, trahendi & extẽdendi vſus eſt, vt liberum ſit inter dimota oſſa ſpatium & interuallum, quo tanquam excurſu luxatum os, alacrius in ſuam cauitatem compelli poſſit. Trahendi autem ſeu extendendi ratio varia eſt, in quantitate & modo, pro vario muſculorum ac ligamentorum robore & oſſium in hanc aut illam partem luxatione. Manibus igitur fere ſemper hoc opus abſoluitur, quæ quando non ſufficiant, organa & machinæ aduocantur, quarum imagines mox appingentur. C

Quis impellendi ſeu cõſtituendi ſuo loco articulo ſit vſus.

Cæterum, ne quid peccetur, eouſque licebit extendere, quoad caput oſſis e ſui ſinus regione poſitum fuerit. Hoc vbi conſecutus erit Chirurgus tum ad tertium ſcopum properabit, qui eſt de oſſis capite ante commoto & leniter circumacto in ſuum ſinum compellendo. Cauendum enim eſt diligenter, ne aliorſum impellat, quam in propriam cauitatem: periculum inde eſſet, ne ipſum ab vno extremo in aliud conuerteret, oſque, verbi gratia, femoris, quod in anteriorem partem luxatum eſſet, vehementiore impulſu, mediam eius cauitatem excedendo, in poſteriorem adigeret & luxaret. Hæc culpa vt videtur, os eadem via reuocandum erit, qua exceſſerit, quod facile conſequi licet in luxationibus recentibus.

Signa cõſtituti ſeu reſtituti articuli.

Os reſtitutum intelligimus ſtrepitu & velut ſclopo ſeu ſono, eſtimuli, quem res ſolidæ & ſonoræ in ſuum cauum conſertim intruſæ aut relatæ ſolent edere: partis affectæ cum ſana ſimilitudine & conuenientia in figura, magnitudine omnique conformatione, denique doloris ſedatione.

Quis collocandi membri reſtituto articulo vſus.

Quartus ſcopus, qui eſt de partis conuenienti ſitu, eo conſilio adimpletur, vt os poſtquam reſtitutum fuerit, ſua cauitate contineatur, neque rurſum exiliat. Brachium igitur ſi luxatum fuerit, mitella ex ceruicibus renodata, inuolutum geſtabitur: ſi femur, genu, crus, pes, in lecto compoſita continebuntur, interim vero ſtatim à reſtitutione D videbit Chirurgus, vt ſtupis, ſplenijſque, ſeu plagulis in oxyrrhodino maceratis, & conuenientibus medicamentis onuſtis, articulatio affecta inuoluatur: inde artificioſa deligatione conſtringatur, aduolutis faſcijs in contrariam partem ei, in quam os luxatum exceſſerat. Quo eodem conſilio plagulæ craſſiores inde adhibebantur, vnde os exceſſerit, alias periculum eſt, ne denuo eloceſtur.

Deligationum reſtituto articulo ratio.

Hæc vbi peracta fuerint, toto quatriduo, vel quinque dierum ſpatio nihil circa luxationem mouebit, niſi dolor, aliud-ue ſymptoma ſinile ſuperuenerit. Tum enim ab illa ceſſatione & quiete, reuocabit nos quintus ſcopus, qui eſt de corrigendis ſymptomatibus & affectionibus complicatis, vt dolore, inflammatione, vulnere, fractura & alijs, de quibus *in tractatu de fracturis* abunde diximus.

Ad inueteratas luxationes curatio.

Inueteratas luxationes antequam reſtituere tentemus, fotu, cataplaſmate, emplaſtro, litu, alijſq; remedijs humectare ligamenta, vincula & muſculos tentabimus, quo ante illæ partes manui Chirurgi obſequentiores: tum moderata circumactione & leui quodam quaſi excuſſu, luxata oſſa commouenda ſunt, vt qui diuturnitate temporis excrementitius influxit humor, molleſcat, attenuetur, diſſoluatur, aut lubricetur, ſimulq; muſculorum, ligamẽtorum, & aponeuroſeon articulationi ad tutelam circumpoſitarum fibræ, laxentur, moxque liberius extendantur. At ſi ingens tumor, dolor, & inflammatio vrgeant, prius de illis ſedandis & medicandis cogitandum, quam de luxatione reſtituenda. E


Machinarum quarundam luxatis reſtituendis inſeruientium deſcriptio. CAP. VII.

Hæc vincula non ad capias, ſed ad taſim cõparata ſunt.

ANtequam ad ſingulas luxationum ſpecies veniam, operæpretium fore duxi, tres vinculorum formas deſcribere, & ſpectãdas proponere: quorũ ad luxata tenẽda & trahẽda magna eſt opportunitas. Primum vinculum Nota. A. deſignatum membro tenendo cõparatum eſt. Secundum, cui Nota B. eſt appoſi-

A appoſita, trahendo ſeu extendendo idoneum eſt, vnicoque nodo conſtat. Tertium, cui litera C. affixa eſt, duobus nodis conſtat ad continendum & conſtringendum arctius.

Vinculorum trium deſcriptio.




B

Placuit & ſequens organum appingere, validius trahendo & extendendo comparatum, quando manus non ſufficit. Factum eſt ad inſtar trochleæ literis. D D. notatæ intra hanc tres conditæ ſunt rotulæ, per quarum canales obuoluitur funis ductarius, nota. H. deſignatus. Ad trochleæ extrema inſerti ſunt vncinelli, quorum vnus affigendæ ad columnam trochleæ dicatus eſt, alter funi ductario attrahendo & circumagendo. Literis B B. notantur pyxides, quibus trochlea concluditur. A A. Pyxidum illarum opercula. C. Veruculum cochleatum, quod in columnam ligneam depangitur, vt ad ipſius caput ſeu extremum armillatum affigatur, alterum ex vncinellis trochleæ commemoratis. F. Terebellum, quo in columna foratur foramen ad veruculum cochleatum indendum. Quæ omnia ſubiecta figura cernere licet.

C

Trochlea mechanica ſeu machinalis.




D

Loco trochleæ nonnulli pragmatici vtuntur infra deſcripto organo, quod Manubrium verſatile nominant. Huius mucro in terebelli ſeu terebræ formam exſcalptum & ſtriatum eſt, implumbaturque ſeu adigitur in columna lignea. Intus in illo manubrio incluſa latet cochlea, vncinato extremo, ad quod adnexum vinculum eſt. Clauiculæ vero circumactione tortilis ſcapus ſeu cochlea mas, in cochlea fœmina verſatur: ſic tantum demittitur & contrahitur vinculum, quantum elocati oſſis repoſitioni ſatis eſt.

E

 A

Manubrii verſatili delineatio.



B

His in genere præmiſſis, nunc partium ſingularum luxationes exequemur, à maxilla ad pedum vſque digitos.

Cauſa.

De Maxillæ luxatione. CAP. VIII.

Differentia.
Signa altera tantum parte luxata.
Signa vtraque parte luxata.
Prognoſis.

LVxatur maxilla multis ex cauſis, ſed non raro ab oſcitatione, aliiſque validioribus oris diductionibus. Frequentius in anteriorem, quam in poſteriorem partem, propter additamenta mammillaria, quæ retro ipſam excedere prohibent. Fit modo altera tantum parte luxatio, modo vero vtraque. Si altera tantum parte luxata eſt, ipſa cum mento in contrariã partem, qua luxata non eſt, obtorquetur in obliquum, vnde exceſſit cauitas eſt, qua receſſit tumor, conſerere os æger nequit, ſed hianti eſſe cogitur, adeo vt mandendi munere fungi non poſſit, ipſa cum dentibus ſuis in priorem partem prominet, nec dentes paribus reſpondent, ſed ſub inciſoriis canini ſunt. At ſi vtraque parte luxata eſt, ipſa tota cum mento in exteriorem partem, pectuſque promouetur, intenti ſuper muſculi temporales apparent, ſaliua ægro inuito ab ore fluit, inferiores dentes longius, quam ſuperiores, excedunt, quo fit, vt os claudi nequeat, nec lingua ad loquendum libere conuolui, balbutiente ægro. Cum vtraque parte luxata eſt, difficilius reſtituitur: ſuntque omnia ſymptomata vehementiora, quare primo quoque tempore debet reſtitui, alias ægro extremi mox dolores adſunt ad gutturis partes inflammatio, febris, vnde non raro mors intra decimum diem contingit; propter quinque neruorum ramos, qui à ſecunda & quinta coniugatione cerebri orti, in muſculos ipſius motorios diſtribuuntur, qui violentius tenſi commemorata ſymptomata inuehunt. Aſſerunt pragmatici, maxillam duodecimo die, poſtquam reſtituta eſt, extra relapſus aleam eſſe: ſi in luxatione aliquot dies manſerit, antequam reſtituere aggrediaris, vtendum circa ipſam medicamentis remollientibus & relaxantibus: reſtitutæ vero apponendum medicamentũ ex oui albuminib. & oleo roſaceo ad doloris ſedationem, ſplenia mox in oxycrato macerata Secũdo apparatu ea apponentur, quæ agglutinandi & ligamenta aliaſque partes relaxatas contringendi vim habent, vnaque reſtitutam ſuo loco continendi, talis medicamenti hæc erit forma. C

Cura maxilla vtraq; parte luxata cita mors.

D

℞ puluerum boli armeni. ſanguinis draconis farinæ volat. maſtich. picis reſinæ, an. ℥ ß. albuminis ouor. quantum ſuffi. it, fiat medicamentum. Poſtea locus eſſe poterit emplaſtro diachaliteos in oleo roſaceo, & aceto diſſoluto, aliiſque pro re nata.

Conſtringẽs medicamentum.

De reſtituenda Maxilla ad anteriora vtraq; parte luxata. CAP. IX.

Prima reſtituenda maxilla ratio.

PRimo quoque tempore æger humi reſupinus, aut in humili aliqua ſede collocandus eſt, arcteque continendum per miniſtrum caput quo ſit immobilius, tum Chirurgus vtriuſque manus pollices, linteolis, vel faſciis ne dentium aſpero occurſu lædantur, tum ne dilabantur, inuolutus, in os ægri conſicere debet, hiſque craſſiores luxatæ maxillæ dentes comprimere, cæteros digitos extrinſecus ſub mento admouere, iiſdemque maxillam totam ſurrigere. Quod ſi hac arte reſtitutio perfici non poſſit, quod os parte illa interna adeo conſertum & conſtrictum ſit, vt conuci in id pollices nequeant, adigendi intro cunei lignei ſunt ex molliore materia, vt corylo aut abiete quadrati & craſſitie digitali Incuneabũtur hi vtrinque ſupra molares dentes: mox mento faſcia ſubiicietur, cuius extrema manibus miniſter comprehendet genubuſque ſuper ægri ſcapulas innixus, ſurſum attrahet. tum ſimul Chirurgus cuneos ligneos deorſum deprimet, ſicque maxillæ oſſa reſtituta conuenienti deligatione continenda erunt, & medicamentis vt decet, curanda; ægro interim ſermone omnique oris otioſa diductione interdicendum. Quinetiam à cibis durioribus, & manſu contumacibus, ad dolorem vſque exactum, abſtinendum, quibus liquida tantum in vſu erunt, vt hordeatum, panatella, gelatina, expreſſa & colatitia iuſcula, aliaque his ſimilia. E

Altera ratio.

Diæta.

De Re-

A

De Reſtituenda Maxilla, altera tantum parte ad anteriora luxata.

CAP. X.

HVmili otio in ſede æger collocato, [illegible] eſt ſic, vt [illegible] Chirurgum, miniſter á tergo caput compre- *Quid Chirurgum facere conueniat.*
henſum rigide [illegible] Chirurgum trahentem, extendentem, & alia ad reſtitutionem ne- *Quid ægrũ.*
ceſſaria [illegible] Chirurgus immiſſo in molares dentes pollice, maxillam deprimet, &
[illegible] cantatem compellet, interim æger ipſe Chirurgi conatus, quantum
in ſe erit, iuuabit, os quam minimum diducendo, ne muſculi tendantur: tantum nempe hiabit, quantum admittendo Chirurgi pollici [illegible] enim demum crotaphyræ muſculi ſuo loco reſtituuntur,
[illegible]. Si quantum poterit, os diducat, æger, conuulſorio quodam quaſi modo illi tendentes [illegible] obſtinatius arctius obſeret, pollici Chirurgi ingreſſus non patebit ad dentes
molares.

Aſſerunt nonnulli, maxillam in poſteriorem partem nonnunquam luxari, tumq; os ita obſerari, *Maxilla in poſteriora luxata ſigna.*
vt æger diducere ipſum & hiare nequeat, dentium ordinem inferiorem contractiorē eſſe, & intro magis [illegible] guttur ad [illegible]. [illegible] vt reſtituatur, caput ægri à tergo arcte continendum eſſe, in-
B terim cum Chirurgus immiſſo in os vtroque pollice, cæteris digitis extrinſecus ſub mento admotis, *Curatio.*
concutiendo ipſum [illegible], ſeu ad anteriora, adducet, ſuoque ſic loco componet. Quod ad me attinet,
[illegible] mihi nunquam viſum id luxationis genus, vixque vnquam contingere poſſe propter rationem *ſuperiori capite* commemoratam, [illegible] mihi perſuadeo. Quod ſi tamen caſu quodam contingat,
completa [illegible], ſed imperfecta: paulo tantum retro ad guttur emota maxilla ad mammillarem [illegible] facile reſtituetur ſurrecta excitataque maxilla, & pugni velut ictu in-
[illegible]

De Iuguli luxatione. CAP. XI.

IVguli oſſa [illegible] ob torporem & laxitatem, ſic & luxari poſſunt. Luxantur vero vel contra ſternum, *Iuguli luxationis differentia.*
vel contra ſcapulam, ſeu ſcapulæ acromion. Eſt tamen omnino rarum vtrumque id luxationis genus *Curatio.*
propter arctam & firmam connexionem, quæ iugulo eſt cum partibus commemoratis, præſertim vero,
qua ſterno connectitur, vix deprimi poteſt, quod prima velut coſta fulciatur. Cæterum ad interiora,
exteriora, & latera luxari poteſt, atq; pro illa varietate, variæ erunt reſtitutionis artes: reſtituitur tamen
in genere [illegible], impellendo & extendendo brachium. Si igitur res poſtulet, humi æger reclinabitur
C ſupinus, [illegible] aut ſcorteo puluino duro, ſimilive alia re ſcapulæ ſuppoſita: fiet enim hac arte,
vt ſcapula thoraxq; ſic ad exteriora protuberent, vt mox attollendo, deprimendo aut protrahendo brachium [illegible], prout in hanc, aut in illam partem os excelſerit, fracturæ aut luxationis
[illegible], tum enim [illegible] prominentia in [illegible] compelletur. Cæterum deligare *Com. ad ſen. 62. ſect. 2. de art.*
oportet, plagulis [illegible] continere, tanquam fractum eſſet. Scribit Galenus ſibi quinque & triginta annos [illegible] exerceretur, elocatum fuiſſe tam enormiter ab acromio
iugulum, vt inter [illegible] trium digitorum interuallum interceſſit. Hanc porro luxationem ſibi tam
valida & arcta deligatione quadrageſimo demum die reſtitutam fuiſſe, vt arteriarum ſub iugulo pulſantium [illegible] motus, paucos vero homines reperiri, qui etſi neceſſariam, tam arctam
tamen [illegible] deligationem tolerare velint. Profecto difficile eſt cognitu id luxationis genus, ſed [illegible]. Multos Chirurgos deceptos noui, quibus iuguli luxatio ſummi humeri luxati opinionem fecit. [illegible] ex Epomis intumeſcit: locus vero, vnde iugulum exceſſit, [illegible] cum dolore vehementi, inflammatione, & ſtringendi aut
aliquid mouendi [illegible] humeri opera fiunt, obeundarum impotentia.
D tia. Certe id os luxatum [illegible], mancus in vita reliquum erit æger, ſic vt manum neque ad caput, neque ad os promouere poſſit. *Cautio.*

De luxatione [illegible]. CAP. XII.

SPina dorſi oſſeis multis vertebris, tanquam totidem orbiculis, mutuo nexu dearticulatis, conſtat, *Spina anatomica deſcriptio.*
ſuo læuore & circinnato ambitu, in ſpinas & anteriora mouendi & inflectendi habilitatem conſpirantibus. Quod ſi vnico oſſe conſtaret, perpetuo tanquam tetano rigidi, & palo medium velut traiecti,
toto corporis trunco ſtaremus immobiles. Vertebræ illæ medio foramine pertenebratæ ſunt, quo medulla à cerebro tanquam per fiſtulam delapſa, neruorum ſenſoriorum & motoriorum generationi,
& in omnes quæ ſub capite ſunt, partes diſtributioni ſufficeret. In quem vſum multis foraminibus ad
latera peruia eſt, per quorum ſingula, ſingulæ neruorum coniugationes in reliquum corpus erumpunt,
irrumpuntque venæ & arteriæ ad nutritionis & vitæ propagationem. Tota ſpinæ facies exterior quatuor apophyſeon generibus velut horret & armatur, quarum aliæ ſurſum, aliæ deorſum, aliæ in re- *Spinæ apophyſeon varietas.*
ctum, aliæ in tranſuerſum vibrantur. Ex harum ergo horridulis, aculeatiſque proiecturis, ſpinæ nomen
E ipſa tota obtinuit. Vertebræ quo magis à ceruice recedunt, eo magis augeſcunt, adeo vt illæ, quæ ſunt
in imo poſitæ, omnium extant maxime: eſt enim rationi conſonum, vt quod gerat, maius ſit eo, quod
geritur. Hinc os ſacrum reliquis tanquam baſis ſubſtratum cernitur: apophyſes laterales vertebrarum metaphreni præter illam tuendæ ab externis iniuriis concluſæ medullæ vtilitatem, aliam inſuper *Gal. cap. 7. lib. 13. de vſu part.*
habent, nempe quod coſtarum oſſa valido nexu firmant & ſtabiliunt. Vertebris interiacet cartilago,
& lentus ac quaſi albumineus quidam humor, qui ipſas, vt & reliquas corporis dearticulationes ad
motus agilitatem lubricat: inſigni agilitate in anteriora tantum, non etiam in poſteriora flexibilis
eſt ſpina, quod ſic ſingulis pene momentis venæ cauæ aſcendenti, & magnæ arteriæ deſcendenti,
ipſi

ipſi intus ſubtenſis, á nimia tenſione ruptionis immineret periculum. Itaq; vertebrarum dearticulationes validis mutuo ligamentis firmatæ poſteriora magis ſpectāt. Hæc de ſpinæ natura præmittenda fuere, antequam ad luxationes, quæ ipſi accidunt, deſcenderemus: multa alia conſulto omittimus, quæ à Galeno fuſiſſime enarrantur, hoc addidiſſe contenti, nihil in tota oſſium humanorum compage reperiri, quod ſummi opificis Dei induſtriam clarius atteſtetur, hoc ſpinæ & vertebrarum eius contextu. A

Li. 13. de vſu part.

De Capite luxato. Cap. XIII.

Capitis cum prima ceruicis vertebra cõnexio.

CApут ceruici inſidet, primæ ipſius vertebræ per dearticulationem connexum, interuentu duarum apophyſeon, quæ ab eius baſi iuxta foramen, per quod cerebri medulla in dorſi ſpinam defluit, ſurgunt, excipiunturque prioribus ſinubus in prima illa vertebra excauatis. Hæ apophyſes interdum cauitate ſua excidunt, faciuntq; luxationem in partem poſteriorem: quo fit, vt ſpinalis medulla comprimatur & contendatur violentius, mentum pectori agglutinetur, neq; bibere, neque loqui æger poſſit: quare ex hac luxationis ſpecie mors celerrime ſuperuenit, non vlla Chirurgi culpa, ſed morbi omnem curationem reſpuentis magnitudine.

Prognoſis.

De Ceruicis vertebrarum luxatione. Cap. XIV. B

Luxatarum ſpina vertebrarum pernicies.

REliquæ ceruicis vertebræ & luxari & ſubluxari poſſunt. Luxatio quidem, niſi extemplo corrigitur, citam mortem infert: ſic enim ſpinalis medulla ſui ſtatim à prima origine comprimitur, comprimuntur & nerui ab ea orti, illi maxime, qui reſpirationi inſeruiunt: quo fit, vt ſpiritus animalis in reliquum corpus ſubiectum peruenire & radiare nequeat. hinc ſubita inflammatio, [illegible] & [illegible] ſeu apnoea potius. Subluxatio vero parem calamitatem non infert: per hanc vertebræ in poſteriorem aut anteriorem partem ſuis ſedibus paulum dimotæ peruertuntur, tum collum diſtorquetur, [illegible], loquendi & ſpirandi difficultas adeſt. Talis ſeu luxatio ſeu ſubluxatio ſic reſtituitur. Æger humili in ſella collocandus eſt, tum miniſter eius humeris ac ſcapulis toto corporis pondere inniti & inſiſtere debet: Chirurgus interim caput manibus vtrinque ad aures comprehenſum concutiendo, & in omnem partem verſando excitare, quoad ſuo loco vertebra reddita & reſtituta ſit. Reſtitutam vero intelligimus repentina doloris, qui ante ægrū grauiter exercebat, ſedatione, & libera capitis ac colli in omnem partem verſatione. Poſt reſtitutionem caput in oppoſitam luxationi partem reclinandum eſt, ceruixq; circum humeri dearticulationem ſic deliganda, vt arctior non ſit deligatio, ne guttur & gulam, reſpirandi & deglutiendi vias comprimat. C

Subluxatarum ceruicis vertebrarū ſigna & ſymptomata.

Curatio.

Signa vertebrarum ceruicis reſtitutarum.

De dorſi vertebris luxatis. Cap. XV.

Differentiæ & ſigna.

Cauſa.

LVxantur dorſi vertebræ, introrſum, extrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum. Introrſum luxatas intelligimus, cum depreſſam cauitatem in ſpina relinquunt. Extrorſum, cum gibbum faciunt: vt & cum in hoc aut in illud latus obliquatum extuberant, ſiniſtrorſum vel dextrorſum luxatas cognoſcimus. Luxationis vertebrarum ad exteriora, vt omnis luxationis cauſa duplex eſſe poteſt, interna vna, altera externa. interna eſt vel humorum à toto corpore, parteve aliqua in ipſas, ipſarumque ligamenta decurſus: vel à propria & natiua earum partium imbecillitate congeſtio: aut a dolore & calore attractio. Externa eſt lapſus ab alto in durum aliquod corpus, ictus grauis & contundens, pronitas multa & frequens, qualis in vinitoribus & fiſtucatoribus, ſenibus ſiliceрnis, hiſq; item omnibus, qui ab oſſis femoris luxatione inſanabili, coguntur inter ambulandum proni, manu femori inniti. Cæterum niſi magna admodum vi, vertebra à poſteriore parte in interiorem propelli & excidere nequit; ac ſi id quando contingat, niſi vinculis & ligamentis ruptis non fit: rumpuntur enim potius, quam tantam extenſionem ferre valeant. D

Vertebra dorſi ad anteriora ſeu anteriora luxata perniciosa.

Talis luxatio mortifera eſt, quia arctiore compreſſione ſpinalis medulla vehementer violatur, vnde in ſubiectis membris ſtupor, & ſenſus priuatio. Nec vero ſperabilis eſſe poteſt reſtitutio: non enim, vel per ventrem, in ſuum locum compelli queunt: vrina tum ſupprimitur, ſupprimuntur & alui excrementa: nonnunquam contra præter voluntatem vtraque prorumpunt, genua & crura refrigerantur, ſenſu & motu abolito. Talia ſpina introrſum luxata frequentius, quam extrorſum contingunt, quod nerui, qui à ſpina oriuntur, intro in corpus magis ferantur & tendant: adde quod compreſſa ſpinalis medulla inflammationem concipit: Hac inflammata ſimul & partes aliquo ſympathiæ genere ipſi affines & coniunctæ inflammantur. quo fit, vt lotium veſica reddere nequeat. Nerui vero vbi comprimuntur, facultatis animalis irradiationem haud amplius excipiunt: hinc ſenſus, motuſq; in partibus, ad quas feruntur, abolitio, quare neq; moleſta contenti excrementi ſenſu amplius irritantur, neque ad cohibitionem conſtringuntur. Illinc ſuppreſſio, hinc præter voluntatem excrementorum prorupt io. At ſpina extrorſum luxata vix medullæ, vix neruis compreſſionem infert.

Hipp. ſent. 51 ſect. 3 de art. & Gal. in com.

Cohibita & præter voluntatem ſ[illegible] vrinæ cauſa.

De luxata extrorſum ſpina reſtituenda. Cap. XVI. E

Curatio.


VErtebræ extrorſum luxatæ, quando gibbum faciunt, pronum ægrum ſuper menſam collocare, extendere, & vinculis linteis ſub alis & ad ilia crurāq; arcte vincire oportet. Tum ſurſum, deorſumq; quam maxime, citra vim tamen, poterimus trahere & extendere: niſi enim talis extenſio fiat, reſtitutio ſperabilis eſſe nequit, propter vertebrarum apophyſes & cælatos ſinus, quibus ad firmiorem nexum ſe mutuo excipiunt & excipiuntur. Tum manib. ſuper gibbū conſiſtendū eſt, prominenſq; vertebra intus impellēda. Quod ſi hac arte reſtitutio fieri neqt, fuſtes duos, quatuor digitos lōgos & vnū craſſos [illegible]

Alia curationis via.

linteis

A linteis inuoluere oportet, & hic inde ſingulos ad luxatarum vertebrarum latera applicare, ipſoſque manibus contra protuberantes vertebras vtrinque & certatim apprimere, quouſque in ſuam ſedem compulſæ fuerint, eo plane modo, quo in ſubiecta imagine cernis.

B



Interim caue, ne apophyſes, quæ mediæ in ſpina extant, attingas: facile enim atteruntur. Reſtitutas vertebras intelliges ex æquali totius ſpinæ planitie: poſt reſtitutionem, deligare partem oportet, & ferulas ſeu laminas plumbeas in eam rem affabre factas circumponere, ſic, vt ne vertebrarum illas, quas C dixi, criſtas, ſeu medias apophyſes, ſed tantum latera comprimant: hinc ſupinus æger in lecto collocandus, ferulæque diutius continendæ, ne iterum vertebræ excidant.

Reſtitutarũ dorſi vertebrarum in ſuo loco confirmatio.

De vertebrarum à cauſa interna luxatione, ſpecialior doctrina.

CAP. XVII.

VErtebræ luxantur etiam à cauſa antecedente, ſeu corporea, vt ante diximus. Cauſam illam velut accerſere & inuitare videtur ſpinæ dorſi partiumque eius natiua imbecillitas maxime vero ligamenti neruoſi, quo vertebræ omnes mutuo nexu colligantur, id ligamentum haud equidem ad ſpinalem medullam pertingit, ſed tantum vertebras extrinſecus connectit. Nam præter duas membranas, à duabus cerebri meningibus prolatas, quibus tanquam inuolucris medulla illa conueſtitur, tertia quoque ſupra has tunica fortis ac neruoſa circumiecta eſt, ne dum ſpina varie inflectitur, flexa quoque medulla diſrumpatur. Naſcitur tertia hæc tunica à pericranio, ſtatim atque primam ceruicis vertebram id attigit. Ligamentum porro illud, quo diximus vertebrarum nodos, tanquam vinculo inter ſe compingi & D coniungi, tenaci & glutinoſo humore ad motas vertebrarum procliuitatem circumfuſum eſt. Huic humori nonnunquam alius frigidus, crudus, craſſus & viſcidus per magnas fluxiones & catarrhos confuſus tumorem gignit, qui non modo neruos per vertebrarum foramina prodeuntes, ſed & ipſarum quoque, quibus vinciantur, ligamenta diſtendit: quæ inde diſtenta & quaſi conuulſa vna ſecum vertebras nunc dextrorſum, nunc ſiniſtrorſum, alias introrſum, alias extrorſum rapiunt, ſeque ſua ſede dimouent & luxant. Extrorſum protuberans & gibbum faciens, luxata vertebra Cyphoſis Græce dicitur, id eſt, Gibberoſitas, Introrſum vero depreſſa Repandita, ſeu Lordoſis nominatur. At eadem dextrorſum aut leuorſum luxata, Scolioſin facit, ſeu Obliquitatem, quæ ſpinæ figuram diſtorquens in literæ S ſimilitudinem obliquat. Addit Gal. quartum vertebrarum vitium: cum earum quidem dimotæ iuncturæ ac compages laxatis ligamentis exiſtunt, ſed tamen vertebræ in ſua ſede permanent, & Quaſſationem appellat, ſeu Seiſin. Norint & aliud vitium medullæ ſpinali proprium, cum ipſa à motis illis, quibus adhæret vertebris, ab ipſis diuellitur & abſcedit: id vitium cauſam habet à lapſu ex alto, à graui ictu, & ab omnibus occaſionibus, quæ magnopere concutere, adeoque ſpinalem medullam deprimere, vel alio quouis modo ſuo loco dimouere & excutere poſſunt. Vix quiſquam ex hoc malo conualeſcit, propter E multas rationes, quas quiuis in arte verſatus, ipſe per ſe excogitare poteſt: ſed ad cauſam luxationum internam redeamus. Luxationis internæ illi cauſæ gignendæ valde ſunt opportuna corpora, fluxa & mollia, qualia eſſe ſolent puerilia. Ad internam illam cauſam ſi externæ acceſſerint occaſiones, & cauſæ præincipientes promptius excident vertebræ. Sic nutrices dũ puellarũ pectus coſtaſque conſtringunt arctius, quo poſtea corpore fiant tenuiore, & ilibus tumidioribus, cogunt pectoris os antrorſum ſe, aut retrorſum promouere, aut ſcapularum vnam habitiorem vel tumidiorem eſſe, altera emaciata & depreſſa. Idem error contingit, ſi frequentius & diutius puellos in latera, quam in dorſum collocent, vel ſi excitatos ſomno ſic lecto attollant, vt pedes comprehendiſſe contentæ, dorſum altera manu nequaquam fulciant; ne id quidem cogitantes, quod in caput infantes maxime excreſcunt.

Spina dorſi natiua imbecillitas.

Cyphoſis quid.
Lordoſis.
Scolioſis.
Cum ad ſen. 2 ſect. 3 lib. de art.
Seiſis.
Medulla ſpinalis à circũſtantibus vertebris diuulſio.

Nutricum in faſciandis & tractãdis infantibus error.

A

De Prognoſi in luxatis dorſi vertebris.

CAP. XVIII.

Hipp. ſent. 6. ſect. 3 de art.
Cur gibbi gutturoſi & ſtertentes.

SI protinus ab infantia dorſi vertebræ luxatæ fuerint, vel nihil, vel parum admodum in latum coſtæ creſcunt, ſed foras antrorſum protenduntur: itaque pectori & ſterno ſua & naturæ lege debita latitudo deperit, ac tanquam in carinam acuminatur. Hinc pulmonibus, muſculiſque qui reſpirationi inſeruiunt, compreſſis & coactis aſthmatici fiunt, quoque facilius ſpirent, coguntur ceruicem ad magnam vertebram repandam habere, ex quo & gutturoſi apparent. Quia vero preſſa eis aſpera arteria ſpiritus per anguſta eliditur, ideo inter ſpirandum ſtrident, & inter dormiendum ſtertunt, eo quod pulmones, qui ſpiritum ſeu aerem excipiunt, & reddunt, minori ſint amplitudine: ſed & crebris in pulmonem deſtillationibus obnoxij ſunt, quo fit, vt vitæ fere ſint breuioris. At quibus infra ſeptum gibber eſt, morbis renum & veſicæ hi obnoxij ſunt, femoribus & cruribus graciliores euadunt, tardius pariter que pubeſcunt, & barbam promittunt, infœcundiores denique ſunt, ac minus prolifici, quam quibus gibber B
Qui gibbi minus prolifici.
ſupra ſeptum contigit. Quæ a cauſa externa fiunt gibbi erofitates, ſæpe ſanabiles: at quæ ſunt ab interna cauſa, inſanabiles omnino exiſtunt, niſi ſtatim ab initio magna ſolertia & diligentia occurſum fuerit. Itaque quibus hoc malum eſt hæreditarium, nunquam conualeſcunt. Quibus dum adhuc pueri ſunt, priuſquam corpus integre adoleuerit, ſpina in gibberum incuruatur, iis corpus ad ſpinam augeri non ſolet, ſed crura & brachia ad perfectum & debitum incrementum deueniunt, partes vero ad pectus & ſpinam attinentes exiliores euadunt: nec mirum, cum enim venæ, arteriæ & nerui ſuo loco non ſint, nec ſpiritus libere, nec alimentarij ſucci liberaliter, conſtrictis viis affluunt, vnde emaciatio neceſſario conſequitur: at artus læſionem proptas nullam inde ſentiunt, quia non totum corpus, ſed propinqua tantum huius mali contagione afficiantur. Cum plures vertebræ ſe ordine conſequentes vno impetu ſimul & ſemel luxantur, minus periculoſa eſt luxatio, quam ſi vna ſola excidit: nam vna tantum vertebra cum luxatur, ſpinalem medullam ita ſecum abripit, vt in acutum pene angulum illam cogat: idcirco arctius compreſſa, vel frangitur, vel comminuatur neceſſe eſt, id quod omnino eſt lethale ſiquidem cerebri vicaria ſit. At cum plures vertebræ ſimul luxantur, in angulum obtuſum tantum, vel ſemicirculum potius deduci ipſam neceſſe eſt, ex qua compreſſione patitur quidem, ſed non adeo, vt mors neceſſario conſequatur. Hic igitur ſpectare videri poteſt, quod eſt ab Hippocrate pronuntiatum, circularem vertebrarum e ſuo loco dimotionem angulari minus eſſe periculoſam. C

Cur ſpina lumbarum partes ad pectus attinentes minus bellè nutriantur & creſcant.
Cur vnam quam plurium vertebrarum periculoſior ſit luxatio.
Sent. 31. ſect. 3 lib. de art.

De Coccygis luxatione. CAP. XIX.

COccyx introrſum à violento in nates lapſu, aut graui ictu, non raro tanquam luxatur: per id mali genus æger calcem ad clunes adducere nequit, imo niſi magna vi genu flectere. Laborioſa eſt fæcum per anum excretio, ſedere niſi in ſella perforata non potis eſt. Vt reſtituatur ea veluti luxatio, digitum per anum intus ad locum vſque affectum intrudere oportet, quemadmodum in fractura dictum à nobis eſt, tum magna vi id os ſatagendum eſt, & altera manu eodem momento, ibi & cum vicinis partibus extrinſecus complanandum: remediis denique ante commemoratis ſtabiliendum & in ſuo loco confirmandum. Confirmatur vero vigeſimo fere poſtquam reſtitutum fuerit, die: quo toto tempore niſi in ſella forata ſedens æger aluum non exoneret, ne iterum os, nondum bene & fideliter ſtabilitum excidat. D

Signa.
Curatio.

De Coſtarum luxatione. CAP. XX.

Cauſa.

ABicta graui & contundente coſtæ luxari, & vertebris, quibus coarticulantur excidere, introque vel in latus impelli poſſunt. Cuius ſpeciei luxationis, etſi à Veteribus nulla fiat mentio, in genere tamē oſſa omnia ſuis ſedibus & ſinubus, quibus excipiuntur articulanturque, excidere poſſe fatetur. Signum luxatæ & in latus elapſæ coſtæ eſt palpabilis inæqualitas, quæ hic cauitatem, illic tuber facit: intro vero compulſæ ſignum eſt, depreſſa tantum eo loco, quo vertebris excipitur & articulatur, cauitas. Huiuſmodi luxationes varia inuehunt ſymptomata, nempe dyſpnoeam, motus thoracis, læſa coſta, intercepta libertate flectendi & erigendi corporis, difficultatem, doloris pleuritidem mentientis occaſione muſculoſæ carnis coſtæ ſubtenſæ inflationem à mucoſo humore & flatuoſo illic genito, propter rationes *lib. de Fracturis* commemoratas. His omnibus vt occurratur, ſtatim reſtituenda luxatio eſt, tum inflationi carnis medendum. Si igitur luxata coſta exciderit in vertebræ latus ſuperius, rectus ſtatuetur æger ſuſpenſus ex oſtij aut feneſtræ alicuius altioris ſupercilio brachiis, tum quà eminet coſtæ capitulum comprimetur, quoad in ſuum ſinum fuerit compulſum. Contra ſi in latus vertebræ inferius coſta exciderit, oportet, vt æger pronus incuruetur, manibus ſuper genua nixus, tum compreſſo & impulſo tubere luxatio reſtituatur. At ſi intro luxata exciderit coſta, non magis Chirurgi manu reſtitui poteſt, quam luxata introrſum vertebra reuocari, propter expoſitas ante rationes. E

Signa.
Curatio.
Com. ad ſen. 3 ſect. 1. de art.

De luxato Humero. CAP. XXI.

Cur ab oſſe humeri in cauitatem omoplatæ nullum ſit internum ligamentum.

FAcile luxatur humerus, quod eius dearticulationis mollia ſint & laxa ligamenta, tum quod omoplatæ cauitas non admodum profunda ſit, & præterea vndique leuis & polita, haud ſecus, quam humeri, quod ea excipitur caput. Adde, quod nullum eſt ab oſſe in os internum ligamentum, quod eam dearticulationem confirmet, quemadmodum in femore & genu: In quo tamen defeciſſe naturam haud putandum eſt quin potius eius hac in re prouidentiā admirari decet, quod hęc articulatio non extenſionis tantum & flexionis gratia comparata ſit, vt ea, quæ in cubito eſt, ſed præterea circumactionis,

A vt quæ brachium in gyrum contorqueat, nunc in pronum, nunc in ſupinum, in omnem denique ſitus differentiam. Os humeri, quod Hippocrates brachium appellat, luxari poteſt quatuor modis, ſurſum, deorſum ſeu in alam, antrorſum, & extrorſum, nunquam vero retrorſum ſeu in poſteriorem partem. Nam cum inde ſcapulæ cauitas, quæ humeri caput, quod Articulum appellat Hippocrates, excipit, incumbat & obnitatur, quis eſt, qui eam luxationem vel animo poſſit concipere? nunquam item introrſum, hac enim parte validi muſculi, qui Deltoides dicitur, carnem ſuperiectam habet, ſcapulæ præterea dorſum & acromion, denique ancyroidem ſeu coracoidem proceſſum: quæ quatuor omnia vetant, quominus in partem interiorem prolabi hic articulus poſſit. Hippocrates vero vnicam tantum ſibi viſam huius oſſis luxati ſpeciem pronuntiat, eam ſcilicet, quæ deorſum ſeu in alam fit, & certe vulgatior illa eſt, frequentiuſque contingit: itaque primum de illa aggredieмur dicere.

Differentiæ luxati humeri.

Sent. 1 ſect. 1. lib. de art.

Humeri deorſum luxati ſigna.

Cum humerus deorſum in alam luxatus eſt, depreſſa in ſuperna dearticulationis parte cauitas percipitur: omoplatæ acromion acuminatius ſolito apparet & proiectius, quod ſcilicet humeri caput
B ſub alam delapſum & conditum eſt, illic tuber efficiens: cubitus etiam extrorſum tanquam ſe proiicit, & à coſtis longius abſcedit: quanquam vi compulſus propius illi admoueri atque adiungi poſſit, ad eiuſdem partis aurem, oſſe, aut ſcapulam, manum ſurrigere æger non poteſt: quod ſignum non eſt luxato humero proprium, ſed ipſi cum contuſione fractura, inflammatione, vulnere, abſceſſu, ſcyrrho, quauiſque in neruos à ceruicis vertebris ortos, & in brachium diffuſos fluxione commune: longius etiam alterо id brachium eſt. Denique, quod cuiuis luxati humeri differentiæ commune eſt, nulla motus ſpecie brachium citra doloris ſenſum mouere æger poteſt, propter tenſos & compreſſos, ruptis etiam quibuſdam ipſorum fibris, muſculos.

Curationum differentia.

Humeri deorſum in alam luxati reponendi ſex ſunt modi. Primus cum pugno id fit, aut mantili. Secundus glomere filaceo, qui alæ ſubmiſſus fuerit calce impulſo. Tertius humero alæ ſubiecto: qui modus cum primo, recentibus & reſtitutu facilibus luxationibus, mollium præſertim ex carnium humore diffluentium, & effœminatorum hominum, vt puerorum, eunuchorum & mulierum eſt accommodatiſſimus. Quartus glomere alæ ſubiecto, ſimulque traiecto ſuper perticam, duorum miniſtrorum armis aut duobus arrectariis ſubnixam, brachio. Quintus ſcala. Sextus organo Ambi dicto. Hos ſex
C modos deſcribemus, & oculis ſubiiciemus.

De primo reponendi humeri modo, digitis nempe in pugnum contractis.

CAP. XXII.

VAlidus inprimis adſit miniſter, qui ex oppoſito latere poſitus, ægrum ſupra humeri articulum firmiter contineat, ne ad neceſſariam extenſionem & molitionem, impulſionemque huc illuc toto corpore temere feratur, hinc alter comprehenſum ſupra cubitum eius humerum, deorſum verſus ſic trahat & extendat, vt ipſius caput ſtatuatur è regione cauitatis ſuæ in omoplata cælatæ. Tum denique Chirurgus ſurrigat, impellatque manu in pugnum compreſſa, id oſſis caput in illam cauitatem. Hic notandum id in primis venit, in luxationibus recentibus, corpore præſertim molli, effœminato, humidiore, & haud adeo carnoſo, contingere, vt ſolius iuſtæ extenſionis vi, caput oſſis, expeditum muſculis, aliiſque particulis, quibus quaſi vinctum tenebatur, in ſuam ſe cauitatem reſtituat: reſtitutis nempe ſic ſuo
D loco & figuræ muſculis, vnaque dum ſe ad ſua capita retrahunt, os ſecum trahentibus, ac quodam quaſi ſubſultu compellentibus. Itaque in pleriſque, nobis nihil tale cogitantibus, ſatis fuit ad reſtitutionem humerum extendiſſe. Quod ſi inueterata ſit luxatio, & manus non ſatisfaciant, ægri humerum ad palū vinculo ante deſcripto alligandum, vel miniſtro à tergo ſtanti, vt fideliter contineatur, mandandum. Mox brachium paulo ſupra cubitum deuinciendum, ſpira filacea, cui funis adiunctus erit: is per trochleam traiectus & tractus pro arbitrio quantum neceſſe eſt, deducetur & demittetur. Denique Chirurgus mantili, aliove ſimili vinculo, ex collo renodato & pendente, ſub ægri alam iuxta luxationem traiecto, humerum in pedes ſe attollens, toto ceruicis nixu ſurriget, vnaque eodem momento brachio ad pectus ægri adducto, ambabus manibus humeri caput, in ſuam cauitatem compulſum reponet, quemadmodum ſubiecta figura licet intueri.

Gal. com. ad ſent. 13. ſect. 1. de art.

Sola extenſione perfecta reſtitutio luxati humeri.

E

Primi modi reſtituendi humeri delineatio.

A



B

Inde vicinis partibus omnibus apponendum medicamentum ex farina volatili, bolo armenio, myrtillis, pice reſina, & alumine in pollinem tritis, & oui albumine exceptis. Hinc alæ cauitas implenda glomere laneo, aut xylino, aut ſplenio linteo, oleo roſato aut myrtino, pauco aceto, & vnguento roſaceo, aut Galeni refrigerante, ne ad pilos, ſi qui ſubſint, adhæreſcat, oblito. Pars poſtea deligāda eſt, faſcia duobus capitibus conſtante, quinque digitos lata, duas vlnas longa, plus minuſue pro corporum ratione. Media ipſa ſtatim alæ ſubiiciatur, inde ſupra humerum ægrum decuſſetur, & decuſſatis ſemper, quantumque videbitur, circumuolutionibus, ad oppoſitam alam deuoluatur. Brachium denique pectori admotum, & media figura ad angulos fere rectos compoſitum, ſic vt manus altius adducta, humerum ſanum pene contingat, ne os recenter repoſitum iterum excidat, mitella includatur: nec primus is apparatus, niſi poſt quartum aut quintum diem, mutetur, niſi ſuperuenientis alicuius ſymptomatis magnitudo ab illo nos inſtituto reuocet. C

Media figura.

De ſecundo reponendi humeri modo, calce ſcilicet: cum æger præ dolore, neque in pedes rectus, nec ſedens conſiſtere poteſt. CAP. XXIII.

Hipp. ſent. 22 ſect. 1. de art.

HVmi ſupinus æger in matta collocandus eſt, eiusque alæ glomus filaceus ſubiiciēdus, aut pila ſcortea, tomento vel bombace farta, eius craſſitiei quæ cauitati implendæ ſufficiat, vt mox calce in ſuū ſinum os facilius compelli poſſit. Tum Chirurgus ipſi aſſideat, humero luxato è regione oppoſitus: ac ſiquidem dexter humerus luxatus ſit, calcem dextram pilæ applicet, quæ alam implet: ſin ſiniſter, ſiniſtram: mox ægri brachium, manibus ambabus comprehenſum, verſus pedes attrahat, eodemque momento calce alam valide comprimat. Dum hæc fiunt, ſtabit à tergo ægri miniſter, qui eius humerum mantili aliquo lineo, laqueoue aut loro ad id facto ſurriget, ſimulque calce nitens ſummam omoplatam deorſum deprimet: alter præterea miniſter ab altero latere ægro aſſidebit qui ipſum complexus prohibebit, ne ad neceſſarias inter reſtituendi opus extenſiones huc illuc temere feratur, vt ſubiecta imagine licet intueri. D

Secundi

A

Secundi modi reſtituendi humeri delineatio.



B

De tertio reſtituendi humeri modo. CAP. XXIV.

AL æ ægri, altior aliquis & validus miniſter, ſummi humeri acuminatam partem ſubiiciet, vnaq; eius brachium violentius verſus pectus ſuum pertrahet, ſic vt æger toto inde quaſi corpore pendeat. Interim alius miniſter ad maiorem impreſſionem, pondusque, ægri luxato humero ſcapulæque toto ſe corpore concutiendo incumbet. Sic à priore, ſubiecto alæ miniſtro humerus deorſum tractus, & ab altero incumbente impulſus, concuſſusque concurrente vna Chirurgi opera, & violentos motus manibus regente, in ſuam ſedem reſtituetur, quemadmodum ſubiecta figura docet.

C

Tertii reſtituendi humeri modi figura.



D

De quarto modo luxati humeri reſtituendi.

CAP. XXV.

SVmitur pertica ſitulariæ ſimilis, duos pollices lata, & hexapodem circiter longa. In ea media defigitur glomus filaceus, aut pila craſſitiei, quæ alæ cauitati implendæ ſit ſatis. Duo hinc inde pari interuallo depacti ſurgent axiculi lignei, quibus tanquam repagulis cohibetur humerus, ne ſemel traiectus, in ſubiecta alæ cauitati pila non conſiſtat, ſed dilabatur. Perticam illam duo valentes & ægro altiores, ſeu natura, ſeu arte homines, armis ſuis imponent: tum ſuper ipſam, qua parte pila protuberat, alam traiiciet æger: præſto aderit Chirurgus, qui pendulum brachium deorſum trahet. Sic æger è pertica, humero velut pendebit, adeoque humeri caput in ſuam cauitatem compelletur, vt appicta hic imago demõſtrat, in qua ſeorſum perticam ſitulariam intueri licet cum depactis axiculis, ſeu clauis ligneis, & defixa in medio protuberante pila.

E

Quarti modi reſtituendi humeri figura. A



B

C

De quinto, qui per ſcalam eſt, reſtituendi luxati in alam humeri modo.

CAP. XXVI.

LIcet & ex ſcalæ gradu, quo ſequitur modo, luxatum in alam humerum reſtituere. In altiore ſcalæ gradu rotundum aliquod corpus tanquam pila aut glomus defigitur, quod, vt ante diximus, implẽdæ alæ ſufficiat: ad ima ſcalæ ſtat ſcabellum, quod æger aſcendit, tum vtrumque illi crus ſimul, ſanum vero brachium poſt tergum religatur, ne, cum mox reſtitutio fiet, ſcalæ gradu manu comprehenſo, aut pede ſubnixus, totum opus interturbet, & fruſtraneum reddat. Mox igitur humerus ſuper ſcalæ gradum traiicitur, defixæque pilæ alà applicatur, iuſſo interim ægro ſcalæ gradui, toto corpore ſuo proxime adeſſe: alias, præterquam quod luxationis reſtituendæ alia ſpes non eſt, tum præterea frangendi humeri non leue periculum imminet. Cauebit inſuper æger, ne e ſcalæ gradibus caput proferat interatue. Hinc brachium illi ipſa filacea ſimiliue ad id facta habena, ſupra cubitum religatum, deorſum miniſtri manibus trahetur, eodemque momento ſcabellum eius pedibus ſubtrahetur, ſic vt ex ſcala pendulus ſit: D
Hac demum arte caput humeri ex ſeſe reſtituetur, concurrente chirurgi opera, qui ſcapulam deprimet, humerum huic inde commouendo. Reſtituto oſſe, ſtatim quod paulo ante ſubtractum fuerat ſcabellum, ægri pedibus ſubiicietur, vt facilius & minus laborioſe brachium à ſcalæ gradu reuocare poſſit. Nam ſi ipſum patiens ſurſum trahendo reuocet, periculum eſt, ne recenter reſtitutum, nec dum in ſua ſede bene ſtabilitum humeri caput, rurſum excidat. Harum omnium rerum imaginem hic ideo appingendam duxi, vt illam artem oculis quaſi iudicibus aſſequi poſſes.

E

Quinti

Quinti modi reſtituendi humeri delineatio.



Non putaui hoc loco prætermittendam Nicolai Picardi Lotharingiæ ducis Chirurgi induſtriam. Is vocatus à ruſtico quodam, qui ipſi luxatum in alam humerum reſtitueret, nec in villa præter ægrum, eiuſque vxorem quiſquam eſſet, qui ſibi tanto operi neceſſariam operam miniſtrare poſſet, ægrum ipſum, quo diximus modo, vinctum ſcalæ admouit, mox fuſtem ex demiſſo & inferiore capite habenæ quæ humerum ægrum ſupra cubitum deuinciebat, religatum, vni ex ſcalæ gradibus, vna maxime demitti poterat, ſubiecit, & hoc tanquam retinaculo obſtrinxit ac firmauit: in eum mox fuſtem velut in arundine equitaturus, toto corporis pondere connixus ſe intulit, eodemque in articulo iuſſit vxorem
D adſtantem, ſcabellum mariti pedibus ſubiectum ſubtrahere: quo facto, extemplo os in ſuum locum rediit, vt ſubiecta figura eſt intelligere.

Figura alia, quintum reſtituendi humeri modum exprimens.



Figura alia in eandem rem. A



B

C

Si ſcalæ copia non ſit, vti licet pertica tranſuerſaria, duobus arrectariis fulta. Vti licet & oſtio, quẽadmodum alia figura docet: in qua aduertere te oportet fuſtem ſeu ſpatulam cum ſuis loris & laqueis, cuius ſequenti capite vſus deſcribitur.

De ſexto reſtituendi humeri in alam luxati modo.

CAP. XXVII.

Sect. 1. lib. de art. ſent. 19.

HVmeri reſtituendi optimam omnium hanc eſſe viam Hippoc. ſcribit. Ligneam ſpatulam ſumere oportet, quæ latitudine ſit quatuor aut quinque digitorum, craſſitie duorum, aut etiam tenuior: longitudine vero bicubitali, vel paulo minus: altera eius extremitas anguſtiſſima ſit & tenuiſſima, cum extante capitulo rotundo, & leuiter cauo, vt alæ ſubiectum, recipere particulam aliquam ex capite humeri poſſit, quodque ideo non ad coſtas, ſed ad caput humeri vergat. La ſpathæ ſumma pars linteo, aut panno, quauiſue alia re molli inuoluatur, quo leuior ſit, & minus contactu lædat: tumque ſub alam ſic impellatur, vt inter coſtas & caput humeri, interiorem penitiſſime in partem penetret. In ea præterea ſpatha bina ſint, tribus locis iuſto interuallo diſtinctis, foramina, in quæ lora mollia coniiciantur, quibus ad reliquum brachium, ipſi totum ad digitos vſque in longitudinem porrectum deligetur: vno loco paulum infra humeri caput, altero paulum ſupra cubitum, tertio ſupra manum, vt quam maxime firmum permaneat. Itaque ei rei protinus interualla, tunc quoque foraminum aptata ſint: in primis vero id curandum eſt, vt ſumma ſpathæ pars ſuperato capite brachij, in quam intimum alæ ſinum ingrediatur: poſtea inter duas columnas cauterius tranſuerſus conſtituendus eſt, eisque bene deligandus, ſupraque eum, brachium cum ligno ita tranſmittendum eſt, vt in alteram partem brachio, in alteram corpore propendente, ſub alam cauterius ſubeat: quod vbi factum fuerit, hinc brachium, inde corpus circum cauterium detrahendum eſt. In eam autem altitudinem deligari cauterius debet, vt corpus ſuſpenſum ſummis digitis inſiſtat. Hæc reponendi humeri ratio longe optima eſt. Loco duarum columnarum vti licebit ſcala, ianua, fulcris, lectis, aliisque ſimilibus, quæ forte affuerint. Auditum habeo ab Henrico Haueto Chirurgo Aurelianenſi optimo, nunquam ſibi fruſtra tentatam fuiſſe reſtituendi humeri in alam luxati hanc rationem: niſi forte, quod etiam ab Hippocrate notatum eſt, ob vetuſtatem luxationis, & caro in acetabulum ingreſſa fuiſſet, & caput humeri in loco, quem inciderat, nouum ſibi ſinum excauaſſet: tum enim vel reſtitui os non poſſe, vel non manſurum in ſua ſede: ſed relapſurum nihilominus in recenter excauatum ſinum, qui ipſi acetabuli naturalis loco eſt. Cæterum monendi hic ſunt Chirurgiæ tyrones, quod ſi os primo conatu & molitione non reſtituatur, non deſperandum, & ſtatim deſiſtendũ ab incœpto, ſed præmoliendum tum, & leniter præagitandum articulum. Ita enim demum facilius commouebitur, & naturalem cauitatem ſubibit: vbi ſubiuerit plagulis appoſitis, obuolutiſque faſciis curabi-

Gloſſocomũ quod Ambr. dicitur, deſcriptio. D

Sect. 1. de art. ſent. 21.

E

Sect. 1. de art. ſent. 21.


Hippo. ſent. 64. ſect. 4. de art.

A curabitur, quo ſupra dictum eſt, modo. Ad exhibitas vero ante figuras hanc etiam addere volui, quæ cum ſpatha Hippocratica reſtituendi humeri in alam luxati rationem ſubiicit. Hæc ſpatha ſubicibus arrectariis, axiculo ferreo traiecta, media inſidens pro arbitrio verſari, attolli, & deprimi poteris.

A. Spatham ligneam verſatilem monſtrat.
B. Subices arrectarios.

Gloſſocomium Hippocrati Ambi dictum.

B



C

Huius machinæ vt certior ſit vſus, æger in ſedili debet ſedere, quod paulo humilius ſit ſubice arrectario, quo maior ſit vis in alam intruſæ ſpathæ cum deprimetur, ad caput humeri compellendum: vinctis præterea ſimul pedibus æger ſit oportet, ne ſe erigat dum reſtitutionem tentabit Chirurgus: tum vero tentabit, cum luxati humeri brachium ſecundum ſpathæ longitudinem exporrectum, eidem loris alligauerat, ipſamque ſummam ſpatham, ſub caput humeri elapſum intruſerit, vt ante dictum eſt: mox enim depreſſo altero ſpathæ, quod ad manum pertingit, extremo, os in ſuam cauitatem cogitur. Diligenter vero te contemplari oportet ligneam ſpatham ſeorſim ea gratia à me depictam, quam Ambi nominat Hippo. cuius ſummum caput leuiter excauatum eſt notatum litera B. Tota vero ipſa elemento A. deſignatur, cum tribus loris pendulis ligando brachio comparatis, vt certo loco ſtet immotum, quemadmodum ſubiecta figura docet. *Qua ratione vt liceat machina Ambi dicta.*

D

Ambi,

Ambi, luxato humero applicati, effigies.



Ad hanc Ambi deſignatam effigiem alia additamenta acceſſerunt, ingenio Nicolai Picardi Chirurgi Lotharingiæ ducis: quorum vſum & cognitionem mihi ab ipſo artifice fideliter traditam, nolui Lectori ſtudioſo inuidere.

Alia Ambi effigies cum ſuis additamentis.



A A. Mon-

A A A. *Monſtrat duos auriculares tanquam obices, continendo & coercendo ſummo humero comparatos, ne applicata machina ipſe dilabatur.*
BB. Columnam, cui ambi inſidet.
CC. Axiculum ſeu clauum, qui traiectam ambi, verſatilem continet in ſua columna.
DD. Cochleas ſeu cochleatos ſcapos, quibus pes, ſeu columna baſis firmatur, ne dum reſtitutio fit, vacillet.
LL. Pedis foramina, quibus per inſertos cochleatos ſcapus ſubiecto ſolo affigitur, in eum, qui dictus eſt, vſum.

De modo reſtituendi humeri antrorſum luxati

CAP. XXVIII.

RArum eſt, vt humerus in anteriorem partem luxetur: ſed tamen nihil adeo ſtabile & confirmatum in corpore exiſtit, quod non violento incurſu violetur: ita vt ea etiam oſſa ſuis locis excidant, quorum articuli validis vndique carneis, neruoſis, cartilagineis & oſſeis obicibus cinguntur ad connexionis ſtabilitatem. Id intelligere licet hac luxati humeri ſpecie firmo omni ex parte vallo munitæ: nempe acromio, ſummo iugulo tanquam obnitente, craſſis & validis muſculis epomide nempe & bicipite. Hæc *Rara luxati humeri ſpecies.* *Com. ad ſen. 2 & 23 ſect. 1. de art.*
B luxationem Hippocrati, Aliæ minoris anguſtis clauſtris olim coercito nunquam, Galeno vero quinques viſam, profiteor me ſemel obſeruaſſe in quadam monacha, quæ clauſtri pertæſa, cum ſe è feneſtra in terram præcipitaſſet, lapſusque ac corporis grauitatem cubitus ſuſtinuiſſet, ipſi antrorſum luxatus eſt humerus. Cognoſcitur id luxationis genus ex conformationis ſeu figuræ membri deprauatione ex humeri capite in pectus detorto. denique ſummum quidem tum brachium extenditur, minus tamen quã naturaliter: difficiliusque in priorem partem, quam in poſteriorem cubitus porrigitur. Repoſitio iiſdem efficitur artibus, quibus reliquarum luxationum: nempe arcte tenendo, extendendo, & impellendo. *Signa.*
Æger igitur humi ſupinus collocandus eſt, humerumque contrario, quam cum in alam excidit, in modo extendere oportet. Nam cum in alam excidit, in anteriorem partem primum, deinde ſurſum articulus impellitur, quo ad è regione ad ſinum, in quem eſt ingreſſurus, fuerit deductus. In hac vero luxationis ſpecie quia in anterioribus dearticulationis partibus eſt ſummus humerus, ſiue ad exteriorem, ſiue ad interiorem partem muſculis diductis interclufus, in contrarium agendus eſt, nempe in poſteriorem. *Curatio.*
Sed in primis à tergo miniſtrum conſtituere oportet, qui validum laqueum (cuiuſmodi eſt Carchelius, qui ex duobus aduerſariis loris & perpetuis conſtat) & latum alæ circumiectum retrahat, ne cum mox *Sent. 23 ſect. 1. de art.*
C humerus extendetur, ſcapula ſequatur, glomumq; ante indere filaceum, qui alam expleat. Inde humerum, iniecto paulo ſupra cubitum altero laqueo, extendere, interimque cauere, ne eius caput in alam procidat: quod fiet & ſubiecto illo, de quo diximus, alæ glomo, & ipſum caput in diuerſa trahendo: tũ vero ex circumſtringentibus muſculis, articulum expeditum remiſſa extenſione permittere à muſculis in ſeipſos originesque ſuas, vnanimi velut impetu recurrentibus attrahi, in cauitatemque compelli, ſic enim facile reuertetur, tutiusque eſt ſola talis extenſio.

De Humero extrorſum ſeu ad exteriora luxato.

CAP. XXIX.

RAra etiam humeri ad exteriora luxatio eſt: ſed tamen ſi quando contingat, omnino quidem difficilius eſt brachij extenſio, difficilior tamen in exteriorem partem, quam in anteriorem. Verſum pectus depreſſa cauitas percipitur, extrorſum vero tuber, a qua ſcilicet parte humeri caput abſceſſit. Vt reſtituatur, pronus in ventrem æger collocandus eſt. cubitusque magna contentione in contrarias partes eis, in quas abſceſſit, adducendus, nempe introrſum ad pectus. ſimul vero humeri caput protuberans in ſinum ſuum compellendum eſt, ſic enim facile reuertetur. *Caterum in quamcunque partem os humeri luxatum exciderit, extendendum, & deorſum directe trahendum brachium eſt.* Poſt repoſitionem medicamenta idonea *Signa.* *Curatio.* *Faſcia ad continendum humerum, poſtquam repoſitus fuerit.*
D nea dearticulationi circumponentur. Immittetur in alam aliquid, quod eam explere poſſit, plagulæque ei parti apponentur, in quam os luxatum exciderat, mox hæc omnia confirmabuntur, & continebuntur valida & lata faſcia bicipite, alæ ſubiecta, indeque decuſſatim ſupra humeri dearticulationem adducta, atque hinc in oppoſitam alam tot circumuolutionibus, quot res exigere videbitur, deducta. Tum brachium in mitella ad angulos rectos componendum eſt: quæ figura in omni non modo humeri, ſed & cubiti fracti luxatione ſeruanda eſt, quia minus eſt dolorifica, adeoq; talis, vt in ea diutius brachium immotum perſtare poſſit. *Signa.* *Curatio.*

De ſurſum luxato humero. CAP. XXX.

NOnnunquam etiam in ſuperiorem partem humeri caput luxatur. Quod quando contingit, tubere ſuo ſe id prodit ad iugulum, cauitas vero ſub ala ſolito amplior percipitur: cubitus magis recedit à coſtis, quam cum deorſum id excidit. Omnino vero ad actiones conſuetas brachium eſt impotens. Vt talis reſtituatur luxatio, oportet, vt Chirurgus humerum ſuum ægri cubito ſubiiciat, ſeque ſurſum in ſummos pedes ſublatus erigat, ſimulque humeri caput in ſuam cauitatem comprimat, aut comprimi, *Signa reſtitutorum in ſuam cauitatem oſ. ñ.* *Authore cũ Hipp. ſen 6l. ſect 3 fra. & Celſo non commemorari videtur, in luxati cubiti ſpeciebus nominandus.*
E compellique miniſtri adſtantis manu iubeat. Alias ægrum reſupinum humi collocare oportet, dumq; miniſter affectum brachium deorſum trahendo extendet, Chirurgus manu propria caput humeri in ſuum ſinum compellet. Repoſitione peracta, eadem fient, quæ in reliquis luxationibus, appoſitis plagulis ei parti, in quam os abſceſſerat. ſimiliterque deligatione obuoluta.

Intelliges vero in his quatuor luxationum commemoratis ſpeciebus, quod exciderat os, eſſe reſtitutum ex ſono, qui ſubauditus fuerit, dum compulſio facta eſt. ex actionum ſolitarum, quę inflectendo, extendendo & attollendo cernuntur, reſtituta facultate, doloris ceſſatione, collatione denique affecti brachij ad ſanum, & cum eo ſimilitudine ac paritate. *Quæ partes notrer, non ſpectare docantur.*

De luxa-

De luxatione cubiti. CAP. XXXI.

Quæ extrorſum, ſurſum & deorſum.

Ad finem ſect. 3. de fract.

Author cũ Hipp. & Celſo non conuenit in harũ luxationum nominibus appellandis: nam quæ hic ad exteriora & interiora luxationi attribuuntur, ea Celſus attribuit luxato cubito in priorem & exteriorem partem, & quæ mox ſurſum & deorſum luxato cubito, ea Celſus ad exteriora & interiora luxationi attribuit.

Inflammatio impedit repoſitionẽ.

CVbitus etiam luxari quatuor modis poteſt, nempe introrſum, extrorſum, ſurſum, & deorſum. Per partem, quæ introrſum eſt, eam intelligo, quæ corporis centrum ſpectat, cum brachium naturali ſitu collocatum eſt, figura nempe, quæ inter pronam & ſupinam media eſt. Extrorſum partem intelligo eam, quæ illi eſt oppoſita. Per ſuperiorem eam, quæ cœlum, per inferiorem eam, quæ terram reſpicit. Cubiti dearticulatio, quo pluribus capitulis pluribuſque ſinubus abſoluitur, quam humeri, eo, ſi quando luxetur, moleſtior eſſe ſolet, magiſque inflammationem inſuper patitur & ſuper occalleſcit, vt ait Hippocrates: ac difficilius quidem cubiti, quam humeri articulus excidit, ſed reſtituitur & reponitur difficilius, quia oſſa cubiti, humerique ſeſe mutuo excipiunt & ſubeunt per ginglymum dearticulata, vt pluribus *in anatome & paulo ante in fractura cubiti* docuimus. Ideo vero cubitus luxatur, quia apophyſes eius circa humerum pleno orbe, & abſoluta conuerſione non conuertuntur. Itaque ſi quando arctius, preſſiusque flectitur cubitus, quam vt apophyſis interior locum & ſtationem in ſui ſinus fundo retinere poſſit, apophyſis poſterior retrorſum excidit ac luxatur. Cum vero violentius extenditur apophyſis anterior, ad ſuæ cauitatis fundum allіditur, alliſa vero & quaſi pulſata exilit, exciditque ſuo loco, atque hæc luxationis ſpecies reſtitutu longe difficilior eſt priore: adde quod cubiti extremum exterius, quod olecranum dicitur, altius eſt: interius vero alterum depreſſius eſt, quo etiam fit, vt omnibus cubitum flectere, quam extendere, ſit facilius. Itaque à cauſa violentiore extrorſum, quam introrſum cubitus elabitur. Cum in hanc exteriorem partem cubitus prolapſus eſt, extentum brachium manet, neque incuruari poteſt: quod tum eius apophyſis interior in cauitate externa, quæ in imó humero exciſa eſt, hæret, quæ ante ab olecrani interna parte occupabatur: quæ res repoſitionem facit difficilem: quod illic tanquam obſeſſa teneatur illa apophyſis. At cum anteriorem in partem cubitus luxatus excidit, brachiũ curuum eſt, neque extenditur, breuiuſque altero eſt. At ſi ſecundum alios luxationum modos ſurſum nempe aut deorſum cubitus ſua ſede elapſus ſit, ipſius naturalis figura peruertitur, nempe exporrectum quidem brachium eſt, ſed paulum tamẽ in eam partem, à qua os receſſit, recuruatum, id eſt, medio quodam modo inter flexionem & extentionem figuratum. Quæcunque luxationis ſpecies inciderit, cubiti actio vel omnino non fit, vel certe bene non fit, quoad ſibi ex ſuo loco reſtitutus ipſe fuerit: tuber eſt in parte, in quam abſceſſit, cauitas, à qua exceſſit, quod etiam in omnium partium luxationibus cernitur. B Præterea cubiti luxatio alia completa & perfecta eſt, alia imperfecta. Hæc vt facile & leui quadam ex occaſione incidit, ſic facile reſtituitur: perfecta contra, vt difficulter, & niſi vehementi aliquo ab impetu C fit, ſic non ita facilem habet repoſitionem: præſertim niſi inflammationem præueneris, ſuborta enim inflammatio repoſitionem vel difficillimam, vel omnino impoſſibilem reddit, maxime eam, quæ extrorſum ſeu in exteriorem partem incidit.

De reſtituenda luxatione cubiti, quæ in exteriorem partem incidit. CAP. XXXII.

Signum.

Curatio.

Cautio.

Olecranum quid.

SI quando diſtentum brachium, neque flecti habile animaduerterimus, extrorſum luxatum cubitum eſſe, licet intelligere. Itaque repoſitionem eius quamprimum eſſe aggrediẽdam, fluxionis & inflammationis metu, quas doloris acerbitas acerſere ſolet. In quamcunque partem inciderit luxatio, reponendi vna ratio eſt; nempe curandum vt miniſter arcte & firmiter ægri brachium infra humeri dearticulationem teneat, interim vero Chirurgus brachium manu comprehenſum trahat, ſimulque humerum extrorſum, cubitiq; tuber introrſum compellat, brachium autem ſenſim trahet & extẽdet, hac illac leniter intorquendo, vt quod excidit os, in ſuam cauitatem deducat. Hæc eo à me conceptis verbis dicta ſunt, vt intelligat Chirurgiæ tyro, ad hanc luxationis ſpeciem reſtituendam, non eſſe flectendum D brachium: non enim ſic reſtitutio ſperabilis eſſe poteſt, quia per hanc luxationis ſpeciem, apophyſis interior oſſis cubiti, locum occupat apophyſeos exterioris in humeri cauitate. Itaque dum brachium incuruatur ſeu inflectitur, cubitus tantum attollitur, non in ſuam ſedem pertrahitur. Quod ſi repoſitionem illam manu conſequi non poſſimus, curandum eſt, vt brachium luxatum columnam aliquam amplectatur leuiter inflexum: tum forti habena cubiti extremitas, olecranum dicta, comprehendenda venit, inſertoque in habenam fuſte in ſuam cauitatem intorquendo compellenda eſt: quemadmodum ſubiecta imagine demonſtratur.

E

Figura,

A *Figura, qua rationem docet, qua cubitus columnam amplexatus iniecta habena, intortoque fuſte reponi poßit.*

B



C

Figura, qua rationem monſtrat, qua ſola habena iniecta cubitus reſtitui queat.

D



E

Eſt & alia expeditior reſtituendi via, quæ figura nouiſſime expreſſa monſtratur: qua ſcilicet columnam amplexo brachio laqueus pollicem latus ad olecranum iniicitur, tamdiuque pertrahitur, A quoad os elocatum in ſuam ſedem redierit. Tum vero rediiſſe os & reſtitutum eſſe intelligimus, quando dolor quieuit, figura omniſque naturalis conformatio brachio redit, faciliſque & minime laborioſa ipſi eſt flexio atque extenſio.

De cubiti ad interiora, deque completa & incompleta luxatione.

Cap. XXXIII.

Curatio.

SI ad interiora luxatus eſt cubitus, valide rigideque extendendum brachium eſt, hinc ſtatim, velociter & rapido impetu inflectendum, adeo vt manus ſuum humerum feriat, nonnulli rotundum aliquid in cubiti flexu ponunt, & ſuper id cubitum repente ad humerum, vt præ diximus, impellant. Si leuiter tantum à ſua ſede commotum eſt os cubiti in ſuperiorem aut inferiorem partem, tracta & verſum cauitatem ſuam impulſione facile reſtituitur, hoc, qui ſequitur, modo. Miniſtri duo brachium humero & carpo comprehenſum extendent, ac pro ſe quiſque, ad ſe in diuerſas partes trahant: ſimul vero qui aderit Chirurgus, quod emotum fuerit os, ab ea parte, in quam deflexit, in contrarium manu impellet, B poſtquam ſic reſtituerit, brachium ad angulos rectos componet, eumque deligabit: & idonea ante cõmemorata medicamenta apponet, mitella denique ex ceruicibus appenſa inuoluet, quemadmodum in humeri luxatione diximus. Iubet Hippocrates, vt poſt repoſitionem æger ſæpius brachium in pronum & ſupinum mouere aggrediatur, extendatque & inflectat, imo manu graue aliquod onus attollere tentet: ſic enim fore, vt huius dearticulationis ligamenta molliora, expeditiora, & ad motus ſolitos habiliora fiant, vindicenturque oſſa cubiti & humeri ab ancyloteos morbo, cui per huius partis luxationes ſunt opportuna. Eſt autem ancyloſis *oſſium diuerſorum in eandem dearticulationem coniunctorum quadam præter naturam agglutinatio, coagmentatio & quaſi vnio*, quæ dearticulationis illius flexus, extenſioneſque poſtea prohibet. In cubito vero celerius, quam in vllo articulo, ſiue extra remanſit, ſiue intus reuertit, callus circumdatur, quod per quietem & à ſolitis motibus ceſſationem humor viſcidus, qui naturæ lege articulis obductus eſt, aliuſque inſuper præter naturam, qui tum doloris occaſione tractus affluit, induratur, occaleſcit, oſſaque ſibi mutuo compingit & ferruminat, quemadmodum in multis per huius partis inertiam, & diuturniorem quietem obſeruaui. Huic igitur vitio vt occurratur, celerius ſæpiuſque, nempe triduo quoque, tota deligatio reſoluenda eſt, atque in omnem partem brachium leniter ægro motitandum. C

Sent. 63. ſect. 3 de fract.

Antyloſis quid.

Cur cubitus ancyloſi ſit maxime obnoxius.

Præcautio.

Intra vigeſimum aut quintum & vigeſimum diem luxatorum horum oſſium repoſitio firmatur, citius tardiuſue pro ſuperuenientium accidentium occaſione. Scire præterea Chirurgus debet, contingere, vt cubito loco ſuo penitus elapſo radius vna excidat, itaque videbit inter reſtituendum cubitum, vt pariter radium ſuo loco reſtituat. ſuperna parte apophyſim habet rotundam leniter excauatam, qua humerum excipit: habet & tuberculum, quod bicipitem admittit muſculum.

Radius cum cubiti luxatio excidit.

De ſtyli formis cubiti proceſſus luxatione.

Cap. XXXIV.

EXcidit nonnũquam, à radioque abducitur cubiti apophyſis, Styloides dicta, carpo etiam diarthroſi articulata, à quo nempe parua cauitate excipitur: excidit vero alias introrſum, alias extrorſum. Cauſa fere eſt lapſus corporis in manus ex alto. Reponitur, ſi in ſuam ſedem impellatur, fideliter deligetur, ac medicamentis multum adſtringentibus ac deſiccantibus obducatur. Sed quamuis omnia ſedulo feceris, quæ fieri aduerſum luxationes iure poſſunt, nunquam tamen conſequeris, vt os id omnino reſtitui, & in locum, vnde exceſſit, penitus redire poſſit quod ipſum ab Hippocrate adnotatum legimus *quando (inquit) os craſſius, nempe cubitus, ab altero, id eſt, radio dimouetur, id in ſuam naturam reſtituere facile non eſt: quippe cum neque alia vlla duorum oſſium communis cohærentia, quam Symphyſin, quaſi vnionem appellant, vbi diſtracta & deſtructa eſt, in priſtinam naturam reduci valeat, propterea quod ea, quibus ante contrahebantur, & quaſi continuabantur ligamenta, violentius diſtenta & relaxata ſunt, ex quo contigit, vt in his caſibus ſæpe eluſam Chirurgorum diligentiam & ſolertiam animaduerterim.* D

Differentia & cauſa.

Curatio.

Sen. 1 ſect. 2. & ſent. 6. 1. ſect. 3. de fra.

De Carpi luxatione. Cap. XXXV.

CArpum hic intelligimus, oſſeum quoddam corpus ex octo oſſibus coagmentatum, cubito toti per diarthroſim connexum. Carpus enim in ſe totus conſideratus & cubito ſpecialius dicto, grandiori nempe cubiti generaliter dicti, oſſi & radio connectitur atque articulatur. Illi quidem ad minimum digitum, huic vero ad pollicem: ſic enim firmior futura erat ex duabus connexionibus dearticulatio. E Luxatur tamen ad interiora, exteriora, & latera. Ad interiora luxationem incidiſſe intelligimus, cum manus reſupinata permanet: ad exteriora vero, quando incuruatur, neque extendi poteſt. At ſi in latera luxatio inciderit, obliquatur ipſa nunc ad pollicem, nunc ad minimum digitum, prout in hoc aut illud latus luxatio contigit. Cauſa pendere videri poteſt à varia radij & cubiti cum manu ſeu carpo dearticulatione. Nam radius, qui parte inferna cum carpo ad pollicem dearticulatur, parte ſuperna dum cauitate ſua externum cubiti condylum excipit, motus manuum circulares in pronum nempe & ſupinum perficit. Cubitus vero, qui parte inferna cum carpo ad minimum digitum diarthroſi ſimiliter connectitur, parte ſuperna cum humero dearticulatur, manum flectit & extendit, ſeu exporrigit. F

Carpi dearticulatio.

Hic par qua ante cap. 31. autboreſ cum Celſo & Hip. ſen. 1 ſect. 2. de art. diſcor dia in nominibus luxationum exprimẽdis & verſione diſtinguenda.

Differentia & ſigna.

Reſtitutionis cõmemoratarum eiuſmodi luxationum via vna eſt. Super durum locum, tenuẽ tem & læuem

A leuem ex altera parte brachium, ex altera manus intendi debet, ſic vt prona ſit: curandumque, vt pars, vnde os luxatum excidit, inferiore ſit ſitu ac loco, pars vero, ad quam acceſſit, ſuperiore. Tum denique oſſium prominentiæ Chirurgi manu premantur, quoad compreſſionis vi & ſitus decliuitate in ſuum locum ſinuumue ipſa luxata oſſa intruſa & compulſa fuerint.

De luxatis carpi oßibus. CAP. XXXVI.

Signa.

Curatio.

CArpus octo coagmentatur oſſibus, quæ niſi magna vi loco moueri & excidere nequeunt. Si quando tamen exciderint, id teſtantur tumore partis, in quam acceſſerunt, & depreſſione eius, à qua abſceſſerunt. Repoſitio fit, ſi manus ægra ſupra menſam extendatur, at ſi introrſum luxata ſint oſſa, manus ſupina collocabitur: tum Chirurgus oſſium eminentias palma comprimet: atque in ſuum quodque os ſinum compellet. At ſi extrorſum luxatio ſit, prona manus in menſa extendetur, atque ſimiliter comprimetur. Denique ſi in alterutrum latus luxatio inciderit, in contrarium luxata oſſa retrudentur, repoſita mox oſſa ſua ſede continebuntur, remediis neceſſariis, deligatione, faſcia, & mitella.
B

De Metacarpii oßibus luxatis. CAP. XXXVII.

Celſus lib. 8. cap. 8.

IN palma ſeu Metacarpio quatuor oſſa exiſtunt, quorum duo media in latus luxari nequeunt, quod partium, tanquam contranitentium oppoſitione, ne excidant, impediantur & fulciantur. Nec vero id, quod minimo digito, aut id, quod indici reſpondet, luxari, excidereue in id latus poſſunt, quo mediis de quibus nunc diximus, oſſibus contigua ſunt, ſed tantum in alterum latus, oſſium vicinia nudum: omnia vero introrſum & extrorſum luxari poſſunt. Reponendi hic eadem, quæ in carpo, via eſt.

De luxatis digitis. CAP. XXXVIII.

Luxatorum digitorum cur facilis ſit reſtitutio.

DIgitorum oſſa luxari etiam quatuor modis poſſunt, introrſum, extrorſum, & in latera. Vt reponantur, extendenda in rectum ſuper menſam & compellenda ſunt. Sic enim facile reſtituuntur, quod ipſorum ſinus alti non ſint, omninoque articuli exiſtant breuiores: ligamenta vero minus valida ſint.
C Intra duodecimum diem hæc demum confirmatur repoſitio, quemadmodum & ea, quæ in carpo ac metacarpio facta fuerit.

De luxato femore. CAP. XXXIX.

Hip ſent. 68. ſect. 3 de art. Gal. com. ad ſent 47. ſect. 4. de art.

A cauſa interna femoris ſubluxationem contingere poſſe

Signa femoris ad interiora luxati.

Gal. ad ſent. 70. ſect. 3. de art.

FEmur in omnes quatuor partes promoueri ſeu excidere poteſt. Sæpiſſime quidem in anteriorem, deinde in exteriorem, raro admodum in priorem aut poſteriorem. Subluxatio in hac dearticulatione fieri nequit, vt nec in humero, à cauſa præſertim externa: contra quam in cubito, manu, genu, ac pedib. contingere ſolet. Cauſa eſt, quod vtrumque & femoris & humeri caput exacte rotundum eſt: ſinus vero, quo vtrumque conditur ſupercilia & quaſi crepidines habet in ambitu, adde, quod validi vtramque dearticulationem cingant muſculi: omnino vt fieri non poſſit, vt capitis eiuſmodi oſſium pars ſua cauitate condita ſit, alia vero promineat & exciderit: quin ipſa mox dearticulationis motu & circumactione, atque circumſtantium muſculorum robore in ſuum locum rapta relabatur. A cauſa vero interna ſubluxatio in illis partibus contingere poſſe videtur. Tum enim remollita & relaxata ligamenta ac vincula, oſſis caput in acetabuli ſupercilio inſidens referre & reuehere nequeunt.

D Si in interiorem partem femur prolapſum eſt, crus longius altero & vaſtius eſt, genu vero depreſſius apparet, atque extra cum toto pede ſpectat, nec æger crus inflectere valet: denique ipſum femoris caput ad inguem aſpectabili & tractabili tumore adhærens ſe prodit: longius vero crus eo, quod ſanum eſt, exiſtit, quod femoris caput extra ſuum ſit acetabulum, inferiorique, nempe ad inguem, ſede ſubſiſtat itaque tanto crus vaſtius redditur. Extrà vero ſpectat genu, quia neceſſario inferius femoris caput in contrarium acetabulo ſuo ſitum obuertitur. Hoc enim luxatis oſſibus omnibus commune eſt, vt cum in vnum latus incidit luxatio, alterum oſſis caput in contrarium obuertatur, luxato eiuſdem oſſis capite. Ita fit, vt ſi femoris caput ſuperius intro exciderit, foras neceſſario ſpectat caput alterum quod ad genu eſt. Similis eſt in aliis luxationibus ratio. Plicari vero & inflecti ad inguem crus nequit, quod luxatum os, tenſores eiuſdem partis muſculos ſic rigidos & tenſos detinet, vt flectoribus cedere atq; obſequentes ſe præbere nequeant. Extenſionem enim flexio, & flexionem extenſio præcedere debet.

De prognoſi inſtituenda in femoris luxatione.

CAP. XL.

Cur femur luxatum difficulter reſtituatur vel reſtitutum facilè relabatur.

Ligamenti interni ruptio & relaxatio.

E IN femoris luxationibus id periculi eſt, ne vel os omnino reſtitui nequeat ſaltem niſi ſummo cum labore: vel ne reſtitutum mox iterum excidat. Nam ſi partis huius tendines, muſculi, ligamenta, reliquaque neruoſa corpore prædura & præualida ſint, vix patientur præ contumacia & rigiditate, os in ſuum locum redire. Si mollia ſint, laxa, effœminata, & inualida reſtitutum os ſua ſede non continebunt. Nihilo vero magis continetur, ſi breue illud quidem, ſed rotundum & robuſtum ligamentum, quod femoris caput, in coxæ acetabulo, parte interna compingit, ruptum ſit aut relaxatum. Rumpitur autem violēto aliquo impetu: relaxatur humoris excrementitii, lenti, ac viſcidi circum dearticulationem illam congeſtione & mora, cuius occaſione dilutum molleſcit. Ac ſi quidem ruptum fuerit, quantumlibet os repoſueris, denuo ſtatim relabetur. Si vero relaxatum, vna ſpes eſt oſſis repoſiti continendi, ſi congeſta humiditas medicamentis, cauteriiſque vtriuſque generis circumpoſitis abſorbeatur, quam in rem efficaciora

caciora ſunt, quæ actu vrunt, quia potentius deſiccant & roborant: auget continendi difficultatem, A corporis macies, ἀπονευρώσεως, id eſt, latorum tendinum, externorum denique ligamentorum, quæ in genu multa circumpoſita cernuntur, in hac dearticulatione defectus. Cæterum partes oſſi luxato ac non repoſito vicinæ ſenſim emaciantur & atrophia contabeſcunt: tum quod pars ipſa à ſolitis muneribus & functionibus feriari cogitur, tum quod venis, arteriis, neruiſque arctatis conſtrictis, & ſede ſua motis alimentum, ſpiritusque ad partem libere non confluant, quo fit, vt pars ipſa debilior reddita, calore natiuo debilitato ob ignauiam, ſuccum alimentarium nec attrahere, nec id pauxillum, quod allapſum eſt, conficere & aſſimilare poſſit. Certe os femoris quamdiu extra ſuam cauitatem eſt, non amplius creſcit, reliquorum corporis oſſium more tandemque etiam breuius oſſe ſano viſitur. Nec tamen propterea oſſa cruris ac pedis incrementis ſuis prohibentur, quia ſede ſua mota non ſunt. Nam quod crus totum apparet exilius, contingere putandum eſt propter eorum tantum muſculorum extenuatione & macie. Idē toti, ſeu magnæ manui contingit, humero luxato: niſi quod minor hic ſolet eſſe calamitas. Nam humeri oſſe elocato, licet etiam manibus aliquid moliri & facere, quo fit, vt etiam in partes illas alimenti non contemnenda portio commeet. At femoris oſſe, introrſum præſertim, fœtuque adhuc vtero concluſo, B aut puero à prima infantia luxato, minus multo conducit alimentarij humoris: quod per femoris luxationem crure & pede multo minus vti licet, quam manibus per humeri luxationes. Cæterum luxata oſſa nec repoſita decreſcere, ſeu iuſtis incrementis prohiberi, in his demum ab Hippocrate dictum eſt intelligendum, qui ad debitam & à natura conſtitutam trinæ dimenſionis ſuam magnitudinem nondum peruenerunt. Nam in conſtantis ætatis hominibus, quæ non reſtituuntur oſſa exiliora quidem euadunt, ſed non proinde breuiora, vt apparet ex eo, quod ipſe de humero prodidit.

Gal. cum ad ſent. 41. ſect. 4 de art.

Cur ad eum luxatum os ſeſſum ſequatur atrophia.

Hippocrates exponitur. Se. 1 & 3. lib. de art.

De femoris extrorſum atque introrſum luxati ſignis.

CAP. XLI.

FEmur quando extrorſum luxatur & non reſtituitur, poſt aliquot tempus miteſcit dolor, ac circum occaleſcit caro. caput vero oſſis in vicina coxa nouum ſibi ſinum attritu excauat, in quem ſe condit, ita vt tādem ſine ſcipione incedere poſſit æger, nec tam deformis macies ipſorum crus conficiat. At ſi introrſum luxatio contingat, maior continget emaciatio, quod vaſa naturæ ductu intro magis ferantur, C vt eſt à Galeno adnotatum, in vertebrarum ad interiora luxatione: ideo fit, vt grauius comprimantur, adde, quod cōtra os pubis femur ipſum moueri, ne tātillū quidē queat, quod ſi ſic elapſus articulus reſtitutus non fuerit, iis circumuolutim, vt bobus, ambulatio fit, crura nempe extrorſum obuertendo. Itaque ſanum crus in motu ſuo obeundo minus multo ſpatij obit, quam ægrum, quia hoc, dum ſe transfert & mouetur, in curuum obtorquere ſe neceſſe habet, illud vero recta via ſeu linea motum ſuum perficit. Præterea dum luxato cruri innituntur ægri, vt ſanum traducunt, coguntur obſtipi eſſe, quo fit, vt ſcipione fulcire ſe greſſuſque ſuos cogantur & procidant. Præterea quibus id os ſeu retrorſum ſeu extrorſum luxatum reſtitui non potuit, iis pars ipſa occaleſcit: quod cauſæ eſt, cur poples ſine magno dolore flectatur, ac in ſolos digitorum articulos niti & incedere poſſunt: quin & cum contentius incedere volunt, coguntur inclinari & manu ægro femori admota ſe ad ſingulos paſſus confirmare: tum quia ſibi crus ægrum breuius eſt, tum quia corporis moles haud toto pondere femoris articulo, ſeu capiti ad perpendiculum ingruat, & innitatur. Succeſſu tamen temporis, vbi aſſueuerint, nullo dextram baculo fulciente incedere poſſunt. Interim tamen crus ſanum in compoſitione & figura deformius euadit, quia dum oppoſito & ægro cruri velut ſuccenturiatum ſuccurrit, firmo in terram nixu corporis pondus fulcit: quod dum fit, poplitem ſubinde incuruari eſt neceſſe. At contra quando introrſum luxatum D femoris caput haud repoſitum fuerit, ſi quidem æger ad magnitudinis ſuæ ſtatum deuenerit, poſt quam oſſi caput cauitatem, in qua torqueatur, ſibi in vicino oſſe excauarit, tandem ſine ſcipione rectus incedit, quia luxatum crus non facile in inguina aut poplitem flecti poteſt, promptiuſque in calcem, quam in digitorum articulos innititur. Id luxationis genus ſi inueterauerit, nunquam reſtitui poteſt. Atque hæc contingunt, quando introrſum femur luxatum eſt, vel cum ligamentum internum, quod dearticulationem compingit, ruptum aut relaxatum fuerit. Contraria vero plane apparent, ſi extrorſum luxatio inciderit: tum enim ægrum crus breuius viſitur, quia caput femoris in locum excidit ſua cauitate altiorem, eiuſque partis muſculi ſuum principium verſus contrahantur, vnaque ſecum os id ſurſum conuulſorie rapiant. Crus ipſum totum ſimul cum genu & pede intro ſpectat. in calcem incedere non licet, ſed tantum in digitorum radices. Flectere tamen crus licet, quod in luxatione femoris introrſum potis non eſt quemadmodum demonſtrat Paulus. Itaque aduertendum eſt diligenter, Hippocratis ſententiam, quæ cum negatione legitur his verbis: *ſed neque conflectere, quemadmodum ſanum crus poſſunt*, legendum eſſe cum affirmatione hoc fere modo: *ſed &c. Quin & crus ipſum &c.* Iam vero crus ægrum corporis molem melius ſuſtinet in externa, quam in interna luxatione: Illic enim caput femoris corporis moli ad perpendiculum magis ſubiectum eſt. Itaque quando temporis ſucceſſu in vicino oſſe ſibi ſinum attritu excauauerit, qui tandem occaluerit, adeo, vt reſtituendæ luxationis ſpes nulla reſtet, nihilominus ſine ſcipione E incedere æger poterit, quod nullus tum doloris ſenſus laceſſat: ex quo ſequitur, vt totum etiam crus minus emacietur, quia minus laborioſus eſt inceſſus, nec inſuper vaſa tam grauiter comprimantur, quam in ea, quæ introrſum fit, luxatione.

Ad ſen. 51. ſec. 3. art.

Femoris extrorſum luxati ſigna.

Lib. 6 ca. 8. Sent. 51 ſect. 3 lib. de art.

Ad ſe-

A

De femore antrorſum luxato. Cap. XLII.

RAro fit, vt femur antrorſum luxetur. Id tamen cum inciderit, his indiciis intelligitur. Caput femoris ad pubem incumbit: vnde inguina tument, cluniſque contra corrugatur & extenuatur propter muſculorum contractionem, extendere crus citra dolorem æger nequit: imo ne quidem verſum inguina flectere, quod anterior muſculos, qui ab ilio naſcitur, comprimitur adeo à capite femoris, vt diſtendi nequeat. Sed nec poplitem curuare ſine doloris cruciatu licet. Cæterum crus affectum alteri cruri ad calcem par eſt, in digitorum tamen radices inniti æger nequit: itaque cum ingredi cogitur, ſola calce terram contingit, imo vero planta minus in priorem partem inclinatur, nec vero rarum eſt in hoc caſu, vt vrina ſupprimatur: quod caput femoris neruos maiores comprimat, à quibus oriuntur illi, qui ad veſicam feruntur, compreſſionis illius occaſione veſica per ſympathiam dolet & inflammatur, inflammatio vero cum ſphincterem muſculum inualerit, vix elabi vrina poteſt, quod tumore intercipiatur. *Iſchuria ab interna femoris luxatione.*

B

De luxato retrorſum femore. Cap. XLIII.

RAra etiã eſt femoris in poſteriora luxatio, quod cauitatis iſchij pars poſterior altior ſit, & magis depreſſa anteriore: quo fit, vt femoris ad interiora luxatio cęteris ſit frequentior: æger neque extendere, neque flectere crus poteſt, propter muſculorum, qui femoris caput ambiunt, multam in hac luxationis ſpecie compreſſionem, & tenſionem. Intenditur vero dolor, cum poplitem inflectere vult, quod tum validius contendantur muſculi. Crus ægrum ſano breuius eſt, cum nates comprimuntur, inter eius partis muſculos caput femoris conditum percipitur: oppoſitum contra inguem laxum ac molle eſt, & perceptibili cauitate depreſſum. Calx terram non contingit, quod caput femoris ſurſum, à muſculis natium, inter quos abditum latet, conuellitur, præſertim vero ab eo, qui craſſior eſt, qui natium velut puluinar conſtituere dicitur. Is enim in hac luxatione longe magis cæteris comprimitur, quo fit, vt ægro genu flectere fas non ſit, quod ſic ingens fit extenſio, aponeuroſis, ſeu tendinis lati, qui genu obducit. Quod ſi in luxati femoris, pedem æger ſe ſubſtentare ſine ſcipione velit, præceps retrorſum delabitur, quod in illam partem corpus inclinetur, quia caput femoris corpori fulciendo ad perpendiculum ſubiectum non ſit: itaque ſubalari fulcro ſe ſuſtinere è latere luxato cogitur. *Signa.*

C His de luxati femoris differentiis, ſignis, ſymptomatibus & prognoſi præmiſſis, reſtat vt reponendi rationem, pro partium, in quas elapſum eſt, varietate, variam breuiter deſcribamus. Ægrum ſubiecta molli culcitra, quo iaceat mollius, in ſcamno aut menſa pronum reſupinumue aut in latus in primis collocare oportet: ſic vt pars, in quam os abſcedit, altior ſit, à qua vero abſceſſit, inferior. Si namque extrorſum aut retrorſum femur luxatum ſit, pronus æger veniet collocandus: ſi introrſum, ſupinus: ſi antrorſum, in latus. Hinc extenſio impulſioque cauitatem verſus facienda, quo tandem in eam compellatur. At ſi quidem luxatio recens ſit, & in corpori molli, vt muliebri, puerili, aliſque, quibus eſt dearticulationum compages laxior, nihil erit neceſſe ad repoſitionem magnam extenſionem validis laqueis moliri: ſola Chirurgi manus ſufficiet, vel ad ſummum, quæ panno attexitur ora, aut mappæ portio inmiſſa. Os interim firmum plagulis circum dearticulationem appoſitis continebitur. Tum Chirurgus femur ſupra genu comprehenſum, ad rectam lineam extendet, atque è directo cauitatis ſuæ conſtituet, ipſumque in eam mox intrudet. Sic enim reponet, modo inter intrudendum ipſius caput paulo altius erigat, ne circumpoſita cauitati labra ipſum repellant, & ingreſſu prohibeant. Ac quoniam, niſi iuſta ſit extenſio, non poteſt eſſe ſperabilis repoſitio, ſatius eſt, in eam partem peccare, vt paulo plus, quam ſit *Curatio generalis.*

D neceſſe, extendas; ſic tamen ne muſculus aliquis, tendo, aliudue neruoſum corpus rumpatur. Nam vt ſcribit Hippocrates, quando muſculi robuſti & validi ſunt, licet tuto extendere, modo ne quid extenſionis impetu diſtorqueatur. Si iuſtæ extenſioni manus non ſufficiat, aduocanda erit in ſubſidium machina, cuiuſmodi eſt noſtra trochlea ad duos poſtes depacta, ductario fune tantum ſubmiſſo, contractoque quantum res ipſa videbitur exigere: quæ dum fiunt, abſcedere à triſti illo ſpectaculo ægri amicos oportet, intrepidumque adeſſe Chirurgum, qui nullo neque ægri, neque amicorum eiulatu, ab inceptodeterreatur. Sed quoniam has commentationes noſtras in tyronum potiſſimum gratiam comparamus, æquum videtur, vt his in genere de reponendo femore præmiſſis, per ſingulas ſpecies præcepta illa generalia exerceamus, ab ea, quæ introrſum fit luxatione ducto initio. *Sect. 2. lib. de fract.*

De reponendo femore introrſum luxato. Cap. XLIV.


E SVper menſam aut ſcamnum, quo diximus modo, ægrum collocare oportet, in media menſa depactus ſtabit ligneus clauus, pedem vnum longus, tantum vero craſſus, quanta eſſe ſolet craſſities manubrij ligonis: cæterum molli aliquo panno obuolutus, ne coxarum regionem, cui interſtare debet, aſperitate aliqua violet, vt ab Hippocrate factitatum legimus, in fracti cruris extenſione. Eum clauus ille ligneus vſum habet, vt corpus, ne trahentem extendentemque ſequatur, ſiſtat: vtque facta, quãtum neceſſe eſt, extenſione inter perinæum, & luxati femoris caput intercedat. Sic enim contra extenſione ad partes ſuperiores non eſt magnopere opus: & præterea repellendo in ſuum ſinum oſſi auxilio eſt, concurrente Chirurgi opera, qui manu modo in hanc, modo in illam partem obtorquendo, totum compulſionis opus dirigit. Cæterum quando extenſioni oppoſita contra extenſione eſt opus, præſto adeſſe vincula oportet, qualia in luxato humero reſtituendo deſcripſimus, ſupra humerum dirigenda: horum vnum ſupra coxæ dearticulationem obuoluetur, & à valido miniſtro contendetur: alterum ſupra genu inucietur & ab antagoniſta miniſtro pari contentione con- *Sect. 2. lib. de fra.* *Qua arte contra extenſio tam extenſio in hoc luxationum genere adminiſtrãda.*

trahetur. Quod ſi claui lignei copia non adſit, eius loco validum & par aliud vinculum, ipſi dearticulationi ad coxæ perpendiculum obducendum, & robuſti hominis manibus rigide continendum: ſic tamen, vt ne caput femoris comprimendo contingat: ita enim reſtitutionē impediret. Hæc extendēdi ratio quatuor luxati femoris ſpeciebus communis eſt. At in ſingulis varianda compellendi in ſuum ſinum oſſis ratio eſt, quo pro partium, ad quas eius caput inclinat, varia conditione: nempe extrorſum compellendum, ſi introrſum exciderit, contraque in reliquis, vt erit luxationis ſpecies. Nonnulli namque ruſtici & ſtolidi nodatores, interius vinculum ad pedium obuoluunt, ſicque pedis ac genu dearticulationes magis extenduntur, quam iſchij: quod vinculo, id eſt, vi agenti ſint viciniores: at contra fieri debuit. itaque neque in luxato humero manui ſeu carpo, vincula iniicies, ſed ſupra cubitum. Quod ſi manus ad id opus non ſufficiant, aduocandæ erunt machinæ. Tum igitur collocato, vt decet, ægro, ſtabilitaque parte ægra, inguini rotundum aliquod corpus imponitur, ſupraque id ægri genu violentius cum ſuo crure intro ad alterum crus adducitur. Interim vero femoris caput valide cauitatem iſchij verſus comprimitur, ſicque demum reſtituitur, vt ſubiecta imago demonſtrat.

Vincula, quæ extenſionis gratia iniiciuntur extendendæ parti proxima eſſe debent.

B

Figura, quæ oculis ſubiicit rationem reſtituendi femoris introrſum luxati.



C

Cæterum femoris capite iuſta extenſione, à muſculis, quibus implicabatur expedito, extenſiſque vna, quo cedant, obſequentioreſque ſe præbeant, muſculis, remittenda funis contenſio eſt, & ab extendendo dehinc abſtinendum, alias reſtitutio perfici non poterit, quia intrudentis & in cauitatem compellentis Chirurgi manui valentior machinatum contentio reluctabitur. Quod præceptum in hac & in reliquis luxationibus reſtituendis obſeruandum venit. Intelliges vero repoſitum femur eſſe, ex crurum paritate, ex libera & indolente ægri cruris extenſione & inflexione. Tum demum igitur appoſitis agglutinantibus, de quibus ante diximus, remedijs, repoſitum os in ſua ſede confirmabitur, in quam etiam rem deligatio inſtituetur, faſcia primum in locum, in quem femoris caput exciderat, iniecta; indeq; in oppoſitum ſeu ſanum latus per ventrem & lumbos deducta. Interim craſſiore plagula inguinis cauitas cōplenda eſt, quæ oſſis caput in ſua cauitate contineat. Nec omittendi ſtraminei toruli ad malleolū vſq; producti, quemadmodū in femoris fractura notauimus. Hincq; vtrumq; femur colligandū, quo luxatum membrum immotū ſtet, & magis magiſque ſtabiliatur. Nec is reſoluendus apparatus, niſi poſt quartum aut quintum diem exactum: ni forte repentinus grauioris alicuius ſymptomatis exortus aliud ſuaſerit. Continendus denique per integrum menſem in lecto æger, vt ſit ſpatium muſculis, neruis, ligamentiſque relaxatis ad priſtinum robur recuperandum. alias periculum eſt, ne nimium præcoci deambulatione os iterum excidat. Quod ad cruris ſitum, media id figura collocandum & continendum eſt, conſiſtit tamen media hæc figura in extenſione, non in flexione, vt eſt ab Hippocrate demonſtratum: quod cruri talis figura familiaris ſit & conſueta.

Præceptum generale.

Reſtituto crure quamdiu continendus æger in lecto.

Sect. 2. lib. de fract.

E

De reponendo femore extrorſum luxato. CAP. XLV.

IN hac etiam luxationis ſpecie, æger pronus in ſcamno, vt ante diximus, collocandus eſt, vinculaque vt ſupra iniicienda in coxa & imo femore, tum extenſio deorſum, & contra extenſio ſurſum facienda mox Chirurgi manu oſſis caput in ſuum locum compellendum. Ad id ſi manus non ſufficiat, trochlea noſtra adhibenda eſt, quemadmodum ſubiecta figura docet.

Figura,

A

Figura, quæ femoris extrorſum luxati reponendi rationem exprimit.



B

Id luxationis genus omnium, quæ in femore contingunt, facillime reſtituitur, adeo, vt non raro animaduerterim, ſolo muſculorum extenſorum in ſeipſos originem ſuam verſus regreſſu, femoris caput in ſuam cauitatem eſſe reuocatum, alias cum ſono, alias ſine ſono: quod cum contigerit, plagula dearticulationi impoſita, cætera omnia, quæ in interna luxatione notauimus, vt faſciæ, toruli, & ſimilia, hic adhibenda & perficienda erunt.

Quando ſola extenſio ſufficiat reſtituendo luxato femori.

De reponendo femore antrorſum luxato. CAP. XLVI.

C LVxato antrorſum femore, in latus ſanum æger collocandus eſt, atque, vt dictum eſt, deligandus. Hinc plagulam Chirurgus prominenti oſſis capiti imponet, hancque à miniſtro firmiter contineri curabit: mox iuſta extenſione peracta, ipſe manu os in ſuam pyxidem compellet: quod ſi manus non ſufficiat, genu adacto id tentabit. Tum denique reliqua, quæ ante diximus, ad reſtitutum os continendum adhibebit.

De reponendo femore retrorſum luxato. CAP. XLVII.

PRonus æger in ſcamno collocabitur: extendendumque vt in cæteris membrum habena vna ab inguine, altera à genu intenſa: tum Chirurgus id, quod eminet, retro manu compellere, ſimulque genu à crure ſano abducere conabitur. Poſito ſic & reſtituto oſſe, nihil aliud noui curatio requirit, quam vt deligatum diutius in lecto contineatur, ne ſi femur neruis adhuc laxioribus motum fuerit, rurſus erumpat: magnum enim relapſus femori periculum eſt, quia pyxidis iſchij cauitas tantum deprimitur, quantum procedit: appenſi autem ſeu adiuncti femoris onus graue eſt.

Cur reſtitutum femoris caput facile relabatur.

De luxata genu Patella. CAP. XLVIII.

PAtella genu excidere in interiorem, exteriorem, ſuperiorem, & inferiorem partem poteſt, in poſteriorem vero nunquam, quia quæ ipſa operit, oſſa non permittunt. Vt reſtituatur, ægrum pede firmiter in æquata planitie inſiſtere oportet, tumque Chirurgum, ipſam manibus à parte, in quam præter
D naturam inclinabat, compellere & reuocare. Vbi reſtituta fuerit, complenda plagulis poplitis eſt cauitas, ſic vt flectendi cruris facultas non ſit: nam ſi flectatur, non leue relapſus patellæ periculum eſt. Canalis mox ſeu capſula à latere, præſertim, id quod exciderat, circumponetur, nonnihil depreſſa & rotunda, ad ipſius patellæ imaginem, faſciisque deligabitur, & medicamentis adeo arcte continebitur, vt ne tantillum quidem dimoueri queat. Poſtquam quieti pars ipſa ſatis indulſiſſe videbitur, oportet, vt æger genu flectere ſenſim tentet & aſſueſcat, donec tandem cognouerit, eum ſibi dearticulationis illius motum, & facilem & minime periculoſum eſſe.

Differentia.
Curatio.

De luxato genu. CAP. XLIX.

GEnu etiam tribus modis luxari poteſt: nempe in interiorem, exteriorem & poſteriorem partem: in priorem vero rariſſime, ac niſi graui aliquo & violento impetu: obſtat enim ibi oppoſita patella partis illius oſſa continens. Reliqui modi faciles ſunt, quia tibialis oſſis cauitas ſuperficiaria eſt, & valde
E lenis: at imi femoris cauitas in orbitæ aut ſtillicidij formam exciſa eſt, & præterea eius capitula valde lenia ac lubrica ſunt: tota vero dearticulatio cubiti dearticulatione multo laxior, adeo, vt facilius, vt luxari, ita & reſtitui poſſit: nec modo facilius, ſed & tutius luxatur, quia hic minus eſt formidabilis inflammatio, vt eſt ab Hippocrate notatum. Cauſa luxationis ſunt caſus ex alto, ſaltus, rapidior curſus. Signum eſt flectendi & ad femur adducendi cruris impotentia, nempe vt calce contingere nates nequeant ægri.

Quæ introrſum & extrorſum in genu fit luxatio, mediocri extenſione, oſſiumque in ſuas ſedes ab illis partibus, in quas exciderant, manu facta compulſione reſtituitur. At vero vt retrorſum facta luxatio reſtituatur, collocandus æger eſt in ſcamno moderatæ altitudinis, ſic vt ipſi à tergo ſit Chirurgus, qui crus eius inter crura ſua comprehenſum, ambabus manibus flectat, & ad nates adducat. Quod ante ſic

Differentia.
Ad finem ſect. 3. de fra.
Curatio genu introrſum & extrorſum luxati.

 quidem

quidem procedat reſtitutio, fingendus eſt glomus linteus, vſque ad medium fuſtem religandus: hunc A miniſter ad poplitis cauitatem, qua parte os protuberat, ſubijciet, & anteriora verſus compellet. Hinc alter miniſter faſciam tres digitos latam in genu injiciet, quam manibus ſurſum contrahet, inde exemplo, ſimulque omnes crus ægrum ita inflectent & curuabunt, vt calx nates contingant.

De Genu antrorſum luxato. CAP. L.

Curatio. AT ſi, quod rarum eſt, antrorſum genu luxatum ſit, æger in menſa collocandus eſt, conueniensque deligatio, hinc ab imo femore, inde à genu facienda. Tum Chirurgus vtraque manu tamdiu ſupra os, quod excidit, comprimendo inſiſtet, quoad in ſuam ſedem redierit. In quam rem ſi manuum opera non ſufficit, ad iuſtas hinc & hinc extenſiones, licebit vti machina noſtra, quemadmodum ſubiecta imagine intueri licet.

Figura, quæ monſtrat rationem reſtituendi genu antrorſum luxati.

B



C

Repoſitum eſſe os intelliges ex cruris libera & indolente extenſione: tum igitur medicamentis, plagulis, deligationibuſque confirmantibus & ſtabilientibus locus erit. Interim æger tamdiu ab inceſſu abſtinebit, quamdiu res ipſa poſtulare videbitur.

De fibula à tibia diſtractione. CAP. LI.

Fibula cum tibia coarticulatio. Differentia & cauſa. TIbiæ fibula appoſita eſt, & adhæret ſine cauitate: ſuperne quidem ad genu, inferne autem ad aſtragalum. Tribus vero modis inde diuelli & diſtrahi poteſt, nempe in anteriora, & in vtrumque latus: contingit hic caſus, quando inter incedendum parum fidelibus inſiſtimus veſtigiis, adeo vt incertus, & tanquam in lubrico pes nos deficiat, introrſumque aut extrorſum nutans contorqueatur: tum enim ſuperpoſiti corporis pondus facit, vt tanquam diducatur crus, ac diuulſa à tibia fibula veluti luxetur. Idē ex lapſu ab alto, aut graui aliquo & contundente ictu contingere poteſt: quin & ab ipſa ſuæ nonnunquam diuelluntur epiphyſes. *Curatio.* Hæc omnia vt reſtituantur, ſuiſque locis ſimul reddantur, oportet, vt Chirurgi manibus in ſuam quæque ſedem deducantur & cogantur: tum arctè deligentur, appoſitis ei parti plagulis, in quam fibula excidit, deligandi ab ipſa ſtatim luxatione, propter rationes commemoratas, D ducto initio. Quadraginta dierum quies imperabitur ægro, quantum ſcilicet confirmandis ligamentis ſit ſatis.

De luxata, & ab Aſtragalo diuiſa tibia. CAP. LII.

Differentia & ſigna. LVxatur etiam diuelliturque ab Aſtragalo tibia, tum introrſum, tum extrorſum. Id tumore protuberantis in hanc aut illam partem oſſis cognoſcitur: ac ſiquidem ſubluxatio tantum ſit, leuis operæ reſtitutio eſt: nam leui compulſione facile reſtituitur. Poſtquam repoſitum fuerit os, appoſitis plagulis & apta deligatione, obuerſa ſcilicet obuolutaque in latus oppoſitum ei, id quod os exciderat, faſcia, vt ſic etiam quodammodo in ſuam ſedem magis, magiſque compellatur, continendum erit. Interim cauendum eſt, ne qui ad calcem eſt magnus craſſuſque tendo, arctius comprimatur. Intra quadrageſimum diem, niſi quod ſymptoma ſuperueniat, confirmatur id reſtitutæ luxationis genus.

De luxata calce. CAP. LIII.

Cauſa & differentia. QVicunque ex alto deſilientes grauiter in calcem lapſi ſunt, his calx luxatur, & ab aſtragalo diuelli- E tur. Frequentius hæc introrſum, quam extrorſum fit luxatio, quod proiecta fibula aſtragalum cōplectatur: quo fit, vt illinc arctius fideliuſque contineatur. *Curatio.* Reſtitutio perficitur extenſione & compulſione, haudque admodum difficilis exiſtit, niſi fluxio ingens & inflammatio obſtiterint. Quod ad deligationem, arctior eſſe debet in affecto loco, vt hinc in vicinas partes exprimatur ſanguis: eo tamen adhibito modo, vt ne dolorifica ſit, atque quam par eſt arctius neruos & craſſum tendinem, qui ad calcem pertingit, comprimat. Non ante quadrageſimum diem hæc confirmatur luxatio, etiamſi nihil ſuperueniat, quod impedimento eſſe poſſit. Quanquam fere fit, vt ex contuſionis vehementia multa ſuperueniant. Quare de his proprium caput inſtituere non erit ſuperuacaneum.

De ſymptomatibus, quæ ad calcis contuſionem ſequuntur.

CAP. LIV.

VEhementia contuſionis illius contingit, vt venæ & arteriæ ſanguinem cum per tunicarum ſuarum cæca ſpiracula, tum etiam per extrema oſcula quaſi euomant: vnde Ecchymoſis ſeu ſugillatum per totam calcem, dolor, tumor, & alia ſuperueniunt, quæ remedia opemque medicam implorant: nempe diætam conuenientem, ſanguinis ſecta vena detractionem (cuius etſi Hippocrates non meminerit, neceſſaria hic tamen eſt, febris & inflammationis occaſione) & ſi res exigat, purgationem, præſertim vero eam, quæ citato vomitu reuellit. Denique localium medicamentorum appoſitionem, eorum maxime, quæ cutem calci nocentiam, fere alioqui duriorem & denſiorem, remolliant & rarefaciant, cuiuſmodi ſunt fotus ex aqua tepida & oleo: adeo, vt non raro nouacula reſcindi, viua carne vitata, neceſſe habeat. Sic enim demum effuſus in partem, congeſtuſque ſanguis, facilius attenuatur & tandem reſoluitur. Hæc
B autem omnia à Medico fieri debent, antequam inflammatio partem prehendat: alioqui conuulſionis eſt periculum. Sanguis enim vbi è vaſis excidit, prompte putreſcit, quod partis huius denſitas diſſlari ipſum, in ambitumque digeri prohibeat. Adde quod craſſus ille & inſignis tendo, qui calci ſubtenſus eſt, exquiſito ſit ſenſu præditus, multiſque præterea neruis hinc & hinc pars ipſa conſperſa. Sed & ex ſupino in dorſum calcemque ipſam decubitu aliud inflammationis imminet periculum, quemadmodum in fractura cruris ante monuimus. Quare attentiſſimum, diligentiſſimumque hic Chirurgum eſſe velim, ad ea, quæ diximus, præſtanda, ne ab inflammatione Gangræna & Sphacelus (hic enim caro ſanioſa in os continenter deſtillat) cum febre continua & acuta, cum tremore, ſingultu, & delirio ſuperueniant. Huius enim partis corruptio in vicina primum contagione ſerpit, indeque per compreſſas, incaleſcenteſque calore putrido arterias cor, febrem, per neruos vero & craſſum illum inſignemque tendinem, ex trium ſuræ muſculorum concurſu conflatum, muſculi, cerebrum, ſtomachusque male affecta, & in conſenſum rapta, conuulſionem, delirium, & ſingultum lethiferum acceſſunt.

Hipp ſect. 3. de fract.

Sanguinis detractio cur ne eſſaria sit.

Quæ circa cutem conicanda calcu facienda.

Cur calx inflammationi obnoxia.

Gal. ad ſent. 13 ſect. 2. lib. de fract.

De luxato Aſtragalo ſeu Talo. CAP. LV.

C LVxari, & in omnem partem excidere Aſtragalus poteſt. Vbi igitur in interiorem partem excidit, ima pars pedis in exteriorem partem conuertitur. Vbi in contrarium erupit, contrarium etiam ſignum extat: ſi in anteriorem partem luxatus eſt, à poſteriore latus tendo calci ſubtenſus induratur & diſtenditur: ſi vero in poſteriorem, calx pene tota pede conditur: nec vero niſi ſumma vi id contingit luxationis genus. Reponitur manibus, extendendo, & compellendo in partem ei contrariam, à qua excidit. Repoſitus continetur remediis appoſitis, & conuenienti deligatione. In hoc caſu diutius in lectulo perſeuerandum eſt, ne id os, quod totum corpus ſuſtinet, parum confirmatis neruis, ferendo oneri cedat, rurſumque prorumpat.

Signa.

Curatio.

De Tarſo & Pedio luxatis. CAP. LVI.

LVxantur etiam Tarſis ac Pedij oſſa, idque vel infra plantam, vel ſupra, vel ad latus: etſi ad latus difficilime, propter rationem ſupra citatã. Si ſupra plantam prominet, oportet ægrum veſtigio pertinaci æquatam aliquam planitiem premere, tum Chirurgum manibus comprimendo ipſa in ſuum locum compellere. Contra, ſi infra plantam proruperint, oportet inde ſurſum verſus comprimere, & ſuæ
D ſedi quodque os reddere. Eadem ratione conduntur, ſi in hoc aut illud latus exceſſerint. Notandum vero quod etſi ſubligamina in reliquis luxationibus vnico capite conſtent, hic tamen Hippoc. vult ea deligi, quæ ſunt bicipitia, quod luxatio frequentius contingat inferne ſurſum, aut ſuperne deorſum, quam in latus.

Curatio.

Sent. 14. ſect. 2. de lib. de fract.

De luxatis Digitis. CAP. LVII.

DIgiti vero pedum quatuor modis luxari poſſunt, quemadmodum & hi qui in manu ſunt. Conduntur vero eadem etiam arte, nempe recta extenduntur, & in ſuam quique articuli ſedem compelluntur, tandemque, vt decet, deligantur. Facilis omnium repoſitio eſt, quia ſingulorum è ſua ſede tranſgreſſio magna eſſe nequit. Denique plantæ oſſa iiſdem modis, quibus in manu, prodeunt, iiſdemque conduntur. Niſi quod vbi aliquid in pede luxatum eſt, lecto pes continetur: vbi vero in manu, mitella manus concluditur. Viginti autem dierum quies ægro imperanda eſt, quoad ſcilicet pedibus firmiter inſiſtere poſſit.

Differentiæ.

Curatio.

E

De Symptomatibus, aliiſque accidentibus, quæ fracto, luxatoue membro ſuperuenire poſſunt.

CAP. LVIII.

MVlta fractis, luxatiſue membris, fracturæ ipſius & luxationis occaſione ſuperuenire poſſunt: cuiuſmodi ſunt contuſio dolor ingens, inflammatio, febris, abſceſſus, gangræna, ſphacelus, vlcus, fiſtula, atrophia: quæ omnia ad ſui curationem ſolertem & diligentem Medicum poſtulant. Contuſio contingit ex rei grauis in partem illapſu, aut ab alto lapſu: vnde ſanguinis ſub cutem, expreſſi effuſio. Is ſi magna copia effuſus eſt, ſcarificatu ſtatim euacuandus venit, eoque onere leuanda pars, ne ipſi inde gangræna oboriatur. Quo vero ſanguis craſſior apparebit, obiectaque cutis denſior, eo profundior ſcarificatus erit: eodem conſilio apponi hirudines poſſunt.

Ad contuſi membri remedia.

De do-

Ad dolorem quæ ſequantur.

De dolore diximus ſupra, nempe quod is contingit ex eo, quod oſſa ſuo loco mota ſint, quo fit, vt ipſa muſculos, neruoſque pungendo & comprimendo, moleſta ſint. Hinc inflammatio, ſimulque abſceſſus ac febris, ſæpe gangræna, denique & ſphacelus oſſa carie corrumpens: alias vero vlcus, ſinus ac fiſtula. Atrophia vero ac macies oboritur ex membri ignauia ac quiete, eius omne robur exoluente, & ex arctiore deligatione, vias allapſuro alioqui ſanguini intercipiente. A

Ad maciem ſeu membri alicuius atrophiam remedia. In fouendo qui modus.

Macies quidem, quæ ab arctiore eſt deligatione, ſanationem recipit, vinculorum, quibus conſtrictum membrum tenetur, reſolutione. Quæ vero ab otio eſt, moderato exercitio ſanatur, membrum extendendo, flectendo, attollendo, deprimendo, ſi modo exercitij laborem ferre poſſit. Alias frictiones imperandæ ſunt, & fotus ex aqua tepida. Frictiones quidem moderatæ erunt inter duras, molleſque, breues, & diuturnas. Eadem erit fotus mediocritas tenenda in aquæ tepore, & in fouendo mora ac tempore. Nam diuturnior fotus, quod ſanguinis attractum eſt, reſoluit. At qui paucioris eſt temporis, parum aut nihil omnino attrahit. Poſt fotum medicamenta calida & emplaſtica admouebuntur ex pice compoſita, terebinthina, euphorbio, pyrethro, ſulphure, & ſimilibus. Singulis vero diebus renouanda erunt, frequentius aut rarius, prout res videbitur exigere. Dropaces hæc medicamenta nominantur, quorum forma talis eſt. B

Dropax.

℞. picis nigræ, ammoniaci, bdellij, gummi elemij, in aqua vitæ diſſolutorum an ℥ij olei laurini ℥j. pulucrum piperis, zinziberis, granorum paradiſi, baccarum lauri, & iuniperi, an ℥ij. fiat emplaſtrum ſecundum artem, extendatur ſuper alutam. Prodeſt etiam partem ſanam oppoſitam deligatione, citra dolorem tamen, conſtringere nempe ſi brachium dextrum alimenti defectu contabuerit, ſiniſtrum deligabitur, deligationis initio ab ima manu ſumpto, & in ala conſiſtendo. Si vero hoc idem malum dextrum crus apprehenderit, ſiniſtrum deligandum veniet ab imo pede ad inguen procedendo. Sic enim ſanguinis multa portio in venam cauam repellitur, & ab hac diſtenta ac pleniore, in partem laborantem, & vaſis fere vacuis hiantem: ſed & ſanam partem in otio continere expedit, quo minus attrahat alimenti, ſic enim ægræ reficiendæ plus ſuppetet.

Deligatio partis ſanæ ad atrophiã oppoſita.

Macilenti membri deligatio qualis eſſe debeat.

Quidam probant quoque, tabidum membrum moderata deligatione conſtringi: ſic enim attrahi ad ipſum ſanguinem perhibent: nam & ſcalpello aperta vena ſanguinem detracturi, brachium & crus conſtringimus. Prodeſt & ipſum in aquam calidiorem, quam tepida ſit, demergere, continereque quoad rubeſcat & intumeſcat: ſic enim pellicitur in venas ſanguis, vt experiuntur, qui de ſapheia & ſaluatella ſanguinem ſunt detracturi. Quod ſi, dum hæc & ſimilia fiunt, pars ægra incaleſcat, rubeſcat & intumeſcat, ſperabilem ſcito eſſe ſanationem: ſin contra, deſperata ſalus eſt: itaque nihil præterea tentare oportet. C

Signa atrophia ſanabilis & inſanabilis.

Nonnunquam præterea durities in articulationibus poſt fracturas luxationesque reſtitutas relinquitur. Hanc remollire oportet, humorem contentum reſoluendo fotu, litu, cataplaſmate, emplaſtro facto ex radicibus, biſmaluæ, bryoniæ, liliorum, ſemine lini, fænugræci & ſimilibus: itemque ex gummi in forti aceto diſſolutis, vt ammoniaco, bdellio, opopanace ladano, ſagapeno, ſtyrace liquida, ex adipe anſerino, gallinaceo, humano, ex oleo liliorum & ſimilibus. Imperandum inſuper ægro, vt partem ſubinde & aſſidue, vitato tamen dolore, moritet, vt ſic incaleſcat, tenuetur, ac tandem digeratur concluſus humor, denique ſibi pars ipſa, quantum ars permittit, reſtituatur: ſæpe enim omnino reſtitui nequit. Nam ſi debile ac mancum membrum ſit, hoc ipſo quod iuxta articulum fractura contigerit, in reliquũ vitæ motus laborioſus & difficilis, ſæpe vero omnino nullus eſſe ſolet: ſi præſertim obortus callus craſſior ſit: ſi denique ipſa articulatio ab ictu ipſo contuſa & contrita fuerit, vt in vulneribus, quæ ſclopeto illiduntur, non raro eſt cernere. D

FINIS LIBRI DECIMIQVINTI.

DE PLE-

DE PLERISQVE PARTIVM PRÆTER NATVRAM AFFECTIONIBVS, QVARVM CVRATIO MANV FERE PERFICITVR.

B

LIBER DECIMVSSEXTVS.

De Alopecia. CAP. I.

ALOPECIA eſt *pilorum capitis defluuium: nonnunquam etiam ſuperciliorum, menti, aliarumque partium.* Depilationem vulgo nominant. Huic affectui annoſæ vulpes, oborta per ætatem ſcabie, obnoxiæ ſunt, hinc tractum à Medicis Alopeciæ nomen. Fit hæc affectio vel defectu alimenti pilis alendis idonei, vt in ſenecta humoris primigenij penuria, vel eiuſdem alimentariæ materiæ corruptione, vt poſt longas febres, à lue venerea, elephantiaſi, corporis totius humorumque omnium vitio, vnde vaporum & fuliginis ſequitur corruptela: vel pororum cutis vitiata conſtitutione in raritate & conſtrictione, ſeu denſitate: quemadmodum ab vnguentorum calidiorum pilis denigrandis comparatorum, aut eorum, quæ Depilatoria nominant, vſu nimio, aut cutis ambuſtione, deperditioneue, quæ pro ipſa cicatricem ſubſtituit, ob cuius denſitatem emergere pilus nequit, quemadmodum per nimiam laxitatem fuliginoſa pili materia non ſubſiſtit, ſed in auras diſſipata vaneſcit. Quæ à ſenectute, febre hectica, ambuſtione, caluitio, elephantiaſi & tinea venit alopecia, inſanabilis eſt: quæ vero curationem admittit, ea ſublata cauſa tollitur. Itaque ſi à corruptione ſit humorum, accerſetur Medicus, qui de diæta, purgatione, & phlebotomia pro arbitrio ſtatuet. Hinc Chirurgus, quod ſupererit capillitij, abradet, fotibus vtetur primum reſoluentibus, hirudines & cornicula admouebit, ad vitioſum humorem, qui ſub cute eſt digerendum, tum lixiuio ex radice ireos & aloes, decocto ad ſordium deterſionem caput lauabit. Denique attrahentia tum fomenta, tum medicamenta admouebit, ad eum, qui laudabilis toto corpore, conuenienter inſtitutæ diætæ beneficio, ſuccreuit, humorem euocandum. Quod ſi alimenti defectu Alopecia venerit, aſperiore linteo, aut folio ficulneo, aut cæpis crudis fricanda tamdiu pars erit, donec rubeſcat; quin & cutis multis locis acu pungenda, indeque vnguenta admouenda concinnata ex ladano, ſtercore columbino, ſtaphyſagria, oleo laurino, terebinthina & cera, ad ſanguinem, pilorumque materiam pelliciendam. Si à lue venerea capillus deciduus ſit, hydrargyro inungendus eſt æger, vſque ad ſufficientem ſaliuationem. Denique vt erunt Alopeciæ cauſæ, ita remedia venient vſurpanda.

Alopecia quid.
Gal. ca. 2. li. 1. de compoſ. med. ſec. locos.
Cauſa.
C
Quæ alopecia inſanabilis.
Quæ & quo ſanabilis.

De Tinea. CAP. II.

TInea (liceat ſic loqui, dum vocabulum fuerit inuentum aptius) *morbus eſt cutem capitis ſeu cranij muſculoſam occupans, tineæ vermis inſtar depaſcens.* Tres eius ſunt differentiæ. Prima dicitur ſquamoſa ſeu furfuroſa Galeno, quia, dum ſcalpitur, furfuraceas multas ſquamas de ſe remittit: Pragmaticorum nonnullis [illegible] dicitur, ob humoris committentis ingentem aduſtionem. Altera ficoſa nuncupatur, quia dum cruſta ſua, quæ flaua eſt, ſpoliatur, apparent vinæ rubræque carnis grana, ficuum interioribus granis ſimilia, cruentam de ſe materiam remittentia. Tertia Achor Galeno dicta, vulgo etiam corroſiua & vlceroſa nominatur, quod multa, quibus ſcatet, vlcera, pluribus exiguis foraminibus aperta ſint, ſaniem liquida manantia, carnium loturæ ſimili, fœtida, putrilaginoſa & cadaueroſa, alias liuida, alias flaua. Foramina illa ſi paulo maiora ſint, aliam ſpeciem conſtituunt, quæ Cerion ſeu Fauoſa dicitur: quod per hæc materia fundatur melli colore & craſſitie ſimilis, Gal. ſententia. Fiunt omnes ab humore, qui corruptione maiore, minoreue in vitio ſit: nam furfuroſam minus corruptus humor, ficoſam corruptior, vlceroſam corruptiſſimus committit. Si infanti nutricis vitio & contagione contigerit, aut etiam ſtatim à primo ortu, vix ſanationem admittit: ac ne ea quidem procuranda, antequam puer eam ætatem attigerit, qua curationis & medicamentorum laborem ferre poſſit. Interim tamen caulium aut betæ folia, butyro recenti oblita, applicari poterunt, aliudue blandum remedium, cui molliendi vis inſit, exitumque concluſis materiebus aperiendi. His, qui ætatem medicamentorum patientem attigerint, ex aduocati & præſentis Medici decreto, ſanguis detrahetur, purgans medicamentum propinabitur, balneaque qua decet arte parabuntur. Quod ad topica remedia attinet, in furfuroſa fotus inſtituentur remollientes & digerentes, ex radicibus altheæ, liliorum, lapathi, [illegible] in lixiuio incoctis, pauco aceto addito. Tali decocto bis in die caput fouebitur, ac ſexto demũ die de-

Tinea quid.
Lib. 1. de compoſ. med. ſec. locos.
Differentia.
1
2
3
Cauſa.
Cap. 8 lib. citati.
E
Prognoſtica.
Curatio.
Ad furfuroſam tineam.

die deraſo capillitio ſcarificabitur, ſcarificatoque hirudines & cornicula applicentur. Mox oleo de ſtaphyſagria cum ſapone nigro inungetur cum attractionis gratia, tum etiam ad obtundendam, humoris parti impacti, malignitatem. Licebit etiam vti ſequenti medicamento adulque perfectam morbi ſanationem, quod in hoc affectus genere Vigonio, Gordonio, & Guidoni valde commendatur. A

Vng. ad tineam.

℞. elleb. albi, & nigri, atram. Sutor. auripigmenti, lithargyri auri, calcis viuæ, vitriol. alum. galla. fulig. ciner. fæcu vini vſti, an. ℥ ß argen. viui, extincti, an. ℥iij. æruginis æru. ʒij fiat puluis, qui incorporetur cum ſuccor. borraginis ſcabioſæ, fumariæ, oxylapathi, aceti, an. quart. j. olei antiqui ℔. j. bulliant vſque ad conſumptionem ſuccorum, in fine decoctionis cineres ponantur, addendo picis liquidæ ℥ ß. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum, id tineæ ſpeciem omnem ad ſanitatem perducere authores illi teſtantur. Certe nemini, ad eorum, ex quibus conſtat, compoſitionem intuenti, non probari poteſt.

Ad cruſtoſam.
Cataplaſma ex naſturtio.
Lib. 7 ſimpl.

Cruſtoſa etiam ſeu ficoſa tamdiu fotu præſcripto fouebitur, quoad cruſtæ excidant. ſed tamen ad eam rem nihil tam promptum eſt & efficax, quam naſturtium tritum aut frixum cum porci axungia. Nam intra viginti quatuor horas vt decidant, perficit; quin etiam, ſi eo quis vtatur diutius, perſanat, vt ego experientia cognoui, quod & ratio confirmat: eſt enim Galeno calidum & ſiccum naſturtium. Vbi cruſtæ deciderint, vnguento ante deſcripto partes affectæ erunt inungendæ. Multos ipſe curaui, qui ſanati ſunt litu ex pauco oleo de calcantho, nonnunquam etiam ægyptiaco viribus aucto. Quod ſi pilorum radix putris appareat, volſella ſinguli reuellendi ſunt: ac ſi talis putredo vniuerſum cranium occupet & ſingulas capillitij totius radices infeſtet, quo promptior ſit, & minori cum labore auulſio, xylina fruſta, qua parte villoſa ſunt, ſequenti medicamento conſpergere oportet. B

℞. picis nigræ ℥ vj. picis reſ. ℥ij. pulu. viridis æris, & vitriol. rom. an. ʒj. vel ʒß. ſulph. viui, ʒß. coquantur omnia ſimul in aceti acerrimi quantitate ſufficiente, fiat medicamentum ad vſum, applicetur capiti, hæreatque totum triduum, mox magna vi aduerſum pilos eundo, auellatur, vt vna pili emplaſtro hærentes radicitus auellantur: eius remedij tamdiu erit vſus, quamdiu res ipſa poſcere videtur.

Quod vero ad tertiam tineæ ſpeciem, quæ Corroſiua ſeu Vlceroſa nominatur, prima indicatio eſt detergendorum ſequenti vnguento vlcerum.

Ad Vlceroſam.

℞. vnguent. enulati cum mercurio duplicato, ægyptiaci, an. ℥iij. vitr. albi in puluerem redacti, ʒj. incorporentur ſimul, fiat vnguentum ad vſum: vti etiam ſupraſcripto licebit.

Quod ſi dolor aliquis, aliuſue caſus ſuperueniat, ipſi ex docti Medici ſententia occurrendum erit.

Certe in omni tineæ ſpecie, quæ ſequentur remedia, mihi ratione comperta & vſu probata fuere.

℞. camphor. ʒß alum. roch. vitr. viridis æru. ſulph. viui. fulig. forn. an. ʒvj olei amyg. dulcium & axungiæ porci an ℥ij incorporentur ſimul in mortario, fiat vnguentum. Sunt, qui fimi ouilli in chorte villatica defoſſi & macerati, id quod liquidum eſt vſurpent, & vlceratis locis affricent, duplicatumque & eo liquore imbutũ linteum ſuperimponant. Quod ſi his & tot remedijs ſanari æger nequeat, ſimiliterque inſuper cruſtoſis vlceribus corpus eius locis aliquot obſitum viſatur, probarem, vt ipſi illineretur caput litu ex axungia, argento viuo, & pauco ſulphure conflato: indeque emplaſtrum de Vigo cum mercurio in pileoli formam aptaretur: ſimilia præterea emplaſtra ſcapulis, femoribus & cruribus applicarentur, omninoque conclaui calido contineretur, ac cætera omnia fierent, quaſi lue venerea laboraret. Id curationis genus primus (quod ſciam) tentauit Simon Blancus Chirurgus Regius expertiſſimus in iuuene quodam, cum ipſi fruſtra reliqua omnia remedia, quæ vulgo adhiberi ſolent, ſedulo adhibuiſſet. Tinea horrendum viſu ſæpe malum eſt, ſaniem de ſe virulentam & morticinam effundens: recens difficillime ſanatur, ſed inueterata longe difficilius. Nam non raro rediuiua mox reſurgit, quæ reſtincta credebatur, propter malignæ putredinis in parte relictam impreſſionem, quæ ipſius temperiem plane corrupit. Quin etiam ſæpe ſanata ſuperſtitem inuexit alopeciam, Chirurgorum turpe opprobrium. Quæ cauſa extitit, cur tineæ curationem plerique empyricis & mulierculis relinquendam cenſuerint. C

Tinea contumax remedio luis venereæ curanda.

De Vertigine. CAP. III. D

Quid Vertigo & quas cauſas habeat.

VErtigo *repentina oculorum & viſus caligatio* eſt, à ſpiritu vaporoſo & calido, qui per [illegible] arterias ad caput aſcendit, cerebrumque replet, humores & ſpiritus, qui in ipſo ſunt, conturbando, inæqualiterque quaſi rapto in gyrum corpore, aut capta vino mentis arce verſando. Feruens ille ſpiritus ſæpius à corde ſurſum per carotides arterias internas ad rete mirabile perrumpit: alias in ipſo cerebro æquo calidiore ac feruido gignitur: ſæpe etiam à ventriculo, ſplene, hepate, aliiſque viſceribus æſtu incandeſcentibus exurgit. Signum huius mali eſt repentina illa viſus caligatio, & oculorum quaſi præſtrictio, vel leuiter circumacto corpore, aut in res circumactas, vt rotas verſatiles, aquaſue vorticoſas, omniaque profunda & alta conuerſo aſpectu. Si à cerebro mali origo eſt, cephalalgia, capitis grauitate, & aurium tinnitu exercentur ægri: imo ſæpe odorabilia olfactorio inſtrumento non percipiunt. Paulus Ægin. ad curationem, arterias, quæ in temporibus ſunt, ſecari iubet. At ſi aliunde, vt à ſubiecto aliquo viſcere, mali materia manat, non admodum prodeſt talis arteriotomia. Itaque tum acceſſendus & conſulendus peritus Medicus, qui ægro conſultat phlebotomia, ſi ab ardore viſcerum mali origo eſt: purgatione, ſi à ventriculi & ſtomachi impuritate. Ita tamen ſi talis vertigo accidens criticum non ſit acuti alicuius morbi, vomitu aut hæmorrhagia criſim affectantis: tum enim expediendi inde ægri negotium omne naturæ committendum eſt. E

Signa.

Lib. 6.

Vertigo critica.

De Hemicrania. Cap. IV.

A
HEmicrania propriè dicitur *dolor mediam capitis partem dextram aut ſiniſtram, diuexans.* Is alias ſupra *Hemicrania propriè quid.*
temporum muſculos non aſſurgit, alias ad ſummum vſque verticem porrigitur. Doloris eiuſmodi
cauſa, vel à venis eſt & arteriis externis, aut à meningibus, aut ab ipſa cerebri ſubſtantia, aut à pericranio, *Cauſa.*
aut à muſculoſa cute pericranium tegente, aut denique à putridis vaporibus, à ventriculo, vtero, alio-
ve viſcere ſubiecto ad caput aſſurgentibus. Poteſt tamen extrinſecus adueniens cauſa hunc affectum
inferre, nempe ambientis aeris calidior aut frigidior conſtitutio, ebrietas, crapula, ciborum calidiorum
& vaporoſorum vſus, teter aliquis vapor, fumuſve ab antimonio, argento viuo, & aliis eiuſdem gene-
ris naribus hauſtus: quæ cauſa exiſtit, cur aurifices & bracteatores id fere mali genus infeſtet. Cæterum *Differentia.*
vndecunque mali cauſa venerit, ea vel ſimplex intemperies eſt, vel cum materia: materia, inquam, quæ
vel ſimplex ſit, vel compoſita. Cæterum affectio hæc ſolitaria eſt, aut aliis affectibus comitata, vt in-
flammatione & tenſione. Capitis grauitas humoris copiam arguit; punctionis, pulſationis, & tenſio-
nis ſenſus vaporem humori permixtum in neruoſo, arterioſo, aut membranoſo capitis corpore conclu-
ſum demonſtrat. Si ab inflammatis meningibus dolor eſt, febris ſuperuenit, ſi præſertim humor do-
lorem committens putreſcat. Si ſuperficiarius ſit, dolor, ſedem habet in pericranio. Si altus &
B profundus, atque ad oculorum radices perueniat, obſeſſarum meningum argumentum eſt, febriſque
ſuperuenit, ſi inflammatio adſit, & materia putreſcat: tumque tam acerbus nonnunquam eſt doloris
cruciatus, vt ſibi vel leui & ſummo digito caput attingi vereatur, & perhorreſcat æger, imo nec ſtrepi-
tum, nec ſuſurros leues nec ſplendorem, nec odores quantumuis ſuaues, viniue halitus ferre poſſit. Cō- *Arteriotomia ad quā*
tinuus is nonnunquam eſt dolor, nonnunquam & periodicus. Si doloris cauſa eſt à ſanguine feruido, *hemicraniam valeat.*
tenui & vaporoſo, qui e nullis remediis vinci potuerit, ab arteriotomia in temporibus celebrata per ne- *Hiſtoria.*
ceſſarium, perutile & promptum habebit remedium, ſiue ab internis, ſeu ab externis vaſis malum exi-
ſtat. Hinc enim ſemper materiæ coniunctæ, ſanguinis & ſpirituum ſequitur euacuatio. Id ego expertus
ſum in permultis, ſed præcipue in principe à RupeSurionēſi. Huic atroci hemicrania diuexato, domi-
nus Capellanus Regius, & Caſtellanus Reginæ primarius Medicus, denique Ludouicus Duretus me-
dicinam faciebant, nec tamen phlebotomia, cucurbitulis, balneis, frictionibus, diæta, vllove remedii
genere ſeu aſſumpto, ſeu admoto quidquam opis adferebant. Vocatus ego dixi vnicam ſalutis ſpem
reſtare, ſi ipſi arteria in temporibus phlebotomo diuideretur, qua parte dolor ſæuiret: Mihi enim veri-
ſimile fieri, doloris eius cauſam non venis, ſed arteriis concludi: quo in caſu nullum arteriotomia præ-
C ſtantius eſſe remedium veteribus proditum fuiſſe, cuius ego in meipſo magno meo bono, periculum
feciſſem. Meum iſtud Medici cum probaſſent conſilium, ad opus à veſtigio me accingo, arteriamque
in tempore dolente ſeligo, quæ & tumentior eſſet, & vehementius cæteris pulſaret. Hanc ego vnica
inciſione, quemadmodum in phlebotomia fieri ſolet, aperio, ſanguiniſque magno cum impetu & ſal-
tu proſilientis pluſquam duo vaſcula elicio: quieuit ſtatim dolor, neque vnquam relapſum habuit. Plu-
rimis tamen ſuſpecta eſt arteriotomia, quod prorumpentem inde ſanguinem ſiſtere, quod cicatricem
obducere ſit operoſum, propter arteriæ denſitatem, duritatem, & pulſationis perennitatem, quod de-
nique cicatrix obducta aneuriſmatis periculum inferat. Itaque ſatius eſſe putant cutem primo diuide-
re, deinde à circumſtantibus omnibus particulis diuellere, inde vtrinque arteriam vincire, denique di-
uidere, quemadmodum in varicibus faciendum monuimus. Sed hæc opinio hominum eſt omnia tuta *Ab arteriotomia nullū periculum.*
timentium: ego enim multiplici experientia didici non eſſe periculoſam arteriæ, quæ ſcalpello fit, quē-
admodum in phlebotomia fieri ſolet, apertionem: conſolidationem vero paulò quidem vena tardio-
rem eſſe, tandem tamen fieri. Sanguinis vero fluxum nullum vnquam ſuperuenire, modo deligatio a-
pte facta ſit, hæreatque totum quatriduum appoſitis, vt decet, plagulis.

D

De quibuſdam oculorum affectibus, ac primum de coercenda ſuperiore palpebra, cum laxior eſt. Cap. V.

MOrborum, qui in oculo ſunt, alii vniuerſam oculi ſubſtantiam occupant, vt ophthalmia, ipſius *Differentia.*
phlegmone, alii partium ipſius proprii & peculiares exiſtunt, cuiuſmodi eſt gutta Serena dicta,
neruo optico. Ex quo Gal. oculorum morbos triplici in differentia poſuit, nempe vt alii oculo eueni-
rent, quatenus primario eius organo, cryſtallino ſcilicet humori officiunt: alii quatenus animalem fa-
cultatem, quæ viſus eſt opifex, aditu ad ipſum prohibent: alii denique, quatenus partium eius principi
organo ſubſeruientium aliquam offendūt. Cæterum eiuſmodi morborum omnium alii oculo cum re-
liquis corporis partibus communes ſunt, cuiuſmodi exiſtunt vlcus, vulnus, phlegmone, contuſio & ſi-
miles: alii oculo ſunt particulares & proprii, quales ſunt Ægilops, Cataracta, Glaucoma, & huius gene-
ris pleriq; alii. Nonnullis palpebra ſuperior procidit, quia ipſius ſumma cutis amplius relaxatur, quam *Paul. cap. 8. lib. 6.*
tegendo oculo neceſſe ſit, haud ſe interim ſimul pariterq; remittente cartilagine. Hinc vero moleſtia
duplex: Prior, quod oculus facile detegi non poſſit: altera quod ſic relaxatæ palpebræ pili protinus in-
tus ad oculum tendunt, ipſique pungendo moleſti ſunt. Relaxationis eiuſmodi cauſa eſt, vel peculia-
E ris eius loci paralyſis, quæ ſenibus frequens eſt, vel fluxio, ſeu rheuma humoris aquoſi, & minime a-
cris aut mordicātis: quod ex eo apparet, quod ſic affectis, vnus alterve pilorum ordo ſub ordine natu-
rali ſuccreſcit, ab humoris congeſti, vt credere par eſt, copia. Ita enim ſolum vdum & vliginoſum *Cauſa.*
pluribus herbis luxuriat. Iam ſi is humor acris eſſet, ęgro pruriginoſus, adeoque dolorificus foret, & na-
turalium pilorum radices arroderet, exureretque, tantum abeſt, vt nouis præter naturam ſuborientib.
materiam ſuppeditare poſſet. Ad curationem, antequam quidquam agas, ſuperfluam adeoque ampu-
tandam portionem, atramēto notare oportet, ne ſi amplius, quam oportet, reſcindas, inuerſa palpebra

 maneat

Curatio.

maneat, aliudq; vitii genus, quod Veteres Ectropion dixerunt, inferat. Inde contecto oculo, mediam A palpebræ cutem, omiſſa, quæ ſubeſt, cartilagine, digitis apprehendere & leuare: tumq; ipſam tranſuerſam ſecare, tantulo detracto, quantum neceſſe eſt, vt naturaliter ſe habeat. Deniq; oræ vulneris ter aut quater acu adacta ſimplici ſutura ſunt committendæ, vt ad cicatricem perducatur: obducta enim cicatrix palpebram, ne laxius procidat, tantulo ſcilicet decurtatam coercet. Modus eſſe debet in amputando, alioqui duorum incommodorum alterutrum incurrere oportet; ſi nimium reſciſſum fuerit, ne contegi oculos non poſſit: ſi parum, ne nihil actum ſit, & fruſtra æger ſectus fuerit. Quod ſi multi pili præter naturam ſuccreuerint, exiguis & ad id factis volſellis auellendi ſunt: tum ipſorum radices tenui cauterio inurendæ oculo intacto: mox enim oborta cicatrix ne renaſcantur, impediet.

Ad pilos præter naturã in palpebra ſuccretos.

De Lagophthalmo oculorum. CAP. VI.

Paul lib. 6. cap. 10.
Cauſa.
Curatio.

QVibus ſurſum contractior eſt palpebra, hi oculis apertis dormiunt, quia à breuiore palpebrarum cute contegi nequeunt, Lagophthalmon Græci nominant. Cauſa venit vel intrinſecus, vel extrinſecus. Intrinſecus quidem, vt è carbunculo, abſceſſu, vlcere. Extrinſecus, vt à vulnere gladio inflicto, vſtione, lapſu & ſimilibus. Si ab obducta cicatrice id malum ſit, ſanabile eſt, modo palpebræ mediocris B reſtet craſſities. At ſi à prima extiterit conformatione, aut alio, qui multum ſubſtantiæ deperditum ſit, quemadmodum ab vſtione & carbunculo contingit, inſanabile exiſtit. Ad curationem igitur fotus adhibendi ſunt relaxantes & remollientes, inde cutis ſupra totam cicatricem incidenda eſt, falcatæ lunæ figura, cornubus eius deorſum ad cilium ſpectantibus. Hinc plagæ diducentur oræ, in interſtitioq; inferendum linamentum, quod cutis ſectæ diductas oras coniungi prohibeat. Emplaſtrum mox linamento imponendum, decenterque faſcia pars deliganda, & in totum ſubiectum oculũ deprimenda eſt, ne ſurſum ſe reflectat, redeatque in priſtinam & non naturalem figuram. Cæterum dum cutis inciditur, cauendum, ne plaga cartilaginem violet: nam ſi ea inciſa eſt, palpebra concidit, neque attolli poſtea poteſt.

Quod vero ad inferiorem palpebram ſpectat, multis illa contra naturam affectibus obnoxia eſt, inter quos vnum eſt, quod illi commemorato proportione reſpondet, quando ſcil. parum ſurſum attollitur, ſed pendet & hiat, neq; poteſt cum ſuperiore committi, ideoque oculum non contegit, quod malum ſenibus familiare eſt, Ectropion dicitur, eademq; arte, qua ſuperius, curandum. C

Ectropion.

De Chalazio & Hordeolo palpebrarum. CAP. VII.

Chalazion quid
Paul ca. 16. lib. 6.
Grando.
Hordeolum.
Cauſa.
Curatio.

CHalazion *tuberculum* eſt *rotundum & pellucidum, quod in palpebra ſuperiori concreſcit, mobile ſimul atque digito huc illucve impellitur.* Grando Latinis dicitur, quod grandineo grano ſimile ſit. Aliud huic non diſſimile tuberculum in palpebrarum oris ſuper pilorum locum aſſurgit, Hordeolum ab hordei ſimilitudine nuncupatum. Horum materia cyſti propria continetur, vixque adeo ad ſuppurationem perducitur. Per initia reſolui quidem ac diſcuti poteſt. At vbi inueterauit, & in gypſeam aut tophaceam duritiem concreuit, vix ſanationem admittit. Itaq; manu aperiendo illa tubercula curare aggredi ſatius eſt, vt contenta materia diffluat aut exprimatur. Si exiguum tuberculum ſit, traiicitur acu filum trahente, quod in plaga relinquitur, ea longitudine, vt eius extrema exiguo gratia Dei emplaſtro, tanquam glutine, affigi poſſint: ad frontem quidem, ſi in ſuperiori palpebra tuberculum inſederit; aut ad genas, ſi in inferiori. Nouum vero biduo quoq; ſubſtituendum, quemadmodum in ſetonibus chirurgicis fieri ſolet. Sic enim demum tuberculum complanabitur.

De Palpebrarum hydatidibus. CAP. VIII. D

Quid hydatis.
Com. ad aph. 51. ſect. 7.
Curatio.

HYdatis *pinguis quædam ſubſtantia* eſt, *tanquam adipis fruſtulum, ſub palpebra ſuperiore cute inſidens & latens.* Familiare id puerulis malum eſt, qui natura ſunt humidiore. Itaque mollis & laxus tumor eſt, totam palpebram, quam obſederit, œdematoſam reddens, adeo vt tanquam pondere degrauata ſurgere nequeat. Id nominis obtinuit, quia veſiculæ humore ſeroſo diſtentæ inſtar habeat, quod vitii genus in hepate à Galeno notatum eſt. His rubent & lachrymis diffluunt oculi, nec ſolem intueri aut ſuſtinere lucem poſſunt. Curatio ſectione eiuſmodi ſubſtantiæ ſuperfluæ illæſis vicinis partibus, perficitur: mox ſal manſum loco, vnde exciſio facta eſt, imponitur, niſi doloris vehementia impediat, vt reſiccetur ac confirmetur locus, tabeſcatq; ſi quid reliquum eſt materiei, neq; renaſcatur. Denique totus oculus oui albumine in aqua roſacea diſſoluto, aliove repellente medicamento obducendus.

De commiſſu & conglutinatu inter ſe palpebris. CAP. IX.

Paul. cap. 15. lib. 6.
Cauſa.
Curatio.

FIt interdũ, vt palpebra ſuperior inferiori agglutinetur, adeo vt aperiri oculus nõ poſſit: aut vt ipſarum alterutra cum alba oculi tunica, vel cum cornea cohæreſcat. Quæ vitia à primo ortu trahuntur, vitio ſcilicet facultatis formatricis in vtero (ita enim plurimi infantes in lucem prodeunt, digitis inter ſe E cohærentibus, ano, vulua, & auribus imperforatis) oculo, quod ad cætera ſpectat, bene compoſito. Mali huius alias à vulnere, alias ab aduſtione, abſceſſu vt variolarum ruptis puſtulis, cauſa eſt. Curatur inſerto inſtrumento idoneo, quo mox cohærentia diducas, ea moderatione, vt ne corneam attingas, alioqui enim procideret. Ergo ſpecilli caudam ſeu mucronatam partem palpebris inſerere & ſubiicere oportet, ſurſumque ſic ſublatas (ne oculi ſubſtantia violetur) falcato ſcalpello diuidere. Peracta exciſione indatur in oculum oui albumen cum aqua roſacea agitatum, diducta palpebra teneatur: imo æger ipſe hoc agit ſedulo, vt ſæpius ipſam euertat, digitiſque attollat, non ſolum vt vlceri medicamentum inducatur, ſed etiam ne rurſus inhæreat: de nocte inſeratur peniculum tenue aqua, vel ſimplici,

vel

A vel in qua diſſolutum fuerit calcanthum, intinctum. Sic enim impedietur, ne iterum agglutinentur palpebræ. Die deinde tertio contingentur partes palpebrarum aquis citra morſum deſiccantibus, vt cicatrice obducantur. Quod ſi corneæ adhæreat palpebra ad pupillam, vel plane cæcus, vel certe hebes in videndo æger futurus eſt. Nam cicatrix obducta rerum ſpecies ingreſſu ad cryſtallinum humorem prohibebit, viſiuoſque ſpiritus egreſſu ad obiecta. Quod ad prognoſim attinet, ex Celſo diſces relapſui obnoxiam eſſe hanc curationem: adeo vt nulla neque diligentia, neque induſtria vitari poſſit, quin ſemper iterum palpebra oculo adhæreſcat.

Morbus relapſui obnoxius.

De Palpebrarum pruritu. CAP. X.

VEhementer multis palpebræ pruriunt à pituita ſalſa, quæ non ita raro partes ipſas excorians & exulcerans, ſaniem, quæ ipſas palpebras quodam velut glutine de nocte committit, & fluentes ac lippientes reddit. Id ægros ita male exercet, vt opem medicam ſæpe efflagitare cogat. Quare vniuerſalibus remediis præmiſſis vlcera ſequenti collyrio colluentur.

℞ *aquæ meæ in balneo mariæ deſtillatæ* ℥ iij *ſacch. candi* ʒ j. *aloes lotæ & in pollinem redactæ,* ʒ ß. *fiat collyrium.* Quod ſi non ſuccedat, ſequenti licebit vti.

Collyrium detergens.

B ℞ *vngu. ægyptia.* ʒ j. *diſſolue in aqua plantaginis quantitate ſufficienti,* linteoque molli ex eo imbuto exulceratę palpebrę contingentur, ea cautione adhibita, vt ne quid in oculum deſtillet. Veſperi vero dormiturus æger eaſdem ſibi inungi curabit ſequenti vnguento, valde in hoc mali genere efficaci. ℞ *axungiæ porci & butyri recentis, an.* ʒ ß. *tuth. præpar.* ʒ ß. *antim. in aqua euphraſia præparati.* ℈ ij. *camphoræ gr.* iiij. *miſce, & in mortario plumbeo ducantur per tres horas,* conflatum inde vnguentum ſeruetur in pyxide plumbea. Laudantur etiam & vſurpantur aquæ quædam detergendis, reſiccandis, adſtringendis, roborandis omninoque à pruritu ſordibuſque vindicandis palpebris idoneæ.

Aegyptiacum ad prurientes palpebras.

℞ *aquæ ſpir. fœnicul. & chelid. an.* ʒ ß. *ſarco. nutritæ* ℈ ij. *vitrio rom.* ʒ j. *miſceantur ſimul & bulliant vnica ebullitione, mox colatur liquor, & ſeruetur ad vſum dictum.* Vel, ℞ *aquæ roſ. & vini alb. boni, an.* ℥ iiij *tuth. præp. aloes an.* ʒ j. *flor. æris* ℈ ij. *campho. g* ij. *bulliant omnia ſecundum artem, & ſeruentur in vaſe vitreo ad colluendas palpebras.* Vel, ℞ *vini albi* ℔ ß. *ſalis comm.* ʒ j. *coniiciantur in peluim tonſoriam nitentem, nitidam & coopertam, maneantque illic quinque aut ſex dies, ſemel quoque die commoueantur,* contingátur eo liquore palpebræ. Sunt, qui ipſius ægri vrina in pelui tonſoria per noctem aſſeruata, ablui palpebras iubeant. Certe in hoc mali genere acriorum remediorum vſus non eſt formidandus: nam & mihi viſa aliquando mulier eſt quin-

Acria remedia in pruritu palpebrarum minime eſſe formidanda.

C quagenaria, quæ ſibi prurientes palpebras aceto quam acerrimo proluebat, idque vnum remediú genus præ cæteris fœliciter ſibi ſucceſſiſſe aſſerebat. Ioannes Vigonius aquam præſcribit, cuius efficaciam ſupra cætera remedia in hoc affectu probatam eſſe, pluriſque auro & argento æſtimandam prædicat hac forma.

Lib. 2. cap. 4. tract. 3.

℞ *aquæ roſ. vini albi odoriferi mediocris vinoſitatis, an* ℥ iiij *myrobala. citrini triturati* ʒ j. ß. *thuris* ℥ ij. *bulliant omnia ſimul vſq; ad conſumptionem tertiæ partis: Deinde immediate addantur flor. æris* ℈ ij. *campho. g* ij. *Reſeruetur liquor in vaſe vitreo bene obturato ad vſum commemoratum.*

Aqua Vigonii ophthalmica.

De Lippitudine. CAP. XI.

PLeroſque videas, quibus nunquam ſiceſcunt oculi, ſed tenui ſemper humore madent acri & calido, quæ res aſperitudinem inducit, & ex leuibus momentis inflammationes, lippitudineſque excitat, etiam m etiam iteratam. Eſt autem lippitudo nihil aliud, quam *alba quædam ſordes ab oculis profluens, quæ ſæpe palpebras totas noctem agglutinat.* Id malum ſæpe totam hominis vitam infeſtat, nulla ope medicabile. In quibuſdam ſanabile eſt. Quibus ab infantia malum contractum eſt, his ſuperuacua eſt curatio:

Lippitudo quid. Quæ inſanabilis.

D neceſſario enim manſurum eſt vſque ad mortis diem. Lata etiam capita & excrementitia pituita acri, aut multa differta vix medicinæ patent. Multum vero intereſt, internisne vaſis, quæ ſub calua ſunt, an externis, quæ inter caluam & cutem exiſtunt, pituita diffluat, an vero vtriſque. Ac ſiquidem internæ venæ materiam illam effundant vix ac ne vix quidem ſanabile malum eſt. Si vero externæ emittant, non eſt inutilis curatio, quæ remediis toti corpori proſpicientibus præmiſſis, raſo vertici adſtringentia medicamenta, vt emplaſtrum contra rupturam appomit, quę venas conſtringant, & pituitam velut ſuſpendant, cucurbitulas affigit, frictiones occiput verſus imperat, ac denique ſectam chirurgicam tranſadigit. Sunt, qui ſummum verticem ignito ferro vſq; ad os adurant, ſic vt ſquamam remittat, ad diuertendam & ſiſtendam fluxionem. Quod ad topica remedia attinet, omnium inſtar habebit collyrium ex vitriolo pauco in multa aqua roſacea diſſoluto paratum.

Collyrium ex vitriolo ſiſtens fluxiones oculorum.

De Ophthalmia. CAP. XII.

OPhthalmia *Adnatæ membranæ, totiuſque adeo oculi inflammatio* eſt, *calore, rubore, pulſu, renixu, dolore denique moleſta.* Originem habet vel ab occaſione cauſave aliqua primitiua, vt lapſu, ictu, puluere & tenui ſabulo in oculos inſiliente. Eſt enim oculus pars læuis, ideo ab aſperis facile offenditur, vt ait Hipp. Vel à cauſa antecedente, vt fluxione in oculos irruente. Signa ſequuntur naturam materialis cauſæ. à ſanguine enim, bilioſo præſertim & tenui, caloris, ruboris, ac doloris ſunt omnia: ab eodem vero pituita diluto cuncta exiſtunt remiſſiora. Ac ſi quidem totum caput grauitas occupet, à capite mali exortus eſt. Si vero frontem inflammatorius dolor exerceat, à craſſæ meningis aut pericranii intemperie aliqua calida, morbos venire putatur. At ſi in ipſo incandeſcentis doloris articulo æger vomituriat, à ventriculo morbi materia repit. Cæterum vndecunque veniat, vix eſt vllius in corpore partis dolor, qui cum inflammatorum oculorum dolore ſit conferendus: certe non paucis inflammationis

Quid ophthalmia, & quas cauſas habeat.

Lib. de carnibus.

Signa.

E

magnitudo oculos propria orbita depulit, ac diſrupit. Ideo nulla medicinæ pars magis per nationes expoſita eſt, quam dolentium oculorum.

Curatio. Ad curationem tria ſibi ob oculos ponet Chirurgus; diætam, vacuationem cauſæ antecedentis, & coniunctæ topicis remediis expugnationem. Victus erit mediocris, his omnibus vitatis, quæ vaporibus caput implent: vſurpabuntur ea, quæ os ventriculi conſtringẽdo corroborant, & fumidas exhalationes aditu ad caput prohibent: vino interdicetur æger, niſi forte ab humore craſſo & viſcido morbus veniat, vt eſt à Gal. proditum.

Com. ad aph. 31 ſect. 6. Li. 13. meth. cap. vlt. Vacuatio vero fluentis in oculum materiæ, fiet per cathartica, phlebotomiam in brachio, cucurbitulas cum ſcarificatu, & ſine ſcarificata, ſcapulis & ceruici affixas. Denique per frixiones ex eius, qui præerit, Medici ſententia. Poſt vniuerſalia remedia Galenus ad inueteratas ophthalmias valde commendat phlebotomiam & arteriotomiam, in fronte, & temporibus, quod plerumque ſanguine acri, calido & vaporoſo, vaſa, quæ circumſtant, diſtenta, acres in oculo dolores creant.

Expugnatio cauſæ coniunctæ. Coniunctæ cauſæ expugnandæ, varia apponentur topica pro quatuor, quæ phlegmone omnis decurrere ſolet, temporum diſtinctione. Nam per initia cum materia tenuis multo impetu decurrit, repellentia valde proſunt. hæc eadem addit reſoluentibus temperata in incremento vtilia ſunt.

Repellens collyrium. ℞ *aquar. roſ. & plant. an.* ℥ ß *mucag. gum. tragacant.* ʒ ij *al. um* [illegible] *collyrium*, tepens in oculum inſtilletur, ſuperimponatur ipſi toti linteolum duplex eodem collyrio imbutum. Vel: ℞ *mucag. ſem. pſil. & cyd. extracta in aqua plant. an.* ℥ ß. *aquæ ſ.l. & lactis mul*[illegible] *an.* ʒ j. *troch.* [illegible] *alb. Rhaſ.* ʒ ij *fiat collyrium*, cuius vſus ſit, vt ſuperioris.

Adſtringẽtia emplaſtra. Venæ temporum ſequenti medicamento conſtringantur. ℞ *bol. arm. ſang. drac. & maſt. an.* ʒ j ß. *alb. oui, aquæ roſ. & acet. an.* ʒ j. *terebint.* [illegible] *& olei* [illegible] *an.* ʒ j ß. *fiat defenſiuum.*

Vti & licebit vnguento de bolo, emplaſtro diach. aut contra rupturam in oleo myrtil. & pauco aceto diſſolutis.

Cataplaſma anodynum. Quod ſi doloris acerbitas intolerabilis ſit, apponendum erit ſequens cataplaſma: ℞ *medul. pomor. ſub. ciner. coctor.* ℥ ij *lact. mul.* [illegible] ℥ ß *apponatur oculo, inſtillato prius collyrio ante deſcripto.* Vel, ℞ *mucag. ſem. pſil. & cyd. an.* ʒ ß. [illegible] *lact. roſ.* [illegible] ʒ ij *aquæ roſ.* ʒ ß. *fiat cataplaſma.* Sanguis turturis, columbi, aut gallinæ aperta ſub ala vena, in oculum inſtillatus, dolorem ſedat. Balnea vero nõ modo anodyna ſunt, ſed & fluxionem ſiſtunt fluxionis materiam per ſudores diuertendo, Itaque ea in fluxionibus ophthalmicis periodicis, valde laudat Gal.

Balneorum vſus in dolore oculorum. Ad aph. ſe. 7. Collyria detergentia. In ſtatu, cum dolor vel ſopitus fuerit, vel reſederit, ſequentibus vti licebit. ℞ *ſarcocol. in lacte muliebri nutrita* ʒ j *aloes lotæ in aqua roſ.* ʒ ij. *troch. alb.* [illegible] *Rhaſ.* ʒ ß. *ſacch. candi* ʒ ij. *aqua roſ.* ℥ iij *fiat collyrium.* Vel, ℞ *ſem. fœniculi & ſanug. an.* ʒ ij. *flo. cham. & melil. an. m. ß. coquantur in aqua commu. ad* ℥ iij. *colatura adde tuthiæ prap. & ſarcoc. nutrit. in lacte muliebri an.* ʒ j. ß. *ſacch. candi* ʒ ß. *fiat collyrium, vt artis eſt.*

In declinatione fouebitur oculus ex decocto carminatiuo, hinc hoc affundetur collyrium: ℞. *ſarcoc. nutrit.* ʒ ij *aloes, & myrrh. an.* ʒ j. *aquar. roſ. & euphr. an.* ℥ ij. *fiat collyrium, vt artis eſt.*

De Proptoſi, ſeu Procidentia oculi, eiuſdemque Phthiſi & Chemoſi.

CAP. XIII.

Quid Proptoſis oculi. Cauſa. GRæci Proptoſim, Latini Procidentiam, ſeu exitum nominant *oculi affectionem, quando materia repletus, oculumque in maiorem molem, & ſubſtantiæ amplitudinem attollentis occaſione prominet, procititurque extra orbitam.* Huius morbi cauſa etiam nonnunquam externa eſt à conatu in vomendo violentiore, ab enixu laborioſo in parturientibus, à clamore & immani vociferatione. Eſt, vbi ingens & diuus capitis dolor, aut frontis & temporum ad doloris illius leuamen arctior conſtrictio, aut muſculorum oculatium paralyſis huic malo originem præbet. Certe ab influxu humorum tanta nonnunquam fit oculi diſtentio, vt oculus crepet medius, humores ipſius effundantur, cæcitaſque conſequatur, vt contigit [illegible] ſorori Ludouici Billiaci mercatoris, Lutetiæ ad pontem D. Michaelis commorantis.

Curatio. Pro cauſarum varietate varia remedia ab eo, qui præerit, Medico inſtituentur. Itaque vniuerſalibus remediis præmiſſis, origini ſpinalis medullæ, & ſcapulis affigentur cucurbitulæ, imo & cauteria, aut ſetæ chirurgicæ intrudentur, comprimetur oculus linteolis duplicatis, maceratis in decocto adſtringente ex ſucco acaciæ, roſ. rub. foliis papaueris, hyoſcyami, rolarum, cortice granatorum, parato. Ex quibus rebus cataplaſmata etiam fingi poterunt, addita hordei & fabarum farina.

Quid oculi atrophia. Huic affectioni alia nonnunquam in oculo cernitur contraria, quæ Atrophia nuncupatur. Per hanc vniuerſa oculi ſubſtantia flacceſſit, & marcet, pupillaque ſæpius multo fit anguſtior. At ſi ſolam pupillam conſumptio & emaciatio attigerit, Græcis peculiari nomine, & a generali ſignificatione ad oculi affectionem propriam ſignificandam preſſius conſtricto, Phthiſis dicitur, vt docet Paulus, ad vtrumque affectum opponentur curatæ contrariæ: fotus inſtituentur calidi. & attrahentes: frictiones fient in vicinis partibus. Omnia denique applicabuntur, quæ ad ſanguinem, ſpiritusque in partem allicien dos innoxie applicari poterunt.

Quid phthiſis oculi. Lib. 3. ca. 22. Paulus lib. 3. cap. 22. Chemoſis quid. Proptoſi affinis eſt alia affectio oculi, quæ Chemoſis nominatur Græcis. Hæc vero nihil aliud eſt, quam *palpebrarum inuerſio ab inflammatione tanta Adnatæ tumore ita magno, vt album oculi, ſupra nigrum alte ſublatum promineat:* adeo vt ipſæ vix oculos contegere poſſint palpebræ. Nonnunquam Adnata immutato habitu rubet: poteſt tamen & ab externis cauſis id malum ducere originem, vt vulnere, contuſione & ſimilibus. Cæterum pro cauſarum varietate, & præſentis affectionis fixæ, & in parte relictæ conditione, varia præſcribentur à præſente Medico remedia.

De Vn-

De Vngula. Cap. XIV.

A VNgula ſeu Pterygion *carnis cuiuſdam fibroſæ & membranoſæ ſupra Adnatam oculi tunicam incrementum eſt, ſæpius à maiore, interdum etiam in temporum angulo oriens.* Cum negligitur, non Adnatam modo integit, ſed & corneæ portionem occupat, atq; ad pupillam perueniens, ipſi atque ægri luminibus officit. Eiuſmodi vngula nihil aliquando adhæret Adnatæ, ſed ipſi tantum ab angulis oculi ſubtenſa eſt, adeo, vt inter ipſam & Adnatam ſpecillum inſerere liceat, vario viſitur colore, alus ſcilicet rubro, aliis citrino, aliis fuſco, aliis albo. Ortum habet vel à præincipientibus ſeu externis cauſis, ictu, lapſu, & ſimilibus, vel ab internis, humorum ſcilicet in oculos influxu. Quæ inueterauit vngula, adeo, vt ei iam craſſitudo & latitudo multa acceſſerit, prætereaque Adnatæ tenaciter adhæreat, difficulter exciditur, nedum medicamentis, quibus cicatrices in oculis extenuantur, diſcutitur. At quæ pupillam totam integit, Chirurgo minime attingenda eſt: nam ipſa reſciſſa, quæ relinquetur cicatrix, denſitate ſua, obiectus ad cryſtallinum humorem ingreſſum, animali vero ſpiritui ad ipſa egreſſum intercludet. Cæterum ſæpe ophthalmiam, pruritum ardentem, fluxum lachrymoſum, & palpebrarum tumorē comites habet. Vt rite & fœliciter procedat curatio, ſtatim ab initio cauta diæta vtendum eſt, purgantia aſſumenda, ſanguiſq;
B ſecta vena detrahendus, ſi præſertim magna ſubeſt inflammatio. Quod ad particularia remedia ſpectat, ea hyperſarcoſis detergetur, aut ſaltem augmento prohibebitur, inſtillato in oculum collyrio ex vitriolo,, deſcripto in vulneribus oculorum. Quod ſi nihil ſic proficimus, reſtat, vt manu excidatur eo, qui ſequitur, modo.

Vngula quid. *Quæ vix, quæ nunquam ſanabilis ſit.* *Curatio.*

Ægrum fere reſupinum, & tantum non iacentem in ſcamno collocare, arcteque ne diſſiliat, miniſtri manibus conſtringere oportet: tum ipſi dolentem oculum, immiſſo ſpeculo oculi, ante in huius partis vulneribus deſcripto diducere, indeque hamulo acuto paulum mucrone intus incuruato, & medio vngui ſubiecto vnguem ipſum leuare: ſublato, acum, quæ politum filum trahet, ſubiicere, atque inter ipſum & Adnatam inſerere, mox hamulo acuque politis fili duo capita apprehendere, & per ea erecto vngue, eius à ſubiecta oculi ſubſtantia, ducto ab ipſius exortu initio diductionem ſcalpello falcato, molliter aggredi, eamq; perſequi vſq; ad extremum, ſic vt ne quid ex Adnata aut cornea lædatur.

Sectio Vngula.

Hamulorum, acus, & falcati ſcalpelli imagines.

C *Hamuli.* *Acus.* *Falcatus ſcalpellus.*



D

Hinc forfice reſcindetur, eoque albumen oui cum aqua roſacea agitatum ſuperdandum eſt, ſæpiuſque renouandum: Proximis inde diebus diducendus quotidie oculus eſt, ne cicatrice ſuborta palpebræ inter ſe glutinentur, qua parte detracta eſt vngula, quod etiam prohibebitur inſperſis in oculum ſale communi & cumino, ſaliua in ore ante ſubactis ac præmanſis. Sunt, qui ſcalpelli falcati loco vngulam ab Adnata diducant ſeta equina: alii calamo anſerino ad id parato, & laterum tenuitate acuto, ea adhibita cautione, ne caruncula, quę ad angulum naſi eſt violetur: ſequitur enim ſi vehementius vnguis diducitur; ac ſi abſciſſa eſt, pateſcit foramen, per quod in vitæ reliquum lachrymoſus humor continenter ſtillat, malum Græcis Rhyas dicitur. Si poſt reſciſſionem inflammatio in metu eſt, ſupra oculum linteola ponentur, repellentibus medicamentis ante deſcriptis in oculi vulneribus imbuta.


De AEgilopa ſeu Oculorum fiſtula lachrymoſa. Cap. XV.

E AD maiorem oculi angulum glandula ſubeſt, excipiendo continendoque humori condita, qui lubricando & humectando oculo ſufficeret, ne perenni agitatione areſcat. Glandula hæc irruente á cerebro ſanguinea aut pituitoſa fluxione aliquando turget, intumeſcit, & abſcedit, vlceraturque vlcere non raro in fiſtulam abeunte, adeo, vt temporis ſucceſſu ſubiectum os carie corrumpatur. Ex eiuſmodi fiſtulis aliæ foras apertæ ſunt, illæ maxime, quibus á phlegmone origo extitit: aliæ intro, quæ ſcil. materiæ pituitoſæ incurſu aut congeſtione primo intumuerunt, adeo, vt foras nullum viſatur foramen, ſed tantum tumor piſi magnitudine, hic tumor compreſſus liquore manat ſanioſo, ſeroſo, & ruffo, alias albo & viſcido, idque vel per oculi angulum, vel per interiores nares, quibuſdam talis ſanies continenter pro-

Glandula, quæ ad maiorem oculi canthum eſt, Vſus. *Differentia.*

Fiſtula periodica & typica. profluit, aliis menſtruis tantum circuitibus, quod quibuſdam fiſtulis eſt proprium. Eiuſmodi lachrymoſæ fiſtulæ ſi inueterauerint, oculo atrophiam, ac nõ raro cæcitatem, ſpiritui autem, quem reddimus, fœtorem conciliant. *Curatio.* Quare diligenter & mature, medica chirurgicaq; ope venienti malo eſt occurrendum. Ergo præmiſſis vniuerſalibus remediis ad particularia veniendum. Quare ſi ſatis vlcus non pateat, intruſis ex ſpongia peniculis amplificabitur: glandulæ caro plus æquo increſcens corrigetur, *Candentis ab igne ferri vſus.* immiſſis catheræticis puluiſculis mercurii, vitrioli calcinati, & in pollinem minuti, aut aqua forti, vel oleo de vitriolo, denique potentiali cauterio. His ſi nihil profectum fuerit, carieſq; iam os excedat, & cordatus eſt æger, infigendum eſt actuale cauterium: cuius vſus longe efficacior, promptior, certior, & præſtantior eſt, quam cauterii potentialis, quemadmodum in multis fælici ſucceſſu mihi experiri licuit. Mihi vero intereſſe nihil videtur, ex auro ne ſit, argento, an ferro id cauterium. Nam quod agit, haud à materia habet, ſed ab igne. Quod ſi delectus metallorum hic religioſe eſt habendus, mallem ex ferro parare, vt cui quam auro aut argento vires ſint longe magis deſiccantes & adſtringentes, quod in ipſo terrenum elementum dominetur, vt patet argumento aquarum per ferri fodinas fluentium. Ferrum igitur triangulare parabitur, in extremo acuminatum, quo celerius penetret, oculo ſano & vicinis partib. bene obtectis, capiteq; miniſtri manibus ſtabilito, ne in ipſo operis articulo æger perterrefactus commoueat ſe. Oculo vero dolenti lamina ferrea aptabitur in medio depreſſa, pro anguli maioris cauitate. Peruia hæc lamina erit, vt per eius foramen ferro ignito via ad ſubiectam fiſtulam pateat, ſicque id ſolum, quod inurendum eſt, contingatur. A B

Figura ferramenti igniti, & ferrea lamina excelſo foramine peruia.



C

Agenda poſt inuſtionem. Poſtquam os ferramento inuſtum eſt, in foramen ipſum, oculum, parteſq; omnes vicinas, affundendum eſt collyrium ex oui albuminibus, in aqua plantaginis & ſolani agitatis: æger vero in lecto collocabitur, capite paulo altiore, renouabitur collyrium quoties & quamprimum reſiccari videbitur. Hinc eſcharæ lapſus procurabitur litu butyri recentis, vbi deciderit, detergendum veniet vlcus, carne implendum, denique cicatrice obducendum.

De Staphylomate. CAP. XVI.

Staphyloma quid & quas cauſas habeat. STaphyloma *corneæ tunicæ & vueæ tumor eſt*, fluentis in oculum humoris, aut vlceris occaſione natus, cornea relaxata, aut prorupta, puſtulæ ſubtus genitæ impetu. Similis figura acino fit: vnde Staphyloma Græcis dictum, alias nigricat, alias albet ille tumor. Nam ſi cornea vlcerata eſt & arroſa ſic, vt per vlcus proferat ſe, & procidat vuea tunica, nigricabit ſtaphyloma acini maturi inſtar, nigricat enim vuea externa ſui parte. At ſi laxata tantũ ac non rupta cornea fuerit, ſub albido colore cernetur ſtaphyloma, acini nondum maturi inſtar. *Paulus & Aetius.* Multas eius differentias ſtatuere Veteres. Nam ſi per exiguum ſit foramen ruptæ corneæ, quo ſe profert vuea, Myocephalon dixerunt, capiti ſcilicet muſcæ ſimile. *Staphyloma omne cæcitatem inferre inemendabilẽ.* At ſi amplum id foramen extiterit, ſimul & calloſum caluum nominarunt. Si deniq; amplius, iam vero acinum nuncuparunt. Cæterum quacunq; ſpecie aut figura contigerit id malum, duo ſecum inuehit incommoda, vnum cæcitatis: alterum deformitatis. Itaq; hic adeo Chirurgiæ locus eſt, non vt viſus, qui iam amiſſus eſt, reſtituatur, ſed vt oculi deformitas corrigatur: abſcindendo ſcilicet id, quod prominentius eſt. Cauendum vero, ne plus, quam decet abſcindas: hinc enim periculum effuſionis humorum oculi. D

De Hypopyo. CAP. XVII.

Quid & quas cauſas habeat. COlligitur aliquando inter corneam & vueam pus á cauſa intrinſeca aut extrinſeca. Intrinſeca quidem, vt à multa fluxione, & ſæpe poſt inflammationem: extrinſeca vero ab ictu, cuius occaſione vena aperta ſanguinem eo effuderit, qui mox in pus vertatur. Ad curationem præmiſſis vniuerſalibus remediis, affigentur cucurbitulę cum ſcarificatu, frictiones imperabuntur ſuperne deorſum. Affundentur collyria anodyna & digerentia. Scribit Galenus, ſe materiam illam aliquando vacuaſſe, aperta ad *Li.14. meth. cap. vlt.* imdem cornea, quo ſcilicet loco tunicæ omnes conueniunt, concurrunt, & terminantur. Idem ego feci præſente Iacobo Guillemeau Regio & Pariſienſi Chirurgo, & perfeci feliciſſime: expreſſo & vacuato poſt apertionem pure, detergebitur vlcus hydromelite ſimilive alio medicamento. E

De Mydriaſi. CAP. XVIII.

Quid & quas cauſas habeat. MYdriaſis *pupillæ dilatatio* eſt. Contingit hæc vel natura, vel caſu: illa à vitio eſt primæ cõformationis, nec ſanabilis. Hęc v. duas habet differentias: nã vel à cauſa interna eſt defluctus à cerebro humoris

ſubo-

A ſoboles, itaque de ea curanda conſulendus Medicus. Quæ vero occaſione aliqua externa venit, vt ictus *Curatio.*
lapidis, contuſione oculo illata, curatur appoſitis extemplo repellentibus & anodynis: prohibenda fluxio diæta prudenter inſtituta, phlebotomia, cucurbitulis [illegible], frictionibus, & aliis, quæ vtilia videbuntur remediis. hinc ad reſoluentia veniendum, ſanguinem nempe adhuc à vena tepentem turturis, columbi, aut gallinæ, oculo & vicinis partibus adhibendum. Hinc ſequens cataplaſma imponendum.

℞ farinæ fabarum & hordei an. ℥ iij. [illegible] roſar. & myrtillor. an. ℥ j. ß. pulueris ireos florentia. ℥ j. cum ſapa fiat cataplaſma. *Cataplaſma digerēs.*

Vti etiam licebit ſequenti fotu. *℞ roſar. rub. & myrtil. an. m. j. florum meliloti & chamam. an. p. j. nucum cupreſſi ℥ j. vini auſteri. ℔ ß. aquæ roſar. & plantag. an. ℥ iij. fiat omnium decoctio pro fotu cum ſpongia.*

De Cataracta. Cap. XIX.

CAtaracta Græcis etiam Hypochyma dicitur, Latinis Suffuſio, quocunque nomine vocetur, nihil illa aliud eſt quam *humoris in tenuem quandam velut pelliculam concretio, à cornea tunica, è regione pupillæ, humoris aquei ſpatium innatans, quaque locum vacuum eſſe [illegible] potentiæ ſe opponens* quo differt à maculis & cicatricibus ſupra corneam aut adnatam concreſcentibus. Totam pupillam aliquando integit, alias dimidiam ipſam tantum, alias exiguam ipſius portionem: pro hac varietate viſio vel aboletur, vel debilitatur, vel deprauatur: quia ſpiritus animalis viſorius tota ſubſtantia per eius denſitatem [illegible]. Humoris illius, vnde concreſcit, [illegible] vel externo vitio citatur, ictu nempe, lapſu, ambientis calore aut frigore capiti & oculis [illegible], vel proprio & interno, nempe ab humorum multitudine, aut qualitate acri [illegible] & tenui. [illegible] huic aliquando originem præbent craſſi vapores & fumidi, à crudo ventriculo aut [illegible] ſublati ad cerebrum, indeque in oculos delapſi, vbi loci frigiditate, anguſtia, & mora in humorem [illegible] ac tandem in illam, quam cernimus, concretionem coeunt. Signa ex his, quæ ſunt commemorata, facile elici poſſunt. Nam vbi cataracta confirmata eſt, & matura, membranæ cuiuſdam tenuis pupillæ obtentæ ſpecie viſitur, vario pro humoris, ex quo cogitur, varietate colore apparet, alias albo, alias nigro, cæruleo, cinereo, liuido, citrino, viridi. [illegible] vbi hydrargyrum exprimit, quæ is præ cæteris valde [illegible] & fugitiua eſt. Per initia quibus coit, [illegible] viſa multa, vt muſcæ volitantes, pili, [illegible] & ſimilia ſurſum, deorſumque temere velut [illegible] nonnunquam omnia apparent, nonnunquam minora, quam [illegible] quia ſpiritus viſorius denſitate pelliculæ, tanquam nubeculæ, ſolis lumini obiectæ, aditu ad viſibilia prohibetur. Quo fit, vt ſub meridiem hebetiore ſint ægri viſu, ſub diluculum vero & crepuſculum certius & acutius cernant: quippe [illegible] à maiori lumine diſpergitur, à minori vero cogitur. [illegible] dimidiam pupillam occupet pellicula illa, dimidiata omnia apparebunt: ſi vero mediam eius, & [illegible] humoris quaſi centrum, feneſtrata. At ſi totam contegat, nihil in viſu diſcernere potis eſt, ſed corporum tantum aſpectabilium & ſolis, lunæ, ſtellarum, accenſæque candelæ, & ſimilium luminoſorum [illegible] confuſe, & quaſi coniectura quadam ſubintueri.

B

Quid hypochyma.

Differentia.

Cauſa.

Signa.

C *Cur dimidiata aut feneſtrata obiecta apparent in ſuffuſione.*

De Cataracta incipientis curatione Medica. Cap. XX.

INcipiens cataracta incremento & concretione prohibetur diæta conuenienter & artificioſe præſcripta, vitato vſu ciborum, quibus ſuccus [illegible] potentioris & [illegible] eſt pituitoſus & vaporoſus, vt piſcium, [illegible] caſtanearum, omnium denique rerum, quibus vis ineſt humores in corpore [illegible] & ad viſum [illegible]: cuiuſmodi ſunt ſalſa omnia & ſpeciata, vt allia, cæpe, [illegible]. Præ cæteris vero immoderatior coitus nocet, quia totum corpus vehementius [illegible], cerebrum, caputque debilitat, & [illegible]. Panis imperetur fœniculi ſemine conditus, huic enim vim [illegible] viſionis inuandæ, & oculi illuſtrandi, vapores nebuloſos ante in ventriculo diſſipando, quam conſcendere ad cerebrum poſſint. Quare eadem ratione cydoniati, conſerua roſarum & tragetæ communis, aut [illegible] ex rebus flatus diſcutientibus, aut ventriculum conſtringentibus [illegible] Phlebotomia & purgationes ſi res poſtulet, opportune præſcribentur, frictiones [illegible], cucurbitulæ ſcapulis & ceruici affigentur: matutino tempore maſticatoriis pituita per palatum detrahitur. Sunt, qui incipientem cataractam diſſipari & diſcuti credant, palpebrarum crebra per digitos frictione, crebro item & pertinaci ſyderum & lunæ cum pleno orbe lucet, ſpeculi chalybei, gemmarum, omnium denique rerum fulgore quodam micantium intuitu. Credo, quod radiis confertim à re fulgida in oculum ex oppoſito protelatis & diffuſis, penetrandi, diſtindendi, diſſoluendi, imo & abſumendi deſiccandique vis ineſſe videri poſſit. Sed & calens anhelitus eius, qui fœniculum, aniſum, coriandrum, nucem moſchatam, cinnamomum, caryophyllos & ſimilia ore vertet, & dentibus mandat, oculis digito ante leuiter attritis, [illegible] & frequenter exceptus, magnum ad humorem concretioni proximum calefaciendum, attenuandum, reſoluendum, digerendum, ac diffindendum momentum habet. Quinetiam illuſtrandorū oculorum, viſionis roborandæ, & prohibendarum ſuffuſionum, diſcutiendarumq; , ſi quando concreſcant, & cogi incipiant, vis maxima ineſſe creditur huic Ioannis Vigonii collyrio: *℞ hepatis hircini ſani & recentis ℔ ij. calami aromatici & mei an. ℥ ß ſucci rutæ. ℥ iij. aquar. chelidoniæ, fœniculi, verbenæ, & euphraſiæ an. ℥ iij. piperis longi, nucis moſchatæ, caryophyllorum an. ℥ ij. croci. ℈ j. floris roriſmarini aliquantum contriti. m. ß. ſarcocollæ, aloes hepaticæ an. ℥ iij. fellis raiæ, leporis & perdicis, an. ℥ j. terantur omnia, tritisque adde ſacchari albi. ℥ ij mellis roſati. ℥ vj. coniiciantur in alembicum vitreum, & deſtillentur in balneo mariæ:* Stillatitius liquor

D

Diæta ſuffuſionem cohibens.

Panis fœniculi conditum.

Cur fulgore micantia diſſipent cataractam incipientem

E

Collyrium cataractam incipientem diſſipans.

frequenter oculis affundatur. Quod ſi his & tot remediis nihil profectum fuerit, congeſtusque nebuloſus humor indies augeatur, & inſpiſſetur, abſtinendum a remediis eſt, expectandumque, donec iam nõ congeri ſed cogi, imo durities quædam concreuiſſe videatur. Sic enim demum acu decuti poterit: alias, ſi nondum matura ac iuſto tenerior ſit illa velut pellicula, cum ventum ad opus erit, acu tranſadigetur, non decutietur. Si contra durior ſit, reſiſtet acui, nec decuti ſe facile patietur. Itaque, quę eius ſit quaſi tempeſtiuitas, Chirurgo noſcendum eſt, diligenterque tenenda ſigna, quibus maturam ſuffuſionem ab immatura, & ſanabilem, ab inſanabili diſcernere poſſit. Nã, ſola, quæ matura & ſanabilis eſt, manu & acu curanda: quæ immatura eſt, id eſt, quæ tenerior & quaſi cruda adhuc, quæque durior & denſior eſt, quæ denique inſanabilis, ne tentanda quidem. A

Cataractã niſi maturuerit acu haud eſſe decutiendã.

Quibus ſignis cataracta matura & curabiles ab immaturis & incurabilibus dignoſcantur.

CAP. XXI.

OCulo ſano clauſo, ſi ſuffuſi, poſtquam pollice attritus fuerit, pupilla ſtatim dilatetur & diffundatur, eademque celeritate in ſuum locum, figuram, colorem, & ſtatum redeat, opinionem facere nonnullis creditur, maturæ & confirmatæ cataractæ. Immaturæ vero & nõdum attingendæ, ſi diu poſt pupilla dilatata & diffuſa maneat. At maturæ, itemque denſioris adeoque inſanabilis commune ſignũ eſt, nihil eorum, quæ aſpectabilia ſunt, præter lucem & lumen cernere, diſtinguere vero aliquid reliquatum rerum aſpectabilium nondum maturæ eſt argumentum. Ideo vero clauſo compreſſoque oculo ſano, alterius pollice attriti pupilla dilatatur, qui amplificatur, intumeſcit, diffunditurque amplius, compreſſione illa quaſi compulſis à ſano in ægrum oculum viſorus ſpiritibus. Cæterum quæ ſequuntur cataractę, inſanabiles cẽſentur, illę ſcilicet, quæ magnę ſunt, quę affricta, attritave palpebra, nihil dilatantur, aut diffundũtur; quarum pupilla nihilo pariter, illo attritu, latior fit: hinc enim intelligere eſt, oppilationem ſubeſſe in neruo optico: adeo vt decuſſa quantumuis fœliciter cataracta, ſuperſtes cæcitas ſit manſura: nihilo plus proficias decutienda ea cataracta, cuius oculus multum emacruit, & phthiſi laborat. Inſanabilis illa etiam eſt, quæ ex grauiſſimo morbo, acerbiſſimis nempe & diris capitus doloribus, vel ictu vehementiſſimo orta eſt. Quæ gypſei ſunt coloris, virides, nigræ, liuidæ, citrinæ & coloris argenti viui æmulæ, fere ſunt inſanabiles: Contra quę colore corticẽ caſtaneæ æmulantur, quæ cœli ſeu aquę marinę colorem habẽt, cum quadã albedine, hę fœliciter ſucceſſurę curationis magnã ſpẽ faciũt. B

Cataracta inſanabiles

Sanabiles.

De Cataracta curatione Chirurgica. CAP. XXII. C

POſtquam ſanabilem eſſe cataractam commemoratis ſignis cognoueris, reſtat, vt manu eius curationem adoriaris: ita tamen, ſi nihil ſit, quod impediat. Nam ſi capitis dolor, ſi tuſſis, ſi nauſea, vomituſve ægrum tunc temporis habeat, fruſtra operam impenderis. Expectandum itaque eſt, donec talia ſymptomata euanuerint. Tempus deligandum ad eam rem opportunum, ſcilicet ſitiente luna, à fulgere & tonitru ſilente cœlo, & ſub alio, quam Arietis, quod capiti dominatur, ſigno. Tum medicum conſulet Chirurgus, ſi purgatio aut ſanguinis detractio ægro neceſſaria ſit, vt plethoricis ſymptomatibus occurratur, relapſui materiam alioqui ſuppediaturis. Biduo poſt eligendus eſt locus mediocri lumine perfuſus, ieiunuſque æger in anguſto ſedili collocandus eſt, ſic vt non aduerſum, ſed à latere lumen habeat. Oculus, qui curabitur, immobilior faciendns eſt, ſuper alterum lana impoſita & deligata, mox Chirurgus ægro ſe aduerſum ſtatuet in ſcamno paulo altiore, iuſſoque eo manus ad zonam demittere genubus ſuis eius crura comprehendet & concludet. A tergo autem adſtabit miniſter, qui eiuſdem caput contineat & immobile præſtet: nam leui momento eripi acies in perpetuum poteſt. Acus inde præparanda eſt, & in denſum aliquem pannum plures intrudenda, vt illo velut motu læuigetur, & ad iamiam futurum opus minori dolore perficiendum tanquam incaleſcat. Ferrea ſit oportet, aut chalybea, non aurea argenteave, ſed aliquantulum lato & lateribus acuto mucrone, quo in oculum penetret, comprehenſamque cataractam decutiat penitus: ac ne in manu Chirurgi labet minuſque ſtabilis ſit, manubriolo inſeretur, quemadmodum ſubiecta figura licet intueri. D


Quando opportunitas adſit decutienda cataracta.

De loco.

De oculo.

De acu.

Acus manubriolo inſerta, decutiendis cataractis affabre facta.



Hac tanquam præparatione rebus omnibus adhibita, imperandum ęgro, vt oculorum aciem nares verſus contorqueat. Tumq; acus intrepide (inani enim & ſpiritibus tantum pleno loco excipitur) rectam per Adnatam tunicam medio inter minorem canthum & corneam loco è regione mediæ cataractæ, ſic, vt ne qua Adnatæ vena lædatur, intrudenda eſt, varieq; tum quaſi verſanda, donec ad mediam pupillã ſuffuſionemq; peruenerit. Vbi eo ventum eſt, ſuperne deorſum inclinãda acus eſt ad ipſam ſuffuſionem, leniterque ibi vertenda, quoad paulatim eam, quantum fieri poteſt, integram infra pupillæ regionem deduxerit, depreſſæ inſtandum acu nihilominus, vehementiusque ad breue aliquod temporis momentum imprimendum & immorandum, vt inferiori illi, in quam decuſſa eſt, parti inſidat. E

Gal. li. 10. de Vſu part. ca. 5. Celſ. lib. 7.

A Inſidit autem, necne, tenaciter, periculum faciet Chirurgus iuſſo ex tempore ægro oculum commoue-
re. Nam ſi ſic conſtans hæret, neq; redit, expleta curatio eſt. Tum acus paulatim ſurſum referenda eſt,
neque tamen ſtatim eximenda, vt ſi reuehatur, reſurgatve ſuffuſio, iterum, & toties, dum adhuc opus
erit, & res in procinctu eſt, decutiatur verſus minorem angulum, donec plane & fideliter condita
iaceat. Tum igitur molliter, & parte, qua intromiſſa fuerat, inclinatione reuocanda acus eſt, ne ſi mode- *Signum cataracta fideliter decuſſæ.*
rationem non adhibeas, vna cataractam eo, vnde decuſſeras, referas, aut ad cryſtallinum humorem; *Lib. 6. ca. 21.*
primum videndi inſtrumentum pupillamve cum eius dilatandæ periculo grauiter offendas. Quidam
opere ſtatim peracto, aſpectabile aliquid ægro videndum exhibét: ſed non probat Paulus: timet enim, *Cur vno oculorum moto alter vna moueatur.*
ne intuendi ille conatus ſuffuſionem ſurſum reuehat: itaque & ſanius & certius ſtatim ab educta acu,
oui albumen in aqua roſacea cum alumine electo agitatum molli linteo excipere, & adſtrictionis, ar-
cendæque inflammationis gratia oculo ac vicinis partibus imponere: tumque vna etiam ſanum deli- *Quæ ſint agenda poſt decuſſam cataractam.*
gare, ne ſi ad intuendum moueatur, vna etiam per ſympathiam, & quæ ipſis per neruos intercedit con-
nexionem, ægrum quaſi rapiat, & ad motum incitet. Poſt hæc lecto molli æger tradendus eſt, atque ita
collocandus, vt capite ſit altiore: procul ſit ab omni ſtrepitu; ne loquatur, nec quid mandat durius, ne
B maxillæ laborent: liquidis ergo nutriatur, vt panatella, hordeato, colatitus, aut expreſſis carnium cu-
chinarum ſuccis, gelatina, ouis ſorbilibus & aliis huius generis. Octauo demum die reſoluenda, quæ
oculos obuallat, faſcia, ipſi aqua roſacea proluendi ſunt, oppoſitiſque ſpecillis aut ſerico panno ſenſim
lumini ac diei æger eſt aſſuefaciendus, ne repentino lucis occurſu offendatur. Quod ſi paucis poſt die-
bus ſurſum ſe referat ſuffuſio, decutienda iterum illa eſt, ſed nouo foramine, priori enim dolet oculus.
Contingit aliquando, vt acus occurſu, non decutiatur integra ſuffuſio, ſed concidatur, & in plu- *De cataracta, quæ in fragmenta conciditur.*
res partes diſſipetur. Tum igitur ſeorſim ſingulæ perſequendæ & decutiendæ: ſi quæ minima portio
ſubſit, quæ acus velut anſam effugiat, relinquenda illa eſt: nam virtute caloris natiui, quin tempore re-
ſoluatur, non eſt dubitandum.
Nonnullæ etiam occurrunt cataractæ, quæ ad primum acus contactum, in lacteam quandam aut
aquæ turbidæ perſimilem ſubſtantiam diffunduntur & abeunt, quod nondum plena concretione ma-
turuerint, hæ tamen vel eo nomine ſperabilem ſanitatem promittunt, quod nunquam poſtea in vnum,
vt antea, corpus coire poſſunt. Quare tandem etiam robore innati caloris diſcutiuntur: tumque priſti-
nus ſplendor oculo reſtituitur. Si quæ alia de inſperato ſuperueniant ſymptomata, nouis illa conſiliis
C & ſuis quæque remediis profligabuntur.

De aurium meatu occluſo, & rerum in ipſum præter naturam illapſu.
Cap. XXIII.

EVenit nonnunquam, vt pueris à prima natali die foramen in auribus nullum ſit, oborta ſcilicet car- *Cauſa.*
nea aliqua aut membranoſa in meatus ipſarum fundo aut primo ingreſſu ſubſtãtia. Id ipſum etiam
nonnunquam poſtea per accidens contingit ab abſceſſu aliquo, aut vulnere facta exulceratione, & per
hyperſarcoſin aut cicatricem aure repleta. Quando in meatus fundo oppilatio eſt, difficilior exiſtit cu-
ratio, quam ſi in primo ingreſſu extiterit. Curationis vero duplex eſt via. Nam vel excidenda illa, quæ- *Curatio.*
cunque ſit, ſubſtantia eſt, vel acribus & catharęticis exedenda & conſumenda, quibus in perficiendis,
ſumma mentis manuſq; moderatione eſt opus. Eſt enim pars exquiſitiſſimo ſenſu prædita, & cerebro
vicina: itaq; ab ea inclementius tractata diſtentionis neruorum, adeoque mortis periculum imminet.
Nonnunquam etiam peregrinorum præter naturam corpuſculorum in meatum illum illapſus, *Variorum corpuſculorum in aurium meatũ illapſus.*
D facit, vt foramen præpediatur aurium, cuiuſmodi ſunt ſcrupi, auri, argenti, ferri & ſimilium metallorũ
fruſtula, vniones, ceraſorum aut nuclei aut oſſicula, piſa, & ſimilis generis grana: ac ſolida quidẽ & oſſea
corpuſcula eadem & ſua illic ſemper perſtant magnitudine: at piſa, grana & ceraſorum nuclei, humorẽ
auriũ meatu: inito in ſe tranſſumpto intumeſcunt, ſæuoſque ideo diſtentione vicinarum partium do-
lores cient: quare quo citius inde extrahentur, eo ægro erit melius. Id fiet tenuibus volſellis inſtrumẽ-
tiſque in formam auriſcalpii excilis. Quod ſi nihil ita proficitur arte, terebella, quibus plumbeæ glan-
des altius in corpus impulſa eliciuntur, erunt adhibenda. Scrupi & ſimilis lapideæ duritiei corpuſcula,
ſternutatoriis prolitato ad concuſſionem cerebro, oleoq; amygdalarum dulcium ante in meatum au-
rium, quo via magis lubrica ſit, inſtillato, ad exitum ſollicitabuntur: fiet enim concuſſionis illius ſternu-
tatoriæ, ſeu aeris interni exitum magna vi quærentis impetu, vt tandem, manu præcluſis ore & naribus,
excutiantur. Quod ſi ne ſic quidem proficimus, reſtat, vt meatus nouacula, quãtum ſatis eſt, diuidatur,
quo plena libertate inſtrumenta ad extrahendum idonea immittere verſareque liceat. Si quæ animal- *Sternutamento ſeu concuſſiua.*
cula, vt pulices, cimices, formicæ, culices, & ſimilia, quod aliquando contingit, eo ſubiuerint, inſtilla-
to oleo & pauco aceto ſuffocabuntur. Eſt vermiculi quoddam genus, quod à perforandis auribus no-
E men apud Gallos obtinuit: Id ſi eo forte penetrarit, tum illa arte interimetur, tum admoto meatui audi-
torio pomo dulci dimidio tanquam illecebra, capietur, & eximetur.

De ariſtarum, & ſimilium in gula, faucibus & gutture obhærentium corporum extractione.
Cap. XXIV.

INter auidius edendum, oſſicula nonnunquam & ariſtæ in faucibus aut gula obhærere, & ſe tanquam *Varia curatio pro locorum, quibus defixa reſident corpuſcula, varietate.*
defigere ſolent. Talia corpora ſi hiante ore appareant, longis & tenuibus, roſtrique gruini in modum
curuis volſellis eximenda erunt. Si non appareant, anſamque nullam ſui eximendi præbeant, citato
vomitu

vomitu excludenda erunt, vel panis rubidi ſeu molliculi fruſtulo, aut arido ficu leuiter præmanſo & de- A
uorato deglutienda erunt: aut denique porro, ſimiliue alio oblongo & rigidiuſculo corpore incuruato,
& oleo inuncto gulæ inſerto, in ventriculum intrudenda aut reuellenda venient. In tracheam vero ar-
teriam ſi quid ſimile ſubierit, tuſſis ingeſtis acidis prouocanda eſt vel ſternutamentum concitandum,
vt explodatur, ſi quid eo loci moleſtum concluditur.

De dolore dentium. CAP. XXV.

Dentium dolor ſæuiſſimus.

OMnium dolorum nullus eſt, qui ægros inclementius excruciet, dentium dolore. Nam & ſæpe, reliquorum oſſium more, inflammationem, quæ mox ſuppuret, concipiunt, ac putrent, tandemque fruſtatim excidunt, arrodi enim ipſi & perforari, vermeſque ex putrente ſui portione concipere, quotidiana experientia viſuntur. Tanti doloris cauſa vel interna eſt, vel externa & primitiua... *Cauſa.* Interna eſt calidus frigidusve humorum in ipſos defluxus, alueolos implens, indeque adeo dentes depellens, quod cauſæ eſt, cur ſe ſic aliquando exerti proferant, vt ipſorum ad mandendum officio ægri vti doloris metu nequeant, nec poſſint: quod fluxionis incurſu relaxatis gingiuis vacillent, nec ſtabiliter in ſuis alueolis ſedeant. Cum vero carioſi & ad radices vſque perforati ſunt, ſi quid forte inter edendum potulentiue eo inciderit, tanquam ab adacto & pungente ſtylo dolor excitatur, tanta eius eſt acerbitas. B Signa fluxionis calidæ ſunt dolor acutus & pungens, tanquam ab acubus intrusis, pulſatio ingens in radice dentis dolentis & temporibus, leuamen ex frigidorum vſu. Frigidæ vero ingens capitis grauitas, ſaliuatio multa & frequens, ex calidiorum remediorum vſu mitigatio. In doloris acerbitate haud ſtatim ad dentiſpices currere oportet, vel ipſos ad euellendum dentem extemplo ſe accingere. Conſulendus ante Medicus, qui de remediis pro cauſarum varietate ſtatuat. Curandi igitur hic tres ſunt ſcopi. Primus eſt de diæta: Alter de fluxionis ſeu cauſæ antecedentis vacuatione: Tertius de propriorum remediorum ſedando dolori idoneorum appoſitione. Duo priores ſcopi, qui nempe ſunt de diæta in victus ratione, & vitæ inſtituto, tum de fluxione auertenda catharſi, phlebotomia, appoſitis ceruici & ſcapulis cucurbitulis, ſcarificatu, omnino ad Medicum ſpectant. Quod vero ad propria & topica remedia attinet, ea cauſæ contraria eligentur. Itaque in cauſa calida, proderit oris ex ſucco granatorum, aqua plantaginis, aceti tantillo, cum roſis, balauſtiis & ſumachio incoctis collutio. Cæterum quæ dentium dolori ſedando applicabuntur remedia, omnia tenuium ſint partium oportet, quod dentes denſæ ſint conſiſtentiæ. Itaque acetum eiuſmodi remediis ſemper veteres admiſcuere. vt, *℞. roſar. rub. ſumach. hordei, an. m. ß. ſeminis* C *hyoſcyami conquaſſati ℥. j. ſantalorum an. ʒ j. lactucæ, ſummitatum rubi, ſolani, plantaginis an. m. ß. bulliant omnia in aqua ℔. iij. & pauco aceto ad hordei crepaturam.* Ex eiuſmodi decocto tepente colluatur os.

Signa huius aut illius fluxionis.

Curandi tres ſcopi.

Collutio oris frigida & repellens.

Finguntur etiam eodem conſilio trochiſci hac fere forma; *℞. ſeminis hyoſcyami, ſandaracæ, coriandri opii an. ʒ ß. terantur, & cum aceto incorporentur, formenturque trochiſci* apponendi dentibus dolentibus. Vel, *℞. ſeminis portulacæ, hyoſcyami, coriandri, lentium, corticis ſantali citrini, roſar. rub. pyrethri, camphoræ an. ʒ ß. terantur omnia ſimul cum aceto forti, & in trochiſcos contineantur,* quibus in aqua roſarum diſſolutis, gingiuæ, totumque os, cum erit opus, colluatur.

Trochiſci ad calidam fluxionem.

Quod ſi his nequaquam ſedetur dolor, ad narcotica erit veniendum, quæ neruum ſtupefaciant. vt; *℞. ſeminis hyoſcyami albi, opii, camphoræ, papaueris albi an. quantum ſufficit: coquantur cum ſapa,* & denti applicentur.

Narcotica.

Sed & quod ſequitur, in aurem immittendum lateris dolentis: *℞. opii & caſtorei. an. ℈. j. miſceantur cum oleo roſato.*

Tumentibus gingiuis & diſtentis, ante tamen denti ſcalpio leniter ſcarificatis, ſanguiſugas appoſuiſſe aliquando profuit, ad materiæ coniunctę euacuationem, vt & venas ſub lingua ſæpiſſime aperuiſſe, D vel eas etiam, quæ pone aures conſpiciuntur. Tribus enim his remediorũ generibus ſedatos a me plurimos ingentes dentium dolores memini. Quanquam ſint, qui non eas, quæ pone aures ſunt, venas in hoc affectu ſecent, ſed eas, quæ in auris meatu parte ſuperna ſunt conſpicuæ.

Venæ ſectio.

A cauſa vero & fluxione frigida ſubortus dentium dolor his remediis curatur. libanotide coronaria, ſaluia, & pyrethro in vino & aceto decoctis aquã vitæ admiſcent, in eo mox liquore theriacæ quantitatem exiguam diſſoluunt, ex eo dentes colluunt. Alii ammoniacum in aqua vitæ diſſolutum, cum pauca ſandaracha & myrrha miſcent, & dolenti denti Vigonii conſilio imponunt. Putat Meſuæus, trita allia manu dextra aut ſiniſtra, prout dextri aut ſiniſtri dentes doluerint, geſtata dolorem ſedare. At ego cum aliquando grauiter huius generis dolore diuexarer, vetulæ cuiuſdam conſilio allium ſub cineribus coctum dolenti denti impoſui, nec mora facta dolor intiit: traductum ad alios ſimili ſymptomate afflictos, id remedium ſimilem exitum habuit, quin & ipſum prodeſſe cenſent, ſi in meatum auditorium immittatur. Inſtillant alii in aures oleum de caſtoreo, aut de caryophyllis, aliudve ſimile per quintam eſſentiam extractum. Prodeſt & ſequenti decocto dentes colluiſſe: *℞. rad. pyrethri. ʒ ß. menthæ & rutæ an. p. j. bulliant in aceto, & ex eo decocto tepido collutio fiat.* Sunt, qui ſuffumigia magis probent, E componunt vero ea ex granis colocynthidos, ſinapi, & aliis: fumum per infundibuli tubulum hiante ore excipiunt: alii radicem pyrethri, zingiberis, cinnamomum, alumen electum, ſal commune, nucem moſchatam, nucem cupreſſi, anthi ſemina, euphorbium in oxycrato incoquunt, ſub decoctionis finem paucam aquam vitæ affundunt, vaporem per infundibulum excipiunt: imo & ipſo decocto dentes colluunt: intinctum eo bombacem in auris meatum imponũt, guttula eius ante inſtillata Sunt, qui dentes decocto tithymalli colluiſſe, ſummum & valde anodynum dolentibus dentibus remedium eſſe prædicant. Ego vero dentium cruciatus intolerabiles ſæpe ſedaui, veſicatoriis remediis ſub aurem admotis, in ea ſcilicet cauitate, qua maxilla inferior ſuperiori dearticulatur: ſubſunt

Oris collutio ad fluxionẽ frigidam.

Alliorum vſus in dolore dentium a cauſa frigida ſedando.

Suffumigia calida.

Veſicatoria

enim


A enim illic vena, arteria, & neruus, quæ ad dentium radices diſtribuuntur. Itaque reſciſſis mox veſiculis manat liquor tenuis, non modo qui malum facit, ſed & qui fouet. Quod ſi dens pertuſus ſit, nec ipſum ſibi euelli æger velit, nullum eſt præſentius remedium, quam cauſtica remedia immittere, vt oleum de calcantho, aquam Chymiſtarum, imo & ignitum ferrum. Sic enim exuritur neruus, omnique ſentiendi potentia exuitur. Putant tamen nonnulli, lacteum illum humorem, qui à tithymallo fluit, thuris & amyli polline exceptum, & carioſo denti impoſitum, facere, vt ipſe mox per fruſta decidat. Cum gingiuæ & genæ aſpectabili tumore tument, melius ægro & mitius eſſe incipit. Sic enim naturæ robore, humoris dolorem committentis, tranſlatio fit intus foras. Cæterum cuiuſcunque generis ſit materia, quæ influit, proderit eius curſum intercipere emplaſtro contra rupturam ex pice & maſtiche concinnato, & tempori, qua parte dens dolet, admoto. *Cauſtica.*

De aliis dentium affectionibus. Cap. XXVI.

ALiis etiam præter naturam affectibus tentantur dentes. Nam vel relaxatis gingiuis vacillant, vel putredine corrumpuntur, vel carie exeduntur, vel genitis vermibus exuberant, vel congelatione ſtupent. *Dentium reliqui affectus.* Quod ad primum affectum attinet, relaxantur gingiuæ vel à cauſa primitiua ſeu præincipiente: vt
B lapſu, ictu: vel interna & antecedente, vt humorum acrium, aquoſorumve à cerebro fluxione, aut ſenili ariditate alimenti penuria. Si gingiuarum areſcentium vitio dentes nutant, immedicabile malum eſt: reliquis vero cauſis mederi licebit eorum vſu, quæ dentes ſtabiliant: vitatis contra illis, quæ ipſos commouere poſſint. Itaque neque contentius loquendum, neque dura mandenda ſunt. Si lapſus aut ictus violentia commoti fuerint, minime eximendi ſunt, ſed reſtituendi, & ad proximos qui bene hærent, vinciendi, tempore enim in ſuis alueolis confirmantur, quemadmodum expertus ſum in Antonio de la Rue veſtiario, cui pugionis capulo cum maxilla fracta eſſet, & tres dentes concuſſi, ac fere ſuis alueolis excuſſi, reſtituta maxilla, redditi ſunt ſuo loco dentes, & filo duplici ceratoque proximis adiuncti, de cætero expreſſis & colatitiis ſimilibusque iuſculis hominem nutriui, adſtringentia gargariſmata ex nucibus cupreſſi, myrtil. & pauco alumine in oxycrato incoctis concinnaui, eaque ore verſare iuſſi, his artibus perfeci, vt mox illi æque facilis eſſet atque antea in omnem dentium partem manſus. *Male ſtabilium in gingiuis dentium cauſa. Hiſtoria.* Auditum habeo ab homine fide digno, viſam ſibi primæ nobilitatis mulierem, quæ in auulſi dentis locum alium ſibi ſanum, pediſequæ cuidam ſuæ eodem tempore exemptum, extemplo ſubſtitui & inſeri iuſſit, qui temporis progreſſu ſeſe velut actis radicibus obfirmarit, ſic vt in ipſum indolenter, vt in reliquos, ipſa
C mandere. Sed vt iam dixi, de hac re nihil præter auditum habeo. *Hiſtoria.*

Corroduntur vero ſeu exeduntur dentes, ab humore acri & tenui, copioſo & crebro influxu ad ipſorum vſque radices penetrante: illic enim concluſus putreſcit, & acrior factus non modo in putredinis ſuæ contagium dentes trahit, ſed etiam perforat & arrodit. *Exeſorum dentium cauſa.* Putredo corrigetur, ſi præmiſſis vniuerſalibus remediis, oleum de calcantho, vel aqua Chymiſtarum in dentis exeſi foramen immittatur: vel etiam dens ipſe radicitus immiſſo tenui ignito ferro peruratur: id ignitum ferrum, ne quid ſani in ambitu ſuo contactu violet, fiſtula ſeu cannula ad id facta includetur, atque ita putredo, arroſionis cauſa, ſiſtetur. Quod ſi fomes tamen non medium dentem occupet, ſed dentium interſtitia, tum de ſano vicino dente tantum lima deradendum erit, quantum ſuſcipiendo innoxie ferro ſufficere videbitur. *Curatio.*

Limarum ad limandos dentes factarum effigies.

D 

Succreſcentium vero in dentium radicibus, ex putredine vermium fœtura ſuffocabitur, cauſticorum vſu, collutionibus ex aceto, in quo vel pyrethrum maduerit, vel theriaca diſſoluta fuerit: ad id etiã
E valent appoſita & intruſa allia & aloe. *Verminoſorum dentium cauſa.*

Congelatio ſeu Stupor dentibus aduenit ab eſu immodico ciborum acidorum, aut vaporum eadem qualitate præditorum, à ventriculi orificio ad os perenni aſcẽſu, aut frigida acidæ præſertim pituitæ à cerebro in dentes fluxione, aut denique collutionum frigidarum & ſtupefacientium vſu immoderatiore. *Stuporis dentium cauſa.* Tollitur eiuſmodi affectio, ſi præmiſſis vniuerſalibus remediis, & his, quæ malum fouent, vitatis, crebro colluantur dentes aqua vitæ, aut vino generoſo, in quo ſaluia, roſmarinus, caryophylli, nux moſchata, & huius generis alia bullierint. *Cura.*

De Den-

De Dentibus ferro auellendis. CAP. XXVII. A

Cauſa.

AVelluntur ferro dentes, vel quod dolorum intolerabiles cruciatus moueant, qui medicamentis nõ cedant, vel quod putridi ſint & carioſi, adeo vt animam corrumpant, & olidam reddant: vel quia vicinos dentes ſanos & integros inficiant, & in corruptionis ſuæ contagium trahant, vel quod exerti ſe extra ſuum ordinem proferant. Quin & cum altius firmioribus radicibus hærent, adeo vt auelli non poſſint, frangi ſæpe neceſſe habent, vt cauſticum aliquid in ipſorum radices liceat inſtillare, quod ſenſum adeoque dolorem adimat. Summa manus moderatione in auellendo dente vtendum eſt: violentiore enim dentis inferioris tractione nonnunquam maxilla loco mouetur. Superioris vero maiore periculo tempora, oculi, cerebrumque concutiuntur. Itaq; ante circumradi debent, vt gingiuæ ab illis reſoluantur, tum digitis concutiendi, eaque facienda, donec bene moueantur: firmiter enim hærens cum vno impetu reuellitur, frangitur ſæpe maxilla, eiuſque fragmentum non raro cum reuulſo dente abripitur vnde febris, & hæmorrhagia ingens non facile ſiſtenda, (ſanguis enim aut pus maiore copia profluens fracti oſſis, Celſi ſententia nota eſt) aliaque multa maligna & lethifera ſymptomata: nonnullis os obtortum in vitę reliquũ manſit, adeo vt vix ſumma vi hiare poſſent. Quinetiam ſi exeſus dens eſt, eius foramen vel linamento, vel ſubere, vel bene accommodato plumbo ante replendum eſt, ne cum reuulſionis gratia arctius conſtringitur, ſub forcipe confringatur, radixque remaneat mox dolorem ſæuius renouatura. Iudicium vero adhibendum eſt, acriterque intuendum, ne ſanum dentem pro dolente eximas: ſæpe enim æger non diſcernit, quod viciniæ iure doloris acerbitas æqualiter in omnem maxillam diffundatur. Ergo vt dentis reuulſio fæliciter ſuccedat, his, quæ dixi, obſeruatis, humili in ſede collocetur æger, capite inter dentiſpicis crura reclinato: tum dentiſpex dentem altius circumradat, gingiuas ab ipſo diducendo dentiſcalpiis litera A. notatis; at tum ſi gingiuarum velut vallo nudatus vacillet concutiendus eſt, adurgendoq; vecte trifido, litera B. notato, protrudendus, & excutiendus. At ſi tenacius hæreat, neq; ad prolapſum nutet, dentario forcipe omnis generis, literis C. D. & E. notato excipiendus eſt: nunc hoc, nunc illo, prout dentis magnitudo, figura & ſitus poſcere videbitur. In huiuſmodi dentariorum forcipum vſu exercitatum & induſtrium dentiſpicem deſiderem: his enim niſi quis ſolerter vti nouerit, committere vix poterit, quin tres vnica concuſſione dentes excutiat, eo ſæpe inconcuſſo & relicto, qui dolorem mouet.

Cautio in dentibus auellendis.


Lib.7.c.12.

B


Dentis ferro eximendi ratio.

C

Dentiſcalpiorum, & impulſorii, ſeu trifidi vectis effigies.



Dentariorum forcipum effigies.




D

E

Alterius

A

Alterius forcipis dentarii effigies.



B

Quid agendum exempto dente.

Poſt excuſſum reuulſumque dentem, vt ſanguis liberaliter fluat, ſinendum, quo pars ipſa doloris & tumoris materia exoneretur. Tum dentiſpex gingiuarum carnem, vnde dens exemptus eſt, digitis vtrinque comprimet, vt cogatur alueolus illo excuſſionis impetu nimium dilatatus & ſæpe diſtractus. Denique os oxycrato proluetur, ac ſi frigus viget, aer ventis perflatus vitabitur, ne noua in dentes fluxio proritetur.

De arcenda dentium rubigine. Cap. XXVIII.

Cauſa rubiginoſorum dentium.

Curatio.

Ciborum inter mandendum fruſtula dentium interſtitiis impingunt nonnunquam, diuturnoque adhæſu corrupta, dentes ipſos, ſimulque anhelitus ſuauitatem corrumpunt. Id vitium qui vitare volet, debet mox a paſtu os vino aqua temperato, aut oxycrato colluere, curioſiusque dentes extergere, ne quid lentoris ad ipſos adhæreſcat. Multis vero ſuopte vitio terrenam coloris citrini eluuiem dentes colligunt, quæ ipſos, tanquam rubigo ferrum ſenſim exedit. Is rubiginoſus dentium quaſi ſitus ſæpe etiam proprii otii, id eſt, mandendi intermiſſione ſuccreſcit. Vndecunque vero exiſtat limoſa

C eiuſmodi ſordes, dentiſfricia comparanda ſunt, quibus deradatur, mox aqua Chymiſtarum, & vitæ mixtis dentes intergendi, vt ſi quid ſuperſit, quod dentiſfricii anſam effugerit, id vniuerſum eluatur: quanquam eiuſmodi collutiones acriores dentibus ſanis noxiæ exiſtunt, quia gingiuarum carnem paulatim abſumunt & deterunt. Dentiſfricia parabuntur ex altheæ radicibus, in vino albo & alumine incoctis. ac quemadmodum in dentibus tremulis ab his, quæ dura ſunt, mandendis, multo vero magis ab illis, quæ oſſeæ ſunt conſiſtentiæ confringendis abſtinendum eſt: ſic hic vitanda omnia, quæ ſuo ad dentes lentore, ſordido præſertim, adhæreſcunt. Ad detergendos dentes commendatur à multis puluiſculus ex oſſe ſæpiæ, buccino, pumice, alumine cocto, cornu ceruino, & pauco cinnamomo, quod dentibus quomodocunque affectis ſingulare eſt remedium, in pollinem redactis. Plerique alii ſolo pane toſto & intrito contenti ſunt. at quæ ſequitur aqua de albandis dentibus valde eſt efficax: ℞. *ſal. ammon. & gemmi an. ℥ j. alumin. roch. ℥ ß. aquæ roſ. quod ſufficit, deſtillentur, & ex liquore ſtillatitio dentes detergeantur.*

Cautio in vſu collutionum acriorum.

Aqua ad dentes dealbandes.

De Linguæ impedimento & contractione. Cap. XXIX.

Lingua impedita & contractionis cauſa.

Vinctæ & contractionis quaſi linguæ impedimentum nonnunquam á primo natali die exiſtit: cum

D ſcilicet à ſubiectis vicinisque cum membranis, tum muſculis, primæ conformationis vitio vel breuioribus, vel durioribus linguæ libertas cohibetur. Nonnunquam nobis natis ab euentu, & aliquo præter naturam affectu id ſuperuenit malum, vt à duriore cicatrice poſt vlcus ſub lingua ſolidatum. Æger per ſermonis initia in loquendo tardior eſt, mox vero rupta tarditate concitatior, adeo, vt balbutiat. Si à membranæ ligamentalis filum vulgus appellat, linguæ ſubiacentis adſtrictione & breuitate malum eſt, inciſio eius ſecundum latum facienda venit, magna cura habita, ne venæ & arteriæ, quæ illic ſunt, violentur, hæmorrhagiæ non facile ſiſtendæ metu, mox oxycrato colluendum eſt os, in mediamq; inciſionem inducendum linamentum ſyrupo de roſis ſiccis, aut melle roſato imbutum, ne rurſus pars ligamenti, de nocte præſertim, quo tempore altum ſilentium, altaque quies linguam continet, reliquo ligamento conſueſcat. In eundem finem hac ſæpe tranſadigendus digitus, & lingua vehementius verſanda, atque ab ore proferenda. Nonnunquam tamen id ligamentum adeo craſſum & breue eſt, linguamque adeo arcte conſtringit, vt inciſioni, quæ ferro fit, locus eſſe nequeat, ſine magno & manifeſto ab hæmorrhagia vitæ periculo. Tum igitur acus filum ducens tranſadigenda eſt, indeque filum indies arctius, arctiuſque conſtringendum, donec ſenſim linguæ ligamentale id vinculum, quod immodica breuitate ſua motus eius libertatem intercipiebat, tabeſceat & diſrumpatur.

Fili linguæ inciſio.

Alia eius incidendi ratio.

E

De ſuperfluis & cohærentibus digitis. Cap. XXX.

Differentia.

Digiti cuiuſque manus quinque omnino ſecundum naturam exiſtunt: quicquid infra vel ſupra quinarium eſt, contra naturam eſt: ac ſiquidem pauciores ſint, non eſt arte emendabile vitium. Si vero plures, corrigi vt plurimum morbus poteſt. Qui ſuperfluunt digiti, fere pollici aut minimo digito adnaſcuntur, rariſſime alibi. Hi vel carnei omnino ſunt, vel præterea etiam oſſibus ſui generis conſtant, ſuperteƈtique vnguibus. Qui oſſea natura conſtant, vel ab ipſa naturalium digitorum dearticulatione

Hh ſubori-

ſuboriuntur, ſimiliter & ipſi dearticulati, adeoq; ſæpius mobiles, vel á medio aliquo eorum, quibus in A phalanges diducti ſunt corpore, & hi mouendi potentiam non habent. Cæterum digitis naturalibus, quibus adnaſcuntur, aliquando magnitudine æquales, ſæpius tamen breuiores exiſtunt. Qui plane carnei ſunt, facile amputantur, & nouacula complanantur: at qui oſſei prǽterea ſunt, nonniſi exciſoriis forcipibus, infra depictis reſcindi queunt. Atq; hic digitorum morbus eſt in nũmero.

Curatio. Alius præterea exiſtit in figura. Nonnunquam enim contigui cohærent ipſi; alias vero paulum admodum diſcreti. Id vitium vel à primó ortu, errore formatricis facultatis contingit: vel poſtea ex accidenti aduenit, vt à vulnere aut ambuſtione male curatis. Vlcerati enim vicini digiti facile ſibi coaleſcunt & conglutinantur, niſi adhæſu & affrictu interiecto linamento prohibeantur. *Curatio.* Ac ſiquidem pauca & tenui cute carneq; ſuborta coaluerint, acuta nouacula extemplo diuidentur: at ſi craſſiore, denſioreque interiecta ſubſtantia, vnitis nempe hinc & hinc neruis, tendinibus, & vaſis, abſtinere ſatius eſt.

Forcipes exciſorii amputandis, qui ſuperfluunt, digitis affabre facti.



B

C

Vnguium ſeſe in digitorũ carnem defigentium curatio. Nec vero omittendum, quod pleriſq; vngues, ſuo nonnunquam velut oſſeo acumine, ſe in digitorum ſubiectam carnem alte adeo inferunt, vt ſæuiſſimos dolores moueant, nec fere amputandis vnguibus proficitur. mox enim breui ſuccreſcentes validiore ſe quaſi nixu imprimunt. Itaq; ſæpe neceſſe habet Chirurgus, totam carnem, in quam ſe vnguis acumen intulit, reſcindere. Quod ego in pleriſque feci fœlici ſucceſſu. *Quo tollantur digitorum calli.* Multi etiam corneoli quaſi calli in digitis multiplici figura ſuboriuntur. Tolluntur reſciſſa ſenſim, & velut laminatim, calloſa duritie, appoſito mox allio trito. Expeditior tamen & certior curatio eſt, quæ cauſticis perficitur: inſtillata videlicet Chymiſtarum aqua, aut oleo de calcantho.

De curtiore præputio, deque Recutitis. Cap. XXXI.

Cauſa. QVando præputium breuius eſt, quam his glandem operire non poteſt. Id vero contingit vel natura, à prima nempe conformatione; vel poſtea caſu aliquo, vt quibus religionis & gentis ſuę ritu iubetur eſſe circumcitis. Curatio eiuſmodi eſt. inuertitur præputium, tum eius membrana interior in orbem inciditur, magnaq; cura cauetur, ne vena, vel arteria, quę ibi inter vtramq; pręputii membranam exiſtunt, D *Curatio.* incidantur. Hinc deorſum extendendo trahitur, donec glandé ipſam condat, inſerto prius inter ipſum & glandem emplaſtro deſiccatiuo, ne conglutinentur. *Qui dicantur recutiti.* Tum, immiſſo ante in vrethram tubulo, quo vrina effluat, ibi præputium deligatur, quoad cicatrix inciſioni ſe obduxerit. Hæc curatio Iudæis adhibetur, cum abiurata ſuperſtitionum plena religione, decoris cauſa, nudam præputio glandem tegere volunt, cutemq; abſciſſam recuperare, ex quo latius Recutiti poſtea nominantur.

De Phymoſi & Paraphymoſi, id eſt, præputii circa glandem conſtrictione tanta, vt glans ad arbitrium nudari & detegi nequeat. Cap. XXXII.

Quid phymoſis. COnſtringitur circa glandem præputium duobus modis: vel enim glandem totam operit, ſed eius extrema ſic arcte complectitur, vt ſurſum reuocari, adeoq; glans renudari nequeat: vel glandem ſub ſe nudam relinquit, ſic tenaciter ad eius radices & colis extrema velut affixum, vt nec inuerti, nec *Quid paraphymoſis.* deorſum trahi, & glandi obduci poſſit. Prior conſtrictionis modus Phymoſis nominatur: poſterior Paraphymoſis. E Phymoſis contingit, vel à natura, primæ conformationis vitio, vel à cicatrice aliqua cuius *Cauſa.* occaſione præputium creuit, vt ex obortis verrucis. Paraphymoſis vero cauſam ſæpe habet mentulæ inflammationem ex impuro concubitu. Hinc enim vlcera inter præputium & balanum exoriuntur, cum tumore & inflammatione tanta, vt inuerti nequeat præputium. Ex quo fit, vt ea tractari & curari ex animi ſententia nequeant: ſequaturque partis gangræna, toti mox corpori contagione lethifera: niſi amputatione prouiſum & occurſum fuerit: at ſi oborta cicatrix conſtrictionis præputii cauſa ſit, conuenienti ſitu collocato ægro profertur, extenditurque præputium, ac, quam maxime fieri poteſt, diducitur & dilatatur. Tum tribus quatuorve locis ſcalpello falcato cicatrix parte interna leniter excinditur,

A datur, plagis nempe ad exteriorem partem minime peruenientibus, & æqualiter à ſe inuicem diſtantibus. At ſi ſuborta hypoſarcoſis aut verruca huic ſtricturæ & conſtrictioni cauſam dederit, iiſdem remedijs conſumenda erit, quibus exteriores & mentulæ verrucæ tolluntur. At cum pertinaci adhæſu vndique in orbem glandi adiunctum ſit præputium, non eſt ſperanda, itaque ne aggredienda quidem curatio. *Curatio.*

De his, quibus glans medio ductu perforata non eſt, & quibus breuiore ſtrictioreque penis freno ſeu ligamento. CAP. XXXIII.

NOnnullis à primo ortu ex praua conformatione glans medio ductu perforata non eſt, ſed exiguo ſubter foramine, frenum ſeu penis ligamentum, quod filum appellant, verſus. Quod cauſæ eſt, cur vrinam recto ductu non profundunt, niſi forte mentulam in ventrem relapſam auerint: nec vero eadem ratione prolem gignere poſſunt, quia iſto conformationis vitio ſemen recta in vterum eiaculari prohibentur. Curatio tota Chirurgica eſt, & hoc modo perficitur. Siniſtra manu præputium apprehenditur & extenditur, dextra autem extremum ipſum cum extrema glande, ad id, quod ſubter eſt foramen præciditur. *Cauſa.* *Curatio.*

B At quibus frenum ſeu penis ligamentum breuius eſt, ſic vt penis recta eſſe non poſſit arrectio, ſed obtorta & deorſum velut conuulſa, his etiam prolis generatio impeditur, quia ſemen in vuluam recta & confertim eſſe non poteſt immiſſum. Itaque reſecandum id ſumma dexteritate ligamentum eſt, vulnuſque cæterorum vulnerum more habita partis ratione curandum.

Prodeunt etiam nonnulli primum in lucem pueri ano imperforato: obiecta enim præter naturam membrana fæcibus exitum intercludit. His foramen acie & ferro aperire oportet. ſic enim demum fæces prodeunt. Meipſe tamen experientia notaui, tales pueros natura minime viuaces eſſe, neque multos diu commode ſeruatos eſſe ſuperſtites. *Ano imperforato nati haud viuaces.*

De Calculi cauſis. CAP. XXXIV.

QVi in veſica exiſtunt calculi, ſæpius in renibus ortus ſui primordia habuerunt, inde nempe in veſicam per vreteres delapſi. Horum cauſa duplex eſt, materialis & efficiens. Materiam calculo ſuppeditant craſſi, lenti & viſcidi humores, quos cruditates pariunt, per viſcerum intemperies, & exercitia immoderata ſtatim à paſtu maxime: quo fit, vt pueri huic morbo ſupra reliquarum ætatum homines ſint *Cur pueri calculo veſicæ obnoxii.*
C obnoxii. Cauſa vero efficiens eſt, vel calor renum immodicus, cuius efficientia humorum tenuior pars reſoluitur, craſſior autem & terrena ſubſidet, quemadmodum in lateribus ſole & igne excoctis fieri ſolet. vel veſicæ calor remiſſior, vrinæ fæcibus magna copia in veſicæ capacitate collectis, in calculum cogendis ſufficiens. Cauſæ adiutricis rationem habent ductuum vreterum & vrethræ anguſtia. Huius egeſtionis occaſione liquidior vrinæ portio effluit, quæ vero fæculentior eſt, ſubſiſtens additione & collectione, velut laminatim in lapideam molem accreſcit: atque vt lychnus in ſebum liquefactum, à candelario ſæpius immerſus, ſeboſæ ſubſtantiæ copioſa appoſitione, mox in candelam amplam aſſurgit: ſic vrinæ craſſæ magis & viſcidæ fæces in collectionem arenularum velut obicibus reſiſtunt, & aſſiduo appulſu in veſica tandem calculum exaggerantur & coagmentantur. *Qui fiant calculi in veſica.*


De ſignis Calculi, Renum, & Veſicæ. CAP. XXXV.

CAlculi in renibus exiſtentis ſigna ſunt arenularum rubrarum aut citrinarum in vrina ſubſidentia, obſcurus quidam ad renem pruritus, ad lumbos autem ponderis ſenſus: acutus & pungens inter mouendum, meiendum, & inque corporis dolor, femoris, quod è directo eſt ſtupor, propter neruorum ex *Cur in renum calculo ſtupet femur.*
D lumborum vertebris ad femora deſcendentium à calculo compreſſionem. At veſicam calculo obſidente anus, totumque perinæum grauius velut pondere, ſi præſertim craſſior ſit calculus, premitur, dolor diuexans ac pungens ad extremum vſque glandem porrigitur, pruritus eius partis aſſiduus adeſt, cum ſæpius mentulæ ſimulque à dolore & calore veſicæ tentio, meiendi cupiditas ſæpius irrita, nonnunquam vrinæ ſuppreſſio: dolor inter meiendum tam grauis, vt ægrum excruciat, quem reſtare cogitur pulſato pedibus ſolo, totius corporis inquietudine & dentium crepitantium colliſione. Sic ſæpe torminibus adeo exercetur, vt ſuo cero plane procidat rectum inteſtinum, cum venarum eius loci hæmorrhoidalium tumore, calore & dolore. Torminum cauſa eſt, veſicæ, ad excernendum calculum toto genere naturæ contrarium, frequens contentio, cui per ſympathiam inteſtinorum, omniumque aliarum partium excretrix facultas, veluti in auxilium accurrit. Vrinarum ſubſidentia craſſa eſt & viſcida, ſæpeque velut albuminea, quod natiui coloris ſuccos minime attenuantis atque ſanguinem item. Viſitur æger pallida & citrina facie & oculis concauis, propter aſſiduas ferè vigilias, quas doloris inuehit acerbitas: certiore tamen nota deprehenditur immiſſo cathetere. Quod vt fiat, æger ita collocatur prono nonnihil corpore, retro à tergo innixus, cruribus vero pedis *Cur calculoſis è veſica prolabatur anus.*
E vrinis interiectio à femin... cathæter pro corporis ratione maior, minorve, oleo aut butyro ante inunctus, in vrethram, indeque in veſicæ capacitatem ſolerti manu demittitur. Quod ſi tali ſitu collocato ægro ad illam vſque capacitatem catheteri peruenire nequeat, nonnihil reſupinus ſuper ſubſellium aut lecti ſpondam collocandus flexis genibus, calcibuſque ad nates adductis, quo fere modo figuratur, cum lithotomia facienda eſt, vt deſcribemus *paulo poſt*. Sic enim cathæter facilius in veſicam dimittitur, & obuiam corporis duri ac renitentis occurſu, ac ſonitu obſcuro, calculum prodit. Plures cathæteres habendi ſunt, vt omni corpori, ampliori, minorive ſufficiant, hique incurui, leues & fiſtuloſi. Vbi in vrethram immiſſi, quod imprudens ante omiſeram, ad ceruicē veſicę peruenerunt nō recta in *Qui cathetere explorandi veſicæ calculi.*

Alter figuratum eſſe Veſicæ virilis collum, alter mulierum.

veſicam intrudendi ſunt, ſed ſimul cum cole ſiniſtra manu comprehenſo in ipſam veſicam dextra molliter demergendi, in viris præſertim ob viæ longitudinem, & inflexionem, quæ fit in modum literæ S. In mulieribus non ita, ob colli veſicæ breuitatem & rectitudinem. Fiſtuloſos vero ſeu cauos in fiſtulæ modum cathæteres eſſe oportet, vt argenteam virgulam excipiant, quæ prohibeat, quo minus craſſus aliquis & viſcidus humor, grumuſve, aut ſimile aliud corpus extremo cathæteris foramini, qua vrina ſuppreſſa ſubire, reddiq; debet, ſe opponat. Mox vero poſtquam in veſicæ capacitatem cathæterem peruenisse intelligimus, reuocanda virgula eſt, vt liberius per inanem cathæteris tubulum vrina effluat. Inſtrumenta hæc ſequenti imagine tibi innoteſcent. A

Cathæterum ſeu fiſtularum, & virgulæ argenteæ imago.



B

De Prognoſi in calculis inſtituenda. CAP. XXXVI. C

Vrina ſuppreſſa quo mortifera ſit.

EXcluſo calculo è rene, (in quo ſenſim collectus concreuerat,) *& in vreterem ſic propulſo, vt ipſum totum occupet, non proinde vrinæ ſequitur ſuppreſſio*: natura enim cum corpus noſtrum geminum fecerit, vrina tota in alium vreterem confluet. At ſi vterque calculo obſeſſus fuerit, non eſt dubium, quin vrina in totum ſupprimatur, morſque conſequatur, per caloris natiui ſuffocationem & extinctionem, ab vrina in vniuerſum corpus per venarum riuos reflua. *Quibus exiguus à renibus calculus excretus, in vreterum ductibus conſiſtit, his quoad ille in veſicam prolapſus ſit, dolores acuti ſunt cum torminibus, cum egerendi, meiendiq; conatu, ſed & plurimum irrito*: Talibus enim ſæpe aluinæ omnes partes flatibus diſtentæ & conſtipatæ ſunt: argumento eſt ructus aſſiduus. Citata vero vel ſternutatione, vel tuſſi, vel alia quauis corporis totius concuſſione, dolor pungens ſtatim illic, vbi ſubſiſtit calculus, ſuboritur, præſertim ſi is vel ſcabritie aſper ſit, vel ſpinis tanquam cornibus horreat. Dolor ille per ſympathiam coxæ & femori communicatur, plurimiſque teſtes ſurſum quaſi magna vi conuelli videntur. His accedit colicus cruciatus, vomitus biliosus, & vniuerſalis fere ſudor. *Ætate prouectis frequentius in renibus calculus gignitur*, propter excretricis facultatis infirmitatem. *Iunioribus vero in veſica*; quia calor natiuus in his vegetior, & validi atque inordinati motus excretricis facultatis robur acuunt. *Quando in veſica calculus eſt, manatque vrina cruenta, ſignum eſt calculi & exigui, atque ſpinoſi, & ſcabri*: ſic enim in veſicæ ceruicem ſubit facilius, ipſamque carnoſam exulcerat, vnde ſanguinis cum vrina ſub ſtillum, & ſæuiſſimus ab impactis velut acubus dolor, præſertim à labore & multo exercitio: contra craſſior læuiſque calculus tantos dolorum cruciatus non ciet, & vrinam profert lacteam. D

Cur renum calculi varia figura.

Calculorum in renibus collectorum varia ſunt figuræ, pro incerniculorum, in quæ, dum colliguntur, impingunt, varietate. Certe viſi ſunt à me, qui leporarii canis, qui porci, qui aliorum animalium, ac rerum toto genere contra humanam naturam, ſpinarum ſuarum & quaſi ramalium productionibus, imaginem præ ſe ferrent. Viſuntur nonnulli quadrata, alii oblonga, & velut digiti, alii rotunda figura cum multis aſperitatibus, pinei mali inſtar: nec minor in magnitudine, numero, & colore citrino, albido, rubro, cinereo, alioq; ſimili varietas pro corporum affectorum varia temperie. *Biliosorum & macilentorum hominum calculi, ſere calore & ſiccitate præter naturam concreſcunt. Pituitoſorum contra & obeſulorum à quadam veluti congelatione & meatuum obſtructione.* Nonnunquam à veſicæ fundo in vrethram prolapſus calculus eius iter totum occupat, indeque vrinæ in totum ſuppreſſio. Tum igitur æger ſupinus collocandus eſt, cruribuſq; in altum ſublatis concutiendus & exagitandus, tanquam ſi quis peram explere vellet: ſic enim ab vrethra, in quam ſe intulerat, repellitur in veſicam, à qua manauerat: quanquam etiam immiſſo cathætere repelli poſſit. E

Cur viri mulieribus magis calculoſi.

Qui calculoſos affligit dolor, aliquando continuus eſt, ſæpius tamen ex interuallis alias menſtruis, alias annuis repetit. Calculoſi ex renibus vrinas magnam partem fundunt aqueas. Mulieres calculo non ſunt adeo obnoxiæ atq; viri: veſicæ enim ceruicem breuiorem & latiorem, ſimulq; rectã habent. Itaq; per illud viæ cõpendium calculi materia ante arenulæ... excernitur, quam cogi, & in iuſtæ magnitudinis calculum aſſurgere poſſit. congreſcunt tamen nonnullis mulieribus calculi, ſiuq; æque magni atq; viris: itaq; ſectione ſimilibuſq; remediis curandi.

Vrinæ profluuium inſanabile.

Quando oui magnitudinem calculus excedit, vix extrahi citra veſicæ dilacerationem poteſt: ex quo vrinæ contingit inuoluntarium profluuiũ, nulla arte, ſanabile: quia veſica cum neruoſa ſit,

& ex-

A & exanguis, ſemel laniata conſolidationem non admittit: Adde quod inflammatio & gangræna laniatæ veſicæ ſæpe conſequens, mortem infert ineuitabilem. Par ægrum manet fortuna, ſi oblongus calculus tranſuerſim ferramento vellatur: vel ſi membrana incluſus ſit, (quod genus calculi cathætere vix probari poteſt) quę veſicæ adiuncta ſit, aut alioqui ipſe calculus in veſicæ ſubſtantiam defixus ſit, aut denique caſu aliquo Chirurgus calculum reuulſurus, ipſum veſicę corpus ferramentis laniauerit. Mediocris tamen magnitudinis calculi quam minores tutius e veſica reuelluntur, ſæpiuſque & fœlicius his reuulſis æger conualeſcit: non enim ferramentorum anſam effugiunt, & æger multo tempore, quo maior concreuit calculus, dolori tolerando aſſuetus, niſi tum maior ē, dolorem, & alia, quæ lithotomiæ, imo inter ſecandum ſuperueniunt, accidentia, facilius & conſtantius perfert. His de calculorum cauſis, ſignis, locis, ſymptomatibus, & prognoſi præmiſſis ad curationem veniendum, ducto ab ea initio, quæ Prophylactice dicitur.

Qui e veſica calculi extra mortem exemi nequeāt.

Quæ curatio adhibenda ſit quando metuitur Calculus.

CAP. XXXVII.

Diæta inſtituenda in primis eſt, quæ conuenienti vſu rerum ſex (vt loquuntur) non naturalium minimum in corporibus craſſorum, lentorum, & viſcidorum humorum coaceruet. Ergo fugiendus B aer craſſus, & nebuloſus. Piſcibus abſtinendum, carne bubula, ſuilla, auium paluſtrium, leguminibus, caſeo, lactariis, ouis tostis & duris, oryza, placentis, piſtoriiſque omnibus operibus, pane azymo, omni denique alimentorum obſtruentium genere. Vitanda etiam allia, cępe, porra, ſinapi, ſpeciata, omnia denique, quæ ſanguinem, humoreſque ardoribus extorrent, ſi præſertim ſuſpicio ſit concreti à calore renum calculi. Fugiendæ aquæ paluſtres, & limoſæ, vina craſſa & turbida, zitum, & huius generis potulēta. Fugienda in cibo & potu ſatietas, vt quæ cruditatis ſit parens: itaque & ſomnus ſtatim à paſtu fugiendus est, quæ cruditates gignit. Iuges etiam vigiliæ, labor aſſiduus, quia ſanguinem inflammant, cruditates accerſunt, & calorem præter naturam inuehunt, vitari ſummopere debent: vt & vehementiora omnia animi pathemata.

Victus eorū, quibus metuitur calculus.

Vita inſtitutum.

Si plethora ſubeſt, vacuandum corpus eſt, phlebotomia, catharſi & vomitu, qui ad præcauendum hunc morbum pro ſingulari habetur remedio. Ad quas res omnes & aggrediendas & proficiendas, accerſendus eſt, qui præſit, Medicus. Sed quia medici non ſemper nec vbique locorum copia eſt, ideo quę ſequuntur remedia, operæ pretium eſt adſcribere: ante tamen notandum hoc Galeni conſilium: Noxium eſſe diureticorum & valide purgantium medicamentorum vſum, quoties in renibus aut veſica in- C flammatio ſubeſt, ſic enim humorum ad partes affectas maior fit confluxus, vnde inflammationis & doloris incrementum.

Vomitus remedium calculi prophylacticum.

Lo. 13. meth.

Quare præmiſſis laxantibus medicamentis ex *caſsia recenter extracta ℥ vj cum rhei electi ℈ iiij.* lenientia & refrigerantia medicamenta intus foriſque venient vſurpanda: cuiuſmodi eſt ſequens ſyrupus.

℞. ſummitatum malu. bis mal. & viol. an. m. ß. rad. alth. ℥j. glycyr. ʒ ß. 4. ſeminum frigid. maiorum an. ʒj. fiat decoctio. ℞. prædictæ decoctionis lb ß, in colatura diſſolue ſacch. albiſ. ℥ ij. mellis albi ℥j ß. fiat ſyrupus ſecundum artem, quo æger crebro vtatur.

Syrupus leniens & lubricans.

Sequentis etiam apozematis magna eſt ad eandem rem efficacia: *℞. rad. aſparag. graminis, polyp. quercini paſſul. mund. an. ℥ ß. betonicæ, herniariæ, agrimoniæ, omnium capil. & pimpinellæ an. m. ß. quatuor ſeminum frigidorum maiorum & ſemi. ſeſeli an. ʒj. foliorum ſenæ ʒvj. fiat decoctio ad lb ß. in colatura diſſolue ſyrupi de althæa & de herniaria an. ℥ j. ß. Fiat apozema clarum & aromaticum cum tantillo cinnamomi pro duabus doſibus;* capiat primum doſim mane horis duabus ante cibum, & alteram quarta pomeridiana.

Apozema diureticum.

Quin etiam ad huius morbi præcautionem inſignes & certas vires habet, quod ſequitur iuſculū. *℞. hordei integri p. j. radic. petroſelini, acetoſæ, fœniculi, cichor. bruſci an. ʒj. quatuor ſeminum frigidorum conquaſſatorum an. ℥ ß. fol. acetoſæ, portulacæ, lactucæ, ſummitatum maluæ & violarum an. m. ß. bulliant in aqua fluuiatili cum* D *gallo gallinaceo & crure vitulino, fiat decoctum,* de eo capiat æger vncias ſex per quatuor dies mane, horis duabus ante cibum, cum vncia vna ſucci mali citrei leuiter ante cum eodem iuſculo, ſub ipſum ſumptionis tempus, ferue facti: ſic enim mox vrinæ funduntur multæ, ſubſidentia multa arenoſa, & humore craſſo ac viſcido præditæ. Ex quo facile eſt intelligere, efficax admodum eſſe hoc iuſculi genus vrinę viis repurgandis, neque interim ventriculo, aliiſque partibus, per quas ipſi iter eſt nocere: nisi vt videri poſſit alimentum medicamentoſum.

Iuſculum diureticum & leniens.

Licebit etiam vtiliter vti ſequenti puluiſculo: *℞. nucleorum meſpilorum ℥ j ſpec. electua. diamarg. frigidi ℥ ij. quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundatorum, glycyrrhizæ raſæ ℥ j. ſemin. ſaxifrag. ʒij ſem. milii ſolis, gramini, pimpinellæ, bruſci & aſparag. an. ℈ j. ſem. althææ ʒj ß. ſacchar. albiſ. ℥ vj fiat puluis;* capiatur cochlear vnum mane horis tribus ante paſtum.

Puluis diureticus.

Putant etiam lixiuium paratum ex cineribus truncorum ſcaporumque fabaceorum magno eſſe aduerſus hunc morbum emolumento. Quin & clyſtere ſequenti aluum proluiſſe multis profuit. *℞ fol. lactucæ, ſcariolæ, port. an. m. j flor. viol. & nenuph. an. p. j. fiat decoctio ad lb. j. in colatura diſſolue caſsiæ fiſtulæ ℥. j. mellis viol. & ſacchari rub. an. ℥ j ß. olei viol. ℥ iiij. fiat clyſter.* Qui ſequitur dolori leniendo aptior eſt. *℞ flo. cham. me-* E *lil. ſummitatum aneth. ſi ſymbrii an. p. ij. fiat decoctio in lacte vaccino: in colatura diſſolue caſsiæ fiſtul. & ſacchr. albi. an. ℥j. vitellos ouor. num. ij. olei anethini & chamem. an. ℥ ij fiat clyſter.*

Lixiuium ex cineribus ſcaporum fabaceorum diureticum eſſe.

Clyſteres anodyni in calculo.

Extrinſecus interim inungentur renes vnguento roſato, refrigerante Galeni & populeone ſeorſum vſurpatis, vel ſimul mixtis, impoſito inſuper linteo duplicato in oxycrato macerato: at ſi calculi concretio eſt à cauſa frigida, varianda ſunt, vt ſequitur, remedia.

℞. terebint. venet. ʒj. corti. citri ʒ ij. aqua cocta ʒ ij fiat potio. Vel, *℞. caß. recenter extr. ʒ vj. benedict. ʒ iij. aqua fœnic. ʒ ij. aqua aſparag. ʒj. fiat potio,* capiatur horis tribus ante prandiū. Vtile etiam erit ſequēs apozema:

Ad calculum renum a cauſa frigida ortum remedia.

 ℞. rad.

℞. *rad. cyper. bardanæ & gram. an. ℥ ij. biſmal. cum toto, beton. an. m. ß. ſemin. milii ſolis, bardanæ, [illegible] an. ℥ ij. ſemin. melo. glycyrrhiz. raſæ an. ℥ ij. ß. ficus num. iiij. fiat decoctio ad quart. iij. in expreſſ. colatura diſſolue ſyrupi de rapha. & oxymelitis ſcillitici an. ℥ j. ß. ſacch. albi ℥ iij. fiat apozema pro tribus doſibus, clarificetur & aromatizetur cum ʒ j. cinamo. & ʒ ß. ſant. citri. capiat ℥ iiij.* tribus horis ante prandium. Vel,

℞. *rad. petroſ. fœni. an ℥ j. ſaxifr. pimpinellæ gran. & bardan. an m. ß. quatuor ſeminum frigid. maior. [illegible], & milii ſolis an. ℥ ij. fiat decoctio, cape de colatura ℔. ß. in qua diſſolue, ſacch. rub. & ſyrup. capil. vener. an. ℥ j. ß. capiat* in tribus doſibus horis duabus ante cibum.

Carduus ſtellatus Mattheolo dicitur calcatrippa.

Sequens puluis eſt valde efficax ad calculi materiam diſſipandam: ℞. *ſem. petroſel. & rad. eiuſdem mund. an. ʒ ß. ſem. cardui, quem cal. atrippam vocant ʒ j. deſiccentur in furno lento igne, poſtea piſentur ſeparatim, ſiatque puluis,* de quo capiat æger ℈ j. ß. vel ℈ ij. cum vino albo, vel iure pulli gallinacei ieiuno ſtomacho per triduum. Vel: ℞. *coriand. prap. ℈ iiij. aniſ. marathri, granor. alkekengi. milii ſolis an ʒ ij. zinziberis & cinam. an. ℈ ij. turbith. electi ʒ j. cari ℈ ij. galang. nuc. moſch. & lapid. iudai an. ℈ j. ſal. ſene mund. ad duplum omnium, diacrydii ʒ ij ß. miſce, fiat puluis:* doſis erit ad ʒ j. cum vino albo horis tribus ante paſtum.

Clyſteres carminatiui.

Contra flatus, qui in hoc morbi genere inteſtina valde diſtendunt, inſtituentur clyſteres ſic: ℞. B
malu. biſmal. pariet. origa. calament. flo. chamem. ſummitatum aneth. an. m. ß. aniſ. cari. cum fœnic. an. ʒ ß. bacc. laur. ʒ iij. ſemin. rutæ ʒ ij. fiat decoctio: in colatura diſſolue bened. laxat. vel diaph. ℥ ß. confect. bacca. lauri ʒ iij. ſacchar. rub. ℥ j. oleor. aneti cham. & rutac. an ℥ j. fiat clyſter. Vel, ℞. *olei nucum. & vin. maluat. an. ℔. ß. aquæ vit. ℥ ß. fiat clyſter,* qui diu contineatur, vt ipſi ſpatium ſit ad flatus diſcutiendos.

Calculo e rene in vreterem deturbato, quid agendum ſit.

CAP. XXXVIII.

Calculi in vretere reſiſtentis ſigna.

CONtingit ſæpe, vt renes excretrice facultate vſi calculum (cuius concretionem & generationem Medicus deſcriptis ſupra remediis impedire non potuit) à ſe in vreteres depellant, qui illic vel loci anguſtia, vel, naturæ excernentis infirmitate reſiſtet. Tum igitur ægrum grauis eo loci, quo hæſit calculus, exercet dolor, qui etiam ſympathia ad coxam, veſicam, teſtes, & penem peruenıat, cum meiendi & exonerandæ alui aſſidua voluntate. In hoc caſu partes Medici erunt, vt naturæ defectum, & languidiores conatus adiuuet & promoueat.

Remedia ad deturbandum ab vretere in veſicam calculum.

Ergo æger, ſi poſſit, equum ſuccuſſatorem conſcendat, atque in eo duo circiter milliaria conficiat, vel ſi eius rei facultas aut copia non ſit, gradus plures pluries aſcendat & deſcendat, ad laſſitudinem vſque & ſudorem: hoc enim exercitio ſæpe in veſicam calculus excutitur: dentur mox & ore ſumantur, C
quæ leniendi & relaxandi vim habent, vt oleum amygdalarum dulcium recenter & ſine igne extractum, cum aqua parietariæ & vino albo: Frictiones totius corporis ſuperne deorſum cum linteis calentibus fiant: applicentur nunc lumbis, nunc imo ventri cucurbitulæ cum magna flamma, paulo infra dolentem locum: ac niſi æger ſponte aut doloris acerbitate vomat, prouocetur vomitus aquæ & olei tepentis potione: vomitui enim ad deturbandum calculum magna vis eſt, propter partium, quæ in tali conatu fit, compreſſionem: denique ſi horum remediorum vi non deſcendat calculus, demittendus eſt æger in ſemicupium ex ſequenti decocto paratum: ℞. *malua, biſmal. cum toto an. m. ij. beton. naſturt. ſaxifrag. berul. parietar. violar. an. m. iij. ſemin. melon. milii ſolis alkekengi. an. ℥ vj. ciceris rubr. ℔ j. rad. apii, graminis, fœniculi & eryngii an ℥ iiij. in ſufficienti quantitate aquæ pro inceſſu* coquantur iſta omnia incluſa ſacco, in quo ſedeat æger, vmbilico tenus demerſus: nec vero diutius, quam par eſt, in eiuſmodi balneo morari ægrum oportet, nam longiore mora ſpirituum fit diſſipatio & virium exolutio. Contra vero ſi quantum ſatis eſt, in his rite paratis æger reſideat, mitescit dolor, tenſæ partes relaxantur, & vrinarum meatus reſerantur, ac dilatantur, ſicque deſcēdit in veſicam calculus. Quod ſi ne ſic quidem moueatur loco quidquam, reſtet D
que adhuc eadem vrinæ omnimoda ſuppreſſio, nec antequam demergeretur in balneum æger, tentata catheteris in veſicam demiſſio Chirurgi voto reſponderit, tentanda nihilominus iterum in digreſſu à balneo illa erit, vt penitus exploratum ſit, nunquid forte aliud in primis illis vrethræ & ceruicis veſicæ ductibus ſubſit, quod vrinam retineat: relaxatis enim balnei tepore partibus longe facilius ſubibit catheter, inde oleum amygdalarum dulcium ſyringe in vrethram exprimendum: quæ omnia dum fiunt, æger frigidum aerem ne admittat. Cæterum deſcribendum hic ſellam balneariam putaui, in qua æger commode ſederet.

Vomitum etiam valere ad deturbandum calculum.


Decoctum pro ſemicupio.

Quo balneũ dolorem ſedet.

E

Sellæ balnearia pro ſemicupio imago.

A



B

C *a. Totum ſellæ corpus monſtrat.*
b. Foramen, in quo ſedet æger.
C. Cupam, quæ aquam continet.
d. Epiſtomium ad vacuandam aquam, quando refrixerit.
e. Infundibulum, quo aqua calida ſeu tepens affunditur.

Poteſt & alia inſtitui pro balneo decoctio, ſic: ℞. *rad. raph. an. ℔. ij. ruſc. petroſel. & aſpar. an. ℔. j. ſem. cumi. fænic, ameos an. ℥ iiij. lin. & fænug. an. ℥ vj. fol. marub. parietar. flor. chamem. melil. & aneth. an. m. ij. bul- liant omnia ſecundum artem in aqua ſufficiente, & vini albi odoriferi exigua quantitate ad conſumptionem tertiæ partis pro ſemicupio.* Poterit & id decoctum in clyſteres vſurpari, additis *duobus ouorum vitellis, & olei lilio- rum vnciis quatuor, cum dragma vna olei iunip.ri*, qui ſedandi nephritici & colici cruciatus certa vis ineſt. Cęterum longe minor in his affectibus vſurpanda venit decocti pro clyſtere quantitas, quam vulgo fiat in reliquis morbis: alioqui periculum eſt, ne diſtenta inteſtina, renes, vreteresq; inflammatoria diſpoſi- tione obſeſſos, magis comprimant, dolorisq; & aliorum ſymptomatum acceſſionem faciant. — *Oleo iunipe- rino vim eſſe contra dolorem ne- phriticum.*


Dolenti etiam loco vtrinque lumbis nempe & imo ventri ac pectini ſequens cataplaſma vtiliter D apponetur: eſt enim ipſi magna vis leuandi doloris, & calculi ad delapſum ſollicitandi: ℞ *rad. alth. & raph. an ℥ iiij. pariet. ſanic. ſem. ... naſtur. & berul an m. j. herniariæ m ß. omnibus in aqua ſufficiente decoctis, & deinde contritis, ad le ol. or. an th. ... rem. & pingue linis cuniculi an. ℥ ij. far. ... quantum ſufficit. fiat cata- plaſma ad vſum commemoratum.* Poſtquam illis actibus lapis vretere excuſſus in veſicam prociderit, ſtatim dolor (ſiquidem vnus fuerit calculus, plures namq; aliquando cum multa arena viciſſim in vreterem illabuntur) mitescit, pruritusque exinde ægrum habet, ſtimulans ad extremum penem & podicem. Tum igitur, niſi vires languidæ ſint, equitare ipſum & pedibus ambulare oportet, & pulueris electuarii lithontribon ℥ iii. in quatuor doſes cum vino albo vel iure cicerum rubrorū ſumere tribus ante pran- dium & cœnam horis. Præterea liberaliter potare vinum generoſum, & à potu vrinam quam maxime poteſt cohibere, vt eius copia maior collecta maiore mox impetu calculum extra veſicam protrudat, in quam rem etiam prodeſt ſequentem iniectionem in veſicam moliri. ℞. *ſyrup. capil. vener. ℥ j. aquæ alke- kengi ℥ iij. olei de ſcorpio. ℥ ß. in veſicam immittatur per Siphonem.* — *Cataplaſma anodynum.* — *Signa calculi ab vretere in veſicam deturbati.*

Quid agendum ſit, calculo ad veſicæ ceruicem aut vrethram prolapſo.

CAP. XXXIX.

E POſtquam veſicæ capacitate elapſus, in veſicæ ceruicem aut vrinæ fiſtulam illapſus impegerit calcu- lus, cauebit diligenter Chirurgus, ne ipſum eo, vnde venit, compellat, & intro retrudat: quin po- tius blande digitis ad extremam glandem deducere, lubricata ante via iniecto oleo amygdalarum dul- cium oportebit. Quod ſi in extremo balano reſtitet, vncinis reuellendus: quibus ſi non cedat, terebra, cum fiſtula in vrethram ipſi admota erit, veniet illaqueandus: ipſaq; inde conuerſa & ſenſim contorta terebra comminuendus in fruſta: quod à me tentatum & perfectum aliquoties memini: ſunt enim eiuſmodi terebræ extrema ſtriata, & cochleata, terebelli doliaris inſtar. — *Illaqueandi & deterendi calculi ratio cum ro- nelli non poterit.*

Terebra ad comminuendos & deterendos in vrethra calculos facta cum ſua fiſtula delineatio. A



Alterius terebra minoris effigies. B



Certe quotquot ad id opus parabuntur terebræ, ſcapo ipſas, mucroneque haud craſſiore eſſe oportebit, quam ſit ſpecillum, ne dum in vrethram impellentur, vicina corpora violento ingreſſu violent.


Quid moliri oporteat, ſi calculus in vrethra hæreſcens commemoratis artibus reuelli nequeat.

CAP. XL.

Qua parte tuto incidi coles poſſit.

AT ſi craſſior, durior, aſperior, & ab extrema glande remotior ſit calculus, quam vt commemoratis capite ſuperiore artibus reuelli queat, vrinaque ideo penitus ſupprimatur: tum à latere recta plaga coles incidendus eſt: non enim in ſuperna parte inciſio facienda eſt hæmorrhagiæ metu, craſſior enim illic arteria ſubeſt & vena: non in inferna; vix enim vnquam coaleſceret, quia pars exanguis eſt, & præterea vrina aſſiduo & acri illapſu agglutinationem impediret: quare à latere, qua maxime parte renititur, tumetque calculus, inciſio molienda eſt, eſt namq; pars illa carnoſior: ante tamen cutis præputii extrema quam plurimum attrahenda eſt, & condita glande vrethra paulum ſupra calculum lino vincienda eſt, vt calculus conſiſtat, neque retro remeare poſſit. Tum igitur inciſione facta calculus eximendus eſt, & cutis, quæ violentius ad tegendam glandem attracta fuerat, remittenda: ſic enim fit, vt inciſum colem integra pars cutis contegat, adeoque mox vnio facilior ſit, & vrina naturaliter profluat. Hac ego via inſtrumentis hic appictis ſæpius calculos exemi. C

Inſtrumenta calculo ab exciſa vrethra eximendo idonea:



D

Glutinans medicamentum.

Ad agglutinationem inde, ſi opus eſt, filo vulneris labra tranſuere oportet, & glutinans quod ſequitur medicamentum imponere: *℞. tereb. venet. ℥ iij. gum. elem. ℥ j. ſang. drac. & maſt. an. ʒ ß. fiat medicamentum, vt dictum eſt,* inde tota vrethra repercutiente medicamine ex albuminibus ouorum cum puluere boli armeni, aloes, farina volatili & oleo roſato eſt obducenda. Deniq; ſi res poſtulet, candela cerea, vel virgula plumbea terebinthina veneta inuncta, in illam vrethram immittetur, ad agglutinationem accelerandam, & vrinarii meatus natiuam læuitatem & rectitudinem retinendam, ne forte illic accreſcat caruncula.

Qui vrethra agglutinatio acceleretur.

Qua ſectio calculo in veſica puerorum maſculorum exiſtenti facienda ſit. E

CAP. XLI.


Cur aſſultibus concutiendus puer ante ſectionem.

Qua collocandus ad ſectionem.

HActenus quibus artibus exiguos ex vretere, veſica & vrethra calculos elicere conueniat, dictum à nobis eſt: nunc de grandiorum è veſica, quæ ferramentis fit, extractione, breuiter dicendum: qualiſque ſit eiuſmodi praxis primum in pueris, deinde in viris, tum in fœminis docendum. In primis igitur puerum, in quo vltima experiri ſtatutum eſt, ſub axillis comprehenſum quinque aut ſex aſſultibus ſuccuſſabit Chirurgus, vt calculus deorſum ad veſicæ ceruicem magis deſcendat. Hinc curandum, vt homo præualens in ſedili alto ſedeat, ſupinumque puerum & auerſum, ſuper genua ſua coxis eius collocatis, comprehendat. Supinum ipſum nonnihil eſſe decet, quo liberius ſpiret, abſit à ner-

A uoſis corporibus omnis tenſio, laxaque ſint omnia & calculo extrahendo peruia. Oportet inſuper, vt
prævalens ille homo, reductis pueri cruribus ipſum iabeat manibus ad ſuos poplites datis, eos, quam
maxime poſſit, attrahere, ſimulque ipſe ſic eos contineat. Is enim pueri ſitus valde ad operis ſedulita-
tem & ſecuritatem confert. Tum igitur Chirurgus duos ſiniſtræ manus ſuæ digitos in anum pueri, quã
poterit, penitiſſime immittet: altera vero manu vẽtrem inferiorem comprimet, linteo ante obtectum,
quo minus ipſi moleſta ſit compreſſio, & ne hac potius, quam inciſionis occaſione inflammatio ſuper-
ueniat. Eum vero vſum habet iſta compreſſio, vt calculus è veſicæ fundo, ſubter os pubis in ipſius cer-
uicem deſcendat, quo poſtquam peruenerit, continendus illic & tanquam ſub manus imperio haben-
dus, ne eo, vnde ſubductus eſt, relabatur. His expeditis, nihil iam reſtat aliud, niſi vt idem Chirurgus *Quo loco perinæum diuidendum.*
plaga, duorum ab ano digitorum interſtitio ad ſepti latera vtrinque ſcindente nouacula perinæum a-
periat, atque quicquid ſe carneum oppoſuerit, reſcindat, quouſque ad calculum peruenerit. Caueat in-
terim, ne rectum inteſtinum violet: fieri enim poteſt, & ſolet, vt dum calculus ad ceruicẽ veſicæ è fun-
do adducitur, id inteſtinum reduplicetur. Si igitur nouacula reſciſſum fuerit, fit, vt fæces per vulnus e-
rumpant, vrina autem per anum: quæ res in pleriſque agglutinationem & conſolidationem vulneris
B impediuit: quanquam in aliquot aliis nihilo deterior ipſa ſecuta eſt: quia in tenella iſta ætate permulta *In pueris natura opera mira ſunt.*
contingunt, quæ naturam ipſam videntur ſuperare: peracta inciſione, depicto hic ferramento, reuel-
lendus eſt calculus.

Vncini ad calculos pueris è veſica reuellendos.



C

Reuulſo calculo tenuis fiſtula in plagam demergenda eſt, & illic ad aliquod tempus continen- *Generales regula ad ea, quæ particularia ſunt, reuocanda.*
da, propter rationes mox retegendas, inde colliganda genua: ſic enim citius coit & agglutinatur plaga.
Reliqua vulneris curatio perficietur, generales vulnerum curandorum regulas ad ſpecialem puerilis æ-
tatis temperiem, & particularem pueri, qui nobis in manibus tum erit, naturam reuocando.

Quæ ſit ars extrahendi viris è veſica calculi, eo apparatu, quem Magnum appellant.

CAP. XLII.

EX veſica calculoſis viris, cum aliter ſuccurri non poteſt, ad extremum remedium, ſectionem nem- *Quæ facienda ante ſectionem.*
pe veniendum. Sed ante æger purgandus eſt, & ſi res poſcat, ſanguis detrahendus: ne-
que tamen his peractis ſtatim aut ſequenti die ad opus properandum: nam ex medicamento & phle- *Quo collocandus æger*
botomia non poteſt non eſſe æger debilior. Expedit etiam aliquot ante diebus, pudenda, his, quæ
relaxant & remolliunt, fouere, vt per obſequentia, calculus cum extrahitur, meare facilius poſſit. Tum
igitur curatio ſic ordinanda. Æger in menſa, ſcamnove ſtabili collocandus eſt, linteo multiplici nati-
bus, puluino autem lumbis & dorſo ſic ſubiecto, vt ſemiſupinus iaceat, femoribus ſublatis, cruribus au-
D tem calcibuſque ad nates reductis. Tum faſcia tres digitos lata, malleolis iniecta pedes deligandi ſunt:
eiuſdemque capitibus ſurſum ad ceruicem adductis, & circum ipſam obuolutis, mox deorſum reuoca-
tis, manus ambæ ad ſuum quæque genu vinciendæ ſunt, vt ſubiecta docet imago.

Viri vt decet ſiti effigies, cum ipſi è veſica calculus reuellendus eſt.



E

Ita reuincto ægro quatuor cordatos & va- *Cur ſpecillum externa ſuperficie reſciſſum eſſe oporteat.*
lentes miniſtros præſto adeſſe oportet; duo nem-
pe, qui eius brachia; duo reliqui qui vna manu
genu, altera vero pedem adeo arcte & valide cõ-
tineant, vt neque artus mouere, neque nates ſur-
rigere poſſit, ſed in eodem ſtatu toto corpore im-
motus eſſe cogatur. Tum argenteum, ferreumve
& fiſtuloſum ſpecillum, externa ſuperficie reſciſ-
ſa apertum, vt in illam nouaculæ acumen ſubire,
& reſiſtere, ne inciſione ſuper ipſam, tanquam
manus artificis directricem facta, vlterius in ſub-
iecta corpora peruadat, oleo inunctum in vre-
thram ad veſicam vſque Chirurgus demittet, e-
ius hæc eſt effigies.

Specilla, externa ſuperficie reſciſſa aperta.



Cur perinæi ſeptum ferro minime violandum.

Demiſſum mox in ſiniſtrum latus leniter obtorquebit, ſimulq; miniſter, qui ad dextrã eſt, ſcrotum læua ſurſum ad ſe attrahet, vt tum in libero & vacuo ſiniſtri perinæi ſpatio, Chirurgo maior ſit opportunitas plagæ ſupra demiſſum & eo inflexum ſpecillum nouacula infligendæ. Cæterum in ea plaga perficienda, vitare diligenter debebit & perinæi ſeptum & anum. Nam ſi plaga ſeptum illud attingat, non facile poſtea conſolidabitur, quia calloſum eſt & exangue: itaque hac præterlabentis vrinæ perpetuum eſſet ſtillicidium. Si vero propius anum plagam infligat, periculum eſt, ne mox dum vi euelletur calculus, venarum hæmorrhoidalium aliquam dirumpat, vnde ſequatur hæmorrhagia, vix vlla arte ſiſtenda, vel ſphincterem muſculum, aut veſicæ corpus laniatu non reparabili dilaceret. Itaque duorum ab ano digitorum interſtitio infligenda illa eſt, ſecundum fibrarum rectitudinem, quo poſtea facilius reſarciri poſſit. Nec vero pollicis magnitudinem excedere debet, illa quæ nouacula fit, plaga, quia poſtea immiſſis roſtro coruino, & dilatatorio organo prætereaque calculo, dum reuellitur, amplius dilatatur. At quæ nouacula reſciſſa ſunt, nec tam facile, nec tam expedite poſtea, atque ea, quæ laniata ſunt, conglutinantur. In ipſam mox plagam virgula argentea aliqua ex his, quæ infra depictæ ſunt, & ductorum nomine donatæ, quod reliquis inſtrumentis in veſicam intromittendis ductorum loco ſint, demergenda eſt, extremo hæc eſt orbiculato & prominente, quo ſcilicet in ſpecilli deſcriptam cauitatem conditur: notataque cernitur litera a a. inde & altera, litera b b. deſignata, & ſimili nomine dicta ſub illa priore demittenda eſt, exciſa in extremo crena velut bifurcata, quo ſcilicet prioris illius extremum complecti poſſit.


B

Quo loco plaga, qua eximatur calculus, infligenda.

C

Laniata facilius coire reſciſſis.


Ductorum, quæ in duplici ſunt differentia, effigies.



D

Tumque ſpecillum reuocandum eſt, altiuſq; in veſicæ cauitatem ductores demittendi & ſuſque deque obuertendi, tandemq; immiſſo axiculo retinendi: quanquam qui eiuſmodi axiculo carent ductores, magis ſunt ad manum, & ab artificibus Spathæ vocantur. Hinc inter Chirurgi digitos conſtringendi. Chirurgi vero mox intereſt inter duos ductores in ipſam veſicæ capacitatem organum aliud, roſtrum anatinum dictum, violentius intrudere, intruſumque ambabus manibus diducere, ipſum in omnem partem obuertendo, ad plagam dilatandam, quantum ſatis ſit reliquis organis, quæ in veſicam demittenda reſtant: quanquam ægro melius longe & fœlicius futurum ſit, ſi vno illo organo ſufficienter plaga dilatari & eadem opera calculus euelli poſſit, citra alterius opem. E

A *Roſtri anatini parte interna caui ſeu ſulcati effigies.*




B

Cuius rei ſi facultas non ſit, & calculi craſſities maiorem dilatationem flagitet, demittendum eſt dilatatorium organum. Eius enim in veſicam demiſſi manubrium manu compreſſum, arbitrariam facit inciſionis dilatationem.

Dilatatorii clauſi & aperti effigies.

C




D

Huius organi ope dilatata quantum ſatis eſt plaga, demittendum roſtrum anatinum rectum ſupra deſcriptum, vel incuruum hic appictum.

E

Forcipis

Forcipes ad inſtar roſtri anatini incurui. A




B

His forcipibus demiſſis quærendus eſt & comprehendendus calculus, eoque comprehenſo colliganda ſunt forcipis ramalia, ne, quod ſemel comprehenderunt, elabi ſinant. Nec vero confertim calculus reuellendus eſt, ſed ſenſim hac illac concutiendus, demumque molliter extrahendus. Cauendum tamen, ne ſub forcipe conſtringatur arctius, ne in fruſtula conteratur: nonnulli, ne comprehenſus elabatur, digitos duos in anum demittunt, ipſosque ſuperne calculo, ne excidat & regrediatur, opponunt; quod multum valere puto ad extractionis facilitatem. Sunt, qui comprehenſionem iſtam confirmant, demiſſis & hinc inde ad latera obiectis ſuperque & ſubter datis alaribus, quas vocant, duabus laminis, hiſque connexis & ſimul colligatis organis omnem comprehenſo calculo elabendi opportunitatem adimunt.


Qui ſemel comprehenſus calculus extrahendus.

Alares laminæ cum roſtro anatino, calculum comprehendentes. C



D

Alia laminarum alarium effigies.




E

Aliarum

A

Aliarum laminarum alarium effigies: quarum ſcilicet extrema manubria traiecta cochlea inſuperq; bractea ferrea plicata, & litera a. notata, ad maiorem ſtabilitatem connectuntur.



B

Illis artibus poſtquam extractus calculus fuerit, intuendum diligenter, num qua ſui parte detritus, & quaſi læuigatus exiſtat: id enim ab attritu eſt affrictuque vnius alterius, aut plurium calculorum: nulla tamen certior nota eſſe poteſt, ea, quæ cathætere probatur. Cathæteris ſeu ſpecilli vicem ſupplebit alterum extremum inſtrumenti infra depicti, quo ſcilicet tanquam ſpecillo & euerriculo vti licebit. *Nota pluriũ calculorum.*

Euerriculum, quo poſt extractum calculum explorare licet, num alii ſubſint, veſicamque erudare & expurgare arena, ſanguinis thrombis, & aliis, quæ ſubeſſe ſolent, poſt extractum calculum præter naturam corpuſculis.

C




D

Nam ſi alii ſubſint calculi, eadem illa, quæ dicta eſt, arte extrahendi erunt, quibus extractis, aliud extremum, quod cochlearis inſtar ſinuatum & excauatum eſt, in veſicam per plagam demittendum, & quidquid illic collectum reſtat arenæ, concreti ſanguinis & ſimilium quiſquiliarum, id vniuerſum colligendum & eximendum eſt, quia alteri calculo materiam ſuppeditare poſſet. *De erudeuanda veſica.*

At ſi calculus, qui in veſica eſt, craſſior animaduertatur, adeo vt auelli nequeat citra magnam & enormem veſicæ dilacerationem, ſatius eſt eum roſtro coruino comprehenſum in particulas confringere. *De confringendo calculo, qui ſimul & ſemel reuelli nequeat.*

E

Roſtri coruini dentati confringendis craßioribus calculis affabre facti, & cochlea per manubrium traiecta conſtringi ſoliti, effigies. A



B


Id roſtrum coruinum tribus tantum dentibus, hiſque acuminatis, intus aſſurgit: quorum duo ſuperiore, vnus inferiore ſitu eſt ita collocatus, vt medius duo ſuperiores meat. Calculo confracto eliminanda ſunt eius fragmenta omnia, diligenterque cauendum, ne quid intus illaqueatum maneat: id enim vel materiæ lentæ & viſcidæ ſuperinductæ auctum acceſſionibus, vel aliis fragmentis ſimilis materiæ velut glutinis interuentu coniunctum, in iuſtæ magnitudinis calculum, temporis ſucceſſu conſurgere poſſet. C

Quæ curatio vulneri ſeu inciſioni adhibenda ſit, reuulſo calculo.

CAP. XLIII.

De ſuenda eruto calculo plaga. REuulſo calculo, ſi plagæ id poſcat magnitudo, acus filum trahens ſemel, biſve tranſeunda eſt, ſpatii tantum relicto, quantum ſatis eſt demittendæ, in eum, quem mox dicemus, vſum fiſtulæ. Filum eligere oportet ſericum coccineum ceratum, ne ſi tenuius ſit, vel vulneris carnea labia conſtringendo dilaceret, vel vrinæ madore, vlceriſque eluuie breui putreſcat. Itaque vna cum cute multa caro acu comprehendenda eſt, ne laniatis plagæ oris, fruſtranea prior illa futura ſit, nouuſque dolor in alia facienda ægro hauriendus. His peractis in veſicam per plagam fiſtula argentea demittenda eſt: cuius plures hic deformationes appinxi, vt delectui locus eſſet, ipſaſque aptare liceret vulneribus, non contra vulnera ipſis, quod in inſtrumentorum penuria ſæpe ægrorum diſpendio Chirurgi facere coguntur. D

Fiſtula argentea in veſicam extracto calculo demittendæ.



Tubulorum in plagam conſutam demiſſorum vſus. Hæ non quidem per ductus & tubuli ſui longitudinem, ſed tantum extremo ſuo foraminibus apertæ eſſe debent, vt hac vulneris ſanies omnis, vniuerſæque in veſica collectæ & concretæ ſordes dilabi & expurgari poſſint, cum per plagam vrina pura manare occipiet, nulla iam fiſtulæ neceſſitas erit: itaque ſi pergas eam demittere, diutiuſque in plaga continere, periculum eſt, ne natura aſſueſcat illi itineri, vrinamque dehinc per vrethram tranſmittere negligat. Nec vero omittendum, vt vicinas vulneri partes repellente, quod ſequitur, medicamento ad fluxionem, inflammationemq́;, cuius à dolore metus eſt, reprimendam munias. E

Repellens medicamentum. *℞. album. ouor. nu. iij. pulueris boli armeni & ſanguinis draconis, an. ℥iij. olei roſ. ℥j. pilorum leporinorum quantum ſufficit, fiat medicamentum ad mellis conſiſtentiam.*

A

Quo ſitu collocandus ſit æger extracto calculo. CAP. XLIV.

Ad ſcrotum ne gangræna occupetur, remedia.

OMnibus, quæ dicta ſunt, fideliter, diligenterq; peractis, æger in lecto collocandus eſt, ſubiecto ipſi velut puluinari, furfure aut auenæ gluma pleno, ad vrinam, quæ effluit, ebibendum. Plura vero habenda ſunt, vt mutari pro neceſſitate poſſint. Nonnunquam poſt extractum calculum ſanguis magna copia ruit in ſcrotum: cui niſi diſcutientibus deſiccantibus abſumentibuſque remediis prouiſum fuerit, à gangræna ſcroto metuendum eſt. Itaq; ſi quæ inter curandum vulnus huius generis accidentia occurrant, intuendum in ea diligenter erit. Poſt aliquot dies iniectio ſubtepida in veſicam, per plagam facienda eſt ex aquis plantaginis, ſolani, roſarum & pauco ſyrupo de roſis ſiccis: valebit ad temperandū veſicæ ardorem, tum vulneris, tum contuſionis occaſione & inſtrumentorum violentia intruſione natam. Contingit etiam nonnunquam, vt poſt calculi extractionem ſanguinis grumi, aliaq; impuritas in vrethram confluat, vrinæq; ſe opponat, adeo, vt diffluere nequeat. Itaque demittendum pariter ad aliquot dies in vrethram fiſtuloſum ſpecillum, vt ſeruata ductus continuitate, craſſior omnis ſordes cum vrina plano & libero meatu dilabi poſſit.

B

Quæ cura vulneri ab inciſione relicto ſit adhibenda. CAP. XLV.

Quæ vnionem accelerent.

CVrandum id venit vulnus more reliquorum vulnerum cruentorum, ſcilicet glutinando & ad cicatricem deducendo, ſublatis tamen prius ſordium, ſi quæ ſubſint, impedimentis per ea, quæ detergent. Vnionem accelerabit æger, ſi crura decuſſatim contineat, & victum tenuem in ſeptimum vſq; aut nonum diem ſeruet. Vino penitus abſtinendum, niſi admodum tenui: Eius loco vtatur decocto hordei, aut glycyrrhizæ: aqua vel mellita, vel ſaccharata, vel elixa & cum ſyrupis roſarum ſiccarum, capillorum veneris & ſimilibus mixta. Cibus ſit panatella, vuæ paſſæ, pruna cocta, pupilli elixi, cum ſeminibus refrigerantibus lactuca, portulaca, acetoſa, borragine, ſpinachio, & ſimilibus. Si aluus pigra ſit, aduocabitur Medicus, qui vel caſſia, vel clyſtere, vel alio remedii genere pro arbitrio prouideat.


Quæ cura vlceribus adhibenda ſit, cum diu etiam poſt extractum calculum vrina per ipſa elabitur. CAP. XLVI.

Ex veteri vulnere qui recens fiat.

MVltis extracto calculo vlcus conſolidari nequit, itaq; hac in reliquū vitæ vrina continenter ſenſim & præter voluntatem elabitur, niſi Chirurgus occurrerit. Calloſæ itaq; vulneris oræ amputandæ
C
ſunt, vt ex veteri vulnere recens fiat: mox ipſę inſtrumento, quod Retinaculum, fibulæ nempe ſpeciem, nominamus, comprehendendæ & conſtringendę: id tribus foraminibus, tribus aliis ex aduerſo reſpondentibus peruium erit: per ea foramina, multa comprehenſa carne, acus adigentur, & circum ipſum connectentur, mox medicamenta glutinantia imponentur; cuiuſmodi ſunt terebinthina veneta, gummi elemi, ſanguis draconis, bolus armenus, & ſimilia, poſt quinq; vel ſex dies eximendæ erunt acus vnaque retinaculum. Tum enim vlcus ferme glutinatum comperietur, ſic vt nihil reſtet aliud, niſi vt cicatrice obducatur.

Retinaculi ſeu fibulæ figura.

D



a. Maius. b. vero minus retinaculum monſtrat, vt intelligas, varia eſſe vſurpanda, pro vulnerum magnitudine.

In fibularū defectu quid agendum.

Si fibulæ ſeu retinacula deſint, licebit hoc, qui ſequitur, modo vulneris labra coniungere. Pennę ſcriptoriæ tubuli duo paulo vulnere longiores ipſius lateribus adiungendi ſunt, moxque acu filum ducente toties, comprehenſa interiecta carne, transadigendi, quoties opus videbitur, filo ſuper ipſos renodato. Sic enim vulnus conglutinabitur, neque carneæ vulneris oræ dilacerabuntur, cuius rei à ſola
E
acu & filo periculum eſt.

Qua arte fœminis extrahantur calculi. CAP. XLVII.


Qui explorandus fœminarum calculus. Virgines, quæ nondum ſeptimū ætatis annum attigerint, qui extrahendus calculus.

ISdem ſignis ſubeſſe calculum in fœminæ intelligimus, quibus in maris veſica, longe tamen facilius cathetere probatur, qui in fœminæ veſica latet: quod illi veſicę ceruix breuior, latior, & magis recta ſit. Itaq; non modo cathetere probatur in veſicam immiſſo, ſed etiam digitis in vteri ceruicem immiſſis, ipſos verſus interiorem oſſis pubis partem ſurrigendo, & ægram fœminam eodem ſitu, qui in maſculorum curatione dictus eſt, collocando. Notandum tamen, quod virgines ſeptem annis minores calculoſæ, per vteri ceruicem probari nequeunt, citra magnam vim. Itaque illis eadem arte extrahi debet calculus, quæ maſculis pueris extrahi diximus: nempe immiſſis in anum digitis: ſic enim compertus

Qui grandioribus fœminis.

pertus calculus compreſſo ſimul altera manu hypogaſtrio ad veſicæ ceruicem adducendus eſt, tumque commemorata arte extrahendus. Quanquam ſi grandior virginis ætas, citra vim eam ferre poſſit, quæ in muliebris vuluæ ceruicem fit digitorum intruſione, facilius & fœlicius totum opus perficietur, quia vtero veſica vicinior eſt, quam recto inteſtino. Sic igitur immiſſis digitis mox in veſicæ ceruicem catheter demittendus eſt, externa parte, inſtar eorum, qui ante deſcripti ſunt, cauus, at non incuruus, ſed rectus, vt ſubiecta figura docet. A

Catheter, ſupra quem in veſicam demiſſum inciditur veſicæ ceruix, extrahendi fœminei calculi ergo.



B

Supra hunc veſicæ ceruix inciditur: inde dilatatorio ad id facto, inciſio quantum opus videbitur, dilatetur, hac tamen cautione adhibita, quod cum breuior fœminæ ſit, haud tantam dilatationem admittit, quantum maſcula ceruix, [illegible] periculum eſt, ne ad veſicæ corpus [illegible] & inde [illegible] lapſa [illegible] maneat vrinæ incontinentia: [illegible] dilatata inciſione, Chirurgus in [illegible] altero digito immiſſo, veſicæ fundum comprimet, inde per [illegible] calculum, quem immotum a parte poſtica ne retrocedat, digito continebit, [illegible] tamen Laurentius Collo Chirurgus Regius, alter eius [illegible], quibus [illegible] mi extiterunt præſtantiores, id opus abſoluunt: non enim in anum aut vuluam digitos mittunt, ſed ductores, de quibus ante meminimus in virorum meatum demiſiſſe contenti, mox ſupra inciſionem rectam moliuntur ad perpendiculum [illegible] ceruicis veſicæ, & non ad latus, vt in maſculis fieri ſolet. Inde forcipes facie externa cauos, arte depictos, blande eadem vi inſerunt, ipſis ductoribus, tantum [illegible] tantes laniando, quantum opus erit extrahendo è veſica calculo. Reliqua curatio eadem [illegible], quæ ante de maſculis eſt dicta, hoc tantum addendum, quod ſi laniatus occaſione [illegible] te ſubnaſcatur, licebit ſpeculo matricis immiſſo, ipſius ceruicem dilatare, vt idonea remedia [illegible] applicentur. C

Alia ratio extrahendi muliebrem calculi.

De vrinæ ſuppreſſione à cauſis internis. CAP. XLVIII.

In iſchuria haud ſtatim ad demiſſionem catheteris confugiendum.

PRæter cauſas ſuppreſſæ vrinæ aut difficilis mictionis commemoratas, multæ eſſe ſolent, ne quis putet, à ſolo calculo aut arenulis vrinam ſupprimi, vt Chirurgi putant, qui in hoc caſu ſtatim catheterem exhibent. Ergo à cauſis externis internisque vrina ſupprimitur. Internæ ſunt ſanguis concretus, phlegma craſſius, veſicæ caruncula in vrinæ ductibus, [illegible] calculi & arenulæ: ſupprimitur nonnunquam vrina, quia eius materia, nempe ſanguinis ſerum, vel conſumpta eſt ab ardore febrili, vel alio traducta per ſudores, aut alui fluxum [illegible], aut ſuborta in [illegible] vrinæ [illegible] membris inflammatio [illegible]. Rectum itaque inteſtinum inflammetur, [illegible] more, quo veſicam comprimit, [illegible] communicatione ſeruum [illegible] interceptis. Sic [illegible] oblæſi vitio, [illegible] vrina ſupprimitur, vel renum [illegible] aliqua inſigni intemperie, vel [illegible] ex pituita, [illegible] D

cticis. Sed & lentus & viſcidus humor à toto corpore in [illegible] interciditur. Quin & vrinam diutius continendo [illegible]. Veſica enim ſupra modum [illegible] meatus eius conſtringitur & angu[illegible], adde, quod [illegible] veſicæ dilatatio impedimento eſt, quominus [illegible] expultrice facultate ſua vti, contingere non poſſit [illegible] vrinam, ad eam excernendam [illegible]. Accedit & dolor, qui partis, quam obſederit, facultates omnes [illegible] debilitat. Sic nuper [illegible] quo vecto, & dominam [illegible] habenti, eaque occaſione vrinam, in [illegible] faciendi neceſſitate reddere non audenti, ita ſuppreſſa eſt, vt ab itinere domum in vehiculo relatus, ipſam nullo conatu reddere potuerit: nterim quia ingentes dolorum cruciatus per totum hypogaſtrium & perinæum ipſam excruciabant, cum torminibus & ſudore vniuerſali, adeo vt ferme animo linqueretur, vocatus ego, [illegible] immiſſo catheter, & compreſſo hypogaſtrio vrinæ profluuium procuraui: [illegible] ex tempore liberius reddidiſſe, docui [illegible] contigiſſe, quod tamen adſtantes putabant, illam vrinæ ſuppreſſionem: Nam ab eo tempore nulla in illo inuentæ apparuerunt calculi ſigna, nec illa redijt vrinæ ſuppreſſio.

Cur vrina voluntariè arbitrio diutius cohibita iſchuriam inferat. Hiſtoria.

De eorum, quæ toto corpore inutilia ſunt, per vrinas expurgatione digreſſio. CAP. XLIX. E

Hiſtoria.

NAturæ prouidentiam in illis, quæ toto corpore inutilia ſunt, excernendis, ſequentibus hiſtoriis teſtificabor. [illegible] Regis [illegible] vulnus in brachio dextro, glande manuaria [illegible] [illegible] & maligna accidentia ſuperuenerunt, præſertim vero [illegible] materiæ [illegible] fluentes [illegible] aliquando, vt præter rationem putulentis [illegible] ſinuoſis in [illegible] dexter fieret [illegible] dum anxie quæreremus, [illegible]

uertimus,

A uertimus fæces, vrinaſq; multa tum purulenta ſanie perfuſas, hocq; toto morbi decurſu, ex quo Dei beneficio conualuit, & valet adhuc: obſeruauimus, quod quamdiu illi pure & ſanie brachium manabat, tamdiu pura erant ſanioſis & purulentis ſordibus alui & veſicæ excrementa: quamdiu contra ſicca erāt brachii vlcera, tamdiu ſanioſæ, purulentæque fæces & vrinæ reddebantur. Idem contigit nobili Domino à Cruce, cum enſe vulnus lethale in brachio ſiniſtro accepiſſet: Id ſibi perſuadere non poterant Germanus Caballus, & magiſter Raſſior Chirurgi expertiſſimi, aliique, qui vna mecum ipſum curabant. Hoc argumento, quod tantum vix in corpore pus illud obire non poſſet: nec ſi poſſet, poſſe id citra totius ſanguinariæ maſſæ, dum per venas ferretur, infectionem & corruptionem: itaque probabilius eſſe puris illam fæcibus & vrinis permixti copiam à iecoris aut alterius viſceris vitio, quam à brachio vulnerato manare: ego contra id ſequentibus rationibus adſtruebam. Prima, ex his, quæ in illo ægro manifeſte apparerent, quam diu enim pure & à purulenta eluuie ſinceræ eſſent fæces & vrinæ, tamdiu multo illi pure brachium manare: hoc contra ſicco multam purulentam ſaniem in fæcibus & vrinis conſpici. Altera, quod vt totum corpus noſtrum eſt tranſpirabile, ſic totum eſt confluxile. Tertia, exemplo à vaſis vitreis ducto, quæ Gallorum vulgus vini ſcanſoria nominat: etenim, quod aqua plenum eſt, ſi alte-
B rum vino refertum ſubiiciatur, cernere licet, vinum ex inferiore vaſe ſurſum ad ſuperius per mediam aquam ſe traiicere & ſcandere, aquamq; pariter per medium vinum ſic deſcendere, vt ſeſe interim non permiſceant, ſed alterum ſincerum alterius impermixti locum occupet. Hoc arte in rebus ſola natura conſtantibus ſi fit, & oculorum fide conſequimur, in corporibus noſtris, in quibus propter nobilioris animæ præſentiam omnia naturæ opera longe perfectiora ſunt, quid fiet? quid eſt, de quo fieri poſſe in pari caſu deſperes? nonne enim ad inteſtina, renes, lienem, veſicam felleam, vna cum excrementis naturæ impulſu laudabilis ſanguis confluit, quem mox partes ipſæ ad ſui nutritionem ſecernant? Nonne recenter puerperis lac e mammis per vterum diffluit? At eo deuolui id nequit, niſi venarum & arteriarum mammillarium ductibus, qui vteri vaſorum oſculis occurrunt in mediis muſculis rectis epigaſtrii. Nihil igitur mirum, ſi Gal. ſententia, pus ſanguini impermixtum à toto corpore per venas & arterias in renes & veſicam confluens, vna cum vrinis repurgatur. Hæc & ſimilia à natura fiunt, non vllo conſilio aut ratione edocta, ſed tantum ſecretricis & excretricis facultatis viribus ſubnixa, & profecto diſſecto illico cadauere animaduertimus, id totum, viſceraque eius omnia omni phlegmones, omni concepti
C puris labe vacare.

Hiſtoria.

Qui pus vulnerato brachio manare per vrinas & anū poſſit.

Lib. de locis affect. 6 c. 4.

A quibus cauſis externis vrina ſupprimatur: & de ſuppreſſa vrina prognoſi. CAP. L.

MVltæ etiam extrinſecus cauſæ incurrunt, quarum vi vrina poteſt ſupprimi. Huiuſmodi ſunt balneū, & natatio in frigida: narcoticorum ſupra renum & perinæi ac pectinis regiones diuturnior appoſitio: frigidiorum eſculentorum & poculentorum vſus, aliæque his ſimiles. Quin etiam alicuius lumborum vertebræ ad interiora luxatio, quia neruos inde in veſicam diſſeminatos comprimit. Ideo & ſtuporem veſicæ infert: quo fit, vt vrinæ acrimonia vellicari ſe non ſentiat, ideoque ad excretionem eius non incitetur.

Cur vertebra lumbarum ad interiora luxatio iſchuriā inferat.

Cæterum *vndecunque vrina ſupprimitur, ſi ad aliquot dies ea ſuppreſſio perſeueret, mors inde in metu eſſe debet, niſi vel febris, quæ vrinæ materiam conſumat; vel alui fluxus, qui eam diuertat, ſuperuenerit*: Sic enim acrem & venenatam qualitatem acquirit, quæ per venas conflaa ſanguinis maſſam prompte inficit, in cerebrumque tranſlata ipſum male afficit, per eam, quæ veſicæ & meningibus intercedit, generis ſimilitudinem & ſympathiam. At natura quidem ſi vegeta eſt, per ſeſe illa te moleſtia, manifeſta per aluum ex-
D cretione, facile explicat: alias calorem febrilem in ſuppetias velut accerſere neceſſe habet, qui redundantem ſeri copiam, vel ſenſibili per ſudores vacuatione foras in cutem ableget, quoniam ſudoris & vrinæ materia eſt eadē, vel trāſpiratione, quæ inſenſibilis excretio eſt, in halitus & tenues auras diſſipet.

Cur vrina ſuppreſſa lethalis.

Febrim ſuperuenientē eſſe iſchuriæ remedio.

De vrina cruenta. CAP. LI.

NOnnulli purum ſanguinem meiunt: alii mixtum: Idq; vel cum vrina, tumq; quod excernitur carnium recens mactatarum loturam refert; vel cum pure, eoq; vel ſincero, vel vrinę permixto. Huius ſymptomatis cauſæ plures eſſe poſſunt, ſcilicet ſanguinis immoderatior in corpore collecta copia, quæ ſolemni & periodica per menſes aut hæmorrhoidas ſuppreſſa vacuatione, curſum nunc ad renes & veſicam inflectit: vel vaſis alicuius ab acri humore eroſio: vel ruptio eiuſdem à grauioris oneris geſtatione, ſaltu, ruina ab alto, graui ictu, ponderis in lumbos illapſu, rapidiore in veredo curſu, venere immoderata, à quauis denique exercitii laborioſi & violentioris ſpecie, à calculo in renibus aſpero & ſpinoſo: ab imbecillitate retentricis renum facultatis; vulnere alicuius partium vrinæ ſeruientium; alimentorū
E & medicamentorum diureticorum & calidiorum, vel etiam vrinariis partibus toto genere contrariorum, vt cantharidum crebriore vſu; his enim & ſimilibus ex cauſis tanta ſæpe in renibus ſuboritur inflāmatio, vt in abſceſſum abire neceſſe habeat, tandemq; rupta vomica, in vlcus, pure per vrinas fluere. In tanta cauſarum vrinæ cruentæ varietate, vnde id veniat ſymptoma, colligemus, ex huius aut illius partis actione læſa, ſanguinis manantis conditione, puris ſcilicet aut mixti, idque cum vrina ſola vel pure. Nam exempli gratia, ſi à pulmone, hepate, renibus, vertebris luxatis, inteſtino recto, aliave ſimili parte cruenta illa ſanies manat, diſcernere licebit doloris ſitu, & ſymptomatibus, vt febre & doloris proprietate, aliiſque, quæ præceſſerunt, vel adhuc præſentia ſunt. Idipſum & dignoſcemus copia & qualitate: nam ſi ab vlcere, verbi gratia, brachii pus fluat, viciſſitudine quadam ſic nunc per vrinas

Differentia.

Cauſa.

Signa cruenta vrinæ ab hac aut illa cauſa orta.

 fluet

fluet purulenta ſanies, vt interim paucum ſit, quod per vlcus redditur: mox contra vlcere multo purè manante, puriores fundentur vrinæ. Quod à pulmone per empyemata, aut hepate, aut alio ſupra diaphragma poſito viſcere manat, cum vrina pus, & copioſius eſt & vrinæ permixtum exactius, quam id, quod à renibus fluit aut veſica. A

Curatio. Curationem vero huius affectus vel aggredi vel exponere non eſt noſtri, id eſt, Chirurgi inſtituti. Id tantum adnotaſſe ſufficiet, quod non ſit ſperabilis huius ſymptomatis, niſi ſublata cauſa, profligatio. Ac ſi quidem aperto vaſe fluat ille cruor, adſtringentibus, ſi rupto, agglutinantibus, ſi eroſo, ſarcoticis ſiſtetur.

De ſignis vlceratorum renum. Cap. LII.

Cur minus fœteat pus à rene manās, quam à veſica. VRinæ cruentæ cauſas ſpeciatim perſequi non decreueram, tamen, quia quæ à renibus aut veſica vlceratis eſt, frequentius occurrit, propterea viſum eſt mihi, de ea hic paucis agere. Vlceris renum ſigna ſunt, dolor ad lumbos, ſanies vrinæ vtcunq; permixta, nunquam ipſa per ſe, ſed ſemper cum vrina fluens, & in fundo matulæ reſidens ſedimentum ſanioſum & rubrum, carneæ & cruentæ velut fibræ per vrinam innatantes, puris fœtor haud tantus, quam qui à veſica manat vlcerata, quia renes carnoſæ ſubſtantiæ cum ſint, longe perfectius maturant, ſubigunt & mitificant materiam purulentam, quam veſica, quæ neruoſa eſt & exanguis. B

De ſignis veſicæ vlceratæ. Cap. LIII.

Differentia. VLcera in veſicæ fundo fiunt & eius ceruice. Vlceris in veſica exiſtentis ſigna ſunt, profundus ad oſſa pubis dolor: manantis puris ingens fœtor: albæ & tenues pelliculæ per vrinam innatantes. At veſicæ ceruicem cum occupat vlcus, dolor lentior eſt, nec is ante mictionem [illegible], ſed in ipſa [illegible] & paulo poſt ipſam. Cæterum & huic & illi vlceri commune eſt, vt inter meiendum tenſio [illegible], doloris ſcilicet occaſione ab vrina vlceratum locū prætérlabendo abradente. nec vero pus vrinæ mixtū cernitur, quemadmodum cum ab vlcere partium ſuperiorum venit, quia non ſimul cum vrina, ſed poſt ipſam effunditur.

Cur pus à veſica vrinæ mixtum perfecte non ſit.

De Vlceratorum renum ac veſicæ prognoſi. Cap. LIV.

Cur vlcera veſicæ difficilime ſanentur. REnum quam veſicæ vlcera facilius & promptius ſanantur; carnoſa enim exanguibus & neruoſis expeditius coeunt. Quæ in veſicæ fundo ſunt vlcera, inſanabilia ſunt, aut certe ſanatu difficillima, quia præterquam quod in parte exangui exiſtunt, contentæ vrinæ præſentia aſſidue vellicantur & exaſperantur, nunquam enim vrina tota euacuatur: quod vero à mictione reliquum fit, ab internæ [illegible] partis calore acrius redditur, quia circa id ipſum veſica ſemper cogitur: hæc enim pro contentæ vrinæ ratione dilatatur aut conſtringitur. Itaque per iſchurias videre eſt vrinæ ſæpe duas libras vno impetu effundi. *Quibus exulcerata veſica contabeſcunt crura, iis mors propinqua eſt. Quæ in his partibus ſuboriuntur vlcera, niſi breui conſolidentur, inſanabilia permanent.* C

Quæ ſuppreſſæ vrinæ curatio adhibenda. Cap. LV.

Scopi curationis. IN ſuppreſſa vrina curanda, indicatio ſumenda eſt à natura morbi, & cauſa eius, ſi ſcilicet adhuc præſens ſit, aut non. Sed & partium, quibus læſio iſchuriæ contingit, diuerſitas remediorum infinitam varietatem, nec vero in hoc caſu ſtatim ad diuretica, & calculos exterentia, quod plærique empyrici factitant, currendum. Hinc enim grauia & maligna ſæpe ſuboriuntur ſymptomata: ſi præſertim ab humore acri, aut ſanguine per contuſionem expreſſo, venere immodica, omniq; vehementiore exercitio, potione calida & [illegible] cantharidibus, nactione longiore abſtinentia, partium vrinæ dicatarum phlegmone aut vlcere contingit iſchuria. Nam hic doloris & inflammationis fit acceſſio, vnde gangræna ac tandem mors. Itaque inconſulto Medico nihil hic tentandum, ne quidem cum ad Chirurgum ventum fuerit. Diuretica etiam vrenti alia cauſa locum habere poſſunt, quam cum ab arenula aut tumore crasſo & viſcido vrinam ductus obſtructi tenentur, vel natiore inſrigida, aut narcoticorum ad lumbos appoſitione, quanquam ne hic quidem his ante vtendum, quam vniuerſalia remedia fuerint præmiſſa. D

Ad quam iſchuriæ cauſam diuretica non ſint adhibenda.

Ad quam, & quando adhibenda.

Diuretica v. multis modis exhiberi poſſunt, vt hinc patebit: ℞. *agrim. vrticæ, pariet. ſurculos rubre* [illegible] *habentis, an. m. j. rad. aſparagi* [illegible] *℥ iij. gran. alkekengi num. xx.* [illegible] *℥ ß. rad. acori. ℥ j. bulliant omnia ſimul in ſex libris aquæ dulcis ad tertias, deinde colentur*, de ea capiat æger ℥ iij. cum ℥ j. ſacchari candi, & calidum bibat ieiuno ſtomacho horis tribus ante cibum. Ad idem valent baccæ hederæ triginta vel quadraginta in vino albo tritæ & in potum ægro exhibitæ, horis duabus ante cibum. Vtiliter etiam adhibetur ſeminis vrticæ in pollinem tritæ ℥ j. in pulli decocto feſtinanter hauſta, ne ad fauces & gulam adhæreſcens, contactu aſtrictat. Valet ad id etiam decoctum malui foliis, pimpinellæ, parietar. ſaxifragæ, rad. petroſelini, aſparagi, acori, bruſci. & ireos propinatum trium aut quatuor vnciarum menſura. Præ cæteris tamen commendatur ſequens aqua ad ciendam vrinam & inſtructos eius meatus expediēdos, a quacunque cauſa infarctos. ℞. *rad.* [illegible] *regal.* [illegible], *bismal.* [illegible] *petroſel. ſæniic. an. ℥ ij. raphani craſſioris in taleolas ſecti. ℥ iiij. macerentur per noctem in aceto albo acerrimo, bulliant; poſtea in aqua fluuiali* ℔. *x ſaxifrag.* [illegible] *marinæ, ruſtæ* [illegible], *ſummitatum malue, bismal. an.* [illegible] *beridæ cuer. rub. an. p. j. Seminis melonum, citrulli, an.* [illegible] *gr. xx.* [illegible] *℥ j. bulliant omnia ſimul ad tertias: in colatura infunde per noctem* [illegible] *parua ebullitio,* [illegible] *infunde cinam. elect. ℥ vj. colentur* [illegible] *colatura immittatur in alembicum vitreum addendo,* [illegible] *venetæ lucidæ* ℔. *ij. aqua vitæ, ℥ vj. agitentur omnia ſimul diligentiſſime: Lutetur alembicum luto ſapientiæ, fiat deſtillatio lento igne in* E

Infuſum ex baccis hederæ.

Aqua diuretica.

A *balneo [illegible] ſequentem modum* : ℞. *aquæ ſtillatitiæ præſcriptæ,* ℥ ij. *aut* iij. ſecundum operationem [illegible], capiat æger horis quatuor ante paſtum. Vtiliter etiam exhibetur aqua raphani deſtillata [illegible] ad ℥ iij cum ſaccharo. Balnea & ſemicupia artificioſe parata vniuerſum corpus relaxant, [illegible], dilatant, & aperiunt: itaque commode in exitu balnei aut ſemicupii, diuretica præſcripta [illegible] ſemidragma diſſoluta exhibebuntur. Quæ vero ſequuntur detergendis renum & veſicæ [illegible] vtilia putantur. Syrupus capill. vener. rolar. ad vnciam vnam hauſtus, cum hydromelite aut [illegible] decoctionibus hordei : lac aſininum aut caprinum in hoc etiam affectu commendantur, quia [illegible] portione vlcera detergent, caſeoſa autem glutinant, debent autem ſumi adhuc ab vbere calentia, cum melle roſato aut pauco ſale, ne in ventriculo corrumpantur, ad quantitatem vnciarum quatuor [illegible] bibendo aut comedendo.

Diureticorū vſus cum a balneo ſtillo fit.

Ad detergenda renū & veſicæ vlcera

Ad idem valent qui ſequuntur trocisci: ℞. *quatuor ſeminum frigid. maior. ſeminis papauer albi portul. plantag. [illegible] mund. hordei mund. mucag. pſillii, amygdal. dulcium an.* ℈ j *boli armen. ſanguinis drac. [illegible] roſar. maſtich. terræ ſigill. myrrhæ. an* ʒ j. *cum oxymelite conficiantur: ſecundum [illegible] trociſci*, capiat æger, ℥ j diſſolutam cum ſero lactis, ptiſana, decocto hordei & ſimilibus B [illegible] in aqua plantaginis & in veſicam iniiciantur. Abſtineat vino æger, atque eius loco vtatur [illegible] hordei aut hydromelite aut ptiſana [illegible] paſſularum damaſcenarum [illegible] cum aquæ [illegible] horis quinque, in olla [illegible] rite incoctæ, additis mox glycyrrh. raſæ & mundatæ vncia vna [illegible] conquaſſatorum drachmis duabus. Totum id poſtquam leniter iterum bullierit, coletur per [illegible] Hippocratis cum ſacchari optimi quartario vno, & cinnamom. electi drachmis duabus: ſeruetur in potum quotidianum.

Troſciſci ad renum vlcera glutinanda.

Potus loco vini.

De Diabete. CAP. LVI.

Diabetes [illegible], *quo ſtatim a potu vrina magna copia conſertim redditur*, exolutione facultatis renum retentricis & deprauatione ſeu immoderatione attractricis. Externæ cauſæ ſunt intempeſtiuus & immoderatior rerum calidiorum & diureticarum vſus, rapidiusque omne & vehementius exercitium. Internæ ſunt hepatis, pulmonum, lienis, præſertim vero renum & veſicæ inflammatio. Diſtinguendus diligenter hic affectus a critica cauſarum morbificarum per vrinas excretione. Lumborum in hoc affectu dolor [illegible] & mordax adeſt, ſitisque aſſidua & inexhauſta, ac quamuis ab intemperie calida C [illegible] tamen vrinæ tinctæ, rubræ, turbidæ, aut craſſæ funduntur, ſed tenues & albæ, ſeu aqueæ, quia ſcilicet [illegible] exiguam admodum in ventriculo, hepate, & vena caua moram trahit, renum [illegible] perfecta. Si diutius perſeueret affectus, alimenti defectu contabeſcit æger, vnde certa mors. Ad [illegible] rationem, purganda materia eſt, quæ phlogoſin aut phlegmonem facit, & fouet, [illegible]. Abſtinendum à quatuor ſeminibus frigidis : Nam etſi prima qualitate [illegible] tamen nocent, præſcribenda alimenta refrigerantia & adſtringentia, quæque craſſos ſuccos gignunt, vt oryza, vinum craſſum & adſtringens, multa aqua temperatum. Valde frigida non narcotica lumbis admouenda, alias enim per muſculorum lumbarium craſſitiem, niſi ſumme refrigerantium vis ad renes peruenire non valebit, huius generis ſunt oleum papaueris albi, hyoſcyami [illegible] portulacæ, lactucæ, mandragoræ, acetum, & ſimilia, ex quibus cataplaſmata, litus & [illegible] partibus roborandis, & earum ardori corrigendo idonea.

Quid diabete.

Cauſa.

Signa.

Cur diabete vrina aquoſa.

Curatio.

Narcotica lumbis admouenda.

De Stranguria. CAP. LVII.

Stranguria [illegible] *quodammodo agnus diabete, quo ſcilicet non conſertim, ſed guttatim, aſſidue, & cum dolore, preter voluntatem redditur vrina.* D Stranguriam excitant cauſæ externæ, vt frigidæ potus nimius, mora que [illegible] loco frigido: internæ, vt frigidorum humorum in vrinarias partes defluxus: hinc enim [illegible] paralyſi reſoluatur, veſicæ ſphincter relaxatur, adeo vt vrinam ex [illegible] retinere [illegible]: inflammatio quoque, imo & omnis intemperies hunc affectum inducit, & quicquid [illegible] quidam ex parte obſtruit, vt ſanguinis grumus, pituita craſſa, arenula & ſimilia. Ac quoniam Galeni ſententia. *Omnis intemperies hunc affectum inducere poteſt*, varia remedia pro intemperiei ratione paranda erunt. Ergo aduerſus frigidam intemperiem comparandi fotus ex decocto maluæ, [illegible] calament. & ſimilium, pudendisque partibus adhibendi, ſubiuncto mox litu ex oleo laurino, de [illegible] & ſimilibus. Præſcribendum in potu vinum generoſum & purum non in hac modo cauſa, ſed & quando ſtranguria venit obſtructionis occaſione, quam humor craſſus & frigidus peperit, ſi modo corpus non ſit plethoricum. At ſi inflammatio cum plethora id mali genus inuexerit [illegible], ſanguine ſecta vena [illegible], Galeni conſilio medebimur. Si vero obſtructio in cauſa ſit, tolletur ea diureticis, vel calidis, vel frigidis, pro materiæ obſtruentis conditione.

Quid ſtranguria.

Cauſa.

Com. ad aph. 15. ſect. 3.

De dyſuria hic nihil dicimus, quia eius remedia eadem genere ſunt cum his, quæ ad iſchuriam ſeu vrinæ ſuppreſſionem adhibentur.

Ad aph. 48. ſect. 7.

E

De Colico affectu. CAP. LVIII.

Qvandocunque obſtructis ſeu aliter affectis inteſtinis fæces exitu prohibentur, *ſi [illegible] vitium in tenuibus ſit inteſtinis*, Voluulus, Ileos & Miſerere mei affectio nuncupatur : Si vero in craſſis, colica paſſio dicitur à parte affecta, quæ eſt colon, id eſt, continuitas craſſorum inteſtinorum, maxime vero ea inteſtinorum craſſorum portio, quæ colon propriè & ſpecialiter nominatur. Itaq; iure Auicennę colica paſſio definitur, *Dolor inteſtinalis in quo difficulter fæces per anū excernuntur*. Paulus Ægineta colicę paſſionis

Quid ileus

Quid colica paſſio.

Cauſa eius que.

Lib. 3.

Lib. 3 c. 43

 cauſas

cauſas omnes, quam variæ ſunt, ad quatuor reuocat: nempe humorum tunicis inteſtinalibus impactorum craſſitiem, flatus exitu prohibitos, inteſtinorum inflammationem, humorum denique acrium & A
mordacium collectionem. nos tamen ſingulas ſpeciatim perſequemur. Humorum craſſitiem, flatusq; in inteſtinis colligunt eædem ferè cauſæ, nempe ciborum flatuoſorum, & pituitoſorum lentorum, ac viſcidorum vſus, imo etiam eorum, qui boni ſunt ſucci, ſi modo multi & varij generis illi, eadem cœna, & maiore, quam par eſt, copia, in ventrem demiſſi fuerint. Hinc enim cruditas & obſtructio, tandemque flatuum collectio, a quibus ſenſiuus excitatur dolor. Huius etiam ſpeciei colicam inducit crudorum fructuum vſus, ac frigidior potus, præſertim quando quis ab exercitio, aut alio quouis modo plus æquo incaluerit, hauſtus. ſic enim ventriculo, & huic continua ita inteſtina refrigerantur, humoresque

Colica nephritica ratio.

& fæces contentæ congelantur, & illigantur. Quæ ex nephritide venit colica affectio, fit per ſympathiam dolentium renum à calculo aut arenulis, in renibus aut vreteribus concluſis. Itaque tum vna ægrum dolor exercet ad coxam & lumbos, quia calculi aut arenularum pondere premuntur nerui, qui a lumborum vertebris orti, circa coxæ articulum in muſculos lumborum & femoris diſſeminantur. Dolent quoque vreteres (nihil enim aliud hi eſſe videntur, quam nerui quidam caui) & cremaſteres

Vomitus in colica cauſa.

muſculi, adeo vt ægris ſurſum magna vi conuelli videantur teſticuli. Hinc vomitus ingens pituitoſus, B
ac bilioſus, vniuerſique corporis ſudor, quia omnia non ante deſinunt, quam calculus, aut arena in veſicam deturbata fuerint. In hoc vero affectu contingit vomitus, quia ventriculus, propter continuitatem & viciniam, quæ illi cum inteſtinis intercedit, inteſtinis ipſis compatitur & condolet. Eſt enim præterea ventriculus eiuſdem cum inteſtinis generis ſeu materiæ, vt inteſtina nihil aliud eſſe videantur, quam ventriculi quædam productio. Itaque ſi quando quid in renibus, vreteribus, inteſtinorum tunicis, meſenterio, pancrea, hypochondriis moleſtum præter naturam concluditur, natura excernere

Qua intemperies calida colicam faciat. Inteſtinorũ contorſio & complicatio colica cauſa.

conetur, colicum dolorem infert, cum cruciatu & vomitu. Colicam etiam paſſionem infert intemperies calida & ſicca, punctorij & mordacis doloris procreatrix, reſiccando fæces inteſtinis concluſas, ſimul & abſumendo velut congenitos eius loci humores ad lubricanda inteſtina comparatos. Idem facit acris, viſcida & ſalſa pituita. Eſt & alia colicæ paſſionis cauſa minime adeo vulgaris, contorſio ſcilicet inteſtinorum, quando nempe ſic intorquentur, implicantur & reduplicantur inteſtina, vt ipſorum velut nodis vinctæ fæces, foras excerni nequeant: quemadmodum manifeſte contingit in Enterocele ex inteſtini in ſcrotum prolapſu. Similiter & vermes in colo geniti, dum vibrato complexu ſe mutuo implicant, ſimul ipſum colon contorquent, & ſibi ipſi implicant. Diuturnior etiam fæcum in inteſtinis C
mora ſeu proprio ægri calidioris & ſiccioris, ſeu diætæ vitio contingerit, id eſt, ciborum ſiccorum, exercitiorum & laborum ſole ſub ardenti, ſeu negociorum magnitudine alio verſa mente, colicam inducit

Hiſtoria.

affectionem, cum capitis dolore, & vaporum ſurſum elatorum copia. Memini à me olim diſſectum cadauer pueri duodecim annos nati, cui inteſtina multis velut colubratarum durorum & ſicciorum fæcum nexibus erant implicita, cum ipſas paulo ante mortem ore redderet, quæ illi interitus cauſa extitit, cum remediis opportune exhibitis prouiſum non fuiſſet. Atque hæ ſunt colicæ affectionis ex veterum & recentiorum Medicorum ſententia cauſæ: de quarum ſignis ſigillatim nunc agendum videtur.

Signa quibus intelligamus colicã ab hac aut illa cauſa manare.

Colicam nephriticam ægrum diuexare intelliges, ex dolore fixo, & vno velut loco, renum ſcilicet coercito, ex anteacta vita, ſi ſcilicet æger calculos aut arenulas olim cum vrina excreuerit, & ſichn & teſtium ob commemoratas ante cauſas dolore, ex eo denique, quod æger eructarit & micturit: ita ſcilicet naturæ in renibus exiſtentis ad excernendum calculum ſummus & laborioſus conatus, ſympathia quadam propagatur, & partim ſtudio viciniarum partium excretrices facultates concitat ad ſuum quæque opus. Colicæ flatuoſæ ſigna ſunt ſenſiuus dolor, qualis eſſet laniatis inteſtinis, cum alui tum murmure & borborygmis. Certe conclaſi eiuſmodi flatus aliquando tanta vis eſt, vt crepent, rumpanturq; in- D
teſtina, haud ſecus, quam nimio flatu diſtentionis veſica ſuilla: Quod cum contingit, moritur æger, cum multo vomitu, quod flatibus preſſus ventriculus nihil ciborum continere & complecti poſſit. Quæ à cohibitis diutius fæcibus eſt colica, cum alui eſt pondere & dolore, inteſtinorum tenſione, cephalalgia, alui palpabili duritie, & ægri querela à multo ſe tempore aluum non exonerauiſſe conquerentis. Quæ ab inflammatione eſt bilioſa, caloris ingentis ſenſum & pulſationis exhibet in media aluo, propter venas & arterias, quæ ſunt in pancrea & inteſtinorum tunicis: reliqua denique ſigna adſunt phlegmones: quanquam etiam à pituita ſalſa, acri & viſcida, quam natura neque vomitu ſurſum, neque torminibus deorſum excludere poteſt, illa ſuboritur velut inflammatio: cum hac non raro vrinæ adeſt

Hernioſis quæ ſæpe mortis cauſa.

difficultas, quod inflammato recto inteſtino ſocietati & viciniæ eius veſica comprimitur. Quæ a contorſione inteſtinorum eſt colica, prodit ſe doloris acerbiſſimo cruciatu, ex eo nato, quod debito & ſuo ſitu ac loco non ſint inteſtina, & quod fæces diuturniore illic mora calorem præter naturam acquirant: hæcque cauſa neceſſitate pleruq; ſic hernioſis exiſtit, quod ſcilicet à naturali loco in ſcrotum, præter naturam locum, delapſum inteſtinum reduplicatur, & tanquam vinculo conſtrictum illic tenetur: ex quo fæces indurata acrius incaleſcentes inflammationem faciunt, ac ſubortis de ſe flatibus diſtentionem per omnia inteſtina augent, donec tandem ſuborto lethali ileo per os redundent. E

Aph. lib. 3. Hip. aph. 10. ſect. 4.

Quod ad prognoſim ſpectat, bonum eſt in colico affectu dolorem non eſſe fixum, ſed vagum, bonum item, fæces haud penitus ſupprimi. Mala vero, quæ hic apparent, ſigna, vel difficilem, vel lethalem affectum pronuntiant. Lethalem quidem, dolorum cruciatus intolerabiles, vomitus aſſidui, ſudor frigidus, extremitatum perfrigeratio, ſingultus ventriculi cum inteſtinis, ſympathia, phrenitis cerebri cũ ſtomacho, ſæpe & continuo, materiæ in neruos raptu. Cæterum *quibus tormina & circa vmbilicum labores, & lumborum dolor, qui neq; a medicamento, neque aliter ſoluitur, in aquam inter cutem finitur.*

Curatio

A Cur [illegible] pro causarum varietate [illegible] est [illegible]. [illegible] colica [illegible] nephritide [illegible]. Quæ [illegible] intestinum [illegible] natur. [illegible] remedia [illegible]. Quæ vero [illegible] intestinorum & ventriculi debilitate [illegible] generatione [illegible] & rob [illegible] as, tū [illegible] ingestis [illegible]. Tus, quæ [illegible] & flatibus est, [illegible] dolo [illegible] dicendum erit, quandoque [illegible], quod vires [illegible] dolor [illegible] balnea, semicupia, fomenta ex malua, bismalua, violaria, pulegio, [illegible] origano [illegible] fœnugræci, floribus chamæmeli, meliloti, aliisque eiusmodi: quibus [illegible] attenuandi & [illegible] quo dissipentur flatus. Cæterum [illegible] oportet. Instituendi etiam erunt [illegible] *ol. chamom. aneth. but. recent. an.* [illegible] *cum aqua vit.* [illegible] Quæ [illegible] probatum [illegible] *Moluerat.* [illegible] *cum aqua vit.* [illegible] *tum.* Curatio. Semicupia & fomenta anodyna.

Apponuntur & sacculi e [illegible] auena & [illegible] cum vini albi tantillo calide sapia B [illegible] Litus carminatius.

Sacculorum loco [illegible] vesicas bubulas [illegible] ut [illegible] *bal. rosol.* [illegible] *calamenth.* [illegible] *ol. rut. an.* [illegible] nequeat. [illegible] *an.* [illegible] cerati [illegible] Auicenna [illegible] carminatiuum [illegible] nouo. In colica clysterū quantitas minor esse debeat.

Ægri [illegible] boni succi, & coctu facilibus [illegible], in quibus [illegible] ouorum vitelli, crocus, & herbæ calefacientes, cū nuce moschata. Bibat vinum generosum, [illegible] hypocraticum, ex vino generoso mixtum vt sic incalescant ventriculus & intestina [illegible] Galeni sententia, *Om[illegible] caloris infirmi est soboles.* Quod si dolor perseueret, applicanda est vn[illegible] ad roborandos & dissipandos flatus: constringenda aluus validis & latis fasciis, ad robo[illegible] C [illegible] & depellendam flatuum materiam. Id remedium ab ipsa natura edo[illegible] adhibent ægri, [illegible] manibus aluum in doloris acerbitate comprimunt. Quod [illegible] quidem do[illegible] ad ea medicamenta, quæ occulta operantur proprietate, vt intestinum lupi [illegible] in pollinem redacta vtiliter cum vino propinatur. Remedia a proprietate.

Colica vero biliosa [illegible] contraria remedia [illegible] phlebotomiam [illegible] ex diacatholicone & cassia dissolutis in decocto hordei: clysteres [illegible]. Auicenna præscribit narcotica, quia [illegible] causæ morbificæ calidæ & [illegible] sunt pilulæ de Philonio. [illegible] & pilulæ [illegible] & balnea ex aqua dulci, in qua coxerint malua, bismalua, violaria, flores [illegible] ad corrigendam biliosorum & calidorum humorum, vnde morbi & [illegible]. Colica biliosa curatio.

Quæ huic similis à pituita salsa, acri, crassa, & viscida fit affectio colica, curatur attenuato prius [illegible] & appositis, ex docti Medici [illegible]. Curatio colica a pituita salsa acri & viscida.

D At [illegible] suppressione, & intestinorum reduplicatione, curat Auicenna [illegible], quod [illegible] cum anetho, pulegio, & [illegible] dicitur, qui [illegible] *cum aqua* [illegible]. At [illegible] diebus ex [illegible], centaurio & [illegible] Marianus Sanctus [illegible], [illegible] *cum sola aqua* argenti viui [illegible] hydrargyros, [illegible] duplicatum ac [illegible] intestinum [illegible] reduplicationi causam præbuerunt. Narrant mihi Ioannes [illegible] Germano [illegible] nobilem quendam, qui cum nullis remediorū [illegible] doloris colici acerbitate liberari posset, tandem Germani [illegible] amygdalarum dulcium sine igne extracti ℥ iiij. cum vino albo, & [illegible] glande plumbea argento viuo illita, eadem que mox ano red-[illegible] colico plane fit liberatus. Curatio colica ab induratum fecibus & intestinorum reduplicatione. Hydrargyri vsus explicando complicato intestino. Historia.

E

De Phlebotomia. CAP. LIX.

Phlebotomia *vena incisio* est, *sanguinem cum reliquis humoribus euacuans*: sic enim arteriotomia, arteriæ incisio est. Primus phlebotomiæ scopus est, sanguinis quantitate peccantis curatio: quanquam [illegible] opus est, cum [illegible] qualitate aut vtroque modo peccet, sanguinem secta vena [illegible]. Repletio, quam quantitas parit, est duplex, vna ad vires, vena non aliorqui admodum [illegible]. Hæc animos, debilesque homines reddit natura id humorum qualecunq; est, fere haud [illegible] Quid phlebotomia. Vsus.

valente.

Plethora duplex. Signa.

valente. Altera eſt ad vaſa, quæ ita dicitur comparatione ad ſanguinis copiam, quantumuis etiam vires A
alacriter ferre valeant. Per hanc repletionis ſpeciem vaſa ſæpe rumpuntur, adeo, vt æger ſanguinem
ſpuat, vomat, de naribus, vtero, hæmorrhoidibus, vlceribus fundat aut meiat. Quæ ad vires eſt reple-
tio, cognoſcitur totius corporis grauitate, & laſſitudine: quæ vero eſt ad vaſa, ipſorum diſtentione &
plenitudine. Vtraque vacuatione indiget.

Quinque mittendi ſanguinis ſcopi.

Cæterum ob quinque omnino ſcopos ſanguis ſecta vena detrahitur. Primo, ad minuendam ſan-
guinis copiam, vt in plethoricis, & his, quos etiam citra plethoram inflammatio exercet. Secundo, ad
diuertendum ſeu reuellendum, vt quando ad hæmorrhagiam e ſiniſtra nare ſiſtendam dextri brachij
vena ſecatur. Tertio, ad alliciendum & attrahendum, vt cum ſecta in malleolo ſaphena, menſes mulie-
ribus prouocamus. Quarto, ad alterationem, ſeu alterius qualitatis introductionem, vt quando in fe-
bribus acutis venam aperimus ad eum, qui in vaſis feruet, ſanguinem vacuandum, & eum, qui ſupereſt,
refrigerandum. Quinto, ad imminentes morbos præcauendum, vt quando Vere & Autumno homini-
bus ciuetæ ſputtioni, anginæ, pleuritidi, epilepſiæ, apoplexiæ, maniæ, arthritidi obnoxiis ſecta vena ſan-
guinem detrahimus, aut vulneratis ad præcauendam, quæ in metu eſt, inflammationem.

Antequam ſanguis mittatur, ſi quæ vetuſtæ fæces in inteſtinis ſubſint, blando clyſtere, ſuppoſito- B
rio aut nodulis vacuandæ ſunt, ne aliquam inde impuritatem in ſe transſumant venæ meſaraicæ.

Quibus ſanguis haud detrahendus.

Senibus niſi præſens aliqua neceſſitas cogat, ſanguis non eſt detrahendus, ne qui in ipſis languet
calor natiuus, ad extremum debilitatis deducatur, ipſorumque ſubſtantia marceſcat: neque item pueris,
exolutionis virium metu, propter ſubſtantiæ ipſorum mollitiem, & habitus raritatem. Detrahendi ſan-
guinis quantitas ex ægri viribus & morbi magnitudine expendenda eſt: itaque ſi æger debilis eſt, & ma-
gnam vacuationem morbus poſtulet, partitam ſanguinis detractionem oportebit, etiam diebus aliquot
interpoſitis. *Poſteriorem capitis partem dolenti vena in fronte ſecta prodeſt.* Ante tamen partem aqua tepida fo-
ueamus, quo cutis mollior ſit, & ſanguis maiore copia in venas trahatur. In angina tranſuerſim, quæ ſub

Quibus in affectionibus phlebotomia ſit neceſſaria.

lingua ſunt, venæ aperiri debent, nullis ceruici iniectis vinculis, ſtrangulationis metu. *In omnibus morbis,
qui ſpiritum ſeu anhelitum præcludunt, & vocem aut fandi potentiam adimunt, phlebotomia neceſſaria eſt: quemad-
modum in omnibus ex graui & alto lapſu, aut ictu contuſionibus, in apoplexia, angina, & febre ardente, etiam ſi vires
validæ non ſint, nec quantitate aut qualitate ſanguis in vitio ſit:* in febris vigore ſanguis non eſt mittendus. Ple-
rique à remotiſſimis affectæ & inflammatæ parti venis, ſanguinem detrahendum putant, quod ſic hu-
morum curſus diuertatur, ſecta contra proxima vena humores in partem affectam magis attrahantur, C
oneris & doloris incrementum facturi. Sed erroris plena eſt iſta opinio, ſecta enim vena proximâ ſem-
per partem euacuat & exonerat: nec vero ſemel affectæ partis venæ & arteriæ à me apertæ ſunt, vt ma-
nuum ac pedum in chiragra & podagra: temporum in hemicrania: quo facto ſemper ſecuta eſt dolo-

Lo. 13 meth. cap. ult.

rum ſedatio, quia vna cum detracto ſanguine arthritidis virus, feruidique ſpiritus cephalalgiæ autho-
res euacuabantur. Sic enim Galenus iubet temporum arterias ſecari fluxione magna & contumaci in o-
culos irruente aut cephalæa infeſtante.

Quæ vena ſecanda, & detrahendi inde ſanguinis ſit ars. Cap. LX.

Ægri collocatio. Frictio brachij.

PRimum eſt, vt quam optio in ſitu & ſtatu æger collocetur, nempe in lecto, ſi debilis ſit: in cathedra
vero, ſi validus: ſic tamen, vt vicinum lumen recta aperiendæ venæ affulgeat. Tum Chirurgus manu
vel linteo calente brachium fricabit, vt ſanguis copioſior in venam veniat. Tum venam ipſam paulo
ſupra deſignatum apertioni locum vinculo deligabit, & à ſubiecta parte ſanguinem ſurſum vinculum

Deligatio ante venæ ſectionem.

verſus reget: ac ſi brachium dextrum eſt, id ſiniſtra manu ſua comprehendet. Si vero ſiniſtrum dextra,
preſſa interim paulo infra futurum ſectionis locum pollice vena, ne ipſa fluctuet, & vt regeſto ſanguine D
amplius intumeſcat. Hinc vngue cuti impreſſo vulnerandum locum deſignabit, deſignatumque buty-
ro vel oleo oblinet, quo relaxetur cutis, faciliusque ſubeat ſcalpellus, ac proinde minus doloriſica ſit
ſectio: ſcalpellum pollice & indice tenebit, nec propius nec longius à mucrone, reliquis tribus digitis æ-

Cur non tã tuto baſilica & mediana ſecentur, quam cephalica.


gri brachio innitetur, quo tota manus firmior ſit, certior & minime tremula. Tum demum meliore
pro vaſis magnitudine, & contenti ſanguinis craſſitie mediocri, nonnihil obliquata, venam aperiet, vi-
tata diligenter arteria, quæ ſub baſilica; & neruo, aut bicipitis muſculi tendine, qui ſub mediana latet.
Nam quod ad cephalicam attinet, nihil eſt metuendum periculi. Detracto quod ſatis eſt, pro Medici

Deligatio poſt venam ſectam.

arbitrio, ſanguine, vinculum reſoluet, & tenui ſplenio ſuppoſita, faſcia vulneratum locum deligabit ad
ſiſtendum ſanguinem: nec arctior, nec laxior erit deligatio, ſic nempe, vt ægro libertas adſit flectendi &
extendendi brachij. Itaque dum ea fit, haud exporrectum, ſed leniter inflexum brachium ſit, alias non
eſt futura libera inflexio.

E

A *Scalpelli venæ ſecandæ idonei effigies.*



De Cucurbitulis. Cap. LXI.

APponuntur cucurbitulæ, quando præſertim materia coniuncta, & parti alicui impacta vacuanda eſt, tumq; maxime ſcarificationi poſt cucurbitulas locus eſt: quanquam etiam reuulſionis & deriuationis ergo apponuntur. Nam cum humor perennis defluit in oculos, ſcapulis cum magna flamma applicantur, ſic enim validior, & maior ſequitur attractio. Sub muliebribus etiam mammis apponuntur, ad menſes immoderatius fluentes reuellendos: femoribus vero ad eoſdem prouocandos. Demor-
B ſis præterea à venenato animante, & bubone, ac carbone peſtifero occupatis membris, ad venenum intus foras eliciendum. Nam (vt inquit Celſus) *cucurbitula, vbi inhæſit, ſi conciſa ante ſcalpello cutis eſt, ſanguinem extrahit; ſi integra eſt, ſpiritum.* Apponuntur etiam ventriculo cucurbitulæ, quādo craſſior aliquis & nebuloſus flatus inteſtinis, aut muſculorum epigaſtrii membranis concluſus, cholicum cruciatum inferens, reſoluendus eſt. Sed & hypochondriis, quando flatus in hepate, aut liene, ſubiectum viſcus in tumorem attollit, aut immoderatior per nates ſanguis fluit. Renibus quoq; & abdomini, qua parte detrurunt veteres, ad calculum, in media primave vreterum via reſtitantem, in veſicam præcipitandum. Maiores minoreſve cucurbitulæ eliguntur, pro partis & materiæ contentæ conditione. Quibus vero locis hæ propter amplitudinem apprimi nequeunt, licebit cornicula in eundem vſum aptare.

Quis cucurbitularum vſus.

Lib. 2. cap. 1.


Cornicula cucurbitula vicaria.

Cucurbitularum diuerſa magnitudinis effigies, cum exiguis in ventre foraminibus, quæ cera occluſa erunt, dum parti apprimentur. Recludentur vero, vt ſubeunte aere facilius auellantur.

C


D

E




Multi

Multi generis cornicula, cum ſcariſicatoribus, & ſcalpellis.



Cornicula, quæ ſine igne ſola ſpiritus per ſummum foramen reuocatione ex ſubiecta parte attrahunt.



C

De ſanguiſugis, & earum vſu. Cap. LXII

Hirudinum vſus.

QVibus in corporis locis cucurbitulæ & cornicula conſiſtere nequeunt, in his vt plurimum ſanguiſugę applicantur, vt ano ad venarum hæmorrhoidalium tunicam perrumpendam, oſtio vteri, gingiuis, labris, naſo, digitis. Poſtquam hirudo cruoris plena deciderit, ſi maiorem ſanguinis vacuationem morbus poſtulet, locusque affectus patiatur, apprimendæ ſunt cucurbitulæ aut cornicula, vel aliæ hirudines ſubſtituendæ. Si manu nuda tractantur hirudines, redduntur iracundiores & faſtidioſæ adeo, vt dedignētur carnes amordere. Quare linteo albo & mundo comprehendendæ, & cuti leniter ante ſcarificatæ, vel alterius animalis cruore oblitæ applicandę erunt. Sic enim auidius & plenius cum cute carnem morſu prehendent. Vt excidant, caput puluere aloes, ſale aut cinere aſpergitur. Si quis ſcire volet, quantum ſanguinis hauſerint, mox vt cutem dimiſere, conſpergantur ſale in pollinem redacto: Sic enim quicquid cruoris hauſerunt, irritatæ reuomunt. Si pluſquam capere poſſunt ſanguinis, ipſas haurire vis, caudam, dum ex amorſa carne adhuc pendent, præſcinde, ſic enim ſugendi finem non faciunt, quia quantum ſugitur, tantum effluit. Hirudo ſuctu ſuo non à parte modo ægra, cui applicatur, ſed etiam è vicinis & diſtantibus partibus attrahit: Ipſa enim dilapſa multus adhuc multo tempore ſanguis non facile ſiſtendus ſtillat, quod ex ſcarificatu poſt appreſſas cucurbitulas aut cornicula non contingit.

Vtendi modus. D

Vt hirudo excidat.

Hirudines etiam e longinquo trahere.

Si poſt dilapſam hirudinem ſanguinis ſtillicidium ſiſti nequit, dimidia faba vulneri eſt apprimenda, donec per ſe hæreat, ſic enim ſiſtitur. Vtiliter etiam linteum vſtum apponitur cum ſplenio & decenti deligatione.

FINIS LIBRI DEGIMISEXTI. E

DE AR-

A

DE ARTHRITIDE.

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

Arthritidis deſcriptio. CAP. I.

B

ARthritis *morbus eſt, articulorum ſubſtantiam occupans, & deſtruens, materia virulenta, quatuor humoribus comitata illapſu & collectione.* Arthritidis ſeu articularis morbi nomen generale eſt ad detentum quemlibet articulum: varia tamen in variis partium articulis ſpeciatim nomina ſortitur, vt quæ in maxillæ articulum irruit, Siagonagra nominatur, quia Græcis Siagon maxilla dicitur: Quæ collum, Trachelagra, quia Trachelos Græcis Ceruix eſt: Quæ ſpinam dorſi Rhachiſagra, ſpina enim dorſi Rhachis eſt. Quæ ſcapulas, Omagra, quia humeri cum ſcapula articulus Omos dicitur: Quæ iugulorum articulos, Cleiſagra, quia Cleis Clauis ſeu iugulum Græcis nuncupatur: Quæ cubitum, Pechyagra, nam Pechys Cubitus eſt: Quæ manus, Chiragra: quæ coxam, Iſchias: quæ genu, Gonagra: quæ pedes, Podagra: quia Cheir, Iſchion, Gony, & Pous, Græcis Manus, Coxa, Genu & Pes dicuntur. Vbi magna ſubeſt humorum in corpore copia, & ſedentariam vitam æger degit, non vnus aliquis, ſed omnes ſimul corporis articuli arthritide infeſtantur.

Quid arthritis.

Particulares arthritides.

C

De Arthritidis cauſis occultis. CAP. II.

HVmor, qui Arthritidem committit, non notioris naturæ eſt, aut magis effabilis, quam qui peſtem, veneream luem, aut epilepſiam facit. Eſt enim alterius plane generis & naturæ, quam is, qui phlegmones, œdematis, eryſipelatis, aut ſcirrhi author eſt: nunquam enim ad ſuppurationem peruenit, vt ait Aetius, reliquorum humorum inſtar, non tam, vt ego arbitror, quod in partes incidat exangues, quam occultæ cuiuſdam malignitatis occaſione. Adde, quod qui tumores commemoratos committunt humores, cum in partem aliquam influxerint, ne tum quidem cum in pus vertuntur, tam acres dolores cient, atq; is, qui arthritidem facit, vtpote cuius dolorifici morſus longe ſunt acriores, quam eius, qui cancrum excitat vlceratum. Præterea illi humores cum alia ex cauſa in articulos incidũt, haud vnquam in nodos abeunt, ſolus is, qui arthritidem in articulis facit, poſtquam eo illapſus fuerit, tandem in nodoſum quid ac veluti gypſeum nullis remediis expugnandum induratur. At cum partibus, per quas decurrit, minime noxius ſit, haud magis, quam materia, quæ ab inferioribus partibus ſurſum ad cerebrum irrepens epileptiam facit, ſimul atq; in articulorum ſpatia incidit, extremos dolores ciet, alias cum caloris, alias cum frigoris ſenſu. Nonnullos enim videas arthriticos, qui ſibi dolentes articulos vri
D dicunt, alii, quibus iidem quauis glacie frigidiores videantur, ſic, vt ex animi ſententia ſatis calefieri nequeant: imo videre nonnunquam licet in eodem arthritico corpore, dextræ partis articulos velut ardoribus extorreri, ſiniſtræ vero frigore torpere: vel etiam in eodem latere genu calida intemperie, pedis vero articulum frigida diuexari. Denique dierum quadam ſucceſſione intemperierum fieri ſucceſſionem, vt hodie calida, cras frigida intemperie iidem articuli laborent, vt nihil mirum eſſe debeat, ſi aduerſus eundem, eiuſdem partis & corporis morbum, nunc calida, nunc frigida a Medicis præſcribantur. Fit etiam nonnunquam, vt huius humoris malignitas, non modo remediis non cedat, ſed irritetur & efferetur potius: adeo, vt ægri ſibi longe melius eſſe dicant, non appoſitis, quam appoſitis remediis. Rebus enim omnibus rite & ex ratione factis, certis tamen periodis per paroxyſmos redit malum, ex quo ab Horatio dictum eſt:

Lib. 12. c. 12.

Arthritidis ad epilepſiã proportio.

Mira arthritidis varietas.

> *Qui cupit, aut metuit, iuuat illum ſic domus aut res,*
> *Vt lippum picta tabula, fomenta podagram.*

Lib. 1. Epiſtolarum Epiſtola 2. ad Lollium circa finem.

Certe quibus hæreditarius eſt hic morbus, non magis ex eo conualeſcere, & plane liberari poſſunt, quam quibus in nodos morbi materia concreuit. At id ſcitum eſt ex Ouidio:

E

> *Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.*

Hæ rationes perſuaſere multis, eſſe incognitam huius mali eſſentiam; virus enim quoddam occultum, & inexplicabile, tantæ malignitatis & contumaciæ authorem eſſe. Quod videtur agnouiſſe Auicenna, cum ſcribit, arthritidis ſpeciem quandam eſſe, cuius materia adeo acuta & maligna ſit, vt ſi aliquando animi irati impetu exacerbetur, ſubita morte homini necando ſufficiat. Itaque Galenus ipſe ſcribit, theriacen podagricis, arthriticiſque omnibus ex vſu eſſe: non alia, credo, ratione, quam quod deſiccat, conſumit, & obtundit huius materiam virulentam. Idem cenſet Gordonius, hoc addito, quod

Lib 3 fen. 22 tract 2 c 5.

Lib. de the. ad Piſ ca. 15.

 ante

Materia arthritidis occulta malignitatis particeps venenoſum adſtruitur.

ante theriacæ vſum, corpus præparari & præpurgari oporteat. Materia igitur arthritidis *tenuis eſt humor & virulentus non tamen contagioſus, qualitate peccans potius, quam copia, extremos dolores ciens, ideoq; humores vna cum caliginoſis & flatuoſis ſpiritibus ad influxum paratos in affectas partes incitans.* Itaque vt aſpidum, & veſparum morſus, dolores acutos cum calore, ſubito tumore, & ampullis excitat, ob humorum ſcilicet feruorem, quem venenum intulit, non ob ſimplicem continui ſolutionem, cum quotidie ſutores, ſartoreſque cernamus acu cutem, carnemque transfixos nullis eiuſmodi malignis ſymptomatibus ſubſequentibus. Sic virus arthriticum dolorum cruciatus intolerabiles inuehit, non copia, quia pleriſque arthriticis hi contingunt, nullo in articulis apparente fluxionis ſigno, ſed ſola qualitate maligna & inexplicabili, qua niſi medicamentorum oppoſitorum, aut naturæ, aut vtriuſque beneficio retuſa, dolores illi non ceſſant. A

Hiſtoria.

Terrificus paroxyſmus.

Inexplicabili illi & virulentæ materiæ arthriticæ malignitati multum lucis adferet ſequentium hiſtoriarũ commemoratio. Dum fœlicis memoriæ Rex Carolus nonus Burdigalæ eſſet, Capellano & Caſtellano Medicis Regis, Taſtæo vrbis Burdigalenſis Medico, Nicolao Lamberto, & mihi Chirurgis oblata eſt nobilis quædam mulier nata annos quadraginta, ex tumore vix ciceris magnitudinem æquante, ſub iſchii ſiniſtri parte externa, dearticulatione, perdolenter multos iam annos ægra: me præſente dolorificus eam paroxyſmus inuaſit derepente inclamare & vociferari cœpit, corpus huc illuc temere & violenter motibus & inſultibus ſupra muliebrem, imo humanam omnino naturam iactare. Caput enim inter crura condebat, pedes ſcapulis imponebat, mulierem à dæmone habitam dixiſſes. Durauit illi is paroxyſmus horæ fere quadrantem: toto illo tempore diligenter obſeruaui, num amplius ſolito pars dolens intumeſceret, num noua ſuborirétur inflammatio: ſed nihil nouum, quod quidem tactu aut viſu diſcerni poſſet, ſuperueniebat: tum cum pars illa tangebatur, mulier inclamabat altius: exacto paroxyſmo calor ingens illam habebat, totum corpus ſudore diffluebat, cum tanta laſſitudine, & membrorum omnium contractione, vt ne vel minimum quidem digitum dimouere poſſet. B

Epileptici inſultus a tactatione arthritica diſcrimen.

Epileptici inſultus ſuſpicio nulla eſſe poterat, nam ea mulier interim ſenſuum omnium miniſteriis integre vtebatur, loquebatur, ratiocinabatur, neque conuellebatur. Nec vero illa ſumptibus vllis aut diligentiæ pepercerat, quo Medicis & Chirurgis famatiſſimis morbo remedia naneiſceretur: ſagas etiam mulieres, ſortilegos, & incantatores conſuluerat, adeo nihil intentatum reliquerat, ſed mali magnitudine omnis ars ſuperata fuerat.

Hęc ego omnia cum in conſilio retuliſſem, communi omnium conſenſu in eam ſententiam itum eſt, vt dolenti loco ſeu tumori affigeretur cauterium potentiale. Id ego ipſe affixi, poſt eſcharæ lapſum defluxit valde atra & virulenta ſanies, quæ doloris omnis & morbi eiuſmodi in poſterum ceſſationem mulieri attulit. Ex quo intelligere licet tanti mali cauſam extitiſſe venenatum quoddam virus, qualitate inexplicabili nocens potius, quam quantitate: quo vi cauterii dilapſo & debellato omnis prorſum dolor conquieuit. Super ſimili prorſum malo, ſed brachium dextrum occupante, conſuluit Capellanum, Caſtellanum, & me, Aurelianæ vxor Ciſiarii reginæ, ſupplex doloris leuamen implorans: nam per paroxyſmos doloris acerbitate ſic affligebatur, vt præ impatientia, ſui immemor è feneſtris præcipitem ſe dare conaretur: cuius rei metu cuſtodes additos habebat. Simile monſtrum ſimili remedio debellandum cenſuimus, nec nos noſtra decepit opinio: nam adhibito potentiali cauterio, par omnino huius, qui & illius fuit, ſucceſſus. Ergo non à ſola articulorum imbecillitate doloris arthritici acerbitas cauſam habet: ſic enim continuus & ſemper ſibi æqualis eſſet dolor: non à ſimplicis humoris intemperie, nihil enim in reliquis, quotquot ſunt, tumoribus ſimile contingit: ſed à venenata, maligna, occulta, & inexplicabili materiæ qualitate, quo magis id mali genus ſolertem Medicum, & ſtrenuum Chirurgum deſiderat. C D

De manifeſtis Arthritidis cauſis. CAP. III.

Cauſa arthritidis primitiua prior.

QVanquam hæc, quæ de arthritidis occulta cauſa diximus, vera ſint: ſunt tamen, & vulgo aſſignantur aliæ, quarum probabilis ratio reddi poteſt, in quibus illud, de quo diximus, virus latet, & ſedem habet. Ergo vt permultorum aliorum, ſic & arthritidis tres notantur cauſæ: Primitiua, Antecedens, & coniuncta. Primitiua duplex eſt. Vna à prima origine, & vtero contracta, quæ locum habet in his, qui arthriticis parentibus gignuntur, ſi maxime dum illi concepti ſunt, arthritici hi actu erant, turgente, & in articulos ruente arthritidis materia. Eſt enim ſemen ab omnibus partibus deciduum, vt ait

Lib. de aere, loc. & aqua. Lib. 1. c. 17.

Hippocr. & eſt ab Ariſtotel. commemoratum, *lib. de generat. animal*: Quanquam ineuitabilem arthritidis neceſſitatem non continet hæc cauſa, nam vt pleraque ſanis & recte valentibus parentibus geniti, articulari tamen morbo, proprio & primario vitio capiuntur: ſic permulti ab hac morbi labe immunes viuunt, quibus tamen arthriticus pater extitit. Id beneficium & priuilegium contingere probabile eſt, ex muliebris ſeminis bonitate & vteri laudabili temperie, quorum illud ſui permixtione, hic benigno fotu virilis ſeminis vitia emendare poteſt & corrigere: alias enim ſit hæreditarius morbus, & arthriticis neceſſario generantur arthritici. ſemen enim generãtis ſequitur temperiem & complexionem, vt eſt ab Auicenna demonſtratum. Altera primitiua cauſa eſt ab inordinata diæta, in cibi præſertim, potus, exercitiorum & venereorum vſu. Denique inutilibus, quæ in corpore generantur & cumulantur, quæ tempore virulentã malignitatem acquirunt. hęc enim ſuſcitatis de ſe vaporibus caput implent, ex quo membranæ, nerui & tendines, adeoq; dearticulationes laxiores & imbecilliores redduntur. In victu peccant qui multa & diuerſi generis edulia eadem menſa ingerunt, qui potentia vina mera bibũt, qui ſtatim à cibo ſomnum ineunt, quiq; moderatis exercitiis nõ vtuntur: hinc enim plethora, vaſorum obſtructio, cruditates & excrementorum, præſertim ſeroſorum, prouentus. Quæ ſi in articulos decur- E

Li. 3. fen. 22. tract. 2. c. 5.

Altera arthritidis cauſa primitiua.

gant,

A rant, haud dubie morbum hunc ſuſcitant. Sunt enim articuli præ cæteris partibus vel natura, vel ex euentu infirmi: natura quidem, vt ſi à primo ortu laxi ſint & molles: ex euentu, vt ictu, lapſu, multo itinere, curſu ſub ſole, de frigida nocte, tormentis in equuleo, nimia venere, præſertim ſtatim à cibo: ſic enim calor exoluitur, ob eam, quæ fit in feminis effuſione, ſpirituum diſſipationem, vnde crudi humores multi, qui intempeſtiuo motu in neruos & articulos excutiuntur. Hac de cauſa ſenes, quia calore natiuo ſunt infirmiore, fere ſunt arthritici. Sed & excrementorum ſolenni vacuatione exceſſu ſolitorum, vt menſium, hæmorrhoidum, vomitus, alui fluxus, ſuppreſſio, morbum hunc acceſſit. Hinc eſt, quod Hippocratis ſententia, *Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint.* Eadem eſt ratio eorum, quibus vetera & fluentia vlcera cicatrice derepente obducta ſunt, aut varices ſectæ & curatæ, niſi cauta victus ratione excrementorum cumulari conſuetorum generationem impediant. Iam qui ex magnis & diuturnis morbis conualeſcunt, niſi natura vel arte plene & perfecte purgati fuerint, irruentibus his in articulos, quæ ex morbo relicta ſunt, arthritici fiunt, atque hæc de primitiua cauſa ſufficiant. Interna ſeu antecedens cauſa eſt, humorum crudorum redundantia, vaſorum & meatuum, qui ad articulos tendunt, amplitudo, viſcerum mandantium robur, laxitas, mollities & imbecillitas excipientium articulorum. Cauſa coniuncta eſt humor ipſe articulorum capacitatibus & cauitatibus impactus & con-

Aph. 39. ſec. 6.

Arthritidis cauſa antecedens.

Coniuncta.

B cluſus. Inutilis autem humor excretricis facultatis robore vndique propulſus, in articulos moratur citius, quia frigidæ ſunt naturæ, denſæ præterea, adeo vt ſemel eo loci impactus facile digeri & reſolui nequeat. Dolorem hic humor tum ciet propter diſtentionem, ſeu ſolutionem continui, intemperiem & præterea virus, & malignam, quam acquirit, qualitatem. Cæterum alias vnius, alias plurium humorum naturam recipit: ex quo vel phlegmonoſa, vel eryſipelatoſa, vel œdematoſa, vel mixta exiſtit arthritis. Diſtentionem dolorificam in membranis, tendinibus, ligamentis, aliiſq; corporibus, quibus articulatio compingitur, auget flatuum vna cum influentibus humoribus concurſus, & impedita transpiratione quaſi tumultus.

Doloris arthritici cauſa quenam.

Differentia arthritidis.

E qua parte in articulos decurrat Arthritidis materia. CAP. IV.

AB hepate, aut cerebro vt plurimum venit Arthritidis materia. Quæ à cerebro decurrit, pituitoſa eſt, ſeroſa, limpida, & tenuis, qualis è naribus ſtillare conſueuit, maligna & venenata qualitate imbuta. Fertur autem è cute muſculoſa & pericranio, itemq; ex eo foramine amplo, per quod ſpinalis medul-
C la, cerebri vicaria, in ſpinam propagatur per neruorum tunicas & tendines in dearticulationum ſpatia, fereq; frigida exiſtit. Quæ ab hepate eſt, per venam magnam & arterias differtas turgidaſq; diffunditur, quatuor humorum, ex quibus ſanguinis maſſa conſurgit, naturam redolens, intemperie calida ſæpius inſignita, cum malignitate arthritica. Præter hunc, qui per fluxionem fit, arthritidis modum, alius eſt, qui ex congeſtione exiſtit: quando ſcilicet articulorum concoctrix imbecillior, ſuccos ſibi tranſmiſſos aſſimilare nequit.

Qualis & quæ è cerebro defluat arthritidis materia.

A congeſtione arthritis.

Quæ ſigna ſint fluentis à cerebro humoris arthritici. CAP. V.

CVm inſtat fluxio, capitis adeſt grauitas, in ſomnum propenſio, atq; hebetudo cum extimarum eius partium dolore, tum maxime perceptibili, quando capilli mouentur: quinetiam turgidula cutis cranii muſculoſa quodam quaſi œdemate tumet: multum ſibi à ſeipſis mutati eſſe videntur ægri, propter læſas humoris malignitate animi functiones, à qua immunes non ſunt naturæ facultates, vt ventriculi cruditates, & ructus frequentes, atq; acidi teſtantur.

Quæ ſigna ſint exundantis ab hepate humoris Arthritici. CAP. VI.

EIuſmodi arthriticis calet Hypochondrion dextrum, imo interiora viſcera ardent, ſanguinis & bilis dominium adeſt, venæ ampliæ & tumentes exiſtunt, fluxio repente irruit, ſi præſertim bilis, quam
D reliquorum humorum in ſanguinis maſſa maior exiſtat copia. At ſi, vt ſæpe fit, ſanguis totus, cruditatum occaſione, in pituitam & ſeri naturam degeneret: tum continget vt ea etiam, quæ ab hepate ortum habet, arthritis pituitoſa fit, & œdematis naturam, vt illa, quæ à cerebro eſt, redoleat. Quemadmodum ſi eadem ſanguinis maſſa in melancholicum ſuccum vergit, quæ inde conſurget arthritis, ſcirrhi conditiones exprimet: quanquam vix id contingere poſſit, vt humor melancholicus propter craſſitiem, & ad motum tarditatem in articulos irruat. Sed tamen quia id ex his, quæ fieri poſſunt, non erit inutile, ſingulorum humorum ſigna, & ex illis ductas arthritidum differentias breuiter diſtinguere.

Quãdo quæ hepatis vitio fit arthritis, œdematis naturam redoleat.

Cur ab humore melancholico rara arthritis.

Quibus ſignis intelligere liceat, hunc aut illum humorem virus arthriticum comitari.

CAP. VII.

EIus rei coniecturam facere licebit ex ægri ætate, temperie, anni parte, regionis, quam incolit, conditione, diæta in victus ratione & vitæ inſtituto, doloris circa matutinum, meridianum, veſpertinum, aut nocturnum tempus exacerbatione, pulſantis, punctorii, ſeu acuti, grauiſque proprietate: ſtu-
E poris, vt in melancholica arthritide: aut pruritus, vt in ea, quam pituita ſalſa parit ſenſu: partis in catæthere, colore, (nam verbi gratia in arthritide pituitoſa, partis obſeſſæ color parum admodum à ſeipſo & vicinis naturaliter conſtitutis partibus eſt mutatus, in ſanguinea rubet, in biliosa flammeus eſt ſeu citrinus, in melancholica liuet,) calore & mole, quæ in ſanguinea & pituitoſa amplior eſt, quã in reliquis, mutatione, deniq; ex iuuantibus & lædentibus. Sunt & qui ad earum differentiarum dignotionem vrinas ægrorũ inſpici iubent, & pulſum attrectari, eaq; excrementa conſiderari, quæ in cuiuſq; natura peculiari, cumulari & fluere conſueta, nunc repente & præter conſuetudinem ſuppreſſa ſunt: Hinc etiam

Articulorũ tumor maior opinionẽ facit ſanguinea aut pituitoſa materia.

huius aut illius humoris dominantis ſigna habent. Sed amplior harum rerum cognitio ex humorum in ſingulis hominibus dominantium, & tumorum ſignis atque expoſitis eſt repetenda. Hoc tantum hic adnotandum, tatam ſemodum eſſe arthritidem, quæ a melancholico humore [illegible] exhibetur. A

De prognoſi in Arthritide inſtituenda. CAP. VIII.

Vere & Autumno frequentes eſſe arthritides.

ARthritici dolores Medicorum ſcriptis inter grauiſſimos & acutiſſimos habentur: adeo vt doloris acerbitate multi mentis moueantur & mortem optent. Periodos habent & paroxyſmos varios pro materia, & humoris, cui malignum & arthriticum illud inexplicabile virus inditur conditione. Inuadunt tamen ſæpius Vere & Autumno. *Quibus eſt hæreditaria arthritis, vix vnquam plane liberantur, quemadmodum nec quibus nodoſa euaſit:* illis enim connatum eſt, & vitæ principiis inſitum, infixumque malum: his vero gypſea materia facta eſt, adeoque nec reſolui, nec maturari habilis. *Quæ a materia frigida & pituitoſa eſt, non tam ſæuos dolorum infert cruciatus, atque ea, quæ eſt a calida, ſanguinea nempe aut biliosa.* Sed nec tam cito ſanatur, quia calida materia & tenuis promptius diſſoluitur: itaque non fere conquieſcit, niſi exacto quadrageſimo die. Sed & *partu ob ipſius ſubſtantia, quo denſior eſt & expultrix imbecillior, eo dolor diuturnior.* Hinc qui genu, calcem, & iſchion occupant arthritici dolores, ſunt contumaciores. *Quæ a materia calida eſt arthritis, non ante decimum quartum, aut etiam viceſimum diem quieſcit. Quæ à bile eſt acris, inflammationis & doloris acerbitate dyſpnoeam, delirium, non raro & partis obſeſſæ gangrænam, tandemque mortem inuehit: ſanata vero ſæpe paralyſim ſuperſtitem relinquit. Inter dolores omnes arthriticos, iſchiadicus principatum obtinet doloris magnitudine, & ſymptomatum multitudine, ſollicitationem & vigilias infert, febrem, luxationem, clauditatem perpetuam, & totius cruris, imo & ſæpe totius corporis emaciationem.* Claudiltas vero & emaciatio ex eo veniunt, quod decurrens humor caput femoris iſchii cauitate depulit, depulſum id comprimit muſculos, venas, arterias, & inſignem illum craſſumque neruum, qui ſecundum femur ad extremos digitorum articulos defertur, & in ipſa via per muſculos totius cruris varie diſpergitur. Ergo quia caput femoris ſuo loco motum eſt, claudicare æger cogitur, quia vaſa & nerui comprimuntur, alimentum, ſpiritusque non libere influunt in ſubiectas partes, vnde emaciatio. Fit tamen non raro, vt femoris capite nunime elocato, pleriique claudicent, quia qui à natura eo loci inſitus eſt, & quotidie afflat humor viſcidus, tum ad earum partium nutritionem, tum ad lubricandam dearticulationem, expeditioris motus gratia, calore & otio indurantur: reliqui vero inutiles, qui influxerunt, humores concreſcunt, neque mouendi libertatem intercipiunt. Idem facit humor craſſus ac viſcidus, in quemcunque articulum inciderit, & motum fecerit: concretione etiam in gypſeam naturam verſus pedum manuumque articulos cauitatibus ipſorum occupatis denotat, totum quem partim ſignat, corrumpit, pro recta & plana, curuam, nodiſque multiplicibus tuberoſam reddens. Intemperies præterea omnis, quam humorum facit decubitus [illegible] ſtra, actiones omnes deprauat, ſæpe & abolet omnino. vt emaciationis artuum ab arthritide tres ſunt cauſæ, vaſorum obſtructio ſeu compreſſio, ignauia, & intemperies hectica: clauditatis vero duplex, luxatio, & [illegible] humoris concretio. *Si præter rationem, [illegible] ſolita periodo arthritici dolores non moueantur & redeant, ſæuiorum & letalium morborum concitatio inſequitur:* materia enim in articulos decurrere ſolita, ſi in iecoris ſubſtantiam irruat, phlegmonem parit: ſi in maioribus venis conſiſtat, febrem continuam: ſi in membranam coſtas ſuccingentem, pleuritidem: ſi ad inteſtina ſe applicet, eorumque tunicis adhæreſcat, colicum dolorem, aut ileum: alia denique varia ſymptomata, pro partis, in quam ingruerit & conſtiterit, conditione facit. Sic enim quidam arthritici fiunt paralytici, quia materia, quæ ante in articulos decurrebat, in neruorum ſubſtantia & poris conſiſtit, impeditque, quo minus ſpiritus eo ſubire per ipſos ſubire poſſit, huic ergo parti, in quam inſeritur neruus, reſolutio. *Senes nunquam ab arthritide liberari poſſunt,* quia ſanguinis ipſorum maſſa, à naturæ primitiuæ bonitate ſic deſciuit, vt nunquam magis reſtitui poſſit, quam vinum vappidum & acidum. *Quæ a materia frigida ſuſcitatur arthritis, ſenſim inuadit, & calidorum vſu iuuatur: quæ à calida, repente apparet, & frigidorum vſu leuatur.* Etſi vero Vere & Autumno frequentius repetat arthritis, tamen media hyeme, frigoris [illegible] ſa debilitatis neruis, & expreſſis humoribus, aliàs media æſtate ijſdem fuſis liquatiſque, ſuperuenit. Denique quauis anni parte & cœli conditione, ſi qui huic morbo obnoxii ſunt, genio indulgeant, & pro animi ſui libidine omnia agant. *Arthritici tempeſtates, procellas, pluuias, niues, ventos, omnesque aeris mutationes præſentiunt.* Auſtrina enim, verbi gratia, cœli conſtitutio, quia corpora humiditatibus replet, humoresque in corporibus reſides exagitat, ideo fluxiones in partes imbecilliores, cuiuſmodi ſunt articuli, tum natura, quia exangues, & excarnes, tum & ex euentu, quia doloribus à multo tempore vexati ſoliti, concitantur: itaque vdo cœlo dolores illis exacerbantur. Horum plærique venerem in ipſa doloris acerbitate appetunt, quia internus ardor quo tunc æſtuant, haud equidem in ſpiritus & auras digerit vt calor febrilis, ſed fundit, liquatque ſeminalem humorem qui ſtatus ad genitalia deſcendit, & ipſa implet, inſtigatque. Idem veteranis, idem equitibus curſoribus accidit, his enim a labore calor multus flatus demittit ad ima ventris. *Venus tamen valde arthriticis eſt noxia,* quia ſpirituum & caloris naturalis facit diſſipationem, atque incrementum caloris peregrini: ex quibus contingit, vt neruoſum genus infirmetur, dolor vero exaſperetur. *Diuites, id eſt, qui regiſice luxu inſtructis epulis veſcuntur, & interim otioſi ſunt, crebrius, ſæuiuſque arthritide tentantur, quam pauperes, qui parce ac duriter viuunt.* Itaque viſi ſunt eiuſmodi diuitum non pauci, qui rebus omnibus abſumptis, cum fortuna, & dextra valetudinis mutationem ſubierunt, & arthritidis morbo plane liberati ſunt.

Qui materia frigida & pituitoſa arthritis, minus ſæua: [margin: *Quæ arthritis minus ſæua.*]

Gal. ad aph. 49 ſect. 6.

A bile arthritis maligna & lethalis.

Cur ob iſchiadem clauditas & emaciatio.

Cur femoris articulo non elocato, claudicatio quando contingat.

Tres emaciationis artuum cauſæ.

Duæ clauditatis.

Arthritis in veterata ſi præter rationem ſtata periodo non repetat, lethalis.

Quæ arthritis mutetur in paralyſim.

Cur hyeme & media æſtate arthritis inuadat paroxyſmus.

Cur æſtu arthritici venerem plerumque appetant.

Venus noxia arthriticis.

B C D E

Quæ ſit generalis methodus præcauendæ & curandæ arthritidis. CAP. IX.

Aph. 30. ſect. 6.

EOs, qui ſibi ab arthritide cauere volunt, decet non ſatiari cibis, impigros eſſe ad labores, vino & venere abſtinere, aut certe his niſi ad ſanitatē non vti, vomere, & purgari ex interuallis. Scribit Hipp.

pueros

A *pueros podagra non laborare ante venereorum vſum.* Hodie tamen plærique eunuchii viſuntur podagrici, ſed hi maxime, qui otio & delicijs diffluunt, quanquam non ad præcautionem modo, ſed & ad præſentis morbi curationem, hæc, quæ commemorata ſunt, magnas vires habent. In primis tamen diſtinguere cauſas oportet, quæ ſint & vnde veniant, atque his vt ſingulæ erunt, & quantitate aut qualitate virium facient, remedia contraria opponere. Sunt omnino tres arthritidis diſtinctæ cauſæ; Contractum a parentibus vitium; humorum à diæta & ſpiritu corruptio: articulorum natiua aut aduentitia imbecillitas. Aduerſus has duplex eſt indicatio: prima peccantium humorum euacuatio & alteratio, altera infirmorum articulorum corroboratio. Fient hæc duo diæta conuenienter inſtituta, catharſi, phlebotomia, hæmorrhoidum, menſium, vomitus, ſudorum, vrinarum prouocatione, & localium remediorum debita appoſitione. Ergo cum inſtabit tempus, quo periodice redire conſueuit arthritis, cauebit ſibi æger cauta victus ratione, malo ſubtrahet materiam phlebotomia (ſiquidem à ſanguine fuerit arthritis) de parte oppoſita, vt eadem opera reuulſio fiat & vacuatio: vt ſi partes ſuperiores inflammatæ ſint, mittetur ſanguis ex inferioribus: ſi contra inferiores, ex ſuperioribus, ſeruata ſemper fibrarum rectitudine. Sic brachio dextro arthritica inflammatione obſeſſo, aperietur ſaphena cruris dextri, & contra. Quod ſi vniuerſali hac ſanguinis detractione præmiſſa, dolor non quieuerit, tum proximum dolori venam ſecare oportebit, quod plurìes à me tactum ſucceſſit fœliciſſime. Non habet tamen phlebotomia parem vim apud omnes, non enim ea vtilis eſt his, qui continuis & ſine periodo conficiuntur arthriticis doloribus, quibus corpus eſt debile & frigidum, quibus pituita ſola in vitio eſt. Eadem eſt ratio catharſeos, hæc enim etſi ſæpe ſit neceſſaria crebrius tamen repetita nocet: quin neque vtrumque id remedium admodum vtile eſſe ſolet his, qui in cibo & potu nullam legem tenent, qui venere vtuntur intemperantius, quibus crudorum & contumacium humorum copia adeſt: quorum articuli diuturna morbi afflictione, hecticam contraxerunt intemperiem & debilitatem, ſic vt à naturali conſtitutione ſua deciderint, & propriæ ſubſtantiæ magnam mutationem ſubierint. Quare quoties maiora illa remedia vſurpanda erunt aduocabitur Medicus, qui pro arbitrio ſuo de his ſtatuat Sæpe enim plus diæta, quam medicamentis proficitur. Vinum igitur, ſi præſertim calida ſit arthriticis materia, vel omnino non deguſtabit æger, vel certe quam dilutiſſimum, quantum ſcilicet conſuetudo & ventriculi conſtitutio ferre poterit. Purgationi phlebotomiæque tempus idoneum eſt vernum, & autumnale, quia Hippocratis ſententia his potiſſimum temporibus cientur arthritides, autumno quidem quia præcedentis æſtatis ardo-

C res, diſſipato calore natiuo, coctricem facultatem debilitarunt; fructuum horariorum eius humorum crudorum copiam cumulauit in corpore, qui in articulorum ductus æſtiuo calore reſeratos & dilatatos facile decurrunt: adde, quod Autumni inæqualitas, totum neruoſum genus, ipſoſq, adeo articulos valde debilitat; Vere vero, quia humores hyemis frigore intro compulſi, à centro ad corporis circûferentiam euocantur, attenuatique in articulos leui ex occaſione irruũt. Itaque tum vacuandi magna & neceſſitas eſt ſimul & opportunitas, quam qui ſecutus fuerit, arthriticam periodum ſi non interceperit, ſaltem longe leuiorem & breuiorem reddiderit

Scopi duo generales curandæ arthritidis.

Vnde ſanguis mittendus in arthritide.

Quibus arthriticis noceat phlebotomia

Quibus etiam purgatio.

In qua arthritide plus proſit diæta quam medicamenta.

Aph. 55. ſe. 6.

De Vomitu. CAP. X.

VEteres omnes in huius morbi non præcautione modo, ſed & curatione vomitum valde commendarunt, quando præſertim à cerebro & ventriculo veniret materia, vomitu enim fit excluſio & diuerſio humorum pituitoſorum, ſeroſorum, & biliosorum, quibus vt plurimum ad articulos excurſus eſt, eius præterea pituitæ, quæ craſſior & viſcidior ventriculi tunicis adhæret, attenuatio: videndum tamen ne thorace & cerebro debilioribus ſit æger: nam in hoc caſu ſuſpectus vomitus eſſe ſolet. Quod ad

D tempus attinet, his ante paſtum vomendum eſt, quibus quauis ex occaſione, exercitio & nota excrementitij humores in ventriculum deſtillant, contra qui veteri humorum congeſtione grauantur, hi poſt paſtum vomere debent. Certe paſtis quam ieiunis tutior eſt vomitus. Siccus enim ventriculus non niſi magna & prægrandi contentione expedit ſe viſcidis humoribus tunicis ſuis impactis, hinc vero periculum non leue imminet ruptionis venæ aut arteriæ in thorace, aut pulmonibus: ſi præſertim thorax anguſtior ſit, & longa proceraque ceruix, ſi frigus viget, & æger tali vacuationi non aſſueuerit. Memini hoc remedij genere curatum & perſanatum à me nobilem quendam Ligurem, dolore acutiſſimo in humeri cum ſcapula dearticulatione grauiter diuexatum, eaque occaſione totius brachij ſiniſtri impotentem, nihil reliqui feciſſe videbantur Medici & Chirurgi Lugdunenſes, quo eum ſanarent. Nam catharſi phlebotomia, fame, potione ex guaiaci & Chinæ decocto, etſi ex lue venerea minime id contractum eſſet malum, varijs topicis ipſi prouiderant, neque tamen quicquam profecerant. Cum vero ex ipſo reſciuiſſem, difficilem illi eſſe vomitum, conſului, vt diſſolutius epularetur, atque multis ac diuerſis edulijs, pinguibus, cæpis, porris, potionibusq; varijs, zito, ptiſana, vino dulci, acido tanquã

E ſibi vltra ventrem ſuum eadem menſa oneraret, ac paulo poſt ſe lecto traderet: ſic enim futurum, vt tantam eſculentorum & poculentorum, quorum alia iam in vẽtriculo computruiſſent, alia ne alterata quidem eſſent, confuſionem ac perturbationem natura non ferens ventriculum ad vomitum facile & ſponte prouritaret, quo tamen etiam facilior ſuccederet vomitus, naturæ nauſeantis conatus, digito aut penna in fauces immiſſa promoueret, quo craſſius & tenacius phlegma eodem impetu excluderetur: nec ſemel hoc feciſſe contentus, ſecundo & tertio die ſubſequentibus, idem moliretur: ſic enim fit, vt, Hippocratis ſententia, primi diei reliquias ſecundus & tertius dies excludant: in reliquum vero bis in menſe vomeret, maſtichem ore ieiuno manderet, ceruicem & dolentem locum, aqua vitæ roborata, infuſis, roſemarino, lauendula, caryophyllis contuſis, perfricaret, brachium mediocri exercitio confirma-

Vomitus cur maxime arthriticis vtilis.

Qui à vomitu caueant, & quo tempore.

Hiſtoria.

Quo vomitus ſuccedat facilius.

Lib. de rat. victus.

 ret,

ret, perfecit omnia, ſicque articuli dolore & brachii debilitate pulcherrime defunctus eſt. Quibus crapula diſplicet, multam tepidam haurient decoctionis radicum raphani, cum ſemuncia oxymelitis, videbuntque ne dum ventriculum illi per vomitum excretioni aſſuefaciant, concoctricem, & eius vim retentricem labefaciant. Quare qui per naturam poterunt, ſibi & valetudini ſatis eſſe putabunt, ſi bis in menſe vomant.

Quæ ſint alia arthritidis vniuerſalia remedia. Cap. XI.

Diuretica quid valeant ad arthritidem. Pyrotica eſcharotica. Quibus locis apprimenda. Cauterium actuale. Pilula.

PEropportune ſeroſorum humorum curſus ab articulis per vrinas diureticis diuertitur. Ergo in iuſculis radices oxalidis, petroſelini, ruſci, aſparagi, graminis & ſimilia incoquentur, & arthriticis exhibebuntur: multa enim & craſſa vrina fluente dolorum remiſſionem obtinent. Multis profuerunt aperta & fluentia vlcera, admotis pyroticis excitata. His enim tanquam riuulis virus arthriticum diffluit, experientia id demonſtrat in lue venerea affectis, quibus enim non licet virus venereum proprio alexiterio, id eſt, hydrargyro expugnare, aliunde dolorum, quam ex appoſitis pyroticis maius leuamen non ſentiunt. Variis illa locis pro dolentium articulorum ſitu apprimentur, nempe ceruicis initio, ſi à cerebro fluxio fiat in clauicularum articulos aut humerorum: ſi in cubitum & manus, ſub epomide muſculo: ſi in coxam, genua, & pedes, trium ſub genu digitorum, parte interna, interuallo: ſic enim propter ſaphenæ eo loci excurſum copioſior ſequetur euacuatio. Si tamen homo ſit negotioſus, & cui multum iter in equo ſit obeundum, apprimentur illa parte externa inter duo tibiæ oſſa, quominus ipſa moleſta ſit equitatio. Si cui magis placet cauterium actuale, triangulare, id & acutum eligetur, quo celerius & indolentius, quod quærimus, perficiat; poterit tum id per laminam ferream foramine peruiam adigi, ne deerret, & circumſcriptum habeat locum quem feriat, vlcus apertum tenebitur intruſa pilula aurea, argentea, lintea ex iride hermodactylis, gentiana, cui vitrioli puluis, mercurii, aut aluminis concorporatus fuerit, ne citius, quam Medico viſum fuerit, carne repleatur. Interim caput, ſæpe mali fons, exhauriendum eſt, ſumptis hyeme pilulis cochiis, de aſſaieret: æſtate ſine quibus aut imperialibus ante plenilunium. *℞ ſpec. hieræ ſimpl. ℥ j. agar. recenter troch. & rhei an. ʒ ij. myrobal. chebul. ℥ ß. tamarind. ℈ ij. cum infuſione ſenæ. fiat maſſa, de qua formentur pilulæ vj. pro dragma*, capiat duas ante cœnam octauo quoque die: ſequenti die ſorbebit iuſculum decoctionis cicerum & radicum diureticarum.

Erunt & ſequentes pilulæ vtiles expurgando humori pituitoſo ac ſeroſo.

℞ pilular. fœtid. & de hermodact. an. ℥ ß. formentur cum ſucco vel ſyrupo roſar. ſolut. Vel, *℞ aloes ʒ iij. agarici trochiſc. & rhei an. ʒ j. maſſæ pilular. arthrit. & de hermod. an. ℈ ij. diacryd. ℈ j. cum melle roſato fiat maſſa*, capiat pondus ʒ j. vt viſum erit præſenti Medico cuius conſilio hæc vſurpabuntur, & mutabuntur pro re nata, & humoris morbum committentis ſpecie, remedia.

Pilulæ communes addito ſcamonio. Theriaca bona in arthritide.

Sequenti à purgatione die, exhibebitur ieiuno tribus ante paſtum horis, ſemidragma theriacæ ad roboranda viſcera. Præferuntur pilulæ liquidis pharmacis, quia mora ſua in ventriculo facilius ex cerebro & aliis diſtantiſſimis partibus humorem noxium attrahunt. Noui aliquot Medicos, qui pilulis communibus multo ſcamonio, vt ſeptem aut octo granis admixto, & zinzibere, ne læderetur ventriculus, magnam ſeroſi humoris vim per inferiora eliciebant: poſtera die hordeatum parabant ad corrigendam noxam, quam inurere potuerat ventriculo ſcamonium. Alii eodem conſilio theriacam exhibent, qui non modo viſcera roborat, ſed & virus arthritici mali, ſiuam qualitatem infringit, à paſtu ventriculi orificium cogendum eſt, quo vapores ad cerebrum aſcendentes inhibeantur, tragea communi, cydoniato, aut conſerua roſarum vel cotoneo, & cephalica ſuffumigia ſic:

Suffitus cephalici.

℞ thuris, vernicis & maſtich. an. ʒ j. gran. iuniperi, baccarum lauri an. vnc. ß. ligni aloes, ʒ ij. aſſæ odorat. ʒ j ß. conquaſſentur groſſo modo: excipiatur fumus ſtupis cannabinis aut bombace carminato, applicando capiti.

Sacculi cephalici.

Sed & ſequenti puluere, per quindecim fere dies ægri capite aſperſo, deſiccabuntur excrementitii humores. *℞ roſ. rub. fol. ſenæ, ſtæchad. vtriuſq. an. m ß. milii vnc. iiij. furfuris loti in vino al. o. vnc. ij. florum chamæmeli, an. p. j. ſeminis aniſi. vnc. j. ſalis com. vnc. ij. fiat omnium puluis, includatur ſacculis linteis, quibus in ſartagine ad ignem verſando concaleſactis, fricetur caput.*

Maſticatorium.

Tempore irruentis fluxionis mandetur ore, & verſetur ſequens maſticatorii forma: *℞ cubebar. nucis moſch. glycyrrh. aniſi an. ʒ j. pyrethri. ʒ ij. maſtiches, rad. ſtaphiſagriæ, eryngii an ʒ ij. in puluerem redigatur omnia, & miſceantur, & nodulis ſericis auellanæ magnitudine incluſa lingua in ore ad ſputum promouendum verſentur.* Podagricis vtiles ſunt, mane præſertim & exonerata aluo, manuum labores & brachiorum frictiones. ſic etiam non modo à pedibus reuulſio fit, ſed etiam inutilium reſolutio.

Qualis debeat eſſe arthriticis victus. Cap. XII.

Præcedentis coctionis vitia ſequentes non emendare. Cape podagræ obnoxii.

PAſto ſemel corpore, non ante ad cibum redeundum eſt, quam prioris perfecta ſit in ventriculo concoctio: ne iecur cruda adhuc & male confecta cogatur per venas meſaraicas attrahere, vel pulſi potius excipere: Vnde nutritionis per vniuerſum corpus depravatio: primæ enim coctionis vitia ſequentes non emendant. Cibi eligantur boni ſucci & coctu faciles: toſti quidem pituitoſis: elixi vero bilioſis; vt ciborum varietas ſic leguminum, lactanciorum, acidorum, & acetariorum, vt omphacii, aceti, aranciorum, & citreorum vſus vitari debet. Non accumbendum menſæ, niſi vrgente fame, vnde ſurgendum, antequam ſatietas venerit, vel hoc nomine, quod dum calor natiuus in copioſioribus alimentis ſubigendis occupatur, à noxiorum humorum mitigatione reuocatur, magnarum autem carnes, vt cygnorum, gruum, pauonum haud laudabilis ſucci ſunt, & difficilius ſubiguntur in ventriculo. Veterum nonnulli improbarunt vſum carnis caponum, & ſimilium altilium, quia podagræ ſunt obnoxii

fugi-

A fugiendi piſces, quia excrementitios humores cumulant, & facile corrumpuntur in ventriculo, imo & ipſum vſu continuo relaxant. Inter quadrupedum carnes vitulina eſt commendatiſſima, quia temperatum ſanguinem & laudabilem ſuccum gignit, ac facile coquitur. Nec interim improbanda veruecina. Cæterum non eſt par fames omnibus arthriticis imperanda, ſanguinei enim & biliosi, quia multo & multum abſumente calore præditi ſunt, copioſioribus alimentis ſunt reficiendi: fames enim bilem acuit, itaque dolores exacerbat: neque interim humidis nimium ſunt alendi, humiditas namque nimia præterquam quod putredinis author eſt, fluxiones ciet, & materias in articulos deducit. Itaque bilioſis humor ſumptis, admotiſque incraſſandus eſt & refrigerandus, ne tenuitate ſua in partes dolentes ruat. Ex vſu igitur erunt iuſcula, lactuca, portulaca, acetoſa, & ſimilibus herbis ſaporata: & hordeata in quatuor ſeminum frigidorum decocto parata. Pituitoſi, quia calore ſunt non ita vegeto, ſuum velut ſecum circumferunt alimentum: itaque nec multis nec humidis cibis ſunt alendi. Omnibus vero arthriticis ea fugienda ſunt, quæ difficile coquuntur, & facile corrumpuntur, eos enim omnes habet lenta quædam febris, quæ calorem natiuum minuit, & alimenta ad putrendum habilia reddit. Copioſior non modo vini, ſed & cuiuſuis alterius liquoris potus fugiendus eſt. Nam ab humoris maiore copia natant cibi in ventriculo, & calor natiuus reſtringitur quodammodo, vnde cruditatum prouentus. Quidam Medici commendant vſum vini albi, quia vrinas ciet: quod non eſt omnino improbandum, modo corpus vacet excrementis: alias hoc tanquam vehiculo, ſi præſertim corporis paulo calidior ſit temperatura, in articulos deferentur. Itaque in tali caſu mallem rubellum debile & adſtringens, quod ſcilicet nec caput nec articulos tentet, & vaſorum orificia cogat ac contineat. Satius tamen foret penitus abſtinere, & eius loco hydromel bibere hac forma: ℞. *aquæ* ℔ *iiij. mellis optimi q. j. bulliant ad conſumptionem* ℔ *j. vnius, leue des. ſpumando, addendo ad finem ſaluiæ. p. j. imo ſi æger ſit pituitoſus, cinamomi aut caryophyllorum momentum.* Bilioſis parabitur hydroſachara hac forma: ℞. *aquæ fontis* ℔ *iiij. ſacchari* ℔ *ß. colentur per manicam. ſine ebullitione addendo in fine cinamomi.* ʒ *ij.* Sic enim ſimul roborabitur ventriculus. Licebit etiam ptiſanam bibere, in qua ſub coctionis finem bullierint roſæ ſiccæ, aut ſyrupus de granatis, ne vileſcat in ventriculo, vbi primum ab igne fuerit ſemota, curandum, vt reſidat, moxque per manicam aut mundum linteum coletur.

Bilioſos non facile ferre inediam.

Pituitoſos per inediam ſuo ſucco viuere.

Vinum album non eſſe vtile arthriticis.

Rubellum tutius bibi.
Hydromel tutiſſime.
Hydroſachara.
Quid impendeat aquam aut ptiſanam bileſcere in ventriculo.

C

Qua arte roborandi ſint articuli. CAP. XIII.

AD huius mali præcautionem magnum eſt in roborandis articulis momentum, quo irruentibus præter naturam humoribus reſiſtere poſſint. Itaque eos mane & veſperi vtile eſt perfricare oleo omphacino ex olea nondum matura parato, vel ex oleo roſato concorporato vna ſale communi tenuiſſime trito. Poterit etiam admiſceri oleo communi, addita ſcobe cornu cerui, vt cui reſiccandi & adſtringendi vis inſit. Lotiones etiam ex ſequenti lixiuio vtiles cenſentur: ℞. *corticum granat. nucum cupreſſi, gallarum, ſumach. corticu quercini an. vnc. ij. ſalis com. aluminis rochæ an. vnc. j. ſaluiæ, roriſmarini, lauendulæ, lauri, iuæ arthriticæ. an. m. j. roſar. rub. m. ß. bulliant omnia in ſex libris vini craſſi & adſtringentis & lixiuio parato ex aqua chalybeata & cinere querno,* inde inſtituentur fotus cum ſpongiis vel filtris, à fotu partes diligenter abſtergendæ & reſiccandæ ſunt linteis calidis, vitato frigore. Sinellarum viridium ſuccus cum oxycrato temperatus, ſingulare eſt ad hanc rem præſidium.

Quid oleum omphacinũ.

Fotus roborandis articulis vtiles.

Sinellarum ſuccus cum oxycrato.

Quod ſi a cauſa frigida debilitatis articulis robur quæritur: ℞. *ſaluiæ, roriſmar. thymi, lauendulæ, lauri, abſinthii. an. m. j. caryophyllor. zinzibe. & piperis conquaſſatorum an. vnc. j. infundantur in aqua vitæ & vini rubri adſtringentis an.* ℔ *iiij. bulliant leniter in balneo mariæ,* ex eo liquore foueantur articuli mane & veſperi.

D Vuas etiam in cuppis, vindemiarũ tempore calcare, putant ad roborandos articulos valere; quod ſi præſtare non poterit, fouebit pedes muſto adhuc feruente.

Parantur eodem conſilio in hunc, qui ſequitur, modum ſacculi. ℞. *ſalis com. aluminis rochæ, corticum granat. ſumach. berberis, nucum cupreſſ. an. vnc. iiij. fol. ſaluiæ, roriſmar. roſar. rub. an. m. ß. includantur omnia ſacculis linteis, & bulliant ſimul cum lixiuio, fiat decoctio pro fotu articulorum.*

Sacculi.

De arthritidis cura, quam Palliatiuam dicunt, & cauſarum arthritidis materialium.

CAP. XIIII.

HAbenda & hic quoque ratio cauſarum, ex quibus fit hic morbus; temperiei corporum, quæ affligit; partium, quibus inſidet, & earum, vnde venit. Vt enim hæc haud ſemper ſimilia ſunt, ſic nec vnũ in omni arthritide & ſimile remedium eſſe poteſt. Primum enim, quæ ex materia frigida fiunt, alia remedia poſtulant, quam quæ ex calida: & quæ ex ſimplici vno aliquo humore, quam quæ ex pluribus commixtis & compoſitis. Bilis enim ſolitaria acutos dolores ciet: at admixtione pituitæ temperata, leniores. Iam alia initus, alia incremento, aliis alia temporibus remedia conueniunt. Nec verò in

E iſchiade, vt in podagra & aliis aliorum artuum arthritidibus licet vti repellentibus: niſi forte horrenda aliqua adſit inflammatio. His in mentem reuocatis animaduertendum, quod eius arthritidis, quæ penitus profligari nequit, cuiuſmodi eſt hæreditaria & inueterata, cura, quam Fucatam ſeu Palliatiuam dicunt, quatuor ſcopis continetur. Primus eſt de diæta conuenienter inſtituenda, ſecundum ſex illas res, quas non naturales vocant: Secundus de euacuanda & diuertenda antecedente materia, tum purgantibus, tum phlebotomia: Tertius de topicis pro humoris morbifici conditione, & partis natura apponendis. Quartus de corrigendis accidentibus, præſertim vero dolore, cuius per hos affectus tanta ſæpe eſt acerbitas, propter virulentæ qualitatis humori coniunctæ inexplicabilem & expugnabilem qualitatem, vt ipſa per ſe necando ægro ſæpe ſufficiat. Et quoniam cauſarum morbificarum varietas, remediorum in hos quatuor ſcopos collatorum parit varietatem, ideo in cauſarum

Scopi curando.

Num in iſchiade vtendum repellentibus.

Cura palliatiua quatuor ſcopis continetur.

 diſtin-

A iuuantibus ſumptū argumentū non eſſe ſemper certum.

Qui frigido morbo frigidis & calido calidis iuuare poſſunt.

Primum ergo id eſt, quod imponit Medico in dignoſcendis & diſtinguendis cauſis morbificis.

diſtinctione attentiſſimum Medicum eſſe oportet. Illi enim & aliam pro alia [illegible] ſe eſt [illegible] enim à materia frigida dolores, à narcoticis frigidiſque remediis impoſitis [illegible] dolorem [illegible] cere poſſunt cauſæ materiæ calidæ, quanquam non [illegible] cauſæ contrariæ [illegible] ſed quia ſenſum, ſtupore inducto, deſtruunt: contra videre non tamquam p[illegible] ca[illegible] materialis calida, quæ tamen [illegible] quod ſcilicet [illegible] pe[illegible] iuuantibus ſumpto argumento, quod contraria [illegible] contrarijs [illegible] uentur. Sed in eo error eſt, quod non contrarietate, [illegible] ctione, in tenues auras diſſipando, remedia calida proſunt [illegible] intelligere licet, tum [illegible] iuuantibus & lædentibus argumentum fallax eſſe: quin etiam contingere poteſt, vt [illegible] magna copia à cerebro decurrens, ingentes dolores [illegible] & biliosi humoris exiguam portiunculam, quæ vehiculi [illegible] in articulos deducit: vnde ex rum partium calor & inflammatio à [illegible] caus[illegible] & calid[illegible] facile, vt credant, materiam calidam [illegible] Iam quando non vnus aliquis ſimplex, ſed admixtione multiplex humor [illegible] imponere poteſt partis color citrinus, quaſi à ſola bile mala materia exiſteret, quæ tenuitate [illegible] corporis ſeu partis circumferentiam facile occupat, & tamen multa pituita, pauca bile [illegible] morbi materia eſt præcipua, nocturnis forte exacerbationibus [illegible] Augere etiam poteſt conceptam
2 de bile opinionem, doloris & vigiliarum occaſio [illegible] humores [illegible] & liquefa-ctiones in articulos impellit, vrinasque flammeas, multi [illegible] pulſum incitatum facit: & nihilo-
3 tamen Medicus, ſi his tanquam præſtigijs deceptus [illegible] à calida & non à frigida
4 cauſa natam curare aggrediatur, quanquam non [illegible] morbi curam, ſymptomatum correctioni eſſe poſthabendam [illegible] caliditatis, interim vero nulla eius in cute & parti laborantis [illegible] ſigna ex colore appareant [illegible] ambientis aeris frigus & impoſitorum narcoticorum vis, ſubter totum [illegible] colorem [illegible] velut appin-
5 xerint. Contingit etiam, vt corpore humorum craſſorum & viſcidorum [illegible] onerato, portionem eius aliquam natura [illegible] in articulos deponat, reliquam vero in viſceris alicuius cauo relinquat,
6 vbi obſtructionem & putredinem faciens, febrem mox accendat intermittentem quidem, ſi pauca ea ſit & minores tantum, [illegible] venas intereat. Tum igitur non ſatis eſt expertum eſſe Medicum in arthritidis curatione, ſed multo magis attendere ipſum oportet, ad febris prolegomena, quæ ſi continua ſit, dedecus Medico, [illegible] vero periculum creat: intermittens, [illegible] in continuam degenerat, niſi accommodatis remedijs [illegible] neu penitus blande ſubducta [illegible] moxque validiori cathartico, [illegible] humorum onere natura expediatur [illegible] tet eſſe catharticum, quia [illegible] humores quidem concitabit, ſed [illegible] vero in dolentes & debiles articulos trahent, & arthritidis incrementum faciet [illegible] ſit fallax ea coniectura, quæ vno ſigno nititur, quoties de cauſis morbificis [illegible] Itaque certam eam demum videri de morbi materia ſententiam, quæ [illegible] rum ſcilicet, à colore partis, calore aut frigore, tactu manifeſto, [illegible] argumento, ægro familiari & conſueto diæta, temperie, ætate, regione, anni tempeſtate, doloris, proprietate, dierum & in diebus horarum exacerbatione, exacerbationis diuturnitate, vrinis & alijs, quæ ab ægro corpore manant, excrementis. Cæterum [illegible] hæreti, vt patent in arthritide neque purgandum, neque ſanguinem eſſe [illegible] minuenda hic nobis ea [illegible] eſt. Nam cum Medicina eorum, quæ deſunt, additio ſit, & eorum quæ ſuperſunt, detractio, arthritis autem [illegible] qui in humorum turgentium copia eſſentiam habeat, [illegible] quæ catharſi & phlebotomia ſit, detractionem, non eius, nec doloris, quippe [illegible] eſt, ipſe eſſe poteſt curatio. Mesues

Li. de affect. vbi de arthri. loquitur.

Ad aph. 23. ſect. 2.

Li. de curat. per ſang. miſſionem.

ſuo de arthritide tractatu ſcribit, arthritidem curari purgatione, non in declinatione modo exhibita, ſed etiam in ipſo morbi vigore, quod nos experientia vera [illegible] didicimus: Hippocratiſque conſona ſententiæ, quæ dictat, *in doloribus per inferiora purgandum eſſe.* Sed & Galenus, in magnis inflammationibus, febribus, & doloribus, nullum maius neque præſtantius nouiſſe remedium, ſanguinis, ad animi vſq; defectionē, miſſione profitetur. Si qui ſunt qui in eiuſmodi affectibus conuenientes præſcriptam purgatione & phlebotomia non habuerint melius, ebrietatis, gulæ & [illegible] vitio id contingere. Hinc enim humorum crudorum copia congeritur, quæ ſi [illegible] minus prębet obſequentem. Itaque intemperantes & gulæ ac veneri dediti arthritici, nullum ex remediorum vſu ſanitatis fructum ſperare poſſunt.

Cathartica cur arthritidi debeāt exhiberi valida.

Id demum certum indicium eſſe, quod ſignorum nititur conſenſu.

Cur in arthritide vel eandem catharſis & phlebotomia

De topicis, quæ ad frigidam arthritidem adhibentur. CAP. XV.

Niſi præmiſſa purgatione non eſſe tutum in arthritide vti repellentibus.

Ad ſtringens cataplaſma. Fotus digerens.

PArum admodum topica proſunt remedia, niſi arthritici corpus [illegible] excrementitijs humoribus fuerit repurgatum: quin & *periculum eſt, ne repellentium vi, humorum [illegible] in viſcera compellatur, quæ res repentinæ mortis multis cauſa extitit.* Primo igitur loco de topicis agemus, quæ ad pituitoſam arthritidem idonea cenſentur, quia frequentior hæc eſt, quam quæ à cauſa eſt calida, per initium omni arthritide, præterquam iſchiade, vtendum eſt adſtringentibus quibus conſtringendorum ſeu roborandorum articulorum & reſiccandi, abſumendique humoris excrementitij vis inſit. Vt, ℞ *fol. ſalviæ. m. ß. nucis cupreſſi,* ℥ *iij. aluminis rochæ* ℥ *j. gummi tragacanthæ,* ℥ *iiij. mucaginis pſilij & cydon. quantum ſufficit fiat cataplaſma.* Vel ℞ *ſtercoris bubuli recentis lb. j. mellis roſ.* ℥ *iij. olei roſ. & aceti. an.* ℥ *ij. bulliant ſimul parum, fiat cataplaſma.* Vel, ℞ *olei roſ. & mirth. an* ℥ *ij. pulueris myrrhæ & aloes an.* ℥ *j. acaciæ.* ℥ *ij. ß. incorporentur cum aqua gallarum tuſtarum & fiat vnguentum.*

Nonnulli

A Nonnulli in aceti ſufficienti quantitate [illegible] coquunt ſaluiæ, florum chamæmeli, meliloti, abſynthii & ebuli an. m. ij. in decoctum calens dolentem partem demergunt, hocque remedio ſæpius repetito repelli conſumique humorum noxium, non frigidum modo, ſed & biliosum, roborari partem exploratum eſt: recentes olearum fæces impoſitæ dolorem ſedant. idem præſtant arantia ſicca in aceto elixa, tritaque & impoſita. Vel, ℞. mediani corticu vlmi ℔. ß. cauda equina ſtœchad. con olid. maioru, an. m. ß. aluminu rochæ, thuris an. ℥ iij. farinæ [illegible] ℥ v. lixiuii communis quantum ſufficit fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquidæ. Tum fere, cum intumeſcit pars, dolor remittitur, quia facultas expultrix à centro humorem depulit in partis circumferentiam, id eſt, intus foras. Sic enim dolentibus dentes dolor ceſſat, cum genæ intumeſcunt. *Partim adſtringens partim digerens.*

Poſt repellentium vſum, veniendum eſt ad ea, quæ reſoluendo ſeu digerendo humorem concluſum vacuant. Omnis enim humor [illegible] in parte aliqua conſiſtens, vacuationem efflagitat. Nec mirum videri debet, ſi primo quoque tempore haud vaneſcit digeſtus humor: habenda enim ratio pituitæ frigidæ, quæ craſſa eſt & viſcida: habenda & ratio partis ligamentoſæ, membranoſæ, & neruoſæ, adeoque denſioris, quam cæteræ partes exiſtunt; ℞. rad. bryon. ſigilli beatæ mariæ an. ℥ iiij. bulliant in lixiuio; poſtea terantur, & colentur per ſetaceum, addendo farinæ hordei & fabar. an. ℥ j. olei chama. ℥ iij. fiat cataplaſma. Vel; *Cur humor arthriticus non ſtatim euaneſcat appoſitis digerentibus.*

B ℞ far. hordei & lupin. an. ℥ iij. ſulphuris viui & ſalis com. an. ℥ j. mellis com. ℥ v. pulueris aloes & myrrhæ an. ℥ [illegible] aquæ vitæ ℥ j. cum lixiuio fiat cataplaſma. Vel, ℞ ſucci caulium rub. aceti boni an. ℥ iiij. farinæ hordei, ℥ j. ß. pulueris hermodactyl. ℥ ß. vitell. ouorum nu. iij. olei chama. ℥ iij. croci [illegible] ij. Alii radices & caules braſſicæ vrunt, cinereque miſcent cum axungia ſuilla & pulueri [illegible], medicamentum componunt. Vel: ℞. lactis vaccini ℔ ij. micæ panis albi quantum ſufficit, bulliant ſimul, addendo pulueris ſubtilis florum chama. & meliloti an. m. ß. croci [illegible] j. [illegible] ℥ iij. butyri recentis ℥ j. terebinth. ℥ ij. fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquidæ. Hoc cataplaſma non pituitoſis modo ſeu frigidis, ſed cuiuis arthritidi, quibuſuis temporibus vtiliter imponitur ad doloris leniendam acerbitatem, in quauis hominum temperie, debetque bis aut ter in die repeti. Theriaca etiam in vino diſſoluta & illita hunc dolorem dicitur ſedare. Licet eodem conſilio, emplaſtra, vnguenta, cerata, & litus præparare & imponere: emplaſtri forma talis eſſe poteſt: *Plenius digerentia. Cataplaſma ad omnẽ arthritidem quouis tempore vtile.*

℞ gummi ammoniaci, bdellii, ſtyracis an. ℥ ij. cum aceto & aqua vitæ diſſolue, & adde farinæ fœnugr. vnc. ß. olei [illegible] & anethi. an. vnc. ij. ceræ quantum ſufficit fiat emplaſtrum molle. Vel, ℞. rad. bryon. ſigilli beatæ mariæ an. vnc. v. bulliant in lixiuio complete, & colentur per ſetaceum addendo olei chama. vnc. iij. ſeui hircini vnc. iij. ceræ nouæ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum molle. Vel, ℞ gummi ammon. opopanacis galbani an. ℥ ij. diſſoluantur in aceto, poſtea colentur, addendo olei liliorum, terebinth. venetæ an. vnc. j. picis naualis & ceræ nouæ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum molle. Vel, ℞. ſucci rad. enulæ camp. & ebuli. an. vnc. iij. rad. althea ℔. ß. coquantur & colentur per ſetaceũ, addendo florum chama. melil. ſambuci roris m. & hyperici an. p. ij. nuces cupreſſi nu. iiij. oleor. chama. aneth. hyperici, lilior. de ſpica an. ℥ ij. pinguedinis anatis, gallinæ & anſeris an. ℥ ß. ranas viri les viuas nu. vj. catellos duos nuper natos, bulliant omnia ſimul in ℔ ij ß vini odoriferi, & vna aqua vitæ ad conſumptionem ſuccorum ac vini, & opium catellorum diſſolutionem & fortiter exprimantur: expreſſioni adde terebinth. vnc. iij. ceræ quantum ſufficit fiat emplaſtrum molle. Valent etiam ad reſoluendum emplaſtra de vigo, oxycroceum, de mucaginibus, de meliloto, & ſimilia mixta & liquida cum oleis & axungiis ſimilis facultatis. Vnguenti forma hæc eſto. ℞. anſerem pinguem, & imple catellis duobus detractis deme cutem, viſcera, caput & pedes. Item accipe ranas nu. x. colubros detracta cute in fruſta [illegible] nu. iij. mithridat. & theriac. an. vnc. ß. fol. ſaluiæ, roriſmar. thymi, rutæ an. m. ß. baccar. lauri & iuniperi contuſ. an. vnc. j. [illegible] nucis moſcatæ, zinziberis, caryophill. & piper. an. ℥ j. de eo, quod ſtillabit, fiat vnguentum, vel [illegible] cum cera & terebinth. veneta pauca aqua vitæ addita, mirum arthriticos dolores ſedat à cauſa frigida ſubortos. *Emplaſtra digerentia.*

C

D ℞ gummi pini & ladani an. vnc. iiij. gummi elemi & picis naual. an. ℥ j ß. terebinth. venetæ claræ ℥ vj. olei chamæmel. & lilior. an. vnc. iij. vini rub. ℔ j. ß. aquæ vitæ & ſaluiæ an. ℥ vj. diſſoluantur omnia ſimul lento igne, baculo ſemper agitando: deinde adde pulueris trium flor. baccar. lauri & hermodactyl. an. vnc. ij ß. maſtiches, myrrhæ & olibani an. vnc. ij. farinæ fabar. vnc. iiij. incorporentur omnia ſimul, fiat vnguentum molle. Vel, *Vnguentum.*

℞ mucag. ſeminis fœnugr. in aceto extractæ quantum volueris, cui miſce mellis quantum ſufficit, coquantur ſimul, donec vnguenti ſpiſſitudinem acquirant. Mutentur hæc, quoties opus videbitur.

Hic etiam ad reſoluendum valent fotus anodyni & digerentes. ℞ fol. rutæ, ſalu. roriſm. an. m. j. florum chame. meliloti an. m. ß. vini albi & lixiuii ſarment. an. ℔ iiij. bulliant omnia ſimul pro fotu. Vel, ℞ origani, ſatureiæ, calaminthæ, ſalu. roriſm. florum chame. melil. lauendulæ, hyperici, roſar. rub. abſynth. an. m. j. bulliant cum aceto & vino, [illegible] pro fotu, quo vti licebit non in frigida modo arthritide, ſed & calida, quia reſoluit, & adſtringendo partem roborat, atque à fluxione vindicat. Curandum, vt quæ arthriticis doloribus adhibentur remedia, ſubinde mutentur. Nam in hoc morbi genere, quod paulo ante profuit, & nunc prodeſt remedium, id mox eſt nociturum. *Fotus digerentes. Subinde mutanda in arthritide eodem paroxyſmo remedia.*

Quod ſi doloris tanta contumacia eſt, vt deſcriptis remediis non cedat, oportet tum, quia extremus eſt morbus, extrema Hippocratis conſilio adhibere remedia, cuiuſmodi ſunt, quæ ſequuntur. ℞. axungiæ gallinæ, oleor. laurini, maſtic. & euphor. an. vnc. j. pului. euphor. & pyreth. an. ℥ j. fiat litus, quo quotidie fricetur pars, valde efficax eſt id remedium. Nam euphorbium & pyrethrum calefaciendo attenuãt & reſoluunt: gallinæ axungia & oleum laurinũ relaxant, maſtichinum vero partem roborat, & nouã fluxionem arcet. Fit etiã vnguentum valde anodynum ex oleo vulpino, in quo lumbrici ſeu vermes terreſtres, radix enulæ & bryoniæ bullierint, cum pauca terebinth. & cera, remollit, attenuat, & reſoluit humorem frigidum articulis impactum: ℞. ſeminis ſynapi puluerizati, & aceto acerrimo diſſoluti, vnc. iij. *Inſigniter digerens. Anodynum.*

E

mellis

Ad ſiquitur degenere. *mellis anacardini ℥ ij aqua vitæ ℥ j ſalis com. ʒ ij. miſceantur omnia ſimul & dolori imponantur.* Vel, ℞ *picis naualis* A
℥ iij tereb. venetæ ℥ ij ſulphuris viui, ſubtiliter puluerizati ℥ iij olei quantum ſufficit, liquefiant ſimul fiat emplaſtrum, extendatur ſuper alutam, relinquaturque biduum aut triduum totum in affecta parte, donec doloris leuamen percipiat æger. Sin minus, mutetur, vt ſupra dictum eſt. Imponunt nonnulli eodem conſilio vrticam Græcam, moxque aqua marina ſeu ſalſa locum abluunt. Alii fouent [illegible] aceto, in quo ſtercus columbinum coxerit ad vacuandam materiam coniunctam, [illegible] potens [illegible] eſt veſicatorium ex fermento valde acri, cantharidibus, & pauca aqua vitæ confectum: ſic enim prodit ſerum malignum ac virulentum, vnde dolorum ſequitur leuamen. Sunt enim dolores quidam arthritici, qui niſi validioribus quam ſit inter partes ipſa, remediis tolli aut minui nequeant, quæ veſicatoria [illegible] non debent, cum etiam in hoc affectu ferrum ignitum veteres laudauerint, vt dicemus poſtea Chriſtophorus Andreas in ſua [illegible] valde commendat [illegible] ſubulum, caulium folia aut pampinis maceratum, cineribus calidis ſuppoſitum, indeque dolenti loco calide admotum.

Veſicatorium ad materiæ coniunctæ conſumptionem.

De topicis, quæ ad calidam, ſeu ſanguineam arthritidem adhibentur CAP. XVI.

Quales hic deſiderentur repellentia.

VTendum eſt hic repercutientibus initio, quæ frigida ſint & ſicca, vt vtraque qualitate cum morbifica materia pugnent, ſint etiam ad robur partis adſtringentia. Formula vero ſic particularia remedia ſemper intelligi velim. ℞ *albumina ouorum nu. iiij ſucci lactucæ & ſolani, an. ℥ j, aquæ roſ. ℥ ij. incorporentur ſimul & fiat linimentum ſæpius renouandum.* Alii farinam hordei lentium, acaciam, oleum roſaceum & myrtillorum capiunt, & cum pauco aceto cataplaſma concinnant. Vel, B

℞ *ſumach myrtillor. boli armeni an. ʒ ß acaciæ, corticum granatorum, balauſt. an. ℥ j. aquæ plantag. & roſar. an. ℥ iij olei roſati, ℥ j ß aceti. ℥ j farinæ hordei & lentium quantum ſatis erat fiat cataplaſma.* Id valde nobile & efficax ad tumores phlegmonodes & eryſipelatodes [illegible]. Licet etiam cataplaſma [illegible] ex mucilagine Cydoniorum, in aqua roſarum extracta, [illegible], oleo roſato & aceto, Vel, ℞ *pampinorum vitis viridium m. j, terantur & bulliant in oxycrato ex aqua fabrorum, adde ſumach [illegible] ℥ j olei roſati ℥ ij. farinæ hordei quantum ſufficit fiat cataplaſma.* Vel, ℞ *ſucci ſempervivi, hyoſciami & portulacæ an. ℥ iij corticum mali granati ℥ j ß farinæ hordei ℥ v. vini auſteri quantum ſufficit, fiat cataplaſma* valde commendatur id, vinum enim & corticem granatorum habet inſigniter adſtringentia, ſuccos vero inſigniter refrigerantes, [illegible] inſuper, quo ſanguineos humores in ſacie [illegible] impellat, & cataplaſmati corpus præbeat. Vel. ℞ *fol. hyoſciami & aceto, a an. m. j inuoluantur papyro, & ſub cineribus coquantur, mox cum vnguenti populeon. aut roſati. ℥ ij concorporentur, cataplaſma tepidum parti imponatur.* Vel, ℞ *florum hyoſciami ℔. ij. ponatur in phiala vitreata, & recondatur in fimo equino donec putruerint, accipe ex putredine ℥ ij in quibus diſſolue olei de iuniperi ℥ ß. fiat linimentum ad vſum.* Alii carnem [illegible] in mortario contundunt & imponunt. Vel, ℞ *mucag. ſeminis pſyllii & cydon. extracta in aqua roſar. & ſolani an. ℥ iii olei roſati omphacini ℥ iij vini granatorum. ℥ j vitell. ouorum cum albumine nu. iij camphoræ ʒ j incorporentur ſimul. fiat linimentum.* Vel, ℞ *olei roſati omphacini ℥ iij. albumina ouorum cum vitellis nu. vj ſucci plantag. & ſolani ℥ j farinæ hordei vnc. j, incorporentur ſimul, fiat cataplaſma.* Vel, C

℞ *farinæ fabar. & hordei an. vnc. iij olei roſati. vnc. j oxycrati, quantum ſufficit, coquantur ſimul, fiat cataplaſma.* Vel, ℞ *mucag. ſeminis pſyllii. vnc. iij olei roſati vnc. ij. aceti. vnc. j. vitellos ouorum nu. j croci. ʒ j miſce.*

Li. 22 ca. 25 Phlebotomia ad materiam contentam & dolorem leuandum.

Narrat Plinius, Sextum Pomponium prætorii viri patrem, Hiſpaniæ citerioris principem, cum horreis ſuis ventilandis præſideret, correptum podagræ dolore merſiſſe in triticum ſe ſuper genua, leuatumque ſiccatis pedibus mirabilem in modum, hocque poſtea remedio vſum. Notatu dignum eſt, quod ſæpe fit, vt omnino talibus remediis dolor ſedari nequeat, propter ſanguinis in parte impacti multitudinem, quare ſedat, vt vacuetur, quod multorum commodo perfeci, aperta vena, quæ in parte obſeſſa, magis tumore, & dolenti loco vicinior videbatur: extemplo enim ſedabatur dolor. Nec vero nimium diu debemus in vſu repellentium, ne ſic induretur materia, vix poſtea reſoluenda, vbi ſcilicet in nodos & calculos gypſeos concreuerit. Repercutientibus conuenienter impoſitis, ſubiungenda ſunt reſoluentia, ad diſcutiendum humorem, qui reliquus in parte hæret, de quibus *ſequenti* dicetur *capite.* D

De topicis ad biliosam arthritidem remediis. CAP. XVII.

Qualia hic deſiderentur repellentia.

FRigida & humida, quæ initio vſurpantur, repellentia, in hac arthritidis ſpecie eſſe debent, vt bilis vtrique qualitati reſiſtant, eiuſmodi ſunt folia ſolani, portulacæ, ſemperuiui, hyoſcyami, acetoſæ, plantaginis, papaueris, aqua frigida & [illegible], ex quibus variæ conſurgunt compoſitiones, vt, ℞ *ſucci. hyoſcyami, ſempervivi, lactucæ an. vnc. ij farinæ hordei vnc. j olei roſati, vnc. ij. agitando ſimul fiat medicamentum, ſæpius renouandum*: ſic enim demum ſedabit inflammationem. Remedium inſigne eſſe putant cerebrum porci tritum cum amylo aut hordei farina, & oleo roſato, ſic & maluarum folia in aqua cocta, & pyſtillo contuſa, atque impoſita ardorem ſedant.

℞ *mucag. ſeminis pſyllii extracta in aqua ſolani vel roſar. vnc. ij farinæ hordei. vnc. j. aceti quantum ſufficit fiat linimentum.* Vel,

℞ *vnguenti roſati Meſuæ, & populeo an. vnc. iij ſucci melonum. vnc. ij. albumina ouorum nu. iij. miſceantur ſimul pro litu*, ſpongia etiam in oxycrato merſa & expreſſa, impoſitaque idem præſtat. Vel, E

℞ *fol. maluæ rub. m. ij. coquantur in oxycrato, & terantur, adde ouorum vitellos, iij. olei roſati, vnc. iij farinæ hordei quantum ſufficit, fingatur cataplaſma.* Licet etiam capere ſuccum crudum caulium, ebulorum, & roſarum pyſtillo expreſſum, ex hiſque cum oleo roſato & hordei farina concorporatis fingere cataplaſma. Hyeme, quo ſcilicet tempore herbas recentes habere non licet, vſurpandum erit vnguentum Galeni refrigerans, & populeonis. Vel;

℞ *Cera*

A *℞. ceræ albæ, ℥ j. croci. ℈ j. opii ℈ iiij. olei roſati quantum ſufficit, macerentur opium & crocus in aceto, deinde terantur & incorporentur cum cera & oleo, fiat ceratum,* quod ſupra telam extenſum parti dolenti totique eius vicinæ imponatur, & ſæpius renouetur. *Ceratum cū opio.*

Quidam ranas viuas per medium ventrem diuiſas dolenti loco imponunt.

Compertum eſt multorum experimentis etiam iſchiadicos dolores cum nullis aliis remediis ceſſaſſent, ſtatim ex aqua limacum mucoſa per ſeptem aut octo dies vſurpato ſedaſſe, cuius rei fidem mihi fecit nobilis dominus à Longemello, vir rei & fidei plenus, cum ipſe totos ſex menſes iſchiade fuiſſet diuexatus: Hac arte eiuſmodi paratur aqua. *Cape limaces rubros quinquaginta aut ſexaginta, pone in olla cum ſale communi conſperge, illicque contine per diem integrum, mox per cilicium exprime, in expreſſa colatura lintea demerge imbuta que illo liquore dolenti loco impone ſæpius renouanda. Cæterum ſi magna ſubeſt inflammatio, incoquendi erunt limaces in aceto & aqua roſarum.* *Aqua limacum.*

Tradunt ad eos etiam dolores valere mala citrea aut arantia cocta in aceto & piſtillo tuſa, atque cum pauca farina hordei aut fabarum concorporata. Vel, *℞. pomorum coctorum in lacte ℔. j. butyri, ℥ j. vitel-*
B *lo ij. aceti ℥ j. fiat cataplaſma.* Sunt, qui caſeum recenter expreſſum, & pingui lactis ſubſtantia caſtratum, cum oleo roſato & farina hordei piſtillo in mortario concorporant & applicant, reprimit inflammationem & ſedat dolorem. Alii caſſiam recenter à canna extractam cum ſucco cucurbitæ aut melonum committunt. Alii ſoma caulium & ebuli aut apii vel [illegible] ſimul cum pauco aceto trita parti imponunt. Alii ſeminis lini [illegible] in zitho [illegible], [illegible] inde mucaginem cum oleo roſato & farina hordei in cataplaſma conformant. Alii oleum papauerinum [illegible] contritæ affundunt, incorporataque [illegible]. Quod ſequitur remedium, authoritatem habuit ex Vaſcone quodam Baſatenſi [illegible], [illegible] ſupra communem arthriticorum ſortem [illegible]. *[illegible] tegulam faſtigiatam magnam, [illegible] & craſſam, curatoque vt ignibus [illegible] ita vt [illegible] tegula includito, frigida tamen, [illegible] comburantur contacta, mox [illegible] impleto, vt in ipſa pars ægra citra [illegible], qua ab igne metuitur, componi [illegible]. Calorem [illegible] manantem, caloris que fructum, ſudorem, [illegible] ager hora ſpatio, ſubinde alia ebuli folia [illegible] marcuerint, ſubiecta etiam alia tegula calente, ſi prior ante exactam horam refrixerit. Hu[illegible] particulare ad laconicum per quindecim dies mane ieiuno ſtoma-* *Particulare laconicum.*
C *cho [illegible] pars [illegible] ℞. ſucci ebuli, ℔. j. ß. olei com. ℔ j. miſceantur ſimul, & [illegible] in vaſe fictili, [illegible] ſit [illegible], & tenaci luto bene obturatum, poſtea bulliant in [illegible] vaſe cum vino ad [illegible] per [illegible] horarum, refrigerentur, & ſeruentur [illegible] ad [illegible] vnctionis tempore guttæ aliquot aquæ vitæ:* inungi poterit bis aut ter in die longe à paſtu. Qu[illegible] etiam radices & folia ebuli in aqua cocta & contuſa ſedant dolorem impoſita. Idem præſtat oleum ebuli per quintam eſſentiam extractum. Quod ſi rebellis dolor [illegible] remediis ſe [illegible] nequeat, & [illegible] intolerabilis ſyncopes periculum minetur, ad narcotica erit veniendum: His enim licet partis temperies labefactetur, calor natiuus minuatur vel extinguatur potius, id tamen longe eſt [illegible], quam totum corpus doloribus conficiendum [illegible], vim habent inſignem refrigerandi & ſiccandi, ſenſum partis obtundendi, humores præterea tenues, acres, & [illegible], [illegible] ſunt bilioſi, incraſſandi. Itaque ſi quæ materia [illegible], [illegible] abſtinendum, vel certe magna cautione adhibita vtendum: *Cetrum ex ſucco ebuli.* *Quando ad narcotica veniendum.*

℞. [illegible] ℥ ij. vitellos ouorum nu. ij. opii ℥ j ſuccorum ſolani, hyoſciami, mandragoræ, portulacæ [illegible] an ℥ j. miſceantur ſimul, & imponantur, ſæpiuſque mutentur. Vel, *℞ fol. hyoſciami, cicutæ, [illegible] in oxycrato, & contundantur, cum que vitellis ouorum [illegible] nu. ij. & olei roſati.* *Cataplaſma cum opio.*
D *℥ ij farinæ hordei [illegible] incorporentur, fiat cataplaſma.* eius vſu ingentes dolores ſedari ſoleo. Vel,

℞. opii ℥ j [illegible] ℥ ß [illegible] ℥ j [illegible] ℥ ij vng. roſati Galeni ℥ iiij incorporentur ſimul in mortario, applicentur. Quin etiam inquit Hippocrates, *[illegible] & conuulſionem [illegible] larga aqua [illegible] leuat [illegible].* Nam modicum torporem ſoluit [illegible] omnibus articulorum doloribus [illegible] humores in fluxum in parte prohibet. Poma mandragoræ in lacte cocta & [illegible] Idem & folia hyoſcyami, cicutæ, lactucæ, portulacæ ſimiliter cocta: [illegible] volet, cruda & non cocta imponere debebit. Cæterum doloris [illegible] acerbitate deſiſtendum ab eiuſmodi narcoticorum vſu, quin potius roboranda pars [illegible] calidis & digerentibus [illegible] eſt, ne deſtructa eius temperie nimium debilitetur: ſicque [illegible] fluxionum generi obnoxia ſit. Quæ [illegible] digerentibus ante deſcriptis, & quæ ſequuntur remediis roborabitur. *Aphor. 25. ſect. 5.* *Narcoticorum vſu impreſſa parti noxa quo corrigenda.*

℞. gummi ammoniaci & bdellii an ℥ j. ß. ſoluantur in aceto, & paſſentur per ſetaceum, addendo ſtyracis liquidæ, & [illegible] an ℥ ß pulueris [illegible] ℥ iij. olei chamæ. ℥ ij puluer. pyrethri. ℥ ij. cum cera fiat emplaſtrum molle. Vel *℞ radicum [illegible], ebuli, althææ an ℔ ß. ſeminis lini, fænugr. an ℥ ij. ficuum ping. nu. xx. coquantur complete, &*
E *traiiciantur per ſetaceum, addendo pulueris euphor. ℥ ij. olear. chamæ. aneth. & rutacei, an. ℥ iij. medullæ cerui. ℥ iiij. fiat cataplaſma.* Modus tamen adhibendus in digerendo, ne digeſta impacti humoris tenuiori portione reliqua feculenta concreſcat in tophos quod etiam in repellendo eſt metuendum. Omiſi etiam, quod veterum ſententia ad doloris ſedationem plurimum conferunt balnea aquæ dulcis, in qua coxerint herbæ [illegible], [illegible] à leui paſta vſurpata. ſic enim demum bilioſi natura gracilibus, & quibus corporis eſt rarior textura, ſunt accommodatiora quia magis humectant, & tenues ac bilioſos adeoque acres vapores expeditius digerunt, tempore nempe balnei, apertis poris & liquatis humoribus. A balneo [illegible] corpus [illegible], ne calor natiuus exhalet, & corpus fiat infirmius. Craſſi ſucci alimenta conuenientiora ſunt, vt bubula caro, pedes veruecini & ſimilia, modo talia concoquere æger poſſit, his enim impinguatur ſanguis bilioſus, & ad fluxum redditur ineptior. *Digerentia.* *Modus in digerendo & repellendo.* *Balnea dolorem arthriticum ſedant.* *Craſſi ſucci alimenta quo vtilia.*

Qua

Quæ auxilia ſint adhibenda in articulorum doloribus ab intemperie ſolitaria ſine materia. A

Cap. XVIII.

Hiſtoria.

Fiunt etiam in articulis dolores ab intemperie ſine materia, qui etſi rari ſunt, quia tamen mihi experiri contigit, quibus aduerſum remediis vſus ſim, viſum eſt aperire. Mihi aliquando maiore animi contentione in ſtudio occupato, ideoque externas, quæ in corpus [illegible] poterant, iniurias non ſentienti, ventulus per bibliothecæ anguſta rimarum clanculum [illegible], coxam ſiniſtram perculit: tandem ſtudendo laſſus, cum primum ſurrexi progreſſurus, ſtare in pedes non potui, tanta erat doloris ſine vllo tumore aut humore, qui quidem cerni poſſet, acerbitas. Itaq. coactus ſum lecto me tradere, reuocatoque in memoriam, quod *frigus, neruis plane inimicum*, mihi dolorem illum creaſſet, depellere id tentaui frequenti linteorum calidiſſimorum appoſitione: quæ etſi contractu ſuo [illegible] partes, dolenti & perculſo loco vicinas, veſiculis inde ſurgentibus amburerent, vix tamen illic, vbi defixa erat doloris acerbitas, ſui ſenſum faciebant, tanta erat & tam firmiter fixa intemperies. Impoſui & marſupia auenæ & milio frixo plena, vinoque rubro calente imbuta, veſicas item bubulas calefacientium herbarum decocto ſemiplenas. Denique & catinum ligneum cinere calenti pene plenum, ſaluia, roſmarino, & ruta leuiter contuſis obtectum, inuolutumque linteo, quod aqua vitæ conſperſum vaporem remittebat, qui dolorem leniebat impoſitus. etiam panis ater, recens a furno extractus, & aqua roſarum aſperſus valde profuit. B Atque quo lenius inimicum illud frigus expugnarem, pedum plantis [illegible] tegulas teſtaceas aqua feruente plenas admoui, vt inde etiam cerebrum per neruorum rectitudinem & continuitatem incaleſceret, horum remediorum vi tandem contumaci illa intemperie, cum per viginti quatuor horas me detinuiſſet, præclare ſum defunctus. Aliquando ab excrementitia quadam materia, ſed tenui adeo & ſubtili, vt oculorum ſenſum fugiat, excitatur doloris arthritici alia ſpecies. Fuligo quædam eſt, accenſarum candelarum fungis, ſeu atræ illi fuligini, quæ cum ſubito ad obiectum aliquod corpus lampadum ardentium fumo cogitur & concreſcit, ſimilis: quæ e virulenti ſeri admixtione infecta, quaquauerſum peruadit, nunc in his, nunc in illis articulis extremos dolores ciens, nihil ſi exitum affectanti, aperiatur via cornuculis, cucurbitulis, veſicatoriis, cauteriis aut alia ſimili arte.

Hipp. aph. 16 ſect. 5.

Varia ad dolorem ab intemperie frigida ſine materia ortum remedia.

Fuligo, ſeu vapor arthritidis aliquando cauſa.

Quæ agenda ſint poſt exactum dolorem arthriticum. **Cap. XIX.**

Quibus omnino modis roborentur articuli. Remedia ad relictam exacto dolore in articulis imbecillitatem.

Sedato dolore, roborare articulos conuenit. Roborare autem non eſt tantum adſtringere & deſiccare, ſed omnino imbecillitatem ex morbida diſpoſitione in parte relictam emendare, nempe humorem, ſi quis reſtat ſuperfluus, diſcutere: ſi ab exhauſto & ſicco laborent articuli, humectare. C Cæterum podagricis poſtquam doloribus articulorum defuncti ſunt, ſuperſtes diu remanet incedendi impotentia, quia qui in pedibus magno numero exiſtunt nerui & tendines, multo humore pituitoſo irrigati, relaxantur, vt non magis ſe aut pedes ſuſtinere poſſint, quam papyrus madefacta. Ergo vt incedendi facultas reſtituatur, humor ille impactus omni arte diſcutiendus & exhauriendus eſt, fotu nempe, cataplaſmate, & emplaſtris deſiccantibus & adſtringentibus, vt ſequitur. Fotus quidem vſurpabitur, qui deſcriptus eſt antea, aucta quantitate aluminis & ſalis, addita ſulphuris viui pari quantitate. Inde quod ſequitur emplaſtrum veniet imponendum. ℞. *maſſ. emplaſt. contra rupturam ℥ iiij. tereb. ℥ ij. puluer. roſ. rub. nucum cupreſſ. gallar. gran. myrtil. & ſol. eius, ſem. thuris, maſtich. & caryoph. an. ℥ j. malaxentur omnia ſimul manibus inunctis oleo myrtino, & maſtichino fiat emplaſtrum*, extenſum ſuper alutam debitæ magnitudinis & latitudinis, imponatur pedum regioni ſupernæ & infernæ. Emplaſtro ſuperdanda eſt caliga ex corio canino præparato per totam crus [illegible] id emplaſtrum roborat neruos, humorem ipſis impactum exhaurit, & fluxionem intercipit. Caliga vero canina calorem partis natiuum conſeruat, & quia conſtringit, fluxionem in pedes coërcet.

Caliga ex corio canino ſ[illegible].

De Tophis, ſeu nodis, qui in arthriticorum articulis concreſcunt. **Cap. XX.** D

Tophi vnde origo.

Arthriticis quibuſdam concreſcunt in articulis nodoſa tubercula, veteribus Tophi nuncupata. His generatio eſt à pituitæ craſſæ, viſcidæ, & crudæ congeſtione, & cum pauco acri ac bilioſo humore permixtione. Reſides hæ materiæ in parte remanent, quia ab ea imbecilliore digeri & diſſipari non potuerunt: impactæ igitur in gypſeam & cretaceam quandam ſubſtantiam facile concreſcunt dum a calore peregrino & adurente, quem dolor & arthriticum virus inuexere, earum pars tenuior vaneſcit, craſſior autem velut fæx ſubſidet. quanquam his tophis gignendis aliquando etiam occaſio eſt importunus remediorum repellentium aut digerentium vſus. Nam ab illis materiæ impactæ incraſſantur & coguntur, ab his vero, eo, quod tenuius eſt, digeſto, reliquum, quod ſubſidet, concreſcit. Quæ ad remolliendam parantur medicamenta, calefaciendi & humectandi vim [illegible] prædita eſſe debent, vt materiam impactam fundere & liquefacere poſſint, cuiuſmodi eſt aqua tepida, decoctum herbarum remollientium, decoctum inteſtinorum & capitum pedumque vitulinorum & veruecinorum. Poſt hos & ſimiles fotus, vtendum eſt ſequenti medicamento ℞ *axungiæ human. anſer. & gallinæ, medul. ceruinæ an. ℥ ij. tereb. venet. ℥ j. aquæ vit. parum, ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.* Hinc quod ſequitur vtile erit: ℞. *rad. alth. lilior. bryo. lapat. acuti an. ℥ iij. coquantur complete, & traiiciantur per ſetaceum: adde gum. ammo. bdel. galb. opopanac. in aceto diſſolutorum an. ℥ j. medul. ceru. ℥ j. ß. incorporentur ſimul & applicentur.* Vel, ℞. *oleor. lilior. amygd. dul. medul. cruris ceruini, an. ℥ ij. ß. mucag. ſem. lin. alth. & fænugr. an. ℥ j. ceræ quantum ſufficit fiat ceratum.* Vel, ℞. *empl. de Vigo cum merc. & cerat. de æſypo humida deſcriptione philagrii. an. ℥ ij. malaxentur ſimul cum oleo liliorum, fiat maſſa.* Vel, ℞ *gum. ammon. opopan. galb. bdel. diſſolutorum in aceto an. ℥ ij. panno lineo colatis, adde pulu. ſulph. nitr. ſinap. pyret. an. ℥ ß. ſtyra. liq. & axung. hum. an. ℥ j. reſ. pini, tereb. venet. an. ℥ ß. ceræ quantum ſufficit, fiat ceratum molle.* E

Importunum digerentium & repellentium vſum tophos inuehere.

Remollientia.

Liquefacit & humectat.

Lib. 10 ſim. c. 7 ſe. 22 de 3 tract. 2 c. 21.

Quod

A Quod ſequitur, Galeni & Auicennæ ſententia putatur efficaciſſimum: *℞ pedes porcel. bene ſalſos nu. iiij veterem pernam cum illis coque: addendo ſub finem radicum bryoniæ, lapathi acuti, an. ʒiij axungiæ tauri, & medullæ ceruinæ, an. ℥j. cum caſeo putrefacto. fiat emplaſtrum molle ad vſum.*

Quod ſequitur, etiam efficaciſſimum eſt: *℞ caſei acris & putrefacti ℥iiij pulu. ſulph. viui, euphor. & pyre. an. ℥iiij. decoctionis veteris pernæ & porcellorum, quod ſufficit ad incorporandum, ducantur in mortario, & fiat emplaſtrum ad vſum.* Vel: *℞ ſpumæ nitri ℥ij. tereb. ℥ij olei veteris ℥viij lixiuij, quo lana pileorum lauantur & ceræ quantum ſufficit, fiat ceratum ſatis molle.*

Emplaſtra ex veteri caſeo ac perna decocto.

Poſt vſum remollientium ſuffitus fiet in hunc modum. Lapis pyrites, aut molaris, vel lateritius, ab igne candens præſto erit: in hunc conijcietur aceti acerrimi & aquæ vitæ quod ſufficit, vapor. elatus membro affecto diligenter excipietur, huic enim vis ineſt attenuandi, incidendique cretaceam, viſcidam & gypſeam materiam, imo & cutem perrumpendi: quanquam hæc ipſa ſæpe ſua ſponte nulla vi medicamentorum vel ferri diſtringitur. Denique quæ ad ſcirrhos, eadem ad arthriticos nodos, tophoſque remolliendos valent remedia.

Suffitus efficax.

Cæterum animaduertendum eſt, quod nō nunquā ſuppurantur nodoſa hæc tubercula, non qui-
B dem ab impacta & gypſeā materia, ſed à fluxione noua & de improuiſo ſuperueniente: tumque neceſſe eſt materiebus contentis viam aperire: prodit humor velut lacteus primo, tum gypſea materia: hinc relinquitur vlcus curandum impoſito emplaſtro de gratia Dei, & alijs, vt Chirurgo viſum erit.

Qui tophi aliquando ſuppurare videantur.

De flatibus articulis concluſis, & veras arthritides mentientibus, remedijſque quæ ad eos adhiberi debent.

CAP. XXI.

SÆpe paucus humor ſubeſt, qui arthriticos dolores mouet: at flatus multi admixti, in magnis præſertim articulis, vt iſchio, & genubus tantam nonnunquam diſtentionem faciunt, vt oſſium capita proprijs locis depellant. Hos ſubeſſe in parte intelligere licet ſi dolor vrget tenuius, ſine grauitatis ſenſu: ſi cum digitis tumor preſſus fuerit, cauitatis impreſſum veſtigium non retinet, vt in œdemate, ſed contra ſpiritus flatuoſus quodam quaſi renixu ſurrigitur, tanquam qui follem vento diſtentum præmeret: hinc pars ſuo fungi munere nequit, quia flatuum multitudine articuli ſpatia occupantur, ſic vt motus libertas intercepta ſit, & conſtrictum quaſi membrum teneatur. Plerique non admodum callidi ac periti Chirurgi, impoſitis huic tumorum generi digitis ſic, vt vno ſublato premerent alterum, cum ſentirent velut ſurgentem inter digitos flatum, puris iam facti & fluctuantis, vt in abſceſſibus ſolet, inundationem
C ſubeſſe rati, ferro vomicam fecerunt & aperuerunt: Sed cum nihil manaret, patuit, quantum decepti eſſent: interim tamen ſua illa temeritate multis & magnis accidentibus cauſam præbuerunt, vt dolorū incremento, humorum fluxioni, quorum impetu oſſa ſuis ſedibus elocata inemendabilem claudicatem ægris intulerunt. Cæterum vix flatuoſæ illæ arthritides ſine materia aliqua pituitoſa, quæ nec nimiū cruda ſit, nec nimium viſcida, exiſtunt. Non facile, nec primo conatu diſcutiuntur eiuſmodi flatus, propter intemperiem frigidam, quam parti conciliant, & membranarum ac ligamentorum, quibus articulatio nectitur & continetur, denſitatem, ſic vt vix quidquam eorum, quæ concluſa ſunt, per tam anguſtos poros expirare poſſit. Suſcipienda igitur curatio eſt fotibus reſoluentibus, diſcutientibus, & ſiccantibus: nempe ex decocto fœnicul. aniſ. rut. chamem. melil. ſaluiæ. roriſm. orig. calam. marrub. & ſimilium, in vino, lixiuio pauco, aceto roſ. & ſale comm. elixorum. Poſt fotum litus vſurpabitur ſequens: *℞ oleor. chamem. aneth. rut. laur. an. ℥ij cum cera alba, fiat linimentum, addendo aquæ vitæ parum.* Alitu ſequens imponetur cataplaſma: *℞ flor. cham. melil. aneth. roſ. rubr. pulu. an. m. j fol. maiorā. & ab ſynth. an. m. ß furfur. m. j coquantur omnia ſimul cum lixiuio & vino rubro: deinde piſtentur cum medulla panis & farina fabarum, quantum ſufficit, fiat*
D *cataplaſma addendo olei roſarum & myrtini an. ℥ij.* Nonnullis ſequens remedium valde probatur ad diſcutiendos flatus. *℞. axung. ſuillæ ℥iiij calcis viuæ ʒiß. terantur diligenter in mortario & incorporata applicentur.* Vel *℞ ſtercor. capr. cocti cum vino & aceto an. ℔ ß. tereb. venet. & mel. comm. an. ℥ij. aquæ vit. ʒ ß pulu. rad. ireos. florent. & fabar. an. ℥iij olei rut. & aneth. an. ℥j. farin. fab. quantum ſufficit fiat cataplaſma ad formam pultis.*

Quibus præſertim in de articulationibus colligantur flatus.

Signa flatuum.

Qui flatus impingant partibus ichor.

Cur flatum articulis conclusorum curatio difficilis.

Curatio.

Applicanda etiam veniunt ſpongia ex oxycrato imbuta & expreſſa, in quo bullierint abſynthium, origanum, chamemelum, melilotum, ruta, ſal commune, addita aqua vitæ. Deligabitur deinde pars quam arctiſſime æger ferre poterit. Ad extremum, quo parti natiuum robur ſenſim reſtituatur, fouenda erit lixiuio ex querno & ſarmentitio cinere in quo bullierint ſal, ſulphur, alumen electum & ſplenijs eo maceratis atque imbutis ſuper datis deligatione arctiuſcula conſtringenda: ſi tamen dolor ingens partem diuexet atrocius, tum neglecta ad aliquod tempus morbi proprij curatione, ſymptomati prouidendum erit, partis frictione & litu ex oleo discutiente cum lana ſuccida & alijs anodynis.

Deligatio.

De Iſchiade. CAP. XXII.

QVia Iſchias cauſarum magnitudine, doloris acerbitate, & reliquorum ſymptomatum vehementia
E cæteris arthritidis ſpeciebus facile eminet, propterea viſum eſt, proprio capite de illa agere. Ideo vero Iſchiadis dolor acerbiſſimus eſt, ſymptomatumque omnium vehementiora obtinet, quod Iſchij cū femoris capite dearticulatio reliquis profundior ſit: quod humor, qui eam committit, pituitoſus fere copioſior, frigidior, craſſior, & viſcidior in hāc dearticulationem dedilatur: quod denique Iſchias diutinæ ferè alicuius morbi ſucceſſione veniat, per materiæ malignæ & longo morbi primigenij decurſu contractæ, eo loci tranſlationem & decubitum. Cæterum dolor non modo Iſchion exercet, ſed & profundius ſubiens ad natium muſculos, inguina, genua, extremoſq; digitorum pedis articulos porrenditur, imo ſæpe in lumborum vertebris ſui ſenſum excitat ægro permoleſtum, adeo vt ipſis ægris, ſæpe etiam

Cur iſchias ſymptomata omnium obtineat vehementiſſima.

Cauſa tam late patentis doloris iſchiadici.

Medicis ac Chirurgis colicæ flatuolæ aut calculoſæ opinionem fecerit. Cauſa tam vagi ac ſparſi doloris eſt a multiplici neruorum, qui à lumbis & oſſe ſacro ad eam dearticulationem veniunt, diſtributione repetenda. Simul enim in natium muſculos eius totum, extremoſque digitos diſſeminantur, vt in Anatome demonſtratum eſt. Ideo late dolor expanditur, quo etiam per minimum ab affecta coxendice deductas neruus pertingit. Sæpius tumor nullus, rubor nullus, nulla etiam intemperies oculis manifeſta eſt, quod paucæ admodum ſint venæ, quæ in huius partis ſuperficiem cutemque aſſurgant, & humor demerſus intro lateat: quæ cauſa eſt, cur non ita raro excrementitij humores flatibus permixti tanta vi in huius dearticulationis cauitatem quaſi impetu quodam incurrant, vt relaxatis ligamentis, tum proprio, tum communibus caput oſſis femoris hinc facile depellant, nunquam reſtituendum, ſi paulo diutius abſfuerit: qua interim in illam cauitatem illapſus humor, mora velut in lapideum quid concreſcit. Femoris vero ipſe articulus in vicino oſſe nouam ſibi cauitatem atterit, veræ vero cauitatis labra, quæ cartilaginea ſunt, ſtrictiora & depreſſiora euaſerunt, ligamentalia denique omnia corpuſcula humore excrementitio proluta laxiora, longiora & infirmiora facta ſunt: ex quo ſymptomatum multorum & grauiſſimorũ conſecutio, nempe clauditatis, maciei non femoris modo ac cruris, ſed & totius tandem corporis, febris denique lentæ & hecticæ, quæ longa tabe ægrum conſumit, propter cauſas ante commemoratas. Quare videbunt Medici ac Chirurgi, vt principiis obſtent, & validis remediis *ſequenti capite explicandis* prædictorum ſymptomatum fœturam intercipiant.

Ab iſchiade ſæpe claudus fit homo (margin)

Quæ iſchiadis cura ſit adhibenda. CAP. XXIII.

Curſ. ex vena in iſchiade; Vtraque ex coxendice & ſaphena iſchiade ſecanda. (margin)

ETSI iſchias fere ſit à pituita craſſa, tamen ſi æger validus ſit, ſanguine abundet, & reliqua conſentiãt, ſanguinem ſecta vena detrahere erit perutile, phlebotomia enim ſit æqualis omnium humorum vacuatio, quæ per eam inhibetur aut retardatur humorum in partem affectam incurſus. Certe ſedando dolori inflammatorio nullum nouit promptius remedium venæ ſectione. primam e baſilica lateris dolentis facta, reuulſionis ergo, deinde vacuationis materiæ coniunctæ gratia è vena iſchiadica, quæ eſt ad malleolum externum, nempe ſi iſchiadis dolor magis extrorſum vergit: aut ſaphena, quæ ad internum malleolum exiſtit, ſi interiora magis doleant. Detrahendi ſanguinis quantitas Medici arbitrio eſt permittenda, quo inconſulto nihil hic tentari velim. Proſunt & clyſteres acres, ſi nihil ſit, quod impediat, nempe inteſtinorum vlcera aut hæmorrhoides: Vt. ℞ *rad. acori ℥ij. centau. min. ſaluiæ, rori. m. calam. orig. puleg. an. m. ß. ſtæcha. arab. flor. chamem. melil. anet. an. p. j. ſem. aniſ. & fœnu. an. ℥ ß fiat decoctio ad ℔ j. in colatura diſſolue el. hiera & diaphæn. an. ℥ ß. mellis anthoſ. & ſaccha. rub. an. ℥ j. olei liliorum ℥ iij fiat clyſter.* Locum quoque hic habent validæ purgationes ex pilulis fœtidis, arthriticis, aſſaieret de hermodactylis, & aliis, quæ ad pituitoſos adhibentur. Electuarium diacarthami bilem & pituitam purgat. Frequentes vomitus non humores modo vacuant, ſed etiam reuellunt, vt ante docuimus. Balnea & ſudores proſunt, non ſecus quam guaiaci, & ſalſæ parillæ decoctum. Si calor parti moleſtus ſit, inſtituetur litus ex oxyrrhodino, ſi præſertim dolor ſit profundior: nam acetum tenuitate ſua ad ima penetrat, & oleo, quod ſua natura anodynum eſt, viam facit. Post emolis vero vniuerſalibus remediis attrahentia & reſoluentia medicamenta veniunt imponenda. Humorem à profundo in ſuperficiem euocant emplaſtra ex pice & ſulphure, vel ex ammoniaco, euphorbio, terebinthina, propoli, galbano, bdellio, opopanace. Simul etiam & litus ex oleo de ſulphure, tartaro, pyrethro, & aliis per quintam eſſentiam, vt vocant, extractis: quibus ſcilicet ob ſubſtantiæ tenuitatem, & à terreis abſtractionem, vires tum ad ſubeundum, tum ad digerendum longe ſunt valentiores & expeditiores. His tamen omnibus niſi adhibito iudicio non eſt vtendũ, alioqui inflammationis periculum ſubeſt.

Validæ purgationes in iſchiade. (margin)

Inſeſſio etiam totus ex herbis diſcutientibus & reſoluentibus, vt radicibus & foliis ebuli, ireos, baccis lauri, iuniperi, ſeminibus fœnugræci, aniſi, fœniculi, ex ſaluia, roſmarino, chamæmelo, meliloto, ſambuco, & ſimilibus, in vino & oleo incoctus.

Quod ſequitur emplaſtrum, Veteribus valde probatur, ad digerendum ſeu reſoluendum, & dolorem ſedandum, cum hoc, quod ſpinas, teſtulaſque & oſſa putrida extrorſum euocat. ℞ *ſem. vrtic. mundatæ ſpumæ boracis. ſalis ammon. rad. ariſtoloc. rot. colochyn. terebin. ven. an. ℥ x ſœnug. pipe. longi. nigri, baccarum laur. myrrh. adi. ceap. gum. pini. an. ℥ v. ceræ ℔ ß. lacdu ſicus ſilueſtris. ℥ ß. arida liquefacienda ſunt, cum olei lilio. & vini generoſi quãtitate ſufficienti, atque ex omnibus con. orporatis fiet ... emplaſtrum iſchio imponendum.* Vel ℞ *ſinap. acerrimo aceto diſſoluti ℥ j. fermenti acris ℥ ß pulu. hermo. ℥ j. mel. com. ℥ iij. tereb. ℥ iiij. olei laur. & de ſpica, an. ℥ j. far. ſœnugr. ℥ j. p. terræ formica. cum ouis ℔ j. fol. lauri, ſaluiæ, rutæ, roſmarini an. m. ß. vermium terræ, ſtium præparatorum ℔ ß. terra formicarum cum ouis & vermes ſeorſim in vino albo in. o quentur cum herbis conciſis, hiſque traiectis ac colatis reliqua adiiciuntur ſecundum artẽ,* iſchio ſimiliter imponẽda. Vel ℞ *rad. enul. camp. ſigil. ſal. om. bryon. ... al. an. ℥ ij. coquantur complete & terantur, traiiciantur per ſetaceum, addendo far. ſœnug. & hord. an. ℥ j. oleor. liliorum & chamæ. an. ℥ iij. tereb. ℥ iij. ceræ quantũ ſufficit. fiat cataplaſma:* reſoluit, dolorem ſedat, & materias in ſuperficiem euocat. Vel. ℞ *rad. ſigil. beatæ mariæ ℥ vj. emplaſtri diachylonis albi ℥ iiij. parum in aqua vitæ diſſoluti ℥ ij. terebinth. ℥ j. olei de ſpica nardi, quantum ſufficit. fiat emplaſtrum,* applicetur ſuper alutam calide. Sæpe ego iſchiadicos multos dolores extemplo ſedaui, impoſita dolenti iſchio radice ſigilli beatæ mariæ in taleolas ſecta, quando à materia frigida erant. Vel; ℞ *ceræ citrinæ, & tereb. abietinæ an. ℥ ij. liquefiant ſimul in vaſe duplici, & vbi refrixerint, adde pulu. hermodact. ℥ ß. flor. chamemæli, flor. en. an. ℥ iij. ſpicæ nardi, flor. thymi an. ℥ ij. interiorum cinnamomi electi, & ſimi na. ſtur. an. ℥ ij. croci ℥ iiij. malaxentur ſimul manibus axungia porci veteri non ſalita vnctis. & fiat maſſa emplaſtri.* Quod ſi his remediis non ſedetur dolor, tum ad valentiora erit veniendum, vt ad cucurbitulas magnas cum multa flamma impoſitas, ad veſicatoria.

Emplaſtra ex alto attrahentia. (margin)

Sigillum beatæ mariæ digerit. (margin)

℞. cau-

A *℞ cantharid. quibus detractæ ſunt alæ, ℥ij. ſtaphiſagr. ℥iij. ſynapi ℥jß. fermenti acerrimi ℥ß. incorporentur ſimul & fiat veſicatorium.* *Veſicatoriũ Galeni.*

Excitantur etiam veſicæ, impoſito paulo infra dolentem locum viburni interiore cortice, pondere duorum aureorum: vlcera reſciſſis veſiculis, vt diu maneant & fluant, erit procurandum, quo plus exhauriatur humoris in parte contenti. Quod ſi ne ſic quidem proficitur, veniendum, Hippocratis conſilio, ad vltimum & extremum remedium. *Quibus* (inquit) *à diuturno coxendicum dolore vexatis, coxa excidit & crus tabeſcit, & claudicant, niſi vrantur.* Id ipſum & Celſo probatum legimus: *Vltimum* (inquit) *eſt, & in veteribus quoque morbis efficaciſſimum, tribus aut quatuor locis ſuper coxam, cutem, cãdentibus ferramentis exulcerare. Indeque non, vt primum fieri poteſt, vlcera ſanare, ſed ea trahere, impoſitis aureis aut argenteis globulis, vel gentiana, aut cera cum puluere vitrioli, mercurij, & ſimilibus cathereticis liquata & coacta in globulos, donec id vitium, cui per hæc opitulamur, conquieſcat: ſic enim plurimis conquieuit.* *Viburni cortex interior veſicatorius.* *Aph. ult. ſe. 6.* *Lib. 4. c. 22.*

Itaque tria aut quatuor cauteria actualia, ſeu ignita ferramenta, circa iſchij dearticulationem ſic apprimenda ſunt, vt in carnem digitum latum ſubeant, vitatis tamen neruis. Hoc certe nomine hic cauteria proficiunt, quia partem calefaciendo, humores quoque frigidos calefaciunt, & diſſoluunt, craſſos
B & viſcidos incidunt & attenuant, foras euocant, vt per vlcera cum pure manante effluant. Adde quod obductis mox cicatricibus ligamenta conſtringuntur, & eorum laxitas corrigitur: totaque eo modo pars inſigniter roboratur. *Quis cauteriorum in iſchiade vſus.*

De conuulſione flatulenta, ſeu contractione conuulſoria, quam Gallorum vulgus Guttam Crampam nominant. CAP. XXIV.

QVæ Gallorum vulgo Gutta crampa dicitur, ex nominis potius, quam ex rei affinitate huc à nobis illata eſt, quæ exponeretur: nam ad rei veritatem loquenti conuulſionis quædam ſpecies eſt, quam flatulenta materia gignit, huius decurrentis impetu, ſæpe ceruix, brachia, & crura, vel extenduntur, vel in ſeſe contrahuntur ſummo dolore, ſed eo breui. Cauſa igitur eſt craſſus lentuſque vapor in neruorum propagines, muſculorumque membranas inſiliens. Noctu impetit potius, quam interdiu, quia tum calor & ſpiritus in viſcera & corporis centrum ſubducere ſe conſueuerunt, quo fit, vt facile flatus exurgãt, & partem, in quam irruerint, haud ſecus atque cytharæ chordas impleant, diſtendant & conuellant. *Quid cõuulſio flatulenta.* *Quas cauſas habeat.*
C Sæpe id malum eos adoritur, qui in frigida aqua natant, eaque res multis quamlibet egregiis natatoribus ſubmerſionis cauſa extitit, ſic arcte tum contractis membris, vt nulla vi exporrigi queant. Aquæ enim frigiditate cutis cogitur & condenſatur, eiuſque ſpiracula occluduntur, adeo vt conceptis flatibus exitus non pateat. His qui vino & crapulæ, aut ſocordiæ ac deſidiæ ſeſe dediderunt, frequentius eſſe ſolet id malum, ob congeſtas cruditates. Itaque curatur victu, cultuque corporis, atque exercitio ſingularum eius partium moderato: ſic enim robur ipſis accedit, & materiæ flatulentæ generatio impeditur. In ipſo inuaſionis articulo, curandi ægri ſunt frictione longa ex linteis calidis & aqua vitæ, in qua infuſa maduerint ſaluiæ folia, roriſmarini, thymi, ſatureiæ, lauendulæ, caryophylli, zinziber & ſimilia diſcutientia ac reſoluentia. Proſunt quoque membrorum extenſiones, flexiones circumactiones & deambulationes. *Quos ſibi obnoxios homines reddat.* *Curatio.*

FINIS LIBRI DECIMISEPTIMI.

D

E

A

DE LVE VENEREA, ET HIS QVÆ PER EAM CONTINGVNT, SYMPTOMATIBVS. B

LIBER DECIMVS OCTAVVS.

Deſcriptio Luis venereæ. CAP. I.

Quid lues venerea.

LVem veneream Galli morbum Neapolitanum, Itali & Germani Gallicum, Latini Pudendagram, alij aliter nominant. Cæterum parum intereſt, quo nomine vocetur, modo res ipſa intelligatur. Eſt igitur Lues venerea, *morbus, contactu quidem, ſed copioſiùs tamen, qui per impurum concubitum fit genitus, occulta qualitatis particeps, ferè, à pudendorum vlceribus initium ducens, in ſe capitis, cæterarumque partium externarum puſtulis amplius innoteſcens, vt, cera denique & partes internas inficiens, cum capitis, ſcapularum, articulorum, aliarumque partium ſæuis & nocturnis dolorum cruciatibus.* Temporis ſucceſſu nodos, tophosque præduros, tandem & cariem oſſibus infert, ipſa liquefaciens, intactis ſæpe circumiectis carnibus: aliarum vero partium ſubſtantiam, pro ſua cuiuſque conditione, corporum affectorum intemperie, & cachexia, cauſæ morbificæ inueteratione, corrumpit & labefactat. C Alij enim altero, alij vtroque lumine orbantur, alij inſigni palpebrarum portione mulctantur, alij horrida omnino & multum ſibi diſſimili viuuntur facie, ſtrabique oculis. Quibuſdam auditus deperit, nonnullis naſus excidit, palatum perforatur, cum iactura oſſis ethmoidis, adeo vt pro clara & articulata, obſcura his & confuſa, turbidaque vox edatur. His os obtorquetur, illis genitale membrum præciditur, mulieribus pudendarum partium magna pars corruptione contaminatur. Sunt, quibus vrethra ex ſtranguriæ venenatæ reliquiis, pro germinantibus carunculis, vel inflammatis puſtulis obſtruitur, ſic vt vrinam effundere, niſi demiſſo cathetere nequeant, indies vel ex ſuppreſſa vrina, vel abortà in illis locis gangræna moribundi, niſi ſectæ virilitatis diſpendio ipſis conſulatur. Alij brachiis manci, alij cruribus impotentes redduntur, alij membris omnibus contractis rigent, adeo, vt nihil iam præter vocem integri habeant: quæ & ipſa nulli iam vſui eſt, niſi deflendis miſeriis, quibus vix etiam pro dignitate ſufficit. Quid eos memorem, quibus aſthmate pectus anhelat, quibus hectica febre, & lenta tabe corpus conſumitur? Longe peius cum illis agitur, quibus inde nata elephantiaſi totum corpus deformatur, putridis & cancroſis vlceribus pharinx, larinx, totaque gula corroditur, capillus defluit, rimis ſerpiginoſis & ſquamoſis manus & pedes fatiſcunt: nec multo melior eorum conditio eſt, quibus ab hac lue vitiatum cerebrum, epilepticis inſultibus totum corpus concutit, quibus fœdo & diro alui fluxu oborto, ſordida & cruenta eluuies continenter effunditur. D *Denique nulla morborum, nulla ſymptomatum ſpecies ſunt, quibus complicata non ſit lues venerea*, nunquam tollendæ niſi penitus ſublata huius luis virulentia, proprioque alexipharmaco, id eſt, argento viuo, expugnata.

Quas ruinas corpori inferat luès Venerea.

Elephantia ſoboles luis Venereæ.

De cauſis luis venereæ. CAP. II.

Lues Venerea ſcortatorum flagellum.

LVis venereæ duæ ſunt efficientes cauſæ. Prima qualitas quædam occulta & ſpecifica, quę in demonſtrationem non cadit, in Deum tamen conferri poteſt, cuius ſcilicet nutu, hoc in humanum genus venerit tanquam flagellum, quod impurorum ſcortorum nimium vagas & laſciuas libidines coerceret. Altera eſt impurus contactus, iſque maxime, qui venereo fit concubitu. Siue enim mas, ſiue fœmina virulentis vlceribus obſita pudenda habeat, ſiue virulenta ſtranguria laboret (quod vitium fluoris vteri nomine, callidæ meretrices prætexere ſolent) ſerpit in alterum virus, nempe mulier hoc malum ſibi adſciſcit, viro id in vuluam feruidam, hiantem & bibulam excutiente: vir vero à muliere, quæ verbi gratia, paulo ante hac labe inquinati ſcortatoris virulentum ſemen exceperit, cuius mucoſa ſanies in ceruicis vterinæ rugis oblita, arrectæ & apertæ mentulæ poris hauriatur, vnde vlcera maligna & ſtranguria virulenta. Id virus ignis inſtar in ellychnio accenſi, ſenſim propagabitur, per venaſque, arterias, & neruos ad partes nobiles manabit. E cuius malignitatem iecur validum non ferens, ex ſe trusce inſita v[illegible]guina amandabit, vnde aſſurgent abſceſſus, quos inde Bubones venereos nominant. Hi ſi matu[illegible]rant, ac non aperta vomica virus eructent, ſuo in venas & arterias relapſu ſanguinis maſſam pari labe inficient, emergetque venerea lues.

Bubones Venerei intro recurrentes luem Veneream inuehere.

Poteſt tamen occultiore contactus modo hic morbus contrahi, nempe *halitu ſolo*. Non enim præter rationem aut experientiam eſt, vt inueterata hac labe infecta mulier, importunis & crebrioribus

baſiis

A baſis virus in puerum transfundat. Exceptis enim tetris & toto genere malignis vaporibus lactea mollis puerculi ſubſtantia alterari, infici ac ſenſim corrumpi poterit. Notum enim & tritum iam eſt, obſtetrices, excepto lue venerea infectæ puerperæ infante, id mali genus ſibi adſciuiſſe, hauſto per manuum ſpiracula, venarumque & arteriarum ductibus in corpus introducto veneno. Nec vero vlli hominum conditioni, ſexui, aut ætati parcit: quiſquis enim non concubuerit modo, ſed & accubuerit, virulento corripietur: imo ſi vel in linteis integumentiſue, quæ eius ſudorem, aut expreſſum ab vlcere virus impreſſum retineant, volutatus fuerit. Idem periculum manet illos, qui eodem in vaſe poſt lue hac infectos homines, biberint. Labrorum enim impuro contactu, ad poculorum margines virulentam ſaniem ac ſaliuam relinquunt, quæ in ſuo genere non minus eſt contagioſa quam elephanticorum aut canum rabidorum virus. Itaque non iam mirum erit, ſi pueri lactati à nutrice infecta, eius luis ſemina vna cum lacte, quod ſanguis eſt in mammis dealbatus, hauriant: aut infecti lactantes pueri ore feruido, & vlcerato id venenum in nutricis corpus per papillarum continenter ſuctarum laxam, raram & poroſam ſubſtantiam transfundant. In hanc rem commemorabilis eſt, quæ ſequitur hiſtoria. Optimus quidam huius vrbis ciuis caſtiſſimæ coniugi ſuæ conceſſit, ea lege, vt infantem, quem nuper enixa erat, enutriret, ſi

B nutricem laborum ſociam habere vellet. Quæ forte oblata eſt nutrix, lue venerea infecta erat: itaque hanc mox in communem alumnum transfundit, hic in matrem, mater in maritum, maritus in duos natos ſuos, quos menſæ & lecti conſortes ſibi frequenter adiiciebat, infeſtus eius veneni, quod præcordiis conceptum fouetet. Interim mater cum animaduerteret, natum illum & alumnum ſuum minime nutricatu proficere, quinimo in perpetuis clamoribus eſſe, conſuluit me, vt quidquid morbificæ cauſæ ſubeſſet, declararem: nec fuit difficile illam aſſequi, examinhe matribus enim & papulis puſtuliſque venereis totum ei corpus erat obſitum, accitæ vero nutricis, itemque matris papillæ virulentis vlceribus arroſæ: patris vero & duorum, quos dixi, natorum, quorum alter tertium, alter quartum annum ætatis non excellerat, corpora ſimilibus cum alumno puſtulis ac tuberculis ſurgebant. Enarraui ergo omnes lue venerea inquinatos eſſe, cuius principia & quaſi ſuſcitabula ab accita nutrice per malignam contagionem ducta & propagata eſſent. Omnes curaui, & Deo fauente ad ſanitatem perduxi, excepto alumno, qui in ipſo curæ labore mortuus eſt. Accita vero nutrix flagris in carcere cæſa pœnas luit: cædenda publice per omnia vrbis compita, niſi infœlicis familiæ honori magiſtratus conſultum eſſe voluiſſet.

Sola vaporũ communicatione luem veneream infici.

Qui nutrices in alumnos, & alumni in nutrices virulentiam transferant.

Hiſtoria.

C

Quem humorem inſideat luis venereæ virus.

CAP. III.

Etſi multorum ſententia morbi huius cauſa antecedens, ſit ſanguinis quatuor humores complexi maſſa, malim tamẽ in pituita craſſa & viſcida maligna veneni venereæ qualitate infecta, illius materiam ſedemque primariam ac præcipuam collocare, hincque initio ac fundamento ducto contagioſa quadam conſecutione in reliquos humores citius tardiuſue, prout cuiuſque eſt ad patiendum diſpoſitio, peruagari putare. Cuius meæ opinionis multa ſunt argumenta: ſed hoc primum, quod pituitoſi humoris euacuatione, ſiue ea per os & ſputa, ſiue per inteſtina, ſiue per vrinas, ſiue per ſudores in cuiuſuis temperiei biliosæ, ſanguineæ, aut melancholicæ hominibus fiat, luis venereæ curatio & ſanatio conſequatur. Secundo quod dolorum exacerbatio noctu potius, quam interdiu contingat, quia ſcilicet tum pituita turgens, perioſtium ab oſſe diuellat, vel illud cæteraque membranoſa & neruoſa corpora malignitatis ſuæ acrimonia feriat. Tertio, quod ægri frigidiorum vſu læduntur, calidorum autem ſeu vnguentorum, emplaſtrorum, ſuffituum, & aliorum, quæ intus foriſque ſumuntur, iuuari ſolent. Quarto,

D quod in venereis puſtulis animaduertitur quædam velut ad radicem durities, etſi foris ſpeciem bilis, ſanguiniſue præ ſe ferant: Apertæ enim illæ diſſectæ cernuntur, gypſea quadam & tophacea materia, vel craſſiore pituita, aut pure viſcido præduri vero in oſſibus tophi ſeu exoſtoſes, vnde ſuccreſcunt, quam à pituitoſis humoribus coagmentatis & concretis: Quinto, quod partes ſpermaticæ ac frigidæ huius morbi damna primum & potiſſimum ſentiant. Sexto, quod vlcera, quæ à huius morbi occaſione per corpus ſerpunt, curationem non admittunt, niſi citatis ſudoribus. Itaque ſi morbi & eiuſmodi vlcerum materia calida eſſet, & ſicca, guaiaci, radicis chinæ, aut ſalſæ parillæ decocto efferaretur & foueretur potius. Septimo, quod non raro hic morbus hauſto ſui & concepto in corpore ſeminio, per annum ſic latet, vt nulla ſui ſigna prodat, quod morbis à materia calida, quæ nempe acutos & rapidos habet motus, denegatum eſt. Ex his patet, in humore pituitoſo luis venereæ baſim ac fundamentum eſſe poſitum, non negauerim tamen, huic implicitos humores alios vitium facere, & pari contagione inquinari. Vix enim dantur tumores, qui à ſimplici aliquo & vnius generis humore exiſtant: ſed vt in tumoribus, ſic & hic ab humoris dominatione denominatio eſt facienda.

Cur noctu potius exacerbetur lues venerea

Diu latere in corpore luẽ veneream antequam ſe prodat.

De ſignis luis venereæ CAP. IV.

E Cvm recens eſt lues venerea, vlcera maligna in pudendis apparent, tumores in inguinibus: ſtranguria virulenta manat, ſanie ſæpius fœtida, cuius vel à proſtatis, vel ab vrethræ vlceribus origo eſt. dolores articulorum, capitis & ſcapularum ægros exercent, brachiorum, crurum membrorumque omnium quaſi confractiones, ac ſpontaneæ laſſitudines adſunt, ſic vt nec pes, nec manus facile officium ſuum facere poſſint: in ore toto inflammatio, in adenibus tumor ſuperuenit, quæ res & loquendi, & deglutiendi, imo & ſaliuæ reſorbendæ libertatem adimit, puſtulæ per totum corpus ſurgunt, præcipue vero quadam corolla frontem caputque ambire cernuntur: cranium, mentumque pilorum defluuium

Cauſa ſanioſa & fœtida in ſtranguria virulenta vrina.

Certiſſima luis venereæ ſigna.

Totum vero corpus macies deformat: non omnia tamen in omnibus, ſed alia in aliis comparare ſolent. A
Cæterum certiſſima morbi ſigna ſunt, vlcus in pudendis calloſum, durum, & cacoethes, idque idem eandem ad prognoſim vim habere cenſetur, ſi poſtquam cicatrice obductum fuerit, eandem, calloſamque duritiem retinet: inguinum bubones citra ſuppurationem, aliamve cauſam manifeſtam, retro in corpus reflui. Hæc duo ſigna ſi in eodem ægro concurrant, de præſenti aut iamiam adfutura lue venerea iudicium eſt ferendum. Multis tamen citra horum duorum ſignorum concurſum contingit hic morbus, qui etiam aliis ſignis ſe prodit manifeſtis, vel vlceribus, puſtuliſue in reliquo corpore, aduerſus remedia, quamuis valida & prudenter inſtituta, contumacibus, niſi toti corpori hydrargyro proſpectum fuerit. At cum inueteratus eſt morbus, plurimis cum faſcino languet venus, ſymptomatum malignitas numeruſque creſcit, dolores fixi ſunt & ſtabiles, præduri, ac nodoſi, tophi in oſſibus coagmentantur. Sæpe & ipſa carie ac putrilagine, vt & manus ac pedes pituitæ ſalſæ corruptione rhagadis, capita vero ophiaſi & alopecia tentantur: tumores cretacei, & alte actis radicibus defixi multis corporis locis inſurgunt, materia differti caſtaneæ aut tendinis æmula: ſi aperti in varia vlcera degenerant, putrida nempe, depaſcentia, & alia pro affectorum corporum natura & conditione. B

Cauſa duplex nocturnæ dolorum virulentorū exacerbationis.

Cur vero noctu dolores exacerbentur, ad veram, quæ *capite ſuperiore* dicta eſt, rationem hæc adiungi poteſt, quod lecti, culcitræ, & integumenti tepore, virus venereum velut ſopitum excitatur & efferat. Huc facit & cogitatio, quæ de nocte tota in vnum doloris obiectum conuerſa & defixa tenetur.

De Prognoſi. Cap. V.

Signa luis venereæ ſanabilis.

Si morbus ſit recens, cum paucis ſymptomatibus, vt aliquot tantum puſtulis & exiguis doloribus ac vagis, corpus præterea ſit iuuenile & bene habitum, & bona ſit ac fauens temporis conſtitutio, vt verna, facilis futura eſt & fœlix curatio. At contra qui inueteratus eſt, multorumque ac malignorum ſymptomatum comitatu efferus, vt capitis dolore fixo, nodis & carie oſſium, vlceribus cacoethis in corpore valde emaciato, & debili, & cuius iam pluries ab empyricis, ſed perperam, ſuſcepta ſit cautio, aut à

Signa inſanabilis.

doctis quidem Medicis, ſed quorum ratione & experientia probatis remediis, morbi malignitas, & rebelle virus cedere recuſarit, incurabilis eſt cenſendus, ſi præſertim ad tot mala hoc acceſſerit, vt æger tabe ac macie hectica, per humidi primigenij conſumptionem, prope confectus ſit. Itaque hos curatantum fucata curare aggredi oportet: quanquam etiam in prognoſi facienda hic cautum eſſe decet. Multi C
enim pro deploratæ ſanitatis habiti ſunt, qui conualuerunt: nam Dei & naturæ beneficio mira in morbis plerunque contingunt. Iuuenes, qui raro ſunt corporis habitu, magis patent huic morbo, quam quibus contraria eſt textura & complexio. Vt enim non omnes, qui cum peſte correptis, aut in aere peſtilenti verſantur, pariter afficiuntur, ſic nec omnes, qui cum lue venerea infectis concumbunt, vel accumbunt, pariter inquinantur.

Quid arthriticis doloreſā virulentis differant.

Dolores lue infectorum, longe ab arthriticorum doloribus differunt. Hi enim certis periodis & paroxyſmis repetunt & exacerbantur, at illi continui ſunt, & ſibi ſemper fere ſimiles: arthritici dolores articulos occupant, in hiſque gypſeam materiam in nodos cogunt: venerei vero in mediis potius oſſibus defixi ſunt, ipſaque tandem carie & putredine diſſoluūt. Venerea vlcera, quę peni inſident, curatu contumacia ſunt, ſemel vero cicatrice obducta, ſi dura & calloſa remanent, luis venereæ in corpore latentis ſigna ſunt.

Miteſcere indies luem venream.

In genere vero quę noſtro hoc tempore graſſatur lues venerea, longe mitior eſt, & curatu facilior, quam quæ olim, quo primo tempore emergere & graſſari cœpit, quin etiam indies miteſcere videtur. Cuius rei cauſam hanc eſſe putant Aſtrologi, quod cœleſtes influentiæ, quæ primum hunc inuexere morbum, ſucceſſu temporis contrariis ſyderum obortis reuolutionibus, viribus ſuis minutæ & debilitatę ſint: adeo vt veriſimile inde fiat, tandem poſt aliquot annos, plane deſiturum. D
Haud ſecus, quam quæ huic multorum ſymptomatum concurſu ſimilis eſt, Mentagra, quæ regnante Tyberio Romanorum multos afflixit: & Lichen, qui Claudij (quem Tyberius ſucceſſorem habuit) temporibus, non Italiam modo, ſed & totam Europam diuexauit. Malunt tamen Medici deſæuientis huius morbi gloriam ſibi vindicare, conferreque in tot & tam ſalutaria media, quæ nobiliſſimorum ingeniorum fœliciſſimis laboribus inuenta & exculta, ſæuienti malo fuere oppoſita.

Quot, & quæ ſint artes expugnandæ luis venereæ. Cap. VI.

Cur guaiaci decoctum non ſufficiat expugnandæ lui venereæ.

A Multis multa excogitata ſunt remediorum genera ad huius morbi oppugnationem & expugnationem. Sunt tamen hodie omnino quatuor, quæ potiſſimum vſurpantur. Primum eſt guaiaci decoctum, ſecundum litus, tertium emplaſtra, quartum ſuffitus: omnia ex hydrargyro, ſi primum exceperis. Id haud totum ac validum eſt: docuit enim experientia in guaiaci decocto vires non eſſe reſtringuēdo venereæ virulentiæ veneno pares, ſed tantum conſopiendo, quia enim calefacit, attenuat, ſudores, E
vrinaſque prouocat, humores excrementitios deſiccando abſumit, morbum videtur expugnare, quia inde ad aliquod tempus dolores, reliquaque omnia ſymptomata remiſſiora viſuntur: at infirmi & fallaces ſunt hi conatus, vt quibus id tantum, quod in humorum vitio tenuius eſt, per ſudores digeſtum exhauriatur. At hydrargyros, veluti vis quędā ſuperior, guaiaci vires omnes in ſe cōtinet, multo tamē excellentius & efficacius: nam præter quam quod *calefacit, attenuat, incidit, reſoluit & deſiccat, ſudoreſque & vrinas*

In hydrargyro vires eſſe expugnandæ lui venereæ pares.

prouocat, humores præterea noxios ſurſum deorſumque per os & aluum concitat. Quibus vacuationibus non tenuiora modo diſcutiuntur excrementa, ſed & craſſiora ac fæculentiora, in quibus ſcilicet huius morbi ſedes propria defixa eſt, fugantur & deturbantur, ex quibus certam ſibi morbi victoriam pollicere auſit Medicus. At poſt decoctionis guaiacinæ vſum, rediuiui dolores, vndique ſurgunt ab humorum craſſiorum, viſcidorumque reliquiis in viſcerum cauis relictorum: reliquias vero nullas facit hydrargyros.

A

De delectu ligni guaiacini. CAP. VII.

Vires. *Partes.* *Corticis ligni vires.*

PRæfertur reliquis id, quod eſt craſſiore trunco, colore fuſcum, recens, gummoſum, flagranti odore, graue, ſapore acri & ſubmordicante, cortice ipſi ligno firmiter hærente. Vim habet calefaciendi, rarefaciendi, attenuandi, attrahendi, ſudores & vrinas promouendi, & præterea ſpecifica proprietate virus venereum obtundendi. Tres in hoc ligno notantur ſubſtantiæ prima cortex eſt: altera albida, cui proxime cortex adhæret: tertia cor dicitur, interior nempe illa nigricans & obſcurior. Cortex ſiccior eſt: itaque is in vſum veniet, cum ſiccandum erit validius. Quæ in meditullio eſt ſubſtantia, humidior exiſtit, quia ſucculentior & pinguior: quæ vtrique interiacet, medio ſe habent modo. Quare duæ poſtremæ naturis delicatioribus, & raris corporibus, quæ minus deſiccari poſtulant, conuenientiores ſunt. Robuſtis vero & denſis naturis cortex prætea adhibẽdus eſt, vt eius admixti ignea vi, humores [illegible]diores reddantur, & corporis ductus magis meabiles. Cæterum corticem hic intelligi velim, qui vetuſtate putris & carioſus non ſit: cui vitio valde eſt opportunus, quod diu, antequam à noſtratibus in naues inferatur, in littore in ſtrues diſpoſitum lignum ſub dio diu iacuit, emptores quærens, quod in naues illatum in fundum ſentinamque detrudi ſoleat, quo & inferne à mari per tabulatorum rimas, & ſuperne à vectoribus multa illuuies affluere & colligi ſolet, huc ad nos aduectum, pondere æſtimatur & venditur. Itaque quo ipſi ſuum pondus maneat integrum, à Pharmacopolis in cryptis, celliſque ſubterraneis aſſeruatur, vbi multa vligine eius ſuperficies madens, vix ſitum & putrilaginem, cariemque poteſt effugere. Itaque nec corticis, nec ligni, quod huic proxime adhæreat, decoctum ægris exhiberi probauerim.

B

De decocti guaiacini præparatione. CAP. VIII.

Guaiaci ad aquam proportio.

IN primis lignum guaiacinum in ramenta minuere oportet, atque in ſingulas ramentorum libras aquę fontanæ octo, decem aut duodecim libras affundere, plus minuſue, prout ægri natura & morbi conditio ex indicationum antepoſitarum regula videbitur exigere. Sit vero aqua tepida, ſi præſertim hyems ſit, quod facilis ac penitius in ligni corpus ſubire, ipſiuſq; vires quatuor & viginti horarum ſpatio, quo maceratio fiet, in ſe tranſumere poſſit. Hinc decoctio fiat in balneo mariæ, ad vitandum empyreuma, quod ex ebullitione ad ardentes prunas contraheret. Quanquam ſunt, qui nihil hoc morentur, abundeque ægris ſatisfactum putent, ſi in vaſe fictili, vernice obducto decoctionem ad lentum ignem peregerint, ita, vt ſupra vaſis oras nihil liquoris diffugiat, quia ſic tantum decocti virium vaneſcat. Quicquid ſit, fiat decoctio ad medias, tertias, aut quartas, vt ægri & ægritudinis ratio efflagitabit. Sunt, qui ſimplicia quædam admiſcent, quibus cum parte corporis, quæ præ cæteris ex morbo læſa ſit, occulta & propria ſympathia eſt, quæ ſaltem vehiculi loco ſint, ad decocti vires eo, vbi morbus maior eſt, deferendas. Alij etiam cathartica adiungunt, quorum mihi ratio probari non poteſt, quod è re ægri non eſſe putem, duas ſimul vacuationes moliri: nempe ſudoribus per habitum corporis, & purgatione per aluum humores vacuare: quia *vt mictus, ſic & ſudor plurimus paruam deiectionem ſignificat.* Sunt enim duo illi motus contrarij, quos natura ſimul ferre nequeat: Purgatio namque à circumferentia ad centrum trahit: ſudor vero contrario agit modo, hæcque multorum & magnorum in arte Medica virorum ſententia eſt. Peracta & colata prima illa decoctione, tandundem aquæ materie illi & magmati affundetur, vt ebullitioni citra macerationem iterum ſubiectum, cinnamomoque ad robur ventriculi addito colatum, ægro veniat in paſtu, atque inter paſtus: ſi quando ſitiuerit, in familiarem potum. Quantitas prioris decocti, ſingulis, quibus aſſumetur, vicibus eſſe debet quinque vel ſex vnciarum: nec niſi tepidium hauriendum, quo citius in actum educatur, ac ne actiua frigiditate ſtomachum offendat, inde coopertus æger lecto ſe continebit, ibique ſudorem expectabit: qui ſi tardius erumpat, prouocandus erit lagenis teſtaceis aqua calida plenis pedum plantis admotis.

C

Calore ſicco cur guaiaci decoctio fieri haud debeat.

An decocto guaiacino cathartica admiſcenda.

Hipp. aph. 5[illegible] ſect. 6.

Qua quantitate & qualiter aſſumẽdum guaiaci decoctum.

D

Si quæ interim partes inſigniter doleant, fouendæ erunt impoſitis veſicis ſuillis, eodem decocto calido ſemiplenis. Nec erit inutile, antequam hauriatur decoctum, vniuerſum corpus calentibus linteis circumfricare, quo ſic humores attenuentur, & cutis ſpiracula aperiantur. Vbi duas circiter horas ſudauerit, partes dolentibus locis oppoſitæ primo extergentur: mox, ſed blandius, dolentes ipſæ, ne maior fiat humorum ad eas confluxus. His peractis, in lecto ſe vitata aura frigida continebit, quoad egelidus & ſibi reſtitutus fuerit: duabus poſt horis prandebit, quantum morbi ratio & peculiaris conſuetudo permittere videbitur. Sex horis poſt iterato prædictam decocti doſim, lecto traditus, iiſdem, quibus ante, legibus hauriet. Quod ſi ipſum vel debilitas habeat, vel lecti tædeat, ſat erit, ſi citra decubitum domi ſe contineat: & ſi enim ſic non ſudet, fiet nihilominus per inſenſilem tranſpiratum magna diſſipatio vaporum & ſpirituum venenatorum: nam & horum ſola communicatione ſerpit ſæpe & propagatur lues venerea per accubitum in lecti conſortem. Cæterum vt ſanguinem detraxiſſe, corpuſque ex Medici ſententia purgaſſe ante potionem guaiacinam neceſſe eſt, ſic dum ipſa ſumitur, alui libertatem, quæ talis potionis calore & ſiccitate maxime intercipitur, & primarum venarum puritatem clyſtere, aut ſolutiuo medicamento, ex quinque vel ſex dierum interuallis ſumpto, tueri valde conducit.

Qualiter extergendus ſudor ab hauſto guaiaco.

E

Quandiu vtendum guaiaci decoctio.

Quandiu vero vtendum ſit, caute animaduertendum eſt, ſumpta indicatione non ex morbi modo malignitate & contumacia, ſed etiam ex ægri peculiari natura: quibus enim ardore & macie defectũ eſt corpus, aridaque ſiccitate & ſquamis defœdata cutis, ex quo ſummam humorum aduſtionem, & habitus corporis quandam quaſi incinerationem colligere licet, his parcius vtendum eſt, quinimo contemperandum corpus potius intro aſſumptis & admotis humectantibus, vt balneis, vnguentis hydrargyri expertibus, & ſimilibus alijs. Tum frictioni ex hydrargyro valde diluta, & paucorum

dictum guaiacina potio eſt præmittenda. Victus plenior, vt morbum hunc natura ſua longum in plures A
menſes protogat, ſic parcior, tenuiorque vlcera rebellia & hectica ſiccitate contumaciora reddit. Quare media via tenenda eſt, deligendique cibi, qui bonum & laudabilem in corpore ſuccum gignere nati

Victus ratio.

ſunt. Omnes omnino ægros nullo diſcrimine anguſtis quatuor panis nautici vnciarum, & duodecim prunorum damaſcenorum limitibus velle continere, ſummæ nonmodo inſcitiæ, ſed & carnificinæ eſt: ſatius enim eſſe iudico, agninis, vitulinis, hœdinis, pullaſtrorum, alaudarum pinguium, & merularum carnibus ægrum nutrire, vt quibus longe maior ſit cum corpore noſtro familiaritas, quam prunis & ſimilibus cupedus. Panis ſit ſiligineus bene fermentatus, nec recentior, ſeu tenacior, nec durior. Potus ſit decoctum magmatis, ſeu ſpiſſamenti guaiacini: quanquam ſi quæ oboriatur virium infirmitas, vinelli cuiuſdam vſus permitti poterit, præmiſſo præſertim ſingulis paſtibus cyatho vno decocti illius magmatis. Somnum vitabit ſtatim a paſtu, ſic enim caput repletur craſſis vaporibus. Vitandæ perturbationes animi, quia his ſpiritus inflammantur & diſſipantur: honeſtæ voluptatis oblectamenta omnia perquirenda: venus vero penitus fugienda, vt quæ vniuerſum neruoſum genus debilitet: Multi decoctionis guaiacinæ loco vtuntur decocto chynæ. Eſt autem chyna *iunci cuiuſdam radix nodoſa, rara, cum recens eſt grauis, leuis vero, vbi vetuſtate exoleuit, inodora eſt*: ex quo permultis B
eſt: ex quo permultis efficacis omnis qualitatis expers videtur ex India aduehitur. ſic vero præparatur, in orbiculares taleolas diuiditur, & in aqua fontana aut fluuiali coquitur, ægris in potum mane & veſperi hac forma exhibetur.

Quibus & quale vinũ permittendum.

Chyna deſcriptio.

℞ rad. chyn. in taleolas ſecta ℥ij. aqu. font. ℔ xij. infundantur per horas xij. & coquantur ad conſumptionem iij partis, ſumat mane ℥vj. totidem veſperi. Sudorem in lecto expectet, ex ſubſidente magmate ſecunda etiam paratur decoctio, ſed pauciore affuſa aqua, quæ diuturniore etiam elixatione, quæ in magmate reſtant, vires eliciat per paſtus vſurpanda. Sunt, qui tertiam prӕterea inde decoctionem parant, ſed quæ omnino ſit inefficax, Zarzæ parillæ eadem eſt præparatio.

Præparatio.

De Zarzaparilla.

De ſecundo curandæ luis venereæ modo, per frictionem. CAP. IX.

Certior eſt, quæ per litum & frictionem fit luis venereæ curatio, quanquam non in quauis eius ſpecie, conditione & tempore. Si namque morbus ſit inueteratus, ab humore lento, craſſo, viſcido & ſolidis partibus tenacius infixo, quemadmodum ex oſſium nodoſis tumoribus licet intelligere: tum C
tantum abeſt, vt frictione primo quoque tempore vſurpata, quidquam proficiamus, vt contra ægrum in vitæ diſcrimen abducamus, niſi præmiſſis remollientibus & concoquentibus, humorem ad excluſionem præparauerimus. At ſi recens ſit cum doloribus mobilibus, puſtuliſque & vlceribus in faucibus, gutture, gula & pudendis, tum facile curare licebit eiuſmodi præparantibus, ſi præſertim humor ſatis ex ſeſe & natura ſua obſequens ſit, & velut apparatus. Ergo præmiſſis vniuerſalibus remediis licebit ad litum ex hydrargyro venire.

Quando humectantib. præparandũ corpus ante frictionem ex hydrargyro.

De delectu, præparatione, & mixtione argenti viui. CAP. X.

Qvod melius eſt, clarum eſt, tenue, album & fluidum: quod contra liuet, nec fluidum eſt, admixto plumbo adulteratum putatur. Quod purius ſit, per pellem arietinam colatur: concluſum enim ſi comprimatur, tenuitate ſua penetrat, ſordeſque ſuas & plumbeas admixtas fæces in interiore ſuperficie relinquit. Elixatur inde in aceto cum ſaluia, roremarino, thymo, chamæmelo, meliloto, iterumque colatur, & tot artibus excultum in vnguenta atque emplaſtra venit & admiſcetur. Vt extinguatur certius diu agitandum, & veluti tribulandum eſt in mortario, vt in quam tenuiſſimas partes frangatur, ſeparetur, hacque arte facultas ipſi adimatur, qua poſſit in priſtinum corpus coire: in quam rem licet etiam D
ſulphuris ac ſublimati aliquid addere, vt mox dicetur. Sæpius miſcetur cum axungia ſuilla, addito oleo terebinthinæ, nucis moſchatæ, caryophyllorum, ſaluiæ, theriaca Galeni. Si vna cum lue venerea corpus leucophlegmatia occupat, addenda ſunt remedia calida attenuantia, incidentia & deſiccantia medicamento, quod ad litum parabitur: idem fiet cum in oſſium ſubſtantiam ſubire ipſum volumus. At ſi æger temperamento ſit bilioſus, ſanguineque facile inflammabili, minus calida, attrahentia & diſcutienda deligenda erunt. Quemadmodum cum nodoſis, ſcirrhoſiſue tumoribus oblitum erit corpus, aut ariditate nimia ſqualidum, admiſcenda erunt remollientia & humectantia. Cæterum quo melior ſit eiuſmodi litubus conſiſtentia, in ſingulas eorum libras addere ſoleo, quatuor, quinque, vel ſex ouorum induratorum vitellos. Ergo erit medicamenti de Vigo dicti hæc forma.

Quid ſit vnguentũ argentum viuum.

Quæ pro corporum affectuum varietate admiſcenda ſint argento viuo.

℞ axungiæ porci lib. j. oleor. chamæm. aneth. maſtich. & laurini an. ℥j. ſtyra liquid. ℥x. rad. enul. camp. parum contritæ, & ebuli an. ℥iij. pulu. euphorb. ℥ß. vini odorif. lib. j. bulliant omnia ſimul vſque ad conſumptionem vini, deinde colentur, colaturæ adde lithar. vtriuſque auri ℥vj. thuris, maſtich. an. ℥vj. reſ. pini ℥j ß. tereb. venet. ℥j. argenti viui ℥iiij. ceræ albæ ℥ß. dictis pulueribus oleo cum cera incorporentur omnia ſimul, fiat linimentum ad vſum. Vel *℞ argen. viui prepar. ℥vj. ſublimati ℥ß. ſulphur. viui ℥ß. axung. porci ſale expertis, lib. j. vitellos ouor. ſub cineribus coctorum nu. iij. olei terebinth. & laurini an. ℥ij. theriac. vete. & mithridat. an. ℥ß. fiat linimentum, vt artis eſt.* Modus vero faciendi, erit eiuſmodi: In primis ſublimatum ſulphurque in pollinem redigentur, tum affundetur argenti viui aliqua portio, ſimul & axungiæ, mox & vitellorum induratorum, continuo omnia & diligenter agitando: His omnibus fideliter concorporatis, tantundem rurſum affundetur argenti viui, axungiæ, & vitellorum, ac priori maſſæ incorporabitur, extremo loco affundentur olea, mox theriaca & mithridatium, ſimulque omnia per diem integrum tundentur, hacque arte parabitur laudabilis conſiſtentiæ vnguentum, quo ego multoties fœliciter ſum vſus. In coquenda tamen ante axungia

Vnguentũ ex argento viuo deſcriptio.

Modus faciendi.

Axungia, cui argentũ viuum admiſcetur, præparatio.

eſt cum

A eſt cum herbis nerualibus, ſaluia nempe, roremarino, thymo, maiorana, lauendula, & aliis, quæ tempeſtiue haberi poterunt. Sic enim axungia attenuandi vim maiorem acquirit, earumque partium conſolandarum, quas lues venerea affligit. Præterea cũ vnguenta eo conſilio parentur, vt eiuſmodi virulentia intus foras eliciatur, ſudoribus & tranſpiratione per cutis ſpiracula, nemini dubium eſſe poteſt, quin relaxandi viribus, rarefaciendi & attrahendi prædita eſſe debeant. At axungia præterquam quod extinguendo argento viuo valde idonea eſt, inſuper etiam relaxat & remollit. Oleum vero laurinum, de ſpica, rutaceum rarefaciant, digerunt, doloreſque minuunt. Terebinthina argentum viuum etiam reſtinguit, & inhibet, moderate calefacit, reſoluit, & partes neruoſas roborat. At argentum viuum luis venereæ propria eſt antidotus, vt quam curet quocunque modo appoſitum, partium tenuitate deſiccando & ſudores promouendo. Conferunt quidem aliquid theriaca & mithridatium ad obtundendum huius morbi virus: ſed niſi argentum viuum tanquam vnctura & alexiterium vnicum accedat, non faciunt operæ pretium.

Vires ſingulorum, ex quibus conſurgit [illegible] vnguentum. Hydrargyros viuum.

Quæ ſit ars oblinendi, ſeu perfricandi corporis.

B CAP. XI.

Corpore, humoribuſque plethoram aut inflammationem facientibus & fouentibus, per ſyrupos concoquentes præparatis, & per cathartica & phlebotomiam vt decet, ex Medici ſententia exhauſtis, æger in conclaui, ſeu natura, ſeu arte calido, & a frigidorum ventorum afflatu ſemoto concludendus eſt. Nam *in hoc morbo frigus eſt inimiciſſimum*, tum quia partes neruoſas morbi occaſione iam pridem affectas lædit, tum quia medicamentorum efficaciam minuit. Itaque in eo perperam agunt qui [illegible], qui ſeu hyeme, ſeu æſtate in vaſto cubiculo conſpirantium vndique ventorum afflatui expoſito ægros oblinunt. Cautius agunt, qui ſtatim etiam ad ignem, dum ſub camino oblinitur, ægro, vela [illegible] ſtormam, ne [illegible] frigida aura aſpirare poſſit, obtendunt. Nihil tamen tutius eſt, quam ægrum vel in angulo conclauis, vel in vaſti cubiculi angulo obtenſis tapetibus velut tentorio, in quo [illegible] extructum ſit, ſtatuere & oblinere: ſic enim diutius & ſine tædio ſtans, ſedenſue vt libitum animo fuerit, durare poterit, & æquali vndique calore afflabitur, qui ſtantibus & perunctis ſub camino ad ignem nõ poteſt non eſſe inæqualis, inde vitalans, hinc tantum non refrigerans: qui motus contrarius [illegible], & ei, quod quærimus, inimicus adde, quod ſi æger debilis ſit, ignis calorem ſtans perferre non valebit. Vel ſi verecundior extitat, corpus vniuerſum nudum Chirurgis nudum oſtentare recuſabit: poterit vero in noxie

C & ſaluo pudore in anguſto conclaui, in quo hypocauſtum extructum ſit, in lectulo iacens artus ſingulos, ſecundum articulos oblinendos, moxque vel ſtuppis vel bombace carminatis aut charta papyro inuoluendos, renudare.

Ignis calor ægrum dum oblinitur, æqualiter afficere debet.

Frigus lue venerea infectis inimiciſſimum.

Quæ cautiones obſeruandæ ſint in oblinendo ſeu perfricando ægro. CAP. XII.

Litus ſeu frictio fiet matutino tempore, coctione ciborum & diſtributione perfecta, quæ alioqui functiones male fierent, naturæ viribus in plura opera diſtractis. Quanquam ſi æger [illegible] ſit, poterit vna hora ante litum gelatina, vitello oui, aut iuſculo ex tabefactis elixatione carnibus cibari, ſed modice ne ſolidorum aut plurium ciborum coctioni intenta natura, ab eo, quod intendimus, auocetur. Initio oblinentur membrorum tantum articuli, manuum nempe, cubitorum, pedum, genuum & humerorum. At poſtea ſi æger robuſtior ſit, & humorum corporiſque maior commotio neceſſaria videatur, oblini præterea poterunt viſcerum nobilium emunctoria, totaque ſpina dorſi, cautione tamen multa adhibita, vitatiſque ſemper principibus & nobilibus partibus, ne faciamus, quod carnifices illi empyrici, qui totum corpus à planta pedum ad verticem vſque pariter æqualiterque oblinunt & perfricant. Habenda inſuper diligens ratio earum partium, quæ huius morbi ſymptomatibus obſidentur: vt magis illæ oblinantur & validius perfricentur. Dicendum tamen ſemper litus frictioniſque initium

D ab illis, quæ minus dolent, ne ad dolentes amplior ſemper fiat humorum raptus. Atque vt blandiores frictiones cutis ſpiracula haud ſatis reſerant, ſic validiores & duriores obſerant, dolorem commouent, & materiam morbificam copioſius attrahunt. Itaque mediocres frictiones facere tutius erit, à viribus ægri indicatione ſumpta, vt quæ ſemper præcipua habenda ſit.

Ieiunus ſi ſit non poteſt æger oblinendus.

Quibus locis corpus oblinendum.

Litus inſtituendum.

Eſt & aliud, in quod Medico Chirurgoque, diligentiſſime omnino eſt intuendum, vt quod niſi aſtu prouiſum fuerit, ægrum vel ad exitum præcipitet, vel recidiuæ obnoxium reddat. Quantitas ſcilicet remediorum, & lituum, frictionumque numerus. Quæ contemplatio cum ea, quæ eſt de temperamentorum corporis vniuerſi, & ſingularum eius partium gradibus, valde ſollicitos tenet bonorum Medicorum animos, artemque coniecturalem facit, tantum abeſt, vt eam empyrici conſequi mente valeãt. Conandum tamen methodo & ratione, vt ex indicationum toties repetitarum regula ad eius cognitionem quam proxime fieri poterit, accedamus. Perfectam enim eius ſcientiam habere, hiſque omnino quatuor, aliis quinque, aliis ſex plures pauciorefue frictiones ab initio, quod empyrici faciunt, præſcribere impoſſibile eſt & ſuperſtitioſum.

Quæ artem medicam coniecturalem faciant.

Mutanda hæc omnia pro morbi malignitate, inueteratione, & ægrotorum corporum conditione. Certe tamdiu linendum perfricandumque eſt, quoad humorum virulentorum perfecta expurgatio expultione ſeu ſaliuatione, alui deiectione, vrinarum profluuio, ſudoribus, aut inſenſili tranſpiratione facta fuerit. Quod intelligere licebit ex puſtularum, vlcerumque extinctione & reſiccatione, dolorum & aliorum huic morbo propriorum ſymptomatum ſedatione. In permultis propter denſiorem compactioremque corporis habitum natura in excernendo pigrior eſt.

Quamdiu linendum. Signa corporum ſufficienter perfrictorum.

Hos tandem bis in die, mane ſcilicet, & veſperi ſex à prandio horis, linere & perfricare optimum eſſe, multa experientia didici: Sic plus vno die proficitur, quam ſingulorum trium dierum

Qui ſemel, qui bis in die, qui alternis tantum diebus perfricandi. Lib. de ven. ſect.

A ſingulis frictionibus. Contra vero rariora, & delicatiora corpora, ſæpe & fœliciter alterius tantum perfricatur, vnius aut etiam duorum dierum quiete permiſſa ad vires recolligendas, quæ ſpirituum nimia reſolutione imbecilliores redditæ erant, ſuſceptæ morbificæ materiæ reliquiis excernendis. Et certe ſub inſtitutæ frictionis extremum, cum præſertim ægri ſpuere incipiunt, corpora cum noxiis humoribus præcedentium frictionum opera ſic fluida reddita ſunt, vt ſit tum vna frictio efficacior, quam duæ ſint per initia. Itaque vt morbo exiſtente magno, & ægri viribus infirmis, Galenus iubet partiri ſanguinis detractionem, ſic & hic, cum naturam, velut in procinctu, aliquo excretionis genere per os, aluum ſimiliue alio incitatam animaduerterimus, ſæpius vna die ſemel linere aut fricare non decet, imo etiam dies aliquos intermittere forte ſatius eſt. Sic enim narrat Maſſa, extitiſſe quendam, qui maraſmo prope confectus, grauiſſimis huius morbi doloribus continentur afflictus, & à reliquis Medicis pro deplorato habitus, à ſe tandem integræ ſanitati ſit reſtitutus, cum ipſum interpollatis vicibus ad virium inſtaurationem tricies ſepties perfricuiſſet. Animaduerſi ſunt à me alij, qui ſic, die vno aut altero intercecto decies quinquies, decies ſepties perfricti plane conualuerunt. Hic ergo modus in exolutis debilibuſque corporibus tenendus. B Sed inter in ſpectandum, ne frictiones imbecilliores ſint, & adeo paucæ, vt cauſa morbifica haud ad viuum perſtringatur. In hoc enim morbi genere, natura ipſa per ſe criſes non molitur, medicamentorum auxiliares copias requirit, quibus adiuta vniuerſum hoc venenum exigere queat.

Virulenta materia criſi excernenda naturam non ſufficere. Signa imminentis criſeos excretionum.

Eiuſmodi criſis vel impendentis, vel iam præſentis ſigna ſunt, ſi æger ſic ſe iactet, ſic faſtidiat omnia, vt nec ſtans, nec iacens eodem ſe ſtatu continere poſſit, non edere, non bibere queat: ſi perpetua laſſitudine, ſere ad lipothymiam vſque prematur, cum pulſu bono tamen & æquali: ſuperueniant tormina cum cruentis & viſcidis deiectionibus: donec tandem natura poſt vnum aut alterum diem morbificæ materiæ portione expedita, tantum dolores, tantum ſymptomata omnia minuantur, quantum excretiones procedunt. At vbi remedia vel numero vel viribus paria non ſunt, criſis ſequitur imperfecta, morbificæ materiæ reliquias faciens, quæ fermenti inſtar, humorum vniuerſam maſſam ſic ſenſim inficiunt, vt ſæpe poſt decennium morbus quaſi ex latebris emergat, priore longe deterior. Pariter vero videndum eſt, ne violentiora ſint, quæ aſſumuntur, aut adhibentur medicamenta.

Quæ damna ſequantur ex immoderata perfrictione.

Talis enim humoris pituitoſi & ſolidarum partium colliquatione inuecta, ægros ad tabem immedicabilem deduxerunt. Aliis vlcera ſordida & putrida inde ore toto emerſerunt, quæ palati & linguæ bona parte exeſa, in mortiferum & morticinum cancrum degenerarunt. Aliis hinc ſic lingua intumuit, vt omnem oris capacitatem impleret, C adeo, vt in nullam eius partem mandendi ergo ſeſe inflectere poſſet, ex quo lenta fame moriebantur. Aliis tanta humorum colliquatio facta eſt, vt per menſem integrum poſt lenta & fœda ſaliua os ipſis aſſidue manarit. Aliis reſolutio ſuperuenit muſculorum maxillam mouentium: aliis conuulſio, adeo vt in vitæ reliquum vix hiare potuerint. Alij maxillæ portione deperdita dentium aliquot iacturam fecerunt.

Quibus profuit guaiaci decoctum purgans. Dyſenteria a validiore per frictione oborta remedium.

Cæterum non ſemper corpus eouſque oblinendum & fricandum eſt, donec oris aut alui profluuium appareat. Non paucos enim reperias, quos ne ſi ad necem quidem oblinas aut perfrices, ad Sialiſmum deducere poſſis: conualeſcunt illi tamen nihilominus, facta criſi vel per inſenſilem tranſpirationem, vel vrinarum profluuium cum leui aliqua, ſeu arte procurata, ſeu ſponte oborta diarrhœa, in quo caſu multis profuiſſe animaduerti decoctum guaiaci pro humoris peccantis copia purgans per aliquot dies mane exhibitum, addito vino albo, ſi lentis aut viſcidis humoribus corpus ſcateret.

Dyſenteriæ à frictionibus obortæ remedio ſunt clyſteres, in quibus multa axungia ſuilla diſſoluta ſit, ad obtundendam medicamenti, quod inuexit, & humoris, qui dyſenteriam fouet, acrimoniam. Recens etiam theriaca in lacte pingui diſſoluta tale ſymtoma mirifice ſedare creditur. D

De Tertio curationis genere, quod per Cerotea & emplaſtra, frictionis vicaria, ſuſcipitur.

CAP. XIII.

Curationem per emplaſtra eſſe tardiorem.

QVia multi à nomine de vſu frictionis, quæ per commemorata vnguenta ſuſcipitur, abhorrent, ideo inuenta alia curandi ratio eſt per cerotea & emplaſtra frictionis vicaria, niſi quod paulo tardior eſſe ſolet, in quam rem non eſt neceſſe, ea tantum vſurpare, quæ à Vigonio deſcripta ſunt, ſed licet alia etiam excogitare, quæ magis miſtæ anodyna, emollientia, incidentia, diſcutientia, aut deſiccantia exiſtunt, pro præſentis morbi, ſymptomatum, humorum & ægri conditione: nunquam omiſſo argento viuo, vnico huius morbi alexiterio. Talia emplaſtra mitigant dolores, & nodos, duritiaſque omnes reſoluunt, omninoque valde efficacia ſunt: quia cum continenter corpori inhæreant, continenter etiam agunt.

Quando vtilior ſit, quæ per emplaſtra ſuſcipitur curatio.

Itaque horum vſus præcipue eſſe debet in huius morbi relapſibus, vel quando humores craſſi ſubſunt & viſcidi, vel alioqui in imo corpore demerſi, omninoque eradicatu contumaces. E Sed quia tardius agunt, ſæpe qui ea vſurpant, coguntur ad extremum frictiones aliquot moliri, ad ſtimulandam naturam & celeriorem excretionem. Quanquam nonnullis, quibus corpora humoreſque vel natura vel arte fluida erant, appoſita emplaſtra triduo vacuationem, quæ morbo par eſſet, procurauerunt, adeo vt niſi tum exempta fuiſſent, colliquationem ei ſimilem, cuius meminimus in frictione violentiore, inuectura eſſent. Itaque idem de his eximendis iudicium eſſe debet, quo de litubus & frictionibus eſſe diximus.

Emplaſtri deſcriptio.

Loco emplaſtri de Vigo, ſequens valde commode vſurpari poteſt: *℞. maſſæ emplaſtri de meliloto & oxycrocei an. ℔ ß. argenti viui extincti ℥ j. oleo laurino & de ſpica, reducantur ad formam emplaſtri.* Extendi emplaſtra debent ſuper alutam æqualiter, iiſdemque articulorum locis imponi, qui in ea, quæ perfrictioné fit, curatione dicti ſunt. Sunt tamen, qui brachium totum à manu ad ſcapulam vſque, & crus totum à ſummo

A ſummo genu ad extremos vſque digitos emplaſtro contegunt, quod ego non improbo, modo articulorum loca craſſiore emplaſtro obducantur. Tamdiu illic ſini debent, quoad natura excitata, virulentorum humorum perfecta cuti excretionem fecerit. Quanquam ſi interim pruritus molestus in partibus laboratur, poterunt exui tantiſper, dum partes illæ foueuntur, decocto florum chamæmeli, meliloti, roſarum rubrarum, & ſimilium in vino parato, ad id, quod pruritum facit, diluendum, tum que rurſum reſtitui. Sunt, qui vt pruritum ortu impediant, emplaſtra haud nuda parti apponunt, ſed byſſino bracteæ velata, ne adhæreant, ſiſque tranſpirationem partis intercipiant; quo tantus cautum: validiora vero vel debiliora erunt, diutius breuiusque parti hærebant, prout indicat ortes toties decantata poſtulare videbuntur. Emplaſtrorum effectus idem est, qui & fricationum. Cum enim procurant alias per inſenſilem tranſpirationem, alias per diarrhoeam, aliquando per vrinas, ſæpius vero, quæ etiam certa ſidelior eſt, per ſyaliſmum. Ex ſyaliſmo, propter virulentorum humorum oris partibus adhærentium acrimoniam, vlcera ſordida & virulenta toto ſæpe ore, lingua, palato, & gingiuis ſurgunt, quæ vt incremento prohibeantur, permulti frequentes clyſteres ex remollientibus iniiciunt, præſertim ab initium ſyaliſmi, quo humores maiore copia, quam par eſt, (quam vnquam pars ipſa ferre poſſit) ſurſum citato impetu ſcadentes, deorſum reuocent. Sunt etiam, qui eodem conſilio catharticum in ipſo articulo, quo humores in procincta ſunt, admotum ſurſum, exhibent, quod mihi non ſatis tutum videtur. Talium vlcerum curatio longe differt à reliquorum curatione: non enim vllo modo reprimi aut repelli debent, quantumuis inflammata ſint, ſed ſolum temperari gargariſmatibus anodynis, tantum vt ardor minuatur, & vt oris frequenti illa colluitione viſcidorum humorum ad eiuſmodi vlcera adhæſus impediatur. In hanc rem prodeſt decoctum hordei, lac vaccinum tepidum ore contentum, & verſatum, mucagines ſeminum maluæ, altheæ, pſilij, lactucæ, lini extractæ in aqua hordei, maluæ, vel parietariæ: hæc enim mitigant, vlcera, & humorum adhærentium tenacitas diluitur. Cauendum per initia a valide detergentibus: talia enim omnia coniunctam ferre acrimoniam habent, doloris incrementum illaturam. In ſitu vero multo magis. Tum enim frequenti collutione blande deterſa vlcera, acrium appulſu denuo irritarentur. Sufficiet igitur commemoratis remediis vti, impedireque ne vlcerum ſordities & inflammatio augeatur, modo tamen talia vlcera maligniora & ardentiora non ſint. Si enim vel admotorum emplaſtrorum efficaci efficacia, vel naturæ in motu ſurſum deprauatæ impetu, contigerit tantam viſcidorum & craſſiorum humorum copiam ad os efferri, vt parum abſit, quin pars illa materiæ morbificæ dominio

C teneatur, adeo vt anadromes rapiditate & perennitate tumefactis genis, gangrænæ, ab intercluſis adſtu ſpiritibus, & partium earum extincto calore natiuo, periculum immineat, tum cogitur Medicus propriam morbi curationem pro derelicta ad tempus habere, vt funeſto ſymptomati occurrat. Itaque collutiones imperabit ex decocto earum rerum, quæ reſtringant, ſiſtunt, & repellunt, vt plantaginis, ſolani, polygoni, burſæ paſtoris, cum ſyrupis roſarum ſiccarum, nymphææ, cydoniorum, berberis, granatorum & ſimilium.

Eandem vim habent decocta & mucagines ſeminum lactucæ, pſyllij, cydoniorum, plantaginis, cucumeris, melonum, papaueris albi, hyoſcyami albi in aquis roſarum, plantaginis, ſolani, nymphææ, caprifolij, prodeſt & ſudores prouocare laconicis omninoque calidis & ſiccis admotis: ſic enim humorum à vaſis in vniuerſam corporis ſuperficiem currentium reuulſio fit. At cum inhiberi incipit humorum ad os excurſus, & tumorum vlcerumque incrementum minui, tum nihil impediet blande detergere ſyrupo roſar. ſiccarum, melle roſaceo, diamorum, dianucum & ſimilibus. Cum vero deſiccandorum vlcerum opportunitas aderit, contingi leniter poterunt aqua aluminoſa, vel etiam aqua chymicorum, quæ in metallis diuimendis vires ſuas ſummas oſtentit. Vtendum præterea frequenter erit gargariſmatibus deſiccantibus, cum adſtrictione paratis ex aquis roſar. plantag. ſolani, burſæ paſt. polygoni & cynoglosſi, incoctis vna balauſtiis, roſis rub. myrtil. ſumachio, alumine, acacia, berber. gallis, malicor. & ſimi-

D libus, per ſyaliſmum ægrum inſtituere & nutrire oportet cibis liquidis & euchymis, & coctu facilimis, quia tum nec mandendi, nec deglutiendi, nec dura coquendi facilitas adeſt: Natura enim tota in noxiorum humorum excretionem intenta, præterea etiam dolorum acerbitate, vigiliis & inquietudine, adeoque ſpirituum mala reſolutione debilitata, in validæ coctionis opus nequit incumbere. Ergo exhibebuntur oua tremula, iuſcula ex iiſdem parata, hordeata, conſumpta ex decocti partium extremarum carnis vitulinæ & gallinaceæ, gelatina expreſſa colatitia, parca quidem, ſed frequenti manu, collato ſemper ante cibum ore. In potum exhibebitur decoctum guaiaci conditum cinamomo: vel ſi quis velit in potu eſſe alimentum, quia cibis non vescuntur ægri collubitoribus, licebit exhibere vinum vetus maturum, rubellum & tenue, aqua decoctionis hordei temperatum. Sunt qui panis albiſſimi bene ſubacti micam in vino prædicto macerant, exprimuntque, vt aliquid panis vino mixtum id cum alibilius reddat, cum minuta acrimonia mitius. Alij calentem à furno panem in vino per noctem macerant, totum id deſtillationi, quæ per balneum mariæ fit, ſubiiciunt, quod liquoris primum eſſluet validius & calidius erit: at quod dehinc manabit, mitius, & quo æger innoxie cum vino mixto ad ampliorem nutritionem & vi-

E rium inſtaurationem vti poterit.

Reparandis ſpiritibus in leipothymiæ metu, ſufficient vinum maluaticum, aromatites, acetum roſatum, & ſimilia naribus ad odorandum admota, ni forte ea natura ſponte æger horreat: ſic enim magis vires & ſpiritus conſernarent. Alui interim cura diligens habenda eſt, atque vt leuium, molliumque, clyſterum vſu libera ſit, ex Medici ſententia procurandam.

Quæ excretio hic fidelissima morbū maneat.

Ad vitanda oris vlcera.

Ad curanda cum orta fuerint.

Quando in hoc vlcerum genere locus ſit repellentibus.

Gargariſmata repellentia & refrigerantia.

Quando & vnguenta vlcera deſiccent.

Victus ratio in vlceratione.

Vt impetu ſit alimentum.

De quarto curandæ luis venereæ modo.

CAP. XIV.

Quo nocet corpori hic curandi modus.

COmmenti ſunt nonnulli quartam viam curandæ luis venereæ per ſuffitus. Hanc ego non admodum probandam cenſeo, propter maligna multa, quæ inde exurgunt, ſymptomata. Cerebrum enim & pulmones, quibus primo & pleno appulſu excipiuntur, venenata contagione inficiunt & corrumpunt, vnde ægris in vitæ reliquum ſuperſtes manet ſpiritus ſeu anhelitus fœtor. Imo plerique dum ſic curarentur, conuulſione prehenſi ſunt, capitis, manuum, & tibiarum tremore, ſurditate, apoplexia, miseraque tandem morte conflicti, propter tetros ſulphuris & argenti viui, quibus cinnabaris conſtat, vapores, ore, naribus, totoque corpore hauſtos. Quare eiuſmodi ſuffituum vſum, qui vniuerſi corporis gratia per os & nares exceptis halitibus inſtituitur, nunquam probauerim: at eum haud ſim probandum duxerim, qui partis tantum alicuius cauſa ſuſcipitur, ad deſiccanda male morata quæ eam ſic occupant vlcera, vt aliis artibus debellari nequeant, aut ad fundendos & digerendos nodos: doloreſque hos reſoluendos, alioqui indomabiles. His enim ſuffitibus propter admixtum argentum viuum vis ineſt attenuandi, incidendi, reſoluendi, liquandi. Qui ad vniuerſi morbi, corporiſque curationem hos ſuffitus parant, hac via procedunt: Ægrum ſub papilione vndique fideliter obtenſo, ne qua quid expirare poſſit, ſtatuunt, vnaque vaſculum prunis candentibus plenum, in quas cinnabarim copioſe aſpergunt, vt ſic vndique exhalante fumo perfringatur, quo plane modo veterinarij ſolent equos grauedinoſos & mucoſos, ſingulis diebus tamdiu iterant, quoad os multa ſaliua ſtillare incipiat. Eiuſmodi ſuffituum, vt iam notatum eſt, princeps materia ſeu baſis eſt cinnabaris, ſulphure & argento viuo ſimul commixtis, conflatis, additur radix ireos florentiæ, thus, olibanum, myrrha, iuncus odoratus, aſſa odorata, maſtiche, terebinthina, & theriaca, quibus omnibus vis ineſt reſolutionis ſpirituum cohibendæ, naturæ roborandæ, tetrorisque & malignæ qualitatis argenti viui corrigendæ. Parantur etiam alij alia arte ſuffitus, omnino tamen poſtquam extinctum fuerit, & hac, quæ ſequitur, arte velut fixum argentum viuum, liquatur plumbum, eique, cum iam fere refrixerit, affunditur & admiſcetur argentum viuum, totum id in puluerem redigitur, addito antimonio, aloe, maſtiche, calcantho, auripigmento, benionio in puluiſculum redactis, & cum terebinthina in trochiſcorum formam coagmentatis. Vel: ℞. *cinnabaris* ℥j. *ſtyracis rubri & calamitæ, nucis moſch. an.* ʒiij. *benionij* ʒß. *excipe terebinthina, fiant trochiſci ponderis,* ʒij. *ad vſum dictum:* additur terebinthina ad ea compingéda, quæ ſicca ſunt, adduntur & gummi, vt fumis ſuffitibuſque materiam præbeant. Cæterum virulenta luis venereæ vlcera non ante ſuffiuntur, quam deterſa fuerint. Probatur etiam ſequens ſuffitus:

Quæ ſuffitus probandi. Suffituum ex cinnabari vniuerſalium ratio.

Materia ſuffiendum.

Trochiſci in ſuffitus.

℞. *cinnabaris* ʒj. *benionij, myrrhæ, ſtyracis, olibani, opopanacis an.* ʒß. *maſtich. macis, thuris an.* ʒij *excipiantur terebinthina, & fiat ſuffumigium.*

De Symptomatum ſeu ſymptomaticorum luis venereæ affectuum curatione, imprimiſque vlcerum penis.

CAP. XV.

Præputij quam glandis vlcera maligniora.

VLcera in toto quidem pene calloſa & maligna ex hoc morbo aſſurgunt, ſed longe ea ſunt maligniora, quæ in præputio, quam quæ in glande oriuntur. Sunt enim communibus vlcerum, quæ aliunde veniunt, remediis rebellia, & in gangrænam faceſſere obnoxia, ſic vt plærique qui ſibi mature argento viuo non prouiderunt, eam imprudentiam glandis ſæpe & totius penis iactura & amputatione luere neceſſe habeant. Sum tamen in ea ſententia, vt putem, omnium vlcerum, quæ in pene oboriuntur, curandorum initium à generalibus vlcerum remediis eſſe ducendum. Non enim omnia, quæ coitus occaſione in ea parte naſcuntur, vlcera viruléta ſunt. At cum nihil proficere nos hac arte animaduerterimus, ſerpetque nihilominus indies malum, tum ad veniendum, quæ argentum viuum admittunt, vt his obuiam eatur virulentiæ in totum mox corpus ſeſe propagaturæ, omnino tamen omnia viribus illis prædita ſint oportet, quæ acrimoniam huius veneni malignam queant obtundere, quale eſt quod ſequitur Lanfranci collyrium: ℞. *vini albi* ℔j *aquæ roſar. & plantag. an. quart. j. auripig.* ʒij. *viridis æris* ʒj. *aloes myrrhæ an.* ʒij *terantur ſubtiliſſime & fiat collyrium.* Contingi illa etiam vlcera vtiliter poterunt aqua ex ſublimato aut etiam chymiſtarum, quæ dirimendis metallis inſeruierit, vel imponetur puluis mercurij, vel ægyptiacum à nobis deſcriptum. Eſcharæ vero lapſus procurabitur baſilicone aut butyro recenti. His tamē acribus niſi caute admodum non vtendum cenſeo gangrænæ metu, quæ huic parti facilis eſt. Quod ſi eiuſmodi vlcerum tanta ſit pertinacia, vt his remediis non cedant, tum ad frictiones ſeu litus inguinum pertinet & vlcerum veniendum, ex vnguentis ante ad frictionem vniuerſalem deſcriptis. Fieri etiam ſuffitus poterunt, quo *ſuperiore capite* diximus modo. Sic enim demum virulenti humoris malignitas obtundetur, calloſæ durities molleſcent, vlcera denique ipſa deſiccabuntur, deterſaque conſolidabuntur. Nonnunquam poſt perfectam eiuſmodi vlcerum curationem, apparent in permultis manifeſta luis venereæ ſigna, quæ ſe ante non prodebant, quod per manantia vlcera virus manaret: nunc obſerato illo velut diffugio in corpus interius refluat, atque in aliis partibus ſui notas exhibeat, his hominibus vniuerſalis frictio neceſſaria eſt.

Lanfranci collyrium.

Pulueres & ſublimes.

Cur aliquando ſanatis virulentis penis vlceribus ſuperueniat vniuerſalis virulentia.

In quo gonorrhoea à ſtranguria virulenta differat. CAP. XVI.

Quid gonorrhoea.

Lib. 6. de loc. aff.

AD hanc vſque diem permulti putarunt ſtranguriæ virulentæ aliquid cum gonorrhoea veterum eſſe commune, at longe differre eas affectiones, ex his, quæ ſequuntur, intelliges. Eſt enim gonorrhoea *ſeminis profluuium inuoluntarium ex toto corpore ad genitalia decurrentis, propter reſolutionem & paralyſim facultatis retentricis earum partium*, vt eſt à Galeno proditum. Aliis naſcitur id malum

ex ſan-

A ex ſanguinis & materiæ ſeminalis per vniuerſi corporis vaſa collectione, quæ in adipem, lætiorem que habitum non concreſcens, curſum inflectit ad genitalia: contra vero ſtranguria virulenta *profluuium eſt vel, liuidum potius ſaniei flauæ, liuidæ, cruentæ fœtidæ, puri haud bene elaborato ſimilis, per ductum vrinarium, ipſum ſæpe acrimoniæ ſuæ erodentis & exulcerantis, penis, partiumque omnium genitalium erectionem doloriſicam inferentis.* In hac enim erectione, fit earum conuulſiua velut contractio. Hinc eſt quod ægri queruntur ſubtenſam velut ſe chordam eo loco ſentire, quæ penem quaſi deorſum conuellat. Cauſa eſt ſpiritus craſſus & flatulentus, totum canalem ſeu neruum cauernoſum, imo & poroſam omnem penis ſubſtantiam copia replens & diſtendens. Ad hæc ſymptomata ſi hoc acceſſerit, vt exulceretur vrethra, ægrum, dum vrinam effundit, acer dolor diuexat, quia obiter ab vrina acri vlcera irritantur: virulentæ ſtranguriæ tale profluuium, ſæpe ad duos aut etiam tres annos prorogatur: at ſeminis profluuium tamdiu durare nequit, quin corpus ad extremam & mortiferam maciem deducat, quia ſemini materia eſt ex benigniore ſanguinis portione, quemadmodum ex his intelligere eſt, qui vel noctem vnam intemperantius coitu vſi ſunt: his enim totius faciei fere moles ſubſidet, reliquum vero corpus eneruatum languet & torpet. Ex qui-
B bus omnibus efficitur, ſtranguriæ virulentæ profluuium, non eſſe humoris ſeminalis ad fœtus generationem apti, ſed ſaniei potius acris & viſcidæ, quæ corruptione totius ſubſtantiæ venenatam malignitatem acquiſiuit.

Lib. de locis aff.
Quid ſtranguria virulenta.
Cauſa conuulſiua diſtentionis penis.
Vide authorem definit. med. apud Gal.
Qualis per ſtranguriã virulentam fluat materia.

De cauſis ardoris vrinæ, eiuſque differentiis.

CAP. XVII.

VRinæ ardor, cuius ſtranguria virulenta ſpecies eſt, trium ex cauſarum aliqua naſcitur, repletione nempe, manitione, & contagione. Eam, quæ à repletione eſt, facit vel ſanguinis nimia copia, vel laborioſum & multum ſub ardente & auerſo ſole iter, vel ciborum calidiorum, acrium, diureticorum & flatulentorum eſus tenſionem & calorem in partibus vrinariis inferens, vnde ipſarum, ſimulque & partium genitalium inflammatio: quo fit, vt non ſeminalis modo, ſed & multus alius humor in eas partes defluat præſertim vero in proſtatas glandulas, quæ ſunt ad radices ſeu initia ceruicis veſicæ, quo loco deſinunt vaſa ſpermatica: plethoram etiam illam facit coitus abſtinentia in his, qui mulierum conſortio vti conſueuerunt, debili præſertim exiſtente ſeminalium & vrinæ dicatarum partium excretrice, adeo
C vt eo ſe onere ipſæ per ſe expedire nequeant. Tum enim ſuppreſſa materia corrumpitur, acrimoniaque ſua à calore peregrino & putredinoſo contracta ardorem, doloremque in exitu facit. Eiuſmodi materia inflammatoria tumentes proſtatæ, ſucceſſu temporis vomicam rupto abſceſſu faciunt. Hinc ſtillans fluenſue ſecundum vrinarium ductum purulenta ſanies, abradendo vlcera creat, in quæ vrina poſtea impingens exaſperat: vnde acris dolor, qui etiam aliquandiu poſt mictionem durat: vna vero inflammationis, doloris attrahentis & nebuloſi ſpiritus diſtendentis occaſione, penis cum triſti ſenſu erigitur & conuellitur, quemadmodum *capite ſuperiore* notauimus. At eam, quæ ab manitione eſt, creat intempeſtiuus & nimius veneris vſus. Hinc enim commemoratarum glandularum oleoſum & congenitum humidum exhauritur, quo exhauſto vrina non poteſt non eſſe toti vrethræ obiter moleſta & acris: ex quo potiſſimum doloris abradentis ſenſu ardor vrinæ nomen habuit. Illam vero, quæ à contagione eſt, facit impurus coitus cum homine immundo & virulento, ſeu muliere, quæ paulo ante virulenti viri virulentum ſemen exceperit, vel fluores albos patiatur, vel vlceribus occultis obſita pudenda habeat, vel ſpiritum virulentum illic concluſum & latentem circumferat, qui coitu incaleſcens & excitatus mox pari contagione totum corpus inficiat, haud ſecus quam ſcorpionis aut phalangij punctura, tantulo ve-
D neno in cutem immiſſo, vniuerſum mox corpus, ſparſa latius, quam quis credere poſſet, mali vi corripitur, breuique animal concidit. Sic igitur ſeminalis humor proſtatis concluſus, hauſta inde per penem mali labe corrumpitur, partemque ipſam contagio inficit, vnde inflammationis abſceſſus, quo virus per vrethram eructante, ſtranguria virulenta contingit: tetro vero vapore in viſcera parteſque principes cũ humoris reſiduі portiuncula elato, lues venerea.

Particularum pudendarum partiũ plethora cauſa.
Quid inanitionem genitalium faciat.
Contagionis ſtranguriæ ratio.
Cur ſtranguria virulenta degeneret in generalẽ virulentiã.

De Prognoſi in ſtranguria virulenta.

CAP. XVIII.

HAud negligi vel ſegniter curari id malum debet, nam ex ſeſe pernicioſa accidentia, vt prædiximus, inuehit, & neglectum incurabile euadit, adeo vt per totam vitam ſanie virulenta quibuſdam vrethra fluat: ſæpe & vrinæ ſuppreſſio ad hæc mala accedat inflammatis tumefactiſque ſupramodum proſtatis & veſicæ ceruice. Inflammationem iſtam augent, vnaque iſchuriam faciunt coitus, vſus ciborum vel acriorum vel flatulentorum: produnt vero & quaſi exacerbant lunæ exitus ſeu menſium fines. Ab eiuſmodi iſchuria certa mors venit, vt in quodam animaduerti, qui decennium totum ſtranguria virulenta vexatus, tandem ex ſuppreſſa vrina interiit. Solebat ille iſchuria prehendi quoties vehementius
E exacerbabatur, ſeque illa leuare immiſſa argentea fiſtula, quam eo conſilio in omnem euentum ſecum ſemper circumferebat: accidit die quadam, vt eam in veſicam vſque intromittere non poſſet, me igitur acceſſit, qui vrinam ipſi cierem, in quam rem cum nihil non tentaſſem, fruſtranei fuerunt omnes mei conatus, mortuo & diſſecto, veſica vrina differta & quam diſtentiſſima animaduerſa eſt, proſtatæ vero præter naturam tumentes vlceratæ & pure differtæ, ei ſimili, quod ipſi ſtillare per vrethram ſolebat, ex quo intelligere licet, à proſtatis manare id virus, quod per virulentam ſtranguriam ſtillat, non à renibus vt pleri que opinati ſunt. Certe ſtranguria virulenta ſi inueterauerit, particularis lues quædam venerea cenſenda eſt, adeo vt niſi frictione ex hydrargyro nequeat curari. Cæterum quæ ceruicem veſicæ occupant vlcera, facile diſcernuntur ab his, quæ corpus eius ſeu capacitatem intercipiunt: Hic enim quæ diffluit inter meiendum ſanies, vrinæ permixta cernitur, cum filamentis quibuſdam & membra-

Stranguriã virulentam quibuſdam conſeneſcere & commori.
Hiſtoria.
A qua parte manet virus ſtranguria virulenta.
In qua corporis veſica & ceruicis vlcera differant.

naceis corpuſculis per vrinam delatis:huc accedit longe magis inſignis tum ſaniei illius fœtor. Nunc dicendum de vtriuſq; affectus, tum gonorrhoeæ, tum ſtranguriæ virulentę curatione, initio ab illa ducto. A

De Summis capitibus curandæ gonorrhoea.

C A P. XIX.

Diæta.

ACcerſendus Medicus, qui de purgatione, phlebotomia & diæta ſtatuat: ſi à plethora, copiaque ſanguinis & ſeminalis materiæ malum eſt, vitanda omnia, quæ ſanguinis copioſioris prouentum in corpore faciunt, quæ ſemen augent, quæ ad venerem ſtimulant. Itaque abſtinendum vino, niſi forte aquoſo, & auſtero. vitanda non modo mulierũ cõſortia, ſed & imagines, omniaq; ea, quę ipſas, maxime ſi egregiæ charæque fuerint, in mentem reuocant: exercitia valida proſunt, vt grauium onerum ad ſudorem vſque geſtationes, natatio in frigida, parcior ſomnus, lumborum & partium genitalium refrigerationes ex litu vnguenti roſ..., refrigerantis Galeni & nutriti, impoſito inſuper duplici panno in oxycrato macerato & ſæpius renouato. At ſi exolutio facultatis retentricis earundem partium mali cauſa ſit, contracta ex nimio ante maturam illi exercitio ætatem coitu, roborantia, & adſtringentia, tum aſſumẽda, tum adhibenda ſunt. Sed ad virulentam ſtranguriam, quæ noſtri inſtituti magis propria eſt, mea jam feſtinat oratio.

Ad exolutã genitalium retentricem.

De Cura generali tum ardoris vrinæ, tum ſtranguriæ virulentæ. B

C A P. XX.

Diæta.

VAriæ huius morbi curatio inſtituenda eſt pro cauſarum eius & accidentium varietate. Habenda in primis diætæ ratio, vitandaque omnia, quæ ſanguinem inflammant vel inflant, cuius generis ſunt diætetica omnia & flatulenta, tum etiam rapida & valida exercitia. Purgatio & phlebotomia proſunt, ſi præſertim plethora morbi cauſa ſit. Fugienda mulierum conſortia, & de rebus venereis meditationes: haud molli in lectulo cubare debet æger, ſed in ſtrato duriore & matta, nunquam ſi fieri poſſit ſupinus. Elixa aſſis præſtant, cocta cum oxalide, lactuca, portulaca, hordeo mundato, & quatuor ſeminibus frigidis conquaſſatis in condimenta præter ſuccum mali, arantij, granati, & omphacium nihil adhibeat: vinum ſibi fugiendum putet, pro eo vtatur decocto hordei, glycyrrhyzæ, hydromelite, hydrosacchara cum pauco cinnamomo, potu diurno: mane quatuor horis ante paſtum ſorbeat hordeatum, in quo coxerit nodulus ex quatuor ſeminibus frigidis conquaſſatis, & ſemine papaueris albi: ſic enim refrigerat, lenit & deterget: vtilis etiam eſt ſyrupus de althea & capilli veneris, vtilis & alui vacuatio ex caſſiæ ſemuncia, aliquando ſolius, aliquando cum rhei puluerati dragma vna vel ſemidragma: proſunt & frequentes pilulæ ℞. *maſſæ pilular. ſine quibus* ℈j. *rhei electi*, ʒß. *camphoræ g. iiij. cum terebinthina, formentur pilulæ deuorandæ poſt primum ſomnum* Terebinthina vero veneta ſola, vel addito rhei puluere, cum oleo amygdalarum dulcium ſine igne recenter extracto, ſyrupoue capilli veneris ſingulare remedium eſt ad hunc affectum, inſignes enim vires habet leniendi & detergendi, excretricemque facultatem promouendi ad expulſionem materiæ virulentæ proſtatis concluſæ: Adde, quod quam ſit putredini inimica, intelligitur ex ipſius amarore quam vero renibus & vrinariis partibus operam ſuam dicauerit, eo odore proprio, cuius impreſſionem relinquit in vrina, poſtquam deglutita eſt. *Quod ſi quis eſt, qui in bolos confractam deglutire nequeat, facile eſt eam potabilem reddere, diluendo ipſam in mortario cum ouis vitello & vino albo, quemadmodum ex pharmacopola quodam didici, qui eam rem pro magno ſecreto habebat.* C

Ad ſtranguriam a repletione.

Hordeatum. Vacuantia. Terebinthina veneta vtilis in hoc morbo.

Terebinthina quo reddatur potabilis.

Si ab inanitione morbus venerit, curabitur pinguibus iniectionibus, oleoſis & remollientibus potionibus, omnimoque aſſumptis & admotis his, quæ pari facultate inſtructa ſunt: vitatis denique his, vnde mali origo extitit.

Ad ſtranguriam ab inanitione.

Qui vero curandus ſit huius generis morbus, qui ex contagione ſeu impuro concubitu venerit, ſequenti capite abunde dicetur.

De Stranguria virulenta curatione propria. C A P. XXI. D

Iniectio inflammationem reſtringens.

INitium ducendum eſt à doloris mitigatione & inflammationis reſtinctione, quod fiet iniectione in vrethram facta ex decocto ſequenti tepido: ℞. *ſeminis pſilij, lactucæ, papaueris albi, plantag. cydon. lini, hyoſcyami albi an.* ʒij *detrahantur mucores in aqua ſolani & roſar. ad quantitatem ſufficientem: adde trochiſcor. alborum Rhaſis camphoratorum in pollinem redactorum*, ʒj. *miſce ſimul, & fiat iniectio frequens.* Hæc enim, quia refrigerandi vi pollet, inflammationem reſtinguet, dolorem mitigabit, & lentore ſuo vrethræ aſperitates leniet, tuebiturque obducto velut mucore aduerſus vrinæ & virulentorum humorum acrimoniam. Eius loco licebit vti lacte bubulo ab vbere vel igne tepente. Nec iniectum modo lac in hoc affectu prodeſt, ſed etiam ore aſſumptum: refrigerandi enim & detergendi vim habet, tenuitateque partium ad vrinæ ductus non lente permeat: extrinſecus litus fiet ex cerato Galeni refrigerante addita camphora, ex cerato ſcroti & perinæi totius. Hæc antequam admoueantur, ſufficit ſi ab igne tepeſcant. Nam ſi incaleſcant amplius, refrigerandi, qua valent facultate, ſpoliantur. Poſt litum lintea iiſdem partibus imponenda ſunt, macerata in oxycrato ex aqua plantaginis, ſolani, ſemperuiui & roſarum compoſito. Quod ſi interim meiendum, & aliquandiu etiam poſt intolerabilis dolor ægrum excruciet, vt fere fit, ſuadeatur, vt vrinam reddat, demerſa mentula in matellam lacte vel aqua tepente plenam.

Lactis dotes ad ſtranguriam virulentam.

Dolore his artibus mitigato ad deterſionem vlcerum veniendum, hac aut ſimili iniectione: ℞. *hydromelit ſimpl.* ℥iiij *ſyrupor. de roſis ſicc. & de abſynt. an.* ʒß. *fiat iniectio.* Quod ſi validiori deterſione ſit opus licebit addere valde ſalubriter, vt ſæpiſſime ſum expertus, ægyptiaci modicum. Animaduerti etiam ſequens decoctum valde ad eam rem prodeſſe. E

Vt mictio ſit indolens. Iniectiones detergentes.

℞. vini

A ℞. vini albi odoriferi ℔ ß. aquarum plantag. & roſar. an. ℥ij. auripigmenti ʒß. viridis æris ℈j. aloes optimæ ʒß. pulueriſentur pulueriſanda, & bulliant ſimul, ſeruetur ad vſum pro iniectione. Ingredientium huius decocti compoſitionem medicamentorum licebit quantitatem & vim augere vel diminuere, prout æger & ægritudo flagitare videbuntur.

Vlceribus ſic detertis ad reſiccationem properandum, quo tandem cicatrice obducantur. Id fiet reſiccato humore ſuperfluo, & roboratis partibus quæ diutina fluxione imbutæ & relaxatæ fuere, in quam rem ſequens decoctum valde vtile eſt. ℞. aquæ fabrorum ℔ j. pſidiarum, balauſt. nucum cupreſſi conquaſſatarum an. ʒj. ß. ſumach. & berber. an ʒij. ſyrupi roſati & de abſynthio an. ʒj. fiat decoctio, ſeruetur pro iniectione ſæpius in vrethram ſyringe immittenda, quouſque nihil iam [illegible], tum enim de ſalute ſpes certa affulget.

Qui deterſa ſiccentur Vlcera.

De carunculis, quæ in vrethra ab ardore vrinæ veniunt.

CAP. XXII.

B ACris humor, qui ex proſtatis glandulis ſtillat, aſſiduéque per vrinarium ductū manat, obiter ipſum locis quibuſdam erodit, & ſua acrimonia exulcerat vrethram quidem viris, fœminis vero vteri ceruicem. His vt & reliquis vlceribus, accreſcit aliquid do caro ſuperflua, quę ſæpe impedimento, eſt quominus ſemen & vrina præterlabi & diſſluere ſolita, & commeare ibi via poſſint, vnde multorum malorum origo: quo fit, vt eiuſmodi vlcera, quibus accreuerunt carunculæ, diligentiſſime curanda ſint. In primis vero ſciendum, omnia, ſi recentia ſint, [illegible] macerata. Hæc enim illis curatu eo ſunt difficiliora, quod quæ illis ſuperuenerunt carunculæ in callum, cicatrice etiam ſæpe duratæ, obduruerint. Cognoſcimus tuberculis carunculis, ſi catheter per vrinæ ductum libere permeare nequeat, ſed toties in via [illegible] quoties carunculæ [illegible] occurrunt timerendi magna difficultas, ſi tenuis ad modum filo, vel bifurcata vel tortuoſo vrina effluat: vel guttatim tantum ſtillet cum torminum tanto cruciatu, vt ſæpe æger [illegible] non & ſæpe [illegible], [illegible] eorum, quibus calculus eſt in veſica. Poſt mictum, itemque poſt coitum vrinæ & ſeminis aliqua portio ad carunculatum latebras reſidet, adeo vt æger penem comprimere cogatur ad eiuſmodi expellendas reliquias. Aliquando plane vrinam ſupprimunt, vnde veſicæ tanta diſtentio, vt nulla data iſchuria, vrinaque retro in corpus, [illegible] ad extimum præci-

Cum vlceribus partium genitalium ſuperueniant carunculæ.

Carunculæ cur ſe anni diffiles.

Signa.

A carunculis iſchuria. Vrina ſuppreſſa quà data porta ruens.

C pitarint: vita vero eſt nonnunquam [illegible] expreſſa, multis locis præter naturam quaqua verſum diffluere & exudare per anum perinæum, ſcrotum, penem, inguina.

Cum primum tuberculi carunculæ aliquod ſeminium, ex commemoratis ante ſignis ſuſpicamur, curationem ſtatim adhibere conuenit: creſcit enim paruo admodum initio indies adeo caruncula, vt tandem inſanabilis euadat, curandi certe difficultatem his, quæ ante de eius eſſentia dicta ſunt facile augurari licet, adde quod difficulter remedia ad malum peruenire poſſint. Tempus ad eam ſuſcipiendam opportunius eſt vernum ab hoc hyems: quanquam ſi malum premat, nihil eſt differendum. Dum procedit curatio, æger à venere penitus abſtinere debet, hoc enim exercitio, renes, vaſa ſpermatica, proſtatæ glandes, totuſque penis intumeſcunt & incaleſcunt, adeoque ex vicinis & ſupernis partibus attrahunt, vnde excrementorum in locis laborantibus cumulus, curationem longo interuallo retardans. In detergentium iniectionum vſu fugienda ſunt acria & corrodentia, quod ſic vrethra exquiſitiſſimo ſenſu prædita facile offendatur, vnde multorum & malorum accidentium conſecutio. Nec debemus terreri, ſi per interualla ſanguis ex latentibus carunculis fluere cernatur. Eſt enim id ad curationem compendium quia materiæ coniunctæ portione ſublata, incremento malum prohibetur, pars ipſa pondere premente leuatur, quia carunculatum cauſa materialis eſt ſanguis ſuperfluus. Itaque niſi talis hæmorrhagia ſponte ſua venerit, vtile erit eam prouocare intruſo paulo durius, cum cautione tamen, cathete-

Curatio generalis.

Quid ſanat in eo [illegible] difficilem ſanat omni.

Tempus curationis opportunum.

Cur Venus fugienda.

Cur acria vel iniicienda vel parce vtenda.

D re Si maceratæ ſint & callosæ carunculæ, fotu, litu, cataplaſmate, emplaſtro, & ſuffitu ſunt molliendæ, fotus hæc tibi erit ſpecie. ℞. Rad. althea & lilior. alb. an ℥iij. rad bryoniæ & fœnicul. an ℥j. ß. fol. maluar. violar. parietar & mercu. an m. ß. ſeminum lini fœnugr. an ʒß. caricas pingues nu. xij. flor. chamæm. & meliloti an p. j. contundantur contundenda & incidenda incidantur, bulliant omnia in aqua communi, & fiat fotus cum ſpongia tenellis & mollibus ex magmate cataplaſma conficies in ſequentem modum: ℞. predicta materiam, terantur & trajiciantur, adde axungiæ porci, vnguenti baſilicon an ℥ij fiat cataplaſma: imponatur poſt fotum vel ſtatim à fotu Sequens linimentum, interim dum cataplaſma parabitur adhibere poteris: ℞ vnguent. de althea & [illegible] an ℥ß æſypi humida & axungia humana an ℥j. butyri recentis, olei lilior. & chamæm. an ʒij. liqu. fiant ſimul addendo aqua vitæ, ℥j. fiat linimentum, admoueatur extrinſecus, qua parte ſubſtant carunculæ. Eodem conſilio imponuntur emplaſtra, quæ pro animi arbitrio varia ex variis fingere & concinnare poteris, excellit tamen ſupra omnia vt emolliendi, & eiuſmodi callofitas ſcabrities atterendi, emplaſtrum de Vigo feliciter diſpenſatum. Valet & ad eam rem ſequens ſuffitus: Elige lapidis molaris fruſta aliquot (hoc etiam vtimur pro parte veterum) vel craſſiores lateres, poſt quam in igne ſuffecerint, coniiciantur in hauſtam magnam leoctem ſellæ detectoriæ ſuppoſitum, in ſella ſedere iuſſo ægro, quali aluum exoneraturo, aſſande in candentes lapides acetum aceti & aquæ vitæ optimæ partes æquales, circumie-

Cataplaſma.


Litus.

Emplaſtr. de Vigo efficax ad molliendam carunculam.

E ctiſque vndique veſtibus, ne quid fruſtra exhalet, aſcendentem vaporem ano, perinæo, ſcroto & vrethra æger excipiat quinetiam, quo huius remedij vis foelicius ſuccedat, ægrum nudum in dolio a litera notato ſtatuere poteris, ſic vt ſuper aſſeram, qua parte genitalia ſubeunt perforatum ſedeat: in lebetem, candentes lapides continentem, inter ipſius crura ſubiectere mox per oſtiolum litera b. notatum lapides illos liquore commemorato, irrigare, exhalantem fumum ſic facile æger partibus laborantibus excipiet ne nihil eius, vndique ipſi obtecto & obuelato, deperear.

Suffitus

Dolium ad excipiendum ſuffitum affabre factum. A



B

Ad Glauc. lib. 2. ca. 5.

Tali ſuffitui, Galeni ſententia, vis ineſt penetrandi, incidendi, liquefaciendi, remolliendi & digerendi ſcirrhoſas durities. C

Quæ inſuper remedia carunculis occaſione luis venereæ natis, ſint adhibenda.

Cap. XXIII.

Particularia luis venereæ vitia niſi generali virulentia remedio non ſanari.

Remollienda ergo primum carunculæ ſi calloſæ fuerint. Inde deterenda & conſumenda.


AT ſi ſuſpicio eſt ab humore virulento, ſeu luis venereæ veneno has carunculas veniſſe, oportet vt æger diætam illam obſeruet, quæ lue venerea infectis præſcribi ſolet: vtatur decocto guaiaci, linaturque ipſi perinæum, ac totus penis vnguento ad luem veneream concinnato: alias oleum & operam perdet Chirurgus. Interim dum in lecto ſudabit, iubebitur tenere inter crura diuaricata lagenam teſtaceam aqua feruẽte plenam, vel laterem calidum inuolutum linteis, aceto & aqua vitæ irrigatis: ſic enim calor, vaporque ad genitalia ſe efferet, qui vnguenti impoſiti auxilio concurrente, materiam carunculárum liquabit. Remollitæ ſic carunculæ remediis conuenientibus ſunt conſumendæ. Principio igitur ſi callum cicatricemque duxerint (quod ex eo ſuſpicari licet, ſi nihil excrementitij humoris remittant) exaſperandæ ſunt, excoriandæ & atterendæ cathetere plumbeo, extremo ſuo ſurgentibus aſperitatibus limæ rotundæ inſtar ſcabro. Immiſſum illum in vrethram catheterem tamdiu verſabit, iens rediensque toties eandem viam Chirurgus, quamdiu & quoties ipſis comminuendis & atterendis neceſſe videbitur, attritas ſanguine multo manare ſinet, ad affectæ partis leuamen. Licet & in vrethram eodem conſilio demittere fiſtulam litera B. notatam, in quam inſerta ductilis argentea virgula, extremo ſuo rotundo excisoria, occurſu ſuo alliſu & attritu repetito, obnitentes carunculas deterere & complanare poſſit. Certe hac arte multos grauiſſimis huius mali periculis implicitos explicui. Aliis magis placet fiſtula notata litera a. ſic vſurpata. Immittitur in vrethram obuerſis ad carunculas eius prominulis inciſuris excisorius, inſuperque manu extrinſecus appreſſo ad eas pene, qua parte carunculæ ſubſunt. D

Fiſtula

E

A

Fiſtula atterendis carunculis idonea.



B

A. Oſtendit fiſtulam cum inſerta, ſed non ſe proferente argentea ſua virgula.
B. Fiſtulam oſtendit cum inſerta virgula argentea, ſed ab extremo fiſtulæ prominente.
a. Oſtendit fiſtulam cum inciſuris excisoriis.
b. Oſtendit inciſuras ſeu rugas & aſperitates excisorias.

Sic contrita caruncula conſpergenda eſt ſequenti puluiſculo, valde efficaci ad omnes pudendarum partium carunculas exterendas & conſumendas ſine magno dolore. ℞. *herbæ ſabinæ in vmbra exſiccatæ* ℥ij *ochræ, antimonij, tuthiæ præparatæ an.* ʒß *fiat puluis ſubtiliſſimus*, applicetur in ſequentem modum. *Puluis conſumens carunculas.* Immittatur puluiſculus in fiſtulam feneſtratam vltimo nuper loco deſcriptam. Intrudatur fiſtula in vrethram, quoad inciſura feneſtrata ad carunculam peruenerit: tum in fiſtulæ tubum virgula argentea

C immittatur, cuius mucro linteolo obuoluto præfixus ſit. Sic enim promota, vna etiam præ ſe obuium puluiſculum promouebit, quouſque ad inciſuram feneſtratam, carunculæ ex aduerſo poſitam peruenerit, tum igitur ad recenti attritu cruentam carunculam ſe applicabit. Hinc reuocabitur fiſtula obuerſa ſeu auerſa ipſius feneſtra, ne obiter affixum carunculæ puluiſculum abripiat. *Applicandi modus.*

Si dolor ingens ſuperueniat, lenietur, vnaque inflammatio reſtinguetur ſequenti iniectione: ℞. *ſuccorum portulacæ, plantag. ſolani, & ſemperuiui an.* ℥ß. *albumina ouorum num. vj. agitentur diu in mortario plumbeo, & tepida in vrethram ſyringe exprimantur.* *Iniectio reſtringens inflammationem.* Eius loco aliam etiam iniectionem facere licebit, quæ ante deſcripta eſt. Nec erit inutile genitalibus partibus repellentia remedia circumponere ad dolorem ardoremque prohibendum. Licet etiam alia adhibere remedia, conſumendæ carunculæ vi prædita, inter quæ, quæ ſequuntur, excellunt:

℞. *viridis æris, auripigmenti, vitrioli rom. aluminis rochæ an.* ℥ij. *infundantur omnia in acetum acerrimum, atque inter duo marmora in pollinem redigantur, tum æſtiuo ſoli exponantur, ſiccata rurſus in acetum acerrimum infundantur, indeque vt antea marmorum attritu, ſic comminuta, vt digitis ſubiecta nihil occurrat aſperum ſoli denuo* *Cap. 11. Emplaſtrũ Chirurgorũ Monſpelienſium ad carunculas.*

D *exponantur, quouſque in pollinem tenuiſſimum reducantur, omnisque eorum euanuerit acrimonia, quod fiet octo fere dierum ſpatio. Hinc:* ℞. *olei roſati* ℥iiij *lithargyri.* ℥ij. *coquantur ad ignem quouſque coierint in emplaſtrum ſolida conſiſtentia: ab igne tum ſemotis, adde pulueris prædicti* ℥ij *miſceantur ſpatula, & igni ſubijciantur, quouſque totum id in durum medicamentum concreſcat, adeo vt ipſi candela cerea vel virga plumbea adhæreſcere poſſit, ſic vt ne manibus quidem tractata excidat.* Hoc remedio vtuntur Chirurgi Monſpelienſes. Sequitur aliud:

℞. *tuthiæ præparatæ,* ℥vj *antimonii,* ℥iij *trochiſcorum alborum Rhaſis camphoratorum,* ℥j. *corticis granat. aluminis vſti. an* ℥j ß *ſpongiæ vſtæ.* ℈ij *in pollinem omnia redigantur poſtea.* ℞. *vng. diapompholigos & albi Rhaſis an* ℥ij. *miſceantur cum prædictis pulueribus in mortario plumbeo, & diu agitentur, oblinatur hoc vnguento linteum tenuiſſimum, inde que candela cerea obuolutum in vrethram immittatur,* reuocata mox candela obtortionibus contrariis his, quibus obuolutum fuit circa ipſam linteum. *Aliud emplaſtrum.* Lintei extremum pendebit ex vrethra, quo poſtea etiam reuocetur, vbi abunde effeciſſe aliquid in carunculam videbitur, cuius rei dabit ſigna ea ſui parte medicamento obducta, qua ipſam contigerit. *Ratio applicandi.*

Parantur etiam à nonnullis candelæ cereæ ex ellychnio, valido illo quidem, ſed tenui: quarum extremum, quod carunculas efficaci & atterente contactu attingere debet, compingitur ex ſequenti medicamento: ℞. *empl. nigri, vel diachylonis ireat.* ℥ij *pulu. ſab. ochr. vitr. rom. calcis pulu. mer. an.* ʒß. *omnia liquefiant ſimul ad dictum vſum.* *Cautio in reddenda vrina.*

E Dum eiuſmodi remediis malum profligabitur, hoc ſedulo agat æger, vt amictu ſic mentulam concutiat, vt quidquid vrinæ reliquiarum reſtitare circum caruncularum obices poſſet, id omne excutiat: nam vel ſubſiſtens illic guttula, ipſa per ſe ſatis eſt ad medicamentorum admotorum vires omnes eludendas.

Poſtquam deſcriptis remediis detrita & plane conſumpta fuerit caruncula, quod intelligere licet vrina libere & pleno meatu prodeunte, atque moſſienſo curſu cathetere per vrethram in veſicam penetrante, reſtat, vt exſiccentur vlcera & ad cicatricem perducantur: in quam rem efficax eſt & ſine morſu ſequens iniectio. *Signa detritæ carunculæ.* ℞. *aqu. fabr.* ℔ ß. *nuc. cupr. gallæ. cort. granat. an* ℥j ß. *alum. roch.* ʒß. *bulliant omnia ſimul ſecundum artem. ſit decoctio pro iniectione*, qua tandiu vtendum, quoad nulla humiditas excrementitia fluet è mentula. Sequens puluis validius deſiccat, adeoque cicatricem accelerat, tum etiam ſine morſu eſt.

Aliud ſiccans epuloticum. *Cape lapidem calaminarem lotum, teſtas ouorum vſtas, cornu ceruinum, bolum rubrum, corticem granatorum, comminue omnia in pollinem, applicetur pulviſculus vlceribus, cum candela cerea iuncta vnguento deſiccatiuo rubro, aliove ſimili.* A

Ad id etiam valent virgæ plumbeæ in vrethram, ad vlcera vſque, quam craſſiſſimæ poterunt demiſſæ, ante tamen argenteo viuo oblitæ, diu & præſertim noctu quam diutiſſime æger poterit, detentæ. Contactu enim ſuo deſiccant, cicatricem obducunt: meatum vrinarium ſine dolore dilatant, ac denique prohibent, ne vlcerum parietes mutuo ſe adhæſu coinquinent.

Argentum viuum deſiccando cicatricem obducens.

De Bubonibus venereis. Cap. XXIV.

Bubonum venereorum cauſa efficiens & materia.

VIrus luis venereæ hepati nonnunquam communicatum, ſi id facultate excretrice pollet, excernit in inguina, propria nempe emunctoria: inde bubones venerei emergunt. Horum materia magna ex parte eſt humorum frigidorum, lentorum & viſcidorum copia, vt colligere eſt ex tumoris diutie, albedine, doloris prauitate & curandi contumacia. Quæ alia etiam ratio eſt, præter eas, quæ ante ſunt commemoratæ, cur cenſeri debeat huius morbi virus, in humore pituitoſo fere ſe defigere. Sunt tamen aliquando bubones venerei ab humore calido, acri & bilioſo, cum ingenti dolore & ardore coniuncti, quique adeo ſæpe in vlcera virulenta & arrodentia degenerent. Bubonum venereorum alij accidentia ſunt luis venereæ ita coniuncta, vt ipſam denuntient: cuiuſmodi ſunt, qui paulo ante tumorem manifeſte conſpicui, mox ſine occaſione manifeſta deliteſcunt, & intro ad partes nobiles remeant. Alij ſeorſum à lue venerea exiſtunt, etſi eſſentiæ & materiæ ſimilitudinem cum illa habeant, quique ideo etiam perſtante lue ſaneſcere poſſunt. Cuiuſmodi illi ſunt, qui vulgo viſuntur, quique adeo cum prioribus comparati, ſimplices & minime impliciti dici poſſunt. B

Qui bubones prænuntient luem venerea.

Ad curationem non ſunt vſurpanda digerentia, ne tenuiore parte reſoluta, craſſior fiat intus ſe defigat & concreſcat: multo vero minus vtendum repellentibus, quia virulenta materia eſt. Solis ergo attrahentibus & ſuppurantibus locus eſſe debet humori prædominanti, & tumorem committenti, & conuenientibus: calidioribus nempe in œdematoſis & ſcirrhoſis, quam in his, qui phlegmones aut eryſipelatis naturam ſapiunt & retinent. Tumoribus eandem varietatem inſinuat à corporum raritate & denſitate ſumpta indicatio. Cucurbitularum applicatio valde efficax eſt ad extrahendum. Sed his detractis emplaſtricum medicamentum ſtatim imponendum, denique ſuppurantibus agendum eſt. Pure confecto aperiendus tumor eſt cauterio potentiali, ſi ab humore frigido ſit: inducto enim calore, materiei crudæ reliquum facilius coquetur: adde, quod aperta huius generis vomica, facilius euacuabitur materia, nec penicula indere oportebit, ſed pulуillos apponere ſufficiet. Reliquum curationis detergentibus perficietur: dehinc, ſi res exigat, ægro ſanguis detrahetur, & cathartico humores purgabuntur, ſed non ante perfectam prius maturationem. C

Cucurbitula.

Cauterium potentiale.

De Exoſtoſi, tophis, nodisque luis venereæ occaſione ſubortis. Cap. XXV.

Nodorum & tophorum venereorum materia.

Emplaſt. ad exoſtoſes.

TVmores duri, exoſtoſes, nodique materiam habent à pituita craſſa & viſcida, quæ diſſolui nequit, niſi remediis calidis, quibus molliendi & liquandi vis ineſt. In quam rem præter ea medicamenta, quæ ſcirrhis adhiberi ſolent, accerſendum eſt argentum viuum, hac fere forma. ℞ *emplaſt. ſilij / ſeh. & Ceromeæ an. ℥iiij. euphorb. ʒß. emplaſt. de Vigo ℥ij. acetot. ſucp. deſcriptione philag. ℥j. arg. viu. extin. ℥vj. fiat emplaſtrum* extendatur ſuper alutam a ducum. Interea æger ſobrie viuat: ſic enim curabitur, modo oſſium ſubſtantia illæſa fuerit. Si vero putredine & carie tentetur, non iam locus eſt deſcriptis remediis, ſed apertione facta os neceſſario emundandum eſt, ſeu nouacula, ſeu cauterio potentiali, ſeu actuali: malim vero actuali ſi modo illud, quia virus oſſibus imbibitum vna exhaurit, corruptique oſſis abſceſſum ſeu lapſum accelerat. Figura id inſtrumentum apta nodo vtendo, rotunda nempe, quadrata, oblonga. Soleo ante candentis eiuſmodi ferri impreſſionem, nouacula ſuperiacentem carnem diuellere, quo dolor inde leuior ſit: quia nimirum nullo tempore obiecta caro comburi nequit, per quam ad os ignis peruenire debet. Sed non erit alienum antequam de hac arte dicamus, cariei oſſium naturam expendere. D

Cur oſſa cariem contrahant, & quibus ſignis ea caries deprehendatur. Cap. XXVI.

6 Meth.

COntinui ſolutio in oſſibus facta, Galeno Catagma nominatur: hæc cariei fere cauſam præbet: attrita enim, colliſa, fiſſa, pertuſa, fracta, luxata, inflammata propria carne & cute denudata facile cario tentantur: operculo namque ſuo ſpoliata alterantur, aeris, quem nunquam experta ſunt, appulſu: à quo præterea ſanguis proprium que ipſorum alimentum reſiccatur & exhauritur. Sed & per vulnera, vlcerave antiqua ſanies decurrens, ſucceſſu temporis in ipſorum ſe ſubſtantiam defigit, ſenſimque putrefacit: putredinem iſtam auget, & facit nimius oleorum & pinguium medicamentorum, humidorum nempe & ſuppurantium vſus: hinc enim vlcus ſordidius euadit & malignius, vicinarum partium caro incaleſcit, in pus vertitur, quod mox in ſubiectum os defluens ipſum inflammat. Denique oſſa iiſdem omnino morbis obnoxia ſunt, quibus caro ſubiecta: quin & Galeno authore inflammationis initium ſæpe ab oſſibus eſt, at non pulſant, quia Veterum ſententia pulſus eſt arteriarum motus doloriſicus: ſenſu vero carent oſſa. Quod equidem non negauerim, ſed fatendum etiam eſt, quæ ipſa inuoluit membranam, quæque ipſorum corpus ſubeunt arterias exquiſito ſenſu eſſe præditas. Itaque ab inflammato oſſe compreſſæ & incaleſcentes arteriæ, triſtem ſenſum in perioſtio excitant, adeo vt depulſanti & profundo, ſeu in oſſium ſubſtantiam demerſo dolore, ægri conquerantur. Caries ſæpe oculis cernitur, nempe quando os denudatum eſt, tum enim à naturali colore in liuidum, flauum, aut nigrum euariat. Alias tactu demiſſo E

Carieoſſium frequens cauſa.

Hipp. lib. de vlc. & fra.

Lib. de tum. præt. nat.

Signa cariei.

ſpecillo

A ſpecillo innoteſcit, cum nempe inæquale aliquid occurrit & aſperum, vel leui appreſſu in oſſis ſubſtantiam ſpecillum tanquam in carioſum lignum demergitur: os enim naturaliter conſtitutum durum eſt, carioſũ vero molle. Non eſt tamen durities certum integri oſſis ſignum. Mihi enim viſa ſunt carioſa oſſa & renudata, ſic aliquando aeris cõtactu induruiſſe, vt ne terebra quidem, niſi valido conatu ipſa ſubire poſſet. Innoteſcit etiam oſſis caries, ſaniei ab vlcere manantis conditione: tenuior enim eſt & liquidior, quam quæ á ſimplici carnoſæ partis vlcere defluit: nec modo tenuior eſt & liquidior, ſed & fœtidior. Habent præterea talia vlcera carnem mollem, laxam, & mydoſam: ſuntque inſuper moroſa, & ſarcoticis epuloticiſque rebellia: quibus ſi aliquando paruerint cicatrice obducta, mox tamen ſponte ſua reſcinditur cicatrix, quia natura ſolido & ſano oſſium fundamento deſtituta, laudabilem & conſtantem carnem ſuperſtruere nequit. Nec vero ſatis eſt Chirurgo, carioſum & corruptum os pro cognito habere, teneat præterea oportet, ſitne ſuperficiaria illa corruptio, an altius in oſſis ſubſtantiam pertineat, vt ſciat quantum oſſis abſcedere debeat. Eius enim, quod corruptum eſt, abſceſſus ſola curatio eſt: abſcedit vero his, quæ inſigniter deſiccando, omnem eius humiditatem tum excremẽtitiam cariei authorem, tum alimentariam exhaurit. Sic enim exangue manet, & nutritionis adeoque vitæ expers. Quo fit, vt neceſ-

Duritiem non eſſe certum integri oſſis ſignum.

Caries oſſis vnde noſcatur.

B ſario abſcedat, glutine eo, quo cum ſanis partibus vicinia & vitæ communione continebatur deſtitutũ: foliorum inſtar, quæ decidunt, exhauſto humido, quo tanquam glũtine ramis propriis adhærebant. In hunc vſum catagmatici pulueres inſtituti ſunt, ad eam cariem, quæ ſuperficiaria eſt, eliminandam. Vt; ℞. *puluer. aloes, cretæ combuſtæ, pompholygos an. ʒij. ireos flor. ariſto. rot. myrr. cerus. an. ʒj. pulu. oſtreo. combuſt ℥ß. terantur ſubtiliſsime, fiat puluis*, applicetur, vel ſolus per ſe, vel cum melle & pauca aqua vitæ. Impoſitum etiam ſequens emplaſtrum naturam excitat ad oſſium fractorum excluſionem, craſſioriſque & viſcidæ ſaniei in vlceribus dereſſionem: ℞. *ceræ nouæ, reſ. pini, gum. amm. & elemi. an. ℥vj. tereb. ℥iij. pulu. maſtic. myrr. an. ℥ß. ariſtol. rot. ireos flor. aloes, opopã eupho. an. ʒj olei roſat. quantum ſufficit, fiat emplaſtrum ſecundum artem.* Euphorbium oſſium teſtulas ſquamaſque eadem die eximit Dioſc. ſententia. Huc etiam confert emplaſtrum de betonica. Vel, ℞. *olei caryoph. ℥ß. camph. ʒij. miſceantur ſimul in mortario, & vtere.* Quod ſi ſic, quod oſſis corruptum eſt, eximi nequeat, terebellis deſquamatoriis, raduliſque deſcriptis in capitis vulneribus vti licebit: ſi præſertim caries grandius aliquod os & ſolidius inuaſerit. Quinetiam terebello hic appicto vtile erit os carioſum locis pluribus, qua caries occupat, perforare eouſque, dum quidam veluti cruor per foramina exudet: ſic enim aere fruitur liberius, inſuperque his tanquam viis medicamento-


Puluis catagmaticus.

Emplaſtrũ deſquamatorium.

Lib. 5. c. 78.

C rum vis admiſſa efficacius agit.

Terebellum cum duabus cuſpidibus triangularibus, & clauicula, qua in manubrio continentur. Itemque aliud, habens cuſpides quadrangulares & ſexangulares: grandiorum oſsium cariei conueniens.



D

Quod ſi profundior eſt caries, & os vel natura, vel euentu, occaſione ſcilicet aeris diutius admiſſi, ſolidius ſit, tum excidendæ ſunt carioſæ teſtæ inſtrumentis deſcriptis in capitis vulneribus, ea in os adigendo, malleis plumbeis, ne pars grauiore ictu perculſa & attonita turbetur. Teſtulæ & fragmenta volſellis eximenda erunt. Signa ademptæ omnis cariei ſunt, oſſis, quod ſubeſt, ſoliditas, & cruentus humor exudans.

E

Signa ademptæ omnis cariei.

A


De Cauteriis actualibus & potentialibus.

CAP. XXVII.

Cauteria actualia præferenda potentialibus. *Cauteria potentialia.* *Oliuæ forma quæ.*

QVod ſi deſcriptis inſtrumentis locus non ſit, propter cariei malignitatem & magnitudinem, tum veniendum ad cauteria actualia & potentialia. Sed magis probarim actualia, quia partem roborãdo excrementitios humores, quibus ipſa imbuta eſt, conſumunt, cariei nempe materiam; quod non ſic efficaciter fit potentialibus. Sæpe tamen his vti cogimur vt ægris, ignitum ferrum hõrrentibus, indulgeamus. Potentialia ſunt aqua chymiſtarum, aqua vitrioli, oleum feruens, ſulphur fuſum & bulliens & ſimilia: in quibus affũdendis prudentem Chirurgũ eſſe velim, & induſtrium, ne temere partes vicinas ſanas vrente contactu violet: quæ temeritas dolores vehementes, inflammationes, & alia horrenda ſymptomata accerſeret. Quod ad actualia cauteria attinet, horum tanta eſt in figura varietas vt definiri nequeat, multo minus ſcribi. Varianda enim ſunt pro cariei amplitudine, & oſſium carioſorum figura & conformatione. Quæ vulgatiores habentur, horum formas hic viſum eſt appingere, hoc admonuiſſe contentus, horum alia punctim alia cæſim, alia latiore & oliuæ folij in formam acto mucrone agere. B


Varia cauteriorum actualium forma ad omnes omnium partium neceſſarios caſus.



C

Alia cauteria.

D




E

Alia ad

A

Alia ad eandem rem cauteria.




B

Quæ ſequitur cauterij forma nodis virulentis, qui in cranio ſunt, apta eſt, quando carnem, quæ os integit, eximere conſilium eſt: ea gratia cauum & ſcindens factum eſt figura triangulari & quadrangulari, in tria veluti brachia diuiſum vt quouis vti liceat pro arbitrio.

C


Caui & exciſorij cauterij delineatio.



D

Quæ ſequuntur cauteriorum formæ, locum habent in altius demerſis cariebus, in quibus haud liceat ſupra deſcriptis vti ſine contactu partium vicinarum ſanatum. Quod periculum vt vitetur, demittendum eſt ferrum ignitum ad carnem vſque per fiſtulam ferream, quæ cauſticum contactum à vicinis partibus & carnoſis arceat.

Cauteria actualia cum ſuis fiſtulis.



E

Magna ſequuntur incommoda ex temere, id eſt, frequentius appreſſis, vel diutius hærentibus oſſi cauteriis

cauteriis: immoderato enim illo & ign[illegible] mitur, ſed & humidum partis radicale [illegible] eliminatura, operculo oſ[illegible] a carioſo [illegible] teriorum apprimendo. [illegible] [illegible] ſſis humiditas abſu- [illegible] ura carioſas te[illegible] [illegible] Itaque cau- [illegible] per oſſis poros [illegible] quodammodo ſpu- [illegible] ulceris vicinas partes, ſanas & [illegible] diligenter contacta [illegible] alia etiam, in quæ [illegible] oportet, quia humor ignis mouendas [illegible] ſquammarum [illegible] Poſt [illegible] pro- [illegible] ad [illegible] valde aptum ſit [illegible] noſtro caſtellorum [illegible] Id oleum [illegible] ſubſtantia ſua oleoſa [illegible] & humida [illegible] Præterea [illegible] corporis [illegible] & humida [illegible] tempore & conſiſtentiæ contraria ſunt. [illegible] natura [illegible] tardi [illegible] accelerat. Vim adhibere non licet [illegible] tenui velut [illegible] pendenti: alioqui [illegible] Chirurgus ante [illegible] ſquammas [illegible] quam natura [illegible] cutanea [illegible] intercedat, noua alteratione & [illegible] aeris appulſu [illegible] dabit. Præterea [illegible] naturæ vi, ſquama carioſa abſceſſerit, cauendum diligenter, ne ei, quod ſubeſt, oſſi excedentia [illegible] corrodentia medicamenta imponas: ſic enim carnem abſumpſeris, quam natura [illegible] recenter concreto ſanguine coagmentata recenter coagulato [illegible] eſt mollitie [illegible] tem- [illegible] paulatim ſolidiorem & duriorem conſiſtentiam naſcitura. [illegible] ſuo loco mouet, & abſceſſus eius cauſa eſt: [illegible] rubra, læuis, æqualis, minime [illegible] cephalica ex his rebus, quæ [illegible] radice [illegible] aloe, [illegible] maſtiche, myrrha, [illegible] cendi. Squamas [illegible] naturæ [illegible] ſedare [illegible] quæ violentius & [illegible] auelluntur, [illegible] ſiſtuloſis vlceribus [illegible] relin- quunt. Quin nec membranæ, quæ computruerint in pus verſæ, violentius auelli debent, vel [illegible] medicamentis [illegible] ſuborti [illegible] inflammationis, conuulſionis, & aliorum pernicio- ſorum ſymptomatum conſecutionem non raro attulit [illegible] id negotium naturæ committe- re, quæ ſucceſſu temporis [illegible] facultate via [illegible] ſubſtantia expediet: [illegible] quantum poteſt, procul [illegible] quod mortuum eſt, ſemper amandat.

De potione vulneraria. Cap. XXVIII.

QVod ſi contumax oſſis caries, rebellesque item vlcus, deſcriptis remediis non ceſſerint, ægro præ- [illegible] oportebit potionem, quam Vulnerariam nominant. Natura enim tali potione [illegible] [illegible] in carioſorum oſſium correctione, & vlcerum conſolidatione. Hæ namque potiones [illegible] humores noxios per aluum non expurgent, valde tamen efficaces ſunt detergé- dis vlceribus, & ab omni excrementitiorum humorum colluuie vindicandis, ſanguini [illegible] ab ichoribus omnique impuritate repurgando, [illegible] aggiutinandis, & neruis [illegible] dis. De [illegible] dicere, vel hoc maxime nomine, quod Veteribus magnopere com- mendatæ, ab [illegible] ernis Medicis & Chirurgis negliguntur. At ſi vulnerum, vlcerumque veterum curatio deterſione perficitur, & ſubſtantiæ deperditæ repoſitione, cui medicamento id potius datum eſt, quam ei, quod admirabili & prope diuina vi ſua ſic ſanguinem expurgat, vt ex eo tanquam è materia apta & laudabili, caro quæuiſque alia ſubſtantia deperdita [illegible] reſtituit, & reponi poſſit, pars [illegible] Quod ſi vlcera fiſtuloſa, cancro [illegible] & ſimiles morbi, ſalſamentorum, ſpeciatorũ, acrium & eorum, quæ tenuiorum [illegible] vt ſynapi, cæparum, & aliorum, [illegible] cibo & potu immoderantia efferantur & exacerbantur, cur non cibis potionibuſque medicatis & con- trariis [illegible] cond[illegible] reuocari poterunt? Ergo vt ſciant Chirurgi, ex quibus rebus tales compoſitiones exurgant, viſum eſt hic earum cenſum facere, vt componendi facul- tas ad[illegible].

Scabioſa.	*Ariſtolochia.*
Sanicula.	*Veronica.*
Bugloſa.	*Agrimonium.*
Piloſella.	*Capillares.*
Pimpinella.	*Herba Roberti.*
Erythrodanum.	*Pes columbi.*
Tanacetum.	*Cynogloſſum.*
Summitates canabis.	*Caryophillata.*
Summitates rubi.	*Carpentaria.*
Cyclamen.	*Oſmunda regalis.*
Conſolida maior, minorque.	*Orminum.*
Verbena.	*Gentiana.*
Serpentaria.	*Herniaria.*
Arthemiſia.	*Braſſica rubra.*
Vinca peruinca.	*Scordium.*
Centaurum.	*Nepeta.*

Ophio-

A

Ophioglossum.	*Pentaphyllon.*
Betonica.	*Cancri fluuiatiles.*
Carduus benedictus.	*Macis.*
Flores cardiaci.	*Bolus armenus.*

Ex his omnibus Chirurgus, Medici arbitratu iudicioque deliget, quæ cuique vlceri, vulneri, partique vlceratæ idonea & propria putabit, pro temporis conditione, ægri temperie, & morbi ſpecie. Parantur vero decoctiones ex horum non modo decoctis, ſed & ſuccis in vino albo aut œnomelite, quæ valent non ad ſanguinis modo maſſam emaculandam, detergenda vlcera ſanioſa, viruienta, ſordida & dyſenterica, ſed & ad arcendam putredinem, deſquamanda oſſa, diſſoluendos in contuſionibus thrombos, elicienda, reuellenda, omninoque eliminanda peregrina omnia corpora, quemadmodum ſæpe quodam quaſi miraculo à me eſt animaduerſum. Parabantur vero hac fere forma. ℞. *ſanic. bugloſſ. ſcabio. beto ſcordij & nepe. an. m. ß. rubar. mund ſem. hype & card. benedict. an. ℥j trium flor. cord. an p. ij. coquantur complete in aqua communi. poſtea in fine adde vini albi. mel. roſa. & cinnamomi quod ſufficit fiat decoctio, coletur per manicam.* Detur mane tribus horis ante paſtum ad ℥iij. Poſſunt etiam vtiliter ex eo liquore iniectiones effici, & immitti in vlcera fiſtuloſa, ſinuoſa, itemque inde parari ſordidorum vlcerum lotiones. ea vero, ex quibus parantur ſimplicia, herbæ, flores & ſemina in ægrotorum iuſculis incoqui, vt medicamenti alimentoſi vicem præbeant. Quod ad morbi tempus attinet, quo demum ſalubriter vſurpari poſſunt, ſcriptum apud Guidonem legimus, non ſolitum ſe per vulnerum initia illas ægris præſcribere potiones, quod fere ex aperientibus, calidiſque, & ſanguinem attenuantibus, calefacientibuſque conſtent, vnde fluxionis in affectam partem periculum imminet. Itaque materia in pus verſa, cum nihil iam reſtat, niſi vt vlcus detergeatur, & carne impleatur, nulla iam ſuperſtite in parte inflammatione, ſalubriter eas potiones vſurpari poſſe puto.

Scopi componendarum potionum vulnerariarum.

Potionis vulnerariæ forma.

B

Quo morbi tempore ſalubriter vſurpari poſſit potio vulneraria.

De Herpetibus & Rhagadibus luis venereæ.

CAP. XXIX.

CVratæ lui venereæ fere Herpetes & Rhagades ſuperueniunt, per palmas manuum plantaſque pedum ſulcos agentes: materiam obtinent a pituita ſalſa, aut bile aduſta, vel virus venerei reliquiis eo tranſmiſſis. Curatio, quando præſertim inueterauit malum, difficilis eſt, quod iam humor eo influere multo tempore aſſueuerit, & quod aſſiduo influxu partis habitum imbutum corruperit: facilior vero ſi recens ſit malum. Recens vero eſſe cognoueris ex rubore, cum pruritu magno coniuncto, cutis non ariditate modo, ſed & craſſitie & ſpiſſitudine. Vetus vero præter commemorata ſigna, duritiem ſquamoſas & furfuraceas coniunctas habet, quæque adeo ſcalptu & frictione furfures remittant. Quod ad generalia remedia attinet, hepatis, habituſque corporis intemperies corrigenda eſt, quæ ſuperioris morbi & remediorum ſanguinis maſſam inflammare natorum occaſione, non poteſt non multum à natiua deſciuiſſe. Id fiet diæta conuenienter inſtituta, purgantibus, alterantibus ſeu nouantibus remediis, phlebotomia, balneis, cucurbitulis & corniculis quod ad topica & particularia, recenti malo illinetur aqua deſiccatiua & tenuis ſubſtantiæ ſequens: ℞. *aqua roſ. & pariet. an. ℥j. aqua alum. ℥ij. calcbit. ℥ij. alum. ℥iij. pulu ſubl. ℥iij fiat lenta & minima ebullitio in balneo mar.* Huius aquæ vis augebitur aut minuetur, pro mali more & conditione Vel: ℞ *olei de tartar. ℥ij. ſapo. com ℥iij miſce fiat vnguentum ad vſum.* Si Medico videatur, vtatur æger potione guaiacina, ſed dilutiſſima. At Herpetes Rhagadeſque veteres decoctis emollientibus, attenuantibus, & incidentibus remollire oportet, ſimul & litubus, vnguentis, & emplaſtris eiuſdem facultatis. Tum ſuffitibus reliquam curationem perficere, cuiuſmodi eſt ſuffitus ſequens ℞. *pulu cinnab. ℥ij. ladani, aſſe odor. ſtyrac calā an. ℥ ß. oliban. maſtich an. ℥iij. olei tartari & theriac. quantum ſufficit, fiant trochiſci, quorum vis erit ad ℥ß. in ſingulas vices:* fumum partes ſolæ affectæ excipiant. Nonnulli frictionem manuum imperant vtiliter ex ſequenti remedio *Cape cinerem faeculum, de quo fiat capitellum in manica. in capitello diſſolue coagulum, agitentur diu in mortario fricentur, liniantur que in le manus.* Vel: ℞. *vngu. enul ℥ij. fugitiui ℥ij.* Vel: ℞ *reſ pini ℥j. ceruſ. ℥ß. argen viui ℥iij. ſucci citri & lapath acuti an ℥ß incorporentur ſimul. & fiat linimentum ad vſum partis.* Huic ſi addideris ſublimatum lotum & præparatum, quo modo præparatur illud, quod in fucos venit, efficacius reddideris. Alij capiunt alumen vſtum in pollinem redactum incorporatumque cum oui vitello, ſucco citri, & pauca aloe diſtemperata in oxymelite ſcillitico.

Recentis mali nota.

C

Curatio recentium herpetum.

Aqua deſiccans herpetes virulentos.

Curatio veterum.

Suffitus.

D

Litus.

De Infantum puerulorumque lue venerea.

CAP. XXX.

SÆpe in ipſo vtero huius morbi ſemina concipiunt fœtus, prodeuntque in lucem virulenti, ſurgentibus mox per totum corpus puſtulis, pari morbo inficientes quotquot ſibi vbera ſuggenda præbuerint nutrices: *vix vnquam* conualeſcunt, quia à prima conformatione malum contraxerunt: at qui grandiuſculi poſtea ſeu ex ſucta virulentæ nutricis, ſeu alia quauis occaſione & contagionis ſpecie id malum contraxerunt, ſanationem non raro recipiunt. In primis enim iubetur nutrix vti viginti vel amplius dies aqua theriacali, nunc deſcribenda, quo ſic ſe aduerſus morbi huius contagionem præmuniat, & lac de ſe fundat, quod alimenti & medicamenti vices gerat: meminerit, quoties infantem lactabit, papillam abluere & extergere, ne quod pueri per os halitu expiratæ virus, papillæ, quib. lac exudat foraminulis apprimatur. Puerulorum vero puſtulæ illinentur vnguento, argentum viuū, ſed exigua quantitate, recipiente, vt enulato cū mercurio & alio ſimili. Tū cunis faſciiſq; inuoluetur, quæ ſuffitib. ante deſcriptis aſſlatæ fuerint. De cætero quam fieri poterit calide loco calido continebitur. Hæc & ſimilia

Curatio.

E

Ex internal la vnungerip ſuffire infās debet.

ſimilia fieri debent non vno & continuo tractu,ſed ex interuallis,alioqui ab oris inflammatione & ſyaliſmo periculum eſt. Si quæ vlcera in ore oriantur & ſerpant, contingenda erunt aquis ante deſcriptis, ſed viribus ſuis minutis,tantulæ & tenellæ ætatis habita ratione: ſi à nutrice malum infans contraxerit, quamprimum mutanda nutrix eſt, alias ſanguine corrupto & virulento altus ſanari nunquam poterit. Multi his artibus ſanationem receperunt: ſi qui perierunt, non remediorum culpa, ſed morbi malignitate & vehementia perièrunt. A

Deſcriptio aquæ Theriacalis.

Modus faciēdi.

℞.ſaſ.interioris ligni S. Gummoſi ℔ij.polypod.querni ℥iiij. vini alb. dulcedinis expertis ℔ ij.aquæ font.puriſ. ℔viij.aquar.cicho.& fumar.an.℥iiij.ſem.iunip.heder.& baccæ.lauri an.℥ij.caryoph.& macis an.℥ß.cortic.citr.ſaccharo conditi,conſ roſ.anthos,cicho.bugl.borra.an .℥ß. conſ.enul.camp.theria.vet & mithrid.an.℥ij.fiat omnium deſtillatio in balneo mariæ modo ſequenti.Infundetur guaiacum in me.dus partibus vini & aquarum commemoratarum duodecim horarum ſpatio, reliquum medicamentorum in reliqua vini & earundem aquarum parte, conquaſſatis his, quæ conquaſſari poſſunt,ſex ſolum horarum interuallo: inde miſcebuntur omnia ſimul, quo liquor omnium in ſe vires facilius pellicere poſsit: Quod vt expeditius fiat,lagenis vitreu & diligenter obturatis incluſa bulliant, per quartam diei integri partem,in lebete amplo aqua calida pleno,mox ,in alembicum vitreum coniiciantur, & deſtillationi ſubiiciantur. Stillatitij liquoris dentur in ſingulas vices ℥iiij. aromatiſentur: ʒj. cinnam. & ℈j. diamarg.addita ℥ß.ſacchari, quo gratior ſit potio. Luis venereæ virulentiam talis potio non modo obtundit, ſed nobilia viſcera confirmat. B

Aqua theriacalis deſcriptione Rondeletij.

Paratur etiam à Rondeletio hoc modo. *℞.theria.vet.℔j.acetoſ.m.iij.rad.gram.℥iij puleg.card.ben.an. m.ij.florum cham.p.ij.temperentur omnia in vino albo,& deſtillentur in vaſe vitreo, aqua ſeruetur vſui, de qua capiat æger ʒij.cum ℥iij.aqu.acetoſ.& bugl.*Hoc faciendum eſſe monet,cum ingredietur lectum,aut æſtuarium: ſic enim demum ſtillatitium hunc liquorem ſudores facilius elicere, doloreſque lenire, ſiue per ſe detur, ſeu cum decoctionem milij ſolis,vel rad. chynæ vel bardanæ: quanquam ſi pituitoſus ſit æger, loco decocti chynæ vſurpabitur decoctuin guaiaci, nam propter tenuitatem cito penetrat,& dolorificas materias expellit.

FINIS LIBRI DECIMIOCTAVI. C

D

E

DE IN-

A

DE INFANTVM VARIOLIS, SEV MORBILLIS, ECTHYMATIBVS NEMPE, ET EXANTHEMATIBus: Itemque de Vermibus & Elephantiaſi.

B

LIBER DECIMVSNONVS.

De Variolarum ſeu Exanthematum cauſis.

CAP. I.

QVia Variolæ & Rubeolæ (ſic Ecthymata & Exanthemata vulgus nominat) affectus ſunt, peſtis velut præcurſores & prænuntii ab humorum non modo vitio, ſed & ſæpe ab aeris inquinati labe geniti, & quia inſuper vermes multis in peſte naſcuntur. Propterea viſum eſt, peſtis ei, quem meditamur, tractatui, hunc de Ecthymatibus, Exanthematibus ac Vermibus præmittere: vnaque alium de Elephantiaſi, quia ſummæ humorum in corpore corruptionis ſoboles eſt, adiungere. C Sunt igitur Ecthymata *puſtulæ*, Exanthemata vero *maculæ*, quæ in ſumma cute emergunt, à ſanguinis corrupti, eo naturæ impetu excreti, impuritate. *Quid ecthymata & exanthemata.* Impuritatem illam, menſtrui ſanguinis reliquias eſſe Veterum pleriq; prodiderunt, in infantis corpore ſuperſtites, ex ea materia, vnde alimentum hauſit in vtero: quæ ad aliquod tempus reſides, ad primam calidioris æſtatis aut auſtrinæ & pluuioſæ tempeſtatis, vel cæcæ in aere perniciei opportunitatem excitatæ, & cum tota ſanguinis maſſa efferueſcentes, expandunt ſeſe in omnem corporis habitum. *Materia Variolarũ.* Argumento eſſe quod pauci ſint, aut fere nulli, quos ſaltem ſemel in vita morbus hic nõ inuaſerit, quod cum apparere incipit, non vnum aliquem adoriri contentus, in plures populariter graſſetur. Fere vero tantum inter Ecthymata & Exanthemata intereſt, quantum inter carbunculum & bubonem peſtilentem. Fiunt enim Ecthymata ex materia craſſiore & magis viſcida, ſanguine nempe pituitoſo. *Signa.* Exanthemata vero ex tenuiore & calidiore, nempe bilioſo: itaq; hæc nullas ſui notas præbent, niſi maculas exiles ſine tumore, vel rubras, vel purpureas, vel nigras. Ecthymata vero puſtulæ ſunt extuberantes, albæ quidem in medio, ſed in ambitu rubræ, mixtæ ſanguini pituitæ argumentum: quanquam vix per initia, primo nẽpe & ſecundo, quo apparere ſolent, die, dignoſcuntur: at tertio & quarto die ecthymata in molem & D tumorem aſſurgunt album, antequam in cruſtam faceſſant. Exanthemata vero ſibi ſimilia manent. Præterea ecthymata acrimoniæ quibuſdam velut aculeis pungunt, & pruritum excitant, exanthemata minime, vel quia materia haud adeo eſt acris & mordax, vel quia tenuior cum ſit, facile exhalat, nec ſub cute concluſa hæret. *Cur exanthemata nõ ſint pruriginoſa.*

Crebro ſternutant ægri, cum exitum hæ materiæ affectant, ob vapores putridos ab infernis partibus ſurſum ad cerebrum aſcendentes: febribus velut ſynochis tentantur cum dorſi doloribus, narium pruritu, capitis dolore, & vertiginoſa grauitate, quodam quaſi animi deliquio, nauſea, vomitu, vocis raucedine, difficili & crebra reſpiratione, in ſomnum inclinatione, membrorum omnium pondere, flammeis & tumidis oculis, vrinis rubris, & turbidis, deliriis denique.

Prognoſticũ. Quod ad prognoſticon attinet, vere hoc pronuntiare licet, materiam, ex qua his affectibus origo eſt, qualitatis adeo malignæ, peſtilentis & contagioſæ participem eſſe, vt carnoſas partes laniaſſe non contenta, oſſa etiam arrodat, & corrumpat, luis venereæ inſtar: vt mihi obſeruare licuit non modo an. D 1568. ſed & pluries multorum, quo vixi annorum decurſu: cuius rei exemplum hoc proponere viſum eſt nobiliſſimum. *Hiſtoria.* Filia Claudii Piquei bibliopolæ regii in via Iacobea, quatuor vel quinque annos E nata, ecthymatibus cum per menſem laboraſſet, nec natura veneni malignitatem vincere potuiſſet, abſceſſus oborti ſunt in ſterno & humerorum dearticulationibus: quorum edax & virulenta materia oſſa ſterni arroſit, & à ſe inuicem diremit, oſſium vero brachii epiphyſes & omoplatæ capitulum pariter eroſa, inſigni portione mulctauit. Cuius rei occulati teſtes mecum fuere Marcus Myron Medicus Pariſienſis, & Regis hodie primarius, Ioan. Doreau Comitis Briani Chirurgus, diſſecto coram cadauere. *Quam graues & permortalium ſymptomatum conſecutionem inferant ecthymata.* Quinetiam animaduertere licet in pleriſque huius morbi malignitate mortuis & diſſectis, eam in principibus partibus inuehi corruptionis impreſſionem, quæ hydropis, phthiſeos, raucitatis, aſthmatis, dyſenteriæ vlceratis inteſtinis, ac tandem mortis conſecutionem attulerit: prout puſtulæ per

hæc aut illa viſcera pari rabie debacchatæ ſunt, qua per corporis ſuperficié furere cernuntur: non enim A
externas modo partes deturbant, puſtularum, vlcerumq, altius ſeſe in carnem defigentium impreſſionibus & cicatricibus relictis, ſed & ſæpe mouendi facultatem adimunt, arroſis & labefactatis cubiti, carpi, genu & pedum dearticulationibus. Quinetiam multi inde videndi ſenſum amiſerunt, vt nobilis Do. Guymeneus: alii audiendi, alii olfaciendi, oborta hypersarcoſi in meatu, tum narium, tum aurium. Quod ſi reliquias fecerit morbus, haudq, eius vniuerſa materia naturæ robore excreta fuerit, ſymptomata poſtea emergunt, quæ humoris malignitatem reſipiunt, imo & ſymptomatum luis venereæ perniciem adæquant.

De curatione Variolarum ſeu Morbillorum, Ecthymatum nempe & Exanthematum.

Cap. II.

Variam eſſe ſolet huius morbi curatio, pro humoris venenatæ peſtilentiſque qualitatis expertis aut participis conditione. Si namque peſtilens ſit, & lacteus exiſtat puer, nutrici ea exhibenda, quæ veneni vim infringunt & expugnant, quemadmodum fuſius dicetur, cum ad curationem puerulorum peſte correptorum venerimus: vtcunque ſit, continendus eſt puer in conclaui calido, & à ventis tuto, B
contegendus ſtragulis, veliſque lecti coccineis, quouſq; in ſummam cutim morbilli eruperint. Nutrici parentur iuſcula medicata ex portul. lactu. oxalide, cich. borra. & hordeo gluma ſua caſtrato in nodulo incluſo, ſalita, ſpeciata, piſtorioq, opere confecta omnia vitabit, vini loco decoctum glycyrrhiz. vel paſſul. & rad. oxalidis potabit. Cathartica vero aſſumet, quaſi ipſa eo ipſo morbo laboraret, quo lactens euadat medicamentoſum. Denique, eandem diætam ſeruabit, quæ peſte correptis præſcribi ſolet, puerulo haud exhibenda pulticula, aut quam parciſſime. Quod ſi ablactatus ſit, carnium eſu abſtinebit quoad febris eum dimiſerit, & morbilli plane eruperint. earum loco veſcetur hordeato, amygdalato, iuſculis pullorum herbis, quæ ante dictæ ſunt ſaporatis, panatella, gelatina, colatitiis, prunis, paſſuliſque damaſcenis. Potus ipſi erit ptiſana, vulgo dicta, parata ex hordeo caſtrato, radice graminis & oxalidis, vel ex nodulo quatuor ſeminum frigidorum, pulpa prunorum & paſſularum damaſcenarum cum eboris & cornu cerui puluiſculo. Inter paſtus eadem aqua temperari poterit ſyrupo violato, minime autem roſato, aut alio quouis adſtringente, ne humoris curſum foraſq; inclinationem reuocemus. Somnus ſit mediocris, profundior enim materias in centrum reuocat, & febrem auget: minime purgare, non ſanguiné detrahere oportet morbo creſcente aut vigente: niſi forte ingens aliqua adſit plenitudo, vel morbus aliquis complicatus, vt pleuritis, ophthalmia, angina id poſtulet, ne naturæ motus interturbetur, C
ſed blando enemate aluum exonerasse ſufficiet: at a prima ſtatim morbi die & in declinatione licet caſſia, vel validiore medicamento humorum ſarcinam, & morbi reliquias è corpore exigere. In ſtatu vero & incremento ſatius eſt ſudorificis vti, quæ attenuatis humoribus & apertis cutis ſpiraculis à centro ad circumferentiam morbi cauſam propellant, quę in corpore reſes ad mortem ſufficeret, quemadmodum mihi & Ricardo Huberto Chirurgo videre licuit in duabus puellis, quarú vna quatuor, altera ſeptemdecim annos nata erat. vtriq, n. ex morbillis mortuæ & diſſectæ interiora viſcera cruſtoſis puſtulis, his ſimilibus, quæ in cute emergunt, obſita viſa ſunt. Hæmorrhagiam per principia, nempe intra quartum aut quintum diem, è naribus obortam, non eſt putandum morbi materiam ortumq; abſcindere: non enim propterea papulæ per cutem erumpere deſinunt, quia vera hæc eſt & naturalis huius morbi criſis, quæ ſcilicet per ſuperficiem & corporis circumferentiam fit. Cæterum ſiſtenda non eſt talis hæmorrhagia, niſi forte exolutionis virium metum adferat. Prouocabitur foras materia decocto ficuum, lentium decorticatarum, ſeminis citri, fœniculi, apii, petroſelini, radicis graminis, paſſularum demaſcenarum, & dactylorum. Tale enim decoctum ſi ſudorificum certe & morbifici humoris foras in cutē propellendi vim habet; ſemina enim fœniculi & ſimilia aperiét. a cutem reſerant, ficus leniunt materiæ D
acrimoniam, & blande abſtergunt, lentes, fauces & laryngem interaneaq; omnia à puſtulis & aluifluxu moderata adſtrictione tuentur, cortice ſuo validius, quam morbi ratio poſtulet, adſtrictura, dactyli ſtomacho conferre creduntur, vt & ſemen citri cor à veneno vindicare, glycyrrhiza gulæ ductum lenire, rauim impedire, blandoque halitu ſudorem ciere. Cæterum talia longe à paſtu exhibebuntur, non enim ſtatim à paſtu ſudare conducit. Sunt, qui probent puerulum inuolui linteis illo decocto calide imbutis, & poſtmodum expreſſis. Malim tamen veſicas, ſpongias & lateres calidos eodem conſilio admouere: certe mihi, ficuum & paſſularum cum ſaccharo decoctum potenter ſudores promouet. Nec vero inutile eſt, interim, dum æger toto reliquo corpore coopertus ſudat, faciem flabello ventilare; ſic enim conſeruatur intus, adeoq; roboratur calor natiuus; propinquum animi deliquium auertitur, & excrementitiorum humorum foras validior fit excretio. In quam etiam rem valet nodulus ægri naribus admotus ex aceto & aqua roſacea cum camphora, ſantalorum puluere, & aliis odoratis, quæ vna refrigerandi vim habent, id enim inſuper à naribus puſtulas arcet.

Quæ partes ab ecthymatibus ſint muniendæ & præſeruandæ. E

Cap. III.

Oculi, nares, guttur, pulmones, & inteſtina præ cæteris partibus ab erumpentibus puſtulis ſunt vindicandæ: quia naturam obtinent & conſiſtentiam, quæ huius veneni malignitati obnoxia, facile corrumpitur & labefactatur. Oculi ergo ne lædantur, ſtatim à prima morbi ſuſpicione muniendi ſunt, cum coniunctis ſibi palpebris, aqua roſacea, omphacio cum camphoræ tantillo. Sunt, qui etiam in hanc rem parent decoctum ex ſumachio, berberide, cortice granatorum, aloe & croco pauco ſucco granatorum

Pulticula puero deneganda.

Somnus profundior hoc cur nocet maxime.

De purgatione, phlebotomia & ſudorificis.

Hiſtoria.

Decoctum ſudorificum.

Sudorem promouere quando expediat.

Oculi quo munienda.

A torum acidorum & aqua albuminis ouorum cum roſacea inſtillata eodem confert. Itemque lac muliebre eadem aqua roſacea mixtum & ſæpius renouatum: denique omnia, quæ repellendi vim habent. Quanquam ſi inſigniter tumeant & rubeant oculi, ſola repellentia admouenda non ſunt, ſed admixtis digerentibus & abſtergentibus, naturæ familiaritate viſum roborare natis, temperanda ſunt, vt aqua fœniculi & euphraſiæ. Tum vero lucem aut rubra æger haud intuebitur, metu doloris & inflammationis quare in ſtatu morbi, cum doloris & inflammationis ſumma in oculis ſunt omnia, blande deſiccantia & digerentia oculis proprietate conferentia, conuenientiora ſunt, vt aloe, tuthia & antimonium lota, aqua fœniculi, euphraſiæ & roſarum. Nares tuetur nodulus ante commemoratus, linamentaque ex decocto adſtringẽte expoſito imbuta, indita & admota. Fauces, gulam, laryngéq; tuebimur, & vocis integritatem conſeruabimus gargariſmate ex oxycrato, vel ſucco granatorum acidorum, grauis eorundem ore & dentibus crebro verſatis: itemque nodulis ex pſilio, ſemine cydo. & ſimilibus frigidis atque adſtringentibus. Pulmonibus & reſpirationi conſulendum eſt ſyrupo de iuiubis, violato, roſato, papaueris albi, granatorum, nenuphatino & ſimilibus. Quando vero puſtulæ plane eruperunt, tum liberius paulo viuendi poteſtas ægro facienda eſt, atque in maturando, pure vacuando, deſiccando, deſquamandoque

Quando ſolis repellentibus oculi minime ſunt mouendi.

Os interim quo muniendum.

Quo pulmones.

B que totos nos eſſe decet. Nam quod ad exanthemata attinet, reſolutione ſola, non autem ſuppuratione curationem recipiunt, ad ecthymata ſuppurant litu ex butyro recenti, fotu ex decocto rad. maluæ, lilio. ficuum, ſem. lini & ſimilium. Poſtquam maturuerint puſtulæ, excidendę ſunt volſellis, vel aperiendæ acu aurea vel argentea, ne concluſum pus ſubiectam carnem erodat, atque à morbo depreſſa veſtigia, cicatriculasque cauas, viſu fœdas relinquat. Vacuato pure deſiccabuntur vnguento roſato, addita ceruſa, lithargyro, aloe in pollinem tritis cum croci tantillo. His enim non ſiccandi modo, ſed & carne implendi vis ineſt. Eodem conſilio farin. hordei & lupinorum diſſoluitur in aqua roſ. & cum tenui linteo inunguntur partes ægræ. Sunt, qui cute ſuilla in aqua & vino ſubelixa inungunt, mox farinam hord. aut lupinorum, vel vtraque affundunt. Alii crudum mel & recens expreſſum cum hordei farina miſcent, puſtulasq;, quo ſicceſcant, illinunt: ſiccatas in cruſtarum modum roſaceo oleo, violaceo, amygdalarum dulcium vel cremore lactis illinunt, vt excidant citius proruptis puſtulis. Acuti pruritus ægros ad ſcalpendum ſollicitant, vnde excoriationes & fœda vlcera: ſcalptus enim maioris attractionis cauſa eſt. Itaque ægro puerulo vinciendæ manus erunt, & prurientes partes fouendæ decocto biſmaluæ, hordei, & lupi-

Ad vitandas cicatriculas cauas.

Vt ſcalptus pruriginoſus vitetur.

C norum adiecto ſale. At iam excoriatæ cuti medendum eſt vnguento albo Rhaſis camphorato, addita pulueris aloes & cinnabaris, vel deſiccatiui rubri portione. Si quantumuis appoſitis impoſitiſque, quæ repellerent, remediis, nihilominus per oculos puſtulæ eruperint, curandæ diligenter erunt collyriis omnis generis, cauendo, ne inflammatio eius partis in eam molem exurgat, qua dirumpantur oculi, & quod aliquando contingit, ex propria orbita exiliant. Cruſtoſa vlcera ſi quæ in naribus ſuboriantur, inditis linamentis promptiſſime deſiccabuntur, & ad dilapſum ſollicitabuntur.

Ad excoriationes remedia.

Ad oris & faucium vlcera.

Quæ in ore, palato, & gutture, cum raucitate, & deglutiendi difficultate exurgent, ea gargariſmatibus ex aqua hordei, plantaginis, & chærefolii diſſoluto vna ſyrupo roſato & diamorone ſaneſcent, verſabit æger ore ſaccharum roſ. itum, aut tabellas electuarii diatragacanthi frigidi. Cicatrices in facie relictæ ſi ad fœditatem vſque extuberarunt, volſellis excidendæ erunt, & inde inungendæ vnguento citrino recenti, vel hoc linimento: *℞ amyli tritici & amygdalarum excorticatarum an. ℥ i ß. gum. tragacb. ʒ ß. ſeminu melonum, fabarum ſiccarum excorticat. farina hordei an. ℥ iij. in puluerem redigantur omnia ſubtiliter, deinde incorporentur aqua roſacea, & fiat linimentum ad faciei litum cum penna*: mane id extergatur facie lota aqua furfuris frumentacei, ad id & conducit lac virginale, adeps anſerinus, anatinus & gallinaceus vtilis eſt,

Ad fœdas faciei cicatrices complanandas.

D leniendæ cutis aſperitati, vt & oleum liliorum, ſanguis leporinus recens & calidus replendis & complanandis cicatricum cauitatibus, & dealbandis idoneus cenſetur, ſi ſæpius allinatur. Cuius loco cutem ſuillam calentem plæriq; alligant, putant etiam aquam ſtillatitiam florum fabarum, radicum liliorũ, radicum arundinum, teſtarum ouorum, & oleum ouorum valde valere ad delendas & complanandas cicatrices.

Sanguis leporinus.

De animalibus quibuſdam & monſtroſis eorum figuris, quæ contra naturam in corporibus humanis naſcuntur, excurſus, ad futuram de vermibus diſquiſitionem velut proœmium.

Vt in maiore, ſic in minore hoc mundo noſtro venti fiunt, tonitrua, terræ motus, pluuiæ, aquarum inundationes, ſterilitates, fertilitates, lapides, montes, fructuum, itemque animalium variæ ſpecies exurgunt. Nam in abſceſſibus flatuoſis, hominum colico dolore cruciatorum inteſtinis flatus concluſus teneri, quis negabit? Plæriſque mulieribus flatus adeo alte per inteſtinorum anfractus obmurmurant, vt ranarum intempeſta nocte coaxantium gregem audire te putes, ſi adſtes propius. In abſceſſibus a-

E quoſis, & hydropicorum aluo aquas contineri, ipſa indicat, quæ aquarum fit effuſione, curatio. Per febriles rigores & horrores, haud aliter vniuerſum corpus tremit & quatitur, quam per terræ motus, mugire & concuti ſub pedibus ſolum auditur. Calculos vero, qui è veſica extrahi, è renibus, ac plæriſque aliis corporis partibus excerni viderit, in nobis lapides gigni, haud poterit inficiari. Quot vero occurrunt ſexus vtriuſque homines, qui in facie, aut quauis alia parte, impreſſam oſtentant vel concretam & pendentem geſtant, ceraſi, pruni, ſorbi, ficus, mori & ſimilium fructuum imaginem? Cuius rei, imaginatricis facultatis vim, concurrente formatricis opera, embryonis, in quamuis formam & figuram propriæ & naturæ humiditatis occaſione ſequacis & cereæ, mollitiem cauſam eſſe putant. Omnibus enim matres dum vtero geſtarentur, vehementi rerum ſimilium deſiderio æſtuaſſe comperias, quas dum ani-

Maioris & minoris mundi ſimilitudo.

Ventorum in humano corpore generatio.

Aquarum.

Lapidum.


Fructuum a prima conformatione.

Cauſa eorũ, quæ a matre in fœtum,

dum vtero geritur, imprimuntur. *Li. 1. de morbis suis. cap. 1.*

mo ardentius conciperent, ſpecies in conceptum & fœtum tranſtulerunt, dum rebus ipſis frui non poſſent. Gibbi verro, & craſſiores lupiæ montium inſtar habere quis ibit inficias? ſqualidam ſterilitatem, quis hectica ſiccitate emaciatorum hominum habitui ſimilitudine reſpondere negare auſit? fertilitatem vero multorum carne & adipe luxurianti adeo abdomini, vt corporis pondus vix pedibus ſuſtinere queant? Animalia vero in animali, id eſt, homine varia variis locis gigni, ſequentes hiſtoriæ fidem facient. Narrat Hollerius, cuidam Italo ex frequenti odoratu baſilicæ herbæ, natum ſcorpium in cerebro, vehementes dolores & longos, mortem deniq; attuliſſe. Scorpii illius aperto cranio inuenti imaginem hic adeo appinxi. A

Figura Scorpii.




B

Li. 5. de partium morbis cap. 7.

Hollerii coniecturam de Scorpii illius cauſa & ortu probabilem facit, quod ſcribunt Chryſippus, Dyophanes, & Plinius, ex Baſiliſco inter duos lapides contrito, & ad ſolem poſito, proditurum Scorpium. Scripſit Fernelius, in quodam milite, qui reſimis erat naribus, ex fœdiore quadam eluuie diutius cohibita, vermes duos villoſos inſtar digiti illic genitos, inuentoſque eſſe, qui tandem in furorem illum adegerunt, febreque non admodum manifeſta, de medio ſuſtulerunt die circiter vigeſimo, horum talis erat, quantum ex Fernelii verbis licet intelligere, effigies.

Vermium Fernelianorum effigies.



C

Hiſtoria.

Narrauit mihi Ludouicus Duretus, vir doctrinæ & fidei pleniſſimus, excretum ſibi per vrethram cum vrina, poſt longum & difficilem morbum, animal viuum, colore rubrum, cætera millepedi ſimile, hac fere imagine.

Imago millepedis per vrinam excreti.



Hiſtoria.

Comes Carolus de Mansfeldt, æſtate ſuperiore graui & continua febre vexatus, in baſilica Guiſiana, illuuiem excreuit per vrinarium ductum, animalis effigie adumbratam hac omnino forma.

Vermiformis illuuies per vrinam excreta. D




Nicolaus Florent. Gordon. lib. 7. cap. 18.

In mulierum quoque vtero, variæ monſtroſorum animantium gignuntur formæ: alias ſolæ, alias cum mola, alias cum fœtu naturaliter & bene conformato, vt ranarum, buffonum, ſerpentem, lacertorum & harpiarum, quas ob id Longobardorum fratres dictas veteribus fuiſſe conſtat, quia his mulieribus frequens id eſſet, vt vna cum naturali & perfecto fœtu vermes, ſerpentes, & monſtroſa id genus animalia, in vtero ſuo genita excluderet, quia ſẽper illis charior fuerit corporis ornatus in veſtitu, quã cult⁹ in victu. Ita fiebat, vt fructibus, vrtica, herbis & aliis rebus mali ſucci dum viuerent, materiam congererent putridam, vel certe putredini & corruptioni valde obnoxiam, adeoque gignendis imperfectis illis animalculis opportunam. Narrat Iobertus, duas mulieres Italas, eodem menſe ſingulas monſtroſum partum excluſiſſe: quæ veſtium interpollatori nupſerat, adeo exiguum edidit, vt murem craſſiorem cauda carentem referret. At quæ nobilis erat maiorem, felis craſſitie: ambo inſuper colore atros, vt primum ab vtero prodierunt, in altum ſecundum parietem vnguium velut nixu erupiſſe, & tenacius adhæſiſſe. Scripſit Licoſthenes, anno domini 1494. mulierem Cracouiæ, in platea, cui à ſancto Spiritu nomen eſt, mortuum fœtum enixam, qui affixum dorſo ſerpentem viuum geſtabat, mortuumque iſtum fœtum arrodebat, vt ex appicta hic imagine licet intelligere. E

Lib. errorũ popularium.

Figura

A *Figura ſerpentis fœtui affixi.*




B

Leuinus valde miram in hanc rem hiſtoriam narrat: *ſuperioribus*, inquit, *annis, me vſa eſt Medico mulier quædam inſularis, quæ ex cõgreſſu cum nauta cum concepiſſet, celeriter illi adeo aluus intumuit, vt ad præſcriptum à natura vſque terminum geſtando oneri non videretur ſufficiura: nono menſe exacto obſtetricem accerſit moxque poſt validos conatus & enixus, excluſit primo informem carnis concretionem, duabus vtrinque anſis in brachiorum longitudinem & modum exporrectis præditam, & à vitali quodam principio ſe ſpongiarum & vrticarum more motilantem ac palpitantem, poſtmodum delapſum ab vtero monſtrum eſt roſtro adunco, longo teretiq; collo, oculis vibrantibus, cauda acuminata, eximiaq; pedum agilitate, tali prope forma.* Li. de occul. nat. cap. 8.

Monſtri ab humano vtero excluſi effigies.

C




Vt primum id prodiit in lucem, fremitu, ſibilisque totum cubiculum impleuit, in omnem ſe partem proripiens, vt latebram nanciſceretur: ſed ipſum mox vnanimi impetu facto, quæ aderant mulieres, puluinis coniectis ſuffocarunt. Tandem miſella multo labore fracta, fœtum maſculum peperit, adeo male mulctatum & excarnificatum ab iſto monſtro, vt ſtatim à baptiſmo mortuus ſit. Cornelius Gemma Louanienſis Medicus narrat, ab aluo puellæ Lo- Lib. de diui.

D uanienſis quindecim annos natæ, multa ſurſum deorſumq; plane monſtroſa prodiiſſe. Inter cætera per na. natura

anum cum fæcibus excretum animal viuum ſeſquipedem longum, pollice craſſiorem, anguillæ plane characteriſmu.

ſimilem, niſi quod cauda eſſet valde piloſa: effigiem monſtri ab eo poſitam in hunc ideo locum tranſtuli.

Monſtri à virginali aluo excluſi effigies.




E

Magiſter Petrus Barque, & Claudius Magnus, Chirurgi Vertodunani nuper mihi affirmarunt, curaſſe ſe vxorem cuiuſdam ciuis Vertodunenſis, quæ ex abſceſſu in ventre rupto, cum pure magnam vermium copiam reddidit, digitali craſſitie, capite acuto, qui ipſi inteſtina ſic arroſerant, vt diu fæces per vlcus reddiderit, nunc vero plane conualuerit. Hiſtoria.

Antonius Beneuenius Medicus Florentinus narrat, Ioannem Menuſierium quadragenariũ aſſiduis ſtomachi doloribus diuexatum, ſæpe in mortis propinquo extitiſſe, nec multis Medicorum conſiliis, quibus vſus erat, adiutum. Tandem cum ſe adiiſſet, ei vomitorium propinaſſe, cuius vi magnam copiam materiæ corruptæ & putridæ reddiderit, non tamen propterea dolore leuatum. Itaq; illi ſecundo Hiſtoria.

aliud vomitorium exhibuiſſe, cuius vi multam materiam priori ſimilem excreuit: Sed vna vermẽ quatuor digitos longum, capite rubro, rotundo, pili craſſioris magnitudine, lanugine prima toto corpore obſitum, cauda increſcentis lunæ modum bifurcata, quatuor pedibus ingredientem, duobus anterioribus & totidem poſterioribus. A

Vermis vomitu excluſi figura.



Cauſæ efficientes materialesq́; eorum, quæ in corporib. noſtris præter naturam gignuntur, corporum.

Quid memorem prodigioſi corpora, quæ in præter naturam abſceſſibus reperiuntur, calculos dico, cretam, arenam, carbonem, limaces, cochleas, ſpicas, fœnum, cornua, pilos & pleraſque animalium viuorum mortuorumque ſpecies. Nihil enim eſt in earum rerum generatione per corruptionem facta, quam multiplex præcedit alteratio quod attonitos animos noſtros & ſuſpenſos tenere debeat: Si præſertim conſideremus, fœcundam parentem omnium naturam, vniuerſæ materiæ, ex qua maior mundus contextus eſt, varias portiones & particulas in microcoſmum hominem indidiſſe, quo amplius ad magni illius imaginem, & vnum exemplar facti eſſe videretur. Ita ipſa in eo ſibi placere, vt omnes actiones, motusque, quos obire & edere in maioris illius mundi ſcena ſolet, eoſdem in hoc paruo effingat nunquam in nobis otioſam, modo rei materia deſit. B

De vermibus, quibus in inteſtinis generatio eſſe ſolet. CAP. IV.

Qui vermes generentur.

VErmium cauſa materialis eſt humor craſſus, viſcidus, & crudus, qui corruptionis initium in ventriculo nactus, mox in inteſtina delabitur, ibique computreſcit, haud laudabilis chyli formam in prima coctione nactus. Hic cum viſcidus ſit, tenaciter inteſtinis adhæret, nec facile cum reliquis fæcibus excernitur: itaque mora putreſcit amplius, caloriſque efficacia in vermium materiam & alimentum cadit: alimentario illo humore conſumpto, niſi nouus aliunde ſuppetat, qui famem ipſorum leuet, magna vi ſe per inteſtina vibrant, graues & magnos dolores cient, imo ſæpe ad ſtomachum irrepunt, indeque per os excernuntur, nonnunquam in palati foramina aſcendunt, & per nares prodeunt. C

Cur ſæpe Vermes ad os aſcendãt.

Vermium differentia.

Vermes in triplici ſunt differentia: quidam enim rotundi ſunt & longi, alii lati & longi, alii parui & tenues. Primi dicti veteribus ſunt teretes, quaſi in longitudinem rotundi. Secundi Teniæ, quod faſciæ inſtar in longum & latum expanſum corpus habeant. Tertii Aſcarides, quod fere ſubſiliant. Aliæ vermium notantur differentiæ a colore petitæ, rubrorum, alborum, nigrorum, cinereorum, citrinorũ. Notantur & nonnulli villoſi, capite ad ... vaſto; quibuſdam in morbis vermes multi gignuntur, & per anum excernuntur, ... modo ... fere albi. Hiq; ſunt, qui Aſcarides dicantur. Colorum in vermibus diuerſitatem, haud ... humorum, ex quibus fiunt, ſpecie diſtincta diuerſitas. Nam melancholicus & bilioſus humor qualitatibus ſuis ad vermium generationem plane ſunt inepti. Sed humoris chyloſi ſeu pituitoſi, ex quo fiunt, multiplex in colore propter corruptionem, varietas: longi & lati per tota ſæpe inteſtina expanduntur, mucoſæ & albuminoſæ ſubſtantiæ inſtar habentes, & certe viſus eſt mihi, qui è muliere prodierat ſerpenti ſimilis hexapodem longus, quod mirum videri non debet, cum á veteribus notatum ſit, vidiſſe ſibi vermes tam longos, quanta eſt omnium inteſtinorum longitudo, id eſt, quanta eſt humani corporis longitudo ſepties ſumpta. Scribit Wierus viſum ſibi ruſticum, qui vermem excluſerit octo pedes & digitum vnum longum, rictu oris capiteq; anati ſimillimum, quem ob id ſubiecta figura ſpectandum exhibere placuit. D

Cauſa Varietatis colorum in vermibus.

Hiſtoria.

Hiſtoria.

Vermis in inteſtini genitis & excluſi effigies.



E

In obſeruat.

Quibus in alui locis gignantur vermes.

Narrat Valeriola, viſum ſibi vermem nouem amplius pedes longum. Atque vt vermes ſpecies, ſic locis generationis a ſe mutuo differenti ſunt. Teretes enim ſeu rotundi & longi fere in tenuibus inteſtinis gignuntur, reliqui in craſſioribus, præſertim vero Aſcarides. Nulli vero ortus eſt in ventriculo,

vtpote

A ventre primæ coctionis officina. Ibi quidem vermium futura materia corruptionis rudimentum nanciscitur, at complementum in solis intestinis. Quibusdam infantibus in vtero naſcuntur: propter humoris à matre ad ipsorum nutritionem confluentis vitium & cacochymiam; quam quia tum per anum non excernunt, cunctando putrescit amplius, & vermium generationi conuenientem materiam ſufficit, quemadmodum ex Hippocratis ſententia nonnulli adnotarunt. Denique quauis ætate in hominibus & quibusvis naſcuntur vermes, hisque item, qui prauis succi cibis & facile corruptibilibus nutriuntur, vt fructibus horariis crudis caſeo & lactantis. Cæterum vt innoteſcat, quibus in inteſtinorum locis degant vermes, hæc ſunt notanda, quando inteſtina tenuia obſident, dolore ſtomachi vexantur ægri, cum appetentia ciborum, quæ multa & varia ſine ratione expetunt, magna nempe alimenti parte à vermibus [illegible], frequenter in animi deliquium incidunt, propter ſtomachi exquiſitiſſimo ſenſu prædit[i] cum corde ſympathiam, pruriunt nares, fœtet anima, propter exhalationum ſurſum à corruptis in ventriculo cibis acredinem, fœtorem, & acrimoniam qua occaſione in ſomnum etiam procliues ſunt, [illegible] à quo crebris inſultibus & pauoribus ſubinde excitentur, febre continua & lenta detinentur, cum tuſſi ſicca, palpebrarum comminentia, & coloris faciei crebra mutatione. At longi & lati,

B craſſorum nempe inteſtinorum incolæ, prodant ſe dejectionibus conſpectis huc illuc corpuſculis multis, ſeminis melonum vel cucurbitæ ſimilis. Aſcarides vero innoteſcunt pruritu, quem in ano excitant, quia ferè tormina [illegible] decurrent [illegible] tenesmo, & [illegible] procidentia. Horum omnium ſymptomatum [illegible] ſomnus his turbulentus eſt, & ſæpe clamoſus, quando vapores, qui à coneitatis in humore & [illegible] vermibus, ad caput ſubmittuntur, calidi ſunt, acres & tenues: profundior contra [illegible] vapor nebuloſus eſt, à materia nempe craſſa & frigida ſubmiſſus. Deglutire ſe inter dormiendum [illegible], quia dum vermes chylosam inteſtinorum materiam auidius abſorbent, conſimiles [illegible] phantaſia excitant. Dentibus ſtrident repletione quadam conuulſiua, vaporum copia [illegible] temporum & maxillarum muſculis. Tuſſis ſicca venit per conſenſum vitalium & reſpirationi dicatarum partium cum naturalibus: perculſo nempe diaphragmate à vaporibus acribus, & quaſi ineſſet humor aliquis excernendus, ad excluſionem, quæ tuſſi ſuſcipitur, irritato, acres iidem ſummi orificium ventriculi impetentes, vel ſinguitum, vel deliquium animi inferunt, pro conſiſtentiæ ſuæ, craſſæ vel tenuis conditione: ad faciei partes elati narium pruritum, caliginem oculis, & genis colorum mutationem repentinam inuehunt. Magni paruis ſunt calamitoſiores, rubri albis, viui mortuis, multi paucis, variegati vnicoloribus, quia maioris corruptionis ſunt indices. Qui cruenti, & ſanguine

C conſperſi excernuntur, funeſti ſunt: nam indicant eroſam inteſtinorum ſubſtantiam. Sæpe enim corrodunt perforantque inteſtini, quo concluduntur, corpus, inde in varias alui partes penetrant, adeo vt aliquando per inguina, alias per vmbilicum prorumpant, via excedendo facta, vt narrat Hollerius. Quando verminatione laborantes [illegible] difficulter ſpiritum ducunt, & toto corpore mađent, inſtantis mortis indicium eſt. Per febrium acutarum initia, ſi teretes vermes viui prodeant, peſtilentis febris argumentum eſt, cuius nempe [illegible] malignitatem cum ferre nequiuerint, foras prodire neceſſe habuerint. Si vero mortui prodeant maioris in humore corruptionis, & veneni ac malignitatis indices ſunt.

Ad ſextum li. 4. de morb.

Signa Vermium in tenuibus inteſtinis exiſtentium.

Vermium in craſſis inteſtinis degentium ſigna.

Aſcaridum ſigna.

Symptomatum quæ in Verminoſis apparent ſigna.

Varii colorum vermes cur calamitoſiores.

Inſtantis verminoſa morte indicia.

De curatione in vermibus adhibenda. CAP. V.

VNa omnino in hoc morbo indicatio eſt, vermium nempe ſeu viuorum ſeu mortuorum è corpore excluſio, vt quæ [illegible] toto genere contraria [illegible] vitanda omnia ſunt, quæ promptiorem corruptionem putredinemque in corpore cumulant, cuiuſmodi ſunt fructus horarii, caſeus, lactantia omnia, piſces, cæteraque, quæ operoſe & difficulter concoquuntur, facilis autem corruptionis.

D Pultes itaque pueris [illegible] poſtulant, hisque ea omnia, quæ lactis conſiſtentiæ & craſſitiei [illegible] reſpondeant, & facile coqui & aliunde [illegible], cuiuſmodi omnino pulticula [illegible] farinacea, non [illegible], ſed ante in furno cocta, ne vel paratam [illegible] pulticula [illegible] tantum in patella bulliunt, quantum lacti ſufficit, vel lacte [illegible] ſimiliſque item [illegible], exoluta omni eius pingui portione, ſola crebra & ſeroſa remanente, ſit: tantum [illegible] craſſæ ad iuſtam coctionem neceſſe eſt, qua ſi eius farina in pulticulas vtitur, craſſorum & viſcidorum humorum generationi materiam in ventriculo ſuppeditat, vnde obſtructio in primis venis, & hepatis ſubſtantia, ab obſtructione vermium in inteſtinis prouentus, & calculorum in renibus & veſica [illegible]. Crebro & euchymis cibis alendus debet æger, ne vermes alimenti defectu, inteſtinorum ſubſtantiam arrodant.

Cum vero eiuſmodi animalibus ex putrida materia ſit origo, purgandus eſt æger, & reprimenda putredo, remediis *in tractatu de [illegible]* deſcribendis ad promptam eorum excluſionem neceemque, ſyrupus de cichorio, vel de limonibus cum rheubarbaro, pauco ſacchаro & theriaca pauca, aut mithridatio, [illegible] eſt remedium, modo febris abſit, licebit in eundem finem etiam vti ſequenti remedio: ℞ *cornu cerui, ſulfuris, [illegible] an.* ℨ *j.* ß. *ſeminis tanaceti & contra verm. an.* ℨ *j. fiat decoctio pro parua doſi, in colatura infunde rhei optimi* ℨ *j. cinam.* ℈ *j.* ß. *ſolue ſyrupi de absynthio.* ℥ ß *fiat potiuncula*, detur mane tribus horis ante iuſculum: oleum ex oliuis expreſſum, ore ſumptum vermes necat: quemadmodum & aqua polygoni cum lacte pota, omnia item amara vermes necant. Satius tamen, ante indere clyſterem ex lacte, melle, & ſaccharo ſine oleis, & amaris: ne hæc dum fugiant, inferioribus inteſtinis relictis, ſuperiora petant. Hoc enim vermibus inſitum eſt, vt amara fugiant, dulcia perſequantur, ex quo ſcire etiam licet, amaris, quæ per os ingeruntur, dulcia ſemper eſſe admiſcenda, vt dulcedine illecti, deuorent auidius, id quod necem inferre poteſt. Itaque lacti ſaccharato probarim admiſceri ſemina

Generalis curanda verminationis indicatio.

Qualiter paranda farina ſit, quæ pueris in pulticulâ ſumitur.

Qui a male parata pulticula vermes & calculi.

Cur & quib. purgandi verminoſi.

Quæ arte deorſum facile detrahentur vermes.

Cornu ceruinum contra vermes efficax. centaurii, rutæ, abſynthii, aloem & ſimilia, cornu ceruinum magnam vim habet contra vermes. Itaque A eius ſcobs, in aqua, quæ ægro in potum venit, vtiliter infunditur, vna quæ etiam cum iuſculis in nodulo incoquitur. Sic & theriaca pota, vel in iuſculo diſſoluta vermes necat. *Portulacam valere contra vermes.* portulaca in iuſculis cocta & deſtillationi ſubiecta, potaque contra vermes valet, quemadmodum cichorium & menta, valet & decoctum ex ſemperuiuo minore, & ſebeſten cum ſaccharo ante paſtum exhibitum, non minus efficaciter, quæ verminoſis exhibetur paſticula, quæ fit item poma cocta ſemine contra vermes dicto aſperguntur. *Glandes ad quos potiſſimum vermes valeant.* Glandes vero hac forma parari & indi poterunt: ℞ *coralli ſubalbi, raſuræ eboris, cornu ceruini, ſi & ſucci an. ℈ ij. mellis albi, ℥ ij. & a paucentinodia quantum ſatis eſt ad omnia concorporanda, fiant glandes*, ſingulæ ſingulis diebus immittantur pondere ʒ ij. pro paruulis: locum habent glandes maxime in aſcaridibus, vt qui adhæreant recto inteſtino, quibus pueris nihil poteſt indi per os, his cataplaſmata vmbilico imponenda ſunt ex puluere cumini, farina lupinorum, abſynthio, abrotano, tanaceto, foliis artacardii, rutæ, puluere colocynthidos, ſemine citri, aloe, perſicaria, mentaſtro, foliis mali perſici, coſti amari, zedoariæ, ſapone molli, & felle bubulo.

Extenditur ſæpe tale cataplaſma in totum etiam ventrē, admixtis adſtringentibus ad robur partis, vt oleo myrtillorum, cydoniorum, & maſtichino, imponitur & cæpa excauata in medio, impleta- B que aloe & theriaca, coquitur ſub cineribus aut prunis candentibus, teritur cum amygdalis amaris & *Emplaſtrū contra vermes.* felle bubulo parantur & emplaſtra ex amaris, quale eſt, quod ſequitur. ℞ *fellis bubuli & ſucci abſynth. an. ʒ ij. colocynt. ʒ j terantur & miſceantur ſimul, incorporentur cum farina lupinorum, formetur emplaſtrum vmbilico imponendum.* Litus etiam & vnguenta eodem conſilio parari poterunt, ad obtinendum ventrem. Parantur & ex pilulis communibus emplaſtra vmbilico admouenda, inuncto interim ano melle & ſaccharo, vt ſuperne amaris fugentur, inferne dulcibus illiciantur. Vel,

Vermium puluerem aſſumptum vermes fugare. Cape vermes, qui iam excreti fuerint, vel ſponte prodierint, necentur in patina ferrea candente, in pollinem redigantur cum vino vel alio liquore, exhibeantur per os, reliquos vermes prompte necare creduntur. Eodem confert ſuccus citri cum oleo amygdalarum amararum, aut oleo communi potus. Parantur & balnea aduerſus hunc morbum ex abſynthio, gallis, foliis mali perſici in aqua incoctis, demergitur infans.

Cautio. Cæterum in vermium curatione animaduertendum maxime eſt, hunc morbum morbo grauiori ſæpe implicitum eſſe, vt febri acutæ & ardenti, diarrhoeæ & ſimilibus, in quibus, ſi, verbi gratia, præſente & coniuncta febre, ſemen vermes contra exhibueris, theriacam antiquam, myrrham, aloem, febris ardorem & diarrhoeam dyſenteriamve auxeris quia amara, horum affectuum curationi valde ſunt C contraria. Quod ſi contra ad diarrhoeam, qua vermes excluduntur, corallum & farinam lentium exhibueris, febrem vehementiorem feceris, ſiccis, & adſtringentibus contumaciore reddita eius materia. *Febris aliquando ſymptoma aliquando morbus.* Itaque attentum Medicum eſſe oportet in perſpiciendo, num febris verminationis ſit ſymptoma, an contra eſſentialis ſit, an non ſymptomatica, vt hoc poſito in his maxime remediis inſiſtat, quæ aduerſus eſſentialem morbum præcipue pugnant, alias reperiuntur etiam remedia, quæ vtrique affectui repugnant, vt purgantia & ſubamara in febre & verminatione: amara & ſubadſtringentia in verminatione & diarrhoea.

Elephantiaſis breuis deſcriptio, ac de eius cauſis. CAP. VI.

Elephantiaſis cur ita dicta. Elephantiaſis morbus dicitur, *quod hoc laborantibus cutis aſpera ſit, ſcabra, rugoſa & inæqualis, vt elephantis*: quanquam propter magnitudinem morbi id ei nomen impoſitum videri poſſit. Nonnulli ex Arabum ſententia, lepræ nomen ei impoſuere (improprie, tamen, quia lepra ſcabiei ſpecies quædam eſt, & cutis vitium, vulgo *Malum ſancti Manus* dictum) quo & nos in præſentiarum vtemur, vt quod vſu *Lib 4 cap 1* & vetuſtate iam inualuerit. *Lepra quid.* Eſt igitur lepra Paulo *cancer vniuerſi corporis*, qui, vt addit Auicenna, comple- D *Lib 2. ca 11.* ctionem, formam & figuram membrorum corrumpit. Cauſam Galenus manare putat ab errore facultatis ſanguificæ, cuius vitio aſſimulatio in carne & habitu corporis deprauatur, & à ſe naturæque regula valde mutatur. Ad Glauconem vero definit hunc morbum *effuſionem ſanguinis turbidi ac craſſi in* *In elephantiaſi occultū quoddam virus ſubeſſe.* *venas, & totius corporis habitum.* Magnus cenſetur, quia virus cuiuſdam venenati eſt particeps, membra & vniuerſi corporis decorem corrumpentis. Virus vero venenati participem eſſe elephantiaſim, ex eo patet, quod nihil ſit neceſſe, eos, qui toto corpore ſuo ſunt melancholici, eſſe elephanticos: ex tribus morborum differentiis compoſitus eſt hic morbus. Primum enim intemperie conſtat contra naturā, calida nempe & ſicca per initia, & tandem humorum reſidente ebullitione, ardoreque exoluto frigida & ſicca, quæ cauſa eſt huius ſymptomatis coniuncta. Conſtat & mala compoſitione ſeu conformatione, quia figuram membrorum & pulchritudinem corrumpit. Conſtat & ſolutione continui, cum tandem vlceribus & rhagadiis caro, cutisque multis locis findantur.

Elephantiaſis cauſa primitiua. Elephantia ſeu lepra tres plerumque habet generales cauſas. Primitiuam, antecedentem, & coniunctam. Cauſa primitiua vel à prima conformatione eſt, vel iam natis ſuperuenit. *Qui ſint à prima conformatione elephantici.* A prima conformatione meſſe ei creditur, qui mentibus vitioſis & corruptis, adque atram bilem vergentibus conceptus E ſit, qui ſemine alterutrius, vel vtriuſque parentum elephantico natu, eſt, elephanticis enim generantur elephantici, quia principibus partibus melancholico & venenato ſucco oblitis & corruptis: vniuerſam ſanguinis maſſam ſemenque ex ea & toto corpore deciduum infici neceſſe eſt. Iam natis vero hæc *Cur calidiores frigidioreſque regiones faciant elephanticos.* cauſa venit ex mora & incolatu in regionibus maritimis, vbi aer craſſus & nebuloſus temporis ſucceſſione ſimile vitium in corporis humores infert: quia Hippocratis ſententia, qualis aer, talis ſpiritus, tales & humores, mora quoque in locis calidioribus, quia ſanguinem ardoribus extorret, in frigidioribus vero, quia incraſſat, & congelatis ſpiritibus quodammodo ſtupefacit, primitiuæ huius morbi cauſa eſ-

A ſci poſſunt. Sic in Germaniæ quibuſdam oris non infrequentes ſunt elephantici. in Hiſpania vero & Aphrica tota frequentiores, quam in reliquo orbe, in prouincia Gallica, Narbonenſi Gallia, & Aquitania plures, quam in reliqua Gallia. Huius etiam generis cauſarum cenſentur conſuetudo & coitus conuictuſque cum elephanticis, quia halitu, ſudore & ſaliua in poculorum oris relicta, malum in contubernales & ſodales transferunt. Inuehunt & hunc morbum ſalſamentorum, ſpeciatorum, acrium, craſſiorumq; ciborum, vt carnis ſuillæ, aſininæ, vrſinæ, leguminum, lactantium aſſiduus vſus: ſic & vina craſſa & potentia, ebrietas, crapula, vita laborioſa, anxia, mœroris, curarum, & ſollicitudinum plena, quia ſanguinem incraſſant & adurunt. At retentio melancholicorum excrementorum, vt hæmorrhoidum, menſium, morbillorum, febris quoque quartanæ, certis tempeſtatum interuallis redire ſolitæ ſuppreſſio, antiquorum vlcerum reſiccatio, quia ſanguinis maſſam melancholica eluuie & fæce inquinant, hunc morbum accerſere primitiuarum cauſarum ſpecie creduntur, quia eius impuritatis occaſione aſſimilatrix facultas ſuo munere fruſtratur. Cauſæ antecedẽtes ſunt, humores ad incenſionẽ corruptionemque & in atrum humorem à calore retorrido diſpoſiti: nam in corporibus quæ talis caloris dominatu tenentur, humores per aduſtionem facile in atram bilem faceſſunt, quæ tempore virus vene- B nateque qualitatis malignitatem & corruptionem acquirens, ortum dat & eſſentiam elephantiæ. Coniunctæ cauſæ ſunt humores atrabilarii, iamque venenatæ & malignæ qualitatis participes in vniuerſum corporis habitum effuſi, ipſum intemperie primum calida & ſicca, deinde frigida & ſicca, vitæ principiis contraria, inſuperq; maligna virulentia corrumpentes & deſtruentes. Hinc enim mortem conſequi ineuitabilem oportet, quia caloris & humiditatis moderatione continetur vita noſtra.

Elephantiæ cauſa antecedens.

Coniuncta.

Cur elephantia ſit lethalis.

Quæ ſint elephantiæ ſigna prænuntia, & præſentia, & iam confirmata.

CAP. VII.

CORporum atq; humorum ad lepram diſpoſitionem ſignificant coloris natiui & floridi in facie mutatio, gutta, vt loquuntur, roſacea, rubræ, ſubliuidæq; ſuffuſiones & puſtulæ pilorum defluuium, ingens ſitis, oriſq; ſiccitas diurna, nocturnaq;, anima olida, vlcuſcula in ore, vocis in raucitatem mutatio, veneris ſupra naturam & conſuetudinem deſiderium. Sunt vero huius morbi quatuor tempora. principium, incrementum, ſtatus & declinatio. Principium dicitur, quando virus interiora & viſcera C nondum exceſſit: ex quo ipſorum vires languidiores fieri eſt neceſſe. Incrementum, quando virus foras prodit, ſignaq; & ſymptomata numero & viribus in dies augentur. Status, quando membra exulcerantur. Declinatio, quando faciei horridus iam eſt aſpectus, extrema, vlcerum profunditate & malignitate decidunt, adeo vt, nemini, vel ex plebe, dubius morbus eſſe poſſit. Ex veterũ doctrina in exquirendis morbi huius præſentis ſignis, ad caput in primis attendere oportet. In facie enim morborum ſigna magis propria & vera maxime eluceſcunt, propter ſubſtantiæ ipſius mollitiem & raritatem, ſubtenſæque cutis tenuitatem: itaq; humor niger & aduſtus ipſi ſuffuſus, ſe facile prodit, non modo coloris, ſed characteris & molis mutatione, ſæpe etiam manifeſta læſione. Ergo in cranio animaduertendum, num alopecia areas faciat, atq; eorum, qui defluerunt, pilorum loco, tenuiores alii, breuiores & rariores ſuccreſcant, quod contingere veriſimile eſt alimenti pilis tuendis & gignendis idonei defectu, cutis capillatæ, eiuſmodi alimento pertitæ, habituſq; ipſius corruptione, & ad continendos pilos ineptitudine: deniq; fuliginum ab humorib. & viſcerib. aduſtis ſurſum elatorũ acrimonia, pilorum radices erodente: quod [illegible] trahentem non modo pilus, ſed & [illegible] pili radicem cutis carniſq; portio aliqua ſequatur, id [illegible] perfectæ corruptionis argumentum. Sit igitur hoc primum elephantiæ ſignum. Secundum D & valde [illegible] eſt tuberculorum ſub ſuperciliis, & pone aures, variiſq; faciei locis grani multiplicis inſtar rotundorum & durorum numeroſa & palpabilis circumſcriptio, facultatis aſſimilatricis defectu. Defectus huius cauſa eſt appellenti alimenti [illegible], quia in viarum anguſtiis impactum & ſubſiſtens, locoq; in quo hæret, velut circumſcriptum conglobatur, cruditatiſq; occaſione, quia non aſſimilatur, & mora, amplius induratur. Tertium ſignum eſt auricularum contractior & exactior rotunditas, craſſities & granoſa velut ſpiſſitudo: rotunditatis cauſa eſt loborum & carnoſæ ipſarum partis ab alimenti inopia & caloris vredine conſumptio: granoſæ vero craſſitiei alimenti affluentis terreſtris craſſities. Quartum ſignum eſt frontis rugoſitas velut leonina, cuius occaſione nonnullis dictus eſt hic morbus leoninus: cauſa eſt habitus corporis ingens ſiccitas: quæ eadem ratione, in annoſa quercu, rugoſum facit & aſperum ſcabrumq; corticem. Quintum eſt oculorum exacta rotunditas, & eorundem obtutus fixus ac immobilis. Certe oculi natura ſua ferme rotundi ſunt, apparent tamen obtuſi & latiuſculi parte antica, in conum vero deſinunt poſtica, ex concurſu & figura muſculorum atq; adipis ipſos veſtientis. His igitur vel laudabilis alimenti defectu, vel acrimonia tranſmiſſi humoris conſumptis, propriæ figuræ & rotunditati reſtituuntur. Conſumptis vero, qui oculos mouent, muſculis, conſumpto, qui lubricós ipſos E reddebat, adipe, fit, vt rigidi ſtent velut immobiles, partibus motum & motus facilitatem pręſtantibus deſtituti. Sextum ſignum eſt nares extrinſecus patulæ, intrinſecus conſtrictæ & contractæ: nempe intus foras pulſus effuſuſque humor terreſtris & craſſus narium extremas pinnas in tumorem attollit: quo fit, vt eiuſdem humoris craſſitie quaſi obſtructi narium meatus appareant: depreſſi vero & reſimi propter reliquam faciem, omnemque viciniam, in molem ſolito maiorem ſublatam, adde, quod conſumpto, depulſi eo humoris arrodentis & exulcerantis acrimonia narium ſepto, ſubſidere ipſas & cruentas remittere cruſtas eſt neceſſe. Septimum eſt labrorum ſublatio, craſſities & tumor, gingiuarum vero ſordities, fœtor & arroſio, à vaporibus acribus ad os ſcandentibus; labra vęro elephanticis à calore interno humores adurente & incraſſante eadem de cauſa tumidiora ſunt, qua

Principium elephantiæ.
Incrementũ.
Status.
Declinatio.
Signa præſentia & confirmata.
Cur ſaniter morbuſq; facilius loquuntur in facie.
Cur defluuium capillorũ arguat elephantiã.
Primum elephantiæ ſignum.
Secundum.
Cur in elephanticis aſſimulatio non bene fiat.
Tertium.
Quartum.
Elephantia cur morbus leoninus dicta.
Quintum.
Sextum.
Septimum.

Mauri-

Octauum. Mauritanis, à ſolis ardore externo. Octauum ſignum eſt linguæ venarumque ei ſubiacentium velut va- A
ricoſarum tumor & nigrities, quod linguæ corpus natura ſpongioſum & rarum facile imbuatur humo-
ribus excrementitiis, & ab interioribus viſceribus in corporis habitum expanſis: quæ eadem cauſa eſt,
cur circumpoſitæ ipſi linguæ ſurſum deorſumque glandulæ rotundo tumore & duriuſculo circumſcri-
ptæ, haud aliter, quam ſcrophuloſis ſuibus ſentiantur. Denique tota ipſis facies rubris tuberculis &
grandinoſis aſſurgit, liuido & obſcuro rubore ſuffuſa eſt, oculi tanquam Satyris flammei ſunt, truces &
fixi, à totius corporis melancholica & atrabilaria cachexia, cuius in facie ſigna ſe produnt propter cau-
Elephantiæ differentiæ tres à colore. ſas ante commemoratas manifeſta, quanquam quibuſdam elephanticis facies etiam flauo, aliis ſubal-
bido colore tincta eſt, pro humoris elephantico veneno baſis inſtar ſubſtrati, conditione: Medicis e-
nim elephantiæ inde tres traduntur ſpecies, vna colore ſubrubro nigricans, in melancholico humore:
Altera ſubflauo viteſcens in bilioſo: Tertia ſubalbido palleſcens in pituita aduſta fundata. Nonum ſi-
Nonum. gnum eſt animæ, vt & omnium ab elephanticis manantium excrementorum fœtor, propter vitis in hu-
Decimum. moribus conceptum. Decimum eſt raucitas, qualiſque & clangoſa atque obſcura vox, quaſi e naribus
manans; propter pulmones, neruos recurrentes, laryngiſque muſculos humoris virulenti & aduſti B
craſſitie imbutos, narium meatus interioris commemoratam conſtrictionem & obſtructionem: Tra-
cheæ denique arteriæ ab immoderata ſiccitate aſperitatem & inæqualitatem, qualis contingit his, qui
potentia & mera vina largius hauſerunt. Hæc immoderata muſculorum reſpirationi inſeruientium ſic-
Vndecimũ. citas, facit, vt diſpnoea etiam laborent. Vndecimum ſignum eſt & valde notandum, Morphæa, ſeu
Quid morphea & quas cauſas habeat. vniuerſæ cutis defœdatio, cum arida ſcabritie & granoſa inæqualitate, qualis in anſeribus implumibus
apparet, cum multis paſſim herpetibus, ſcabieque fœda & vlceribus, non furfures modo, ſed & ſqua-
mas cruſtaſque remittentibus. Scabritiei aridæ cauſa eſt viſcerum humorumque incendio conflagran-
tium ardor, cutem inæqualiter contrahens, conſtringens & corrugans, haud ſecus, quam coria à calo-
re ſolis & ignis corrugantur. Fœdæ vero ſcabiei, & ſerpiginoſorum vlcerum cauſa eſt humoris atrabila-
rii exedens & corrodens conditio, corruptioque venenata, corruptionis & ipſa author, plane vt nihil
mirum ſit, ſi hepatis coctrice deprauata, aſſimilatrix ex inepta & maligna materia in habitum corporis
Duodecimũ. transfuſa, nihil bene, pulchre & quod in rem corporis ſit, reſarcire poſſit. Duodecimum ſignum eſt
compunctionis cuiuſdam, veluti à ſtimulis & aculeis per vniuerſam cutem ſenſus, à vapore acri exitu
Decimum tertium. prohibito, feriente & ſubdenſata cute intercepto. Decimumtertium, conſumptio & emaciatio muſcu- C
lorum, qui ſunt inter pollicem & indicem, non ob id modo, quod altrici & aſſimilatrici facultati ido-
neum deſit alimentum, quo reſarcire queant earum partium iacturam, id enim ipſis cum reliquo cor-
pore commune eſt: ſed quod cum in montoſum velut tumorem ſublati illi muſculi naturaliter aſſur-
Cur elephãtici velut alati. gant, eo ipſorum ſit depreſſio manifeſtior. Hæc eadem cauſa eſt, cur elephanticis alarum inſtar ſcapu-
læ promineant: emaciatio nempe partis interioris trapezitæ muſculi. Decimumquartum ſtupor ſeu
Decimumquartum. ſenſus per vniuerſum corpus diminutio, propter oppilatos neruos ab humoris melancholici craſſitie
intercludente iter animali ſpiritui, ne peruenire poſſit ad partes, à quibus ſenſus ſuſcipitur, liberis in-
Qua nota elephantici probandi. terim iis, qui in muſculos motus gratia ſparguntur: hacque maxime nota elephanticos probare ſoleo,
intruſa ſcilicet altius longiore & craſſiore acu, in craſſam tendinem exquiſitiſſimo ſenſu præditum, qui
ad calcem extenditur, alioqui penitiſſime in tendinem illum aut quemuis alium muſculum impuliam
acum, vix eſt quiſquam tam confirmatus elephanticus, qui ſenſurus non ſit, propter neruorum, vt iam
Decimumquintum. dixi, in muſculos ſparſorum ab obſtruente humore libertatem. Decimumquintum eſt partium extre-
marum putrilago, à putrilagine & gangræna abſceſſus, propter humorum, eo viſcerum robore amanda-
datorum corruptionem, pari labe partes, in quibus reſtitant, inficientem, adde quod ibidem exoleuit D
facultas animalis ſenſoria: at quoties facultatum aliqua partem aliquam deſeruit, reliquæ mox ean-
Decimum ſextum. dem dedignantur. Decimumſextum eſt, quod terriculis inſomniis exterrentur: Nam per ſomnum vi-
dere ſibi videntur dæmones, ſerpentes, antra, ſepulchra, cadauera & ſimilia, propter atros humoris
melancholici vapores, viſis atris & triſtibus phantaſiam perturbantes, qua & ratione à cane rabido de-
Decimum ſeptimum. morſi in hydrophobiam incidunt. Decimumſeptimum quod per morbi initia & incrementa vafri ſint
& furioſi ab humorum & ſanguinis ardore: tandem vero in ſtatu & declinatione vafri & ſuſpicioſi, ſen-
ſim exoleſcente ſanguinis & viſcerum incendio. Tum igitur omnia tuta timentes, & de propriis viri-
bus diffidentes, conantur aſtu malitioſe eos, cum quibus ſibi res eſt, circumuenire, quoniam viribus de-
Decimum octauum. ſtitui ſe ſentiunt. Decimumoctauum eſt coitus venerei ſupra naturam deſiderium, tum quod calore
Elephantici cur ad venerem cæteris magis appetent. peregrino intus vrantur, tum à flatu (ad cuius generationem humor melancholicus eſt aptiſſimus) per-
mixto, varieq, tanquam œſtro, per venas & partes genitales à calore præter naturam agitato & commo-
to. At tandem, poſtquam in frigidam & ſiccam intemperiem delapſis, refrixit ille ardor, venerem hor-
rent maxime: ſibi certe tum, imo etiam à morbi principio valde noxiam, quod ſpirituum & caloris na-
tiui, quorum diſſipationem facit venus, haud exigua illis adſit copia. Decimumnonum eſt ſanguinis E
Decimum nonum. atri & liuidi craſſities tanta, vt ſi lauetur, arenoſum, quorundam iactata experientia, comperiatur pro-
pter aduſtionem & aſſationem ingentem. Vigeſimum eſt pulſus languor, ac debilitas (propter faculta-
Vigeſimum elephantiæ ſignum. tis vitalis & pulſificæ à vaporum craſſorum nebulæ oppreſſionem) vna vero vrinarum alias iumentorũ
ſimiles craſſities, ſi meabilia vrinaria vaſa: alias tenuitas, ſi obſtructio ſubeſt, quæ per vrinæ ductus ſinat
Cur elephantici vnctuoſa velut facies ſplendeat. id modo, quod tenuius eſt, elabi, eadem vrina colore ſæpe cinereo pallet, ſæpe & reliquorum per hunc
morbum excrementorum more fœtet. Sunt certe multa alia elephantiæ ſigna, vt alui ſegnities ob he-
patis ardorem; ructus frequentes, ob ventriculi ab humoribus melancholicis refluxu conturbationem;
frequens ſternutatio, ob cerebri plethoram; ad id frequentiſſimũ, quod facies totaq; cutis vnctuoſa eſt,

A adeo vt effuſa ſuper eam aqua nuſquam hæreat, occaſione credo interni ardoris, ſubcutaneum adipem colliquantis; quod ideo ſemper perfuſa & delibuta in elephanticis cernitur. Cæterum eiuſmodi ſignorum omnium alia eſſe dicuntur vniuoca, quæ tanquam pathognomonica elephantiam neceſſario arguunt; alia æquiuoca, quæ etſi propria non ſint huic morbo, tamen ad eius dignotionem conferunt. Ea enim demum certa eſt elephantia, quæ omnibus vel certe plurimis ex ſignis commemoratis eſt comitata. *Quæ vniuoca, & æquiuoca elephantiæ ſigna.*

De prognoſi in elephantia: & quæ cura adhibenda ſit his, quibus à lepra timetur.

Cap. VIII.

Elephantia morbus eſt, qui in prolem tranſit, contagioſus fere peſtis inſtar. Vix curabilis eſt incipiens; haud curabilis confirmatus, quia cancer eſt vniuerſi corporis: at vnus aliquis, partis vnius altè radices ſi egerit cancer, incurabilis cenſetur. *Cur elephantia ſit inſanabilis.* Iam quæ ad hanc vſque diem inuenta ſunt aduerſus eum remedia, inferiora ſunt & viribus imparia. Deinde non ante huius morbi ſigna ſe produnt foras, quam humoris malignitate oblita & corrupta fuerint viſcera, præſertim in his quos alba dicta tenet elephantia, *Leuce vniuerſalis.* B quales circa Burdigalam, & in Gallica, quæ mare attingit, Britannia non pauci occurrunt: qui tamé tanto intus ardore æſtuant, vt pomum quod ad breue tempus manu continuerint, tanquam à multorum dierum ſole, mox corrugatur & marceſcat. Aliud eſt, quod curandi huius morbi auget difficultatem: trium nempe principum facultatum, quibus vita continetur æquale per hunc morbum vitium. Fallacia enim & terrifica per ſomnum viſa, in ſentiendo ſtupor, animalis facultatis vitium arguunt: vitalis vero, pulſus languor, vocis raucæ clangoſæque obſcuritas, ſpirandi difficultas, anima olida: naturalis denique hepatis in hæmatoſi deprauatio, vnde prima & ſumma huius mali labes. Ergo quia elephantia confirmata correptis ſalutem non poſſumus polliceri; his vero, quos nuper ea labes inuaſit, nõ audemus, reſtat, vt quibus artibus homines ab imminente tanto morbo expedire poſſimus, breuiter aperiamus. *Curatio.* His primum in victu & vitæ genere fugienda ſunt omnia quibus ſanguis & humores vehementius incaleſcere poſſunt, quorum permulta ante ſunt commemorata. *Diæta elephanticorũ.* Eligant cibos boni & mediocris ſucci, quales deſcribemus in diæta, his, qui peſte correpti ſunt, adhibenda purgatio, phlebotomia, balnea & cornicula ad exhauriendam ſanguinis impuritatem, refrænandumq; hepatis ardorem ex docti Medici ſententia præſcribantur. Valeſcus de Tarenta caſtrationem in hoc caſu valde probat, nec ego eam improbandam cenſeo. C Teſtium enim amputatione curantur homines in morbum proni, ſicque in fœmineam naturam degenerant, & hepatis ſanguinem aſſantis ardore reſtincto, humidi & frigidi euadunt: quæ temperies elephanticorum intemperiei calidæ & ſiccæ toto eſt genere contraria, adde quod ſublata elephanticis gignendi facultate, tollitur ea huius mali contagio, quæ per prolis propagationem in humanum genus ſerpit & effunditur. *Caſtrationẽ vindicare ab imminẽte elephantia.*

FINIS LIBRI XIX.

D

E

DE VE-

 A

DE VENENIS, DEQVE RABIOSORVM CANVM, ET VENENATORVM ANIMANTIVM MORSV ac puncturis. B

LIBER VIGESIMVS.

Quæ fuerit cauſa ſuſceptæ huius de Venenis tractationis.

CAP. I.

AD ſuſcipiendam hanc de Venenis ex Veterum ſententia tractationem me quinque potiſſimum rationes impulerunt. Prima eſt, vt Chirurgum docerem, quæ remedia ſtatim exhibenda ſunt his, qui venenis læſi ſunt, interim dum maiora à Medico præſidia expectantur. Secunda, vt certis notis indiciiſque dignoſcere poſſit, qui venenis affecti vel infecti ſint, eaque de re ad iudices, eoſque omnes, quorum intereſt, referre. Tertia, vt qui procul ab vrbibus & maiorum remediorum copia in agris degunt agricolæ & nobiles, habeant aliquid ex libris C meis, quo familiares ſuos ab angue, rabioſo cane, & aliis virulentis animalibus morſos vel punctos in tanto, & tam repentino, tamque frequenti caſu iuuare poſſint. Quarta, vt quiſque ſibi à venenis cauere, & accidentia, cum adſunt, internoſſe, notis vero extemplo remedium quærere queat. Quinta, vt ex mea hac lucubratiuncula cuique pateret, quæ mea ſit, quamque bene animata in Rempub. & ſingulos, ad Dei gloriam, voluntas: non enim hic tam veneficis arma, quam Chirurgis præſidia, quibus ſingulorum vitam aduerſum venenis tueri poſſint, porrigo: quod non intellexerũt, vel ſaltem intelligere ſe diſſimularunt, qui hanc meam opellam in deteriorem partem rapientes, maligne mentem meam interpretati ſunt. Ergo vt in rem tandem ingrediamur, initium ducemus à venenorum generali diuiſione, deinde ſingulas ſeorſim ſpecies perſequemur.

Quid Venenum.

Sed ante hoc pro rato ponemus, venenum id eſſe, *quod vel admotum, impulſumque, vel aſſumptum in humanum corpus, vim habet ipſum conficiendi*, haud ſecus, quam alimentum bene ſubactum reficiendi. Scribit enim Conciliator, veneno proprietates eſſe tota ſubſtantia alimentis contrarias: vt enim alimentum in ſanguinem vertitur, ſingulíſque corporis partibus, quibus alendis apponitur, perfecta aſſimilatione ſubſtituitur in earum illam portionem, quæ ſingulis momentis effluit. Sic contra venenum D corpus noſtrum in naturam ſibi ſimilem & venenatam conuertit; vt enim omne agens vires ſuas & qualitates in ſubiectum patiens imprimit, ſic venenum virium nobis toto genere contrariarum immoderatione, ſubſtantiam noſtram in naturam ſuam commutat: haud ſecus, quam ignis paleas momento in ſe conuertit, vnaque ipſas conſumit. Itaque à Veteribus, qui diligenter rerum naturalium vires peruestigarunt, vere hoc ſtatutum eſt, venenum id eſſe quod homines interficiat, ipſorum temperie, & corporis compoſitione, ac conformatione deſtructa & corrupta.

Venena & alimenta natura ſunt contraria.

Venenorum differentia.

Cæterum venena omnia eſſe dicuntur, vel ab aere corrupto, vel ab animalibus, plantis, & mineralibus, vel ab artificioſa in deſtillando, ſublimando, & varie miſcendo veneficorum & ſuffitorum malignitate. Hinc variæ ducuntur venenorum differentiæ. Nec vero omnia eodem modo agunt: quædam enim naturam noſtram corrumpunt qualitatum manifeſtarum & elementariarum, ex quibus conſtant, immoderatione: alia à ſpecifica & occulta proprietate. Hinc alia aliis citius enecant: nec verum eſt, omnia ſtatim cor impetere, ſed alia aliis partibus perniciale bellum à natura indixerunt, vt cantharides veſicæ, cicuta cerebro, lepus marinus pulmonibus, torpedo manibus, quas vel per mediam piſcatoriam virgam ſtupefacit. Sic ex medicamentis quædam ſunt, quæ ſtatim cor iuuare & roborare nata ſunt, E vt crocus: alia, quæ cerebrum, vt ſtœchas: alia ventriculum, vt cinamomum. Sunt etiam quædam venena quæ vtroque modo, manifeſtis & occultis qualitatibus agunt, vt euphorbium: id enim & caloris exceſſu, & tota ſubſtantia, ſeu ſubſtantiæ totius cum noſtra diſſidio, naturam noſtram corrumpit. Argumento eſt, quod theriaca, quæ qualitatibus ſuis manifeſte calida eſt, ipſius vires, vt & omnium occultæ proprietatis venenorum infringit. Venena, quæ à ſpecifica & occulta proprietate agunt, non ob id agunt, quod calida, frigida, ſicca, humida ſint immoderatius, ſed quia talia ſint abſolute, eamque ab aſtris & cœleſti influxu habeant eſſentiam, quæ corporis humani vires diſſoluere & deſtruere nata ſit,

Non omnia Venena antipathiam peculiarem cum corde habere.

Euphorbiũ qua natura noſtram corrumpat.

quia

A quia vel exigua quantitate ſumpta, qualitate tamen adeo pernicialia ſunt, vt momento fere interficiant. Nec vero aſſumpta modo, ſed & appoſita venena necant: nec animalia venenata morſu modo, aut punctura, aut laniatu nocent, ſed & excrementis, vt ſaliua, cruore hauſto, contactu, anhelitu, ſpiritu.

Qui parua molis venena, vel ſolo tactu, tantas alterationes inducant.

Cap. II.

MIrum permultis videtur, qui fiat, vt venenum exigua quantitate aſſumptum, vel immiſſum, momento fere tam pernicialles vires in vniuerſum corpus, omnes eius partes, facultáteſque ac actiones inferat: adeo vt vel tantula mole admiſſa, non raro in altum homo intumeſcat. Nec minus mirum videri debet, qui, quæ veneno opponuntur alexiteria, & alexipharmaca, tam ſubito tantas & tam pernicialles veneni vires infringant, cum haud fiat veriſimile, tam exiguam veneni aut antidoti particulam, ſe in tot & tam late diuiſas corporis noſtri particulas diuidere. *Sunt* inquit Galenus, *qui putant, res quaſdã ſolo tactu per qualitatis vim ea, quæ ipſis vicina ſunt, alterare poſſe: idque plane videri in marina torpedine, vtpote cui tam vehemens ſit potentia, vt per piſcatoris tridentem, tranſmiſſa ad manum alteratione, derepente totam reddat torpidam.* At contra Philoſophi docent accidentia, cuiuſmodi qualitates ſunt, ſine ſuis ſubiectis, in alia ſubiecta migrare & diffundi non poſſe. Ergo rationi magis conſentanea eſt altera Gal. reſponſio, vt vel à ſpiritu quodam, vel tenui humiditate iniecta, venenorum & remediorum tot & tanti ſurgant effectus: non quidem quod ſpiritus ille tenuiſve humiditas in totum corpus, ſingulaſque eius, quod afficit, portiunculas dirimatur, ſed tantillum id, quod ſubiuit in corpus, iniectum nempe phalangii ictu, aut ſcorpii aculeo, proxima quæque pari per contagionem inficit & corrumpit qualitate, hæc alia ſibi vicina, donec à minima ſanguinis portione, ſi in venas ictus inciderit, in vniuerſam ſanguinis maſſam: aut pituitæ, ſi in ventriculum irruperit venenata labes, in omnes humores viſceraque veneni vis propagata & diffuſa fuerit. Minor de antidotis dubitatio eſt. hæc enim cum maiore mole ſumantur, vbi in ventriculum inciderint, loci calore tepefacta incaleſcunt, vaporeſque de ſe ſuſcitant, qui mox cum tenui ſubſtantia in totũ corpus effuſi, veneni perniciem viribus contrariis obtundunt & debellant. Itaque ſæpe cernas, antipharmaca parcius, quam decet, mole exhibita, minus valere, nec votis noſtris in expugnanda veneni malignitate reſpondere: omnino vt neceſſe ſit, ea non modo viribus, ſed & mole veneno eſſe ſuperiora.

Cap. 5. lib. 6. de loc. affe.

B

Vera ratio tam mira venenorum efficatia.

Antidotorum contra venena efficacia vera ratio.

C

Num venena ſint, quæ ad certum tempus interficiant.

Cap. III.

SVper quæſtione propoſita. Num venena ſint quæ intra certum & definitum tempus (vt intra menſem aut annum) homines conficere poſſint. Reſpondet Theophraſtus, ex venenis alia quidem citius, alia tardius vim pernicialem ſuam exercere & proferre, certis tamen temporis limitibus, pro hominum arbitrio & voto, haud vlla reperiri, quæ igitur. Nam quod alia aliis citius tardiuſve necem inferant, non id à ſe & propria natura habent, vt recte Medici cenſent, ſed ex eo, quod ſubiectum, in quod inciderint, magis minuſve ipſorum reluctatur, aut obſequitur efficaciæ. Id experientia verum arguit. Idem enim ſpecie venenum, eodem pondere & menſura, diuerſis diuerſi temperie & complexione hominibus exhibitum, hunc intra horam, illum intra ſex horas vel intra diem exanimabit, alteri contra ne nocebit quidem. Idipſum & experiri licet in purgantibus medicamentis: Idem enim catharticum variis hominibus eadem quantitate exhibitum, alios citius, alios tardius purgabit, alios parcius, alios copioſius, quoſdam ne hilum quidem purgabit; alios facile alios cum dolore & torminibus. Cuius diuerſitatis non alia eſſe cauſa poteſt, quam hominum diuerſa in complexione & temperie natura, quam nemo ſic exacte tenere & complecti poteſt, vt mente comprehendat, quouſque tandem calor natiuus, veneni viribus reſiſtere & obluctari queat, vel quam peruia, aut quam meabilia & patentia ſint corpora, quibus ad cor & partes principes veneno iter eſſe debet. Nam quibus, verbi gratia latiores ſunt arteriarum ductus, his non modo celeriter, ſed & facile vna cum aere, qui continenter in corpus allicitur, venenum in cor permeat.

Nulla venena definito tempore necare.

Qui citius tardiuſve venena noceant.

D

Num quæ animalia venenatis nutriuntur, venenata etiam ſint & tuto atque innoxie comedi poſſint.

Cap. IV.

ANates Ciconiæ, Ardeæ, Pauones, Meleagrides, & alia volatilia buffonibus, viperis, aſpidibus, cicutis, ſcorpionibus, araneis, bruchis, & aliis venenatis beſtiis nutriuntur: Num igitur eius generis animalia, tali eſca enutrita, homines, à quibus poſtea eſitantur, inficere poſſint, quæſtione eſt dignißimum. Scribit Mathiolus, recentiores omnes, qui de venenis ſcripſerunt, hoc plane ſentire, talia animalia ſecure & innoxie ab hominibus comedi poſſe, quia venenatas beſtias in naturam ſuam conuertant, dum illis veſcuntur, non viciſſim ab illis immutentur. Quæ ratio etſi multum habet probabilitatis, non efficit tamen, eiuſmodi beſtias penitus innoxias eſſe, ſi præſertim crebro in menſam & cibum veniant. Hanc opinionem tueri videntur Dioſco. & Galen. dum ſcribunt, lac, quod nihil aliud eſt, quam *ſanguis tcoctus*, animantium ſcammonium depaſcentium, elleborum & tithymalum mutum in modum purgare hauſtum. Itaque Medici lactantem puerulum purgaturi, cathartica nutricibus exhibent: quo nutricum lac purgandi vires nactum, pueris in alimentum & medicamentum cedat. Turdorum iuniperi baccas depaſcentium, carnes iuniperum redolent. Volatilia, quæ abſynthio aut allio nutriuntur, amarorem aut allii viroſum odorem ſaporemque eſitata præferunt. Aſelli cum alliis capti, ſic allium redolent, vt odorem illum aut ſaporem nulla ſalitura, nulla frictura, nulla elixatione deponant, quo ſolo nomine

E

Innoxie commodi poſſe, quæ venenatis nutriuntur animantia & contra.

Lac quod nutricum.

Lac quo fiat medicamentoſum & purgans.

Caro aſſellorum cur nõnunquam allium redoleat. mine pleriſque, quibus allium videtur [illegible] nocentius & ingratius, [illegible] abſ[illegible]re [illegible]tur. Cuniculorum pulegio & iun[illegible] pero nu[illegible] [illegible]um, carne [illegible] ſerpillum ſapiunt [illegible] fica & ſanguine bubulo altorum ingratum [illegible] ſapere [illegible] odorem [illegible] habent Medici, [illegible] vaccas, & agnas, quarum lac [illegible] volunt, [illegible] & illis herbis, quas ad huius aut illius [illegible] A

Lib. de ſym. facul. expugnationem valere autumant, multo [illegible] dubitare ſe Galenus pro[illegible]tetur, quin [illegible] temporis animalium carnes immutentur [illegible], & illorum odore tandem [illegible]. Itaque non probaverim, animalium, quæ venenis [illegible] apponi, [illegible] poſt quam eiuſmodi cibis veſci deſierint, & [illegible] venenum [illegible] ctum & de[illegible]tum fuerit, vt nihil eius in ſapore, odore [illegible] reſtet, [illegible] exolatum [illegible].

Vnde plerũque repentinæ mortes. *Mortes enim repentinæ ſæpe contingunt, quarum cauſa ignoratur, quæ fortaſſe non aliunde petenda foret, [illegible] euphorbia & [illegible] [illegible] alimentum.*

Quæ ſint veneno [illegible] hominis [illegible] ſigna. CAP. V.

Communia omnibus impetitu natis ſigna. QVæ ſint veneno infectorum homi[illegible] [illegible] B quanus hoc aut illo veneno infectum [illegible] Impetonatum veneno hominem omnino cognoſce[illegible] tate, ſic vt ipſe ſibi diſpliceat, quando a ventre [illegible] por exudat, omnino alius ab eo, quem [illegible] fiunt coloris in vultu mutationes, [illegible] minum natura valde diſſitum; q[illegible] tanta ægrum exercet, vt omnia ſurſum [illegible].

A propria & tota ſubſtantia [illegible] caloris aut frigoris [illegible] non habent certam & deſtinatam partem, [illegible] ſtantia & occulta formæ proprietate [illegible]

Signa venenorum calore agentium. cultatis [illegible] petunt. Nunc quæ [illegible] venena, quæ in [illegible] exponimus.

Quæ caloris [illegible] C omnibus ardorem [illegible] cum magna ſiti, iactatione, & [illegible] erodendi & putrefaciendi vim adiunctam habeant, [illegible] auripigmentum & ſimilia ventriculo & inteſtin[illegible] cum ſonoro ſtrictu, & per alias partes [illegible]

Signa frigidorum venenorum. ont vomitus, cum ſudor [illegible] nunc calidus nunc frigidus [illegible] vt necant venena, veternoſum ſoporem inferunt, [illegible] conturbant, vt ægri [illegible]

Siccorum ſigna. more, ſudor frigidus [illegible] untur, [illegible] venena [illegible] mandragora. Venena ſicca calorem [illegible] ſiccum, humiditatem [illegible] habent, [illegible] runt, cum [illegible] mnia ſiccitate [illegible]

Humidorũ ſigna. gypſum, [illegible] plumbi [illegible] Humida contra venena [illegible] ſoporem inducunt, diarrhœam, [illegible] dem orbita ſua fideliter contineantur, ſed prominu[illegible] nares & aures putrilagine corruunt ſeu [illegible] calorem putredinis ſemper comitem, [illegible] riri venena humida, id eſt, quæ humiditatis [illegible]

Hiſtoria. tum vſque gradum perueniant, [illegible] ens, morſus eſt à ſerpente, [illegible] Gilberto [illegible] ſeruus, dominum à ſom[illegible] caro omnis putrida [illegible] corrupta corruit, [illegible] oſſa [illegible] venena, [illegible]

Sect. 3. lib. 3 epid. quæ in ſerpentis dentibus [illegible]. Itaque [illegible] ab Hippocrate [illegible], *anni tempore pluuio & humido & auſtrali contigiſſe venenata & putrefacientia humiditatis maligna [illegible] carne putrida per ſru[illegible] corruerint [illegible]* Nec certe lues venerea [illegible] ſeptica & putrefaciente [illegible]

Luem Veneream humiditatis exceſſu necare. dtas [illegible], nedum carnes putri[illegible] & [illegible] diſſoluunt [illegible] tate manifeſta & elemen[illegible] agunt, cum in corpus quocunque modo recepta fuerint, opponendum [illegible] extenſo [illegible] non conſtet, [illegible] quæ ſit illa veneni ſpecies [illegible]

Non omne venenum eſſe frigidum. Quæ proprietate agunt venena, quomodo agant, ratione nondum [illegible] experientia itaq; oppugnanda paribus [illegible] venenis, quæ ſcilicet tota ſua ſubſtantia, [illegible] rem facultatem roborare, & venenorum vires retundere nata ſunt.

Cæterum

A Cæterum noſtræ hinc de Venenis qualitate manifeſta & elementari agentibus diſtinctioni, contrariatur eorum opinio, qui venenatorum omnium animantium venenum ex eo frigidum eſſe adſtruunt, quod ab illis demorſi, aut puncti, ſtatim in tremore frigidiores ſentiuntur. Quodque ſerpentes, frigoris metu, cum hyems inſtat, ſubterraneis ſe continent ſpeluncis, vel quod ſolent viperæ ſub lapidibus latent, ſub quibus ſæpe rigidæ & ſtupidæ deprehendantur, immobileſque facile manu capiuntur. At quia percipitur in demorſis vel punctis frigiditas, non à veneni frigore inducta eſt, ſed ex abſentia caloris natiui, vniuerſim ſe ipſo inflicti veneni articulo à ſuperficie corporis in centrum contrahentis, tum tuendi cordis ſeu principis gratia, tum quia calorem vitalem nihil æque diſſipet, nihil æque oppugnet, quam venenum, cuiuſcunque ſit generis.

Cur veneno impotionati aut ictu frigeant.

Qua arte & cautione declinentur venena. Cap. VI.

DEclinare venena valde operoſum eſt, quod quæ hodie miſcent egregie adeo ad fraudem & maleficium inſtructa ſunt, vt etiam oculatiſſimos fallant: dulcium enim & ſuauiter olentium rerum admixtione, ſic illorum ingratum ſaporem & odorem temperant, vt facile vel penitus lateant. Itaque quibus à venenis metuunt, à cibis multa arte conditis, valde dulcibus, ſalſis, acidis, vel alioqui ſapore aliquo inſigniter præditis cauere debent. Cum vero ſiti aut fame premuntur, haud auidius cibo potuve ſe implere debent, ſed diligenter ad eorum, quæ comedunt aut bibunt, ſaporem attendere: prætereà ante paſtus ea ingerere, quæ venenorum vires infringere valeant, cuiuſmodi eſt euchymatum carnium iuſculum pingue: primo mane theriaca vel mithridatio cum conſerua roſarum, vel foliis rutæ, nuce, & ficcis ficubus ſe præmunire, inſuper mox hauſto generoſi aut maluatici vini cyatho. In ſuſpicione vero hauſti iam ore veneni, ſomnus interdicendus eſt. Nam præter quam quod vis ſæpe veneni tam rapida eſt, vt tam breui magnitudine ſua vitam noſtram breui abſumat, tum vero ſomnus in corporis penetralia illud agit. Optimum igitur factu eſt ſtatim vomitum ciere hauſto hydraleo tepido, vel butyro in calente oleo liquato, vel decocto ſeminis lini aut fœnugræci, vel iuſculo pingui, ſic enim vna venenum ingeſtum foras excluditur, vel acrimonia eius obtunditur, & aluus laxatur. Id quotidiana experientia cernere licet, vnctæ enim partes pſorica, veſicatoria, ſimiliaque acria admota, nequaquam exulcerant. Nec vero vomitus hoc tantum prodeſt, quod venenum excludit, ſed eo etiam quod vel ſapore, vel odore, vel colore veneni ſpeciem: adeo vt tum propria alexiterio ſumpto tutius & facilius occurratur. Si nihilominus altius in inteſtina deſcēdiſſe venenum opinio ſit, clyſtere id quod reliquum

C eſt, & adhæreſcit tunicis inteſtinorum, reuellere licebit. Quod ſi æger vomere nequeat, cathartica illi ſtatim exhibenda erunt, quæ magis proprie venenis obſiſtere dicuntur, qualia ſunt agaricum, aloe, centaurium minus, rhabarbarum, & alia ex docti Medici præſcripto. Inde infundendi clyſteres ex caſſia, decoctis pinguibus, ſebo vervecino, aut butyro, aut lacte bubulo cum mucaginibus lini, pſylii, cydoniorum & aliis, qui in dyſenteria exhiberi ſolent: vt talia veneni ad inteſtinorum tunicas adhæſum impediant, vnguine ſuo veneni acrimoniam obtundant, ac ſi quid exulceratum iam fuerit, leniant, omnique partes ſanas à veneni efficacia maligna tueantur. Sit vero hoc perpetuum, *vt qua via venenum in corpus ſubierit, eadem mox reuellatur*, vt ſi naribus per odorata, ſternutatoriis excutiatur: ſi ore in ventriculum, vomitu excludatur: ſi ano in alvum, clyſtere: ſi per pudenda in veſicam, iniectionibus per metrenchitem: à morſu, punctu aut laniatu, his, quibus vis ineſt ex alto corpore foras euocandi, reuellatur. Hoc directiones multiplices: his enim non tantum, ne venenum corripiat, impedimus, ſed & intus foras reuocamus. Quare ventoſa valida brachiis, femoribus, & cruribus iniecta in hoc caſu perutilia ſunt. Valent & amplæ cucurbitulæ cum multa flamma, variis corporis partibus admotæ. Valent & balnea aquæ calidæ, ex eorum decocto, quæ venenis reſiſtunt, vt abrotani, calamenthi, rutæ, betonicæ, marrubii, pulegii, lauri, ſcordii, apii, ſcabioſæ, menthæ, valerianæ, & ſimilium. Valent & ſudationes, ſudare tamen

D multo prouocito, quam ægri vires ferre valebunt. Quod ſi prædites fuerint, quem impotionatum vel veneno ictum ſuſpicamur, in aluum bouis, equi aut muli condetur, mox in aliam poſtquam prioris ſoli calor refrixerit, vt blando calore & halituoſo iugulati recens animalis, venenum foras euocetur, hoc tamen nihil inconſulto Medico agatur.

Venenum metuentib. quæ in victu cautio adhibenda.

Cur ſomnus noceat impotionatis.

Cur & quo vomitus prouocādus.

Quando & quibus catharticis purgandus impotionatus.

Ad ictus veneno remedia.

Qui corruptus & venenatus aer hominem inficiat & enecet. Cap. VII.

INficitur aer & corrumpitur malignorum vaporum admixtione, ſeu à cadauerum inhumatorum poſt ingentes conflictus, ſeu ex terræ hiatibus poſt terræ motus exhalantium: in ſpecubus enim ſubterraneis aer diu concluſus, libertate & patentis aeris commercio priuatus corrumpitur, malignam qualitatem acquirit, quam mox in obuios transfert. Ineſt quoque auræ, quæ tonitrua, fulmina, fulguraque comitatur, certa malignitas, ſulphureum virus redolens, adeo, vt quæcunque feræ ſuffocata ea vi animalia comederint, rabida moriantur repente: ineſt enim fulminis igni vis rapidior, longeque tenuior, & maior, quam cæteris ignibus, adeo vt iure ignis velut ignium vulgo vocetur. Argumento eſt, quod

E illibato ligno ferrum haſtæ præfixum, integra crumena concluſum argentum aurumque liquat. Suffitorum quoque artificio aer inquinatur, qui mox ore & naribus reſpirando, cute & arteriis perſpirando, in corpus & viſcera admiſſus, facile enecat, infectis primum ſpiritibus & humoribus, mox etiam ſolida principum partium præcipueque cordis ſubſtantia, & in ſuam naturam verſa, niſi ante citatis mature ſternutamento, vomitu, ſudoribus, aluo aut alia quauis excretionis ſpecie, homini prouiſum fuerit. Eſt enim, quod odore in corpus ſe fert venenum, rapidiſſimum & efficaciſſimum, quanto ſcilicet vaporis

Quot & quibus modis aer inficiatur.

Quo tonitrua & fulmina aerem inficiant.

Num vaporis ab incenſo re, venenata ſuſcitato intoxicari quiſquam poſſit.

poris aut exhalationis, quam humoris tenuior & rapidior eſt eſſentia. At nihilominus, inquies, nõ eſt credibile, vapore ignis vi ſuſcitato, vt facis accẽſæ, aut foculi, ſeu pyrothecæ quenquam necari, quia venenata rei, quæ vritur, qualitas, ignis omnia perpurgantis & luſtrantis viribus digeritur & conſumitur. A Falſa in vitæ male cautorum mortalium perniciem fictaque hæc ratio eſt: accenſæ enim ad luculentã flammam aſſulæ ſulphuratæ, vaporem nihilominus ſulphureum remittunt & effundunt. lignum vero aloes aut iuniperi, an quia flammis vritur, minus ſuauiter olet? Clemens ſeptimus eius nominis Pontifex maximus, Reginæ Regis matris patruus, præeuntis venenatæ facis toxico per fumum in corpus admiſſo infectus, interiit.

Hiſtoria.

Narrat Matthiolus, extitiſſe in foro Senenſi circulatores duos, quorum vnus cũ oblatum ab altero veronicæ coronariæ florem intoxicatum naribus admouiſſet, repente mortuus corruerit. Quidam non ita pridem, cum malum odoratum clam intoxicatum olfeciſſet, naribus admotum, vertigine derepente correptus, faciem totam intumuit, ac niſi mature ſternutatoriis aliiſque remediis conſultum fuiſſet, eodem lethi genere, quo Clemens Pontifex breui interiturus erat.

Miræ pernicitatis venenorum vires.

Tutiſſimum omnino aduerſus talia venena alexiterium eſt non olfeciſſe. Quin etiam parari venena adeo rapida vi ferunt, vt ephippio oblita, lethiferam vim in inſeſſorem transferant: alia vero quibus ſtapedes obliti, funeſtam prorſus veneni qualitatem, in equitem, breui moriturum, per ocreas immittant. Quę B etſi creditu difficilia ſint, quia carnem nudam non attingant eiuſmodi venena, habent tamen exemplum in natura, quo ſe tueantur. Torpedo enim per intermedium rete narcoticam vim, lethalem certe, in brachium, indeque in corpus piſcatoris tranſmittit.

Quod ſingulis venenorum ſpeciebus ſua & propria ſint ſigna & effecta.
CAP. VIII.

VT venena ſpecie diſtincta ſunt, ſic ſingulæ ſpecies ſignis & effectis differunt: neque enim vnum aliquod veneni genus repertu eſt, in quod omnia omnium venenorum ſigna & effecta cadant, alias fruſtra Medici de ſingulorum ſignis & effectis propriiſque item ſingulorum remediis ſcripſiſſent. Cuiuſmodi enim id tandem erit venenum, quod ſtomacho, ventriculo, hepati, veſicæ & renibus ardorem inferat, quod ſingultum cieat, quod tremore & horrore totum corpus concutiat, quod vocem, quod orationem adimat, quod conuellat, quod pulſificam facultatem eneruet, quod reſpirationis libertatem intercipiat, quod veterno hominem conſopiat & ſtupefaciat, quod capiti vertiginem, oculis caliginem, quod ſtrangulatum, quod ſitim, quod hæmorrhagiam, febrem, iſchuriam, vomitum indeſinentem, fa- C ciei ruborem, liuiditatem, palloreem, virium exolutionem; & alia multa, quæ ſingula ſingulæ venenorum ſpecies inuehunt, ſimul & ſemel inferat? Deniq; nemo negabit, quin calida venena promptius interficiant, quam frigida, quia citius à calore natiuo de facultate in actum euocantur.

Calida venena citius interficere frigidis.

Quæ ſint venenorum ex ſingulis animalibus venenatis affecta, quæq; inde eruenda prognoſis.
CAP. IX.

Lib. 5. c. 27.

COrnelii Celſi, omniumque fere Veterum ſententia eſt, *omnem feræ morſum quoddam habere virus, alium tamen alio magis.* Magis virulenti ſunt, qui à venenatis beſtiis infliguntur, vt aſpidibus, viperis, colubris, totoque ſerpentum genere, baſiliſco, dracone, buffone, cane rabido, ſcorpio, aranea, ape, veſpa, & ſimilibus. Minus virulenti ſunt veneni expertium animantium, vt equi, ſimiæ, felis, canis haud rabidi, & multorum aliorum, quæ etſi natura ſua veneni expertia ſint, in ipſorum tamen morſibus ineſt aliquid magis dolorificum & cacoethes, quam in communibus vulneribus ab aliis cauſis inflictis: credo, quod in eorum ſaliua & ſanie ineſt, neſcio, quid naturæ noſtræ inimicum, quod malignam vlceri qualitatem inurit, quod etiam in laniatu animantium vngulatorum, vt leonum & felium experiri licet. D Quin ne morſum quidem hominum virus eiuſmodi expertem eſſe plerique adſtruunt, ruſſorum præcipue & lentiginoſorum, cum maxime ira incanduerint. Reliquorum morſus maligna qualitate vacare credibile eſt, cum ipſorum ſaliua vlceribus haud ita magnis pro remedio ſit.

Omnium ferarum morſus eſſe virulentos.

Ruſſorum hominum morſus virulenti.

Saliua humana mederi vlceribus.

Itaque ſi difficultas curandi inciderit in vulnus illatum morſu hominis, qui neque ruſſus, neque lentiginoſus, neque ira percitus ſit, non ratione immiſſæ ſaliuæ, malignæve vllius qualitatis occaſione illa contingit, ſed ratione contuſionis, quam haud incidentes, ſed contundentes, vtpote obtuſi, minime vero acuti dentes intulerint: quo fit, vt in carnem ſubire nequeant: niſi contundendo & conterendo, grauium & obtuſorum ictuum, telorumve more, quibus illata vulnera curatu contumaciora ſunt, quam quæ incidentibus & acutis telis inferuntur. Cæterum ex commemoratis venenatorum animantium morſibus pauci ſunt, qui non breui & fere momento mortem inferant: maxime vero ſi ſubierit venenum in corpus à viuo animali immiſſum, tali enim veneno ineſt calor multus, ineſt & tenuitas maior, quæ ipſi quaqua verſum in corpus mox penetraturo, pro vehiculo futura ſint; quo exempta animali mortuo venena carent.

Contuſa vulnera difficilius ſanari inciſis.

Qualitas locorum & temporum.

Venenatæ feræ morſus magis nocent.

Horum igitur alia horæ ſpatio hominem conficiunt, vt aſpidum, baſiliſcorum & buffonum venena + alia non ante biduum, E triduumve necant, vt colubrorum: aranea vero & ſcorpius plus temporis ad necem poſtulant, omnia tamen vel minima mole admiſſa breui magnas & perniciales, peſtifera velut aſpirante aura, mutationes in corpore excitant, ſimili vi membra ſingula & viſcera corrumpentia, & in ſuam naturam mutantia, qua eadem illa membra laudabiles cibos per ſanitatem in ſuam naturam mutant & ſubſtantiam adſciſcunt. Faciunt vero ad veneni perniciem locus, in quo vixerint feræ, & tempus: quæ enim arentium, montuoſorum & ſole peruſtorum locorum indigenæ ſunt, promptius interimunt, quam humidorum & paluſtrium. æſtate, quam hyeme pernicioſa etiã vis ineſt. à famelicis & irritatis, iratiſq;

A quaſi à paſtis pacatiſque venenum eſt lethalius, quemadmodum & à iuuenibus, quo præſertim tempore in venerem ruunt, quam ab effœtis & decrepitis: à fœminis, quam à maribus; ab his, quæ alias pariter venenatas deuorant, quam quæ ab iiſdem abſtinent, vt à colubris, qui buffones, viperas, quæ ſcorpios, araneas & bupreſtes deuorant: quanquam efficaciæ venenorum ratio à propria, id eſt, tenui vel craſſa conſiſtentia, & corporis affecti ad patiendum aptitudine maiore minoreve pendet. Calidi namque homines, & venis arteriiſque amplis ac patentibus, veneno expeditius ad cor iter exhibent. Itaque frigidis anguſtiſque vaſis à pari veneno tardius moriuntur. Cibo refectis, non tam nocet venenum quam ieiunis: alimentis enim præterquam quod vaſa repleta, locum veneno non tam facile cedant, cor inſuper ſpirituum multiplicatione roborant, adeo vt hoc renitatur validius perniciei venenatæ. Si ab occulta & ſpecifica proprietate venenum agit, curationem, prognoſimque facit difficilem: tumque ad alexiteria currendum, vt quæ tota etiam ſubſtantia venena oppugnent, maxime vero ad theriacam. quia eius compoſitionem remedia calida, frigida, humida & ſicca ſubeunt, quo fit, vt omnium venenorum vires obtundat: eorum maxime, quæ ſimplici & ſua natura conſtant, qualia ſunt, quæ à feris veniunt, plantis & mineralibus, non autem veneficorum & ſuffitorum deteſtanda arte miſcentur & parantur.

Cur theriaca omnium naturalium & ſimplicium venenorum vires obtundat.

B

Qua morſibus & puncturis venenatarum ferarum adhibenda ſit curatio.

Cap. X.

MOrſibus puncturiſque ferarũ venenatarum nulla interpoſita mora curatio eſt adhibenda, quæ omni arte venenum digerat, ac ne in corpus ſubeat, impediat: occupatis enim principibus partibus fruſtra poſtea remedia adferuntur. A veteribus igitur duplex eſt propoſita indicatio, quæ nos ad remediorum in tali caſu inuentionem duceret, nempe virulenti & venenati humoris vacuatio, & eiuſdem, affectique corporis immutatio ſeu alteratio. Cum vero vacuandi duplex ſit ratio, nempe vniuerſalis, quæ per interiora fit, & particularis, quæ per exteriora. A particulari ducendum eſt initium, per ea topica quæ eliciendis reuocandiſque venenis & retundendis idonea ſunt: non enim ſemper ab vniuerſalibus, quod plerique putant, curatio inchoanda, præſertim vero in morbis externis, vt vulneribus, fracturis, luxationibus, morſibus, puncturiſque virulentis. Itaque hic primo quoque tempore imponentur idonea ad venenatarum ferarum morſus & puncturas remedia: nempe ſtatim lauabitur vulnus vrina, aqua marina, vitæ, vel vino, acetove, in quo theriaca antiquiſſima diſſoluta fuerit, aut ſinapi. Sit tamen

Duplex curandorum morſuum venenatorum indicatio.

Lotiones ad virulentos morſus.

C lis lotio calidiſſima, & cum frictione validiſſima: relinquantur inde ſupra vulnus, & in eius ambitu linamenta in illo liquore macerata. Sunt, qui theriacam haud imponendam putant, quia (vt inquiunt) venenum intro compellat. At Galeni authoritas eam opinionem conuincit, ſcribit enim, theriacam ſi huic vulnerum generi ante imponatur, quam venena ad partes nobiles peruenerint, magno præſidio eſſe. Conuincit & ratio: theriaces enim compoſitionem viperina caro ſubit, quæ ſubſtantiæ ſimilitudine allicit, & vt magnes ferrum, aut ambra paleas euocat, venenum mox digerendum, vi calidorum medicamentorum admixtorum: at ingeſta in corpus, cor, parteſque principes à veneno tuetur, & ſpiritus auget ac confirmat. Theriacæ loco docet experientia opportune adhibitum mithridatium ſimiles ſanitatis fructus parere. Quæ vacuationis gratia intro foriſque ſumentur medicamenta, tenuium ſint partium oportet, quo prompte in omnem ſe partem inſinuent ad veneni malitiam retundendam. Itaque allia, cæpæ, porra hic valent apprime, quia vaporoſa: valent & ſcordium, ruta, dictamnus, centaurium minus, praſſium, eruca, lac ficuum immaturarum & ſimilia: bugloſſum ſylueſtre inter omnes plantas vim habet inſignem aduerſum virulentos morſus, ex quo echium & viperinum dictum eſt, duabus de cauſis. Prima, qui in floribus ſecundum folia purpureis, ſemina capiti viperarum ſimilia geſtat: Altera quod non impoſitum modo viperæ morſum ſanat, ſed & percuſſis à ſerpentibus ex vino prodeſt,

Lib. de the.

Theriacam & admotã & aſſumptam prodeſſe contra venena

Bugloſſi ſylueſtris alexiteria vires

D imo etiam eos, qui antea biberint, feriri non patitur. Eandem vim habet ſerpillum. Hæc etſi ſæpe qualitate, vt calore, cum veneno conſentiunt, proſunt tamen digerendo id & reſoluendo: quanquam quantum fieri poterit, vacuationi ſimul & alterationi eſt conſulendum. Cucurbitulas magnas cum multa flamma, corniculaque imponere, ſi locus affectus patitur, eſt vtiliſſimum. Proſunt & ſuctus, ore ante eloto vino, in quo theriaca diſſoluta fuerit, & oleo, ne quid adhæreſcat, præmunito: ſic enim nihil adhæreſcet, modo vlcera nulla ſubſint. Prodeſt & hirudines appoſuiſſe: ſunt, qui gallinas vel noſtrates, vel meleagrides oua ponentes, culo (qui his patentior eſt) vulneri inſidere iubeant, indito in ipſum ante ſale, quo magis hiet, roſtro clauſo, & ex interuallis aperto, ne ſuffocentur, atque in mortuarum ſuffocatarumque locum alias ſubinde imponi, quod ſic venenum euocari, perque anum in volatile migrare putent. Sunt, qui malint volatilia viua, & per medium corpus diuiſa vulneri imponi, quod naturali diſcordia venenis reſiſtere ea autument. Certe calore, quo non buffones modo aſpides, viperas, ſcorpios & alia venenata animalcula concoquunt, ſed & arenam, calculos, & lapidoſa ſicciſſimaque ſemina ventriculo atterunt, & molliunt, veneno eliciendo, digerendoque apprime vtilia eſſe cenſendum eſt. Sed nihil æque prodeſt digerendo & retundendo veneno, quam cauteria impreſſiſſe, præſertim actualia: ignitum enim ferrum efficacia maiore & promptiore agit, vlcuſque in plures dies patens inurit. Itaque vt eſchara citiſſime excidat, procurandum ſcarificatu ad

Cauteria vires ad inflicta venena.

E viuum vſque facto, multoque vnguine loco delibuto. Sic enim veneno promptius patebit exitus. Sed velim nondum ſubiiſſe altius in corpus venenum, alias cauteria, non modo non proficient, ſed & vano labore cruciatum ægrum debilitabunt. Vulneri, viciniſque locis imponantur emplaſtra attrahentia ex galbano, terebinthina, pice nigra, & pingui, aliiſque gummoſis & reſinoſis. Poſt eſcharæ lapſum imponetur baſilicum, addito mercurii puluiſculo roboratum: huius puluiſculi in hoc caſu

ſunt inſignes vires, quia virulentam ſaniem è vulneris fundo euocat, neque vulnus cito claudi permit- A
tit. Quam in rem vel ſpongiam demittunt, vel radicem gentianæ, aut hermodactylorum vel acria medicamenta, vt ægyptiacum, vel mercurii puluiſculum cum aluminis puluiſculo mixtum, vel pollinem contriti pyrotici. Cæterum perpetuum hoc eſſe debet, vt vnguentis ſemper theriaca aut mithridatium, aut ſuccus hyperici, aut ſimilia, quibus vis ineſt attrahendi, digerendi que veneni, vlceris vero abſtergendi, admiſceantur: quanquam ſi vehementior calor dolorem faceret, ſpiritu[illegible] diſſipatione in gangrænam mox abiturum, cum proprii morbi curatione ad tempus neglecta, in ſymptomatis correctionem eſſet incumbendum. At vero in hoc caſu perpetuum hoc eſſe debet, *vt non ſanguis detrahatur, non catharticum, non clyſter, non vomitorium, non balneum, non aliud quidquam ſudoris prouocatorium exhibeatur, ante triduum a morſu aut punctura exactum.* Fugiat interim æger omnem laborem, præcipue vero coitum, ne perturbatione humoribus inuecta, venenum citius ad cor rapiatur. Tum igitur vacuationibus illis vniuerſalibus locus erit, cum veneni in venoſum genus vniuerſumque internus præſertim corpus effuſi ſuſpicio erit. Ante nihil niſi theriacalia aut mithridatium exhibendum, ſimiliaque, quibus infringendi veneni, & vniuerſi corporis benigno & vitali habitu roborandi vis inſit, etſi ſubſtantia eorum ventriculum non prætergrediatur. Sic enim pilulæ ingeſtæ, etſi ventriculum non excedant, ex articulis tamen & capite: clyſteres vero acriores, etſi inteſtinis cohibeantur, qualitate tamen cum halitu latius diffuſa ex diſtantiſſimis partibus attrahunt. Quanquam alexiterium oportet exhiberi non qualitate tantum veneno validius, ſed & quantitate maius, vt facilius venenum ſuperare & exigere poſſit. Itaque bis in die exhibendum eſt, tandiuque perſeuerandum, quouſq; veneni vires fractas, priorum ſymptomatum remiſſione & exolutione cognouerimus. Interim tamen non negligenda eſt partis à veneno inuſta intemperies, quin potius ea corrigenda venit contrariæ intemperiei remediorum appoſitione frigidorum quidem, ſi ardor ſummus partem affligit in vniuerſumque corpus occupet, calidorum contra, ſi illa marmore, quod ſæpe fit, frigidior ſentiatur: atq; hæc de generali in venenis curatione ſufficiant, nunc ſingulorum ſpecialis curatio exponenda.

Puluerie mercurii cō tra venenata vulnera vires.

Quando cauenda vulneribus venenatis non conueniant.

Alexiteria etiam magna doſi exhibenda.

Cur canes cæteris animalibus facilius in rabiem agantur, & quæ ſint ſigna.

CAP. XI.

RAbiunt cæteris animantibus facilius canes, quia à natura eam ſunt ſortiti temperiem, & humorum conditionem, quæ ad id morbi genus facilem haberet inclinationem, & quandam vel in diſpoſitionem, quia cadaueribus & rebus corruptis putridis, verminoſiſque veſcantur, & aquas lambunt ſimilis naturæ. ſed mœror anxietaſque ex amiſſo domino, ſæpe eos in varia itinera tranſuerſos, & huc illuc obuia quæque laborioſe tentantes, & paſtus immemores agit. Ex eo labore ſequitur ſanguinis feruor, ex feruore eiuſdem in atram bilem conuerſio, vnde rabies. Quanquam non ſemper caloris, ſed & frigoris etiam occaſione, contrariis nempe ex cauſis rabiunt canes: non enim ſub canicula tantum, ſed & per ſæuam hyemem in id morbi genus incidunt. Nam abundant humoribus melancholicis, frigidis nempe & ſiccis, canes. At eiuſmodi humores vt æſtate ardoris, ſic hyeme inclementi conſtipationis occaſione, per ſuppreſſionem fuliginoſorum excrementorum, facile in atram bilem faceſſunt. Hinc febris continua valde ardens, quæ maniæ ſeu rabiei conſecutionem affert. Adde quod ſæua hyeme, calor intro concluſus conduplicatur, pariterq; ſe vt ætas retorrida humores melancholicos afficit, & in atram bilem conuertit. Aguntur etiam in rabiem canes cótagione, morſi nempe ab alio cane rabido.

Canis rabioſus oculis eſt micantibus & flammeis, cum obtutu fixo, truci & tranſuerſo, caput haud alacriter geſtat, ſed ad humum depreſſum in latus torquet, hianti eſt ore, & lingua exerta, liuida & nigricante; anheloſus multam ſaniem naribus, multam ſaliuam ſpumeam ore eructat. In inceſſu, quaſi omnia ſuſpecta haberet & timeret, haud vnam & certam viam tenet. ſed nunc dextorſum, nunc læuorſum ruit, titubanſque ebriorum more non raro in terram præceps fertur: in omnia obuia quæcunq; illa ſint, hominem, arborem, parietem, canem impetu inuadit: hunc reliqui canes fugiunt, & odora vi eminus præſagiunt. Quod ſi alter imprudens in hūc forte inciderit, ei ſe demittit, abblanditur, clanculum ſeſe ſubducere tentans, fortior licet & grandior. Cibi potuſque eſt immemor & negligens, non latrat, ſine diſcrimine tamen obuios omnes mordet, ne domino quidem parcens, vt quem ab hoſte non iam dignoſcat. Eſt enim atrabilarii & melancholici humoris hoc proprium, animam turbare: adeo vt melancholici non modo in amicos & parentes, ſed & ſæpe in ſeipſos ſæuiant. Cæterum conſpecta aqua totus tremit horretque arrectis ſurſum pilis.

Canum naturam ad rabiem eſſe diſpoſitam.

Non ab æſtiuo tantum calore, ſed & ab hyemali frigore rabie tentari canes.

Canis rabidi ſigna

Canes rabioſi etiam omnia tuta timere.

Melancholici cur ſæuiant in ſeipſos.

Quibus ſignis cognoſcamus hominem demorſum à cane rabido.

CAP. XII.

HOminem à cane rabido demorſum per initia non ita facile eſt cognoſcere, vel hoc maxime nomine, quod vulnus rabioſi canis dente inflictum, non magis initio ægrum diuexat quam vulnera quæuis alia: contraria plane ratione, quam à cæteris venenatis animantibus inflicta morſa vel punctura vulnera: vt quæ ſtatim ab initio dolorem acutum, ſummum ardorem, tumorem & aliorum malignorum accidentium congeriem pro veneni ſpecie coniunctam habeant: at non ante rabidi morſus apparet malignitas, quam venenata vis ad partes nobiles inuaſione perniciali peruenerit. Cum tamen ſuſpicio erit eiuſmodi vulneris, licebit certam eius rei ſcientiam & experientiam nanciſci, ex intincto in vulneris ſaniem pane. Nam ſi eum famelicus canis negligat, imo auerſetur, E

Morſum rabidum per initia non valde vexare.

A gere olfacere quidem audent, ſignum eſſe putant certum, vulneris à rabido cane inflicti. Addunt alii, Si quis panis illud tuſtum gallinis in eſcam dederit, morituras eodem die, quo deuorarint: mihi tamen potentas hoc experientia tentanti non ſucceſſit: deglutito enim pane illo virulento, nequaquam habuerant deterius. Itaque certius arbitror eſſe prius ſignum, eſt enim canum generi odora vis admodum magna & certa, qua virus animalis conſimilis olfactu facile deprehendant. Cùm vero virulentia rabioſa partes nobiles iam attinerit, ægroti multa taciti & mœſti cogitant, dentibuſq; per initia obmurmurant: interrogati haud reſpondent, ſolito iracundiores ſunt, atque inter dormiendum ſibi ſomnia fingunt vanis falacibus & horrendis territa: denique in hydrophobiam incidunt. At poſtquam ſe iam in viſcerum nobilium ſubſtantiam venenum dederit, omni eorum perturbata œconomia, omne protinus phantaſiæ, omne memoriæ, omne omnium ſenſuum, omne rationis & iudicii lumen extinguitur. Itaq; tum phanatici agitati, non tam præſentes, non familiares, imo ne ſeipſos quidem agnoſcunt, in obuios & in ſeipſos vnguibus, dentibus & clamore moleſti. Frequentes illis artuum oboriuntur de improuiſo cõtractiones velut conuulſiuæ, credo, propter ſiccitatem extraordinariam, quæ neruoſi generis omnem pene humiditatem abſorpſit: magna oris adeſt ſiccitas, ſitis intolerabilis citra potus tamen deſiderium:

B quod perturbati mente ſint & eorum quæ neceſſaria ſunt, fiant immemores & negligentes, flammei rubent oculi, totaque facies ſimili colore horret: canes cogitant, videreque videntur, imo & latrare ac mordere canum more geſtiunt; credo, quod virulentia iam in humorum naturam omnes eorum humores, totumque corpus iam demutauit, adeo, vt ſe quoque canes eſſe credant: ex quo vox illis raueſcit, ex multo ad latrandum conatu decoris omnis impudentium canum more obliti, magno adſtantium horrore. Raueſſit etiam vox illis à multa aſperæ arteriæ ſiccitate. Lumen refugiunt, vtpote humore melancholico, quo imbutam omnem cerebri ſubſtantiam iam habent, immerſi: tenebras contra quærunt ſibi nempe amicas & amicas. Cæterum aquam timent (ex ſiccitatem, ad ſummam ardoris & ſiccitatis temperaturam intemperiem) refugiuntque ſpecula, quod in his videre canes videantur, à quibus valde ſibi timent, quo nomine aquam politaque omnia & lucida, quæ ſpeculi vſum præſtant, horrent: adeo vt ſe tum humi ſternant, quaſi terra ſe occultari, ne iterum morſu rabido impetantur: aiunt enim demorſos à cane rabido ſemper cum animo verſare canem, in triſtem eam cogitationem defixa mente. Itaq; illo quaſi in aqua viſo, cohorreſcere metu, adeoque aquam refugere. Alii ſcribunt rabie ſummam induci corpori ſiccitatem, cui contrariam, humidiſſimum omnino elementum,

C aquam auerſentur, eamque eſſe formidatarum aquarum rationem. Ruffus ſcribit rabiem melancholiæ ſpeciem eſſe, melancholiæ vero proprium omnino ſymptoma eſt metus, Hippoc. ſententia. Itaq; hanc tanquam melancholiæ ſpeciem harum aut illarum rerum metum ingenerare, præ cæterum vero rerum lucidarum. cuiuſmodi ſunt aquæ & ſpecula, quia tenebras & ſolitudines quærunt melancholici, eo impellente humoris, quo ſatiati ſunt, atra caligine. Sudore madent frigido, virus ſpumeum, fœtidum, vel æruginoſum diſſluit ab vlcere, propter cauſæ antecedentis & partis vlceratæ ardorem. Vrina ſæpius vidètur aquoſa, propter renum meatuum & quaſi cribra conſtricta, veneni ardore & ſiccitate. Quanquam aliquando etiam craſſior appareat & nigrior, quando ſcilicet natura, valida excretrice facultate vſa, humorem melancholicum veneni ſedem per vrinas exigere aggreditur. Nonnunquam etiam plane ſupprimitur, vel calida ſiccitate incraſſata, vel alio verſa mente & muneris ſui oblita, quouſq; tandem ægri tot ſymptomatum atrocitate vexati, & doloris acerbitate victi, phanatici moriantur, propter remedia haud mature & opportune adhibita. Pauci enim eorum, quibus remediis mature prouiſum eſt, ex tanta aleæ periculo euaſerant.

Signa morſus rabidi.

Signa, quib. apparet partes nobiles eſſe infectas.

Cur rabidi homines latrent more canum.

Cur lumen fugiunt. Cur aquam timeant.

Aphor. 25. ſect. 6.

Rabiem mature curatã eſſe ſanabilem & plurimum.

De prognoſi in rabie inſtituenda. Cap. XIII.

D Non tam facile declinari poteſt, quæ à cane rabido nobis imminet pernicies, quam quæ à reliquis feris, quod domeſticum illud per ſanitatem animal nobiſcum hoſpitetur excubans. Virus vero, pro ſe tam ferox natura, calidum eſt & ſiccum, malignum, venenatum & contagioſum: ne vt inima ſanitatis, etiam externè cuti applicuerit, inficiat, arteriarumque ductibus in vniuerſum corpus transfunditur. Nec enim morſu ſolo aut ſaliua inſidioſum tantum nocet, ſed & cuti applicitum, niſi ex tempore diſſipetur, aut aſpiratio, vel vrina. Nec vero omni tempore pariter æqualiterque nocet id virus: nam pro aëris ad calorem aut frigus inclinatione, vulneris profunditate, corporis patientis robore, aut imbecillitate, & ad putrendum diſpoſitione, ductuum libertate & latitudine magis minuſve nocet, citius aut ſerius magis ſæpe eueniunt ſymptomata: aliis nempe quadrageſimo demum die, aliis ſemeſtre, aliis annum vnum poſt. Sunt, qui inde epileptici fiunt, tandemque phanatici. Qui in hydrophobiam inciderunt, nunquam conualeſcunt: quanquam non deſpondeat Auicenna, modo ſe adhuc in ſpeculo noſſe poſſint: hinc enim licet intelligere, nondum proſtratas eſſe omnes facultates animales, ſed valentibus egent purgationibus, vt dicemus poſtea. Narrat Aetius, extitiſſe Philoſophum quen-

E dam, qui hoc morbo & hydrophobia correptus, cum magno animo in balneum deſcendiſſet, atque in aqua intuitus eſſet canis, a quo demorſus fuerat, imaginem, ibique ſubſtitiſſet, pudore correptum mox exclamaſſe. Quid cani cum balneo? quo dicto magna vi ſe in balneum demerſiſſe, de aqua intrepide hauſiſſe, ſicque vna cum illa hæreſi malum exuiſſe. Funeſtum ſignũ eſt ſeſe humi volutare, voce rauca eſſe: eſt enim id argumentum inductæ in aſpera arteria aſperitatis ab extrema ariditate. Denique principibus partibus occupatis nulla amplius ſalus vitæ ſperabilis eſſe poteſt.

Poſſunt prehendi rabie homines, etſi à cane rabido demorſi non fuerint. Vt enim ex ſeſe humores ſæpe inflammantur, & cancrum excitant aut elephantiam, ſic in melancholicis rabiem. Morſus viperarum & aliarũ virulentarum ferarum haud ſimilia eorũ, qui à cane demorſi ſunt, excitant ſymptomata: quia

Rabidi canis venenũ voluntum poſitum in rabiem agere.

Hydrophobia ſit ne inſanabilis.

Hiſtoria.

quia ante necant, quam illa prodire & demergere poſſint, magna vulnera morſu rabido inflicta, haud æque periculoſa ſunt atque parua: illis enim multa ſanies venenata exudat, his vero concluſa intus ſere omnis tenetur. A

Quæ curatio à cane rabido demorſis ſit adhibenda. CAP. XIV.

Hiſtoria. HIc quoque caſus cita remedia poſtulat. fruſtra enim adhibentur, quæ tarde poſt principia veniũt. Id expertus magno ſuo malo didicit Baldus Iuriſconſultus. Forte enim à catulo, quem in delicijs habebat, labium leniter morſus, cum rabire ipſum neſciret, & vulnus ob exiguitatem negligeret, quarto poſt menſe phanaticus interijt, in vanum tum tentatis omnibus remedijs. Ergo his, quæ ante de curatione generali vulnerum à virulentis feris morſu, puncturave inſectorum, tum euacuationis, tum alterationis ergo obſeruatis, omni arte ibidem expoſita venenum foras euocabimus. ac ſi quidem vulnus magnum ſit, ſanguinem dari & multum fluere ſinemus, ſic enim tantum veneni exhauritur. ſi magnum *Oxalidis vires.* non ſit, amplificabitur ſcarificatu, ignito ferro, neque niſi exactis quadraginta, quod minus eſt, diebus replebitur & obſerabitur. Oxalis trita & impoſita, eiuſdemque decoctum aſſumptum, magnarum eſt in hoc caſu virium, vt eſt ab Aetio proditum. Eodem conſilio ex ſynapi diſſoluto in vrina, vel aceto, B paratur lotio frictioque valde ſalubriter, relicto ſuper vulnus duplici panno eo liquore imbuto denique; omnia acria, pungentia, & validius attrahentia conueniunt. Itaque nonnulli erucam coctam, & cum butyro ac ſale tritam imponunt. Alij farinam orobi capiunt, melleque, ſale & aceto ſubigunt, calide imponunt. Valet fimus equinus in acri aceto elixus, vel ſulphur in pollinem redactum, & ſaliua humana ſubactum: confert & pix nigra fuſa cum ſale & modico euphorbio impoſita. Scribunt, canis, qui rabiẽ *Pilos canis rabidi vulneri eſſe impoſitos remedio eſſe.* morſu intulerit, pilos per ſe impoſitos, ſubſtantiæ concordia ſeu ſimilitudine venenum intus foras elicere. ita enim & ſcorpium contritum, puncturæque, quam inflixerit, impoſitum, euocato inde illo veneno ſanitatem reſtituere. vtrumque, certe pluries expertum certum euentum habuiſſe narratur. Alij frumentum crudum mandunt, & vulneri imponunt: alij fabas cineribus calentib. ſubijciunt, inde decor- *Oxylapathi vires.* ticant & findunt, demumque imponunt. Salubriter etiam oxylapathi decocto abluitur vulnus, & fouetur, indeque trita herba imponitur: decoctum præterea bibendum datur: Hocque vno remedio multos ſe incolumitati reſtituiſſe Aetius prædicat: ſic enim vrinam cieri copioſius, quod ſanitatis in hoc morbo compendium eſſe creditur. Sunt, qui betonicæ & vrticæ folia cum ſale communi conterunt, adhibent. alij cæpam communem, rutæ folia & ſal eodem conſilio & modo parant: excellit tamen cæteris C theriaca, in aqua vitæ, vel vino generoſo diſſoluta, diutiuſque parti affricta, ſic vt cruore manet, impoſitis, illo deterſo, linamentis eodem medicamento imbutis, moxque ſuperpoſitis allijs vel cæpis commu- *Hiſtoria.* nibus cum ſale vulgari & terebinthina intritis. Hoc ſolo remedio, vnam ex filiabus nobilis dominæ Gron à rabiei ſymptomatibus vindicaui, vulnuſque perſanaui, cum ipſam, altius impreſſis in ſuram dextri cruris virulentis dentibus, canis rabioſus momordiſſet. Prodeſt & extemplo allium cum pane edere, indeque vini generoſi modicum bibere: nam allium calore ſpirituoſo partes nobiles à veneno tuetur. Sunt qui canis, qui momorderit, vel capiti iecur toſtum comedi imperant. cuius remedij nondum mihi experimento conſtitit fides. Alij præſcribunt ſeminis agni caſti dragmam vnam, cum vino & butyro bibendam. Alij puluerem aſtacorum fluuiatilium vſtorum in vino diſſolutum, in potum exhibent. Vel; *Aſtacorum fluuiatiliũ vires.* ℞. *rad. gent.* ℥ ij *aſtacorum fluuiatilium in furno combuſt. & in pollinem redact.* ℥ iij. *terr. ſigill.* ℥ ß *miſce & ℥ j. eiuſmodi pulueris, ſubinde in decocto aſtacorum fluuiatilium diſſolue, & in ſingulas pluresque vices potandam præbe.* Permul- *Demerſionẽ in mare non eſſe certum contra rabiem remedium.* ti ſe in mare demerſere, nec tamen inde aduerſum rabiem quidquam adiumenti ſenſere: quemadmodum *libro ſuo de Venenis* prodit Ferrandus Pozetus Cardinalis. quare non eſt illi remedio fidendum: ad ea currendum potius, quæ libris Medicorum prodita, experientia certa & multiplici comprobata ſunt. D Cæterum cum nullum venenum niſi admiſſum in corpus noceat, non eſt quidquam mali ab aſperſa corpori noſtro, canis rabidi, viperæ, buffonis, ſimiliſve alterius virulenti animalis ſanie, quæ eodem momento exterſa fuerit, metuendum.

Quæ curatio hydrophobis, ſe tamen adhuc in ſpeculo agnoſcentibus ſit adhibenda.

CAP. XV.

Antimonij vires ad rabiem. QVibus nondum facultas animalis rabioſi veneni malignitate obſeſſa tenetur, his validiores purgationes ſunt exhibendæ. Itaque ſi alicubi, hic certe antimonio locus eſſe poſſe videtur, vt quod ſudores cieat, alui fluxum & vomitum. Leuioribus enim catharticis ſperare ſe efferam huius veneni malignitatem viſceribus iam admiſſam expugnare, extremæ eſt & periculoſæ dementiæ. Profecto tale tantumque periculum nunquam ſine periculo vincitur. Conducunt vero & balnea, quæ ſudore citato venenum digerant & exhauriant. Conducunt & multæ ac frequentes theriacales potiones, quæ malignum virus retundant & viſcera confirment. aquam vero liquidaque omnia, quæ tantopere horrent, potanda exhibere oportebit in operto cyatho. Omnino impotionati, & à cane rabido aliiſque virulentis feris E demorſi, aut puncti, loco calido contineantur, & lucido, vt venenum, frigore intro compellendum, caloris vi foras euocetur citius, & aeris ſplendore ſpiritus recreentur, atque à centro ad corporis cir- *Implere ſe cibis paulo liberalius ſalubre contra rabiem & omnia venena.* cumferentiam moueantur, odoratis rebus conclaue ſuffiendum. Inſigniter calida ſalſaque ſtatim ab initio eſitaſſe vt cæpas, porra, ſpeciata omnia & vinum generoſum merum, haud præter rationem eſſe videtur. quod talia ſpirituoſo calore diffuſionem veneni in corpus prohibeant, & impleta viſcera corroborent. Sunt etiam, qui probent craſſa & viſcida comedi, quæ nempe illata vaſis obſtructione, iter veneno ad cor & partes intercludant. Eodemque nomine præſtare cibis ſe ad ſatietatem implere, quam infra modum edere: quod fame humorum exacerbetur malignitas, quo nihil virulentis vulneribus

poteſt

A poteſt eſſe infeſtius. Quanquam mox nemoe ſub quintum aut ſextum diem, ad mediocritatẽ redeundum eſt, temperataq; omnia exhibenda, elixi potius, quam aſſa: in aperientium decocto ad ciendam vrinam. Deniq; diæta eadem, quę melancholicis tenenda, nec vero ante ſanguis mittendus, ne venenum ſic in venas trahatur amplius: at alvo eſſe libera [illegible] ab initio [illegible] eſt. Potus ſit vinum dilutum mediocriter, oxymel ſimplex, vel ſirupus de acetoſitate citri, [illegible] cocta, vel iulepus ſequens.

℞ ſucc. cor. limonum & mal. citr. an. ℥ ß. ſuc. gran. acid. ℥ ij aquæ acetoſ. min. & roſ. an. ℥ j. aqu. font. coctæ quantum ſufficit. fiat iulepus, vt artis eſt. Vitandus ſomnus quouſque exoluta veneni vires fuerint; ſomno enim humores in viſcera retrahuntur. Omnia, quæ venenis reſiſtunt, quocunque modo exhibenda: limones, mala aurantia, radices angelicæ, gentianæ, tormentillæ, pimpinella, verbena, carduus benedictus, borrago, bugloſſum, & ſimilia. Omnia vero euchyma ſint, quæ ægro debinc apponuntur, quales cenſentur carnes vitulinæ, hœdinæ, veruecinæ, perdicum, gallinaceæ, & alia eiuſmodi. *Somnus cur noceat demorſis à tarantula, & omnino impoiſonatis.*

De viperæ morſu & punctura, ſymptomatibus & curatione.
Cap. XVI.

Q Væ antea ad canes rabidos commemorata ſunt remedia, eadem in omnes puncturas virulentas morſusque transferri poſſunt: ſunt tamen præterea ſua cuiuſque propria. *Viperæ morſus qui dentes.*
B Viperæ in gingiuis dentiumq; interſtitiis veſicæ latitant, virulenta ſanie plenæ, quæ exprimuntur, quã dentes morſu violarunt. Dolor pungens ſtatim oboritur, pars in molem primo attollitur amplioremque, indeque vniuerſum corpus, niſi occurratur: exudat è vulnere craſſa & cruenta ſanies, ſurgunt in ambitu veſiculæ, quales ab ambuſtione, carnem arrodit depaſciturque vulnus, ac in gingiuis [illegible] inflammatio occupat, totumque corpus [illegible] ſqualet, colore ſubflauo & pallido ſuffuſum, cum ſiti inexhauſta: tormina ex interuallis aluum excruciant, vomitus vexat bilioſus, ſinguitu conuelluntur ventriculi, crebra ſyncope prehenduntur ægri, cum ſudore frigido mortis præ[illegible] ſi partibus nobilibus antequam ipſas venenum inuaſerit, remediis opportunis conſultum fuerit. *Symptomata.*
Narrat Matthiolus, viſum ſibi ruſticũ, qui dum falce pratum demeteret viperam forte mediam diuiſit, hanc cum putaret mortuam, fruſtum alterum, è quo caput prominebat, intrepidus manu prehendit: ſed fera irritata, capite vibrato, digitum eius momordit acriter: quem, vt fieri vel nihil tale cogitantibus ſolet, dum ori protinus admouiſſet, ſuctu ſanguinem ſaniemque expreſſurus, repente mortuus cecidit. *Hiſtoria.*


Rex Carolus nonus Monſpeſſuli cum eſſet, contuli me in Fargii pharmacopolæ officinam, in qua tum theriaca, magno & ſplendido apparatu parabatur. Ibi non contentus intueri & circumſpicere viperas, quæ eam compoſitionem ſubituræ, multæ in ampulla vitrea habebantur, vnam tractare manu
C placuit: ſed dum eius dentes, qui in maxilla ſuperiore ſunt, membranulis tanquam vagina venena aſſeruantes [illegible] curioſius [illegible] tracto, fera extremum indicem [illegible] inter vngues in carnem q; hiat, morſu mihi prehendit. vnde ſtatim ſubortus eſt acer dolor tum partis exquiſitiſſimo ſenſu preditæ, tum veneni eſſe occaſione: e veſtigio digitum ſupra vulnus arctiſſime conſtrinxi, vt ſanguinem, venenumque, ne ſe latius in corpus diffunderet, exprimerem: Theriacam antiquam in aqua vitæ diſſolui, ex qua intinctum, imbutumque bombacem vulneri impoſui, atque intra paucos dies hoc vno remedio plane conualui. [illegible] & mithridatio loco theriacæ ac pleriique aliis ex alto ſubacti ſuo calore attrahentibus, vt ſcilla ſub cineribus cocta, alliis, porriſque tritis & impoſitis, hordei farina, cum aceto, melle, & [illegible] ſubacta, impoſitaq; cataplaſmatis inſtar. Quibuſdam ſatis eſt extemplo lauiſſe & fouiſſe vulnus aceto, ſale, & pauco melle. Scribit Galenus, eliciã vipera inflictam morſu venenum, impoſito vulneri viperæ capite; at alii viperam integram tritam imponunt. *Remedia ad morſum viperæ.* *Lib. de theriaca.*

De Hæmorrhoo ſerpente. Cap. XVII.

H Æmorrhous ſerpens [illegible] nomen habuit, quia demorſu ſuo ſanguinem ex omnibus ictis corporis
D ductibus [illegible], corpore putrido eſt, vt vipera, ardentibus igneo quodam fulgore oculis, & cute ſplendidiſſima. Dorſum ei, vt ſcribit Auicenna, eſt maculatum, [illegible] notis nigris albiſque, ceruix anguſta, cauda [illegible]. Pars, quam momorderit, ſtatim nigricat, propter caloris natiui, quam eiuſmodi venenum tota ſubſtantia inimicam molitur, extinctionem. Superuenit ſtomachi cordiſque dolor, afflatis veneni peſtifera qualitate his partibus: Sequuntur dolores illos, vomitus, exoluto ventriculi orificio: ſequitur & diarrhœa labefactata omnium aluinarum partium in retinẽdo œconomia, inteſtinorumque venis per ipſa ſpatia ſanguinem concluſum retinere haud valentibus. Nam & naribus, ore, auribus, ano, pene, vulua, oculorum angulis, vnguium radicibus, gingiuiſque, quæ putreſcunt, collabentibus inde dentibus, tenuis ſanguis ſtillare cernitur. Sed & vrinæ ac ſpirandi difficultas ſuperuenit cum lethifera conuulſione. Remedium eſt ſcarificare e veſtigio, inureréque demorſam partem, vel etiam totam, ſi alia vita ſeruari poteſt reſcindere. Inde ex alto euocantia alexiteria adhibere. *Hæmorrhoi- us vnde dictus & ſymptomata.* *Mira hæmorrhagia.*

E

Hæmorrhoi serpentis effigies. A




De serpente ſeps dicto. CAP. XVIII.

Nominis ratio & ſepis deſcriptio.

SEps ſerpens id nominis habuit, quia parti, quam morſu violarit, ſubitam infert putredinem, virus ſui effera malignitate. Hæmorrhoo non eſt abſimilis, niſi quod caudam ſurſum ſinuum more multiplici gyro, contorquet: coloris cinerei hunc ſerpentem eſſe ſcribit Pauſanias, lato capite, collo anguſto, aluo craſſiore, intorta cauda, dum incedit in obliquum decerrare cancrorum more. Cæterum variegatis & à ſe inuicem ſecretis maculis diſtingui villoſi tapetis inſtar. Cauſtici & putrefacientis veneni teritate partem, quam momorderit acerbiſſimo dolore perurit, pilorum defluuium infert, atque, vt addit Aetius, primo manifeſti ſanguinis, paulo poſt vero saniei graueolentis ex vulnere facit excretionem. Affectæ partes putrefactæ dealbantur, ac totum corpus vitiligini, quæ Alphos dicitur, ſimili colore inficitur, adeo ſeptici huius veneni diritate, nō modo ſpiritus exoluuntur, ſed & vniuerſum corpus, quaſi ab igne, peſtifero anthrace, aliiſque putridis tumoribus, calida & humida ſeu ſuffocante aeris conſtrictione ſurgentibus, tabeſcit. Porro opem & hi ſentiunt ex iiſdē rebus, quæ in viperæ morſu relatæ ſunt. B

Symptomata.

Sepis ſerpentis effigies.



C

De Baſiliſco. CAP. XIX.

Quanta veneni vis in baſiliſco.

SErpentum genera omnia veneni diritate Baſiliſcus facile ſuperat. Itaque à Nicandro proditum eſt, quod in quemcunque locum tranarit, reliqua protinus venenata diffugiunt animalia, quod nulla ex eis queant vel ſibilum eius ſuſtinere: cuncta enim hoc necare creditur, non vero ſolo morſu aut contactu, quin etſi quod ex eis ad cibum potumve capiendum properet, & baſiliſci iuxta locū præſentiam perſentiſcat, recedit, neceſſarij etiam ad vitam alimenti negligens. Baſiliſcum ſerpentem eſſe flauum ſcribit Galenus, capite acuto, & eminentiis tribus, maculis albis diſtinctis, coronæ in modum aſſurgente: quo nomine ſerpentum rex dictus ſit. Certe veneni eius tanta eſt in necando rapiditas, vt inde ſolo cum aſpectu homines reliquaque animantia conficere creditum ſit. Scribit Solinus mortui baſiliſci cadaueri admirandas etiam vires ineſſe. Itaque magno id olim à Pergamenis emptum eſſe, vt eius ad laquearia appenſi præſentia, araneas, aueſq; ab Apollinis templo auerterent: ne ſacro illæ loco telas ſuas texerent, hæ vero nidificarent. Certe eius mortui corpus nullū animal carniuorum attingit: ſi vero fame coactum attingat, tum & ipſi illico eodem loci mors inſtat. Vim etiam tam perniciem atq; pernicialem ineſſe animantibus illis, quæ ab ipſo demorſæ interierint, quamcunq; in partem ſe conuerterit, herbas, fructiceſq; non contactu tantū ſuo, ſed & anhelitu ſuffocat. Apud Heſperios Æthiopas fons eſt Nigris: iuxta hūc fera appellatur Catoblepas modica alioquin, cęteriſq, membris iners, caput tantū prægraue ægre ferens, id deiectū ſemper in terrā: alias internecio humani generis omnibus, q oculos eius videre, confeſtim expirantibus. eadē & baſiliſci ſerpentis eſt vis: Cyrenaica hunc generat prouincia, duodecim non amplius digitorū magnitudine, candida in capite macula, vt quodā diademate inſigni: ſibilo oēs fugit ſerpētes, tali monſtro muſtellarū virus exitio eſt, adeo nihil naturæ placuit eſſe ſine pari. Inijciunt eas cauernis facile cognitis, ſola tabe necant illæ ſimul odore, moriunturq; & naturæ pugnā conficiūt. Si magnanimo leoni, ne nihil eſſet, quod timeret, natura inualidū animal gallū gallinaceū oppoſuit, cuius vel ſolo cantu terretur, & in fugam vertitur. Scribit Eraſiſtratus percuſſos à baſiliſco demorſæ partis auream flauitiē comitari, reliqui vero corporis liuorē & tumorem, omnium paulo poſt muſculorū carnibus fruſtatim putrilagine diffluentibus. Antidotū ei parari ex dragma vna caſtorei, diſſoluta in vino & bibita, vel ſucco papaueris. At Ætius ſuperfluum eſſe putat contra baſiliſcum auxilia ſcribere, quum do conſpectus modo, & ſibilans auditus, eos, qui ipſum audiunt, tollat, ſimiliterq; ab ipſo conſpectos. D E

Lib. de theriaca.

Cur baſiliſcus ſolo aſpectu necare credatur.

Plin. lib. 8. cap. 21.

Catoblepas.

Nihil in natura eſſe ſine pari.

Symptomata.

Curatio.

Baſiliſci

Baſiliſci effigies.



B

De Salamandra. CAP. XX.

SAlamandra non homines modo demorſu, immiſſo veneno interficit, ſed etiam fructus, herbaſque, quas [illegible] tatit, ſaliua, humoreq; [illegible], qui illi è toto corpore exudat, inficit, magno eorum, qui [illegible] herbas illas eſitarint, ſanitatis & vitæ incommodo, quod [illegible] viderі non debet, quod [illegible] proditum eſt, quaſdam familias ad [illegible] interiiſſe, cum aquam è puteo [illegible] Salamandra deciderat. Nam ſi in arborem irrepſerit, fructum vniuerſum inficit, interficitq; omnes, qui inde lectos fructus ederint, veneni qualitatibus frigida & humida, quibus [illegible] non cedit. Scribit Aetius, his, qui Salamandræ veneno infecti ſint, quaſdam corporis partes [illegible], adeo, vt etiam decidant ſæpius putrefactæ. Primum quidem maculas albas [illegible] apparere, deinde [illegible], poſtea nigras cum putrefactione & defluuio capillorum. Remedium [illegible], clyſtere aluum exonerare, theriaca & mithridatio potionare. Auicenna [illegible] eaſdem præſcribit, quæ ad [illegible], propter frigidam vtriuſque naturam, alexiterium eſt terebinthina, ſtyrax, ſemen vrticæ, folia cupreſſi. Scribit Dioſcorides, Salamandram lacertæ genus eſſe, iners, varium, quod [illegible] non vri. At Plinius tam frigidam eſſe prodit, vt ſolo contactu ignem extinguat, candentibus carbonibus impoſita. Contra Mathiolus [illegible] flammam [illegible] breui conſumi [illegible]. Repugnantes has ſententias ex Aetio conciliare licet. *Penetrat,* inquit, *hoc animal per ignem* [illegible] *lædatur,* [illegible] *ab eo flamma. Si vero per tempus* [illegible] *ſi igne moretur, conſumpto frigido in eo humore conſumitur:* Nigricat Salamandra, maculis flauis ſtellatim diſtincta.

Salamandra vim peſtiferam.

Salamandra temporaries.

Symptomata.


Curatio.

C

Lib. 2. cap. 54.

Qui Salamandra in ignibus viuat.

Salamandræ effigies.



D

De Torpedine. CAP. XXI.

TOrpedo [illegible] nomen ſortita, quod [illegible] contactu & viribus membra torpeſcant, in limoſis [illegible] viuit, [illegible] occupauerit. In imo enim latens [illegible] illos, qui ſibi pro[illegible] poſuit. Eaſdem vires contra homines obtinet, ſtuporem [illegible] non modo brachium, ſed & totum corpus, vel per intermediam piſcatoriam virgam [illegible].

Torpedinis prædatrix aſtus.

Vis ſtupefactoria.

Torpedinis effigies.



E

De morſu aſpidum. CAP. XXII.

AB Aſpide, ictus vulnus prorſum exiguum, quaſi ab adacta acu, citra tumorem conſpicitur. Demorſis hæc ſuperueniunt accidentia: caligo velox oculos obnubit, labor in totũ corpus multiplex, omnino

Symptomata.

leuis

leuis tamen, mediocris ſtomachi dolor afficit, frons perpetuo reuellitur: genæ contremiſcunt, oculique A quaſi ſine ſenſu in ſomno vacillant: ſanguis, ille quidem exiguus, ſed ater, deſtillat: hos mors, ſubortis conuulſionibus tollit, ad diei trientem non dilata, niſi opportunis remediis occurſum fuerit: mas duo vulnera, femella quatuor infert, vt in viperis contingit.

Curandi ratio.

Cæterum quia aſpidis venenum ſanguinem in venis arteriiſq. congelat, ideo aduerſum id calida & tenuium partium exhibenda ſunt, vt mithridatium aut theriaca in aqua vitæ diſſoluta, eademque in vulnus infundenda, calefaciendus æger balneis, frictionibus, ambulationibus & ſimilibus. Cum pars icta purpurea, nigra, viridiſve euadit, ſignum eſt venenum malignitate extincti & ſuffocati caloris natiui. Tum igitur amputare membrum ſatius eſt, ſi vires ferre poſſint, & nihil ſit, quod impediat. Scribit de Vigo, viſum à ſe Florentiæ circulatorem, qui quo melius & plura pharmaca ſuo populo venderet, aſpidi mordendum digitum ſuum exhibuit, ſed quod breui poſt interiit. In quam rem luculentam hiſtoriam apud Mathiolum legere licet, quo loco ſcribit, impoſtores illos, quo magis fucum faciant, populoque imponant, ſolere venari & captare viperas & aſpides longe poſt veruum tempus, cum ſcilicet lethalius venenum ſuum expuerint: tum ipſis [illegible] & quibus non aſſueuerint, cibis cicurare, ſic vt curatura multa tandem id conſequantur, vt virulentæ naturæ magnam partem exuant: nec hoc contentos cogere ipſas, vt multiplici morſu [illegible] detergant, vt in ea venenum, membranula inter B dentes & gingiuas ſita concluſum deponant. Denique eaſdem compellere, vt addiungens medicamentum, quod ipſi in eam rem componunt & circumferunt, remordeant, lambant, & deglutiant, quod meatus obſtruat, quibus venenum diſtillare conſueuit: tam enim demum innoxium eſſe earum morſum adeo, vt ictus nihil noceant. Illis igitur eas artes eſſe quibus adulterinam theriacam ſuam cariſſime populo diuendant, quaſi, quæ tutiſſimum ſit ad ceteros virulentos ictus remedium. Chriſtophorus Andreas in *œcoiatria* ſcribit, Hiſpaniæ inſulas ſerpentibus, aſpidibus, omnique genere ferarum virulentarum paſſim differtas & fertas eſſe: contra quarum morſus nunquam quidquam præſidii in theriaca animaduerſum & compertum ſit. At in ſequenti antidoto vires multiplici experientia comprobatas, adeo certas & inſignes exiſtere, vt illius fiducia non dubitauerit ſe mordendum quantumlibet effero offerre aſpidi. Capit vero id remedium folia thapſi barbati, caryophyllatæ, leucoii rubri pari pondere, quæ in aceto acerrimo & ſani hominis vrina bulliant, ad partis laſæ fotum. Quanquam, ſi ab icta multum iam tempus ſine remedio exactum ſit, omnino ſatius & certius eſſe, ſi æger eius decocti vncias tres C ieiunus, duabus ante paſtum horis hauriat.

Hiſtoria. *Qua arte aſpides redduntur innoxiæ.* *Gal. lib. de theriaca ad Piſ.* *Contra quorum ſerpentum morſum theriaca nihil proſit.* *Certum contra aſpidum morſus remedium.*

De Colubri morſu. Cap. XXIII.

Hiſtoria.

Colubri morſus virulentam malignitatem, eiuſque malignitatis remedia fideli hiſtoria viſum eſt ſubiicere. Dum rex Carolus nonus apud Molinios ageret, D. le Feure Regius Medicus & ego vocati fuimus, vt curaremus coquum dominæ a Caſtro-petreo. Hic cum lupulum in ſepibus legeret, ictus manuum a latente colubro, ipſa ſtatim ori admota, vulnus, male callidus, ſuxit, ſaniei expreſſione dolorem, vt putabat, leuaturus. Sed extemplo ſic ei lingua intumuit, vt quæ ſentiret, proloqui non poſſet, brachium præterea totum ad ſcapulam vſque ſimiliter in altum tumorem ſublatum, tam acres et dolorum cruciatus mouit, vt me præſente bis ſyncope prehenſus corruerit, facie flaueſcente & liuida, mortuo ſimilis, ac quamuis de ſalute deſperarem, penitus tamen deſertum hominem non paſſus, laui illi os theriaca in vino albo diſſoluta, eademque addita aqua vitæ potionaui. Tumidum brachium multiplici & profundo ſcarificatu aperui, qua maxime parte morſus inflictus eſſet, ſanguinem, qui totus ſeroſus ſeu ſanioſus erat, fluere copioſius permiſi, plagas theriaca & mithridatio in aqua vitæ diſſolutis laui, ægrum deinde in lecto calidiſſime ſtatui, ſudore procurato, & vigiliis iugibus imperatis, ne ſomnus veneni ad viſcera faceret euocationem. Hac arte tantum profeci, vt poſtera die ſymptomatum omnium D malignorum eſſet expers. Itaq. id vnum ad perfectam ſanitatem reſtare putaui, vt vulnus diu apertum teneretur, & theriaca ablueretur, nec me fefellit opinio, paucis enim poſt diebus omnino conualuit.

Curandi ratio.

De Buffonum morſu. Cap. XXIV.

Buffonum morſus qui noxius.

Etſi Buffones dentibus careant, gingiuis tamen, quas prædutas & ſcabras habent, partem, cui adhæſerint, ſic arcte conſtringunt, vt venenum ſuum in partem, totumque inde corpus per conſtrictæ partis poros adigant. Id inſuper venenum mictu, ſaliuatione & vomitu in herbas eructant, præſertim vero in fraga, quæ vehementer appetere dicuntur. Hinc repentinæ & occultæ mortis cauſa multis conflatur. Auditum habeo à viro fide digniſſimo, extitiſſe mercatores duos, qui non longe ab vrbe Tholoſana, interim dum pararetur prandium, in hoſpitii hortum cum deambulandi cauſa ſoli diuertiſſent, folia ſaluiæ legerunt, eaque illota vt lecta fuerant, in vinum ſuum merſerunt. Nondum pranſi erant, cum iis repentina vertigine prehenſis totum diuerſorium ſurſque deque verti viſum eſt, tum occæcati in ſyncopem lapſi ſunt, obortis per interualla conuulſionibus interruptam. Cæterum labris linguaque nigricantibus balbutiebant, aſpectu toruo, & horrido, cum efferi vomitu, ſudore frigido, mortis, quæ mox illis, in altum tumore toto corpore ſublatis, contigit, prænuntio. Cum de veneno ipſis exhibito iuſtitiæ eius municipii cuſtodibus iniecta eſſet ſuſpicio, manus in hoſpitii dominum omneſque conuiuas iniectæ ſunt: quæſtione habita conſtanti & vna voce ſinguli reſponderunt, iiſdem mortuos illos cibatos potionatoſque, quibus & reliqui, hoc vno excepto, quod ſaluiam vino ſuo non affudiſſent. Quæſitum ex Medico eſt, num ſaluia veneno infici poſſet. Reſponſum eſt poſſe: ſed in rem præſentem veniendum, vt innoteſceret, num virulenta aliqua fera ſaliua ſua & ſanie

Hiſtoria. *Qua buffonum venenum ſymptomata inferat.* E *Quæ plantæ & arbores afflari & aſpergi amant.*

A & ſanie venenata arbuſculum aſperſuiet. Id leuicule & per coniecturam tantum pronuntiatum, oculis verum compertum eſt. Subterraneum enim foramen a fe eius radicem inuentum eſt, totum buffonibus differtum, qui inſtillata aqua tepida illecti, tidem fecerant venenum a fe in plantam illam ſaliua & vrina illatum. Ex quo intelligere licet, quam parum prudenter agant, qui herbas, fructuſque recens ter lectos illotos deuorent. Cauendum etiam, ne in agris obrepente ſomno decumbamus iuxta foramen, quod ſibi velut domicilium buffones aut ſimilis perniciei aliæ virulentæ feræ delegerint. Inde enim in pulmones duci poteſt aura venenata, lethifera. Abſtinendū eadem de cauſa à ranarum eſu menſe Maio, quod tum buffonibus prolis gratia coeant. A bobus inter paſcendum exiles nonnunquam buffones vna cum herbis deuorantur, ſtatim mox magna mali cauſæ. inde enim tantum boues intumeſcunt, vt ſæpe rumpantur. Nec vero buffonum venenum intus modo ingeſtum pernicioſe eſt, ſed etiam cuti aſperſum, niſi quis locum ſtatim abſterſerit vrina aut aqua & ſale. Admodo buffonum veneno ægri flaueſcunt, toto corpore intumeſcunt, dyſpnoea aſthmatica corripiuntur, vertigine, conuulſione, ſyncope & tandem morte prehenduntur. Hæc tam horrenda ſymptomata nullo modo ratione elementarium huius veneni qualitatum, frigiditatis & humiditatis, quæ ſumma buffonum veneno inſunt, ſed multo magis occultæ proprietatis, quæ nata eſt humores eius corporis, ad quod peruenerit, putrefacere, credendum eſt contingere. Ergo procurare vomitum oportebit, ſi præſertim ore id ſumptum venenum

B eſt, clyſterem indere, veneni vim omnibus alexiteriis calidis & attenuantibus infringere, vt theriaca & mithridatio in vino generoſo diſſolutis: tandem vero balneis, æſtuariis, & valido multoque exercitio diſſipare. Rondeletius *lib. de Piſcib.* eadem illa de veneno buffonum, quæ diximus, ditiate adſtruit, raro tamen ipſos mordere, ſed vel vrinam, quam inuicem in ampla veſica colligunt, vel ſaliuam ſpirare neque virulentam in oculos & eos, qui ad... ſtatim, eiaculari, quæ etiam herbas, vel venenato contactu pollutas, multo magis vrina vel ſaliua aſperſas, his, qui comedant, ad mortē ſufficere. Alexiteria... mbucum, betonicæ, plantaginis, anthemidis, præterea & teſtudinis ſanguinem, cum farina ... tubactum, mox in vino diſſolutum & ingeſtum. Proditum a Plinio eſt, buffonum corda & lienes venenis obſiſtere. *Falſa vulgi opinio eſt, in buffonum capitibus lapillum reperiri chelonitidem, aduerſum venena efficacem.*

De Scorpii punctura. CAP. XXV.

SCorpius *animalculum eſt corpore in oui formam obrotundo, multipedibus, & cauda oblonga, vertebris multis, tanquam articulis coagmentata vertebrarum eiuſmodi vltima, reliquis craſſior & paulo longior eſt, ad cuius api-*

C *cem præfixus eſt aculeus, quibuſdam duplex, curuus, frigido veneno differtus*, quod de ſtro illo aculeo in corpus obuium eiaculatur, vtrinque quinque habet crura, chelis & forcipibus ſolidis furcata, anteriora duo reliquis grandiora ſunt, ſtrutis ſtatibus ... haud abſimilis ſubato & veluti ſubnigro colore eſt, obliquo inceſſu, roſtro, pedibuſque tam pertinaci ſæpe adhæſu obuios homines ſe attingens, vt vix inde auelli poſſit. Sunt, qui alas ſpiciunt ſimiles alis locuſtarum, fata, virentiaq. omnia morſu & vredine vaſtant. ... Tales Galli ignoti ſunt. Euolant hi regiones varias, volantium formicarum inſtar. Id ex eo, quod narrat Matthiolus, fit veriſimile, quia Caſtellæ in Hiſpania colonum terram fodiendo ſæpe ſcorpiorum agmen repentinum, quod eum in ... intulit. Scribit Plinius, Scorpiones, Æthiopiæ cum ... regioni fugatis colonis, ... Multas Scorpionum ſpecies Veteres diſtinxere, pro colorum, quibus prælucent, ... flaui, ruffi, rutili, cinerei, alii virides, alii albicantes, alii atri, obſcuri ... regionibus, quas incolunt, magis minus lethales perhibentur. In Italia ... ſunt, at Tridenti & in Pharo inſula innoxio ictu. Locus à ſcorpio ... inflammari incipit, rubeſcit, indureſcit & tumeſcit, vt etiamque dolore premitur, ... modo frigore occupatur, labor repente fatigat, ſubinde auctior, ſubinde ... ſudor, horror, ... pilorum arrectio, pallor membra deco-

D lorat, ... per vniuerſam cutem dolor ſentitur, flatus per ſedem exeunt, vomitant ... continua & ſyncope habetur, tandem mortifera, niſi occurratur ... Scribit Dioſcorides, terreſtrem ſcorpionem tritum & impoſitum ſuæ plagæ remedio eſſe, quin & aſſatum ad eadem comedi. Commune, ſed certum alexiterium eſt, plagam perungere ipſo ſcorpionis oleo. Sunt qui ... vulneri inſtillant, alii calamentum tritum imponunt, alii ... Limaces cum teſta triti & impoſiti dolorem ſtatim ſedant. Sulphur ignem non expertum, reſina terebinthina exceptum, & emplaſtri modo adiectum opitulatur, opitulatur & ... Similiter &, quæ inde nomē traxit, ſcorpioides herba confert, & bryonia ... & cum pauco ſulphure ac vetere oleo mixta. Agaricum in pollinem redactum, vel ex vino ſumptum, venenorum antidotum Dioſcoridi cum ſit, certe ſi ſerpentes ictum vibrarunt, morſumq. ... Horum tamen omnium vicem penſat iugis balnei vſus, euocatus ſudor, & ... potiones ... vero ſcorpii ſuffitu ex ſulphure & galbano oleum quoque ſcorpionum, ... ipſorum foramini ... inſtillatum, extra eos arcet. Idem præſtat raphani ſuccus. Nam vel eo vel allii ſucco ... hominem nunquam ... imo ne ad eum quidem accedere propius audebunt.

E

De morſu & punctura Apum & Erucarum. CAP. XXVI.

APes, Veſpæ, Crabrones, Fuci, Oeſtra, morſu puncturave cute vulnerata ingentem dolorē inferūt, propter venenum, quod in corpus per vulnus immittunt, diritatem, haud ſemper tamen lethalem, quanquam ſi quando denſiore agmine in hominem inuolent, interficere poſſunt. Sic enim & equos ali-

Pp quando

Et, ante Veſculenta fouearum venenatarum quæant.

Vel ſolo afflatu buffones nocere.

Ranæ maiales.

Curandi ratio.

Alexiteria ad buffonū venenum.

Chelonitis.

Scorpii deſcriptio.

Scorpius cauda.

Scorpius alati.

Symptomata, quæ ſcorpii venenum infert.

Lib. 2. c. 10. & lib. 6. cap. 44.

Dioſcor. lib. 3. cap. 1.

Allio vel raphani ſucco arcere ſcorpios.

Veſparum, crabronum & aſſerum puncturas haud ſemper eſſe lethales.

quando interfecerunt. Ergo quia ab his puncti aut alioqui icti propter doloris acerbitatem à virulentiore & lethaliore animali vulnus ſibi inflictum putant, ſciendum, quæ eiuſmodi ictus ſigna comitentur. A

Symptomata punctura veſparum & crabronum.

Ingens igitur ſtatim dolor oboritur, qui eouſque perſeuerat, quoad denticuli, aculeive in parte relicti exempti fuerint: rubore pars ſuffunditur, tumore circum attollitur, puſtula denique veſiculave aſſurgit. Remedio eſt è veſtigio ictum ſuxiſſe vehementius, ſuctaque infixos aculeos reuulſiſſe, quod ſi reuelli nequeant, locus, ſi nihil impediat, incidendus eſt, vel cineres cum fermento & oleo ſubacti imponendi.

Remedia.

Salubriter etiam in calentem aquam pars demergitur, & per integram ferè horam tenetur, tandemque aqua marina abluitur. Naſturtium tritum & impoſitum dolorem ſedat, humoremque tumore contentum diſcutit. Idem præſtat fimus bubulus, in oleo & aceto maceratus, calensque impoſitus. Sunt qui eadem animalcula trita parti allinunt, & imponunt, quemadmodum de ſcorpiis dictum eſt. Fabæ præmanſæ & impoſitæ dolorem ſedant. Acetum, mel, & ſal calidiſſime impoſita proſunt, ſi præterea intinctus pannus relinquatur in parte; remedio eſt & ſulphur viuum ſaliua humana ſubactum. Ficuum immaturarum lac melli concorporatum efficacius eſſe putant, multum tamen theriaca illita præſtantius. Veſpæ non mordent punguntve eos, qui corpus ſuum ſucco maluæ cum oleo mixto obleuerint, citiſſime fugantur ſuffitu ſulphuris & aliorum. Veſpa ſicubi viperam mortuam viderit, in eius virus demergere aculeum dicitur, indeque homines fingendorum intoxicandorumque telorum, artem edoctos. B

Intoxicandorum telorum artem vnde didicerimus.

Erucæ ruffæ & piloſæ, multipedes Latinis dictæ, maxime quæ pinorum alumnæ ſunt, ingentem pruritum, ruborem, tumoremque in parte, quam momorderint, aut quacunque ratione attigerint, ſi præſertim duriore attritu, excitant. Remedio ſunt cæpæ contritæ cum aceto, & ſingula, quæ ante ſunt commemorata.

Erucarum morſus quales.

De morſu Araneorum. CAP. XXVII.

Araneorum differentia.

ARanei telas varia arte texunt, in his tamen foramen ſibi ſemper excauant, in quo tanquam in inſidiis latentes, irretitas muſcas retinere in eſcam ac deprædari poſſint. Araneorum multa ſunt genera,
1 vnum *Rhagium* dicitur, rotundum, acino nigro ſimile, vnde nomen habuit, ore minimo ſub media
2 aluo, pedibus breuiſſimis tanquam imperfectis, dolor à morſu eius qualis à ſcorpione. Alterum *Lupus* nuncupatur, quod non tantum muſcis inſidietur, ſed & apibus & veſpis, omnibusque ad telam aduolantibus
3 animalculis. Tertium *Myrmecion* nominatur, formicæ maius eſt, ſed capite ſimiliter, corpore nigro & lucentibus tanquam guttis albis, de orſum maxime verſus intercurrentibus diſtincto. Quartum
4 *Veſparium* dici poteſt, veſpis nempe cætera ſimile, niſi quod alis careat, colore ſubrubro, herbis tantum victitans, horum morſus virulentos eſſe Veteribus creditum eſt. Venenum vero ex eo frigidum videri, quod quæ emergant ſymptomata, ſint ſtatus in aluo, extremitatum corporis refrigerationes, ſtupor in demorſa parte cum frigoris ſenſu, & horrore. Abluendum è veſtigio vulnus aceto quam calentiſſimo. Imponere inde cæpas & allia contrita decet, ſudorem denique arte, balneis & aſſiduis prouocare, nihil tamen æque efficax eſt, atque theriaca & mithridatium. C

Qualis ſit araneorum venenum.

De Cantharidibus & Bupreſti. CAP. XXVIII.

Cantharidum deſcriptio.

CAntharides aureo velut colore ſplendent, viſu gratę propter cæruleum colorem aureo diſtinctum, odore tamen ingrato. Calidæ ſunt & ſiccæ in quarto gradu, adeoque cauſticæ, & arrodentes, veneratæ que non tantum eminentis illius qualitatis occaſione, ſed ob cæcam quandam, quam natura illis indidit aduerſum vrinæ dicatas partes diſcordiam & antipathiam, cuius effectus proferunt nonnunquam, ſiue in corpus ingeſtæ, ſiue etiam corpori ad excitandas veſicas applicentur. Quibus hę datę ſunt percipiunt ſimile quid cedro guſtare, odorem illum manare veriſimile eſt à liquatis putredinoſo calore in ventriculo, inteſtinis, & hepate humoribus, ſublatisque inde vaporibus ingeſtę etiam ab ore ad ventrem vſque, cuncta arrodunt, exulcerant & perimunt: vnde dyſenteria, manantibus excrementis carnium recens mactatarum loturam referentibus. Hinc febris ardens ſuperuenit, vertigo, amentia, delirium, vaporum à ſuſis vlceratisque partibus & humoribus elatorum copia turbato cerebro, quę ideo cum apparuerint immedicabile eſſe malum ſcire licet. In partibus vrinę dicatis ardorem inflammatorium excitant, exulcerationem, penis inuitam arrectionem, inde cruentam & doloriſicam ſtranguriam, cuius loco poſtea ſtatim ſuperuenit iſchuria, vnde gangrena & partis necroſis, toti mortifera. D

Bellum inducere veſicæ.

Qualia excitant ſymptomata.

Ingeſtis cantharidibus remedium eſt vomitus, lactis bubuli potus temperando ardori, ſiccitati corrigendę, mitigandis vlceribus & diſſenteriæ ſiſtendæ perutilis adeo per clyſteres etiam id lactis genus infundendum. Eius loco vti licebit oleo communi vel amygdalarum dulcium ad veneni ventriculi parietibus affixi retundendam acrimoniam. Reliquam & integram huius veneni curandi rationem licebit ex ſequenti hiſtoria colligere. Scortum quoddam, quo iuuenem Abbatem, in ſui amore detineret, lauta cœna excepit, additis etiam condimento puluiſculo cantharidum conſpersis. Poſterà die cum merum ſanguinem ano virgaque ejiceret, Medicos vocauit: qui ſtatim, ex commemoratis ſupra, quæ ipſi abunde aderant, ſymptomatibus, intellexerunt, ei cantharides exhibitas fuiſſe, vomitoriis ergo aluum ſuperne ciet, clyſtere ex hordeo mundato, oryza, decocto maluarum, ſeminis lini, fœnugræci, oleo liliaceo, ſebo hircino infundunt, paucam mox theriacam cum multa conſerua violarum, quę venenũ foras eliceret, exhibent, lac potandum præbent, iniectiones in vrethram & inteſtina, ex refrigerantibus, vt ſuccis lactucæ portulacæ, cucumeris, cucurbitæ melonum, ex lentis & viſcidis, quo facilius & diutius vlceratis partibus blando oblitu adhæreſcerent, vt mucaginibus pſilii, maluarum, cydoniorum, ſyrupo de nenuphare, papauere & violis, butyro recenti, & oleo amygdalarum dulcium fieri procurant, ſolum hordei de- E

Remedia ad cantharides.

Hiſtoria.

coctum,

A coctam, aut priſanam vulgo dictam ei in potum concedunt, cibant vitulinis, hœdinis, & porcellorum cum lactuca, portulaca, hordeo, & violaria elixis carnibus: quæ ſua humiditate aluum laxarent, & lentore inductam aſperitatem oblinirent, refrigerantia lumbis, pectini, & perinæo admouent ad ardorem temperandum: Tandem in balneum tepidum ægrum demergunt, nihil denique non tentarunt, ſi qua arte venenum foras elicere aut infringere poſſent; Sed fruſtranei omnes illorum fuere conatus: Interiit enim Abbas non remediis conuenienter præſcriptis deſtitutus, ſed veneni efficaci contumacia victus.

Viſum hic Vidi quos cantharides male habet.

Longe fœlicius ceſſit nobili cuidam mulieri Medicorum labor aduerſus hoc ipſum malum; rubris huic & ardentibus fœdisque puſtulis facies vniuerſa deformis erat, adeo vt hanc tanquam elephanticam omnes aduerſarentur, parati hominum conſortio interdicere: Lutetiam venit, vocatisque Hollerio & Grealmo Medicis, me vero & Caballo Chirurgis, anxie quærit, ecquid aduerſum faciei tantam deformitatem remedii ſit. Expenſo diligẽter malo, elephantia vacare ipſam pronuntiamus. Ceterum vniuerſæ faciei imponendum eſſe veſicatorium ex cantharidibus; tribus vel quatuor horis poſt e facultate in actum redacto medicamento, inſigniter illi ardere veſica, ceruix vero vteri intumeſcere cœpit, cum torminibus, aſſiduo vomitu, mixtione & deiectione, corporis & membrorum phanatica iactatione, febre

Hiſtoria.

Etiam capiti admotas cantharides Veſicam Vlcerare.

B peturente & plane ignea. Cogo repente Medicos, in eam ſententiam itum eſt, vt illi lac multum potandum exhiberetur, per anum in inteſtina per vrethram in veſicæ & vteri ceruicem inijceretur, in lauacro tepido decoctionis ſeminis lini, radicum & foliorum maluæ, biſmaluæ, violariæ, hyoſcyami, portulacæ, & lactucæ ad doloris vſque ſedationem contineretur. Lumbi & genitalia vnguento roſato & populeone in oxycrato agitatis & concorporatis linerentur. His artibus mitueruut omnia ſymptomata. E facie interim tota in veſicas ſublata, cum purulenta multa ſanies prorupiſſet, euanuit in perpetuum, quæ ante faciem occupabat, deformitas, adeo, vt paulo poſt viro deſponſata, multa prole fœlix, hodie etiam ſuperſtes incolumi ſanitate fruatur.

Remedium ad puſtulas elephanticas.

Bupreſtes & ipſæ de cantharidum genere ſunt, ipſis nempe tũ ſpecie tũ virib. abſimiles. Bupreſtin ſi bos, veruex ve, aut aliud animal inter paſcendum deuorarit, continuo tympani inſtar intumeſcit, ex quo & nomen inditum. homo ſi ingeſſerit, ſimilia, quæ à cantharidibus, patietur, ſed præterea tam ventriculus, quam tota aluus mirum in modum vt in aqua inter cutem diſtẽta, turgeſcit. Inflationem illam tympani ſimilem contingere veriſimile eſt ab humoribus, veneni ignea acrimonia, liquatis & in vapores reſolutis. His eadem, quæ potis cantharidibus, auxiliantur. Deniq, vt in omni alio veneno ingeſto, ſic &

Nominis ratio.

Cur a bupreſti aluinarũ partium inflatio.

C hic: ſi virus ore ſumptum adhuc in ventriculo eſſe intelligatur, vomitus prouocandus eſt: Si in inteſtina deſcenderit, clyſteribus euocandum: Si in vniuerſum iam corpus effuſum, ea exhibenda, quæ vim habẽt exigendi veneni intus foras à centro ad circumferentiam, cuiuſmodi ſunt balnea & æſtuaria.

Remedia ad bupreſtes.

De Hirudinibus. CAP. XXIX.

VIrulentæ ſunt hirudines; præſertim vero, quæ aquarum limoſarum ſunt alumnæ: minus illæ, quæ nitentes & puras aquas incolunt. Itaque quoties in vſum medicum venire debent, ante dies aliquot ſunt aqua lympida continendæ, vt illic ſaniem ſuam deponant: alias partibus, quibus morſu adhæſerũt, vlcera relinquunt curatu difficilia, eoque magis, ſi vi auellantur: quia denticulos ſuos in carne defixos relinquunt. Qui igitur forte hirudinem deuorarit, interrogandus eſt de parte, in qua hirudo ſit, id eſt, ſuctionis ſenſum excitet. Nam ſi in gulæ principio vel medio adhæſerit, quo reuellatur, proluendæ ſæpius fauces erunt collutione ex ſynapi in aceto diſſoluto. Si iuxta ventriculi orificium impegerit, oportet vt ſenſim deglutiat oleum æger cum pauco aceto. At ſi ſtomacho vel ventriculi fundo adhæreat, par-

Quæ hirudines ſint virulentiores.

Quo præparanda in vſum medicum.

D tium diuulſione, quandam velut ſuctionis imaginem præbebit, ſanguinem expuet æger, ac præ timore melancholicus fiet. Inde vt reuellatur, ſorbenda aqua tepida cum oleo, quod ſi ne ſic quidem erui poſſit, admiſcenda aloe, aut quid ſimili amarore præditum, ſic refigetur, & vomitu excludetur. Id cernere licet in his, quæ externæ cuti adhærentes, rerum amararum conſperſione, cruoris plenæ, vel inanes decidunt. Tum ſumenda adſtringentia, quæ ſanguinem ex demorſa parte manantem compeſcant, cuiuſmodi eſt conſerua roſarum cum terra ſigillata, bolo armeno, atq; aliis, quæ validius adſtringunt, ſi opus ſit. Nam ſi craſſiori venæ alicuius vel arteriæ ramo adhæſerint, difficilius erit currentem ſanguinem ſiſtere. Sed quoniam non modo terra virulenta animalia educat, ſed mare etiam, de his nunc dicendum, à Muræna ducto exordio.

Varia pro partium, quibus adhæreant hirudines, varietate remedia.

Hirudinum corpori affixarum lapſus quo procuretur.

De Muræna. CAP. XXX.

MVræna *piſcis marinus* eſt, *lampetræ ſimilis, latior tamen & rictu ampliore, dentibus longis, acutis, & introflexis, colore eſt fuſco, ſubalbis maculis diſtincto, duorum cubitorum longitudine.* Veteribus in deliciis erat, quia laudabili ſucco eſt, & quia diu in piſcinis viua nutriri, & quando viſum eſt, apponi poteſt, quemadmo-

Muræna deſcriptio.

E dum ex Craſſi hiſtoria ſatis notum eſt, morſu ſuo eadem, quæ vipera, infert ſymptomata, quibus eadem etiam remedia auxiliantur. Certe murænæ tanta eſt cum vipera familiaritas, vt illo relicto natali maris elemento in terras inſiliat, viperamque in ſua vſque latibula perquirat, vt ei ſe venereo coitu coniungat, quemadmodum ab Æliano & Nicandro eſt proditum.

Vipera & muræna naturalis amicitia.

De Dracone marino. CAP. XXXI.

DRaco marinus, Viuæ nomen apud Gallos, à viuacitate obtinuiſſe creditur: quod expiſcatus, & mari ſubductus diu poſtea viuere dicatur, venenati ſunt eius aculei, illi maxime, qui ad branchiarum apices ſunt. Quæ cauſa eſt, cur ei piſcium generi caput amputent coqui, antequam in menſa offerãt: imo

 Rho-

Rhotomagi non ante macello exponitur, quam caput exemptum fuerit: ictum pars vulnerata grauiter A
doleſ, cum inflammatione, febre, animi deliquio, gangræna & necroſi mox lethifera, niſi occurriſſ ce-
leriter fuerit. Non ita pridem vxor Fromagetii curiæ libellorum ſupplicum ſcribæ, huius piſcis aculeo
icta eſt in digito medio: ictum ſubſecuti ſunt partis tumor & rubor ſine magno dolore. Cum videret tu-
morem in horas augeri, vicinæ ſuæ vxoris Bragelonii rerum priuatarum iuridici comitialis, quæ ex ſimili
caſu neglecto paulo ante interierat, periculis facta cautior, me acceſſit, ego intellecta morbi cauſa, digi-
to dolenti totique pariter manui cataplaſma impoſui ex craſſiore cæpa ſub prunis cocta, fermento &
pauca theriaca. Poſtera die iuſſi, vt manum totam demergeret in aquam calentem, ad venenum foras
eliciendum, mox multiplici ſcarificatu, ſed ſuperficiario, cutem in ambitu diuiſi, diuiſionibus hirudines
appoſui, ſuctu detracto ſufficienter ſanguine, theriacam in aqua vitæ diſſolutam admoui. Sequenti die
detumuerat manus, doloris plane expers, paucisque poſt diebus plane conualuit. Hunc piſcem diſſectũ
ſuoque vulneri impoſitum remedio eſſe ſcripſit Dioſcorides.

A dracone marino ictis quæ patiantur.

Hiſtoria.

Remedia ictis a dracone marino.

De Paſtinaca. CAP. XXXII.

QVi à marina Paſtinaca percuſſi ſunt, vt ſcripſit Aetius, his vulneris locus manifeſte apparet. Sequi- B
tur autem dolor pertinax, & totius corporis ſtupor: Cumque acutum & firmum habeat aculeum,
quo vehementiſſima vi in altum impulſo nerui ſauciantur, fit, vt in aliquibus mors derepente totum
conuellens corpus, comitetur. Quin & arboribus, quarum radicibus infixus fuerit, exitialis eſt & morti-
ferus. Quanquam dentium doloribus vtilem, ſi eo gingiuæ circumſcalpantur, prodit Plinius: imo in
pollinem redactum cum elleboro albo, vt per ſe ſine alia vi, nullo dolore excidant, perficere. Vtiliter
comeditur iſte piſcis, ſi caput & caudam exceperis, quibuſdam duo ſunt aculei, aliis vnus tantum; acuti
ſunt illi aculei, vtrinque denticulis ad caput conuerſis ſerrati, ſcribit Oppianus illos virulentiores eſſe
Perſarum ſagittis toxico tinctis: veneni enim vim ſeruare piſce mortuo, quam non in animantia modo,
ſed & in plantas exerant. Piſcatores capto huic piſci, ſtatim aculeos detrahunt, ne veneno lædant. Quod
ſi forte icti fuerint diſſecto hepar eximunt, & vulneri imponunt: vſtus præterea piſcis in pollinem reda-
ctus, vulneris ſui verum eſt alexiterium. Viuit paſtinaca in locis cœnoſis iuxta littora maris, piſcibus,
quos ſuo aculeo, denticulos in eam rem ad caput conuerſos habente, venatur & retinet. Non eſt abſimi-
lis Raiæ, eius ob id effigiem hic appoſui.

Quæ patiuntur percuſſi a paſtinaca.

Lib. 9. ca. 48.

Quam virulentus ſit paſtinacæ aculeus.

Paſtinaca marina effigies: C



D

E

De Leporine marino. CAP. XXXIII.


LEpus Marinus Plinio maſſa, ſeu informis caro nominatur. Galenus enim limaci, teſta exempto,
ſimilem adſtruit: valde virulentus eſt Veterum omnium iudicio, quare non eſt eius inutilis cognita
deſcriptio: ne forte imprudentes veſcamur, intentius intueamur, aut olfaciamus: tum etiam vt eo poſſi-
mus vti aduerſum venenum ſuum: non maris modo, ſed & ſtagnorum marinorum, præſertim cœnoſorũ

Leporis marini deſcriptio.

A incola eſt Coloris eiuſdem cum pilis leporis terreſtris, foramen ei in capite eſt, quo carnem quandam protent, retrahitque, cum viſum eſt. Pauli, Aetii, Plinii, Galeni, & Nicandri vna eſt & conſentiens opinio, grauidam mulierem ſi hunc intentius intueatur, vomituram, mox vero aborſuram. Qui huius venenum biberunt, ait Dioſcorides, hi alui dolore afficiuntur, & vrina ſiſtitur. Si vero vrinam reddunt, cruenta illa eſt & ſanguinea. ſudore manant fœtido, & virus piſcium redolente: bilioſus vomitus ſanguinem interdum promitteus ſubſequitur. Toto illos corpore flaueſcere ſcribit Aetius: facies intumeſcit, pedeſque, ſed præcipue membrum genitale, quæ cauſa eſt, cur non libere fluat vrina. Galenus proprium leporis marini eſſe ſcribit, vt pulmonem exulceret. Alexiterium eſt lac aſininum, vel paſſum continue datum, aut radicis maluæ, foliorumque decoctum. Ad capillorum defluuium vtilis eſt: eius hic effigiem ex Rondeletii de Piſcibus libro appinxi. *Conſpectum leporem marinum abortum facere. Quæ patiantur ingeſto leporis marini veneno. Alexiteriũ ad leporis marini venenum.*

Leporis marini effigies.

B



De Felis veneno. CAP. XXXIV.

FElis cerebrum deuoratum, nonmodo homini venenum & peſtiferum eſt, ſed præterea eiuſdem pilus, anima, quibuſdam etiam & conſpectus eſt exitialis. Et ſi vero omnis pilus, nihil cogitantibus nobis ingeſtus, ſuffocando ſit ſatis, obſtructis reſpirationis inſtrumentis, felis tamen pili occulta quadam vi cæteris ad hanc rem nocentiores perhibentur, ſed & eorum ſpiritus tabifico quodam veneno C infectus eſt. Nouiſſe enim ſe quoſdam ait Mathiolus, qui cum felibus adeo delectarentur, vt nunquã ſine ipſis lectum ſomni cauſa peterent, inſpirato inde diutius vna cum aere eorum ſpiritu in tabem vitiato pulmone incidere qua tandem confecti obiere. Quinetiam lædere illos ſuo oculorum intuitu, ex eo conſtat, quod quidam reperiantur, qui his viſis aut auditis pauore quodam illico conſternentur, quanquam id non ex felium modo malefica vi prouenire exiſtimauerim, ſed etiam ex propria hominũ natura, congenita & a cœlo demiſſa qualitate, Cum, inquit Mathiolus, *Germanus quidam hyemis tempore nobi cum cœnaturus in hypocauſtum intraſſet, quo plurium amicorum ſodalitas conuenerat, mulier quadam huius viri naturæ conſcia, ne is viſo felis catulo, quem educauerat, iratus diſcederet, illum in arcula quadam in eodem cœnaculo concluſerat. Sed quamuis is nec vidiſſet ille, nec audiuiſſet catulum, cũ pauco poſt tempore aerem felis halitu infectum inſpiraſſet ... ea temperamenti qualitate felium inimica, prorumpente ſudore, pallida admodum facie omnium ad aſtantium conclamare cœpit tremebundus. Hic aliquo in angulo latet felis, nec niſi fele foras elato ſibi reſtitui potuit.* Cæterum qui felis cerebrum in cibis ederint, crebris percelluntur vertiginibus, fiuntque ſubinde ſtolidi & amentes. Sanantur procurato vomitu, exhibitoque huius veneni alexiterio, id eſt, moſchi dimidio ſcrupulo in vino diſſoluto & epoto. Sunt, qui Diamoſchi confectionem quotidie mane D horis quatuor ante cibum præſcribant. Ex his intelligere eſt, quam minime fabuloſum ſit, quod vulgus dictitat, *feles infantibus eſſe exitiales*, ipſorum enim ori, toto corpore incumbentes, fuliginis exitum & thoracis motum intercipiunt, ac peſtifera, quam de ſe dimittunt, aura & exhalatione tenellorum infantum ſpiritus inficiunt & præfocant. *Felis ingeſtum pilum maxime ſuffocare. Felis auram pulmoni eſſe tabificam. Hiſtoria. Mira felis & hominis antipathia. Alexiteriũ ad felis cerebrum. Feles infantibus praſertim eſſe noxios.*

De Plantarum quarundam venenis. CAP. XXXV.

DE ſcriptis animalium venenis, ad ea, quæ plantarum ſunt, nunc veniendum, initio à Sardonia ducto, quam & Apium riſus nominant. Ranunculi hæc ſpecies eſt, quæ veſcentibus mentem adimit, & quadam neruorum diſtentione labia in rictum contrahit, vt riſus ſpeciem præbeant; ab hac affectione de ſardonio riſu Adagium in vulgus infauſto omine, manauit. Eius, vt loquuntur, bezahardicum eſt meliſſæ ſuccus. *A Sardonia Sardonium riſum. Sardoniæ bezahardicum.*

Napelli ſucc⁹, fructus, ſubſtantiave ſumpta, hominem eodem die interemit, vel quod tardiſſimũ eſt, triduo. Imo, qui antidotis, alexiteriisque mature & conuenienter exhibitis, lethiferam eius vim euadunt, in febrem hecticam & maraſmum incidunt, vel epilepſiæ redduntur obnoxii, quemadmodũ ab Auicenna eſt proditum. Indeque eſt, quod Barbari in eo tela tingunt. Statim enim labra inflammantur, lingua vero intumeſcit adeo, vt præ tumore ore amplius contineri nequeat, ſed foras magno horrore prodeat, oculi inflammantur è capite prominuli, vertigine & animi deliquiis tentantur ægri, crura præ debilitate promouere nequeunt, toto corpore turgiduli & cachectici, tanta huius veneni feritas E eſt. Bezahardicum eius proditur eſſe animalculum quoddam, quod muris inſtar in radice napelli gignitur & victitat: reſiccatum enim & duarum dragmarum pondere bibitum remedio eſt. In eius inopia vtilis eſt ſemine raphani, aut napi epoto, oleo ſcorpionum corpore vna perunctoo. *A napelli veneno ſeritas. Napelli bezahardica. Mus napelli.*

Dorycnio & ſolano manico ſeu mortali accidentia effectaque ſunt haud multum diſſimilia. Do-

A dorycini veneno quæ ſymptomata.

rycinum epotum lactis ſaporem in guſtu refert, continenter ſingultus ciet, linguam humoris pondere vexat, ſanguinem ore, mucoſa quædam quaſi dyſentericis aluo excerni cogit. Remedio ſunt conchylia omnia tam cruda, quam toſta, locuſtæ etiam marinæ, & gammari, & pota eorundem iuſcula.

A ſolano manico quæ ſymptomata.

Solani vero manici radix dragmæ vnius pondere pota ex vino, ſpecies facit vanas, imaginesq. non iniucundas obuerſari, ſed duplicatus hic modus, ad tres vſque dies mentis alienationem adfert, quadruplicatus vero interimit. Eadem huic remedia ſunt, quæ & dorycino.

Ab hyoſcyamo quæ ſymptomata.

Hyoſcyamus potus aut comeſus ſimilem ebrijs alienationem mouet: hanc inſequitur corporis iactatio cum diſtortione, exolutio animi deliquio ſimilis. Sed inter cætera id inſigne eſt ſymptoma, quod ſic delirant ægri, vt putent, ſe flagris corpore cædi: vnde vocis diuerſitas tanta, vt quandoque rudant aſinorum mulorumque more, aliquando hinniant equorum modo, vt eſt ab Auicenna proditum. Antidotum ſunt piſtacia largius manducata, theriaca quoque & mithridatium cum vino generoſo meraco, abſynthium etiam, ruta, & lac.

Fungi natura lethales.

Fungorum alij ſpecie ſua & natura venenati ſunt & lethiferi, qui ſcilicet fracti varios illico mutāt colores, ſtatimq; computreſcunt, (quales eos dicit Auicenna, qui cæſi & lethales deprehenduntur) alij etſi natura tales non ſint, maiore tamen, quam par eſt, copia in ventriculum ingeſti tales, id eſt, lethiferi fiunt: nam cum natura frigidi admodum ſint & humidi, adeoq; lentore non modico ſcateant, vtpote terræ aut arborum, quibus adnaſcuntur, pituita excrementitia, victum, vinctumq; ſua quantitate corporis calorem ſuffocant: ſtrangulatusq, ſuſpendio ſimiles, deniq, mortem concitant. Certe non poſſum, quin helluonū miſertus, qui etſi ſciant, fungos eſſe mortis ſeminum, hoſpitiumque, eos tamen magno apparatu in cibis auidiſſime deuorant, ipſos doceam, explicemque artes, quibus concupitam tanto ardore eſcam, ſine vllo ſanitatis diſpendio ingerant. Sciant igitur, tum demum innoxie fungos ſumi poſſe, ſi prius cum ſylueſtribus pyris decocti fuerint. Quod ſi ſylueſtria pyra deſiderentur, ea ſupplere poſſunt ex domeſticis, quæ cæteris auſteriora habentur, ſeu recentia illa ſint, ſeu ſole ſiccata. Præſtant idem arboris tam folia, quam cortex, præſertimq; ſylueſtris. Siquidem fungorum bezahardicum pyra ſunt: aliud tamen profert Conciliator, alium ſcilicet crudum, & comeſtum: cui ſimiliter & acetum commode addi poteſt, vt humores lentos, viſcidos, & craſſos incidere & attenuare poſſit, eſu fungorum copioſius in nobis cumulatos & ſuffocationis periculum importantes, vt eſt Galeni ſententia.

Qui innoxie fungi poſſint comedi.

Fungorum bezahardicum.

In 5 epid.

Ephemerū quæ inferat ſymptomata.

Sumpto Ephemero, quod aliqui Colchicon, aut ſylueſtrem Bulbum appellant, pruritus in toto corpore excitatur, non ſecus atque ijs, qui vrtica aut ſcilla laceſſantur. Interna roſionem ſentiunt, ſtomachus cum ingenti grauitate exæſtuat: at cum inualeſcit morbus, cruor ſtrigmentis admixtus per aluum exigitur: Antidotum eius eſt lac muliebre, aſininum aut vaccinum, tepidum & multum.

Mandragora quæ inferat ſymptomata.

Mandragora copioſius ſumpta, tum radice, tum fructu veternoſum ſoporem inducit, triſtitiam animo, corpori exolutionem & languorem: adeo vt poſt multos clamores & tortiones ægri eodem in ſtatu, quo deprehenſi ſunt, lethargico velut modo, conſopiantur. Itaq; olim mandragoram exhibebāt, cum reſcindendi membri ſenſum adimere volebant. Poma quidem matura, & ſemine vacua tuto edi poſſunt: viridia vero & cum ſemine mortifera ſunt. Siquidē exoritur intolerabilis ardor, qui vniuerſam corporis ſuperficiem adurit, lingua & os areſcunt, quam ob cauſam ore perpetuo hiante cernuntur, frigidum aerem captantes, quibus niſi illico ſuccuratur, pereunt conuulſi. Contra vero facile liberantur, ſi ſtatim hauſerint, quæ opem ferre poſſunt. Inter quæ Conciliatoris ſententia excellit, ſemen raphani eſum cum ſale & pane per triduum. Sternutamenta mouenda ſunt ſi ægri illo remedio reuocentur, & decoctum coriandri aut pulegij in aqua tepida exhibendum.

Cur Veneficijs non ſit in Vſu opium.

Ingratus ſucci papaueris nigri: quem Opium appellant, ſapor, perinde atq; mandragoræ facile obſtat, ne cibis potuive inſertus lateat capientem: præſertim cum necem non inferat niſi magna quantitate ſumatur. Sed quia periculum eſt, ne Medicorum aut Pharmacopolarum ignorantia largius, quam par ſit, exhibeatur, innoteſcet error his ſignis. Conſequitur veternus cum perfrictione & pruritu vehementi, adeo vt ſæpe excitatus æger veternum, quo vinctus tenebatur, diſcutiat, commiſſis tamen ſemper palpebris cum impotentia diducendi. Sed & ex eo labore opij virus redolens ſudor diſtillat, corpus palleſcit, ardent labia, maxilla laxatur, reſpiratio parua adeſt & rara, id eſt, frigidum expirant. Cum oculi liuent, niſi diſtortio adſit, & oculorum in ſua orbita depreſſio, propinquam eſſe mortem ſciendum eſt. Bezahardicum eius eſt caſtorei puluis pondere dragmarum duarum in vino exhibitus.

Ab opio ſumpto quæ ſymptomata.

A cicuta quæ ſymptomata.

Cicuta pota vertigines excitat, mentem turbat, adeo vt pro phanaticis ægri haberi poſſint: oculis caliginem offundit, ſingultus ciet, extremos artus congelat, denique conuulſos ſuppreſſo arteriæ ſpiritu ſtrangulat. Quare ſtatim ab initio, vt etiam in reliquis, cicuta vomitu excutienda eſt, deinde deiectio clyſmatis molienda, vt quod ad inteſtina prolapſum eſt, excernatur: tum demum ad vinum meracum, quod magno hic auxilio eſt, veniendum. Petrus Aponenſis putat antidotum eſſe potionem ex theriacæ dragmis duabus, cum decocto dictamni, aut gentianæ in vino: qui effecta cicutæ planius ſcire cupiet, perlegat ea de re commemoratam hiſtoriam, quæ ſcribitur apud Mathiolum.

In 6. Dioſc.

Ab aconito ſymptomata.

Aconitum, ab Aconis vico Periendinorum, vbi plurimū naſcitur, dictum. Mathioli ſententia, lupos, vulpes, canes, feles, apros, pantheras, leopardos, & omnes ſylueſtres feras carnib. admixtū & deuoratum necat: at mures ſolo odoratu interficit. Scorpij ſi aconiti radice tanguntur, torpeſcunt, atq; à torpore moriuntur: tincta eius ſucco tela immedicabilia vulnera faciunt. Cum aconitū inter bibendum exhibitum eſt, ei ſtatim lingua cum adſtrictione quadam dulceſcit, qui paulo poſt in amarorē degenerat, vertigines offundit, lachrymas ciet, grauitatem pectori & præcordijs adfert, flatuū ex aluo promptiorē facit, omnium artuum tremorem inducit. Plinius huius veneno tantam attribuit rapiditatem, vt tactis eo genitalibus fœminini ſexus animalium, eodem die mortem inferat: nullum præſentius remedium, quam

Plin. lib. 27. cap. 2.

Aconit.

Lib. 27. c. 2.

quam

A quam ſitus à ſumpto veneno vomitus. At conciliator eius antidotum ariſtolochiam eſſe putat. Aconitũ tamen in vſus humanę ſalutis vertere, Scorpionum ictibus aduerſari experiundo, datum in vino calido: ea nempe eſt natura, vt hominem occidat, niſi inuenerit, quod in homine perimat: cum eo ſolo colluctatur velut pari intus inuento. *Sola hæc pugna eſt, cum venenum in viſceribus reperit, mirumq́ exitialia per ſe ambo cum ſint duo venena, in homine commoriuntur, vt homo ſuperſit*, ait Plinius. Plures eius ſpecies, quarum vna florem fert caſſidis inſtar habentem, quaſi in hominum armata perniciem: altera vero hic appicta, folia habet cyclamini aut cucumeris, radicem Scorpii caudæ æmulam. *Aconitum mederi ſcorpio veneno ingeſto. Differentia aconiti.*

Figura ſpeciei cuiuſdam Aconiti.

B



C

Sunt etiã in arborum genere venena: exemplo erunt Taxus & Nux. Iumẽta ſi Taxi folia comederint, emoriũtur. At homines ſi ſub ea dormiãt, aut in eius vmbra ſubſideant, læduntur, & ſæpenumero moriuntur. Si v. ederint, alui profluuio corripiuntur dyſenterico, frigore per vniuerſum corpus, & ſtrãgulatu ex faucib. Quæ omnia Taxus facit nõ tam elementari & frigida qualitate, quã occulta malignitate, qua humores corrupit, & inteſtina abradit: huic eadẽ, quæ cicutæ cõueniunt, remedio n. eſſe generoſum vinum epotũ, Nicander prodit. Eſt quoq; in nuce arbore venenũ, quod ſe expertũ Greuinus teſtatur, dum imprudens ſub ea conſediſſet, dormiuiſſetq; media æſtate. Experrectus enim frigoris ſenſum toto corpore imbuit, capitisq; grauitatẽ, & ſenſuum dierũ dolorem. Eadem, quæ & aduerſus Taxum, proſunt. *A taxo ſymptomata. In nuce arbore eſt venenum.*

Quæ ſint & dicantur Bezahardica. CAP. XXXVI.

QVia Bezahardi in ſingulorũ venenorum remediis exponendis frequens à nobis facta mentio eſt, quid ſibi velit id nomen & quæ eius ratio ſit, ſi expoſuero, operæpretium fecero. Venenũ abſolute, id eſt, *quod ſpecifica quadam, & naturæ noſtræ inimica antipathia vitã rapit*. Itaq; antidota & alexiteria Arabib. patria & vernacula lingua Bezahardica dicta ſunt, quaſi vitæ tutamina. Græcis, Latiniſq; id nomẽ ignotum, ſolis Arabibus & Perſis celebratũ eſt, quia inde res ipſa primum venit: quemadmodũ eſt diſerte à Garcia de Hortis Medico Proregis Indiæ enarratũ, *in hiſtoria*, quã edidit *de Aromatibus & Simplicib. Indic.* *In Perſia* inqt, *& In illa qua ſita regione, viſitur hirci genus, dictum Pazain* (itaq; proprie loquẽdo lapis dici deberet Pazar, ex dictione Pazain, quę Hircum ſignificat: ſed nos corrupto vocabulo Bezar dicimus) *colore ſeruiſſim, altitudine mediocri, in cuius ventriculo concreſcit calculus Bezar, in formã coaguli. Senſim vero augeſcitur circum feſtucam laminatim, inſtar tunicarum cępæ, ſic vt prima lamina ſublata, quæ ſequuntur, clariores & ſplendidiores, quo vlterius progreſſio fit, appareant: quod inter cætera boni Bezahardi, ac minime adulterini eſt argumentum. Varius vt lapis formis viſitur, fere tamen glandis figura eſt aut oſſiculi dactylorũ, coloris nunc ſanguinei, nunc mellei, aliàs ſubflaui, ſæpius tamen viridis nigrantis, qualis color in his, quæ Mala inſana dicuntur, vel in fellibus zibetam ſundentibus lucet. Nullum in ſui medio cor ſeu nucleum habet hic lapis, ſed parte caua puluiſculum eius loco inſitum continet, iiſdem ſecum viribus præditum. Cæterũ leuis eſt & haud ita durus: verum, qui facile ſcalpi & limari poſſit, alabaſtrita modo, adeo vt liqueſcat diutius in aqua maceratus: initio vulgaris apud nos, nec magni admodum pretii erat, quia noſtrates, qui in Perſia negotiabantur, facile illum recuperabant. At poſtquam eius vires innotuere, rarior & carior eſſe E cœpit, cauto Regum regionis cautum, ne quis hircum peregrinis negotiatoribus venderet, niſi prius iugulatum, lapide ſtatim detracto ad Regem deferendo. Ex notis, quibus hic lapis probatur (multi enim adulterini huc ad nos importantur) prior iam expoſita eſt, altera eſt, quod digitis compreſſus flatu oris tubulum corio inſtat inflatur: nam ſi flatum perrumpit, nec in eius denſitate ſubſiſtit, pro adulterino habetur. Vtuntur eo, noſtro exemplo edocti, non aduerſum venena modo, ſed & contra ferarum virulentarum morſum. Purgantur bis in anno ditiores regionis, Martio ſcilicet & Septembri menſe: Quinque inde diebus continuis huius lapidis in aqua roſarum macerati, puluiſculum granorum decem pondere in ſingulas vices ſumunt: hoc enim remedio iuuentutem ſibi & membrorum robur conſeruari putant. Sunt, qui potius triginta granorum aſſumunt: cautiores tamen duodecim grana non excedunt.* *Quid venenum abſolute. Signum veri Bezahardi. E lapide vero bezahardi. Vſus bezahardi.*

Addit idem author, fœliciſſime ſe vti ſolitum eiuſmodi puluiſculo in morbis melancholicis inueteratis, vt prurit. tuſſi, ſcabie, impetigine, & lepra: itaq; eadem ratione ſalubriter aduerſus quartanam febrem adhiberi poſſe. Se præterea pro comperto habere, ſcobem illum, qui in meditullio lapidis concluſus iacet, a ſpectum morſibus ferarum virulentarum, virulentiæ protinus periculis ægros liberare, qui & anthracibus peſtilentibus rupta vomica impoſitum vniuerſum virus peſtilens exigere. Quoniam vero variolarum & rubeolarum morbus Indiæ eſt epidemius, læpe vero & pernicioſus, aduerſum eiuſmodi morbillos fœliciter quotidie ſumitur duorum granorum pondere in aqua roſacea. Huic Garciæ Medici ſententiæ ſuffragatur Mathiolus, teſtatus ſe pluribus experimentis compertum habere, lapide hunc longe magis præſtare aduerſum deleteria venena, quam cætera non modo huius facultatis ſimplicia medicamenta, ſed etiam quam theriacalia, & alia quæuis antidota. Suffragatur & Abdalanarach: *Lapidem, inquit, quem vocant Bezahar, iam ipſi vidimus apud filios Almiramamoli cuſtodes legis Dei: pro quo lapide is magnificam ac prope regiam ædem Corduba rependit.*

Iactabat ſuperioribus annis coram Carolo Rege, tum apud Claromontanos Aluerniæ agente, huius lapidis aduerſum omnia venena certiſſimas vires nobilis quidam, penes quem ex eo genere vnus erat Hiſpania importatus. Quærenti tum ex me Regi, Num quod eſſet alexiterium, quod contra deleteria omnia pariter æqualiterque valeret, Reſpondi, nequaquam id naturam admittere: neq; enim venenorum omnium ſimiles eſſe effectus, neque ab eadem cauſa manantes: quædam enim ab occulta & ſpecifica totius naturæ proprietate agere, alia ab elementari aliqua qualitate præcellente. Itaq; ſuo cuique ſuum & proprium contrarium opponendum eſſe, calido frigidum, eique quod formæ proprietate occulta oppugnaret, aliud, quod eadem vi propugnaret. facile vero eſſe eius rei periculum facere in facinoroſis cruci damnatis. Placuit Regi conditio. Adductus eſt a Latrunculatore coquus, qui ob pelues argenteas duas furto in domini ædibus ſubductas, patibulo breui affigendus erat. Retulit tamen ex eo ante Rex voluit, Num venenum ſumere vellet, ea lege, vt ſi alexiterium, quod vires diuinas contra venena omnia habere dicebatur, ſtatim ipſi à veneno exhibendum eum à morte vindicaret, vita illi ſarta tectaque eſſet. Alacriter aleam illam ſubiturum ſe reſpondit coquus, grauiora etiam non redimendæ modo vitæ, ſed & infamis mortis vitandæ gratia ſubiturus. Ergo a Pharmacopola, qui tum in officio erat, exhibitum illi fuit venenum, exemploq; à veneno Hiſpania aduectum bezahardicum. Quibus ingeſtis mox vomere cœpit, & per inferiora multa cum diris torminibus excernere, inclamareque ſibi igne quodam viſcera peruri. Itaque aqua ſitienti & poſcenti oblata eſt: horam vnam poſt cum bona Latrunculatoris venia ad ipſum intromiſſus, hominem comperio in terram prouolutum, manibus pedibusque feræ more gradientem, lingua ab ore exerta, flammeis oculis, vomitantem cum frigidis ſudoribus copioſis, ſanguine denique per aures, nares, os, anum, & vrethram manante. Exhibui haurienda olei vncias octo, ſed nihil opis attulit, id enim tardius venit remedium. Itaq; magno cum cruciatu & vlulatu tandem mortuus eſt, cum vix ſeptima à ſumpto veneno hora eſſet exacta. Cadauer præſente Latrunculatore, & quatuor aliis diſſecui, comperique ventriculi fundum tanquam ab inuſto cauterio atrum, aridumque. ex quo intellexi ſublimatum ipſi fuiſſe exhibitum: cuius vim, bezahardicum Hiſpanicum eludere non potuit. Rex id in ignem damnauit.

Lib. 5. in Dioſcor. cap. 73.

Hiſtoria.

Nequaquã vnum aduerſus omnia venena eſſe poſſe alexiterium.

Sublimati vis cauſtica.

De Metallicis venenatis. Cap. XXXVII.

Metallica vel è terræ viſceribus eruuntur, vel ex fornacibus petuntur. Horum permulta ſunt venenata, vt arſenicum, ſublimatum, gypſum, ceruſa, lythargyros, ærugo raſilis, auripigmentum, limatura ferri, æris, magnetis, calx & ſimilia.

Qui ſublimatum ſumpſerunt, his lingua & fauces tam conſtringuntur & exaſperantur, quam ſi acerborum acinum mecum ... nt. illam aſperitatem lenientibus collutionibus emendare, niſi multo labore & tempore poſſibile non eſt: nam ſimul atque in ventriculum deſcendit, contra adhæreſcit: Itaq; breui poſt rodit atque exulcerat: ſitim inexhauſtam & angores inexplicabiles infert: linguæ tumor, deliquium cordi, vrinæ ſuppreſſio, thoraci dyſpnœa, ventri tormina, artubus omnibus conuulſiones adeo ingentes ſuperueniunt, vt niſi ſuccurratur, moriantur ægri: mox enim ipſis inſuper, niſi mature cohibitus fuerit, veneni furor edax & igneus, laniata cum ventriculo inteſtina, & pertuſa, tanquam à candente ferro denigrantur, & auribus, naribus, ore, vrethra, & ano ſanguis profluit, ac tum deſperatæ res ſunt. Hi & quicunq; ſimiliter corrodentia medicamenta hauſerunt, iiſdem omnibus remediis curantur, quibus illi, qui Cantharides ſumpſerunt.

Ærugo raſilis ſic reſpirandi inſtrumenta obſtruit, vt ſtrangulentur, qui deuorarint. Curantur iiſdem remediis, quibus illi, qui Arſenicum ſumpſerunt.

Lithargyros, ſeu argenti ſpuma, ventriculi & ſtomachi pondus infert, vrinam ſupprimit, corpus tumidum & liuidum facit. Medemur his malis citato ſtatim vomitu, moxque fimo columbino in vino generoſo diſſempérato propinato. Petrus Aponenſis iubet exhiberi oleum amygdalarum dulcium, & caricas. Vtile eſt etiam clyſmata relaxantia & humectantia exhibere, aluumque butyro recenti aut oleo liliorum inungere.

Squama æris bibita, alui fluxum & vomitus ob ſtomachi tormina inuehit. Remedio eſt, ſi æger ſtatim vomat, ſin balneum deſcendat ex limacum decocto paratum, ſi butyro & oleo liliorũ ventrem & thoracem inungat ac clyſmatibus relaxantibus & humectantibus ſollicitetur aluus.

Magnes dementat eos, qui ipſum ingeſſerint. Alexiterium eius eſt ſcobs auri & ſmaragdi in vino generoſo epotus, clyſmata ex lacte & oleo amygdalarum dulcium.

Limatura plumbi, & ferri ſcoria, ſeu ſtercus, aut recrementum, magnorum his, qui ſumpſerunt, cru-

A ſublimato ſymptomata.

Ærugo raſilis.

Lithargyros.

Squama æris.

Magnes. Limatura plumbi & ferri.

A ...tormentorum cauſæ ſunt. Quibus medemur multo lacte & butyro recenti liquato, vel oleo amygdalarum dulcium ſine igne extracto, clyſmatibus relaxantibus & humectantibus ad doloris integram vſque leuationem.

Riſigallum, quia naturæ eſt calidiſſimæ & ſicciſſimæ, ſitim ardoremque totum in corpus infert, tantamque humorum omnium colliquationem, vt etſi præſidiis mature adhibitis ægri mortem effugiant, reliquum tamen vitæ membris ad ſolita munia vti nequeunt, eorum vigore deſtituti, propter ingentem reſiccationem, & articulorum contractionem. Alexiterium eſt oleum de nucleis perſicis mature ad ſelibram vſque exhibitum, inde vomitus, poſtea multi lactis potus, ex eodemque clyſmata & iuſculorum ſorbitiones pingues. *Arſenicum ſeu Riſagallum.*

Calx viua & auripigmentum, Arſenicum Græcis dictum, epota ſtomachum & inteſtina ſummo cum doloris cruciatu arrodunt, ſitim inexplebilem, faucium & gulæ aſperitatem, dyſpnoeam, iſchuriam & dyſenteriam inuehunt. Adiuuantur omnibus pinguibus, humectantibus, & relaxantibus, adeoque acrimoniam obtundentibus, potioribus lenientibus, & aluum lubricam reddentibus, tum etiam cremoribus, atq; ſeminum quorundam mucilaginibus, vt decocto ſeminis lini, maluæ, biſmaluæ, & *Calx viua, auripigmentum ſeu arſenicum.*
B aliis in Cantharidum curatione fuſius expoſitis.

Aquæ illi omnium acerrimæ, qua aurifices & chymiſtæ aurum ab argento ſeparant, omnino difficilis curatio eſt, quod illico in totum corpus diffundatur, peruſtis ante gula & ſtomacho: mederi tamen eadem arte licet, qua calci viuæ & auripigmento. *Aqua fortis chymiſtarũ.*

Ceruſa ſingultus ciet, tuſſimq; linguam aridam facit, & corporis extremas partes frigore torpentes, oculos grauitate nutantes. Ægri ſæpiſſime media luce varium phantaſma, quod reipſa nullum eſt, cernunt, vrinam nigram redundant, ſæpe & cruentam, ſuffocati moriuntur, niſi quis auxilium adhibuerit. Auxilium eſt Aetio & Auicennæ ſententia ſcammonium ex mulſa potum, aliaque diuretica, eaque etiam, quæ vomitus & aluum cient. *Ceruſa.*

Gypſum, quia in ventriculo receptum lapideſcit, propterea ſtrangulationem creat, conſtrictis & obſtructis reſpirandi inſtrumentis. Iiſdem remediis ex eo ingeſto curantur ægri, quibus qui ex fungorum eſu laborant, aut ex ceruſa. Addendus in clyſmata adeps anſerinus, oleoque liliorum & butyro venter inungendus. *Gypſum.*

C

De Argento viuo. CAP. XXXVIII.

ARgentum viuum id nominis habuit, quia argentum colore refert, & in perpetuo eſt motu, quaſi animante anima & Endelechia præditum. Magna de ipſius natura authores controuerſia eſt. Plerique enim illud calidum adſtruunt: inter quos eſt Galenus, Halabbas, Rhazes, Ariſtoteles, Conſtantinus. Hachaias, Plateanus, Nicolaus Mad., opinioni ſuæ fidem faciunt, argumento ex iuuantibus & lædentibus ſumpto. Præterea ex eo, quod partium tenuitate tanta polleat, vt metallica denſa & dura penetret, diſſoluat, omneſque caloris effectus proferat: nempe attenuet, incidat, ſiccet, ore ſaliuam, aluo fæces, veſica vrinam, & toto corpore ſudores promoueat, nec tenuiores modo humores ciet, ſed & craſſos, lentos ac viſcidos, vt lue venerea tentati experiuntur, hoc illitus aut emplaſtra adhibito. *Ratio nominis.* *Lib. 4. ſimp. in 2. pract. cap. 148. 3. ad Alm. 4. Meteor.*

Alii id ſumme frigidum affirmant, ſummeque humidum, quia ſtupefaciendo dolores ſedat in emplaſtris appoſitum, inhibita puſtularum, inflammationumque bilioſarum acrimonia. Humiditate vero ſua ſcirrhoſos tumores emollit, concretiones diſſoluit & liquat, vt in tophaceis, nodoſiſque tumoribus apparet: quin & perunctis anhelitus animæq; fœtorem inducit, non alia ratione, quam quod humores obuios ſumma ſua humiditate putrefacit. Sententiam hanc confirmant Auicennæ experientia, qua in Simia, quæ argentum viuum ebiberat, ſanguinem circa cor concretum eſſe inuentum diſſe-
D ctione [illegible] affirmat.

Quibus rationibus motus Matthiolus ſcribit argentum viuum exceſſu ſumme frigido & humido homines interimere, ſi largius bibatur, quia ſanguinem, vitaleſque ſpiritus congelet, tandemq; ipſam cordis ſubſtantiam, quemadmodum Pharmacopolæ cuiuſdam apud Conciliatorem narrata hiſtoria intelligere licet, qui ob ſitis reſtinguendæ cauſa ebauſto argenti viui pleno vaſculo, id enim primũ ſe obtulerat, [illegible], paucis poſt horis interiit, reddita ante eiuſmodi argenti viui per anum portione multa, reliqua vero in eius diſſecti & exenterati ventriculo inuenta ponderis libræ vnius, reperto præterea ſanguine circa cor concreto. Alii frigiditatis argenti viui alia argumenta ſtatuunt, ex eius nempe compoſitione ſumpta, quia ex plumbo & aliis metallis frigidis conſtet. Sed debile id cenſendum eſt argumentum. Calx enim viua ex ſilice & lapidea materia, quæ frigida eſt, coaluit, & tamen cauſtico calore præpollet. *In l. 6. Dioſc. cap. 28.* *Hiſtoria.*

Paracelſus argentum viuum ſtatuit interiore ſubſtantia calidum, externa vero frigidũ eſſe, nempe quale ex fodinis [illegible], frigidum eſt. At arte præparatum frigiditate illa exui, ſolamq; apparere, & relinqui caliditatem, ita vt metallorum tranſmutationi tincturæ loco ſit. Et certe ratum habetur id apud
E Chymiſtas, metalla omnia extrinſecus frigida eſſe, propter aqueam, quæ illic dominatur, ſubſtantiam: intrinſecus vero calore multo eſſe prædita, qui tum apparet cum frigiditas ſimul cum humiditate ſecernitur, calcinatione enim cauſtica euadunt. *Li. 4. de nat. rer.*

Multis præterea pro venenato habetur argentum viuum, repugnat tamen experientia: narrat enim Marianus Sanctus Barolitanus viſam ſibi mulierem, quæ certis de cauſis & affectionibus, pluribus vicibus argenti viui ſeſquilibram hauſerit, quam ſine noxa per aluum reddebat. Quinetiam multos ſe nouiſſe, qui in ileo deſperato (quem Miſerere mei nuncupant) imminente morte liberati ſint, hauſtis argenti viui cum aqua ſola libris tribus. Pondere enim ſuo inteſtinum velut vinctum expedit *Tr. de caſu & offen.*

&euo-

& euoluit, præduraſq; & obſtruentes fæces deorſum deturbat: addit & valuiſſe in colico affectu apud A
alios id medicamentum trium vnciarum pondere hauſtum. Scribit Antonius Muſa, ſibi familiare eſſe argentum viuum puerulis ex vermibus moribundis exhibere. Confirmat id Auicenna, aſſerens argenti viui potum multis fuiſſe innoxium: itaq; id ipſum vnguentis ſuis ad puerorum tineam & ſcabiem admiſcet, ex quo manauit in vulgus ruſticorum remediū, vt argento viuo cum butyro aut axungia mixto, & capiti illito pediculi extinguantur. Affirmat Matthiolus, videri plerique ſummum id, & extremum remedium parturientibus mulieribus, quæ parere nequeunt. Sancte affirmo, me, quo de hac controuerſia mihi conſtaret, periculum feciſſe in canis catulo exhibita argenti viui libra vna, quam epotam innoxie per aluum deiecerit. Ex quibus licet intelligere, id venenatæ qualitatis omnino eſſe expers. Certe vnicum id eſt luis venereæ & verum alexiterium, vlceribus præterea malignis valde accommodatum remedium, vtpote quorum malignitatem validius expugnet, quam alia quæuis primis qualitatibus agentia medicamenta. Imo ad ſcabiem illam contumacem, quæ vulgo *Malum ſancti Manu* dicitur, non eſt aliud præſentius remedium. Quin eſt à Guidone ſcriptum, ſi eo oblita lamina plumbea vleeri imponatur aliquandiu & conuenienter deligetur, oratum calloſam duritiem remolliri, ipſumq; ad cicatricem perduci, quod & ſæpius eſt à me expertum. B

Ad parturientes remedium ab argēto viuo.

Ad malum S. Manu.

Profecto ante Guidonem Galenus valde commendauerat argentum viuum ad vlcera maligna & cancros, nec vero plumbum (quod plerique venenatum adſtruunt, quia plurimo dicitur conſtare argento viuo) Galenus adſtruit venenatum: ſed hoc tantum prodit, aquam, diutius in fiſtulis & vaſis plumbeis cunctantem, propter cænum, quod in plumbo colligi ſolet, dyſenterias inferre, quod idem æri cupro contingeret: alioqui haud innoxie plerique tot annos glandes plumbeas imo corpore ſuo circumtuliſſent, & quotidie circumferrent. At argentum viuum quantam vim habeat reſoluendi, & dolores inflammatorios ſedandi, ſequentibus hiſtoriis eſt à Theodorico Herco comprobatum. *Non ita pridem*, inquit, *puero Doctoris cuiuſdam Medici ſuborti erant parotides cum ingenti tumore, calore, dolore & pulſu. Huic de communi Medicorum, qui aderant, ſententia medicamentum impoſuit anodynum, cuius tanta fuit vis, vt primo apparatu tumor manifeſte reſederit, dolor vero valde minuerit. Secundo apparatu remiſſiora rurſum facta ſunt omnia. Tertio cum cataplaſmatis anodyni tantas vires admirarer, animaduerti admixtum ipſi eſſe argentum viuum, contigiſſeque id incuria Pharmacopolæ, qui ſimplex anodynum à nobis præſcriptum medicamentum, miſcuerat in mortario, in quo paulo ante vnguentum, argentum viuum recipiens, admixtum fuerat, reliquiis eius ibidem & adhuc adhærentibus reliquiis. Id quod ſemel caſu fœliciter contigerat, in conſilium poſtea verſum eſt. Simili enim morbo nobili cuidam mulieri laboranti, & regionem omnem, quæ pone aures eſt, ac præterea gulam, genaque multam partem occupanti, cum natura remediis communibus adiuta, nec reſolutione, nec ſuppuratione, materiam concluſam dolore & pulſu grauiter diuexantem, vacuare poſſet, de Medicorum conſenſu ante vſurpatis medicamentis, argentū viuum admiſcui, ſicque paucis poſt diebus digeſtus tumor reſolutione euanuit.* At neruorum robur exoluit, dicet aliquis, vt cernere eſt in his, qui eo ob luem veneream obliti, artubus omnibus in vitæ reliquum contremiſcunt. Verum id quidem, ſi quis eo intemperantius ſine modo & morbo, qui tantum remedium requirat, fuerit vſus: ſic enim inauratores, plumbi fuſores, eoſque, qui in fodinis operam præſtant, aſſiduo vaporum argenti viui ad cerebrum, neruorum principium contentu, reſolutis ſpiritibus, diſſipatoque humido radicali & ſubſtantifico, neruorum tremori obnoxios cernimus. Profecto ſi extinctum & concorporatū axungiæ ſuillæ, panni oræ oblinatur, quæ cinguli inſtar corpus cingat, abiguntur pediculi, pulices & cimices: illitum vero vmbilico vermes conterit in inteſtinis. C

Lib. 7. de comp. med. ſec. locos.

Hiſtoria.

Ad parotides.

Hiſtoria.

Contra pediculos.

Contra vermes.

Argenti viui ſpecies.

Duæ ſunt argenti viui ſpecies, naturalis vna, artificialis altera. Naturalis per venas, viſceraq; ſubterranea diffluere cernitur, reperiturque inter metalla, & in fornicibus fodinarum argentearum. Artificialis fit ex minio, vt eſt apud Vitruuium, & ex ſcobe eboris. Veriſimile quoque eſt, ex omnibus id metallis elici poſſe artificio quodam, præſertim vero ex plumbo & cinabari. Has ſpecies colore fuſco & nigrante, ſubſtantia lenta & craſſa, quæque dum fluit, veſtigium lentum, adipis fuſi inſtar relinquit, tanquam plumbi excrementum facile diſtinxeris. D

Rationes expurgandi argēti viui.

Omnium probatiſſimum argentum viuum eſt purum, clarum, tenue & candidiſſimum: expurgatur plumbea fæce, tenuiuſque redditur elixum in acri aceto, cum ſaluia, roreinarino, thymo, lauendula. Vel catulo libræ pondere in ſingulas vices datur epotandum, per anumque deiectum rurſum in aceto elixatur: ſic enim vires admirandas ſortitur, effectus parit mirabiles opportune exhibitum, nihil ipſi magis contrarium eſt igne: Ignis enim vi argentum viuum natura ſua ponderoſum ſuperiora ſcandit, aurumque deſerere cogitur, quo ipſi nihil eſt amicius.

De cornu Vnicornis. CAP. XXXIX.

PErmulti hodie ſunt, qui egregie ſe aduerſum venena, veneficiaque omnia putant munitos, ſi cornu Vnicornis puluiſculum, vel certe infuſum paratum & ad manum habeant. Itaque me operæpretium facturum putaui, ſi quantum veritatis inueterata hæc & penitus hominum animis inſidens opinio haberet, examinarem diligentius. Id quo fiat melius, tres mihi ſcopos ipſe proponam, in quos omnes rationes conferam. E

Primus erit de ſignificatione vocabuli Vnicornis.

Secundus, an aliquid ſit huic nomini ſubiectum, quod reuera exiſtat, an potius imaginarium ſit, & tanquam Chymæra aut Tragelaphus.

Tertius, ſi id, quod animalis eiuſmodi dicitur eſſe cornu, aliquid virium & facultatis habeat contra venena.

Quod ad primum attinet, de dictione Vnicornis obſcuritas paulo maior eſt, quid ſignificet apud

Gallos,

A Gallos, quam apud Latinos aut Græcos. Receſſit enim Gallica dictio longius à voce & ſignificato: at apud Latinos quod dictione Vnicornis, animal ſignificetur vnico cornu inſtructum, tam clarum & perſpicuum eſt, quam vulgo notum idem illud portendi apud Græcos, dictione Monoceros.

Quid ſignificetur nomine Vnicornu.

Quod vero ad ſecundum ſcopum ſpectat, arbitror, id animal, quod Vnicornis dicitur, & vulgo intelligitur, imaginarium quid potius eſſe, quam in rerum natura exiſtens. In quam ſententiam his potiſſimum coniecturis ducor: quod ex iis, qui terrarum orbem peragrarunt, nullus hodie ſit, qui profiteatur viſum ubi eiuſmodi animal. Profecto Romani domito orbe, omnium, quæ rara adeoq; pulchra eſſent, inquiſitores diligentiſſimi, ſi vſpiam aliquo orbis in angulo talis latuiſſet fera, eius ſibi copiam feciſſent, & nummis illam aut armis inſculpſiſſent, quemadmodum Crocodilos, Elephantes, Aquilas, Pantheras, Leones, Tigres, & alia his regionibus ignota animantia inſculpſerunt.

Quod Vnicornu, quam ita dicitur fera, non exiſtat.

Quod ad eos, qui de Vnicorni ſiue audita, ſeu tradita, ſeu animo ad voluptatem & arbitrium concepta ſcripſerunt, vix duos reperias, qui ſibi conſentiant, ſeu in corporis ſeu in morum & conditionum eius deſcriptione. Plinius ſcribit, Vnicornes reliquo corpore equo ſimiles eſſe, id eſt, vt interpretatur Cardanus, equina magnitudine, capite Ceruo, pedibus Elephanto, cauda Apro, vno cornu nigro media fronte, cubitorum duum. Munſterus, qui vt laudat Mathiolus, Vnicornes nunquam niſi pictas viderat,
B has contra non equina magnitudine eſſe prædicat, ſed iumentis ſimili, non pedibus elephantinis, ſed fiſſis caprinorum in modum, cornu non duum modo, ſed & trium ſæpe cubitorum altitudinis, colore muſtelino, ceruice non admodum procera, nec valde criſtata, rarioribus nempe & breuioribus pilis inſtructa, ex altero tantum latere pendentibus, cruribus macilentis & tenuibus, naribus quidem arctis, ſed valde piloſis. Cardanus ab vtroque diſſentiens ſcribit cornu illi in media fronte tres tantum digitos longum prominere.

Lib. 8 c. 21.

Munſteri de Vnicornibus opinio.

Andreas Theuetus meminit Vnicornis, viſæ nobili cuidam Turcæ Sengiaco, quæ magnitudine ſemeſtrem aut quadrimeſtrem Taurum æquaret, vnico vero cornu non in media fronte, ſed in ſummo capitis vertice geſtaret, at cruribus & pedibus aſininis eſſet, pilo tamen longiore, & auribus Rangifero animali ſuperioribus noto haud abſimilibus, tanta eſt de huius feræ effigie varietas. Sed non minor de moribus & ingenio. Plinius enim aſperrimam eſſe feram Monocerotem, mugituq; graui ſcribit, itaque viuum nunquam capi. Aſperitatis eius rationem reddit Cardanus, quod ſcilicet indigena ſit & incola deſertorum Æthiopiæ regionis, ſqualidæ, fœdæ, buffonibuſque & virulentis eiuſmodi feris obſitæ.

Tom. 1 lib. 5. ca. 5 coſm.

Alii contra ingenio illam mitiſſimo, omninoque amabili, & omnium faciliſſimo prædicant, mo-
C do ne quiſpiam data opera offendat, & inclementius tractet. Nam cum ex terra capite demiſſo paſtum non petat, quia cornu tanta arcetur longitudine, neceſſe eſt, vt ex arboribus pendentes fructus decerpat, ex tractis, e manu denique humana, è qua profecto fructuum omnia genera, herbas, ſpicarum faſciculos, poma, pyra, aurantia, legumina intrepide & innoxie legit. Eo vero vſque res proceſſit, vt fingant eam virginum amore capi, ipſarum pulchritudine delinita, adeo vt in earum contemplatione defixa, & blandimentis allecta, hoc ſæpe compendio a venatoribus capiatur.

In hac ſententia eſt Ludouicus Vartomanus, negans feroces eſſe Vnicornes: duas enim ait vidiſſe ſe ex Æthiopia miſſas ad Saltanum, qui eas in Mecha ſelicis Arabiæ vrbe, Mahumetis ſepulchro nobili, cratibus conclauſas continebat & alebat. Theuetus euſque peregrinando iactat, diligentiſſimeque ab incolis ſe perquiſiuiſſe quid ſentirent de eiuſmodi fera, nunquam tamen de ea reſciſſe quidquam potuiſſe. Ex quo videre facile eſt, deſiiſſe noſtris, nec Vartomani temporibus eiuſmodi feras. Opinionum profecto tam diſſentientium tanta contrarietas, facile adducit me, vt credam, Vnicornis haud eſſe proprium animalis exiſtentis in rerum natura nomen: remque plane commentitiam eſſe à pictoribus, & rerum naturalium ſcriptoribus ad legentium aut ſpectantium voluptatem pro arbitrio effictam. Vt enim via recta vna eſt, flexus vero multi: ſic veritatis vna eſt, ſibi perpetuo ſimilis & ſimplex oratio,
D mendax multiplex, & quæ ſe opinionum repugnantia & diſſimilitudine, omnibus etiam tacentibus, facile refellat.

Vartomani de Vnicornium ingenio ſententia.

Quid igitur, dicet aliquis, eiuſmodi animantium ſunt cornua, quæ toto genere à reliquis differre cernimus, ſi Vnicornium non ſunt? Theuetus cenſet, ea nihil eſſe aliud, quam Elephantorum oſſa, & eo, quod cernimus, artificio circinata & donata: ſic enim in Orientalibus regionibus Ardeliones iſti & circumforanei homines, Rohardi piſcis mari Rubro & Æthiopico noti dentes, circumagunt, excauant, ſequaceſq; arte redditos libera voluntate producunt, & pro cornu Vnicornis exponunt, venduntque. Certe id, quod dicitur Cornu Vnicornis vſtum, ſimilem ebori odorem ſpirat. Aſſerit vero Cardanus Elephantis dentes ſera quadam arte mollia reddita, quo & quantum voluerimus ſequi & extendi bubulorum cornuum inſtar. Quid enim eſt in omni rerum natura, quod non auri ſacra fames in huius aut illius effigiem ſimulata expreſſaq; imagine adulteret?

Cuiuſmodi ſint Vnicornium, quæ iactantur, cornua.

Sed tempus eſt vt ad tertium ſcopum veniamus. Demus Vnicornes eſſe, an propterea efficitur, eorum cornua tantæ aduerſum venena & venenata eſſe efficaciæ? Si experientia & rerum euentis agendum eſt, tandem hoc affirmare poſſum, plures me tentaſſe, nunquam tamen quicquam ex cornu iſto,
E quod pro Vnicornis iactatur, aduerſum venena feliciter ægris mihi commiſſis ſucceſſiſſe. Si teſtibus & authoritatibus pugnandum, magna pars melioris notæ Medicorum iam pridem hoc cornu valere iuſſit, & diuinas illi admirandaſq; vires, propter quas antea tantopere expetebatur, detraxit, multis quidem iuſtis, ſed duabus potiſſimum rationibus.

Vnicornu cornu non eſſe efficax contra venena.

Prima eſt Rondeletii, qui hoc in genere adſtruit, cornua nullo neque ſapore, neque odore eſſe prædita. Itaque nihil virium in re Medica poſſidere, niſi forte ad deſiccandum. *Nec me latet*, inquit, *plures*

Li. de pond. cap. 19.

plures facultates illarum prædicari ab iis, qui lucrum, quæſtumque de iis faciunt: vt & raſura Vnicornis, quam auro penſant, propterea quod venenis & vermibus vt plurimum aduerſetur. Quod non minus præſtare cornu cerui, raſuramque eboris exiſtimo: quæ cauſa eſt, cur ad eundem morbum pauperibus Elephantis dentem, diuitibus autem cornu Vnicornu, quod vnum præ cæteris expetunt, pari ſucceſſu præſcribam. A

Cornua oſſaque nulla niſi deſiccandi vires habere.

Hæc Rondeletii ſententia eſt, qui ſine diſcrimine pro vnicornis cornu ſolebat ſubſtituere nonmodo cornu cerui aut dentem Elephantis, ſed etiam oſſa equina, canina & myrobolanorum.

Altera ratio eſt, quod quicquid venenis reſiſtit, eſt cardiacum, id eſt, cordi quod venena præſertim appetant & oppugnant, roborando inimicum: at nihil roborandi cordis vim habet, propter laudabilem ſanguinem & aerem, quia duo illa ſolum cordi ſunt familiaria, vtpote ſanguinis arterioſi & ſpirituum vitalium officinæ. Conſeruantur enim omnia ſimilibus, vt deſtruuntur à contrariis, ſingula vero, quæ gignunt, gignunt ſibi ſimile. At cornu Vnicornis vt nullum odorem, ſic nec vllum in ſe aerem continet totum terreſtre & aridum. Nec vero facultatis concoquentis vi in ſanguinem verti poteſt, quia vt exuccum, ſic & excarne eſt: Quare vt nec in chylum, ſic nec in chymum ſanguinemve faceſſere aptum eſt. Nulla igitur ſimilitudine aut familiaritate cordi iungitur. Iam vero apud Hippocratem & Galenum de cornu Vnicornis ne verbum quidem vnum, qui tamen tot ſententiis cornu ceruinum commendarunt. B Itaque Capellanus primarius Caroli noni Regis Medicus, crebro dicere ſolebat, ſe perlubenter eum morem ſublaturum, de cornu Vnicornis fruſto in pateram regiam demergendo, ni noſſet, eam opinionem tam alte in hominum animis infixam eſſe, vt vereretur, ne non ratione expugnari poſſet. Adde quod (dicebat) ſi ſuperſtitioſum eiuſmodi remedium non prodeſt, certe nec admodum obeſt. niſi forte eorum fortunis, qui id auro redimunt, vel etiam ex euentu, quod principes dum decantatis huius cornu viribus plus æquo confidunt, negligunt ſibi aliis conuenientioribus aduerſum venena remediis cauere.

Superſtitioſum remedium.

Ita ſæpe incautos mors inopina rapit.

Cum aliquando ex Ludouico Dureto Regis Medico & Profeſſore, propter excellentem, quam iure de eius doctrina docti omnes animo cõceptam habent opinionem, quæſiuiſſem, quid de eiuſmodi cornu ſentiret: Reſpondit ille, nihil ſe ei virium attribuere. In cuius rei confirmationem ſecundam rationem multis ante verbis expoſitam, pluribus ille & diſertius enarrauit: nec vereri ſe in auditorio ſuo, doctorum hominum vndique ad ipſum audiendum concurrentium theatro, id alta voce & explanata oratione prædicare. Quod ſi quando temporum & conſuetudinis vitio victus id cornu præſcriberet, non alio ſe id conſilio facere, quam, vt mederetur animi deliquiis, quæ contingunt ex ſeroſorum humorum in ventriculi orificio natantium copia, quæ incompoſitos homines facit: quod huic cum aliis pari facultate præditis mixto, vis inſit terreſtri ſua ſiccitate aquoſi humoris abſorbendi. C

Quibus cordis paſſionibus cornu Vnicornu vtile.

At dicet aliquis, nullus neque Lemniæ, neque Armenæ terræ ſuccus ineſt, nullus item odor aut ſpiritus aereus. Certe quidem. Sed nec talia vere & proprie cardiaca dicuntur: at tantum ex euentu & accidenti, quia ſcilicet adſtringendi vi, qua pollent, obſeratis vaſorum ductibus, veneno ad cor aditum intercludunt. Hæc mea eſt de cornu Vnicornis ſententia, quam ſi quis non probauerit, mihi gratiſſimum fecerit, ſi ſuam publicæ vtilitatis gratia candide oppoſuerit: interim hoc, quod nunc facio, æqui bonique conſulerit.

FINIS LIBRI VIGESIMI.

D

DE PE-

E

A

DE PESTE.

LIBER VIGESIMVS PRIMVS.

B

Peſtis deſcriptio. CAP. I.

PEſtis *morbus eſt ferus & contagioſus, qui ſub vulgarium ſpecie paſsim in bruta & homines inuolans, multos de medio tollit, febris continuæ, bubonum, anthracum, exanthematum, nauſeæ, vomituum, & aliorum eiuſmodi malignorum accidentium comitatu cinctus.* Perniciosus eſt hic morbus non tam qualitate elementari, quam venenata quadam malignitate, cuius vires communis putredinis conditionem ſuperant. Quanquam negare nolim, certis illam corporibus, temporibus, & regionibus magis noxiam eſſe, quemadmodum & plerique alii morbi, de quibus meminit Hipp. Sed hic tantum colligere licet, peſtis vim & diritatem augeri aut minui poſſe pro concurrentium qualitatum elementarium conditione, non autem omnem eius inde naturam & eſſentiam pendere. *Quid peſtis.* *Sect. 3. aph.*

C Peſtiferum venenum vitali præſertim ſpiritui, cuius officina & fons eſt cor, bellum indixit, adeo vt ſi vitalis ſpiritus robuſtior ſit, venenum illud longe à corde exigat: Sin debilior, victus & iam impreſſione hoſtili infectus, in cordis arcem recedit, pari contagione cor, totumque adeo corpus, in ipſum arteriarum ductibus ſparſus, inficiens. Hinc febres peſtilentes, alias ſimplices & ſolitariæ, alias aliorum affectuum turba cinctæ, vt bubonum, carbunculorum, puſtularum, & exanthematum vnius, pluriumve colorum. Eiuſmodi affectus ortum habere veriſimile eſt à facultate excretrice valida aut debili, irritata efferæ materiæ malignitate. Omnino tamen varia ſymptomata, mutationeſque emergunt pro patientis corporis conſtitutione, & humoris, in quo maxime defixum eſt, peſtis virus conditione, cauſæ denique efficientis natura. Hac mihi deſcriptione viſum eſt primo in hanc materiam adita peſtis naturam adumbrare. Hanc enim propria definitione complecti vix licet, quod etſi in natura definitæ & certæ ſint eius vires, in hominum tamen animis haud omnino certæ & manifeſtæ ſint, tum quod nunquam vniuſmodi contingat: adeo vt in tanta varietate generale aliquid ſtatuere & exploratum, perarduum ſit. *Qui peſtis hominem enecet.* *Cauſa bubonum, anthracum & exanthematum in peſte.*

De Peſtis extraordinaria cauſis diuinis. CAP. II.

D RAta, conſtans, & ab omni ſeculorum memoria inter Chriſtianos recepta opinio eſt, peſtem, aliosque morbos, qui in hominum vitam graſſantur, ſæpe iuſta Dei vindicis ira immitti. Id iamdudum docuit Propheta: *Quæ, inquit, afflictio: qua lues ciuitatem corripiet, quam nō magna Dei manus intulerit?* Quod equidem meditari nos nunquam non decet: duabus de cauſis eſt. Prior eſt, vt ſemper obuerſetur animo idipſum, quod ſanitate fruimur, viuimus, mouemur, & ſumus, à Deo eſſe, & ab illo patre luminum deſcendere: eoque nomine magnas illi ſemper merito habendas gratias. Altera, vt cognitis calamitatibus, quibus immiſſis in ſui vindictam diuina procedit ira, reſipiſcamus tandem, & nequitiæ via relicta, ea, quæ recta eſt, inſiſtamus. Sic enim diſcemus quærere in Deo, nobis, cœlo & terra veram cauſarum peſtis cognitionem, & philoſophia quadam diuina doceri, Deum eſſe principium, & cauſam cauſarum ſecundarum, quæ ſine prima illa nihil prorſum moliri, tentare, multo minus perficere poſſint. Ab hac enim vim, ordinem, & ordinis conſtantiam mutuantur: ſic vt primo illi & principi in nobis, totoque mundo Deo, inſtrumenti vice inſeruiant ad ſingula opera ſua perficienda, conſtanti illa ordinis viciſſitudine, quam ab initio immutabilem poſuit. Quare peſtis omnis cauſa in propinqua inferioraque hæc principia conferenda non eſt: quod ſolent Epicuri & Luciani aſſeclæ; qui naturæ nimium multa, imo *Amos 3.* *Act. 17.* *Cauſæ ſecundæ a Deo ſeu prima cauſa vim, ordinē & conſtantiam habere.*

E omnia tribuentes, Dei nihil reliquerunt prouidentiæ. Contra aſſidua cogitatione expendere & tenere debemus, Quod quemadmodum Deus omnipotenti ſua vi, omnia ex nihilo ſumma, media, infima creauit, ſic idem immortali ſua ſapientia eadem conſeruat, moderatur, quo vult, deducit & inclinat, imo ipſarum ordinem totamque naturæ œconomiam pro arbitrio immutat. Hanc nos peſtis extraordinariæ cauſam vt agnoſcimus & recolimus, ſic hic non perſequimur, Theologiſque relinquendam cenſemus, quod naturæ limites, in quibus nunc conſiſtere volumus, excedat. Itaque ad cauſas peſtis naturales veniamus. *Contra Epicureorum de diuina prouidentia oppugnatorem.*

De Peſtis naturalibus cauſis, [illegible] Peſtis ab aeris corruptione ſeminib.

CAP. III.

Peſtis duæ generales cauſæ. *Lib. 6. de loc. affect.* *Qui anni tempeſtatibus ſua deſint tempeſtiuitates.* *Quibus ex cauſis inficiatur & corrumpatur aer.* *Lib. 8. de hiſt. anim.* *Peſtiferam putredinem longe differre a communi putredine.* *Per peſtilentem aeris conſtitutionem morbos omnes in peſtem degenerare.* *Lib. 1. diff. feb.* *Aerem potius ſeſe [illegible] dum [illegible].* *Auſtrinam [illegible] peſtis eſſe fomentum.* *Peſtis a quibus in quos maxime graſſetur.*

PEſtis naturales & generales cauſæ [illegible] & humorum [illegible] in eam [illegible] eſt. C[illegible] tates, [illegible] tio humor[illegible] tempeſtat[illegible]. Si Ver, quod tempe- ratum [illegible]. Si Autumnus [illegible] per aerem medium ar- dentibus, [illegible]. Si Æſtas [illegible] & [illegible]. [illegible] nubes à Meridie [illegible] in Septentrionem [illegible] huiuſmodi & alias tempeſtatum anni haud naturales [illegible] Hippocrates *in libris Epidemiorum* [illegible] qualitatum [illegible] tenues præſertim & ſeroſos, ſpargit. [illegible] contagioſi [illegible] Sed [illegible] Ariſtoteles. [illegible] iacentes viſa [illegible] qualitatis participes vapor[illegible], non aerem modo corrum[illegible] ſicq; peſtiferam labem [illegible].

Quod quam verum ſit, [illegible] Empedocles, [illegible] tium conuallibus aperto, [illegible] ſpirationes ſi venti derepente [illegible] quoque peſtem immiſerint. [illegible] tes aſſurgunt exhalationes, vt circum [illegible] operam præſtantes, veneno peſtifero ſtatim [illegible] Galenus, [illegible] ciſionem illam peſtiferæ qualitatis [illegible] Itaque Auſtro [illegible] peſtem ipſam inferat.

De humorum ad putrescendum, peſtiferasque impreſſiones admittendas præparatione.

CAP. IV.

EXpoſitis cauſis, à quibus aer putreſcit & corrumpitur, [illegible] peſtilentis & venenatæ conſtitutionis particeps, exponendum nunc, quæ res putrere humores faciant, ipſosque adeo ad recipiendam & retinendam

A retinendam peſtilentem auram, venenatamq́, qualitatem diſponant. Putreſcunt humores vel à plenitudine, quæ obſtructionem parit, vel intemperie exceſſu, vel denique corruptæ & mali ſucci materiæ admixtione, quam potiſſimum in corpore cumulat depravata in victu diæta: ebibitis enim abunde vitiis vapidis & mucidis aquiſve cœnoſis, cloacis, ſordeſq́ vrbis excrementibus & ſtagnantibus, fructibus vero & leguminibus, ita annonæ penuria, ſine delectu in ventrem ingeſtis, vt piſis, fabis, lentibus, vicia, glandibus, filiceq́ quamuis radicibus in panem denſatis, peſtis ſuccedere ſolet. Tales enim cibi obſtruunt, malos ſuccos in corpore cumulant, facultatumque robur exoluunt, vnde humorum putredo, & in humorum putredine ad peſtis ſemina excipienda, concipienda, edendaque præparatio & diſpoſitio. Quod teſtantur, quæ tum erumpunt, fœda ſcabies, maligna abſceſſus, vlcera rebellia, febriſque putridæ, omnes morborum putredinis & corruptionis prænuntia. Hanc humorum corruptionem promouent animi vehementes perturbationes, iræ, mœrores, triſtitiæ, angores, metus: quæ omnia naturæ in coquendo & conſummando omnem labefactant, vt enim per dies caniculares æſtus & ardoris efficacia, vim ſubſidentes fæces in altum attolluntur, & vinoſa totius ſubſtantiæ per quandam velut ebullitionem permiſcentur: ſic melancholici humores, ſanguineæ & aliæ ex illa menta, per animi pathemata excitati, vniuerſum ſanguinem feculenta impuritate ſua conſpurcant. Id experiebamur ſuperioribus

Tres cauſæ cur putreſcant humores.

Animi pathemata humorum putredinem promouere.

B annis prælio ad ſancti Dionyſii fanum conſerto, vulnera enim omnia quouis telo inflicta in magnas fœdaſque putredines, corruptiones cum febribus eiuſdem generis abibant, ad mortemque fere terminabantur, admotis quantumlibet diligenter remediis omnibus, quæ res multis ſuſpicionem falſam iniiciebat, intoxicatorum vtrinque ab hoſtibus telorum. Non enim aliunde, quam ab aeris praua conſtitutione, exulceratiſque odio, ira, & metu militum animis. Putredinis & corruptionis ſigna manifeſta in ſanguine, cadebant die, qua quis vulneratus fuerat, nullo, & in diſſectorum poſt principibus viſceribus eluebant.

Vnna ſub caniculacur conturbentur.

Quæ ſigna in aere & terra peſtem prænuntient. Cap. V.

SI quando aer, annique tempeſtates à naturali conſtitutione deſciuerint, iis, quos ante dixi, modis, ſi frequentia & per aerem volitantia diuve pendentia meteora, ſi aliquando ſtrea tonitrua aerem infeſtant, ſi fructus, ſemina, legumina vermiculantur, ſi aues nidos, oua fœtuſque ſine cauſa deſerant, ſi mulieres vulgo abortire cernantur, hauſto ſcilicet & continenter aſpirato aere vaporoſo, corrupto & fœtui vitæque principiis infenſo, quo ſuffocatus fœtus mox excidit & exigitur, imminere proximam peſtem ſcire

Cur tempeſtate peſtifera frequenter ſint abortus.

C licet. Non tamen impreſſiones illæ aereæ ſolæ aerem corrumpunt, ſed ex terris terræ aquarum que aut cadauerum halitibus, & venenatis vaporibus agente ſole rareſcentes, qui ſupra naturam mixtione aerem alterabilem, tenuem nempe & humidum facile corrumpunt, vnde varia præſtita quæq; corruptionis ſpecie emergunt epidemiæ, & in vulgus paſſim graſſantes morbi, qualis illa omnibus decantata grauedo anheloſa. Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo decimo in omnes fere mundi regiones, Galliæ vero oppida pagoſq́, cunctos debacchata, cum ſumma capitis grauitate vnde Cucullæ Gallis dicta cum cordis pulmonumq; angustia atq; tuſſi, cum febre continua, nonnunquam & delirio. Hæc quanquam plures attigit, quam iugulauit, quia tamen, qui vel ſanguinem ſibi detrahi, vel corpus cathartico purgari patiebantur, fere moriebantur, ideo ſæuitia ſuo impetu, propriaque ac inaudito veneni genere peſtilentem prodidit. Talis etiam extitit ſudor Anglicus, ſeu febris ſudoriſica quæ inſolens, magno terrore à Britannia in omnem inferiorem Germaniam, Galliamque Belgicam ab anno Chriſti milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto, in annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum. Autumno potiſſimum peruagata eſt: vt primum lues hæc in ciuitatem quandam inuaſerat, derepente ſupra quingentos aut trecentos in dies corripiebat, dum hinc alio commigraret, perculſi mox quaſi eſſent

Cur aer facile inficiatur.

Grauedo anheloſa multis lethifera.

Sudor anglicus peſtilens.

D languore diſſoluti, animi defectione corruebant, decumbenteſque perpetuo ſudore diffluebant, cum febre, cum pulſu crebro, celeri & inæquali, neque ſudoris modus erat ante morbi ſolutionem. Soluebatur autem vno aut ſummum altero die, quanquam liberati diu poſtea languebant omnibus cordis palpitatio conquiſita, alios quidem duos tresve annos, alios omnem vitam comitata. Initio multos ſuſtulit, cum nondum illius vis eſſet percepta. At poſtea admodum paucos, vbi exercitatione & vſu deprehenſum eſt, eos, qui ſudores exciperet, prohiberentque, & ſe cardiacis munirent omnes reſtitui. Cæterum certis temporibus plerique alii populares morbi ſerpere ſolent, vt febres putridæ, diarrhoeæ, dyſenteriæ, rheumatiſmi, tuſſes, phrenitides, anginæ, pleuritides, peripneumoniæ, ophthalmiæ, apoplexiæ, lethargi, exanthemata, rubeolæ, variolæ, ſcabies, anthraces ſeu carbunculi, puſtulæ malignæ. Quare peſtis nec ſemper, nec vbiq́, vnius & eiuſdẽ generis eſt, ſed diuerſi: quæ cauſa exiſtit, cur varia illi nomina imponerentur, pro effectuum, nempe, quos pareret, & ſymptomatum, quibus comitata eſſet, varietate & putredinis modo, ſpecie, occultaq; in aere proprietate. Aiunt, peſte imminente fungos boletoſque ſolito frequentiores e terra emergere, per ipſam vero longe plurima ſerpere virulentorum animalculorum genera, aranearum nempe, erucarum, bruchorum, papilionum, cicadarum, ſcarabæorum, crabronum, muſcarum, ſcorpionum, limacum, locuſtarum, rubetarum, vermium & ſimilium è putredine ſo-

Peſtem non eſſe ſemper morbi deſinitū nomen.

Quæ ſigna in terra peſtem prænunciant.

E boleſcentium. Sed & feræ ſpecuum & ſubterraneorum locorum vaporoſæ malignitatis pertæſæ, ſpelæa, latibulaq; propria deſerunt, & alio magnis agminibus talpæ, buffones, viperæ, colubri, lacertæ, aſpides, crocodili migrare cernuntur. His enim vt ceteri peſtiſtatum aeris, pluuiarum nempe, nimborum & ſerenitatis: anniq́, temporum, vt veris, æſtatis, autumni, hyemis præſagiendorum Dei beneficio & naturæ inſtinctu vis manifeſta ineſt, quam cantu, occentu garritu, volatu, tripudiis, alarum plauſu & ſimilibus ſignis teſtantur, ſic & peſtilentiæ præſentiendæ. Quin etiam earum, quæ minus mature & opportune ſibi cauerint, malignæ ſubterraneæ auræ veneno peſtifero ſuffocata, non in ſpecubus modo, ſed & in

Feras vt tempeſtatū mutationem, ita peſtis ...

Peſtiferi vapores quo plantis & animantib. ſint lethiferi.

 campo-

camporum planitie passim occurrunt cadauera, vapores illi non simplici, sed occulta malignitati, putredine corrupti, è subterraneis locis solis & syderum vi in aerem proliciuntur, illicque in nubes densati suo in sata, arbores herbasque delapsu, omnia terra edita inficiunt & corrumpunt, simulque quæ his vescuntur, animantia conficiunt, bruta tamen citius, quam homines: vt quæ in terram, talis veneni fomitem & parentem, semper prona, ad pabulum è terra pastum abiecta sunt. Itaq; tam callidi multoq; vsu periti agricolæ, nunquam armenta aut pecudes ad pastum eo tempore dimittunt, antequam sol radiorum sua vi pendulum insidentem ve ramis folijs, herbis, spicis, fructibusque pestiferum humorem exinanierit, & in auras insensiles dissipant. Contra vero ei pestilentiæ, quæ a maligna qualitate cœlitus, ob malignum certumq; syderum concursum, demissa est, volucrum hominumque genus, vtpote cœlo vicinius, magis est obnoxium.

Quæ ast[illegible] pestes pecudibus, ne vere pestilentes inficiantur, prouideant.

Quibus cautionibus in victu & diæta adhibitis, præcauere sibi à peste liceat.

Cap. VI.

Loci mutatio certissimum ad præcauendam pestem præsidium.

Duo ad præcauendam in regione pestilenti pestem præsidia.

Diæta præcauenda peste salubris.

Signa pestilentiæ prænuntia exposita sunt, nunc quibus artibus imminentem illam tempestatem auertere, & nobis ab ea præcauere liceat, exponendum. Nullum certius præsidium Veteribus visum est, quam citissime in remotissimas a loco pestilenti terras emigrare, tardissime vero remigrare. At quibus per negotia & occupationes mutare locum non licet, duo in primis omnino erunt curanda. Primum est, vt corpus, corporisq; partes principes aduersus veneni seu pestiferæ & venenatæ auræ quotidie imminentes insultus roborentur. Alterum, vt venenati aeris vires retundantur, quo minus vitus suum corpori imprimere possint, quod fiet qualitatis in eo eminentis excessum contrariæ oppositione corrigendo. Nam si æquo calidior sit, refrigerantibus erit temperandus. Si frigidior, calefacientibus, quanquam nunquam id sufficit. Oportet præterea venenatæ sui inquinamenta per ipsum spatia, effusis odoratis & venenum expugnantibus halitibus emendare & repurgare. Corpus roborabitur, validiusque infecto aeri resistet, si excrementitijs humoribus vacet, quod fiet catharsi & phlebotomia, diæta de cætero conuenienter instituta, nempe ciborum immensa varietate vitata, vitatis calidis & humidis, hisque omnibus, quæ facile in ventriculo corrumpuntur & obstruunt, qualia sunt, quæ à pistore dulciario parantur. Satietatem & ebrietatem fugere decet, vtrumque enim vires deijcit, quas fructus ciborum euchymorum modicus vsus. Exercitia mediocria pastus præcedant in aere libero, & venenata labe vacuo. Aluus sit libera, seu natura, seu arte. Cor vitæ domicilium, cæteraque viscera roborentur cardiacis & alexiterijs epithematum, litu um, emplastrorum, aquarum, puluerum, pulmentulorum, tabellarum, opiatarum, suffituum, & aliorum, quæ mox dicemus, forma adhibitis & assumptis. Aer eligatur purus, & ab omni inquinamento liber, à locisque fœtentibus valde dissitus, talis enim vitæ tuendæ, spiritibus recreandis & reparandis est accommodatissimus, contra nebulosus, crassusque & fœtidis vaporibus infectus spiritus obtenebrat, appetentiam deijcit, corpus languidum & male coloratum reddit, cor opprimit, multorum morborum author. Borealis ventus a Septemtrione flans, quia frigidus est & siccus, salubris existit. Australis contra, flans a Meridie, quia calidus & humidus est, corpus ignauia exsoluit, poros aperit, & pestifero veneno peruios reddit. Occidentalis etiam insalubris est, quia ad Meridiem valde accedit, quare vnde spirant illi venti, ea parte obseratæ erunt fenestræ, aperiendæ vero ad Septentrionem & Orientem, nisi forte pestis inde veniat. Ignis luculentus in omnibus ædium cubiculis excitabitur, eaque domus rebus aromaticis suffietur, vt thure, myrrha, benzoino, ladano, styrace, rosis, myrti folijs, lauendula, rore marino, salvia, satureia, serpillo, maiorana, genista, pomis pini, ligni abietis sustulis, gratissimum erit, caryophyllis, aurculis cyprijs: ijsdem vestimenta suffientur. Sunt, qui hircum domi habere magnum esse præsidium putent contra auram pestilentem, quia ædium vastitas viroso vapore, quem hircus expirat, repleta, refellat aditu auram venenatam, quæ ea somnatio in tulli[illegible] odorato locum habet. Præterea quod demonstrat famelicos peste facilius occupari, quia moderate cibatos cibo enim non modo corpus roboratur, sed & diffusis vaporibus ductus omnes replentur, quibus aliàs qui pestifera aura viam sibi ad cor faceret. De hirco tamen aliam rationem plebs subdit, quod scilicet malus vapor malo alio vapore, tanquam cuneus cuneo fugetur: quæ res mihi in mentem reuocat id, quod est ab Alexandro Benedicto proditum, extitisse Scytham Medicum, qui pestem ab aeris infectione manantem cessare fecit, interemptis omnibus vrbis canibus, felibus, similibusque animalibus, horum enim cadaueribus per vicos abiectis, noui putridi vaporis tanquam recentis aduenæ vi, vetus hospes pestiferi aeris sedibus deiectus est, sicq; pestilentia quieuit. Venenorum etiam non modo cum alexiterijs, sed etiam cum venenis antipathia est. Dum pestilentia sæuit, non est vtile pedem domo efferre ante solis ortum. Expectandum ergo est, quoad is, radiorum suorum viuifico lumine aerem lustrans, dispersis nebulosis omnibus & nocturnis prius inquinamentis, qualia in aere pendere solent in locis cœnosis, præsertim & conuallibus. Fugendæ sunt conciones, cœtus, & omnes populares. Si pestis æstate incœperit, caloreque æstiui mensis nimium sæuire potissimum videatur, satius est, de nocte iter ob necessaria negotia incœptum, institutumve peragere, quam de die, quia à solis ardore vim, robur, & substantiæ, qua permeare & intro subire citius possit, tenuitatem, accipit venenum, corpora vero humana tum patentiora sunt, de nocte crassiora, & densiora omnia. Contraria erit ratio, si à frigore vires & celeritatem maturari venenum videatur. Cæterum semper vitanda erit luna, præsertim plena. Tum enim corpora languidiora sunt & effœta, atq; humoribus excrementitijs magis differta, quem a synodum & ligna quæ ob id sua luna, id est, decrescente cædi debent. Post leues aliquot in cubiculo deambulationes statim tentandum, vt suscitato calore, spiritibusque viscera nobilia roborentur & ad ipsa ductus impleantur, intercluta

Nebulosi & fœtidi aeris incommoda.

Cur australes venti pestiferi.

Ignis contra pestem vtilis.

Moderatam repletionem esse præsidium contra pestem.

Mira ars ab quodam pestem [illegible]

Venenorum cum venenis antipathia.

Noctu non interdum tempestate pestifera iter ingrediendum.

Cur vitanda luna tempore pestis.

A ſic venturo extrinſecus veneno via. Quibus alliorum vſu caput non tentatur, nec æſtu viſcera incandeſcunt, vt ruſticis, & aſſuetis, his ea primo mane cum vino generoſo ingerere, quolibet antidoto aduerſum peſtiferas nebulas, nocturnasque caligines certius eſt præſidium & incantamentum: vapore enim calido, multoque in corpus vniuerſum ſtatim diffuſo, ipſum replent & roborant momento. Quod ad aquam ſpectat, ſi quidem peſtis venenum ab aeris labe ſit, aqua pluuialis penitus fugienda eſt, quia aeris contagio non poteſt non eſſe infecta. Quare fontium, & quam altiſſime depreſſorum puteorum aqua præferenda eſt. Si vero à vaporibus ſubterraneis malum manarit, pluuia eligenda eſt. Tutius tamen eſt omnem aquam coctione ante mitificare, eamque cæteris præferre, quæ oculis pura & nitens, linguæ ſaporis omnis expers, naribus inodora probabitur, quæque præterea extremas caloris & frigoris mutationes celerrime ſubibit.

Alliorum uſum iuuari peſte.

Qua aqua eligenda tempeſtate peſtifera.

De cardiacis remediis, quibus præmunire corpora in peſtis metu, & curare peſte iam obſeſſa licet. CAP. VII.

QVibus cibus niſi multo labore, exercitio, & fame emptus, non eſt gratus, quique ientaculorum amantes non ſunt, his antequam domo pedem efferant, redditis alui excrementis, alexiterio aduerſum
B peſtilentiæ virus cor eſt præmuniendum. Inter quæ excellit aqua theriacalis duarum vnciarum pondere, cum vini generoſi pari quantitate ſumpta, naribus hauſta, ore & auribus affricta: cor enim roborat aqua theriacalis, venenum fugat, nec ad præcautionem tantum valet, ſed etiam ad præſentis mali curationem. Sudoribus enim prouocatis venenum intus foras propellit: parari debet menſe Iunio, quo tempore à ſolis calore vitali omnium ſimplicium medicamentorum ſumma vis eſt, compoſitio eſt huiuſmodi:

Aqua theriacalis & aſſumpta & admota viuet contra peſtem.

Quod ſi æger iuuenis ſit, valenti ventriculo, & bilioſus natura, non improbarem ipſum aquam fontanam gelidam pleno hauſtu copioſius haurire: id enim demum efficax eſt ad reſtinguendam & ſuffocandum ardorem febrilem, contra, qui frigidam ſæpe & parca manu bibunt, tanquam igni febrili aquam inſtillarent, flammam incendiumq; augent, & in plures dies velut fouent. Ergo [illegible] ſententia, cum in ſummo morbus eſt incremento, vtique non ante diem quartum magna ſiti antecedente, frigida aqua copioſe præſtanda eſt, vt bibat etiam vltra ſatietatem: at cum iam venter & præcordia vltra modum repleta ſatisque refrigerata ſunt, vomere debet. Quidam ne vomitum quidem exigunt, ſed ipſa aqua frigida tantum ad ſatietatem data pro medicamento vtuntur. Vbi vtrumlibet factum eſt, multa veſte operiendus eſt & collocandus [illegible], vt dormiat, ferè enim poſt longam ſitim & vigiliam, poſt multam ſatietatem, poſt infractum calorem, [illegible] ſomnus venit, per quem ingens ſudor effunditur, idque præſentiſſimum auxilium eſt. Fallenda [illegible] interdum ſitis veniet ſcaſſo carne melonum, cucumbitæ, cucumeris, [illegible] portulaca, in aqua frigida madefactis, aut ſtella [illegible] in aqua [illegible] macerata, & [illegible] ore contentis, & ſubinde mutatis. At ſi ætate [illegible] viribus [illegible] deditus, exacto febris ſtatu, ac ſummo iam ardore deferueſcente, poterit vinum [illegible] parca bibere ad virium reſtaurationem, & ſpirituum [illegible] ſucceſſionem. Omnino ſitim magnam ferre non debet æger, ſed hanc vel potu reſtinguere, vel oris ex oxycrato & [illegible] collutione fallere, eademque faciem & manus lauare, id enim [illegible] recreat. Si diarrhœa fertur [illegible], aqua chalybeata bibitur [illegible], [illegible] ex[illegible]ctam extinctis in eo pluribus & pluries candentibus ab igne calculis. Ad linguæ oriſque totius ſiccitatem & ſcabritiem confert collutio refrigerata, humectans & leniens, ex aqua mucoſa [illegible] ſeminum cydoniorum, pſillij, addito camphoræ tantillo, cum aqua plantaginis & [illegible]. Sordes inde ſudicula reuellendæ & abſtergendæ, tunc humectandum os contento aliquandiu & verſato oleo amygdalarum dulcium cum ſyrupo violaceo mixto. Si ſcabrities in vlcera degenerauerit, contingenda erunt aqua [illegible], aut aqua [illegible]. Cæterum quia aquæ potus frequentem ſæpius mentionem fecimus, viſum eſt hic de aquæ delectu & bonitate pauca adiungere. Non eſt negligendus aquarum delectus, quia vitæ [illegible] pars ex aqua pendet: nam præterquam quod ſola vel ſola, vel cum vino mixtam potu [illegible], tum ipſa panem [illegible] & [illegible], carnes [illegible], iuſcula ſorbemus. Putant igitur permulti, aquam pluuialem, quæ æſtate decidit, & ciſterna bene polita conſtructaque colligitur, omnium eſſe ſaluberrimam. Inde fontanam, quæ e [illegible] per [illegible], & [illegible] decurrit. Tertio ordine puteales, vel quæ e montium imis emergit radicibus. Fluuiatilis etiam bona eſt, quæ [illegible] hauritur & ex profluente. D E

Quibus artibus fallenda ſitis in febre. Ad linguæ & oris ſcabritiem.

Ad linguæ & oris vlcera.

Aquarum delectus.

Paluſtris peſſima eſt, ſi præſertim [illegible] enim ferax eſt & patiens multorum virulentorum animalium, [illegible], buffonum, & [illegible]. Niuales etiam & glaciales peſſimæ ſunt propter noxiam vim refrigerandi & terreſtrem naturam. Sed inter puteanas & fontanas illæ cenſeri debent probatiſſimæ, quæ [illegible] inodoræ, decolores, [illegible] claræ, aëris ſereni inſtar, hyeme ſubtepidæ, & æſtate frigidæ quæ cito calent & cito refrigerantur, id eſt, quæ ſunt leuiſſimæ, in quibus legumina, napi & [illegible] facile & cito coquuntur: quas denique qui de more bibunt voce clara ſunt & canora, pectore integro & ſano, renidenti & viuido faciei colore.

Hip. ſect. 5. aph. 26.

De Ale-

A

De Alexiteriis in peſte vſurpandis CAP. XXII.

AGendum nunc de propria huius morbi curatione, quæ quam citiſſime adhibenda eſt, quia id veneni genus pernicitate remediorum vincit celeritatem. Itaque in hanc partem peccandum potius, vt tempeſtate peſtifera quemlibet morbum peſtilentem eſſe putes, & tanquam peſtilentem cures, quia quandiu peſtilentiæ ſeminibus inquinatus eſt aer, humores in corpore excrementitij talis aeris ineuitabili commercio facile inficiuntur, vt nullus tum fere veniat morbus peſtilentiæ expers, id eſt, qui non ſit peſtilens natura ſua ab initio, vel qui mox talis non fiat. Alij que a ſanguinis detractione, alij purgatione, alij ab alexiterio curationis initium ducendum putant. Nos habita ratione præſtantiæ partis illius, quæ a peſtifero veneno oppugnatur, primo quoque tempore exhibendum alexiterium putamus, quod proprietate ſpecifica tantum tueatur cor à veneno, quantum oppugnatur. Quanquam ſunt etiam alia alexiteria, quæ veneni, peſtiſque periculis cor ægrumque expediant, non tantum, quia veneni vires tota ſua ſubſtantia infringunt, ſed etiam quia id toto corpore fugant & exigunt vomitu, diarrhoea, ſudore, aut alio ſimili vacuationis genere. *Initium curationis morborum peſtilentium ab alexiterio ducendum.*

Ea quantitate alexiterium exhibeatur, quæ debellando quoquomodo veneno ſufficiat. Itaque id
B quia ampliore quantitate ingerere non eſt tutum, ne naturam noſtram, cui conſeruandæ adhibetur, euertat, ideo quod ſimul & ſemel ingerere non licet, id vicibus partiendum cenſeo, vt tamdiu eius aliqua portio quotidie exhibeatur, quoad omnibus veneni accidentibus, effectis, impreſſionibuſque deletis nihil iam a veneno corpori ſit metuendum. *Qua quantitate exhibendum alexiterium.*

Huiuſmodi alexiteriorum quædam ex ipſorum venenorum portionibus apta proportione cum alijs medicamentis vim veneno contrariam habentibus contemperatis & commixtis conſtant, vt theriaca, quæ viperina carne conſtat, vt ſcilicet admixta venena vehiculi loco ſint ad deducendam totum illud alexiterium, ſeu potius alexiterij vires, vbi præcipuum venenum & magis lethalem fecit impreſſionem, quia naturæ ſimilitudine & ſympathiæ lege, venenum ad venenum ſtatim rapitur, ferturque. Alia mera venena ſunt, ſed quæ alterum alteri, & viciſſim ſibi mutuo alexiteria ſunt, quomodo ſcorpionis puncturæ medetur ſcorpius ipſe. At cæteris omnibus alexiterijs præcellunt theriaca & mithridatium: nam roborando viſcus nobiliſſimum & vitæ arcem, ſpiritus etiam diſſipatos recreant & reparant, venenumque debellant, non aſſumpta modo, ſed & admota cordis regioni, bubonibus & carbunculis: venenum enim ad ſe occulta proprietate, vt ſuccinum paleas attrahunt & attractum digerunt, diſſipant, interneciniſque omnibus viribus ſpoliant, quemadmodum *lib. de ther. ad Piſ.* rationibus & verißimis experimentis à Gal. eſt demonſtratum. *Cur alexiteriis venena admiſceantur.* *Venena quædam venenis eſſe alexiteria.* *Theriacæ dotes.*
C

At, inquies, calida hæc ſunt, peſtis vero ardenti febri ſæpe eſt implicita. Dicimus non tantum imminere homini à febre quantum a peſte periculum: quanquam ne febrem in exhibenda theriaca omnino negligere videamur dum ipſam cum cardiacis refrigerantibus mixtam propinamus & admouemus, vt cum trociſcis de camphora, ſyrupo limonum, de nenuphare, aqua oxalidis & ſimilibus. Quo eodem conſilio, non nimium annoſam, ſed mediæ ætatis theriacam eligimus, vt annotinam, aut duorum annorum: fortioribus datur ad ſeſquidragmam, alijs ad dragmam. Sumpta theriaca, mithridatio, vel alio quouis alexiterio deambulare debet æger, omnino tamen, quam poterit moderate, non vt plerique, qui vbi ſe peſte afflatos ſenſerint, bacchari & impetu curſare non deſinunt, quoad vires corpori ſuſtinendo iam non ſint, ſic enim naturam exoluunt, adeo vt debellando veneno ſufficere nequeat. *Quo modo in deambulando a ſumpta theriaca.*

Poſt mediocrem igitur deambulationem lecto calide tradendus erit æger, & multa veſte operiendus, admotis inſuper plantis pedum calidis lateribus, & veſicis ſuillis, aqua calida repletis inguinibus & axillis, vt ſudor prouocetur. Eſt enim ſudor in hoc morbi genere præſtantiſſimũ auxilium, tum febri ad humorum vacuationem, tum peſti ad veneni foras euocationem, quanquam non omnis ſudor ſanitatis fructus profert. Narrat enim Georgius Agricola, viſam ſibi Miſniæ in Germania mulierem, cui ſudore triduano ſanguis per caput & thoracem manabat, & nihilominus interijt. *Hiſtoria.*

Sudorem prouocabit ſequens potio: ℞. *rad. chinæ in taleolas ſectæ* ℥ j. ß. *guaiaci* ℥ ij. *corticis tamariſci* ℥ j. *radic. angel.* ℥ ij. *raſuræ cornu cerui* ℥ j *baccarum iuniperi* ℥ iij *ponantur in phiala vitrea duodecim libras capiente, ad fundatur aquæ fontanæ vel ſtillatitiæ optimæ* ℔ viij. *macerentur noctem totam, ſuper cineres calidos. Mane bulliant omnia in balneo mariæ ad conſumptionem medietatis, quod ſex vere horarum ſpatio fiet. Colentur per manicam, inde iterum colentur, ſed cum* ℥ vj *ſacchari roſati & theriacæ tantidem.* dentur eius liquoris vnciæ ſeptem vel octo, prouocabunt ſudorem. *Sudorifica potio.*

Vtiliter etiam ſequens puluis præſcribitur: ℞ *fol. dictam. rut. rad. torment. cet. an* ℥ ß. *bol. arm. præp. an* ℥ j *terræ ſig.* ℥ iij. *aloes, myrrhæ an* ℨ ß. *croci orient.* ℨ j *maſtic.* ℨ ij. *puluerentur omnia ſecundum artem.* Detur ℨ j diſſoluta in aqua roſar. vel oxalidis ſyluestris: aſſumpto puluiſculo illo deambulabit æger, inde in lecto collocabitur, & ſudorem ſibi, quo diximus modo, prouocabit. *Puluis ſudorificus.*

Sequens aqua valde commendatur contra venena. ℞. *rad. gent. & cyper. an* ℨ iij. *card. bened. pimpinel. an* m j. *ſum. oxalid. vincetox. & morſus diab. an* p ij. *baccar. heder. & iunipe. an* ℥ ß. *flor. bugl. viol. & roſ. rubr. an.* p ij. *craſſiuſcule puluerentur omnia: inde macerentur per noctem in vino albo & aqua roſ. tum addatur bol. arm.* ℥ j *ther.* ℥ ß. *deſtillentur omnia in balneo mariæ, ſeruetur ſtillatitius liquor in phiala fideliter obturata.* Capiat æger ſex vncias cum ſacchar. o, & cinnamomi ac croci tantillo, tum deambulet, ſudorem ſibi prædicto modo peracta deambulatione prouocet. *Stillatitia contra venena aqua.*
E

Aquæ theriacales & cardiacæ ante deſcriptæ huic inſtituto ſunt perutiles. Sed & ſequens valde probatur:

℞ *oxalid. agreſt. minor. m.* vj. *rutæ m* j *piſentur & macerentur in aceto viginti quatuor horarum ſpatio addenda theriacæ* ℥ iij *fiat deſtillatio in balneo mariæ ſtatim atq;* ſe perculſum æger præſenſerit, capiat eius aquæ ℥ ij. *In ſudando quo modo.*

Inde ambulet & ſudet. Sudandi finis erit, cum vel exolui incipient vires, vel refrigerari manans humor, tum enim ſiccis linteis & ſubcalidis detergendum corpus. *nunquam ſudor prouocandus pleno ventriculo*: ſic enim calor à coquendi munere auocatur. *Interdicendum ſomno inter ſudandum*, ne cum calore & ſpiritibus venenum intro ſe condat in viſcera. Ergo ſi in ſomnum æger propenſior ſit, valida frictione, vinculis extremitatibus corporis iniectis, multo ſtrepitu adſtantium & confabulationibus excitetur, bona de morbo ſpe impleatur: quod ſi ne ſic quidem ſomnus impediri poſſit, diſſoluatur caſtoreum in acri aceto & aqua vitæ, in nares & aures immittatur. Denique in perpetuis, quantum fieri poterit, vigiliis primo die contineatur, reliquis vel ad quartum vſque diebus, id eſt, ad perfectam vſque veneni excretionem vltra tres vel quatuor horas non dormiat. Interim tamen ex viribus, qui præſens aderit, Medicus æſtimabit omnia: virium enim timenda diſſolutio, quam iuges vigiliæ inferunt, niſi poſt tres à ſudore horas non cibetur, interim vt vires conſtent, ſumat corticem citri conditum, conſeruam roſarum, panem toſtum vino intinctum, carnem myrobalani aut ſimile quid.

Interdicendum ſomno & cur.

De Epithematibus, & fotu ad nobilium partium robur comparandu.

Cap. XXIII.

Etiam inter alexiteria cenſenda ſunt topica quædam, quæ, quam citiſſime fieri poteſt, admouenda extrinſecus, vt epithemata cardiaca, & hepatica, ad partium nobilium tutelam & facultatum robur: longe nempe à viſceribus venenatam auram repellentia. Miſcentur ex cardiacis non modo calidis, ſed etiam frigidis, vt æſtum contemperent & repellant validius. Imponuntur tepida cum panno coccino, aut diploide lintea, vel ſpongia molli in his madefactis, modo ne partium eiuſmodi nobilium regiones carbunculus occupet: ad carbunculum enim non decet vti repellentibus.

Ex qualibus comparanda epithemata in peſte.

Carbunculo non conueniunt repellentia.

Epithematum ſequentes habes formulas. *℞. aquar. roſ. plantag. & ſol. an. ℥iij. aqua acetoſ. vini granat. & acet. an. ℥iij. ſantal. rub. & coral. rub. puluerif. an. ʒiij. theriac. vet. ℥ß. camphor. ℈ij. croc. ℈j. caryoph. ʒß. miſce, fiat epithema.* Vel *℞. aquar. roſ. & plantag. an. ℥x. acet. roſ. ℥iij. caryoph. ſant. rub. coral. rub. puluerif. [illegible] ʒx. diamargarit. frigid. an. ʒi ß. camphora & moſchi an. ℈j. fiat epithema.* Vel *℞. aquarum roſarum & meliſſæ an. ℥iiij. aceti roſat. ℥iij. ſantal. rub. ʒj. caryophyl. ʒß. croci ℈ij. camphoræ ℈j. boli armeni. terræ ſigillatæ, & zedoariæ an. ʒj. fiat epithema.* Vel. *℞. acet. roſ. & aqua roſ. an. ℔. ß. camphora ℥ß. theriac. & mithridat. an. ℥. j. fiat epithema.* Vel *℞. aqu. roſa. nenuph. bugl. aceto acetoſ. an. ℔ ß. ſant. rub. roſ. rub. an. ʒiij. florum nenuphar. violar. campho. an. ʒß. mithridat. & theria. an. ʒij. Terantur & miſceantur ſimul omnia.* In ipſo, quo vtendum erit, articulo ſeorſim in vaſculo eorum excipiatur portio, qua tepida foueatur viſcus affectum.

Epithematũ cardiacorũ formula.

Sintne purgatio & phlebotomia neceſſaria per morborum peſtilentium initia.

Cap. XXIV.

Firmato præſidiis & alexiteriis corde ad phlebotomiam & purgationem veniendum. De phlebotomia [illegible] conſtat inter Medicos controuerſia. Qui illam ſuadent, aiunt febrem peſtilentem decumbere ſeu ſanguine, in eodem quoque venenum peſtilens ſedem ſuam ſtabilire: itaque inde in reliquos humores facile [illegible] pere, niſi detractione ſanguine vna & venenum ſanguini inſidens demeretur. Qui contra ſanguinem [illegible] improbant [illegible], ſæpius contingere, vt à putredine ſanguis ſit immunis, reliquos tantum humores [illegible] contagio. Si quis meum iudicium in quæſtione illa ancipiti requirat, dico, peſtem [illegible] aeris vitio pendere, alias inſuper ab humorum corruptione & infectione. cuius initium ab a[illegible] & contagio [illegible], ad vitam per ductus corporis in viſcera tandem peruenit, quemadmodum [illegible] intelligere eſt, qui nunc pone aures, nunc ſub axillis, alias in inguinibus prorumpunt, prout cerebrum, cor aut hepar infectione affecta fuerint. Hinc enim & anthraces manant, aliæque in iterum collectiones, & eruptiones, quæ quauis corporis parte cernuntur, natura nempe excretrice in facultatis robore vſa, ad excernendum intus foras, quod moleſtum & inimicum eſt. Hunc igitur naturæ motum ſi Medicus imitari debet, profecto nec purgandum, nec ſanguinem detrahendum putabit: [illegible] motum, qui fit intus foras, interturbet. Sic ſæpe videmus contrario foris intro reuellendo, naturæ motum, qui fit intus foras, interturbet. Sic ſæpe videmus, quibus ob bubones venereos purgatio præſcribitur, vel ſanguis detrahitur, his materiam reddi inſuperabilem, et illæ inque intro reuocatione luis venereæ inferri conſecutionem. Quare *emergentibus bubonibus, carbunculis, aliiſque eruptionibus peſtilentibus, quarum cauſa ſit in ſolo aeris vitio, à purgatione & phlebotomia abſtinendum.*

Rationes probantium & improbantium phlebotomiam in peſte.

Controuerſia compoſitio.

Cur purgatio & phlebotomia non conueniant peſti ſi interibus [illegible].

Sufficiet vero cor, omniaſque partes nobiles alexiteriis, vi veneni retundendi propria præditis, intrinſecus & extrinſecus præmunire.

Non enim dubium eſt, quin debilitata vtroque vacuationis genere natura, exhauſtiſq; vna cum ſanguine ſpiritibus, aura venenata in vacuum corpus facilius ſubeat & recipiatur, receptaque in idem debilius factum, tyrannidem exerceat.

Anno Domini ſexquimilleſimo ſexageſimo quinto, qui annus toti fere Galliæ peſte peſtilentibuſque morbis fere [illegible] infeſtus fuit, ex omnibus vrbium, per quas Carolo nono Regi iter Bayonam erat, Medicos & Chirurgos diligenter & ſtudioſe ſciſcitatus ſum, quid ægris ſucceſſiſſet ex purgatione & phlebotomia, vna voce reſponderunt, obſeruaſſe ſe ſedulo, omnes peſte correptos, quib. liberaliter ſanguis detractus fuerat, eo corpus valide purgatum, deterius inde habuiſſe, tandemque interiiſſe: reliquos quibus ſolis alexiteriis [illegible] eſſet, fere cunctos euaſiſſe: id enim genus peſtis haud ab humorũ corruptione, ſed à primario & ſolitario aeris vitio cauſam habebat. Idem euentus antea notatus fuerat in anhelosa grauedine, cuius ſupra meminimus: nempe ex purgatione & ſanguinis detractione deterius ægris ſucceſſiſſe. Non negauerim tamen, quin ſi ingens aliqua in corpore plethora ſubſit vtri-

Hiſtoria.

A vtriq; remedio locus eſſe poſſit, præſertim per initia, etiā materia efferum habeat orgaſmum, vnde metus immineat irruptionis in partem aliquam nobilem. Scimus enim ab Hippocrate ſancitum, quod *quæcunque morbi ex repletione fiant, hi vacuatione curentur & quod in morbis valde acutis, ſi materia turget, medicari eadem die expedit. tardare enim in talibus malum eſſe* ſed talia non peſtis ratione & occaſione fiunt, verum corporum affectorum, & affectuum vna cum peſte complicatorum. Tum igitur licet fortaſſe liberaliſſime ſanguinem mittere & validiſſime purgare, ne peſtilens venenum materiam paratam offendat, & conceptam contagione inficiat, vnde ſpiritus nouas & longe maximas vires aſſumat: præſertim cum moneat Celſus. *Quo celerius eiuſmodi tempeſtates corripiunt, eo maturius auxilia, etiam cum quadam temeritate eſſe rapienda.* | *Quando in peste purgationi & phlebotomiæ sit locus.* *Aph 22. sect. 1.* *Aph 10 sect. 4.* *Cap. 7. lib 1.*

Ergo ſi venarum tumor magnus ſubeſt, ſi oculorum & faciei flammeus rubor, ſi arteriarum intemperantior pulſatio, ſi; quandi & ſpondere difficultas, ſi ſputum cruentum, mittere ſtatim ſanguinem ob illas, quas dixi, cauſas, nulla mora facta, expediet. Sed ex baſilica ſiniſtra mittere videbitur ſatius, quo maturius plethoricarum onere cor & lien promptius expediantur. Non quolibet tamen tempore mittendus ſanguis prodeſt: nam per rigores febriles tutum non eſt, tum enim reuocatis calore & ſpiritibus ad interiora, exteriora ſanguine deſtituta algent: itaque ſine virium iactura, ſumma humorum perturbatione ſanguis tum detrahi nequit. Id & animaduertendum, præſentibus eiuſmodi cauſis plethoricis aliam eſſe mittendi ſanguinis indicationem in febre peſtilente ſimplici, aliam in ea, quæ bubonum & anthracum comitatum habet adiunctam. Nam horum alterutro aut vtroque cum vehementi & ardentiſſima febre coniunctis aperienda erit vena, quæ præter naturam tumori erit magis vicina, ſeruata fibrarum rectitudine, vt hac aperta ſanguis magis e directo trahatur. omnis enim putrentis ad partes nobiles ſanguinis attractio vitanda, vt quæ ſit ægro & naturæ moleſtiſſima. Sit ergo, exempli gratia, plethoricus æger repletione, quæ ad vaſa dicitur, & quæ ad vires: ſubſit vna tumor peſtilens in partibus ad caput & collum attinentibus, e cephalica vel mediana detrahendus erit ſanguis, aut ex aliquo earum ramo per brachium lateris dolentis ſpatio. Quod ſi adipis, aut alia occaſione tales venæ non ſe prodant in brachio, ſunt, qui probant eam aperiri venam, quæ eſt inter pollicem & indicem, demerſa in aquam calentem manu, quo illa tumeat vena, & affectio caloris opera ſanguine impleatur. Si ſub axillis & circum eiuſmodi loca tumor eſt, aperienda baſilica erit, aut mediana, quæ ſupra manum perreptat: ſi ad inguina, poplitea vel ſaphena, aut alia quæuis ſupra pedem tumentior, ex affecto ſemper latere. Cæterum *ante tertium diem phlebotomia fieri debet*: eſt enim hic morbus ex genere acutorum, vt qui non raro intra viginti quatuor horas omnia ſua tempora percurrat. In detrahendo ſanguine virium rationem habebis. Animi deliquium inſtare intelliges ex leui ſudore, quo repente oborto frons madet, ex cardialgia cum nauſea, ex deiiciendi voluntate, oſcedine, labiorum liuore, totius faciei ſubita in pallorem mutatione: denique & certiſſime ex pulſu paruo & tardo. Tum igitur digito admoto ſtatim occludenda vena, quoad redierit ad ſe æger, vel naturæ ſponte, vel arte, exhibito pane vino tincto, vel alia re ſimili: tū ſanguinem, ſi haud iuſta copia detractus ſit, rurſus ſines fluere, quantum morbi magnitudo & vires poſtulare videbuntur. Quo facto, proderit alexiterium aliquod ex commemoratis ægro bibendum exhibere, quod ſimul vires reparet & venenum infringat. | *Cur ex basilica sinistra in peste, sanguis detrahendus.* | B | *E qua vena insigniter in morbis pestilentibus sanguis detrahendus.* | *Quo morbi tempore sanguis detrahendus.* | C

De purgantibus in morbo peſtilente medicamentis

CAP. XXV.

SI propius in memoriam reuocetis indicationibus, neceſſaria videatur in hoc morbi genere purgatio ea vt præſens caſus & neceſſitas poſtulare videbuntur, præſcribenda veniet: experto ſcilicet quod morbus rapidus ſit, quique remediis egeat, quæ prompte humorem noxium, in quo inſedit foueturque aura venenata, e corpore exigant: variis pro humoris ſpecie & ægri conditione. Exhibentur in hanc rem ſcammonij in puluerem redacti gran. vj. vel etiam decem, cum dragma vna theriacæ. Fiunt & pilulæ hac fere forma: | *Qualia imprimis conueniant cathartica.* | D

℞ theriac. & mithrid. an. ℈j. ſulph. viui ſubtiliter puluerati ℈ß. diacryd. gr. iiij fiant pilulæ. Vel: | *Pilula contra peſtem.*

℞ aloes ʒiij myrrhæ & croci an. ʒj. elleb. albi & agarici an. ℈iiij cum theriaca veteri fiat maſſa, capiat ℈ij. pro doſi tribus horis ante paſtum, pilulæ Ruffi vtiliter dantur imbecillioribus. Veteres valde commendarunt ad hunc affectum agaricum, quia humores noxios ex omnibus membris prolicit, vireſque habet theriacæ affines, cor enim roborare creditur & venenum purgando exhaurire. Robuſtioribus pondere dragmarum duarum datur, imbecillioribus pondere ſemidragmæ. Præſtat infuſum in decocto exhiberi, quam in ſubſtantia. *ſic enim electum, & in trociſcos ſimpliciter præparatum diuinum dici poteſt medicamentum.* Multorum experimentis antimonium prædicatur: ſed quia eius vſum Medicorum ſcholæ Pariſienſis concilio & decreto condemnatum ſcio, de eo hic dicere ſuperſedebo. | *Agaricus contra peſtem datus.* | *Antimonij vſus.*

Sudorifica reliquis præcellere putandum, quando ab aura venenata peſtilentia eſt. Inter quæ eius quod ſequitur, efficacia magno multorum bono probata eſt in peſte, quæ nuper per Germaniam graſſata eſt, quemadmodum literis mihi ſignificauit Matthias Rodierus ducis Georgij Comitis Palatini Cancellarius

E *Capiant artemiſiæ faſciculum vnum, & ex eius cineſa litimere lixiuium conficiunt cum aquæ lib. iiij. id mox in vaſe ſtannino vitri, e colato ignis ſubijcitur vt bulliat ad liquoris conſumptionem, ſubſidente terrena fæce ſalis inſtar ex qua, fingantur trochiſci, ponderis vnius floreni aurei.* | *Efficax remedium, ſudoriferum ſimul & catharticum.*

Eiuſmodi trochiſcorum vnus, duoue pro robore ægri diſſoluantur in vnciis tribus vini generoſi maluatici: bibita potione obambulat æger ſemihoræ ſpatio, inde lecto ſe tradit, ſudat ibi duas treſue horas: vomitus ſuperuenient, aluus quoque laxatur tanquam ſumpto antimonio, ſic fere omnes liberabantur,

 qui

Arthemiſia laudatur. qui præſertim maturè id remedium, antequam ad cor vſque perueniſſet, ſumpſerant, quemadmodum & ego fœliciſſ ſucceſſu Lutetiæ in aliquot ægris ſum expertus. Certe arthemiſia Veteribus valde laudata eſt, ſumpta admotaque in ſerpentium venenatis morſibus, vt non dubitem, quin magnas contra peſtem vires habeat. Auditum habeo ex Gilberto Ferroaldo Monſpelienſi Medico certiſſimum, multorumque *Vide Rond. lib. 7. de piſcib cap 5.* experimentis, tum ſuis, tum aliorum probatiſſimum aduerſus peſtem remedium eſſe muriæ encraſicholorum, ſeu gari ℥ iij. hauſta vno ebibitas. Etenim peſtis nihil fere aliud, quam *inſignis quadam putredo, cui* *Peſtis quid.* *corrigendæ & edomandæ nihil tam eſt accommodatum quam garum* illud ſeu encraſicholorum vi aſperſi ſalis ad ſolem tota liquataque ſubſtantia. Sunt, qui ſeminis ebuli ℈j in vino albo infundunt, id hauſtum ſimilia ferme antimonio præſtare aſſirmant. Alij par pondus ſeminis rutæ contriti cum theriaca, quod fabæ magnitudinem æquet, in vino maluatico diſſoluunt bibuntque. Alij foliorum & ſummitatum geniſtæ m. j cum vini albi ſelibra conterunt, bibendam ægris exhibent, vomitus mox, aluum & ſudores promoturam. Certe qui à virulentis beſtiis morſi ſunt, adligata ſupra vulnus geniſta, venenum vltra diffundi & ſerpere prohibent. Itaque & potus ex eo comparatus venenum aditu ad cor prohibere poterit. Quidam capiunt *radicum enulæ campanæ gentianæ, tormentillæ, granorum tinctorum & geniſtæ, ſcobis eboris & cornu cerui ſingulorum ſemidragmam, omniaque contrita in vino albo, & aqua vitæ horarum quatuor & viginti ſpatio infundunt ſupra cineres calidos, mox colo tranſmittunt*, vncias fere quatuor exhibent, ſudores prouocat inde comparata potio, & venenum infringit. Eaſdem vires habet ſequens potio: ℞ *ſyna. acris* ex muſto minime comparati ℥ß. *theriacæ aut mithri. quod æquet fabæ magnitudinem, diſſolue in vino albo & pauca aqua vitæ*, bibat æger, deambulet & ſudet. Licet etiam craſſiorem cæpam excauatam, theriacæque ſemidragma & aceto impletam ſub cineribus coquere, inde exprimere expreſſum ſuccum cum aqua oxalidis, cardui benedicti, *Synapi bau ſtum contra peſtem.* aut alia quauis cardiaca, vinoque generoſo diluere, & ægro propinare ad ſudorem proliciendum & venenum debellandum. Vel *cape alliorum craſſiuſcula nucis magnitudinem, rutæ & chelidonij maioris, cuiuſque folia viginti, terantur omnia in vino albo & pauca aqua vitæ*, expreſſum detur bibendum. Sunt, qui chelidonij maioris & maluarum ſuccum cum aceti vnciis tribus expreſſum, & olei nucum ſeſquiuncia bibunt, mox enim à multa deambulatione venter ſurſum deorſumque laxatur, & ſic liberantur. Cum venenata aura iam in humores irrepſit, infecitque, putant foliorum laureolæ ſiccorum dragmam vnam in aceto biduum maceratam & bibitam, præſtantiſſimum eſſe remedium ad ſudorem, deiectionem, & vomitum ciendum. Matthiolus *tractatu de Morbo gallico*, ſcribit puluerem mercurij cum ſucco cardui benedicti, aut electuario de gemmis exhibitum, peſtem priuſquam ſe in corpore obſtinauerit, abigere, vomitu, deiectione, & ſudore prouocatis. Eundem effectum in eodem morbo præſtare calcanthi dragmam vnam *Pulueris mercurij & calcanthi cõtra peſtem vires.* in aqua roſarum diſſolutam. Sunt, qui olei ſcorpionum paruam quantitatem cum vino albo exhibent, ad vomitu exhauriendum venenum, quo eodem cordis regionem carpi & temporum illinunt. His ſæpius repetitis in corporibus præſertim fortibus & exercitatis vtendum cenſeo, quia debiliora medicamenta nihil aut parum vacuant, humores tantum exagitant, vnde febris incrementum. Vbi venenum *Confectionis alkermes facultas.* ab inde excitatum videbitur, exhibenda erunt, quæ ventriculum roborent, humorumque agitationem compeſcant, cuiuſmodi compoſitio alkermes eſſe dicitur.

De multis, quæ vna cum peſte inuadunt, ſymptomatibus, & primum de capitis dolore.

CAP. XXVI.

Phrenitidis in peſte cauſa. SI venenum in cerebrum rapitur, idque natura expellere nequeat, inflammatio ipſi membraniſque ipſum veſtientibus ſuperuenit; quæ nunc imaginationem, nunc iudicium, nunc memoriam lædit, turbat, abolet prout cerebri anteriora, media aut poſteriora inflammatione vehementius correpta fuerint omnino certe hinc emergit phrenitis, cum oculorum & faciei flammeo rubore, capitis totius grauitate & ardore. Si clyſteribus & ſanguinis aperta brachij cephalica detractioni id malum non cedat, arteriæ temporum venient aperiendæ, detracta inde ſanguinis copia tanta, quantam ſymptomatis magnitudo & vires ægri poſtulare videbuntur: certe *aperta arteria vulnus æque facile & prompte coaleſcit atque* *Arteriotomia fructus.* *aperta vena*. Cæterum ex tali arteriotomia promptum ſequitur auxilium propter tenuiores vapores, & *Aphor 10. ſect 6.* acres, vna cum ſanguine arterioſo longe copioſiſſimos exhalantes. Iuuat & hæmorrhagiam prouocare, ſi per hanc viam natura ſe exonerare geſtiat. Nam vt eſt ab Hippocrate pronuntiatum, *caput dolenti & vndique laboranti pus vel aqua, vel ſanguis per nares, os aut, aures effluens morbum ſoluit.* Prouocatur talis hæmorrhagia forti in mungendo contentione, interiorum narium ſcalptu, punctura ex ſeta equina, diuturna *Hiſtoria.* capitis depreſſione. Domino Fontano Equiti torquato, dum eſſemus Bayonæ, ſanguis ſponte naturæ profluxit è naribus biduum totum, ſic demum febris peſtilens, qua laborabat, quieuit, oborto vna copioſo ſudore, moxque anthraces ſuppuratum conceperunt, & me curante Dei beneficio conualuit. Si *Hæmorrhagia quibus artibus cohibeatur.* nimium fluat ſanguis, vinculis ante manibus, brachiis & cruribus iniectis, ſpongiis oxycrato imbutis axillis ſubmiſſis, cucurbitulis, mammis, & hepati, ſicque admotis, immittere in nares oportebit goſſipium ſanguineum, vel adſtringens aliquod medicamentum confectum ex interfeminei vel iuguli leporum pilis, bolo armeno, terra ſigillata, ſucco plantaginis & centinodiæ concorporatis, ægro præterea in altiore loco collocato.

Si poſt eiuſmodi hæmorrhagias nihilo dolor lenior fuerit, veniendum ad hypnotica comparata hac forma:

Hypnotica. ℞ *lactucæ recentium m. j flor. nenuph. & violar. an. p. ij. caput vnum papaueris albi contuſum, ſeminum quatuor frigidor. ℈ j. liquiritiæ paſſul. an. ℈ j ß fiat decoctio in colatura diſſolue diacodij ſine ſpeciebus ℥ j ß fiat potio larga danda* *hora*

A *hora ſomni.* Paratur & hordeatum *in aqua nenupharis & acetoſæ ſingulorum vnciis duabus, additis opij gr. vj aut octo, quatuor ſeminum frigidorum, & papaueris albi ſingulorum ſemuncia, eadem cum lactuca & portulaca in iuſculis incoquuntur.* Dantur & pilulæ de cynogloſſo infundendi clyſteres hypnotici ſic parati: ℞ *decoctionis hordei mundati, quart. iiij. olei violati & nenupharini an ℥ j aquæ plantaginis & portulacæ, vel ſuccorum potius ℥ iij camphoræ gran. vij. album. ouorum ij fiat clyſter.* Oxyrrhodino, raſo ante capillitio, caput fouendum, relicto duplici panno eodem madefacto & ſæpius renouato. Pulmones veruecini à mactato recens animali adhuc calentes capiti imponentur, cucurbitulæ ceruici & ſcapulis cum ſcarificatu & ſine ſcarificatu apprimentur. Brachiorum & crurum frictiones validæ & constrictiones fient, ad vaporum humorumque acrium à capite diuerſionem. *Clyſter hypnoticus.*

Frontalia parabuntur hoc modo: ℞ *olei roſati & nenupharini, an. ℥ ij olei papauerini, ʒ ß. opij. ʒ j. aceti roſati, ℥ j. camphoræ, ʒ ß miſceantur ſimul.* *Frontalia hypnotica.*

Parabuntur noduli ex floribus papaueris, hyoſcyami, nenupharis & mandragoræ, tritis in aqua roſacea cum pauco aceto & camphoræ tantillo, naribus ſæpe admouendi.

Fronti etiam in hunc finem admouentur cataplaſmata. Vel: ℞ *mucag. ſeminis pſilij & cydon. in aqua roſar. extractæ ℥ iij farinæ hordei ℥ iij pulueris roſar. rubr. florum nenuph. & viol. an ℥ ß ſeminis papaueris & portulacæ an. ℥ ij aquæ roſar. & aceti roſati an ℥ iij fiat cataplaſma,* tepidum fronti & capiti imponatur. Vel: ℞ *ſuccorum lactucæ, nenuphar. hyoſcyami, portul. an ℔. ß. roſar. rubr. puluerisatarum, ſeminis papaueris, an ℥ ß. olei roſ. ℥ iij. aceti ℥ ij farinæ hordei quantum ſufficit fiat cataplaſma ad formam pultis liquidæ.* Sedato his remediis capitis ardore, & cerebri inflammatione, ad fotus digerentes, & reſoluentes erit veniendum, qui materias vaporum diſcutiant. Cæterum frontis & ſincipitis validæ constrictiones, vulgo in capitis dolore fieri ſolitæ, hic omnino fugiendæ propter eas, quas in capitis vulneribus diximus, cauſas.

B *Poſt hypnotica capiti ad mota admouenda ſunt digerentia.*

De ardore Renum. CAP. XXVII.

Renum ardor temperatur litu ex vnguento refrigerante Galeni recenter diſpenſato, additis ouorum albuminibus diligenter agitatis, quo vnguenti humiditas diutius perſtet integra. Renouandus is litus prioris abſterſis reliquiis, ſingulis horarum quadrantibus. Vel, *Litus ad renes.*

℞ *aquæ roſar. ℔. ß ſucci plantag. ℥ iiij. albumina ouorum iiij. olei roſacei & nenupharini an. ℥ ij aceti roſati. ℥ iij miſce ad vſum:* Litu facto imponentur folia nenupharina recentia, vel ſimilium herbarum refrigerantium, mox & diploma linteum oxycrato imbutum & expreſſum, ſæpiuſque mutatum. Haud in calcitra plumea cubabit æger, ſed in ſtragula ex auenæ glumis facta, vel in matta ſubiecta vndula multiplici.

C Regioni cordis interim refrigerans medicamentum & venenum infringens admoueri poterit, quale ſequitur.

℞ *vng. roſati ℥ iij olei nenupharini ℥ ij aceti roſ. & aquæ roſar. an ℥ j. theriacæ ʒ j croci, ʒ ß. ex his liquefactis & confuſis fiat vnguentum molle,* quod panno coccino obductum regioni cordis imponatur. Vel: ℞ *theriacæ optimæ, ʒ j. ß ſucci citri acidi & limonum an. ʒ ß. coralli rubri & ſeminis roſar. rub. an. ʒ ß. camphoræ & croci an gr. iiij. incorporentur omnia ſimul, & fiat vnguentum vel linimentum.* Ad ægri in cubili iacentis caput ab epiſtomio in ſubiectam peluim ſtillans aqua pluuiæ æmula collocabitur, fient lenes ſcaptus in volis manuum & plantis pedum. Obſcuro loco procul ab omni ſtrepitu æger continebitur, ſic demum ſomnum inire poterit. *Vnguentum ad cor.* *Murmur ſtillantis aquæ conciliat ſomnum.*

De eruptionibus & maculis, quas Purpuræ nomine intelligunt.

CAP. XXVIII.

D

Maculis per peſtilentes febres cutis ſuffunditur variis locis, pulicum aut cimicum morſui ſimilibus: nec ſimplices ſemper maculæ ſunt, ſed aſſurgunt nonnunquam in grani milij formam. Quo plures viſuntur, eo ægro melius futurum eſt, pro veneni feritate & materiæ conditione, vario viſuntur colore, rubræ, flauæ, ſubnigræ, violaceæ, ſeu purpureæ, cœruleæ, liuidæ, nigræ. Et quia fere purpurei ſunt coloris, ideo Purpuræ nomine Gallis intelliguntur. Lenticulæ aliis dicuntur, quod ſæpe lenticulari colore & effigie viſuntur. Papiliones etiam nominantur, quia alatorum papilionum inſtar varias ſubito inuolent corporis velut regiones, nunc faciem, nunc brachia, nunc crura, nunc totum corpus, ſæpe non ſuperficiem modo cutis occupant, ſed altius in carnem depreſſæ cernuntur, cum præſertim à materia fiunt craſſa & aduſta. Viſuntur nonnunquam magnæ & latæ, integrum brachium, crus aut faciem eryſipelatis inſtar occupantes: denique variæ omnino ſunt pro humoris quantitate aut qualitate peccantis varietate. Si purpureo aut nigro colore ſunt, cum crebra ſyncope, ſubitoque ſine cauſa manifeſta intro refugiant, mortem portendunt. Eruptionis macularum eiuſmodi cauſa eſt, ſanguinis feruor ob admiſſi aut concepti veneni feritatem. *Exanthematum peſtilentium differentia.* *Varia nomina & nominum ratio.* *Euaneſcentia per deliteſcentiam exanthemata lethifera.*

E Sæpe cum febre peſtilenti oboriuntur: nonnunquam ante bubonis aut anthracis eruptionem, nonnunquam poſt, ſed tum ingentem humorum in corpore corruptionem teſtantur: vt cui deplendæ non ſuffecerint bubones & anthraces, itaque ſæpe ſic ad mortem apparent. Sæpe ſolæ erumpunt ſine bubone aut anthrace: & hæ ſi rubræ ſint, nec malorum præterea ſymptomatum adiunctionem habeant minime lethales exiſtere ſolent, apparent fere tertio aut quarto morbi die, nonnunquam tardius: aliquando niſi poſt mortem non apparent, quia nondum reſtrictus eſt humorum feruor putredinis ſoboles, quare tum maxime putredinoſus calor, qui ſub mortem maximus eſt, in cutem excrementitios humores excernit, macularum materiam. vel quia natura in extremo conflictu maiore aliquo, quam ſoleret, conatu ea exa *Cur nonnunquam poſt mortem erumpant exanthemata.*

(quod rebus omnibus morbūdis familiare eſt, ſub ipſum interitus articulum humoris peſtiferi portionē in cutem expediunt: de cætero extremo illo conatu ſic debilitata, vt ſub reliquo pondere proſtrata fatiſcat. A

De curatione eruptionum ſeu macularum.

Cap. XXIX.

Intus foras attrahere & propellere remediū eſſe exanthematum.

CAuendum in primis, ne humorem foras viam affectantem repellentibus intro adigas. Itaque frigus vitandum, purgantia omnia, phlebotomia, ſomnus profundior ſeu ſoporoſus. Talia enim omnia humores intro reuocant & in contrarium naturæ eunt. Satius erit attrahentibus admotis, & ſudorificis aſſumptis naturæ ad exteriora motum promouere, alias ſuppreſſis eruptionibus, periculum eſt, ne vel cor veneni telluri copia opprimatur, vel in aluum conuerſione lethalis dyſenteria exoriatur. Quę incommoda vt vitentur, ſtatui hic remedium proponere, cuius efficacia mihi multis experimentis nota & explorata eſt, cum ob expultricis infirmitatem, & cutis denſitatem ac duritiem, macularum materia erumpere prohibetur, & ſub cute deliteſcere cogitur ipſa in tubercula ſublata, in cuius remedij inuentionem per ſimilium comparationem deductus fui. B

Inductio agendi per ſimilium comparationem.

Nam cum intelligerem venereæ luis eſſentiam (quemadmodum & peſtis) in virulentia quadam occulta & venenata qualitate poſitam eſſe, in eam facile opinionem deſcendi, quod quemadmodum vnguenti ex argento viuo compoſiti illitu humores craſſi, viſcidi, fixi in oſſibus, & immoti funduntur, liquantur, atque roborata irritataue expultrice è centro corporis in ſuperficiem euocantur, ſudoribus citatis & ſaliuatione expurgantur: ſic futurum in febribus peſtilentibus, vt eodem litu roborata natura patefactis meatibus ſe venenati & peſtilentis humoris portione illis maculis, puſtulis, omnique eruptionum genere in cutem exoneraret. Itaque multos, in quibus natura viam ad cutim ſegnius affectare videbatur, aluo ante clyſtere laxata, & aqua theriacali propinata, quæ vitalem cordis facultatem muniret, ventriculum autem minime diſtenderet, tanquam lue venerea laborarent, obliui, & quem ſperaueram euentum, obtinui. A quæ theriacalis loco vti licebit decocto guaiaci, quod calefacit, deſiccat, ſudorem prouocat, & putredinem arcet, addito prætera aceto, vt tenuitate ſubeat promptius, & à putredine magis vindicet. Vnguenti talis eſt deſcriptio.

Vnguentum ex hydrargyro ad exanthemata ſegnius in peſte erumpentia.

℞ *axungiæ ſuillæ* ℔ *j. coquatur aliquantulum cum foliorum ſaluiæ, thymi, roriſmarini an. m. ß. coletur, & in ea extinguatur argenti viui, quod prius in aceto bullierit cum prædictis herbis* ℥ *v. ſalis nitri.* ℥ *iij. theriacæ & mithrid. an.* ℥ *ß. terebinth. ven. olei ſcorpionum & laurini an.* ℥ *ij. vitelli ouorum ad duritiem coctorum nu. vj. incorporentur omnia in mortario, fiat vnguentum,* quo inungatur æger ad alas præſertim & inguina, vitatis partibus ad caput, pectus, & ſpinam dorſi attinentibus, hinc in lecto calide collocatus, & multum coopertus, ſudet per duas horas: à ſudore detergeatur, & ſi fieri poteſt in alium lectum transferatur, ibique iuſculo ex capi decocto & ouis ſorbilibus, ſimilibuſue aliis cibis euchymis & coctu ac diſtributu facilibus reficiatur: reiteretur ſecundo, imo etiam tertio die frictio, niſi ante maculæ prodierint. Si ſaliuatio ſuperueniat minime impedienda illa erit. prorupiis omnino maculis ac puſtulis, & ſudandi fine facto diuretica exhibere ex vſu eſt. his enim reliqua macularum materia, quæ forte tota erumpere non potuit, facile per vrinas expurgatur. Si qui potentes & primæ nobilitatis homines eiuſmodi vnguento inungi recuſent, includantur in recenter euiſcerato mulo equoue, atque ex vno in aliud eiuſmodi animalium corpus, poſtquam prius refrixerit, transferantur, donec eruptiones ſe prodiderint natiuo calore allectæ. Sic enim Valentinum Alexandri ſexti Pontificis FILIVM, veneno lethifero, quod hauſerat, ſe expediuiſſe, prodit Mathiolus.

Diuretica ad exanthematum reliquias detrudendas.

In proœmio lib. 6. Dioſc.

De Bubone peſtilenti. Cap. XXX.

Bubonis peſtilentis deſcriptio.

Quo differat bubonis materia à materia anthracis.

BVbo peſtilens *tumor eſt per initia oblongus & mobilis, in vigore turbinato mucrone acutus, imo*l*lis alte pre glandulis infixus, quo ſe materia venenata & peſtifera cerebrum exonerat in glandulas, quæ ad aures & gulā ſunt: cor ad eas, quæ in axillis exiſtunt: Hepar ad eas, quæ in inguinibus*: cum ſcilicet tota maculis, puſtulisque per cutem erumpentibus exhauriri non potuit. Materia conſtat craſſiore & viſcidiore, quemadmodum anthrax acriore, feruenti nempe adeo, vt eſcharam inducat parti, in quam ſe defixerit. Initio dum adhuc fit & generatur bubo, funiculi prætenti vel nerui indurati ſenſum cum dolore punctorio infert: mox materia velut in glandem colligitur, ſenſimque ac breui tempore attollitur & inflammatur, his, quæ commemorata ſunt, comitantibus ſymptomatibus. Si ruber eſt tumor & ſenſim augeſcit, ſalutare ſignum eſt. At ſi liuet aut ater eſt, & tardiſſime ad iuſtam magnitudinem peruenit, lethale: lethale etiam eſt, derepente augeri, & furente velut impetu ad debitam magnitudinem perueniſſe, ſummaque omnia doloris, tumoris, & ardoris ſymptomata ſubito & momento habuiſſe. Viſi ſunt nonnunquam bubones colore natiuæ cuti ſimiles, cætera tumoris œdematoſi æmuli, qui tamen mox ægrum ad exitium præcipitabant, eorum more, qui liuidi & atri exiſtunt, *quare buboni fidere omnino non conuenit.* D

Signa ſalutarium & lethalium bubonum.

Bubones colore cuti ſimiles.

De Bubonum curatione. Cap. XXXI.

Cucurbitularum in bubone curando vſus.

BVboni, cum primum apparuerit, cucurbitula cum magna flamma imponenda eſt: niſi forte ex eo ſit genere bubonum, qui ardoris & tumoris ſumma ſtatim habent omnia, ſed ante cutis liliaceo oleo inungenda eſt, quo laxior facta, potentius, ampliuſque attrahat cucurbitula: hærere parti illa debet per horæ quadrantem, & repeti iterumque imponi ſingulo quoque trihorio, ſic enim demum potentius venenum à viſcere nobili foras attrahitur, ſuppurationis, vel reſolutionis, quodcunque tentauerit opus natura, citius abſoluitur. Quod etiam fiet impoſito ſequenti litu. E

A ℞. ung. de althea ℥j, ß. olei de ſcorp. ℥ß. mel. vel lat. diſſolutum cum aqua vitæ, ℥ß. relaxandæ cutis vim habet id linimentum, reſerandi ſpiracula ipſius, [illegible] materiæ eius, cuius attractionem cucurbitula fecerit, eius loco fiunt fotus remedia [illegible], diſcutientes, attrahentiaque alia remedia & ſuppurantia mox deſcribenda. Veſicatorium loco ſuper bubonem idoneo impoſitum magnam vtilitatem adfert, non autem ſupra. Exempli gratia Si inguinam occupet bubo, apprimendum erit ſcapulæ eiuſdem lateris veſicatorium. Si alas, medio brachio ſeu humero parte interna, inguina medio interiori femori, vt duplici [illegible] materiæ ad exitum aperto, pars, in qua venenum [illegible], prompte exoneretur. Veſicis excitandis conueniunt tithymal[illegible], [illegible], pes leonis, bryonia, medius [illegible] cortex, cortex [illegible], flammula. Sed ſimplicium eiuſmodi remediorum copia non ſit, imponendum ſequens compoſitum omni tempore [illegible]:

℞. cantharidum puluer. piperis, euphorbij pyrethri an. ℥ß. fermenti acris ℥ij ſinapi ℥j aceti paratum. Additur acetum ad cantharidum vim [illegible] ad extendendam, quin etiam in eiuſmodi medicamenti inopia ſufficiet oleum feruens, aut aquam feruentem inſtillare, vel accenſam candelam, aut etiam candentem carbonem imponere: ne enim veſicæ excitabuntur, hæ mox reſcindendæ ſunt, curandumque vt vlcera diu maneant aperta & fluentia, impoſitis caulium rubrorum folijs, betæ aut hederæ in aqua calente extinctis, oleo pie aut butyro recenti iunctis. Sunt, qui cauteria apprimunt at veſicatoria celerius agunt contra antequam cauteriorum eſcharæ deciderint, æger animam exhalare poteſt ſufficiunt vero educando peſtilenti veneno vlcera relicta à veſicatorijs, quia id qualitate magis, quam quantitate pugnat. [illegible] quemadmodum ante præceptum eſt. Inde ſequens remedium quod attrahendi vim habet, imponetur. *Cepam magnam excaua, & imple theriaca cum folijs rutæ. deinde coque ſub cineribus [illegible] cum pauco fermento & axungia, ad qualitatem ſufficientem* imponatur calidum abſcidiendum, [illegible] nouum ſingulis ſex horis. Vel: ℞. rad. [illegible] an. ℔. ß. [illegible] theriacæ ℥j [illegible] axungia ſuillæ quantum ſufficit, fiat cataplaſma [illegible]. Vel ℞. capar. & allio[illegible] an. ℥iij contunde cum fermento ℥j [illegible] baſilic. ℥j theriacæ ℥j mithrid. ℥ß. axungia ſuillæ veter. ℥j. cantharid. puluer. [illegible] dantur, miſceantur [illegible] omnia in cataplaſma. Huc valet etiam vetus coagulum calidum enim [illegible] trahens cum fermento veteri & baſilicone mixtum. His vti licebit quoad [illegible] abſceſſus ſublatus ſit. At ſi ſtatim ab initio magna ſubeſt inflammatio cum dolore acuto, vt ſæpe fit, præſertim cum abſceſſus ſunt de genere carbunculorum, abſtinendum ab eiuſmodi remedijs calidis & attrahentibus, itemque ab his, quæ valde emplaſtica ſunt & viſcida, quæ nempe poros penitus occludunt: vel quod in collecta materia tenuius eſt, reſoluunt, profuturum, ſi maneret, accelerandæ ſuppurationi: vel plus etiam materiæ calidæ, quam pars ferre poſſit, attrahunt, vnde corruptio potius ſequitur, quam maturatio denique febrem & dolorem augent, vnde conuulſionis & gangrænæ mortiferæ metus. In tali igitur caſu, frigidis & temperatis topicis vti ſatius eſt, cuiuſmodi ſunt hyoſcyami & acetoſæ folia ſub prunis cocta, puls Galeni & ſimilia.

Non pauci extiterunt ægri, qui mortis metu ipſi ſibi conſtanti manu bubonē forcipibus fabrilibus reuulſerunt, alij circumeffoderunt. Alij denique eo immanitatis deuenerunt, vt ſibi ipſi ea parte candens ferrum altiſſime imprimerent, vt veneno via pateret. Quorum ego omnium nihil probare poſſum non enim vt virulentarum beſtiarum morſus, ſic tales abſceſſus foris veniunt, ſed intrinſecus: adde quod ſic incrementum accepit dolor, humorque malignus efferatior redditur. Itaque ſufficere putanda ſunt remedia relaxantia, & poros reſerantia, totaſque tranſpiratu veneni portionem digerentia huiuſmodi ſunt ſequentia.

D ℞. rad. bismal. & liliorum an. ℥ij florum chamem. & meliloti an. m. ß. ſeminis lini ℥ß fol. rutæ m ß [illegible] coleantur. in colatura ſpongia immergantur, [illegible] tumor diu foueatur. Vel ℞. micam panis calidi, & aſperge [illegible] vel aqua vitæ cum lacte vaccino vel caprino. & tritis vitellis ouorum, excipiantur omnia ſtupis & calide imponantur. Vel ℞. fermenti acris ſecalini ℥iiij baſiliconis ℥ij vitel. ouorū n. iij olei lilior. ℥ij. theriacæ ℥j [illegible] ter. Vel. ℞. diachylon. communis & baſiliconis, an. ℥ij olei lilio. ℥j ß [illegible] & miſceantur, ſimul. [illegible]

Vbi pure facto maturum bubonem viſu, tactu & ratione cognoueris, aperienda vomica [illegible] ſcalpello, vel potentiali cauterio aut actuali, ſed præſtat potentiale, [illegible] omnino [illegible] inflammatio, quia venenum ex alto in ſuperficiem attrahunt, & materiebus ampliore [illegible]. Nec vero expectandum, vt natura ipſa per ſe vomicam ſibi aperiat: ne enim periculum eſt, ne dum tardat natura, [illegible] vapor venenatus, qui per arterias cor, per neruos cerebrum per venas hepar [illegible] peſtilentis lues nouam acceſſionem faciat. In Cuius rei metu ſunt etiam, qui perfectam maturationem ſeu ſuppurationem haud expectari velint, & in media quaſi cruditatis & maturitatis via aperiendum dicitent.

Quanquam nimium tumor ante, quantum ſatis eſt, maturue [illegible] dolor. febris, ſymptomata pie omnia, irritata veluti fera, exacerbantur, vnde vlcus emergit malignum, ſæpe in gangrænam degenerans. [illegible]

E decimo aut duodecimo die abſolutum apparet ſuppurationis opus, etiam, tardius ne procurata adhuc [illegible] materiæ, partiſque conditione, rupta vomica vtendum etiam adhuc ſuppurantibus & remollientibus ad materiæ reliquias maturandas, deterſo interim vlcere detergentibus in ipſum demerſis, vt [illegible] curatione. At ſi tumor intro recurrere ſeque recondere videatur, tum impoſitis cucurbitulis cum ſcarificatione, acribus remedijs, imo & cauterijs cum potentialibus tum actualibus [illegible] reuocandus. Cauteria cum impoſita fuerint, prodeſt interius apprimere veſicatoria, vt veneno exitus aliquis apertus ſit, tantiſper dum eſcharæ deciderent.

Sic enim qui lue venerea laborant, quandiu vlcera quæpiam aperta & fluentia habent, [illegible] dolore qui

Litus. Fotus.

Veſicatoria ad bubonem quibus locis apprimenda. Veſicatoria ſimplicia.

Compoſitū veſicatorium.

Aſſiduoſa vlcera manere diu curantur.

Veſicatoria [illegible] vlcera in bubone peſtilenti. Cataplaſma ta valde attrahentia.

Quando cataplaſmata [illegible] bubonibus imponenda.

Contra eos, qui bubonē peſtilentem ferro tentauerunt.

Fotus digerens Cataplaſma anodynum. [illegible]

Ante [illegible] bubonem [illegible] plene maturetur.

Ad delitescentem [illegible] bubonem reuocandum.

Ad dolores tum venerea ad aliquod tempus mitigandos. *Quando repercutiendi bubones pestilentiæ admouenda.* *Quando ſcarificandus bubo peſtilens.* *Cur in bubone pſt. citra pestilentis effrenis hæmorrhagia metuenda.*

A qui (alter effatu dignus ſit,) immunes ſunt: quæ ſi caſu aliquo ſe occluſerint, mox cruciatus rediuiui repetunt. S. bubonis malignioris ſuſpicio ſit ex colore viridi, aut nigro & flammato, cuiuſmodi fiunt ab humore melancholico per aduſtionem in atrabilarium conuerſo craſſo & rebelli, adeo vt ex eius copioſiore in partem influxu gangrænæ metus ſit & necroſis, tum repellentibus circum abſceſſum loca munienda erunt: minime vero abſceſſus ipſe repellentium hæc erit forma.

℞ *ſucc. ſemperuiui, portul. acetoſ. ſolani an. ℥ij. aceti ℥j. albumina ouor. nu. iij. olei roſati & nenuph. an. ℥ij ß. agitentur & buboni circumponantur ſæpe renouanda.* Vel malum granatum acidum coque in aceto, contunde cum vnguento roſato vel populeone recenter facto, applicetur, vt dictum eſt. Si hæc ne influxum quidem retardent, abſceſſus ipſe, quæque vicina in ambitu loca erunt, multo ſcarificatu venient aperienda ſi modo eum pars permiſerit: vt portione veneni pars exonerata extinctionis caloris natiui & proprij, à maiore humorum confluentium mole & malignitate in metu non ſit. Inter ſcarificandum vitabuntur maiora vaſa effrenis hæmorrhagiæ metu, quam in hoc caſu non eſt facile ſiſtere, tum quod pars ipſa inſigniter inflammata ſit, humor ipſe effrenis, cuius præterea excernendi magno deſiderio natura partis, totiuſque animantis commodis & conſeruationi excubans, æſtuare videtur. Interim tamen tantum B ſanguinis humoriſque effluere ſines, quantum æger ipſe citra virium iacturam tolerare poſſe videbitur.

Gallinæ ani ponendæ imposita bubonibus pestilentibus.

Licebit inſuper fotibus relaxantibus, remollientibus, & reſoluentibus ſuperfluam veneni portionem diſcutere. Vt: ℞ *rad. althææ, liliorum & enulæ camp. an. ℔ j. ſeminum lini & fænugr. an. ℥j. ſeminum fænic. & aniſi an. ʒß. fol. rutæ, ſaluiæ, roriſmar. an. m. j. florum chamæm. melil. an. m. iij. bulliant omnia ſimul fiat decoctio pro fotu ex ſpongia ſecundum artem.* Licet etiam poſt prædictum ſcarificatum, gallinas ſeu noſtrates, ſeu meleagrides ani ponentes, quo hiantiore ſint culo, in eam rem ipſi inſuper ſale inſerto, turbini mucronato bubonis imponere, vt mox clauſo ex interuallis roſtro venenum in ſe inſpirent & tranſumant, longe potentius, quam cucurbitulæ, vt quæ præterea proprietate quadam contra venena à natura donatæ ſint: argumento, quod buffones, aſpides, & ſimiles virulentas beſtias deuorent & concoquant, oportebit in ſuffocatæ ab attracto veneno gallinæ locum alteram ſufficere, mox tertiam, quartam, quintam & ſextã intra ſemihoræ ſpatium. Sunt, qui malunt ipſas aut catulos diſſectos calentes imponere, vt ſemiuiuentis adhuc animantis calore, veneni portio in auras diſcuſſa vaneſcat.

Ad partu bubone obseſſa gangrænam.

Quod ſi nihilominus gangræna in propinquo ſit, ſcarificatu profundiore carnes incidere oportet, vitatis maioribus, non modo vaſis, ſed & neruis, conuulſionis metu: & poſt ſufficientem hæmorrhagiam abluere ægyptiaco, theriaca & mithridatio diſſolutis in aqua marina, vitæ, & aceto. C Tali enim lotioni vis ineſt ſiſtendæ putredinis, retundendi veneni & ſanguinis à concretione prohibendi. Denique, ſi ne ſic quidem vitare gangrænam licet cauteria apprimenda parti erunt actualia præſertim, vt quæ efficacius vim veneni hebetent, & partem roborent, mox ab impreſſo candente ferro eſchara ad viuam vſque carnem ſcarificatu reſcindetur, vt venenati vapores, humoreſque exitum ad effluxum habeant, non enim expectandum eſt, quoad ſponte ſua excidat.

Linimenta ad accelerandum eſcharæ lapſum.

His in inunctionibus ſolent eius lapſum accelerare. ℞ *mucaginis althææ, ſeminis lini an. ℥ij. butyri recentis vel axungiæ porci ℥j. vitellos ouorum nu. iij. incorporentur ſimul, fiat linimentum*: id etiam præſtant butyrum, axungia ſuilla, oleum roſatum cum vitellis ouorum.

Detergentia.

Eſchara lapſa, vtendum erit detergentibus, Vt: ℞ *ſuccor. plantag. ſymphyti & apy. an. ℥iij. mellis roſ. ℥iiij. terebinthinæ venetæ ℥v. farinæ hordei ℥iij. aloes ℥ij. olei roſ. ℥iiij. theriacæ ℥ ß. fiat mundificatiuum ſecundum artem.* Vel: ℞ *terebinth. venetæ ℥iiij. ſirupi de roſis ſiccis & de abſynthio an. ℥ j. puluerum aloes, maſtiches, myrrhæ, farinæ hordei an. ℥j. mellis roſati ℥ ß. incorporentur ſimul.*

Ad depaſcentia Vlcera.

Quod ſequitur, vlceribus depaſcentibus & putridis eſt valde idoneum: ℞ *auripigmenti rubri ℥j. calcis viuæ, aluminis vſti, corticum granat. an. ʒiij. thuris, gallarum an. ʒiij ceræ & olei quantum ſufficit, fiat vnguentũ* valide id deterget, putridas carnes abſumit, humiditates virulentas gangrænæ procreatrices abſorbet. Nullum tamen excellentius eſt, Ægyptiaco viribus aucto, vt quod præterea ſuccreſcentem luxuriantemque carnem abſumit, eius enim compoſitionem neque olea, neque ceræ ſubeunt, quibus rebus D acrium medicamentorum, eiuſmodi vlceribus conuenientium, vis retunditur & quodammodo hebetatur, quam diutiſſime vlcus apertum tenebitur.

Vlcera peſtilentia tardius ad cicatricem deducenda.

Permulti enim viſi ſunt, quibus cum per abſceſſus multum ſatiſque ſordidæ & venenatæ eluuiei effluxiſſe videretur, adeoque ipſi conualuiſſe putarentur, paulo poſt interierunt. Interim dum hæc fient, non erunt omittenda cardiaca ad cordis robur. Repetenda etiam ex interuallis erunt purgantia, vt vndequaque venenatorum humorum onere natura leuetur.

De carbunculi peſtilentis natura, cauſis & ſignis.

CAP. XXXII.

Quid carbunculus. *Signa carbunculi.*

PEſtilens carbunculus *exiguus tumor* eſt, vel *puſtula maligna potius, feruens & furens, à ſanguine per propriæ ſubſtantiæ corruptionem vitiato.* Indomabilis huius malignitatis occaſione ſæpius fit, vt anthrax naturæ dominio regi aut vinci nequeat. Initio vix grani milij, aut piſi magnitudinem æquat, tenaciter adhærens parti, & immobilis, adeo, vt ſuperiectam cutem à ſubiecta carne diuellere non ſit potis. At mox breui excreſcit bubonum inſtar, idque in rotundum & acutum cum ingenti ardore, dolore lancinante, & tãquam ab infixis acubus punctorio, vrente & intolerabili, ſub veſperam præſertim, de nocte & dum ciborum in ventriculo coctio fit, magis, quam cum facta eſt. E In medio viſitur veſicula, quæ ſanie diſtenta apparet. Hanc ſi reſcindas, ſubiectam carnem vſtulatam cum nigrore comperies, tanquam à candente carbone appreſſo ex quo carbunculi forte nomen meruit.

Carbunculi nomen vnde ductum.

Quæ vero circumſtat caro, cœleſtis velut iridis, vario colore fulget, rubro, obſcuro, cæruleo, purpureo, liuido, nigro: ſemper tamen cum flammato fulgore picis atræ inſtar, vel gemmæ verius carbunculum nominant, vnde & carbunculi nomen tradu-

ctum

A cum putant. Clauum vulgus appellat, quod dolorem infixo clauo haud abſimilem inferat. Exſiſtunt nonnulli carbunculi, qui ab vlcere cruſtaceo ſine puſtula, tanquam ab multo pyrotico aut candente ferro initium ducunt. Colore & magnitudine variant, creſcuntque celeriter, pro materiæ tamen, ex qua fiunt conditione. *Omnes peſtilentes carbunculi febrem continuam adiunctam habent*, pars obſeſſa velut ab ingenti pondere plumbo grauiter onerari videtur, imo etiam arctis vinculo velut quodam conſtringi, credo propter ſpirituum partis oppreſſionem, & caloris natiui ſuffocationem: ſuperueniunt animi deliquia, iactatio, [illegible], ſopores, gangrænæ, nec rarò non parti modo, ſed & toti animanti mortiferæ: quemadmodum nonnunquam a bubone peſtilenti contingere cernimus. *Sunt enim bubo & carbunculus valde cognati tumores, & quorum vix vnus ſine altero inuadat, materia eiuſdem* generis conſtantes: niſi quod quæ bubonem facit, craſſior eſt & viſcoſior, quæ carbunculum, acrior, feruidior, & maiori tenuitate furens, adeo, vt eſcharam parti, cui inciderit, inurat, vt paulo ante ſignificauimus.

Symptomata carbunculi.

Quid carbunculus a bubone penes materiam differat.

Quæ in bubonibus, quæque in carbunculis peſtilentibus ſit prognoſis.

CAP. XXXIII.

B SVnt, qui peſte correpti vnico modo carbunculo obſidentur, ſunt qui pluribus in plures corporis partes ſparſis. Contingit pleriſque, vt bubone & carbunculo ante prehendantur, quam febre: quod ſalutem ſperabilem facit, ſi modo nulla præterea maligna accidentia ſuperueniant. Signum enim eſt victricis naturæ, quæ ante peſtilens venenum foras excuſſerit, quam cor occupare potuerit. *At poſt febrem carbunculum venire & bubonem ſignum malum eſt.* Signum enim id extat occupati cordis, & furore veneni agitati incenſique: vnde mox febrilis ardor & humorum corruptio in vniuerſam corporis ſuperficiem ab illo velut centro propagatur. *Non tardi [illegible] ab initio ad ſeptimum vſque diem bonum eſt ſignum. Funeſtum eſt carbunculum bubonemque [illegible], recedere & ſe condere*: ſi præſertim mala accidentia hanc delitеſcentiam conſequantur.

Tumores peſtilentes febri ſuperuenire funeſtum.

Si poſtquam ad [illegible] fuerint, ſtatim ſine ratione reſiccentur malum eſt. Qui ex ſanguine ſiunt carbunculi maiorem [illegible] quam qui a bile: quia ſanguis craſſioris eſt conſiſtentiæ, itaque plus carnis occupat humor: contra bilioſus parcior & tenuior eſt, ſummam fere tantum cutem occupans, vt in eryſipelate cernere eſt. Animaduerti carbunculos, qui eſchara ſua medium fere dorſum occuparent: alios, qui clauiculas ſurſum ad gulam verſus ſpectantes ſubtenſam ipſis carnem adeo exederent, vt trachea C arteria nuda conſpiceretur, mihi obortus aliquando carbunculus medium epigaſtrium occupabat, adeo, vt delapſa eſchara peritonæum nudum oculis ſe videndum præberet: relicta cicatrix manus palmam æquat. Haud fere citra animantis perniciem & mortem in tantum ſe ſpatij diffundunt. Exiſtunt carbunculi, qui a ſubiectis mento partibus incipientes, ſenſim ad clauiculas vſque propagantur, & hominem ſtrangulant. Sic multis bubones ab inguinibus in magnam epigaſtrij muſculorum partem aſſurgunt. Denique ab eiuſmodi abſceſſibus magnitudine vaſtis, & aſpectu horridis mors vel toti animanti vel certe parti imminet. Nam poſt conſolidationem, tumor reſtat elephanticus, qui partis actionem abolet, vt in multis obſeruaui. Sæpe etiam materiæ putrentis corruptio tanta eſt, vt caro oſſa nuda relinquat: articulos vero & ligamenta, ebibitæ humiditatis occaſione, plane reſoluta. Saniem enim putridam & virulentam ſæpe carbunculi remittunt: à qua vlcera ipſorum phagædenica & ſerpentia fiunt, multis veſiculis in vicinis & circumiacentibus partibus excitatis, quibus mox in vnum dehiſcentibus ingens fit vlcus.

Vaſti abſceſſus peſtilentes ſæpe lethiferi.

Raro hi & tardiſſime ad ſuppurationem perueniunt, ſaltem, quæ pus fundat laudabile, ſi præſertim ex bile fiant, quia ab ardore [illegible] facile materia aſſatur, non maturatur. Tum igitur, ſi nulla medicamentorum ope ad ſuppurationem perduci poſſunt. Si tumori interim ſua nigredo permaneat, ſi D tentata apertione, vel nihil humoris [illegible], vel ſaltem paucum modo quid & atrum remittant, funeſti omnino ſunt, & ab his vix vnus è m[illegible] millibus ſeruatus eſt. Veſiculæ miliares a vaporibus ex ſubiecta materia excitatis, & exitu denegato ſub cute cohibitis, non neceſſario mortem in carbunculis portendunt.

Membrorum ſyderationes intelligo, quarum ſtupor & [illegible] monuerunt.

At ſi vna pars turgidula & tanquam inflata cernatur, ſi colore viridi aut atro viſatur, ſi puncta [illegible] pars non ſentit, ſigna eſt gangrænæ mortiferæ. *Vix vnquam ſine [illegible] ſunt bubones aut carbunculi*: vel [illegible] tamen [illegible] neruoſas partes occupant quam cum carnoſas: minor in hominibus [illegible] bene temperatis hominibus & [illegible]. *Non externum modo, ſed & internas nonnunquam partes occupant carbunculi [illegible].* Si cor hic carbunculo obſideatur, vt nihil eius foras conſpicuum emergat, actum eſt de vita, repenteque tales ægri moriuntur bibentes, edentes, ambulantes, nihil denique de more cogitantes. Si in diaphragma aut pulmones ſint carbunculi, ſuffocati intereunt: ſi in cerebrum, phrenetici: Si in partes vrinæ dicatas, a ſuppreſſa vrina, quemadmodum contigit Capitatæ illi Reginæ matris ancillæ in caſtro Roſſilionenſi, de qua meminimus antea. Si in ventriculum, ſigna proferet, quæ ſequenti hiſtoria commemorabuntur. Dum in Noſocomio E Pariſienſi Chirurgiam [illegible], iuuenis quidam & vegetus ex ſodalitio ſancti Victoris monachus, [illegible] eius loci [illegible] procurator in continua [illegible] de repente incidit, cum lingua nigra, arida, ſcabra, ob putridos, ardentes & corruptos plane humores exudantes, vaporeſque in eam & totum os ab interaneis a [illegible] & venatico velut [illegible], [illegible], ſyncope crebra, ac nauſea. Morbi vehementia & [illegible] correptus, mortuus eſt tertio die, ex quo extinctum propinato veneno [illegible] peteret, qua de re vt cognoſceret, iubent noſocomij gubernatores eius cadauer diſſecari, aduocato [illegible] Medico & Chirurgo. Animaduertimus in fundo ventriculi veſtigium [illegible] multo cauterio, cum eſchara ſeu cruſta vnguem lata, reliquum ventriculum valde contractum

Funeſti carbunculi.

Carbunculi viſcera obſidentes.

Hiſtoria.

& velut

& velut corneum, quibus viſis præſectamque eſchara, quæ altius ſubibat in ventriculi ſubſtantiam, vna omnes voce impotionatum illum ſublimato, aut arſenico pronunciauimus. Sed ecce, dum epigaſtrium conſuerem, multas maculas nigras varie per cutem cadaueris ſparſas animaduerti. Tum igitur concilium rogo, vt animaduertant maculas eiuſmodi: mihi enim fieri veriſimile a peſtilente, vt loquuntur, purpura illas eſſe. Negabant Chirurgus Medicuſque, atque à pulicum, cimicumque morſu illas eſſe dictitabant. At ego & numerum earum toto corpore copioſum expendere ſuadeo, ſimul & altam in carnes depreſſionem. Nam impulſis altius aciculis nouaculaque mox reciſſa cute, ſubiectam carnem valde nigram deprehendimus, narium, vnguium & aurium liuorem, totiuſque corporis reliquis communibus motibus minime familiarem conſtitutionem animaduertimus. Tum vero & faciem ſic à ſe ipſa mutatam, vt vix à familiaribus recognoſci poſſet. His argumentis perſuaſi, ſententiam mutauimus, retulimuſque ſubſignato elogio, ipſum ex peſtilenti carbunculo interiiſſe.

Qui diſtinguere liceat, pulicumne an peſtis occaſione maculæ incorpore ſurrexerint.

De Peſtilentis carbunculi curatione. Cap. XXXIV.

Cur emplaſtica & valde calore attrahentia, non ſint ſalubria carbunculo.

Ex commemoratis ante peſtilentis anthracis ſymptomatibus, maxime vero ex doloris acerbitate, materiæ venenatæ malignitate, & febre ardente coniuncta, patere arbitror, cur huic tumorum generi valde calida emplaſtica & attrahentia non ſint imponenda: quia veneni in tenues auras exhalationem & diſſipationem impediunt, quia conſtipando poros maiorem, quam ante eſſet, calorem in parte accendunt. Itaque ſatius eſt relaxantia imponere, quæ ardorem temperent, & cutis ſpiracula halituum gratia referent. Ergo per initia fouebitur locus hydræleo calido, in quo theriacæ modicum diſſolutum fuerit, relictis inſuper eo imbutis ſtupis, vel goſſipio, vt etiam licebit decocto maluarum, radicum liliorum, ſeminis lini, ficuum pinguium cum oleo hypericonis ad rarefaciendam cutem, materiamque totius alliciendam, ſequenti die imponendum ſequens cataplaſma. ℞ *fol. acetoſæ & hyoſc. rami an. m. ii. coquantur ſub cineribus calidis, poſtea piſentur cum ouorum vitellis iiij. theriacæ* ʒ *ij. olei liliorum,* ℥ *iij. & farinæ hordei quantitate ſufficienti fiat cataplaſma ad formam pultis ſatis liquidæ.* dolorem ſedat, ardorem reprimit & pus mouet. Vel ℞ *rad. althææ & lilior. an.* ℥ *iiij ſeminis lini.* ℥ *ß. coquantur complete & trajiciantur per ſetaceum, addendo butyri recentis,* ʒ *j. ß mithridat.* ʒ *j farinæ hordei, quantum ſufficit, fiat cataplaſma,* vt decet.

Cataplaſmata ad peſtilentem carbunculum.

Quæ ſequuntur, efficaciſſima ſunt ad materiam venenatam foras alliciendam, & ſuppurationem perficiendã, quando præſertim humorũ influxus maior non eſt, quã vt pars ſit ferendo. ℞ *rad. alth. & lilior. alborum, caparum, fermenti an.* ℥ *ß. ſeminis ſinapi fimi columbini, ſaponis mollis an.* ʒ *j. limaces cum teſtis, vj. ſacchari optimi, theriacæ & mithridat an.* ʒ *ß. piſentur omnia & incorporentur cum vitellis ouorum, fiat cataplaſma,* imponatur calide. Vel: ℞ *vitellos ouorum, vj. ſalis com. puluerati* ʒ *j. olei liliorum & theriacæ an.* ʒ *ß farinæ hordei quantum ſufficit, fiat cataplaſma.* Vel: ℞ *diachylonis parui* ℥ *iiij. vng. baſiliconis* ℥ *ij. olei violar.* ʒ *ß fiat medicamentum.* C

Scabioſa vim contra carbunculos.

Veterum permulti magnopere commendarunt ſcabioſam inter duos ſilices contritam, mixtamque cum axungia veteri, vitellis ouorum & pauco ſale, ad pus in carbunculis mouendum, quin & ouum ipſum cum oleo violaceo & farina hordei mixtum anodynum eſt & ſuppurans.

Radicem raphani attrahere potenter venenũ.

Radix raphani in taleolas ſecta, ſæpiuſque carbunculis, & peſtilentibus omnibus abſceſſibus impoſita potenter attrahit venenum.

Tuſſilaginis ſuccus carbunculorum ardorem extinguit, quemadmodum & morſus diaboli herba contrita & impoſita.

Carbunculi mucro quando, cur & quibus inurendus.

Sequenti remedio ſæpe vſus ſum fœliciter ad carbunculorum ardores, doloreſque ſedandos, & promouendam ſuppurationem: ℞ *fuliginis e caminorum parietibus deraſæ* ℥ *iij ſalis com.* ʒ *ij redigantur in pollinem à* [illegible] *ducum ouor. vitellis agitentur ſimul, quoad pultis conſiſtentiam adeptum fuerit medicamentum*, tepidum carbunculo imponitur. In incremento inurendus eſt carbunculi mucro, ſiquidem niger vitatur, inſtillato feruenti oleo vel aqua chymiſtarum. Tali enim inuſtione tanquam fulmine ictum venenum ſuffocatur, dolorque mitior multo redditur quemadmodum multiplici & frequenti experientia comprobaui, nec verendum eſt, ne inſtillatio illa feruentium rerum nimium ſit dolorifica, nihil enim præter carbũculi mucronem attingit, qui eſcharæ, quæ inde incipit, occaſione fere ſenſu caret. Poſt inuſtionem perſeuerandum erit in commemoratis remediis, quouſque orbiculi inſtar circum abſcedere eſchara videbitur, quod futuræ ſanitatis augurium eſt, ſignum nempe validæ naturæ & veneni potentis. Poſt lapſam etenim eſcharam detergentibus blandis vtendum erit, qualia ſunt, quæ in bubone peſtilenti deſcripſimus, non omiſſis interim ſuppurantibus medicamentis & remollientibus, vt dum quod purulentum eſt, abſtergatur, quod crudum adhuc ſubeſt, ſimul ad ſuppurationem perducatur. Tum enim duplex ſe oſtentat indicatio: vna eius, quod in parte crudum reſtat, maturandi: altera eius, quod coctum & purulentum in vlcere ſubeſt, detergendi. D

Abſceſſũ eſcharæ ſanitatem polliceri.

Duplex indicatio.

Cur pruritu diuexentur partes tumori peſtilenti vicina.

De Pruritu & Vredine vlceribus peſtilentibus ſuperueniente, deque obducendæ cicatricis ratione. Cap. XXXV. E

Forma ad pruritum.

Cur tumorũ peſtilentium vlcera difficulter cicatrice obducantur.

Quæ circum vlcus peſtilens ſunt partes, ſæpe in ſuperficie excoriantur, propter puſtulas vlceroſas, quæ hinc inde cum vredine & pruritu acuto pungunt, vellicantque partem. Cauſa tum extrinſecus, tum intrinſecus venire poteſt. Intrinſecus quidem ex ſanie tenui & mordicante, quæ ab vlcere reſidens partes vicinas irrigat. Extrinſecus vero à pororum cutis conſtipatione, quam inferunt remedia aſtringentia impoſita. Ei vitio vt occurratur, foueri debet locus rebus diſcutientibus & relaxantibus, vt aqua chymiſtarum, quæ iam ſeparandis metallis inſeruierit, aqua aluminoſa, aqua calcis, muria & ſimilibus. Cæterum vlcera, quæ a carbunculis & bubonibus relinquuntur, cicatrice difficulter obducuntur, propter corrodentem ſaniem à ſanguine biliosó, aut pituitoſo & ſalſo, qui totius ſubſtantiæ

corruptione

A corruptione in vitio exi[illegible] Adde, quod eiuſmodi vlcera fere orbicularia ſunt, talia ve-ro ideo difficilius cicat[illegible], quia collectæ in fundo ſaniei liberum exitum [illegible] permittũt. Ita ſanies ex ſe acris & [illegible] rit, adeo vt vrente ſuo & proxima[illegible] [illegible] contumpto [illegible]

B [illegible]

C [illegible] Iiſdem medicamentis [illegible] aqua [illegible] tepida.

De multis aliis euacuationum generibus, & inprimis de Sudore & Vomitu

Cap. XXXVI.

Non [illegible] pestilens ve-nenum expurg[illegible]

D [illegible] ce, ſed non raro ſymptomaticæ: quo[illegible]

E [illegible]

[illegible] leta-

lethalis expuitio. Itaque ſi vano ſe & nocituro vomendi conatu ventriculus concuſſerit, roborandus potius veniet ſacculis fartis ex roſis, abſynthio & ſantalis. Intrinſecus autem ſucco cydoniorum, berberis & iuſculis in eundem finem paratis. A

De Sputo, Saliuatione, Sternutamento, Emunctione, Ructu, Singultu, & Mictione.

CAP. XXXVII.

Expuitionis in morborũ curatione vires.

Saliuationis vires.

QVod ſputis & ſaliuatione inſignes fiant euacuationes, pleuriticorum exemplo intelligere eſt, verſa enim in pus pleuritidis materia, purulenta ſanies à pulmonum rara & ſpongioſa ſubſtantia ſucta, indeque in tracheam arteriam tranſumpta ore reijcitur. Saliuatione vero & expuitione quantopere iuuentur lue venerea infecti, nemo eſt, qui neſciat. Cæterum prouocabuntur hæc maſticatoriis ex radice ireos, pyrethri, maſtiche, & ſimilibus. Idem fiet ore verſata mucagine ſeminis lini.

Sternutationis & emunctionis vires & cauſa.

Cur ſternutamentum fiat cum ſtrepitu.

Qui plethoricis & pulmonariis nocedit ſternutatio.

Sternutatione & Emunctione, cerebro excretricis facultatis ſuæ robore, ad noxiorum excluſionem incitato, ſuperfluos excerni humores, eorum, quibus cerebrum humidius eſt, argumento, vt ſenũ & puerorum, qui per nares aſſidue purgantur, licet cognoſcere. Incitatur cerebrum ad vtrumque excretionis genus à cauſa vel interiore vel exteriore. Interiore, vt pituitoſa vel vaporoſa materia, quæ cerebro concluſa ipſum offendit: exteriore, vt ſolis radio naribus excepto, vel eo penna immiſſa vel inſufflato acri & vellicante puluiſculo ex helleboro, euphorbio, pyrethro, ſynapi & ſimilibus ſternutatoriis. Tum enim cerebrum excretrice propria conſtringitur ad rerum moleſtarum excretionem. Cum ſtrepitu proſilit ſternutamentum, quia materiebus per loca anguſta exitus eſt: nempe per oſſis cribroſi, quod ad narium radices eſt, colatorios ductus. In corpore inſigniter plethorico cieri ſternutamentum non debet, niſi præceſſerint vniuerſalia remedia, ne maior fiat in cerebrum attractio, apoplexiæ, vertiginis & ſimilium ſymptomatum conſecutionem illatura. B

Ructus commoda.

Ructu flatus ventriculo conclati cruditatis vel ciborum flatuoſorum ſoboles excernuntur, hi odore ſuo & ſapore ſuaui, fœtido, dulci, amaro aut acido humorum, è quibus ſuſcitantur, conditionem & cruditatis ſpeciem oſtendunt. Cruditatibus ventriculum exonerat vomitus. Intemperies vero contrarius alterantibus corrigitur à Medico præſcribendis.

Singultus quid.

Singultus cauſa.

Singultus *contractio & extenſio eſt fibrarum ventriculi neruoſarum ad ea, quæ eius tunicis contumaciùs impacta hærent, excludenda* quanquam non repletio tantum ſed & inanitio eius in cauſa eſt. Sæpe & teter vapor aliunde, vt ex bubone anthraceue peſtilenti, in ventriculum irrumpens: acida quoque & acria omnia, quia pungunt, vellicant irritantque ventriculi tunicas, vt acetum, ſpeciata ſimiliaque ſingultum excitant: *à purgatione, à vulnere, à vomitu ſingultus frequens & contumax malum eſt: at ſi mox conuulſio ſuperueniat, mortiferum.* Remedia ipſi pro cauſarum varietate varia adhibebũtur. Nam ei, qui ab inanitione eſt, ſingultui repletio medetur: ei, qui eſt à repletione, vacuatio: qui à putrido & venenato vapore eſt, theriaca & alexiteriis tollitur: qui ab acidis & acribus, curatur vſu craſſorum, pinguium & frigidorum. C

Per vrinas etiam vniuerſum corpus indicari.

Vniuerſum vero corpus ſæpe & per vrinas expurgatur: *His enim maxime & propriè febrilis materia euacuari ſolet*: non pauci vero lue venerea infecti, cum litu ex argento viuo ad expuitionem & ſaliuationem deduci non poſſent, diureticis exhibitis vrinarum multarum copioſo effluxu curationem receperunt.

Quæ & quibus noceant diuretica.

Diuretica, quibus vrinæ profluuium promouere licet, deſcripta ſunt *tractatu de Calculo.* Cæterum abſtinendum eſt ab acrioribus diureticis, cum præſertim in veſica inflammatio ſubeſt: ſic enim humores noxij in partem affectam deducuntur, vnde gangrænæ mortiferæ periculum. Tum igitur per ſudores diuerſionem moliri ſatius erit.

De Menſtrua & hæmorrhoidali purgatione.

CAP. XXXVIII. D

Quæ menſes cieant.

MVlieres menſtruæ purgationis beneficio magnis, peſtilentibus & omnino funeſtis ſæpe morbis defungi fidem facit non ratio modo, ſed & multiplex experientia: incitanda ergo ea venit remediis tum aſſumptis, tum admotis: aſſumitur igitur vtiliter cortex caſſiæ, vel cinamomum potius, cortex radicis mori, crocus, agaricus, nux moſchata, ſabina, diacrydium. Quod ſi affectus vehementiora remedia requirit, radices tithymali, antimonium, cantharides (parca manu ſumptæ) menſes potentiſſime mouent.

Aromatica quæ vi menſes cieant.

Conferunt ad id frictiones & ligaturæ in femoribus & cruribus factæ: cucurbitulæ in interiore & media femorum parte impoſitæ, ſanguinis è ſaphena detractio: hirudines appoſitæ orificio ceruicis vteri peſſaria, noduli, clyſteres, balnea, fotus ex rebus odoratis, quæ odoris ſui fragrãtia ſe calore potius, craſſos humores attenuent, incidant, obſtructa venarum orificia reſerent, cuiuſmodi ſunt radices biſmaluæ, ireos, petroſelini, fœniculi, bruſci, folia floreſqueque hyperici, aſparagi, erucæ, meliſſæ, chærefolij, arthemiſiæ, menthæ, pulegij ſatureiæ, roriſmarini, rutæ, thymi, hyſſopi, ſaluiæ, baccarum lauri, geniſtæ, zinziber, caryophylli, piper, nux moſchata & ſimilia: quorum ebullientium vaporem ceruice vteri per infundibulum in forato ſedili ſedens mulier vndique tecta, ne quis temere exhalet, excipiet. Ex iiſdem parabuntur balnea tum vniuerſalia, tum particularia. Vtilia etiam ſunt peſſaria hac forma. E

Peſſaria ad ciendos menſes.

℞ *theriacæ & mithrid. an.* ℥ß. *caſtorei & gummi ammoniaci an.* ʒj. *miſce cum bombace in ſucco mercurialis tincto fiat peſſarium*, vel *Cape radices petroſelini & fœnugr. ſub cineribus coctas: deinde contuſas cum puluere ſtaphyſagriæ, pyrethri, croco & oleo liliorum*, fiat inde peſſarium ad formam ſuppoſitorij aut nodulorum. Vel,

℞ *puluer. myrrhæ & aloes, an.* ʒj *fol. ſabinæ, nigellæ, arthemiſ. an.* ʒij. *rad. ellebori nigri* ʒj. *croci* ℈j *cum ſucco mercur. & melle communi, fiat peſſarium in bombace.* Quod ſequitur validius eſt: ℞. *ſucci rutæ & abſynth. an.* ℥ij. *myrrhæ, euphorbij, caſtorei, ſabinæ, diacrydij, terebinth. galbani, theriacæ an.* ʒj *fiat.*

A ℥j fiat peſſarium ſecundum artem, ab p[illegible] altero extremo pendeat funiculus vt facile, cum libitum [illegible] vteri reuocari queant. At ſi fluxus ille menſium ſemel citatus mox [illegible] ſiſtendus erit alimentis craſſioris & viſcidi ſucci exhibitis, ſectione venæ brachij, admotis [illegible] regione cucurbitulis, ſupernarum partium, vt brachiorum frictionibus & [illegible] ſus admotiſque hypogaſtrio, pectini & lumbis, emplaſtris refrigerantibus & adſt[ringentibus] [illegible] in conuenienti loco muliere, nec ſuper culcitram plumeam iacente.

Menſes immoderatius fluentes qui cohibeantur.

Sequens iniect[io] erumpentem per vterum ſanguinem ſiſtit: ℞ *aquæ plantag.* [illegible] [illegible] [illegible] *verbaſc. ſumach, balauſt.* [illegible] *fiat decoctio de qua fiat in vterum iniectio.* [illegible] expedire [illegible] ſuperioribus, vt [illegible] magna flamma [illegible] calidis & [illegible] vnguenta, quale vulgo fit ex cepa ſub cineribus cocta & cum theriaca [illegible] oleo rosæ concorporata. Hæ [illegible] venæ, poſt [illegible] his artibus [illegible] ficulneis, vel cepa cruda, aut felle bubalo concorporato cum puluere colocynthidos. [illegible] prominent, & multo ſanguine [illegible]. Quod ſi immoderatius fluant, [illegible] quibus menſes, tenendus.

Iniectio in vterum ad ſiſtendos menſes.

Quibus proueniant hæmorrhoides.

Quibus hæmorrhoidales vena reſerentur.

B

De Alui fluxu prouocando. Cap. XXXIX.

Diarrhœa quid.

IN aluum & inteſtina expellere natura tum per ſe & ſponte ſua, tum laxantibus & purgantibus remedijs adiuta [illegible] morbi materiam, tanquam in corporis vniuerſi ſentinam, deponit, vnde [illegible] dyſenteriæ, & [illegible], has excretionis per aluum ſpecies diſtinxeris ex excrementorum [illegible]. Nam ſi liquida & ſinceras [illegible] vnius ſimplicis que humoris naturam [illegible] biliosi nempe melancholici, aut pituitoſi, & ſi magna copia excernantur, ſine inteſtinorum vlcere [illegible] excoriatione, vehementique & abradente dolore, Diarrhœa dicitur. [illegible] vero humoralis alui fluxus. Lientericus fluxus dicitur, cum ventriculi inteſtinorumque facultate retentrice, à cacochymiæ [illegible] vel aliunde influentis, aut frigidæ & humidæ intemperiei vitio exoluta, cibi crudi, & [illegible] perturbantur. Dyſentericus quando multa & varia, cum cruciatu, torminibus & [illegible] inteſtinorum [illegible] tunicas erodente bile, excernuntur, cruore ſæpe reſperſa.

C

Lienteria quid.

Dyſenteria quid.

Cæterum [illegible] morbi genere, certe in peſtilenti alui fluxus ſuperueniunt quantitate immoderati & [illegible] qualitate horribiles, liquidorum nempe, viſcidorum, ſpumantium tanquam à ſarſo adipe, fuluorum, [illegible] purpureorum, viridium, cinereorum, nigrorum, & omnino valde fœtentium. [illegible] varia & multiplex cacochymia, quæ à veneno peſtilenti correpta, in varias & toto genere [illegible] abeunt ſpecies, per propriæ ſubſtantiæ corruptionem: cuius [illegible] inſeparabile eſt fœtor, quam non raro etiam comitatur verminatio.

Cauſa varietatis colorum & fœtentium deiectionum in peſte.

[illegible] Ambianenſibus peſtilens dyſenteria per exercitum vagabatur, hac merus ſanguis, robuſtiſſimis [illegible] per anum manabat: diſſectis quorundam cadaueribus animaduerti venarum & arteriarum [illegible] oſcula reſerata, elata & tumentia, omnino, qua in inteſtina deſinebant cotyle [illegible] habentia, à quibus, dum comprimerem, ſanguis expreſſus ſtillabat. Nam ſolis æſtu [illegible] & ita accenſus multum animus, multus humor biliosus & acris genitus [illegible] ſitum habebat in aluum.

Hiſtoria.

D

Ca[illegible] craſſiore an tenuia inteſtina vlcerata ſint, intelliges magis ex cruoris cum fæcibus permixtione, [illegible] doloris [illegible] clyſtere magis agendum eſt, hic ſumptis ore medicamentis. Ergo ſi ex torminibus, teneſmo, murmure, & [illegible] inteſtinorum, [illegible] in peſtilenti morbo naturam [illegible] exonerare ſtudentem, neque [illegible] ex voto ſic ſuccedat conatus, arte iuuandus [illegible] vt ſumpta potione ex *[illegible] dragma vna diſſolutum in* [illegible] Vtiles ſunt & [illegible] clyſteres, non modo quia tormina & dolores ſedant, & [illegible] quia inteſtina & venas meſaraicas [illegible] ex toto corpore attrahunt, ſed etiam quia inteſtina [illegible] poſtea liberius expediat humoribus noxijs. [illegible] vt [illegible] vna eadem [illegible] venenatam materiam [illegible] Parantur eodem conſilio glandes ſeu [illegible] *[illegible] ſingulorum ſemidragma*: vel quo acriora [illegible] *[illegible] colocynthidis an* ℨß. [illegible] parandi ℞ *[illegible] ouo num. iij felle bubali & melle an.* [illegible] *in nodulos formentur* [illegible] *in anum intrudantur.* Hos acriores efficies addito euphorbij aut colocyn[thidos] [illegible] [illegible].

Supernorum & tenuium inteſtinorum vlceratorum.

Clyſteres ad ciendam aluum.

E

Suppoſitoria Noduli.

De ſiſtendo alui fluxu. Cap. XL.

EF[illegible] & immoderati alui fluxus, qui facultates exoluunt, & ægrum in tabem mortemque deducunt, [illegible] tales fuerint apparean[t] [illegible] in ſeſtis & admotis. In eam rem paratur [illegible] ex farina frumentacea cocta in [illegible] vnius granati mali acidi, berberidis, boli armeni, terræ ſigillatæ, & ſeminis papaueris albi, ſingulorum dragma vna.

Pulticula alvum cohibens.

Sequens amygdalatum ventriculum roborat, & biliosi humoris inteſtina ad excretionem prouocantis, acrimoniam mitigat. *Cape amygdalas dulces coctas in aqua hordei extinctionis chalybis aut ferri, terantur in mortario marmoreo, trajiciantur, exprimanturque in amygdalatum, quod addita dragma vna pulueris diarrhod. abbatis ægro exhibeatur.* A

Remedium Capellani adſtringendo aluo ſummum.

Quod ſequitur remedium, didici ex Capellano Regis Medico primario, qui id à patre acceptum magni ſecreti loco habebat, & ægris fœlici admodum ſucceſſu præſcribere ſolebat. ℞ *boli armen. terræ ſigillatæ, lapidis hæmat. an. ʒ j. pulu. nauali ʒ j ß. coral. rubr. margar. elect. cornu cerui uſti & loti in aqua plantag. an. ℈ j. ſacchar. roſ. ʒ ij. fiat puluis ſubtilis*, de quo capiat æger cochlear vnum ante cibum vel cum oui vitello. Chriſtophorus Andreas *in Oecoiatria*, valde commendat ſtercus canis, qui ſolis oſſibus aroſis per triduum ante victitarit.

Victus.

Cydoniorum carnes vel cydonia ipſa ſub cineribus cocta, vel in olla cocta, cornorum conſerua, fructus berberis conditi, myrobalanus, nux moſchata toſta ante cibum ſi ſumantur, ventriculum roborant & aluum ſiſtunt.

Elixis & aſſis potius, quam elixis veſci debet æger. Potus erit aqua chalybeata, decoctionis

Potus.

mali granati acidi & conquaſſati, vel decoctionis mali cydoniati, meſpilorū, ſorborum, morotū, rubi & ſimilium adſtringendi & corporis humiditates conſumendi vi præditorū: miſceri poterit hæc aqua cum B

Lotus.

ſyrupis de ribes, iulepo roſato & ſimilibus.

Illinetur ventriculi aluique regio oleo maſtichino, moſchatelino, myrthino & cydoniorum. Vtiliter etiam imponitur panis recenter è clibano extracti cruſta macerata in aceto & aqua roſarum: vel cataplaſma ex roſis rubris, ſumach, berberis, myrtillis carne cydoniorum, maſtiche, farina fabarum & melle roſato, exceptis aqua chalybeata. Inijcientur clyſteres anodyni, abſtergentes, adſtringentes, conſolidantes, nutrientes.

Clyſteres ad alui fluorē.

Sequenti humorum acrimonia obtunditur, & dolor ſedatur: ℞ *fol. lact. hyoſc. acetoſ. portul. an. m j. florum violar. & nenuph. an. p. j. fiat decoctio ad ℔ j. in colatura diſſolue capſæ ſ. lal. ʒ ij. olei roſati & nenuphar. an. ℥ j ß. fiat clyſter.* Vel ℞ *roſ. rub. hord. mund. & ſem. plant. an. p. j. fiat decoctio colaturæ adde olei roſ. ℥ ij. vitel. ouo. ij. fiat clyſter.* Vel ℞ *decoctionis capi, crurum vitulini & capitis veruecis vna cum pelle, ℔ iij in qua coquantur fol. violar. maluæ, mercur. & plant. an. m j. hord. mund. ℥ j. quatuor ſem. fri. maior. an. ℥ ß. in colatura ℔ ß diſſolue capſæ recenter extr. ℥ j olei viol. ℥ iij. vitel. ouo. ij ſacch. rub. ℥ j fiat clyſter.* Vel: ℞ *flor. chām. melil. & aneth. an. p. j. rad. biſmal. ℥ j. fiat decoctio in lacte. colaturæ adde mucag. ſem. lini & fœnugr. extracta in aqua maluæ ℥ ij. ſacchar. rubr. ℥ j. olei chamæ. & aneth. an. ℥ j ß. vitel. ouor. ij fiat clyſter.* Tales clyſteres diu continendi aluo ſunt, vt dolorem promptius ſedent. C

Clyſter ad vlcerata inteſtina.

Quando inteſtinorum ramenta in deiectionibus apparent, argumentum eſt ſubeſſe in inteſtinis vlcus itaque tum vtendum clyſteribus detergentibus & conſolidantibus, cuiuſmodi eſt ſequens: ℞ *hor. integri p. ij roſ. rub. flor. cham. plant. apij an. p j. fiat decoctio. In colatura diſſolue mellis roſati, & ſyrupi de abſynthio an. ℥ ß. vitellos ouorum ij.*

Qui ſequitur conſolidat. ℞ *ſuc. plantag. centinod. & portulac. an. ℥ ij. bol. armen. ſangui. dracon. amyli an. ℥ j ſebi hircini diſſoluti ℥ iij fiat clyſter.*

Lac vaccinū elixu cum plantagine & ſyrupo roſato vlceratis inteſtinis optimū etiam eſt remediū.

Clyſter valde adſtringens.

Adſtringit, qui ſequitur clyſter ℞ *caud. equinæ plant. polygo. an. m. j. fiat decoctio in lacte vſtulato ad quart. iij. & colaturæ adde bol. armen. terræ ſigil. ſang. dracon. an. ℥ ij. albumina duor. ouor. fiat clyſter.* Vel ℞ *ſuccorum plantaginis, arnoglo. ſi. centinodiæ portulacæ, reſidentia facta depuratorum quantum ſufficit pro clyſtere. Addendo pulueris boli armeni terræ ſigillatæ ſanguinis draconis an. ℥ j. olei myrthini & roſati an. ℥ ij.* Si ſanguis purus manet per inteſtina, tùm validius adſtringentia vſurpare. In quam rem valde commendanda puto decocta malicorij, nucum cupreſſi, roſarum rubrarum, ſumach, aluminis & vitrioli parata in aqua fabrorum ſine oleis in clyſteres indita. Eodem decocto proderit anum & perinæum totamque aluum fouere. Non ante adſtringentes clyſteres vſurpari debent, quam exhibitis catharticis humores noxij attracti & expurgati fuerint, alias enim ex his ſuppreſſis in corpore oppreſſio morbifica continget. D

Clyſter nutriens.

Si adeo fractis viribus ſit æger, vt ore alimenta capeſſere vel deglutire nequeat, clyſteres nutrientes exhibendi erunt. Vt: ℞ *decoctionis capi pinguis, & crurum vitulini coctorum cum acetoſa, buglosſo, borragine, pimpinella & cicina ℥ x vel xij. in quibus diſſolue vitellos ouor. num. iij ſacchari roſati & aquæ vitæ an. ℥ j butyri recentis non ſaliti, ℥ ij. fiat clyſter.*

De euacuatione, quæ fit per inſenſibilem tranſpirationem. CAP. XLI.

Tumores iā puro. confecto ſæpe digerit natura vi.

PEſtilens venenum, vt ſæpe tranſpiratu per poros cutis haurìtur in corpus, ſic ſæpe eadem via inaſpectabili vacuatione exhauritur. Calor enim noſter natiuus in nobis nunquam otioſus attenuatos in vapores, halituſque noxios humores in auras per cæca cutis ſpiracula digerit. Argumento eſt, quod tumores abſceſſuſque contra naturam, confecto iam etiam pure, ſola naturæ & caloris efficientia ſine vllis artis præſidiis vaneſcere & reſolui, diſcutique non raro videmus. Itaque dubium non eſt, quin natura vegeta expedire ſe peſtilenti veneno per tranſpirationem queat, iam etiam abſceſſu aliquo, vt bubone aut anthrace prorupto, & certa in corporis parte collecta materia: naturæ enim robuſtæ & vegeto calore ſubnixæ nihil eſt impoſſibile, cum præſertim meatuum libertas adeſt. E

Quæ curatio infantium & puerum peſte correptum adhibenda. CAP. XLII.

Mulieri nutricem puerulo eſſe medicinam.

LActantium & ablactatorum puerorum, ſi quando peſte correpti fuerint, alia paulo eſt curandi ratio, ab ea, quæ huc vſque deſcripta eſt. Lactantis igitur infantis nutricem ita ſe gerere in diæta & medicamentis oportet, ac ſi ipſa peſte correpta eſſet. Diæta conſiſtit in rerum ſex non naturalium vſu.

Diæta

A Diæta igitur ſi moderata fuerit, non poteſt non eius moderationis fructus ac lac nutricium, proindeque ad infantem peruenire, vt qui ſolo fere lacte nutriatur. Eandem diætam & ipſe infans, quantum licebit, ſeruare cogetur in ſomno, vigilijs, & eorum præſertim, quæ ſuperflua ſunt, excretione. His veſcetur nutrix, quæ febrilis ardoris vim mitigant, iuſculis nempe refrigerantibus, herbis medicatis, & mediæ materiæ cibis: vino penitus abſtinebit, papillam aqua vel ſucco oxalidis ſacchаro roſato diluto, quoties infantem mammæ admotura eſt, oblinet. Ipſius vero infantis cor theriacæ ſcrupul. vno in lacte nutricis, iuſculo pulli vel aqua cardiaca diſſoluto, & pluribus vicibus exhibito, præmunire contra glıſcentis veneni impetum licebit. Eodem medicamento cordis regionem, emunctoria, & vtrumque carpum oblinere extrinſecus oportebit: nec erit inutile theriacam in aceto roſato, aqua roſarum & aquæ vitæ tantillo diſſolutam, naribus odorandam crebrius admouere, vt ſic natura, quacunque licebit, arte iuuetur in retundenda veneni malignitate.

Cardiaca puerulo exhibenda.

Ablactati pueri, iamque grandiuſculi medicamenta per os ſumere poſſunt: nam cum craſſiores,
B lacteque ſolidiores cibos concoquere, & in ſanguinem conuertere poſſint, facile etiam leue aliquod medicamentum de potentia in actum excitare poterunt. Itaque potio illis erit paranda ex theriacæ granis duodecim, cum aliqua ſyrupi de cichorio portione diſſolutum in aqua cardiaca, vel in capi iuſculo: niſi quis malit cum conſerua roſarum boli forma exhibere: *parce tamen exhibenda pueruiis eſt theriaca, quia largius ſumpta, accenſis humoribus, ne febrem inferat, periculum eſt.* Parabitur iisdem iuſculum crebro ex cochleari ſumendum, ex capi oxalide, lactuca, portulaca, ſeminibus frigidis ſaporati, additis boli armeni & terræ ſigillatæ ſingulorum vncia vna in nodulo vinctis & expreſſis, decocto. Bolus enim armenus ſeu à ſiccandi vi inſigni, ſeu à proprietate occulta hoc habet, vt potus peſte affectos (Galeni ſententia) celeriter curet, qui modo arte Medica curari poſſunt: adeo, vt *qui bolo armeno peſte expediri nequeunt, nullis alijs remedijs iuuari poßint.*

Cathartica ablactatis exhiberi poſſe.

Theriaca cur pueris parcius exhibenda.

Boli armeni vis.

Lib. 9. ſimpl. cap. 7.

Quia vero puerorum corpora calida, humida & halituoſa ſunt, ſudore prouocato ex decocto ſeminis petroſelini, vuarum damaſcenarum, ficuum, radicis oxalidis, ſcobe cornu ceruini, aut eboris cum pauco croco, facile venenatæ materiæ portione per cutem liberantur. Sudor quo promptius & copioſius manet, admotis ſpongijs, in ſaluiæ, roriſmarini, lauendulæ, lauri, chamæmeli, meliloti, & maluarum,
C decocto immerſis expreſſiſque, vel veſicis ſuillis eodem decocto ſemiplenis axillis, inguinibuſque admotis promouebitur amplius. Ipſis interim dum ſudant, flabellabitur facies, admouebitur naribus theriacæ in aceto roſato, & aqua roſarum diſſolutæ nodulus, omnino in ſudando modus erit adhibendus, quod diſſipabili & facile reſolubili ſubſtantia ſint pueri: adeo vt ſæpe etſi non ſudent, ſudoris tamen commoda ſine ſudore ſentiant, digeſta caloris vi in tenues auras veneni materia.

Sudorifica quæ pueris adferant ſanitatem frequentem.

Cæterum inter ſudandum, dum flabellatur facies, odorataque cardiaca naribus admouentur, recreata natura & roborata, quæ alioqui ſudore languet, vegetius, validiuſque incumbit in veneni excretionem. Poſt ſudorem deterſum prodeſt ſumpta potiuncula ex conſerua roſarum, ſcobe cornu ceruini, aut eboris, in aquis bugloſſi & acetoſæ diſſolutis ad refrigerium & cordis præſidium.

In ſudando modus.

Si quis in axillis, inguinibuſue illis tumor ſuperueniat, iuuabitur fotu remolliente, relaxante & attrahente, cataplaſmate inde ſuppurante aliquo ex præſcriptis, omnino blande, reliqua curatione, tenellæ ætatis habita ratione, peracta.

Si purgandi inciderit neceſſitas, ſequens catharticum tuto & vtiliter præſcribi poterit.

℞. rhabarbari pulueriſati ʒj. infunde in aqua cardui benedicti cum cinamomi ℈j. in colatura diſſolue catholic.
D *ʒij ſyrupi roſar. laxat. ʒiij. fiat parua potio.*

Carthartici puerís exhibendi forma.

Hæc eſt peſtilentiæ, febriſque peſtilentis, quantum ego à Doctoribus Medicis intelligere, & quantum ipſe varia & multiplici experientia diſcere per Dei gratiam potui, curatio: à quo vno bonorum omnium, quæ mortalibus contingunt, authore vera & certa peſtis præſidia petenda & ſperanda ſunt.

FINIS LIBRI VIGESIMIPRIMI.

 A

DE EORVM, QVÆ SEV NATVRA, SEV EX EVENTV DESVNT, REPARANDORVM ARTIBVS. B

LIBER VIGESIMVS SECVNDVS.


Qua arte veri oculi iactura celari poßit.

CAP. I.

Quartum Chirurgi munus.

LIBRIS ſuperioribus de Tumoribus, Vulneribus, Vlceribus, Fracturis, Luxationibus, abunde diximus, quibus artibus diſſoluta & diſtracta vnirentur, vnita diſtraherentur, ſuperflua demerentur. Reſtat nunc, vt de quarto Chirurgi munere dicamus: quo, quæ ſeu natura primę conformationis vitio, ſeu poſtea ex euentu deſunt, ſupplemus. Ergo ſi caſu aliquo, vt ab inflammatione, vnus alicui oculus effuſis humoribus crepet & diſrumpatur, vel ingenti ictu orbita ſua excutiatur, aut propriæ ſubſtantiæ conſumptione tabeſcat, haud equidem reparandæ hac ex parte viſionis aut oculi functionis ſpes vlla eſſe poteſt, amiſſi tamen oculi deformitatem, quod vnum in tanto caſu ſupereſt ſolatium, hac arte cælare poteris ſi curato & ſanato vlcere, in excuſſi effuſiue aut conſumpti, locum, alium factitium aureum, argenteumue opere tectorio expolitum, ſic encauſto pictum ſubſtitueris, vt natiui oculi perluciditatem & gemmeum decorem habere videatur. C


Oculi factitij, vtraque facie externa & interna exhibiti, ex auro, encauſto depicto & tectorio opere expolito.

 D

Quod ſi hunc arte paratum oculum, vel nolit æger, vel caſu aliquo impeditus orbita non poſſit admittere, alium hac via parare licebit. Virgula ferrea flexilis & incurua præſto erit, ei ſimilis, qua mulieres paſſos alioqui crines coercere & reuincire ſolent: quo ſcilicet arctius aut laxius dimidium caput, eum cingendo ab imo occipite ſupra auriculam, ad maiorem oculi angulum circumponetur, conſtringere queat. Hæc ſerico obducta, vtraque extremitate latiuſcula erit, ne quam partem acumine pungere & premere poſſit. Sed ea, qua vacuæ orbitæ obducetur, erit latior & tenui aluta obducta, vt in ea pictoris arte oculi amiſſi colores expreſſi ipſum adumbrare poſſint. Eius virgulæ figura talis eſt. E

A

Virgula ferrea, qua amiſſi oculi dedecus penſare licet.



B


Qua arte execta naris portio reparari, aut in execti naſi locum alter fictus aſsui poſsit. CAP. II.

REſectus ſemel à facie naſus totus, vel à naſo narium portio reſtitui & ſuo toti vniri rurſum nequit: non enim in hominibus res perinde ſe habet, atque in plantis. Languidus enim calor plantis obtigit atque iners, in omnem porro ſtirpis ſubſtantiam æquabiliter diffuſus, nec facile diſſipabilis, hoc iudicio, quod arborum defracti, auulſi, aut abſciſſi rami aliquantum viuunt, poſſuntque inſiti reuireſcere & fruticari; neque enim in iis vlla eſt ſedes cordi vere comparata, è qua neceſſe ſit hunc calorem quoquouerſum in omnes partes influere & illabi. At contra perfectiorum animantium, vt hominum, partes diſſectæ continuo vita priuantur, quoniã non ex ſe, ſed aliunde influentibus virib. nutriũtur, viuunt, C ſentiunt, omninoque ſuſtinentur: neque proprio ſolum calore, vt ſtirpes, verum etiam aſcito gubernantur, vt ſupra iecoris vim naturalem, alia etiam ex corde vitalis eis adueniat. Quare in reſecti naſi locum alium factitium ſubſtituere ars neceſſe habet, quia eam iacturam natura ſarcire nequit: ſuppoſitus ille artificio naſus ex auro erit, argento, papyro, aut conglutinatis linteis, eius coloris & figuræ, quæ ad naturalem proxime accedat, reuinctus ad occiput aut pileum ſtabilietur funiculis. Quin etiamſi vna cum naſo labri ſuperioris portio reſecta fuerit, licebit eam appendice, naſo illi factitio adiecta, quam myſtax velabit, adumbrare, ne quid, quod ad faciei ornatum faciat, miſero homini deſit. Vtriuſque ideo naſi effigiem hic appingendam duxi.

Cur plantarum reſectæ partes vniſcere poſſint hominum vero nequeunt.

Naſi factitii, tum ſolius per ſe, tum cum labro ſuperiore myſtace obducto, effigies.

D



E

Extitit ſuperioribus annis in Italia Chirurgus, qui reſectæ portionis naſi reparandæ hanc rationem inierat: naſi mutili calloſa labra circumcidebat, quomodo in implendis roſtris leporinis fieri ſolet. Inde lacunam nouacula tam magnam in bicipite brachij muſculo excauabat, quantum amputatæ naſi portionis amplitudo exigere videbatur: in eam mox naſum, qua parte mutilus erat, demergebat, capite ad brachium tanquam ad palum, ſic tum reuincto & colligato, vt immotum & ſtabile nullam in partem flecti poſſet. Quadrageſimo inde demum die, quo ſcilicet tempore peractam carnis brachij cum

Mira reparandæ narium portionum abſciſſarum ars.

naſo agglutinationem ſuſpicabatur, tantum eius pro deperdita naſi portione circumcidebat, quantum ipſi reparandæ ſatis eſſe putabat. Id informe poſtea quaſi lambendo parabat, complanabat, & ad reliqui naſi æqualitatem quantum ars patitur, reducebat. Ægrum interea panatella, carnibus expreſſis, omnibuſque degluttitu, coctu, & diſtributu facillimis nutriebat. Medicamentis vero haud aliis tantum ſiſſarcoſeos opus perficiebat, quam balſaminis quibuſdam liquoribus agglutinantibus. Minor natu familiæ à S. Thoano naſi argentei & probroſi, quem multos iam annos circumferebat, pertæſus, ad Chirurgum illum in Italiam pertexit, & artis commemoratæ induſtria naſum recuperauit, magna omnium qui ipſum ante nouerant, admiratione. Poſſibile id quidem opus eſt, ſed arduæ omnino plenumque difficultatis, tum patienti ægro, tum agenti Chirurgo: vel hoc nomine, quod carnis, quæ e brachio reponitur, temperies longe diſtert à carnis naſi temperie, & quod reſtituti naſi foramina qualia ante erant, excauari nequeunt. A

Hiſtoria.

De Dentibus in lapſorum, locum ſubſtituendis.


CAP. III.

Quæ facienda, antequam noui dentes ſubſtituantur.

HOc non eſt infrequens, vt ictu aliquo graui dentes anteriores dimoueantur, frangantur, excutiantur. Qui caſus oris deformitatem infert, & expreſſius loquendi libertatem intercipit. Itaque reſtituta maxilla & priſtinæ ſoliditati reſtitutis gingiuis, alij dentes in excuſſorum locum oſſei vel eburnei reponendi ſunt, & tum inter ſe, tum ad proximos ſanos & integros, præcipue quidem aureo aut argenteo filo, ſin minus, etiam lineo alligandi & deuinciendi, quemadmodum ab Hippocrate proditur, & ſubiecta figura demonſtratur. B

Sect.2.lib.de art.ſent.25.

Dentium inſitorum & colligatorum effigies.



C


De Palati lacuna replenda.

CAP. IV.

Cauſæ & noxa palati deperditi.

NOn raro fit, vt bombardulæ igniuomæ miſſili globo oſſis palati portio fracta, vel virulentæ luis carie exeſa procidat, quo fit, vt minus expreſſe loquatur ægri, ſed obſcurius & turbidius: his etiam opis aliquid adferre arte noſtra operæpretium duximus. Id fiet repleta palati lacuna, argentea vel aurea lamina paulo maiore, quam ipſa lacuna ſit. Cæterum craſſitie, quæ aurei nummi ſolati craſſitiem non excedat, figura teſtudinea: ad eius exteriorem, quæ ſcilicet cerebrum verſus ponenda eſt, partem religata hærebit ſpongiola, quæ mox humore à cerebro ſtillante vbi ſe ingurgitarit, ſic lacunam, tumidior facta, implebit, vt excidere lamina ipſa nequeat, ſed per ſe hæreat, ſtetque tanquam defixa. Horum inſtrumentorum ſeu laminarum figura eſt eiuſmodi, quorum certum & qualem enarraui, vſum, non vno, ſed frequenti experimento comprobaui in bellis Tranſalpinis. D


Figura laminarum palati obturatricum.



E

Obtura-

Obturatricis alterius ſine ſpongiola lamina figura, cui retinaculum à poſtica parte prominet, quod exiguo roſtro coruino, hic etiam appulo, obuertitur, cum illa in palati cauum inſerenda eſt.



B


Quæ ſit ars iuuandi eos, qui ab amputata linguæ portione fari nequeunt.

CAP. V.

CAſus huic remedio, vt multis aliis, locum in arte & authoritatem dedit. Cuidam in Iuoyo caſtro quatuor & viginti à Biturigum vrbe miliaribus commoranti, linguæ inſignis portio reſecta fuerat, ex quo infans totum triennium manſit. Contigit aliquando, vt dum in agris cum falcariis ex ſcutula lignea biberet, ab aliquo circumſtantium titillaretur, titillatum non ferens, ſubito in voces articulatas & intelligibiles erumperet. Id ipſe miratus, & rei nouitate tanquam miraculo delectatus, eandem ſcutulam, eodem, quo ante ſitu, in os indidit, planeque tum & articulate ſic loquebatur, vt ab omnibus intelligi poſſet. Itaque diu poſtea in ſinu ſemper habuit ſcutulam ad ſenſa mentis proloquenda: quouſque tandem artium magiſtra, & ingenij largitrice neceſſitate ſuadente, excidi ſibi & affabre fieri inſtrumentum ligneum curauit, quale eſt, quod hic appictum cernitur, quod ſemper ex collo appenſum circumferebat, tanquam vnicum mentis interpretem, & loquelæ miniſtrum. *Remedium casu inuentum.* *Artium magiſtram & ingenii largitricem eſſe neceſſitatem.*

C

Inſtrumentum ad amputata lingua loquelæque inde interceptæ defectum ſupplendum.



D

Eiuſmodi inſtrumenti vſus talis eſt. A. pars eius ſuperior eſt, quæ ſeſquicapitati argentei craſſitie eſſe debet, quā ſic ille inter inciſorios dentem continebat, vt ab ore haud promineret, imo nihil ore præter naturam habere videretur. B. pars inferior eſt & tenuior, nempe capitati argentei craſſitie, quam reliquæ linguæ tenaci adhæſu componebat, recta ad ligamentum membraneum, quod ſub lingua eſt. Quod interius ſcalptum & nonnihil excauatum eſt litera C. notatum, interior inſtrumenti pars eſt. D. exterior. Reſte vero, quam cernis ſuſpenſum è ceruice geſtabat id inſtrumentum. Cuius cum mihi Textor Medicus Biturix doctiſſimus copiam feciſſet, eius ipſe periculum feci certiſſimo & quale narratum eſt euentu, in adoleſcente, cui lingua amputata fuerat. Idem in ſimili caſu, reliquis Chirurgis cenſeo faciendum. *Vſus eiuſ inſtrumenti,*

De celandis & reparandis faciei quibuſdam vitiis.

CAP. VI.

COntingit non infrequenter, vt à ſubito incenſi pulueris in faciem inuolatu, aut à peſtilenti carbunculo ſic facies deformetur, vt citra horrorem inſpici vix queat. His ſic perſona aptanda eſt, vt non omnino inuenuſte inter homines verſari poſſint. Labia vero ſi vel enſe amputata fuerint, vel anthracis perruſtioni, aut vlcerati cancri edacitate populata, adeo vt magna deformitate renudati dentes viſantur; Siquidem conſumptio magna non ſit, reparanda erunt, ea, quam in roſtris leporinis & cura cancri vlcerati diximus, arte. At ſi vegrandis illa fuerit, aptandum erit aureum labrum opere tectorio ſic expolitum & pictum, vt à faciei colore non plane diſſimile ſit. Affixum id & reuinctum pendebit ex pileolo.

E

De raptis auriculis. CAP. VII.

QVi vel natura mutuli ſunt auriculis, vel caſu aliquo, vt vulnere, anthrace, cancro, ferarumue morſu ſiquidem haud tota rapta ſit auricula, ſed eius adhuc non contemnenda reſtet portio, ea ſtylo lo... perforabitur. foramina, poſtquam peruia cicatrice obducta fuerint, ad ea vinculis adnectetur cō... & deſideratus auriculæ lobus. At ſi omnino rapta & populata fuerit auricula, integra alia ex conglutinata papyro, vel corio aptanda erit, ſic reuincta funiculis ex vertice aut occipite, vt nutritus, promiſ-

promiſſuſque capillus, vel geſtatus pileolus, fraudem & deformitatem celet. Niſi mauis eam pictoris induſtria carnis colore infucatam virgula ferrea occipiti circumpoſitam, ſic in deperditæ locum affigere quemadmodum ante in oculi iactura diximus, delineatio talis eſt. A



B

De gibborum corrigenda deformitate.


Cap. VIII.

Cauſa obſtipatæ ſpinæ dorſi.

Frequens gibberoſitatis cauſa in puellis.

MVltorum, præſertim vero puellarum corpora, quia humidiora & molliora ſunt, gibba, ætatis progreſſu fiunt, præſertim ex ſpinæ dorſi ſcolioſi & obſtipitate. Id vitium multis quidem de cauſis naſcitur, nempe à prima in vtero conformatione, & poſtea caſu aliquo, vt ictu, lapſu, ſed præſertim indecoro iuuenilium & mollium adhuc corporum ſitu & poſitu in ſtando, ambulando (cum maxime præcocius ad ingrediendum coguntur) ſaltando, ſuendo, ſcribendo, aut ſimile quid agendo. Vt interim omittam raram ruſticis, vrbanis vero frequentiſſimam & paſſim obuiã ſtipitatis & gibberoſitatis, aut repandiatis occaſionem ex veſtimentorum conſtrictione & anguſtia, dum puellas ſtultæ matres iunceo corpore eſſe ſtudent: tenella enim iſta ætate mollia que nimium & mucoſa ſpinæ dorſi ligamenta, eam recto & conſtanti ſitu continere nequeunt, ſed ſequacia nimium eius vertebras in interiorem, exteriorem, aut lateralem partem protrudere & propellere ſe facile permittunt. Deformitati illi remedio erunt thoraces ferrei multis & crebris foraminulis peruij, quo leuiores ſint, apti & affabrefacti, ſic tomento fulti, vt nullam corporis partem oblædere queant. Singulo quoque trimeſtri noui cudendi & habendi his, qui nondum incrementi metam attigerunt: alias enim corporis ob quotidianam acceſſionem, arctiore conſtrictione, malum præſens acceſſione cauſæ morbificæ cumulabitur. Qui vero ſuum iam adepti ſunt incrementi modum, his non magnopere thoraces illi profuturi ſunt. C D

Thoracis ferrei ad corrigendam corporis obſtipitatem delineatio.



E

Qua arte liceat his ſuccurrere, quibus inuoluntarie vrina effluit, & vrethra deſilit.

Cap. IX.

Qui dicantur ſtranguriosi.


STranguriosi, quacunque ex cauſa vitium id naſcatur, vrina guttatim & præter voluntatem effluit. Valde moleſtum hoc ſymptoma eſt, negotioſis præſertim hominibus: itaque in eorum gratiam hic

appictum

A appictum excogitaui inſtrumentum. Effictum' eſt ad ſubligaculi interfemoralis effigiem, ex ferro albo, quatuor vnciarum capax. Inſerendum eſt in ægri interfemorale ſubligaculum, cui etiam ligula adiunctum erit per armillam conſpicuam. In eius inſtrumenti apertam & hiantem oram litera C. notatam penis ſui extremum demiſſum æger habebit. In hac ferrea bracheola eſt altiuſcule demerſa, litera B. notata, tum ſuſtinendo extremo peni dicata, tum ſubtili coagmentatione collocata, ne quæ in eius inſtrumenti catinum ſtillauit vrina, retro compulſa & reflua regeratur & recurrat inter incedendum. A. vero & D. totum illud inſtrumentum monſtrant. Illud quidem anteriorem eius faciem, hoc vero poſteriorem: ipſius igitur talis eſt deformatio. *Inſtrumenti ad ſtrangurioſos ſitus.*

Figura inſtrumenti, quod Catinum, ſiue Vrinæ caſtellum dicere poſſis.


B



Quibus totius virilitatis amputatione radicitus & aluotenus reſciſſus eſt penis, valde laborant hi in reddenda vrina, ita vt mulierum more tum reſidere cogantur. In illorum gratiam hanc fiſtulam per-
C uio ductu digitum craſſam excogitaui, quam ex ligno, vel ferro albo potius monſtrare licebit. A. & C. ductus eius craſſitiem & longitudinem monſtrant. B. circumiectum ipſi in ſummo marginem ipſo ductu longe latiorem & potentiorem. D. Extremam marginis ſuperficiem. Applicandum imo pectini id venit inſtrumentum, parte ſumma margine circumfuſa ad vrinæ meatum. Sic enim fluentem vrinam ductu ſuo excipiet, emittetque recto & minime reſidere coacto homine. *Inſtrumenti ad euiratos vſus.*

Fiſtulæ, quæ amiſsi penis in reddenda vrina vicem præbet, deformatio, quam ideo Vrethram factitiam poſsis nominare.

D



Qua arte pollicis, aut alterius cuiuſuis digiti aut manus emortua arrectio, corrigi poſsit.


CAP. X.

NEruo, tendineue penitus reſectis, actio illa, cuius in parte authores erant, vna plane aboletur: itaque flecti intendiue membrum inhabile eſt, niſi ipſi opis aliquid arte chirurgica allatum fuerit. Id ego præſtiti nobili cuidam è familia Annæ Mommorētij Galliæ equitum magiſtri, cui in prælio ad Druidas commiſſo, vulnus tantum gladio militari ad dextræ manus externa parte articulum inflictum erat,
E vt tendinibus, qui pollicem erigunt, plane reſectis, etiam conſolidata & perſanata plaga, pollex intro inflexus & in manus volam demiſſus maneret, nec extendi & ſurrigi poſſet, niſi forte vi reuulſus ab altera manu, ſed tum etiam ſtatim reuoluebatur. Itaque nec enſem ipſe, nec pugionem, nec haſtam capere aut tractare poterat, armis omnino inutilis, ſine quibus vitam nullam putabat. *Hiſtoria.*

Cum igitur de amputando inutili illo & comprehenſioni officiente pollice me conſuleret, negaui facturum: aliam enim rationem comprehenſam me animo habere, qua pollici afflicto ſuccurrerem. Itaque thecam ex ferro albo ipſi deformandam curaui, in quam pollicem ipſum inderet: duobus loris ad armillas duas ſupra manus articulum ſic artificioſe theca illa vincta & colligata erat, vt inten-


vt intentus, erectuſque pollex maneret, ideoque militarium armorum genus omne captare & tractare ille poſſet. A

Dactylotheca ferrea ad pollicem vel alium quemuis digitum contendendum & erigendum deformatio.



Si cui, vulnere, nerui tendineſque, qui ſuperne manum continent, diſſecti fuerint, adeo vt iam manum ſurrigere non liceat, hoc, quod ſequitur, inſtrumento, recta & plana facile continebitur. tenuis, rigida tamen, ferri albi lamina ſerico, ſimiliue faſcia molli obducta interno carpo & volæ ad primam vſque digitorum dearticulationem ſubiicietur, ſuperneque ad extremum carpum conuenientibus loris renodabitur. Sic, quia depreſſæ ſemper & pendulæ manus incommodum vitatur, hoc ideo inſtrumentum manus ſurrectorium dicetur. B

Manus ſurrectorium.



C

De corrigendis Varis & Valgis. CAP. XI.


Qui dicantur Vari. VAri Latinis dicuntur, quibus pedes cruraque intro inflexa & obtorta ſunt. Conformationis id vitium, vel iam inde ab vtero eſt, culpa matris, quæ vel eodem illo intro conuerſorum crurum vitio tenetur, vel per grauiditatis omne fere tempus deſedit cruribus decuſſatis. Aut poſt editum in lucem D fœtum contingit, quod eius crura vitioſe faſciis obuoluta in cunis fuerint, vel compreſſa & deprauato *Cauſa cur pueri Vari fiant.* ſitu inter geſtandum, aut ambulandi conatum à nutrice collocata. ſunt enim infantum oſſa valde mollia & fere cerea. Quibus contra extrorſum pedes cruraque ſpectant & intorquentur, Valgi nominantur. Huius deprauatæ conformationis eædem, quæ ſuperioris cauſæ eſſe poſſunt: vtroque vitio non pedes tantum, ſed & genua ſæpe obliquantur. Quod qui vitare & emendare volet, oſſa in locum ſuum ſedemque natiuam & debitam reſtituet, ſic vt varis oſſa foras adeo propellat quaſi valgos: valgis contra *Valgi, qui dicantur & quibus ex cauſis fiant.* introrſum, quaſi varos reddere vellet: nec compuliſſe ſatis eſt, compulſa præterea continere illic decet, alias haud firmiter ſtabilita relabentur. Continebuntur faſciis & plagulis appoſitis, his partibus, in quas vitioſe oſſa ſeſe inferunt, & inclinant. Parantur in eam rem ocreæ ex corio elixo, capitati nummi craſſitie, anteriore parte ſecundum oſſis tibiæ rectitudinem & ſub planta pedis fiſſæ: vt vndique diductæ, pedi, cruríque aptentur facilius, parti affectæ imponetur ſequens remedium.

Ad continenda oſſa compoſita emplaſtrũ. ℞. *thuris, maſtiches, aloes, boli armeni an ℥j. aluminis rochæ, reſinæ pini ſiccæ, ſubtiliſſime pulueriſatorum, an. ℥iij farinæ volatil ℥jß. albuminum ouorum quantum ſufficit, fiat medicamentum.* Addere licet terebinthinam ne citius & vehementius quam par eſt exiccetur. E

Cæterum cauendum, ne pueros, qui valgi vel vari nuper fuerunt, ad incedendum ante cogas, quam firmatis fuerint articulis, alias compoſita & reſtituta oſſa, incedendi labore præcoci rurſum excident. Quin etiam cum iuſtum erit ad incedendi conatum tempus, induentur ipſis calcei altiuſculi foccorum inſtar, ſupra pedium nexi, vel fibula conſtricti, vt oſſa ſuis ſedibus firmius contineant. Cæterum calcei ſolea ſit ibi altior, quo pes vitioſe videtur inclinare.

Parua-

A *Paruarum ocrearum, quarum vna clauſa, altera aperta eſt, deformatio.*



B


Qua arte in manuum, brachiorum, & crurum amputatorum locum, alia ſubſtituere liceat.

CAP. XII.

COgit nos ſæpe neceſſitas, artes inuenire, quibus naturam poſſimus imitari, amiſſorumque artuum defectus ſupplere. Itaq; eo iam ventum eſt, vt factitiis cruribus incedendi & ſtandi, brachiis comprehendendi, complectendi, & omnino tractandi munere fungeremur: vtriſque denique flexiones & extenſiones neceſſarias obiremus. Eiuſmodi factitiorum membrorum deformationem, & ſingulorum organorum, quibus tales machinæ mouentur, vſum, & proprias nomenclaturas, magnis & multis precibus erui ex ingenioſiſſimo fabro ferrario Lutetiæ habitante, quem noti, pariterque ignoti omnes paruum Lotharingum cognominabant: vt qui fabrilia tractant opera ad horum exemplar & imitatio-
C nem alia ſimilia moliri & cudere poſſint, profutura non corporis modo neceſſitati, ſed etiam ornatui, ipſorum ideo hic imagines appingere placuit.


Manus factitia ex ferro imago.

D




E

Monſtrat ſequens figura externam manum factitiam, quaque ipſam liceat brachio vel manica thoracis adnectere. A



B

Factitii & ferrei brachii deformatio.




C

D

Factitiorum

E


A *Factitiorum crurum deformatio.*



B

C

Cruris lignei in pauperum gratiam deformatio.



D

E a. *Monſtrat factitii cruris arborem ſiue arrectarium.*
b b. *Duo velut ſurculata obnitentia fulcra, in quæ media crus inditur, horum, quod breuius eſt, interius eſſe debet.*
CC. *Puluinar genu in fundo duorum obnitentium fulcrorum ſubiiciendum, quo quieſcat mollius.*
d d. *Corrigias cum ſuis in annulo fibulis per obnitentia fulcra duobus loris traiectas ad reuinctum crus in medio conſtringendum & continendum.*
E. *Femur ipſum, vt intelligatur, quo eſſe debeat ſitu in crure factitio.*

Contingit non infrequenter, vt ex tendinum aut cruris neruorum vulnere æger poſt conſolidationem, niſi ægre & admodum laborioſe incedere queat, cruris nempe ſurrigentibus muſculis male obſequenti pedi, vix trahendo ſufficientibus. Huic malo vt medeamur, oportet ad calceolum, ægro illi pedi obuolutum, adnectere faſciam, literis A A. notatam, linteam tres digitos latam, in medio crure toto, qua proferat ſe genu, fiſſam, arctius ad occultata thoracis foramina adſtrictam ligulis; quæ pedem ad faciliorem inceſſum quodammodo ſurrigat.

Faſciæ ad erigendum pedem comparatæ, delineatio.



B

C

De claudıtate corrigenda & ſubleuanda. CAP. XIII.

NOn deforme modo, ſed & valde moleſtum eſt claudıtatis malum. Si quem igitur id ſymptomatis genus ob alterum crus breuius vexauerit, ei opitulabimur ſubiecto hoc, quod nunc deſcripturi ſumus, ſubalari fulcro ſeſſili. Huius enim adminiculi ope nixus, non rectus modo incedere poterit, ſed etiam facile & ſine multo labore. Illius copiam mihi fecit Nicolaus Picardus Ducis Lotharingiæ Chirurgus. Delineatio talis eſt.


D

E

Subalaris

A

Subalaris fulcri ſeßilis deſcriptio.



B

A. Monſtrat ſubalaris illius adminiculi arrectarium, quod ligneum eſt.
B. Sedeculam ferream, quæ femur ſecundum natiuum ductum complectitur.
C. Obnitens fulcimentum, quod ſedeculam, cui tota fere mole incumbit corpus, fulcit.
D. Stapedem ferreum incuruum, vt firmiore & minus labili nixu in eo pes ſtare & niti poßit.
E. Obnitens ſtapedis fulcimentum.
C *F. Carchebum ferreum, multis cuſpidatum: quo tanquam annulo præcingitur arrectarij extremum inferius, ne in lubrico prolabatur.*
G. Subalaris fulcri tranſuerſarium tigillum, quod alæ ſubiicitur.

FINIS LIBRI VIGESIMISECVNDI.

D

E

DE HOMINIS GENERATIONE.

LIBER VIGESIMVS TERTIVS.

B

PRAEFATIO.

Maris & fœminæ diſtinctio.

Cauſa diſtinctionis.

VNiuerſi opifex & creator Deus, à primis ſtatim mundi exordiis, conſilio ineffabili, & diuina, immortalique prudentia, non humanam modo ſed & omnium animantium ſpeciem duplici, maris ſcilicet & fœminæ, ſexu diſtinxit, vt veneris illecebris incitata, coniunctionis appetitu tenerentur, procreandi cauſa. Id enim benignus ille parens aduerſum fatalem ſingulis indiuiduis impoſitam moriendi neceſſitatem, tanquam ſolatium eſſe voluit: vt quoniam ſingulares, ut ſtantia indiuidua æterne conſeruari nequeunt, in ſpecie ſaltem per propagationem, & ſingulorum indiuiduorum, quæ procreatione fit, ſucceſſionem perſiſtant. In illa iucunda voluptatis plena coniunctione, quam maxime Deus matrimonii fœdere ſanciuerit, mas & fœmina ſemina effundunt, quæ ſtatim concurſu facto commixta & confuſa recipiuntur, & conſeruantur in muliebri vtero. *Semen quid.* *Id vero, ſemen* ſpumoſus humor, vitali ſpiritu diſtentus, cuius beneficio quadam velut ebullitione & fermentatione, attollitur & creſcit amplius, vtrumq. ex parentis vtriuſque ſanguine puriori ſecretum, fœtus materiale & formale principium confert, virile quidem in vterum immiſſum & conceptum principis cauſę & efficientis ratione obtinet, fœmineum vero materiæ ſubiacentis. C

Laudabilis ſeminis conditiones. *Laudabile ſemen debet eſſe album, ſplendens, lentum, globulentum, ſambuci vel palmæ odore, apib. expetitum, & in aqua fundum merſabile, nam quod innatat infœcundum cenſetur. Eius quidem multa portio à cerebro, ab vniuerſo tamen corpore ſingulisq. eius, tum ſolidis, tum mollibus particulis, ipſum totum deciduum eſt.* *Semen a toto corpore deciduum.* *Niſi enim à toto corpore id totum deflueret, ex eo omnes & ſingulæ fœtus partes minime formarentur; quando quidem ſimilia à ſimilibus fiunt. Hinc eſt, quod fœtus non effigie modo & facie, ſed & artuum conformatione partiumq. interiorum complexione & temperie parentes refert: adeo vt morbi, translata à matre aut à patre viſcerum in prolem imbecillitate, ſæpe hæreditarii fiant.* *Morbi plerique cur hæreditarii.* *Sunt tamen, qui hanc ſeminis à toto corpore deciſionem non penes molem & materiam, vt quæ ſanguinis totius defecata tantum quædam portio ſit, ſed penes vim & formam intelligendum putent, vt [illegible] à ſingulis tantum partibus ſpiritus animales naturales & vitales formationis & vitæ opifices, idemq. & vim formatri[illegible] ſemen à teſtibus elaboratum defluere. Argumento eſſe, quod plerumq. mutilis parentibus, integr[illegible] omnium partium numeris abſoluti edantur fœtus.* *Quo intelligendum, ſemen a toto corpore defluere.* D

Qua ob cauſa natura cum partium genitalium vſu maximam voluptatem coniunctam eſſe voluerit. CAP. I.

Orgaſmus, quo incitata veniũt in coitum animãtia.

PArtium generationi dicatarum functionem ingens quædam voluptas comitatur: eandem, cum in ipſis partibus materia turget, furens quædam cupiditas in omnibus ætate florentibus animalibus præcedit, multis ex cauſis, quarum præcipua eſt, vt ſpecies in perpetuum ſalua, indiuiduorum propagatione & ſubſtitutione conſeruaretur. Bruta enim, quæ ratione carent, quæq. propterea de conſeruanda ſuæ ſpeciei ſollicita eſſe nequeunt nunquã fere in mutuos complexus venirent, niſi effreni quodam libidinis œſtro, & veneris tanquã ſtimulis incitata adigerentur. *Quæ res hominem adigant ad coitum.* Homo vero rationis particeps, diuinum plane & excelſum animal, nunquam ſe, nunquam animum ſuum in rem tam turpem tamque abiectam quam venereus eſt coitus, demitteret, atque proſterneret, niſi vel incitæ partibus illis venereæ catulitiones mentis eius ſeueritatem remollirent, vel ipſa etiam ratio admoneret, non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis ſui, ſed cum omni poſteritate, quantum fieri poteſt, & conſequi licet, prolis propagatione, adæquandam. E *Genitalia cur ſeroſo humore proluta.* Itaque propter hanc vtilitatem natura genitales partes longe exactiore & exquiſitiore ſenſu, quam reliqua corporis membra donauit per inſignes neruos ad eas tranſmiſſos. Tum eaſdem humore quodam ſeroſo,

ſemini

A [illegible] liquidiore & tenuiore, proſtatis ſeu glandulis, quæ viris ad [illegible] ceruicis veſi- [illegible] Hæc humiditas [illegible] quandam [illegible] humoris [illegible] partes ipſas [illegible] voluptatemque [illegible] & [illegible] voluptatem [illegible]. At non [illegible] humorum copia & [illegible] pangitur & irritatur [illegible] expirare [illegible] omnem partem expanduntur. [illegible] mulieribus vero vteri ceruix, [illegible] exceptum [illegible] per vaſa ſpermatica [illegible]. Hæc vaſa ſpermatica [illegible] vena & ſubiacens arteria, flexus multos [illegible] implexorum [illegible] ſeminalem ſubſtantiam de- [illegible]. Teſtes vero [illegible] & cauernoſi ſeu

B ſpongioſi, humorem [illegible] perfe- [illegible] teſtes [illegible] teſtes, vt [illegible] ſubſtantia [illegible] per vaſa ſpermatica, quæ in internam v- [illegible] natura paravit [illegible] conceptionis humanæ [illegible] contemplatur, mulierum amplexus [illegible]. Nec vlla viro ſe iungere [illegible] quæ [illegible] animo voluiſſet. Qui [illegible] vtun- tur viri, ſæpe pro ſemine cruentum & cruentam humorem, ſæpe & merum cruorem reiiciunt, vnde non [illegible] mors ſuccedit, nonnunquam [illegible] difficultas ſuperueniunt, con- [illegible] humore illo viſcido & oleoſo, quem natura à proſtatis inſitum eſſe voluit, ad vrinæ vias lubri- [illegible] adeo vt Chirurgi poſtea ne- [illegible] vrethram oleo, reddendæ vrinæ facultatem & [illegible] procura- re. [illegible] marem [illegible] & rigido pene ſemen in vterum eiaculatorio quodam

C [illegible] & patente vtero [illegible] Vterus oſculo [illegible]. Per cornua autem, exceptum vaſis ſpermaticis, quæ iuxta ipſa ſiunt, à [illegible] connubio [illegible] commiſtione [illegible] & ad quandam æqualitatem reuocetur. Non enim citra duorum ſemi- [illegible] temperie & complexi- one [illegible] generatio ſeu conceptio ſuccedit [illegible] fœminum mixtione. Si virile ſe- men [illegible] mas edetur: Sin contra, fœmina. Quanquam in vtroque [illegible] experientia quotidiana intelligere eſt, [illegible] prolem [illegible] ex altera, cui ſecundo [illegible] mulieribus, quæ pri- [illegible] Quinimo [illegible] ho- [illegible] tempera-

D mentum [illegible] fœmineum, [illegible] gignantur.

Qua qualitate ſit ſemen, e quo mas, [illegible] e quo fœmina gignitur. CAP. II.

EX ſemine calidiore & [illegible] mares, ex frigidiore & humidiore fœminæ gignuntur. In frigore enim, [illegible] calore virium [illegible] humiditate, quam [illegible] cauſæ eſt, cur fœmi- na [illegible] in vtero, quam mas formetur. In ſemine latet vis procreatrix & formatrix: in melonis e- [illegible] truncus, rami, folia, flores, fructus, forma, color, odor, ſapor, & ſemen. Par eſt de reliquis ſeminibus ratio. Sic [illegible] ſectus [illegible] poma [illegible] arborem [illegible] alterius arboris, eius nem- pe, [illegible]. Cæterum etſi, qui prodit fœtus, patrem aut matrem ſimi- [illegible] ſemen in mixtione excellunt, fere tamen ſit, vt ſæpe patri, quam matri ſimiliores ſint, quod mulierum in concubitu magis in maritum deſiderium [illegible], quam [illegible] vxorem. [illegible] in concubitu & conceptu animo [illegible] obuerſantur ideæ, in

E fœtum [illegible]. Sic enim narrant, Æthiopiæ [illegible] al- bum [illegible] cum in mariti complexu aliquid candidiſſimum valida cogitatione animo voluiſſet. Ita- que [illegible] Heſiodus coniuges dare operam liberis, cum e funere redirent, ſed cum e conuiuiis [illegible] ne triſtis & funeſta cogitatio in fœtum illata, vitæ eius iucunditatem, mœſta triſtium imagi- natione [illegible] contunderet. Contingit nonnunquam, etſi raro, vt fœtus nec patrem, nec matrem, ſed auum aut aliquem aliū ex conſanguineis vultus effigie exprimat: quod in parentū viſcerib. [illegible], [illegible] lateat vis & natura auorum: quæ cum iners diu latuerit, nonnunquam ſe occultæ alicuius

Vaſorum ſpermaticorum [illegible].

Fœminæ teſtes [illegible].

Quid mas, quid fœmina.

Cur pleriq; [illegible] a coitu abhorreant.

Cur ab intemperanti coitu [illegible].

Quæ neceſſaria ad generationem.

Cur mas, cur fœmina [illegible].

Cur mas citius in [illegible] quam fœmina formetur.

Semen eſſe [illegible].

Cur fœtus patri magis [illegible] ſint.

Quando danda opera liberis.

Cur fœtus nonnunquam auum referat.

occaſionis vi expromit. In quo pictori, res ad viuum exprimenti, ſimilis natura videri poſſit: quæ quantum ſubiectæ materia patitur, prolem in omnem parentum habitum effingat, adeo vt ſæpe etiam parentum morbi, hæreditario velut iure in fœtus transferantur. Nam & ſimi ſimos, & cæci cæcos, claudos & elephantici elephanticos, calculoſi calculoſos, podagrici podagricos, aſthmaticos & arthritici arthriticos generant. Semen enim gignentis vim, naturam, temperiem, & complexionem ſequitur. Itaque ſani, ſani & morboſi fere morboſis eduntur, niſi forte alterutrius è parentibus ſani ſemen, alterius morboſi impetum, & ſemen morbidam correxerit, vel vterus temperatus & ſanus, benigno velut fotu ſuo emendarit. A

Cur aliquando a morboſis ſani gignantur.

Quid cauſæ ſit, cur in brutorum genere fœminæ grauidæ, marem quoque pepererint, non appetunt, nec admittant. CAP. III.

CAuſa eſt, quod tantum, quantum ſenſu mouentur, ad id ſolum, quod adeſt, quodque præſens eſt, ſe accommodant, paululum admodum ſentientes præteritum & futurum. Ita fit, vt elapſæ voluptatis, poſtquam conceperint, immemores, à coitu abhorreant. Venereus enim ſenſus illis tantum datus eſt a natura ad ſpeciei ſuæ continuationem, minime vero ad voluptatem & delectationem. Cæterum mares ad eas libidinis æſtu furentes, turgentes, & velut œſtro percitas vndique accurrunt, quod tum ex earum vulua & obſcœnis genitalibusque partibus, virulus odor in aerem effundatur, qui ipſorum nares ac cerebrum feriens coitus imaginationem, deſiderium, & ardorem inſerit. Mulieribus contra videtur venerei coitus ſenſus à natura datus, non tantum ad ſobolis propagationem & ſpeciei humanæ conſeruationem, sed etiam ad humanæ vitæ miſerias, voluptatis illius tanquam blandimentis ſemen liniendas & demulcendas, facit etiam ad id multus & calidus circum præcordia ſanguis, quo turgent, partim imaginationis, cuius ea humores imperium eſt, impulſu, à corde & vaſculis per proprios ductus, in genitalia detrutus, ipſas ad venerem nouam ſubinde incitat. Brutorum quidem mares libidinis ſtimulis percitæ & agitati furent, & tentigine rumpuntur, ſæpe & rabiunt. At mox poſtquam cum ſui generis fœmina libidinem expleuerint, omnino manſueſcunt, & feritatem illam deponunt. B

Venereorum rerum ſenſus cur brutis datus.

Cur in brutorum genere mares ad fœminas venere ſi uenientes vndique & è longinquo accurrant.

Cur mulier etiam grauida venerem appetat.

Quæ in coitu ad generationem obſeruanda ſint. CAP. IV.

MAritus cum in coniugis thalamum venerit, omni illam deliciarum, omni blandimentorum genere excipiet, at ſi paulo tardiorem aut frigidiorem ſenſerit, molli complexu fouebit, demulcebit, titillabit, nec ex abrupto, & eam derepente nec aus, in agrum naturæ irrumpet, ſed tentantem ſe potius laſciuis verbis oſculis laſciuiora inſerendo, genitalia & mammas contrectando, vt flammam in ipſa accipiat, & ad venerem incendatur. Sic enim demum propter ſeminis excernendi, & viriles vim concipiendi deſiderio fremit & ardet vterus. Quod ſi etiam inſtrumentandæ mulieri non ſufficiunt, ſunt enim fere mulieres viris ad ſeminis excretionem tardiores, iuuabit ante vuluam fouille decocto herbarum calidarum in vino maluatico, aut alioqui generoſo incoctarum, indidiſſe in vteri ceruicem & oſculum moſchi aut zibethæ tantillam. Cum in ſtare propter ſeminis effluxum ex titillante voluptate percipiet, virum eadem re admonebit, vt eodem, ſi fieri poſſit temporis articulo, & ipſe ſemen ſuum eiaculetur, vt ex ſeminum concurſu conceptus fiat, fœtusque tandem prodeat. Id quo fœlicius ſuccedat, non ſtatim ſe opere peracto à complexu muliebri diuellet vir, ne aer in vterum adhuc hiantem ſubeat, ſeminaque appulſu ſuo corrumpat, antequam plane conſolata fuerint. Quo facto, digreſſo viro, ſe continebit mulier, cruribus decuſſatis, & molliter in altum ſublatis, ne motu, decliuitateue ſemen excutiatur. Quæ cauſa eſt, cur ſibi etiam tam à ſermone, præſertim contentioſo, tuſſi, & ſternutatione temperare debeat, & ſomno, ſi fieri poſſit, ſe tradere. C

Quibus accendatur mulier ad venerem & conceptum.

Seminum concurſum ad conceptionem eſſe neceſſarium.

Quibus ſignis concepiſſe mulierem intelligere liceat. CAP. V. D

SI à coitu ſemen exceptum haud excidere, ſi in ſeminum concurſu totum corpus leuiter cohorruerit, contrahente nempe ſe vtero ad eorum comprehenſionem & complexum, ſi lenis dolor, & tenias circa vmbilicum & hypogaſtrium oberret, ſi ſomnolenta ſit mulier, ſi à viri complexu abhorreat, ſi facies ſit decolor, concepiſſe illam ſcire licet. Quibuſdam poſt conceptum vari ſurgunt in facie, oculi deprimuntur, album ipſorum liueſcit, vertigine caput tentatur, elatis à ſuppreſſo menſtruali ſanguine vaporibus, mœror & meſtitia mentem occupat, cum ſtolidio & morolitate, vaporum nempe caligine obductis ſpiritibus, & inſolito onere grauato corpore, dentium & gingiuarum dolores, animi deliquia ſuperueniunt, appetentia deprauatur cum nauſea & pica, quo fit, vt boni ſucci cibos auerſentur, illaudabiles vero & multa præter naturam appetant, vt carbones, lutum, cineres, ſalſamenta rancida, acerbos, auſteros, & acidos fructus, piper, acetum & ſimilia acria, omninoque alia à natura & vſu abhorrentia, pro ſuppreſſi humoris in ventriculi orificium redundantis conditione. Deprauata eiuſmodi appetentia, quibuſdam ad partem vſq; durat, aliis tertio grauiditatis menſe, cum capilli fœtui ſuccreſcunt ingraueſcens: tandem ſub quartum grauiditatis menſem exoluitur, quod grandior & vegetior iam fœtus, excrementitii & ſuperflui humoris magnam partem abſumat. Suppreſſa enim in grauidis menſtrua tripartito diuiduntur: purior portio in fœtus alimonium faceſſit: quæ huic purior eſt, ad mammas ſenſim aſcendit: omnium impuriſſima in vtero circum fœtum ſubſiſtit, ſecundinaſque facit, in quibus fœtus molli tanquam in culcitra, recubet. Sunt grauidæ, quibus vrina fluit acrior, feruentior & [illegible] cruenta: non incaleſcente tantum veſica ex ſubiecti vteri ſanguine concluſo feruentis compreſſione, ſed & tenuiore eiuſmodi ſanguinis portione in veſicam expreſſa & exudante. Mammarum vero & venarum, quæ ſub mammis in pectore & circum ipſas exiſtunt, [illegible], ſoliditas, & lactis expreſſi fluxus, E

Varia in facie grauidarum.

Cur multæ grauidæ laudabiles cibos auerſentur, illaudabiles vero expetant.

Suppreſſa menſtrua tripartito diuidi.

Hip. 2. de morb. mul.

ſigna

A ſigna grauiditatis cum ſubſultorio in aluo motu ſunt certiſſima. Nec vero per grauiditatem mammarum tantum venæ, ſed & vniuerſi corporis tumentiores exiſtunt, præſertim vero femorum & crurum: adeo vt ſæpe multiformi plexu ſibi mutuo intertextæ varicoſæ appareant. Vnde corporis totius inertia, grauitas, & incedendi, appetente præſertim partus tempore, difficultas. Denique *ſi vis noſcere, an conceperit mulier, cum dormitura eſt, ei aquam mulſam potandam dato: Nam ſi alui tormina patiatur, concepit: ſin minus, non concepit*, ait Hippocratis.

Aphor. 41. ſect. 5.

Vterum ſtatim contrahi excepto & concepto ſemine. CAP. VI.

POſtquam effuſa in vteri capacitatem coierint maris & fœminæ ſemina, tum orificium eius arctiſſime contrahitur & connivet, ne ipſa excidant. Ibi fœmineum in maſculini ſeminis alimoniam & incrementum cedit, quia ſingula his nutriuntur & creſcunt, quæ ibi ſimilia & familiaria ſunt. Eſt vero ſeminis cum ſemine, quam cum ſanguine familiaritas & ſimilitudo longe maior, cum coaluerint coagulantur, & arcto potentum vteri complexu ſic incaleſcunt, vt circum tenuis concreſcat pellicula, ei ſimilis, quæ ſupra lac pingue & cremore ſuo minime caſtratum obtenditur. Denique ſeminalis illa concretio B oui abortiui inſtar habet, cuius nempe in teſtaceam duritiem nondum concreuit inuolucrum, circum implexu multo ſe interſecantia viſuntur filamenta, cum ſubſtantia quadam viſcida, albuginea & rubra, atro velut ſanguine ſuffuſa. In medio ſubapparet vmbilicus, vnde illa producitur pellicula. Certe multa, quæ ad fœtus humani in vtero conceptionem attinent, intelligere licet ex obſeruatione viginti ouorum, quæ quis fouenda gallinæ ſuppoſuerit, ſit vt ſingula ſingulis diebus frangas & diligenter contempleris. Vigeſimo enim demum die, pullus perfectus apparet, cum vmbilico. Humani fœtus illa pellicula ſecundina ſeu chorion nominatur, vulgo vero fœtus culcitra. Hæc ſexto demum die perficitur Hippocratis ſententia: non continendis modo confuſis ſeminibus vtilis, ſed etiam ſugendo per vaſorum orificia in vterum deſinentia alimento. Huiuſmodi orificia Græci Cotyledonas, Latini Acetabula nominant. Sunt autem excauatæ velut eminentiæ, his ſimiles, quæ in ſepiarum velut pedibus & promuſcidibus, duplici ordine frequentes ad arctionem ciborum complexum cernuntur. Non admodum apparent illa in mulieribus, vt in brutorum pleriſque fœminis acetabula. His igitur ſecundina vndique vtero adhæreſcit ad conceptorum ſeminum conſeruationem, nutritionem, & incrementum.

Cur fœmineum ſemen in alimentum virilis cedat.

Compendiū intelligendæ conceptionis humanæ.

Lib. de nat. pueri.

Cotyledones quid.

C *De generatione Vmbilici.* CAP. VII.

POſtquam mulier conceperit, commemoratorum acetabulorum cuique aliud mox vas adnaſcitur, vena nempe venæ, & arteria arteriæ: mollia hæc & recentia adhuc vaſcula tenui membranula compinguntur, quæ ipſis extrinſecus ſubtenſa adhæreſcit, his enim & membranæ, & ligamenti, & tunicæ, ſeu munimenti loco eſt. & cum reliquis reduplicatur ad cingendum vmbilicum ex vena & arteria vmbilicali conflatum. Nouella fœtus hæc vaſcula ſuis oſculis vteri cotyledonibus ſingula ſingulis reſpondent, perexigua & pertenuia ſunt tanquam radicum in terram depactarum vltimæ fibræ, vbi proceſſerint longius, combinantur ſic, vt ex duobus vnum vas fiat: donec tandem connexionis continuatione, vaſcula illa omnia in duo ingentia vaſa deſinant & degenerent, vmbilicalia dicta, quia vmbilicum cōſtituant, & in fœtus corpus per vmbilici foramen ſubeant. Hic ſingularem naturæ & Dei prouidentiam Galenus admiratur, quod in tanta vaſorum multitudine, tam longo productionis & itineris tractu, nunquam vena arteriæ, aut arteria venæ ſe applicet & confundat, ſed quodque tantum vas ſui generis vaſi ſe adiungit. Vena quidem vmbilicalis in corpus pueri ingreſſa, ſtatim ſe cauæ hepatis parti applicat, arteria vero in duas ſinditur: quæ ſecundum veſicæ latera duabus ſe arteriis iliacis applicant, ſtatimque peritonæo tunica integuntur, & eiuſdem beneficio partibus, quas obeunt, adnectuntur. Nouellæ illæ D venæ & arteriæ ſunt veluti fœtus radices: vena vero & arteria vmbilicalis trunci arborei inſtar habent, ad deducendum alimentum fœtui nutriendo idoneum. Primum enim viuimus vita plantæ in vtero, deinde vita animali, atque vt prior fœtus tunica Chorion ſeu Allantoides, ſic altera Amnios ſeu Agnina dicitur, quæ ſemen ſeu fœtum vndique inuoluit. Tenuiſſimæ ſunt hæ membranæ, telis aranearum tenuitate ſimiles, ſibi inuicem ſuperattextæ, multiſque præterea locis connexæ villorum quibuſdam tenacitatibus, quæ ſimilium adiunctione tandem robur acquirunt. Ex quo intelligere eſt, quid cauſæ ſit, cur variis & violentis tum grauidæ matris inter eundum & ſaltandum, tum fœtus in vtero motibus, non fere membranæ illæ abrumpantur: Sic enim villorum eiuſmodi nexibus coniunguntur, vt inter ipſas nihil, neque vrina, neque ſudor interueniat, quemadmodum diſſecto grauidæ mulieris cadauere, diligenter inſpicienti, ac non ex aliena opinione, quantumlibet inueterata, pendenti, certa fide intelligere licebit. neque tamen tantum eſt eiuſmodi membranarum robur, quin facile in ipſo partus articulo diſtringi a calcitrante puero, & diuelli poſſint.

Nunquam venam arteriæ ſe applicare.

Hominem viuere primum vita plantæ.

Hip. membranas dis, quæ fœtum in vtero inuoluunt, ſecundas appellat, Galeno ſententia de vſu part.

E *De Vaſis vmbilicalibus.* CAP. VIII.

VEterum permulti ſcripſerunt in vmbilico quinque cerni vaſa, venas nempe duas, duas arterias, & vrachum. At mihi multa in multis cadaueribus obſeruatione peruestiganti, nunquam niſi tria notare licuit: venam nempe vnicam, quæ valde ampla eſt, adeo vt ſuo ductu linguæ adſtrictoriæ ferrum facile admittat, & duas arterias, haud ita amplas, ſed longe anguſtiores, quod copioſiori ſanguine opus eſſet fœtui ad conformationem, partium nutritionem & incrementum, quam ſpiritu vitali. Eiuſmodi vaſa, vmbilici corpus, quod nono demum die conformari creditur, conſtituentia, ſui velut reduplicatione & implexu nodos, cinguli Franciſcani nodis ſimiles faciunt, vt nodoſis illis ſuis

Veterum opinio confutata. Vmbilici portio nodoſa quem vſum habeant.

amfra-

amfractibus currentem ſanguinem remorantes perfectius concoquerent & elaborarent: quemadmodum in eiaculatoriis vaſis ſpermaticis cernere eſt, quem etiam in vtum femini [illegible] longitudine vmbilicus ille viſitur, adeo, vt pleriſq; naſcentibus, terna, quaternave obuolutione collo femoriue implicitus cernatur. A

Fœtum vmbilico non ore cibum ſumere. Quandiu vtero materno concluditur fœtus, vmbilico tantum, non etiam ore cibum capeſſit, imo neque oculorum, neque aurium, neque narium, neque ani munere fungitur, nec vero cordis officia deſiderat. Sanguis enim ſpiritoſus ad ipſum per vmbilicales arterias commeat in arterias iliacas, & ab arteriis iliacis in reliquas omnes corporis totius arterias, harum commercio motuque ſpirat fœtus. *Fœtus quomodo ſpiret.* Itaque haud putandum eſt, in fœtu aerem per pulmones in cor inferri, ſed contra a corde in pulmones. Nam nec cor in ſanguinis ſpiritumve vitalium generationem aut elaborationem incumbit. His enim, vt ſunt à matre confecta & elaborata, contentus eſt fœtus: qui quouſque plenam, integramque & euidentem membrorum & artuum omnium deſcriptionem nactus fuerit, pueri nomen haud mereri videtur, ſed geniture tantum, embryonis aut fœtus.

De ſeminum in vtero ebullitione ſeu fermentatione, & trium ampullarum ſeu trium principum viſcerum concretione. Cap. IX. B

PRimis ſex conceptionis diebus nouella vaſcula fieri proferuntque ex maternorum vaſorum acetabulis, tanquam fibræ in totum ſemen ſparſæ creduntur. illa veſte ... [illegible] & Chorion ipſum pariter, æqualiterque perforant. Hacque via non in fœtum modo commeatus partium conformationi & nutritioni neceſſarius deſertur, ſed etiam in venulas ipſi chorio vaſis intextas. Ita fit, vt non loci modo, ſed & ſanguinis etiam, ſpirituumque vitalium influentium occaſione bulliat & tanquam fermentetur ſemen ipſum, moxque in tres ampullas ſurgat, bullis ſimiles, quas aqua pluuia ſuo in flumen illapſu excitat, ampullæ illæ trium principum viſcerum, hepatis nempe cordis & cerebri concretiones quædam, & inchoatæ deformationes exiſtunt. *Tres ampullæ.* huc vſque ſemen, ſeminis modo appellatione cenſetur, poſtea vero ſurgentibus illis ampullis, embryonis nomine, ad perfectam vſque membrorum deformationem, donatur; *Quando ſemen embryonis nomine donetur:* quarto die, poſtquam vmbilicalis vena conformata eſt, ſanguinem craſſiorem & pleniorís alimenti ex cotyledonibus ſugit. Hic quia craſſior eſt, facile eo concreſcit & coagulatur loco, quo mox hepar plenum abſolutumque comparere debet. Tum enim inſigni ſupra reliquas partes magnitudine notabile eſt, ex eo Parenchyma dictum, quod affuſi ſanguinis concretio tantum quædam ſit ab eius gibba parte enaſcitur craſſior venæ cauæ truncus, qui tenues velut villos ſuos in omnem eius ſubſtantiam diffundit: inde in duos ramos finditur, quorum vnus in ſuperiores, alter in inferiores partes, partiumque particulas propagatur. *Hepar cur parenchyma dicatur.* C Vmbilicales interim arteriæ, ſanguinem ſpiritoſum ex arteriarum maternarum acetabulis ſugunt ex quo, tenuiore nempe & magis ſpiritoſo, in ſecunda ampulla conformatur cor, ſubſtantia carnoſa ſolidiore & denſiore præditum, qualem decebat eſſe eius viſceris, quod caloris fonte manat, & perenni cietur motu. In hoc vis formatrix duos ſinus excauauit, dextrum vnum, ſiniſtrum alterum. In dextrum inſeritur venæ cauæ truncus, alimentum cordi neceſſarium deferens. In ſiniſtro efformatur arteriæ caudex qui & mox bipartito finditur, maiore ramo ſeſe in ſuperas, inferiore vero, qui amplior eſt, in inferas partes, partiumque particulas inferens, & vitam caloremque vna ſecum vitalem deferens.

De tertia velut ampulla, in qua cerebrum caputque conformatur. Cap. X.

Cur potior ſeminis portio faceſſat in capitis & cerebri generationem. SEminis portio longe maxima in tertiam hanc ampullam faceſſit: cerebro ſcilicet, capitique toti materiam ſuſſectura. Multum vero ſemen in capitis & cerebri conformationem ideo faceſſere oportuit, quia partes non vt cor & hepar ſanguineæ ſunt, ſed fere exangues: oſſeæ nempe, medullosæ, cartilaginoſæ, neruoſæ, & membranaceæ, eiuſmodi partes, vt venæ, arteriæ, nerui, ligamenta, panniculi & cutis ſpermaticæ dicuntur, quia primam ex ſolo fere ſemine conformationis materiam ſortitæ ſunt. D Quanquam poſtea ſanguine, vt reliquæ etiam carnoſæ & muſculoſæ partes, nutriuntur: ſed qui mox vbi ad ipſas appulerit, in ſpermaticum quid, aſſimilatricis inſitæ viribus, degeneret. Formato cerebro reliquæ capitis partes ſe adiungunt, maximeque illæ, quæ muniminis loco ipſi circumpoſitæ in oſſa ſenſim indurantur. *Cur caput in corporis ſummo locatum.* Caput ſenſuum ſedes & mentis rationiſque domicilium, in ſupremo ideo locatum eſt, vt hinc, tanquam ex arce, ſubiecta reliqua membra, ipſorumq; actiones & functiones regeret. Illic enim anima rectrix reſidet, hincque in reliquum corpus deriuatur & influit. Conformatis tribus illis principiis, natura futuræ corporis moli palos, & velut ſuſtentacula quærit. In quem rem oſſa architectatur. Prima omnium formari putantur, ſeu potius conformata apparent, oſſa [illegible] intercectis vertebris connexa: inde reliqua omnia membra, ſuis exſculpta cauitatibus & foraminibus: quæ in capite ſeptem manifeſta & perui [illegible] duo nempe aurium, duo nari, duo oculorum & vnum oris: in ſubiectis capiti partibus, vnum eſt ani, alterum vrethræ ſeu veſicæ canali, fœminis præterea vnum ceruici vteri, ſine quo matres fieri nunquam poſſent. His perfectis natura tandem nobile illud ſuum opus, obducta cute vndique expolit. E *Exod 21. quaſi 51.* Abſoluto operi & microcoſmo Deus, naturæ & rerum omnium author, animam demum infundit, quod ex Moſis ſententia probat D. Auguſtinus. *ſi quis,* inquit, *grauidam percuſſerit adeo, vt inde abortiat, morte luat, ſi quidem infans formatus in vtero fuerit. At ſi nondum membrorum conformationem & diſtinctionem adeptus fuerit, luat ære.* Itaque ab Adamo, aut parentibus deriuari animam non eſt credendum: ſed ſingulis momentis, & in ipſo conformati fœtus articulo à Deo creari, & in fœtum infundi. *Mola non viuit vt fœtus.* Sic igitur molæ, ſimiliſque confuſionis & indigeſtæ molis monſtra, etſi ob tremulum quendam & incertum motu vitæ participia videantur, minime tamen mente & rationali anima informata cenſenda ſunt. ſed quod mouentur, nutriuntur & creſcunt, id ab vteri inſita facultate,

& ſpiritu

A & ſpiritu prolifico ſemini permixto totum habent. Cæterum infans in vtero, vt ante trigeſimum diem conformationem perfectam non adipiſcitur, ſic non ante ſexageſimum mouetur: quod tempus ſæpius etiam mulieres latet, propter motionis exilitatem. Sed iam de anima, à qua vt omnis in corpore functionis, ſic & generationis principium eſt, paucis dicere aggrediamur.

De anima. CAP. XL.

Animã non migrare in fœtum niſi poſt typoſin.

ANima in corpus migrat, ſimulatque id perfectam in vtero membrorum diſtinctionem & conformationem adeptum fuerit: quod maribus fere, ab inſito & informante calore vegetiore, contingit die quadrageſimo: fœmellis vero quadrageſimo quinto, alias citius, alias tardius, pro agentis efficacia, & materiæ ſubiectæ obedientia. Nec tamẽ infuſa anima ſuis ſtatim elucet functionibus omnibus, quod ei, cum formata inſtrumenta ſolidam conſiſtentiam, niſi multo poſt tempore & ætatis progreſſu, animę miniſteriis, præſertim diuinioribus, neceſſariam non adipiſcantur. Vitiantur vero animæ illa inſtrumenta, vel à prima in vtero conformatione, quemadmodum quibus in turbinem acutum eſt caput, vt Troiani belli temporibus Therſiti, noſtris vero Tribuletio & Tonino: vel poſtea caſu aliquo, vt obſtetricum violenta manu, quæ molli cranio, ſubiectis cerebri ventriculis compreſſionem & anguſtiam intulerit: lapſu, ictu, errore in victu, vt ebrietate, febre, quæ lethargum, caruin, aut phrenitidem inuehant.

Cur anima ſuis functionibus omnibus non ſtatim eluceat in fœtu.

B Totius animæ varias ſtatim dotes indidit Deus: hinc aliis datus eſt per ſpiritum ſermo ſapientiæ, aliis ſcientiæ, aliis efficacia ſanationum, aliis poteſtatum, dominatuum & imperiorum, aliis prophetiæ, aliis linguarum, aliis aliarum gratiarum, vt primæ & æternæ Dei viſum eſt prouidentiæ, cui nemo obloqui iure debet. Num enim dicet figmentum ei, qui finxit, cur me finxiſti ad hunc modum? An non habet poteſtatem figulus, vt ex eadem maſſa fingat, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in ignominiam. Harum rerum rationes nec mei inſtituti eſt, nec ad quemquam pertinet peruestigare, ſed tantum ſuſpicere cum humilitate. Id vnum dicam, nobilem & ingenuam animam elementaria & caduca negligere: rapi vero in cœleſtium & diuinarum rerum contemplationem, qua non ante libere fruitur, quam ab hac concretione corporea ſecreta fuerit, & ſuæ origini reſtituta.

Paul. 1. Cor. cap. 12.

Eſt igitur anima *Entelechia ſeu perfectio interior, omnium in nobis motionum ſeu functionum naturalium & animalium cauſa prima, & vera hominis forma.* Eſſentiam eius obſcuram, multis deſcriptionibus exprimere conati ſunt Veteres: nam & ſpiritum cœleſtem & eſſentiam ſuperiorem incorpoream, inuiſibilem, immortalem, à ſe ipſa tantum, id eſt, mente & intellectu comprehenſibilem eam dixerunt. Alii nunquam dubitarunt, quin ex vniuerſa mente diuina delibatas animas haberemus, quæ vt viuæ ſunt, ſic corporibus, quibus vniuntur, vitam largiuntur. Anima hæc etſi in totum corpus, ſingulasque eius particulas corporeæ omnis molis & mixtionis expers fuſa ſit, eſt tamen tota & integra & in ſingulis ſeorſum partibus, vna ſimplex, in diuiſibilis, compoſitionis & concretionis omnis expers, pluribus tamen facultatibus & virtutibus inſtructa, quas per varias edit corporis partes. ſentit enim, imaginatur, iudicat, meminit, intelligit, cupiditates, voluntates, animalesque omnes motus regit, videt, audit, olfacit, guſtat, tangit, variis omnino corporis membris: ab hiſque tot & tantis viribus, varias ſortitur appellationes. Anima dicitur, quia corpus ex ſe mortuum animat. Spiritus nominatur, quia ſpirat in corporibus. Ratio vero, quia verum à falſo tanquam radius quidam diuinitatis diſcernit. Mens quia præterita cogitat, recolit & reminiſcit. Animus, quia animos inerti præbet corporeæ moli. Senſus denique & intellectus, quia ſenſibilia & intelligibilia comprehendit. Incorporea cum ſit, locum extenſione corporea minime occupat, etſi totum corpus repleat. Simplex vero, quia eſt, nec creſcit, nec minuitur, neque enim in pumilione minor eſt quam in gigante, æque perfecta & magna ſecundum naturam ſuam in infante, quã in viro.

Anima quid.

Animam in toto eſſe corpore, & ſingulis eius partibus.

C *Animam vnam eſſe ſimplicem & impartibilem.*

Forma humana varia nomina & nominum rationes.

D Sunt vero corporum animatorum, quæ viuunt, informatorum, genera tria: primum imperfectiſſimum omnium, plantarum eſt: alterum eſt brutorum: tertium hominum. Plantæ viuunt per animam vegetantem: bruta per ſenſitiuam, homines per intelligentem. Atque vt ſenſitiua brutorum anima vegetãtis viribus omnibus inſtructa eſt, & functionibus fungitur, ſic humana intelligens, inferiorem vires omnes ſuo ſe comprehendit non vlla diuiſione ſecretas, ſed cum ratione & intelligentia in vnam humanam formam & animam, à qua pendent, indiuiſibiliter vnites. Cæterum quia paulo ante diximus, animę varias in variis corporis partib᷒ eſſe & apparere functiones, hic reliquis omiſſis, eas modo perſequemur quæ principes dicuntur.

Corporum animatorum tria genera.

Animam ſuperiorem inferiorum vires omnes in ſe continere.

Quatuor multorum ſententia humanæ animæ numerantur functiones principes, à totidem facultatibus, tandemque ab vna anima prodeuntes: Senſus communis, Imaginatio, Ratiocinatio, & Memoria.


Senſus communis quid.

Senſum communem ſeu interiorem, à ſenſuum exteriorum inſtrumentis, ſenſibilium rerum delatas, tanquam ab internuntiis, ſpecies & ſimulachra, vehente per neruorum ductus ſpiritu, excipere putant: nec excipere modo, ſed & cognoſcere, percipere & diſcernere. Non enim oculus, in quo videndi ſenſus eſt exterior, album, nigrumve cognoſcit: Itaque colorum diſcrimina diſcernere nequit, vt nec lingua ſaporum, nec nares odorum, aut auris ſonorum, aut denique manus qualitatum tactilium: Imo ne ſe quidem videre oculus ſentit, neque aures audire, aut nares olfacere, lingua ſapere, manus tangere: hæc enim omnia ſenſus communis opera & munia ſunt. Hic enim cognoſcit, oculum album quid videre, nigrum, rubrum, hominem, equum, canem, & ſimile aliud materiale, etiam tum, cum abeunt, nec diſſimiles videndum, olfaciendum, audiendum, guſtandum, tangendum ſubiicet. Exteriores enim ſenſus omnes, ſuorumque vniuerſæ functiones in communem ſenſum deſinunt & referuntur, tanquã circuli lineæ à circumferentia in centrum, vt hæc figura demonſtrat.

E *Senſus communis functio duplex.*

Quo

A



Quo nomine ſenſus communis ſeu princeps, in quo ſita ſit primaria ſentiendi anima nuncupatur, quod ſenſuum externorum tanquam miniſterio & ſatellitio vtatur ad multa & varia cognoſcenda, quorum diſcrimina cernit & diiudicat: ſimplicia tamen, & ſeorſum, ac citra compoſitionem & connexionem, quæ ex eis verum quicquam aut falſum conſtituat, aut vllam argumentationem concludat: id enim ſolius eſt mentis & intelligentiæ ſeu rationis. Hoc namque naturæ fuit conſilium, vt externa ſenſus rerum ſimulachra ſuperficiale tantum, leuiter & obiter exciperent, ſpeculi inſtar, haud ſ... ſimilia, quam vt ea mox in ſenſum communem, tanquam in centrum & principem referrent, quæ ipſe tandem intelligenti ſeu ratiocinanti animæ facultati, quam in anteriore cerebro ſitam eſſe Auicenna & Auerrhoes crediderunt, diligenda traderet.

Senſus interior cur communis docatur.

Senſum communem ſimplicia tantum cognoſcere.

B

Senſum communem ſequitur Phantaſia, ſeu Imaginatio, ſic dicta, quod ab ea rerum imagines & ideæ, Phantaſmata Græcis dicta ſurgant. Hæc nunquam niſi dormientibus quieſcit: quanquam ne his quidem ſemper: ſæpe enim inter dormiendum ipſis ſomnia fingit, earum rerum imagines obiiciens, quæ nunquam ſenſibus perceptæ fuerant, quas rerum natura & vniuerſi ordo non admittit. Magna huius animæ facultatis in nobis vis eſt, adeo vt ſæpe corpus totum ſibi obſequens reddat. Sic enim produnt hiſtoriæ, Alexandrum Magnum, Timotheo Muſico bellicum ad citharam canente, continuo e menſa ſurrexiſſe, armaque poſtulaſſe: eodem contra concentus ardorem remittente, mentem ... reddidiſſe & conſediſſe, tanta erat vis imaginationis Muſico inmiſſa concentu, quæ victoris terrarum animos ſibi obnoxios reddebat, quorum nempe varia agitatione, nunc ipſum ferocientum velut in prælia truderet, nunc pacatum & remollitum poculis & epulis reſtitueret. Quotus vero quiſque extitit, qui ſupinos ... Græculum illum & Mahumetanum Schœnobatem pedibus in ſpeculo compoſitis in fune ſalientem intuitus, oculos à tam horrendo ſpectaculo, cuius gratia venerat, non auerterit, toto corpore & artubus omnibus non contremuerit, metu periculi, ne ſubita ille ruina ceruices ſibi frangeret. Hoc eodem metu turbati plurimi ex altiſſimo loco ſpectantes, repente præcipites labantur, periculi imaginatione victi, & vincti, vt viribus propriis fulcire ſe nequeant. Recte igitur & benigne nobiscum Deus egiſſe videtur, qui ad hanc imaginandi tantam vim, aliam adiunxit, quæ rationis & intelligentiæ dicitur: quæ falſa à veris pericula diſcernens, hominem erigeret, ac ne vanis imaginibus conſternaretur, contineret.

Imaginatio quid.

Imaginationis vis.

Græculus ſchœnobates

C

Sub hac igitur inſurgit, & in opus erumpit Ratio, principum animæ facultatum facile princeps: quæ ſimplicia, & ſeorſum poſita rerum ſimulachra congerit, copulat, componit, & in vnum aceruum confert: vt diuidendo, colligendo, ratiocinando verum à falſo diſcernat & diiudicet. Hæc intelligentiæ & mentis facultas nullo corporis organo donata eſt, libera ipſa & in intima quæque atque abdita incredibili celeritate penetrans: per quam ſcilicet homo conſequentia cernit, principia & cauſas rerum videt, earumque progreſſus, & quaſi anteceſſiones non ignorat, ſimilitudines comparat, rebusque præſentibus adiungit atque annectit futuras, quid ſequendum aut fugiendum ſit, certo ſtatuens. Hæc eadem animorum motus ferocientes refrenat, libidinum præcipitem coercet, ad monetque non ante verba ... laxanda eſſe, quam multo & diligenti adhibito examine de rebus ipſis, quarum mentio incidit, iudicium & ſententiam tulerit.

Ratio quid.

Rationis opera.

D

Rationem, iudiciumque ſequitur Memoria, quæ ſuſcepta e ſenſibus ſimulachra omnia, quæque ratio ſtatuerit, conſeruans, fideliſſ. cuſtos & conſeruatrix cuncta amplectitur & continet, moxque tum propria vi & poteſtate, tum illorum admixtu & impulſu in cerebri corpore inſculpit & con... citra vllum materiæ veſtigium: vt cum opus fuerit, tanquam è theſauro & tabellis recondita & conſcepta illa depromere poſſimus: Alioqui quid referret tam multa legere, audire, animaduertere, niſi animo concepta cerebri & memoriæ cuſtodia aſſeruare valeremus. Hoc profecto vnicum nobis à Deo aduerſus rerum ignorationem & obliuionem datum eſt remedium & ſubſidium: quod etſi per ſe naturaque ſua multum valeat, frequenti tamen & aſſidua excolitur & ſtabilitur meditatione. Hinc ſapientiam memoriæ & experientiæ filiam Veteres prodidere. Huius domicilium in poſteriore, ſeu cerebelli ventriculo pleriique eſſe prodiderunt, mira nempe ſiccitate & ſoliditate apto continendis rerum imaginibus.

Memoria quid.

Sapientia memoria & experientia filia.

De naturalibus excrementis in genere de quo in ſpecie, quæ fœtus in vtero concluſus excludere ſolet. CAP. XII.

E

ANtequam qualia & quibus ductibus excrementa fœtus in vtero concluſus excernat, dixero, dicendum in genere arbitror, quæ ſint excrementa, quæ ordinariis hominibus ſecundum naturam excerni ſolent. Excrementum id omne dicitur, *quod natura à laudabili & alibili ſucco ſecernere & excernere ſolet.* Eiuſmodi excrementorum plura ſunt genera. Primum primæ eſt coctionis, quæ in ventriculo abſoluitur, quod ab inteſtinis propulſum per anum excluditur. Alterum à iecore manat & triplex eſſe ſolet, vnum biliosum, quod multa ſui portione in veſicam felleam deponitur, vt illinc in inteſtina exudans, excretricem ipſorum facultatem ſollicitet & irritet ad fæcum excretionem: Alterum eſt ſerosum, quod

Quid excrementum.

Excrementum primæ coctionis.

Triplex ſecundæ coctionis excrementum.

A quod cum ſanguine in venas ſubit, vt ipſi pro vehiculo ſit in omnes corporis particulas & capillares venas, nutritionis gratia penetraturo; quo in mere poſtquam functum eſt, partim per ſudores exigitur, partim in veſicam ſeu vreterum vna cum vrinis excernitur. Tertium eſt melancholicum, quod a liene attractum, poſt in tenuiore & puriore ſui portione ipſi in alimentum ceſſerit, partim per hæmorrhoidas venas intra expurgatur, partim in ventriculi orificium, ſtimulandæ appetentiæ ergo deponitur. Vltimum & vltimæ coctionis, quæ in habitu corporis abſoluitur, proprium, partim per tranſpirationem inſenſibiliter exhalat, partim ſudoribus exhauritur, partim etiam in inteſtinis & cuique parti propriis canalibus effluit, vt cerebro præ cæteris partibus accidit, id enim genito hoc excrementi genere ſe exonerat per naſum, oris, aurium, oculorum, & oſſis palati ductus, per cranii ſuturas. Si quid eiuſmodi excrementorum, vel omnino, vel diutius, quam par eſt, retineatur, retentionis cauſis mederi oportebit diæta & pharmacia. Sunt aliæ præterea excrementorum non naturalium ſpecies, de quibus abunde *in tractatu de Peſte* diximus.

Infans materna aluo conclaſus, vrinam, cum primum partium integram conformationem adeptus eſt, reddere incipit per vmbilici ductum ſeu vrachum. At inſtante partus tempore occluditur vrachus, tumque maſculus per vrethram, fœmella vero per veneris cervicem vrinam deponit. Cum reliquis excrementis, ſudoribus nempe & ſeroſis eiuſmodi menſtruæ materiæ ſuperfluitatibus in chorio ſeu allantoide colligitur hæc vrina innatanti fœtui facilius geſtando vtilis. At in enixu, membranas calcitrando fœtus dum dirumpit, humores eiuſmodi effluunt, quod obſtetricibus iamiam prodituri fœtus indicium eſſe ſolet. Etenim ſi vna cum fluentibus illis aquis fœtus prodeat, facilis & felix partus eſt illarum enim humiditate cervix vteri, genitalesque omnes partes relaxantur & lubricantur, quantique & exitum tentanti fœtui facilius & citius obſequuntur. Contra ſi illis exeuntibus tardet fœtus, difficilis ſequitur partus in arido enim ſicco manet infans moxque præ ſiccitate cervix vteri obſtrinaque omnia contrahuntur, niſi forte artificio ad imitationem naturæ comparato, multo oleo vel axunge muliebria obſtetrices in tali caſu inunxerint. Cæterum nihil fæcum per anum fœtus in vtero excernit, niſi forte appetente partu, & ruptis enixu membranis propriiſque conceptaculis; non enim cibum ore capit, quare otioſus eſt illis ventriculus, nec tum chyloſeos vlliusve coctionis munere fungens. Quo fit, vt ex ipſo nitente ad lucem fœtu deponi poſſit. Nec vero ſemel animaduertimus inteſtino & ſtato tempore in lucem editos, qui imperforato eſſent ano, adeo vt reſecta tenui membrana, quæ obiecta erat, foramen ipſis moliri neceſſe habuerim. Et certe fœtui laudabiliore menſtrui ſanguinis portione in vtero nutrito, qui pot-

C ſint talia excrementa congeri? Ergo fœtus duo tantum excrementorum genera, quandiu vtero concluſus tenetur, deponere ſolet, ſudorem & vrinam; in quibus ipſe natat, non autem ſeorſim habentur allantoide quadam membrana ſecluſi, vt in hœdis, canibus, ouibus aliiſque brutis cernere eſt, cum in humano genere chorion & allantoides ſeu farciminalis eadem plane membrana ſint.

Mulier ſi marem concepit, alacrior, vegetior, & toto grauiditatis tempore ſolutior; ſi vero fœminam, male colorata; quoniam frigidior eſt fœmina mare, mas vero calidior maternum calorem conduplicat, quo fit, vt melius ferta appetat, & ad oblata melius ſe habeat. *Mares mouentur tertio mense & dimidio, fœmellæ quarto. Grauidæ ſi marem conceperint, dextras partes ad omne opus validiores habent & promptiores*: quare in pedem dextrum primum progredi incipiunt, in manumque dextram, cum exurgunt, innituntur lubentius, dextra mamma citius intumeſcit, & ſolidior eſt. *Fœtus mares in dextris magis, fœminæ vero in ſiniſtris mouentur.*

Triplex tertiæ coctionis excrementum.

Vrachi vſus

Prodituri iamiam fœtus & facilis partus indicium.

Fœtus prodeuntes ano imperfecto.

Aph. 42. ſ. 5.

Aph. 47 ſ. 5.

Quo enixu fœtus in lucem prodeat, deque enixus ſeu conatus illius cauſis.

CAP. XIII.

D QVando ſtatum & definitum partus tempus aduenerit, grandior tum fœtus copioſiori eget alimento: quod cum ipſi abunde ab vmbilico non ſuppetat, magno conatu foras viam affectat: tunc igitur impetu quodam validius mouetur, membranas, quibus continetur, diſrumpit. Tam violentos motus quia vterus ferre nequit, nec diutius membranarum conceptaculis fœtum amplius fulcire, laxatur. Per vteri dehiſcentis oſculum, aeremque ſubeuntem dum perſequitur, fœtus, in caput pronus fertur, ſicq; tandem nititur, & naturæ ordine in lucem prodit, magno tum ſuo propter corpuſculi mollitiem, tum matris propter ceruicis vteri neruoſæ, & oſſium ilium ab oſſe ſacro, quo via fœtui pateat, diuulſionem, dolore, alioqui niſi eiuſmodi oſſa diuellerentur, qui non modo gemelli duo mutuo complexu ſibi cohærentes & connexi, ſed vel vnicus fœtus tam anguſto colli vteri ductu, prodire & emergere poſſet? Id ita eſſe, non ratio modo, ſed & experientia verum perſuadet. Puerperas enim ſtatim a partu diſſecui, in quibus animaduerti oſſa ilium ab oſſe ſacro digiti interuallo diſtracta, quin etiam pleriſque parturientibus, qui me auxilii in tam difficili conatu gratia aduocarant, ſubiecta coccygi manu certo & auribus hauſi, & contactu percepi crepitantium diuulſionis vi oſſium ſtrepitum. Sed & narrarunt mihi honeſtiſſimæ matronæ multæ, ſe aliquot ante partum diebus, coxarum ſic diſtrahentium fragorem cum

E dolore percepiſſe. Multis etiam poſt partum diebus, coccygis regio, ac illiſque ſacri (quam Renum regionem nominant) ſic pleriſque dolet, vt natura ſolutam oſſium ilium continuitatem reparare haud valente in reliquum vitæ claudicent: oſſa vero pubis, quod plerique putant, diſtracta nunquam animaduerti. Ferunt naſcentibus in Italia puellis os coccygis abrumpi, quo futuris poſtea matribus via latior & laxior ſit. Sed falſo id iactatur commentum: fractum enim id os, natiuæ, vt fieri ſolet, vel ſolius ſponte, ſubſtituto callo reparatetur, ex quo poſtea partus difficilior & laborioſior exiſteret.

Cur infans in caput naſcatur.

Oſſium ilium a ſacro diuulſio in partu aduertitur.

Italicum commentum.


De ſitu

De ſitu infantis in vtero. CAP. XIV.

Varia fœtus in vtero collocatio.

INfantis in vtero certa ſitus Ratio notari nequit. Variam enim illam quinimo tum in viuis, tum in mortuis mulieribus animaduerti: has quidem ſtatim atq; expiraſſent diſſecando, illas vero quas poteram induſtria & manus dexteritate in enixu iuuando: immiſſa enim in vterum manu fœtum alias in caput, alias in pedes, aliquando in manus, nonnunquam in pedes manuſque ſimul elabi conantem obſeruaui, quemadmodum ſubiecta figura demonſtrat.





In genua nonnunquam prodeuntem, in vnum alias in pedem, alias in dorſum, alias in ventrem, pedibus manibuſque ſurſum elatis, vt præcedens figura docet, comperi. C

Diuaricatis nonnunquam pedibus ſeſe mihi ad egreſſum obtulit, alias vnico brachio protenſo, eratq; talis fœtus Hermaphroditus.

Viſi ſunt mihi aliquando gemelli, quorum vnus in caput ſe efferebat, alter in pedes, vt ſubiecta figura docet.





D

Diſſectis grauidarum mulierum cadaueribus, teneriores adhuc fœtus, quales quadrimi ſunt, animaduerti, figura velut orbiculari ſitos, capite in genua reclinato, geminis manibus ſub genubus, calcibus vero ad nates iunctis. Sancte affirmo, mihi viuum fœtum, dum ſecta mater ſtatim atq; expiraſſet, in longum exporrectum, viuentemque adhuc facie in cœlum conuerſa, iunctis velut ad ſupplicandum manibus.

Quod legitimum & naturale, quodq; contra naturam ſit naſcendi tempus. E

CAP. XV.

Homini non eſt definitum naſcendi tempus.

OMnibus animantibus certum eſt & definitum concipiendi & pariendi tempus, vni homini nullum fere eſt definitum. Alias enim ſeptimo menſe, alias octauo, alias, quod plurimum fit, nono, alias decimo, nonnunquam etiam incipiente vndecimo humani fœtus prodeunt. Maſurius author eſt, L. Papyrium Prætorem ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe,

cum

A [illegible] mensibus [illegible] quoniam [illegible] certum tempus pariendi statutum [illegible]. Qui sexto mense prodit infans, [illegible] esse nequit, quippe nec toto corpori, nec membris sua adhuc [illegible] perfectio & maturitas. Septimo mense [illegible] vitalis ratione & experientia deprehenditur. At octimestris [illegible], aut nunquam [illegible]. Rationem [illegible] esse Astronomi, quod Saturnus [illegible] plurimum contrariæ sint. Physica tamen ratio [illegible] est. Siquidem [illegible] sæpe mense ſeptimo ab vteri conceptaculis egressum affectare, ac in [illegible] plurimum, [illegible] conatu excidere, atque interim fatigatum effici [illegible]. Quod si [illegible] eundem [illegible], ob [illegible]. [illegible] & valide mulieres fœtus vitales octauo [illegible], [illegible] Aristoteles, de [illegible], de Hispanis plerique.

Plin. lib. 7. cap. 5.

Octimestris partum cur haud fere vitalis.

Lib. 4. de hist. anim. cap. [illegible]

Id posito [illegible] toto [illegible] tempore [illegible] [illegible] aut [illegible] tempus [illegible], de repente [illegible], adeo vt [illegible] præbeat, paulo que post [illegible] nunquam [illegible] vellet.

B Cæterum quia prima [illegible] ſolent esse, ſuaſerim primiparis aliquot ante partum [illegible] ℞ [illegible] *matis cati* ℥ ij. *olei amygdalarum dulcium* ℥ [illegible] ℥ [illegible] *an.* ℥ j. *terebinthinæ venet.* ℥ ij. *fiat vnguentum* [illegible] *litu*. Non erit inutile, fasciam [illegible] & gestata, facilius gestando fœtui vtilis erit. [illegible] relaxandis genitalibus appetente partu [illegible].

Partus naturalis [illegible] demum censetur, *quo in caput infans prodit, aquarum effluxum sine mora secutus*: difficilior est, [illegible] prodeunte fœtu fit: reliqui omnes difficillimi. Itaque obstetrices monendæ sunt, vt [illegible] commemoratum partum [illegible] infantem [illegible], vel in dorsum, vel in ventrem, vel in pedes manusque simul, vel in porrectum brachium, vel quauis alia denique contra naturam forma [illegible] conuertant, & in pedes trahant: cui operi perficiundo si ipsæ non sufficiant, Chirurgum [illegible] accersant.

Partus naturalis & facilis. Difficilis.

De [illegible] partus signis. Cap. XVI.

C Dolor [illegible] sub vmbilico & ad inguina premit, inde [illegible] lumborum vertebras reflectens, tum præcipue, cum [illegible], & coccyx foras [illegible], genitalia cum dolore intumescunt, febrilis quidam veluti horror [illegible] ad excretionem accinctæ conatu facies rubet. His [illegible], [illegible] omnia ad partum [illegible] necessaria. In primis [illegible] conuenienter & media [illegible] in lecto collocetur, [illegible] nec [illegible] penitus iaceat, nec ſedens, ſed erecto, & nonnihil [illegible], [illegible] potest. [illegible] directo [illegible], [illegible] vero ad nates reductis, elatis præterea [illegible] cruribus esse debet [illegible]. Sunt quædam, quæ in [illegible] lecto in transuersum positum [illegible]. [illegible] alliæ rectæ & in pedes stantes [illegible] tantum in [illegible].

Quomodo collocanda in lecto grauida instante partu.

Cæterum cauendum [illegible] est, ne [illegible] partus labores [illegible], quam imminentis partus [illegible] signa [illegible]. [illegible] pulchre [illegible] & [illegible]

D [illegible] est. Monenda [illegible], ore & [illegible], obstetrice [illegible] fœtum [illegible].

Quod [illegible] multo ante [illegible] aquarum, & [illegible] partus fit difficilior & laboriosior, [illegible] ℞ *butyri recentis* [illegible] *in aqua arthemisiæ loti* ℥ ij. *mucaginum ficuum*, [illegible] *althea cum aqua* [illegible] *an.* ℥ ß *olei liliorum* [illegible] *linimentum*, quo obstetrix frequenter oblinat genitalia.

Litus effusarum præcocius in pariendo conatu aquarum defectum supplens.

[illegible] & qui ſequitur, puluis, ℞ *cinnamom. corticis* [illegible] *an.* ℥ j. ß. *sacchari albi ad pondus omnium, fiat puluis tenuissimus*, [illegible] in vices [illegible], cum decocto ſeminis lini, aut vini albi, celeriorem enim & faciliorem partum facit.

Puluis ad accelerandum partum.

Oblinet etiam obstetrix manus ſuas ſequenti vnguento, quoties in locos demittendæ erunt, eodemque genitalia munget: ℞ *olei de ſem. lini* ℥ j *olei de castor.* ℥ ß *galliæ moschatæ* ℨ ij. *ladani* ℨ j. *fiat linimentum*. Sternutamentum autem [illegible], immisso in nares [illegible] aut ellebori albi puluere [illegible] tillo. Semen lini contusum cum aqua arthemisiæ & [illegible], partum accelerare creditur.

Arb. 11. & [illegible] Potio partum accelerans.

E Commendatur ad id ſequens etiam remedium. ℞ [illegible] ℥ j [illegible] *bullient cum vino albo. & aqua sufficiente* [illegible] *fiat potio*. qua [illegible] ſternutamentum, quo dictum est modo, ore & naribus [illegible].

[illegible] vt in lucem [illegible] infans [illegible] membri [illegible] genitalibus [illegible], [illegible] tanquam cum capitio, [illegible] ſeſe protulit, tumque [illegible] fœtum [illegible] obstetrices, [illegible] incolumitatem [illegible], natum. At ego huic non fœtui modo, ſed & fœtæ [illegible] portendi

portendi puto, quia facilis partus ſit indicium eſt. Nam cum partus difficilis eſt, & laborioſus, nunquam fœtus ſecum vna eiuſmodi membranam profert, ſed relicta illa in vteri & genitalium anguſtiis, [illegible] coluber cum ſenectam exuere vult, per anguſta locorum inſerere ſeſe ſolet. A

Quæ puerperæ ſtatim à partu exhibenda.

Statim à partu puerperæ exhibenda ſunt ſucci amygdalarum dulcium ſaccharo & ſine igne extracti, cochlearia duo vel tria. Sunt, quibus vitelli ouorum cum ſaccharo magis placent, aliis magis arridet hypocraticum vinum, aliis [illegible] conſumptum, aliis gelatinæ: omnino varia exhiberi poſſunt pro variis, quæ ægram premunt, cauſis, & Medici conſiliis, in torminum dolore ſedando, vires fractas prompte recreando, aut nutriendo. Puerperis vero mox à partu oboriuntur tormina, quod tum venæ, natura ad excretionem tota conuerſa, menſtrualis materiæ ſuppreſſas per nouem menſes reliquias in vterum magna vi eructent, quæ quia craſſæ ſunt, ſimul & feculentæ, ſine magno labore, conatu & dolore tam venarum, vnde prodeunt, tum vteri, per quem meant, prorumpere nequeunt: inde vero ex reſiſtantis earum portionis in flatus conuerſione, & aeris ambientis imprudenti admiſſione intumeſcat vterus cum omnibus genitalibus, niſi digerente & remolliente oleo, aluinarumque partium commoda per faſcias deligatione prouiſum fuerit.

Cauſa torminũ à partu.

Edito fœtu quid ſtatim agendum. CAP. XVII. B

Cur ſecunda citißime à partu reuellenda.

EDito fœtu debet obſtetrix ſecundinam blande, quantum fieri poteſt, ſtatim educere, ſinu manus, etiam immiſſa in vterum manu reuellere, alias ſi quæ interponatur mora, [illegible] extrahi [illegible], quia à partu vteri orificium ſtatim contrahitur, & obſeratur. [illegible] ſecundina [illegible] expeditus eſt. Duplici igitur filo vinciendus eſt pollicis ab abdomine latitudine vmbilicus. Vinculum arctius non ſit, ne quæ vltra ipſum vmbilici pars eſt, citius, quam par eſt, excidat: nec laxius, ne funeſta hæmorrhagia ſanguis per vaſa vmbilicalia diffluat, & ne frigidus intro in ſpiritum ſubeat. Nexu, vt decet, peracto, reſecandus vmbilicus nouacula peracuta duobus infra nexum digitis. Sectioni imponendus pannus linteus duplex, in oleo roſato, aut amygdalarum dulcium maceratus, ad doloris ſedationem. Ne enim paucis poſt diebus, quod infra nexum eſt, vna cum vinculo excidet, conſtricta nempe vena & arteria nutritionis & vitæ beneficio deſtitutum. Id vulgo obſtetrices nudo [illegible] abdomini incumbere faciunt, vnde doloriſica tormina propter frigiditatem eius, quod calore vitali deſtitutum lentum emoritur. Hoc ipſum igitur lino vel lana inuoluere ſatius eſt, donec gangræna correptum decidat.

Vmbilici puerilis à partu deligatio.

Inconſulte agunt obſtetrices, quæ ſtatim edito fœtu vinctum vmbilicum reſecant, non expectata excluſione ſecundinæ. C

His peractis, roſaceo vel myrtillorum oleo extergendus & à ſordibus feculentis vindicandus eſt infans, quæ cuti tenacius adhærent. Sic præterea cutis ſpiracula coarctantur, & corporis habitus roboratur magis. Sunt, qui aqua calida & vino adſtringente infantes abluunt, deinde commemoratis oleis obliniunt. Alii non ſimplici vino abluunt, ſed in eo roſas rubras, folia myrti, addito pauco ſale incoquunt, & inde lotione per ſex aut quinque dies repetita non ſordes modo eluunt, ſed & ſi quid in tenello infantis corpuſculo contuſum à duro enixu colliſumque eſt, digerunt, & carnibus eius robur addunt. Singuli manuum pedumque digiti tractandi [illegible] ſunt & explicandi, crurum & brachiorum articuli extendendi & contrahendi pluribus diebus, primum vt quod humoris excrementitii in articulis reſedit, id motu concitatum & agitatum reſoluatur. Si quid [illegible] in conformatione aut conſtructione [illegible] vitium [illegible], id mature corrigatur. Spectandum [illegible], num naturalium ductuum aliqua ſubiecta membranula, vt nonnunquam fit, [illegible]: nam ſi quid [illegible] aurium, narium, oris, penis, vel vteri orificium offendat, id à Chirurgo [illegible], & [illegible] ligamentis meatus libertas [illegible] vulneris oræ [illegible] agglutinatæ coeant. Si [illegible] fuerit digitus, [illegible] membranam [illegible] ſi quid denique ſimile contra naturam occurrat, id omne Chirurgi induſtria emendabitur. D

Vitia, quæ vulgo recens natis pueris [illegible] cernuntur.

Conformationum vitia mature corrigenda.

Adnaſcitur nonnunquam recens editis puellis colore & conſiſtentia cretaceum aliquod excrementum ad oris interiores partes, linguamque totam. Id vitium ab oris interiore [illegible], Cancrum album Gallorum vulgus nominat, & lactandi libertatem intercipit, in vicina mox in fauces vſque gulamque ſe ſe porrigens, niſi detergeatur, degenerans, & mortis cauſa plerumque [illegible]. Quod ne accidat, medendum ipſi erit deterſione [illegible] ex linteolo bacillo alligato, immerſoque in medicamentum mediocris conſiſtentiæ ex oleo amygdalarum dulcium, melle & ſaccharo paratum. Hoc enim blande adhibito mollitæ & deterſæ ſordes eluuntur. Prodeſt etiam olei amygdalini cochleari, vel in digito [illegible] ad aluum ſubducendum, ad faucium & tracheæ arteriæ gulæque aſperitates emendandas, diluendam viſcidam pituitam, quæ tuſſim, imo & dyſpnœam ipſis plerumque infert. Si palpebræ cohæreant, vel ſibi mutuo, vel adnatæ aut corneæ tunicæ agglutinatæ, ſi hydrocephalos in capite ſubſit, commemoratis ante proprio cuiuſque vitii tractatu remediis medebimur. Pleriſque ab vtero ſuccreſcunt maculæ, quas Gallorum vulgus Signa nominat. Ex his aliæ planæ ſunt & cuti æquales, aliæ in tumorem exaltatæ & verrucoſæ, aliis villoſæ, nonnunquam læues, atræ, liuidæ, fere tamen rubræ. In facie ortæ ipſam ſæpe totam ſucceſſu temporis magna deformitate occupant. Cauſa nonnullis putatur menſtruæ materiæ portio quædam, vteri parietibus à recenti fluxu [illegible], ſi forte tum cum viro coeat mulier, adhæreſcens, aut quod [illegible] velut rore in vterum è venis ſtillans, ſeminibusque eodem, quo coagulantur, articulo, permixta & concorporata, ſuo proinde colore. E

Remedia ad cancroſum os puerile.

fœtus

A fœtus hanc aut illam partem è ſeminali corpore ductam, inficiens. (Mulieres in picam aut malaciam cauſam referunt, quæ vt fœtui nondum conformato imaginatæ & ardenter concupitæ rei imaginem imprimere poteſt, vt phantaſiæ admirabiles ſunt in corporibus noſtris vires) ita iam conformato non magis poteſt, quam potuit Chypo regi, à taurorum conſpecto attentius certamine, mox dormienti cornua in fronte excitare. Eiuſmodi maculatum aliæ ſunt ſanabiles, aliæ minime, quales ſunt grandiores & quæ labra, nares aut palpebras obſident. Verrucoſæ vero quia malignæ cuiuſdam qualitatis & melancholiæ materiæ ſunt participes, quæ curatione irritantur, tangendæ non ſunt: facile enim in carcinoma, Noli me tangere nominatum, irritatæ abeunt. Quæ igitur curabiles ſunt, exiguæ ſunt, & in parte, quæ pro arbitrio tractari poteſt. Ergo radicitus tranſadigentur acu filum ducente, & fili velut anſis in altum ſublatæ reſcindentur, quod reſtabit vulnus, generali vulnerum methodo curabitur. Sunt, qui putant maculas rubras in tuber elatas, eluitu frequenti ſanguinis menſtrualis, aut ſecundinæ ſeu ſarcuminalis. Quæ villoſa talpæ, vel ſoricis in morem, & mediocriter elata, lataque erunt huius generis tubercula, radicitus tribus, quatuorve locis acu filum ducente tranſadigentur, & arcte deligabuntur, ſic vt tandem nutritione & vita deſtitutæ decidant. Poſtquam delapſæ erunt, relictum vlcus curabitur, quo vlcera

B ſolent modo.

Si quæ caro inde ſuperflua ſuperſit, impoſito ægyptiaco, mercurii puluere & ſimilibus: ſi metus ſit, ne ab radice repullulent, radicitus inurentur oleo de vitriolo, aut aqua forti.

Eſt & aliud maculatum genus liuidi coloris aut violacei, faciei præſertim labia occupans, cum tumore molli, laxo, raro, indolente, venis in ambitu velut varicoſis: id tumorum genus pueris exclamantibus, & adultis iraſcentibus ſpiritu flatulento intumeſcit amplius, varioque tum vitiatur colore, Meleagridum criſtæ æmulo, eiulatu & ira exactis reſidet tumor ſibi iam ſimilis. Cæterum ne his quidem attingendus eſt curationis ergo.

Quæ ſit ratio auellendarum a partu ſecundarum. CAP. XVIII.

SEcundas crediderim id habuiſſe nominis, quia à fœtu ſecundæ ſunt, altero veluti faſce fœtam mulierem grauantes: nam ſi plures ſint in vtero fœtus ſexu diſtincti, totidem ſeorſim habebuntur ſecundæ: quæ res obſtetricibus valde notanda venit. Excluſo fœtu nonnunquam reſtitant in vtero, multis ex cauſis: vt ab infirmitate fœtæ mulieris, quæ in excludendo fœtu vires prope omnes ſuas conſumpſerit: vel a repente exorto in ceruice vteri, genitalibusque omnibus tumore, propter longum & difficilem

C partum, & aerem frigidum imprudenter admiſſum: ſic enim viarum libertas intercipitur, adeo vt nihil iatus foras prodire poſſit: vel quia in vtero intorquentur & reduplicantur, effuſis affatim vna cum fœtu omnibus aquis, adeo vt in arido & ſicco maneant: vel quia vtero adhuc hærent venarum & arteriarum nexibus, quod fere ſit in his, quæ abortiunt. Et quemadmodum poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur, ſi matura & cocta, decidunt; ſic ſecundas immaturo partu vix vis aufert, maturo ipſa facile maturitas.

A ſecundis retentis multa & difficilia veniunt ſymptomata, vt ſuffocatio hyſterica, & crebra ſyncope elatis in diaphragma cor & cerebrum & ex iis putreſcentibus, craſſis vaporum nebulis: itaque quam citiſſime reuellendæ veniant ab vtero, molli ſi fieri poteſt, vmbilici tractu. Quod ſi ſic non licet, excollocanda erit mulier, quo ſolet locari modo, cum ipſe fœtus, qui naturæ ſponte non prodit, arte extrahendus eſt. Ergo obſtetrix oleo inunctam manum blande in vterum immittet, ducem ſecuta vmbilicum, ſicque comprehenſas ſecundas, ſi adhuc hæreant vtero per cotyledonas, leniter hac & illac concutiet, vt ſic excuſſas leniter educat, non autem violentius extrahat, ne vna ſequens vterus procidat: violenta enim attractione vaſorum aliquod, aliquod item ligamentorum neruoſorum, quibus vicinis

D corporibus adhæret vterus, laniari poteſt, vnde ſanguinis è propriis conceptaculis effuſi corruptio, à corrupto & putrente inflammato, abſceſſus & gangræna mortifera. Nec tutius eſt à conuulſione ruptis neruoſis corporibus periculum, nec item minus ab vteri procidentia manifeſta. Si qui vna cum ſecundis in vtero ſubſint ſanguinei thrombi, hos vna eademque opera obſtetrix reuellet, & ad vltimum minimumque vſque perſequetur. Vidi ſunt mulieres, quæ ſecundas, quas nulla ars reuellere potuerat, putridas & tempore corruptas, fruſtatim per vuluam multis horrendis ſymptomatibus, ſuperuenientib' excluſerunt. Promouere etiam licet excernentis naturæ conatus ſternutatoriis, ceruicisque vteri fotibus aromaticis, iniectionibus remollientibus & lubricantibus: his contra, quæ fœtidum odorem ſpirant, naribus admotis, potione ex arthemiſia & baccis lauri in œnomelite exhibita, aut pulueris ſabinæ ſemidragma, vel mulieris capillis vſtis, & in pulliſculum redactis, atque in potum oblatis, omnibus deniq; menſes mouentibus.

Quæ fœtui per os exhibenda ſint, antequam papillæ admoueatur.
CAP. XIX.

E PRodeſt palatum totumque pueri os interius theriaca leniter & melle aut ſucco amygdalarum dulcium ſine igne extracto fricare, & ita agere, vt eiuſmodi rerum deglutiat aliquid: ſic enim multa ab ore proiicitur pituitoſa humiditas, imo & commoto ſtomacho vomitu excluditur. Excrementitiis illis humoribus ſi lac ſuctum admiſceatur, facile corrumpitur: à corrupto lacte elati ad cerebrum vapores, pernicioſa pueris ſymptomata inferunt. Excrementitia autem multa ventriculo puerorum & inteſtinis contineri, ex eo ſcire licet, quod cum primum prodierint in lucem, ſæpe antequam lac ſuxerint, vel aliud quicquam ore deglutiuerint, multa varie colorata, citrina, virida, nigra, inferne excludunt. Itaque multi ad torminum materias mature vacuandas non tantum commemorata exhibent, ſed & ſy-

Deluſa Somni de Chypo rege hiſtoria.
Quæ ſint inſanabiles.
Quæ & qui ſanabiles.
Secunda cur ita dicta.
Cauſa reſtantium ſecundarum.
Symptomata a reſtantibus ſecundis.
Extrahendarum reſtantium ſecundarum ratio.
Procidentia vteri cauſæ.
Abortio violentior vna cum ſecundis vtero quæ ſymptomata.
Ad proliciendam e ſtomacho pueri pituitam.
In ventriculo pituitoſo lac facile corrumpitur.

ſirupum laxatiuum ex roſis pallidis. Cæterum antequam ſerio lactetur infans, prodeſt lac illi è papilla A
ſæpius in os exprimere, vt ſic ſenſim conſueſcant attrahendo lacti ventriculi fibræ.

Quod matres fœtum nutrire debeant. CAP. XX.

Lac maternum familiariſſimum fœtus alimentum.

OPtandum eſſet, vt matres omnes nutricatus officium liberis præſtarent. eſt enim lac maternum fœtui longe familiarius alimentum, quam cuiuſuis alterius nutricis, quia illud nihil aliud eſt, quam ſanguis ille in mammas dealbatus, quo ante in vtero alebatur. Non tamen primis ſtatim à partu diebus puerum puerpera lactare debet, ſed abſolutam expectare lochiorum expurgationem. Interim vero ſugi ſe ab alio pluribuſue alumnis aliis, vel etiam virgine abſtemia patietur, quo lac ſenſim ad mammas attrahatur, & ſenſim quoque depuretur. Primis enim puerperii diebus ex partus labore commotior adhuc eſt, & perturbatis in corpore humoribus: Lac vero, quo ipſius tument mammæ, longa illic mora, à bonitate naturæ defeciſſe videri poteſt, quemadmodum ipſius quodammodo concreti craſſities, calor ad tactum manifeſtus, citrinuſque color abunde teſtatur. Itaque in eius euacuati locum alter purior ſucceſſiſſe debet, quo infans nutriatur: quinetiam ſi quando poſtea quopiam præter naturam affectu febre, diarrhoea, & ſimili prehendatur, alteri lactandum infantem præbebit, ne nutricis morbi in alumnum tranſeant. B

Nutricum morbi vna cum lacte in alumnū tranſeunt.

Gal lib. 12. cap 1.

Adde, quod matres longe vigilantiores ſunt in liberis ſuis educandis, quam ſtipendiariæ nutrices, quæ non tam fœtum, quam fructum amare ſolent. Quæ matres filios ſuos non nutriunt, hæ integræ matres non ſunt, nec materno plene officio liberos demerentur, vt dicebat Marcus Aurelius Romanorum Imperator. Quod vero hoc eſt contra naturam imperfectum atque dimidiatum matris genus? peperiſſe ac ſtatim à ſeſe abieciſſe? aluiſſe in vtero ſanguine ſuo neſcio quid, quod non videant, non alere nunc ſuo lacte, quod videant iam viuentem? iam hominem? iam matris officia implorantem?

De Nutricum delectu. CAP. XXI.

PLerique mariti tenellis vxoribus ſuis parcendum eſſe volunt: adhibentque puero nutrices, nec ad dolores, quos in pariendo tulerunt, minus quoque nutricationis graue & difficile accedere: propterea deligenda nutrix eſt, quæ iam ſecundo aut tertio pepererit. Nam mammæ, quæ plenæ olim fuerunt, & impleri conſueuerunt, venas arteriaſque habent craſſiores, & copioſioris lactis capaciores. In nutrice decem ſunt, quæ diligenter veniunt expendenda; ætas, habitus corporis, mores, lactis conditio, non mammarum modo, ſed & papillarum forma, tempus à partu, vltimi infantis ſexus, vt grauida non ſit, vt ſana ſit. C

Qua in nutrice requiruntur.

Aetas nutrici optima.

1 Quod ætatem ſpectat, non debet eſſe minor viginti quinque annis, nec maior triginta quinque: quod enim interiacet tempus, vigoris tempus eſt, temperatum magis, magiſque ſanum, & excrementitiis humoribus minus abundans. Cæterum quia corpus haud iam creſcit, ideo ſanguine tum magis abundat. Poſt trigeſimum quintum vero menſtrua pleriſque deſinunt, ex quo intelligere eſt parciore illas alimento frui.

Habitus nutrici optimus.

2 Bene habitam & corpore quadrato nutricem eſſe decet, pectoreque lato, viuido colore, nec pinguem, nec macram, ſed gracilem, haud molli carne, ſed denſa & ſolida, quo robuſtior ſit, & vigiliarum, laborumque circa alumnum obeundorum tolerantiſſima, minime rufa ſit, aut lentiginoſa, ſed fuſca: tales certe candidis ſunt calidiores, quo fit, vt alimentum in ſanguinem perfectius concoquant, & excrementa digerant melius. Nam Sexti Cheronenſis ſententia, *vt terra fuſca fertilior eſt alba, ſic fuſca mulier lacte eſt pinguiore.* Inſpici debet diligenter caput, ſi non ſit tinæa, ſeu achorib. germinans, ſi rubiginoſis & carioſis non ſit dentibus, anima olida, cute vlceribus fœda, arthritico aut elephantico minime genita.

Lib. de inf. nutrit.

Qualiter moratam nutricem eſſe debeat.

3 Alacris eſſe debet, diligenſque in puero nitide & munde tenendo, caſta, ſobria, hilaris, alumno aſſidue arridens, circa ipſum aſſidue cantillans, diſtincte & articulate loquatur: hanc enim ſolam habet puer loquendi magiſtram. Bene morata ſit, quia nutricum mores vna cum lacte in natos abeunt. Sic canum catuli, quos lupa aut leæna nutrierint, ferociores erunt: contra leunculi feritatem deponunt, ſi lacte caprillo aut ouibulo nutriantur. Agnis ſi capra nutrix adhibeatur, lana videbuntur duriore: contra capreoli, quos ouis educarit, pilo erunt molliore. D

Cur a coitu nutrix abſtinere debet.

Sobria ſit, vel hoc nomine, quod pleræque vino & epulis, graues, quos ſibi & papillis inter dormiendum admouerant, infantulos ſuffocarunt. Abſtineat à concubitu cum viris, conturbat enim ſanguinem coitus, adeoque lac ipſum. lactis copiam minuit, quia menſes ciet, viroſam quandam qualitate lacti conciliat, qualem ſpirare eos ſentimus, qui veneris deſiderio & feruida libidine incaleſcunt. Adde, quod inde non raro grauidæ redduntur, vnde & lactanti alumno, & concepto fœtui incommodum: illi quidem deterioris alimenti & deprauatæ nutritionis, quia laudabilior ſanguis ſubſiſtit circum locos à conceptu ad nutritionem & incrementum fœtus, impurior vero faceſſit in mammas, vnde lac impurius gignitur: huic vero paupertatis alimenti, quia quantum accedit alumno, tantum decedit fœtui concepto.

Qualibus mammis nutricem eſſe debeat.

4 Pectore lato eſſe debet, & mammis mediocriter tumentibus, non laxis & pendentibus, ſed mediæ inter molle & durum conſiſtentiæ, tales enim ſanguinem in lac perfectius excoquunt, quia in carne ſolida calor vegetior eſt, & magis coactus. Solidæ denſæque carnis fidem faciet, non ipſe modo contactus, ſed & venarum tumore & liuore manifeſtarum per mammas, tanquam in multiplices riuos deſcriptio: nam in carne laxa latent, quia ſubſident. Quæ mediocri tumore exaltatæ ſunt mammæ, lactis quantum ſatis eſt alendo fœtui, comprehendunt. In durioribus vero & denſioribus, lac velut conſtrictum ſuffocatur. Itaque à ſugente puello non facile elicitur: deinde durioris mammæ occurſu E

naſus

A neſus ei elidatur, quo fit, vt vel faſtidiês ſtatim recedat à mamma, vel ſi pergat naſum apprimere, tandem ſimus euadat.

Papillæ vero ſi lateant intro contractæ, non facile comprehendi pueri labellis poterunt: itaque ſ [illegible] laboriosas. Si [illegible] ſunt, totum eius os [illegible], [illegible] lingua ad ſuctum & deglutitionem vti expedite non poterit.

Lactis naturam & conditionem ex quantitate, qualitate, colore, odore & guſtu metimur. Parcius lac præterquam quod alendo fœtui non ſufficit, inſuper laudabile eſſe nequit: intemperiem enim [illegible], vel corporis totius, vel certe mammarum arguit, præcipue vero feruidam & ſiccam: copioſius vero tandem nutricem ſucco exhaurit, & dum totum non conſumitur a puero, concreſcit & coagulatur, corrumpiturque in mammis: quanquam in hanc partem [illegible] lac malim, [illegible] [illegible] remedio eſt [illegible], antequam [illegible] alumno admoueatur. Quod conſiſtentia medium eſt inter craſſum & tenue, id demum eſt laudabile [illegible] valide facultatis lac in mammis gignentis. Ergo eius gutta in politum & mundum vnguem inſtillata, ſummoto vngue diffluat, aquoſi lactis ſignum eſt. Si depreſſo & commoto hæreat, coagulati & craſſioris. At ſi immoto vngue perſtet immotum, & depreſſo diffluat, [illegible] bonitatem [illegible]. Quod ex puluere album eſt, id demum optimum: eſt enim lac nihil aliud, quam ſanguis [illegible]. Itaque [illegible] colore, ſanguinis ex quo fit, vitium arguit: vt ſi fuſcum ſit, ſanguinem arguit melancholicum. Si flauum, bilioſi, ſi liuens & pallidum, pituitoſi, ſi ſubrubrum, crudi [illegible] argumentum. Odore debet eſſe [illegible], blandum & iucundum. [illegible] [illegible] tetre eſt lac ſuffocatum, [illegible], feruidam & bilioſam naturam [illegible] & melancholicam. Guſtu [illegible] velut ſaccharatum eſſe debet, amarum [illegible], ſalſum, acidum aut ſtipticum vitioſum eſt. [illegible] prouidentiam admirari, qua ſanguinem, quo pueri [illegible], in lac dealbari voluerit. Quod ni ita [illegible], quis eſt, qui a tam triſti & horrendo ſpectaculo [illegible] tenellas pueris oculos & mentem non aduerteret: quæ mater, quæ nutrix non [illegible], ſingulis momentis exanimata, [illegible] totics & tanta copia in fœtus alimoniam effunditi: adde quod duobus victus compendiis butyro & caseo caruiſſemus.

Nec vero nutrix quinque aut ſex à partu exactis diebus puerum mammis lactandum admouere debet, tum propter commemoratas ante rationes, tum quod tantuli temporis quiete ad [illegible] vires recolligendas opus habet. Interim curet ſibi a [illegible] abſtemius lac ſugi, vel ipſa ſibi [illegible] populi, quam paulo poſt ſignare ſolebimus.

Ab edito in lucem maſculo nutrix præferenda eſt. Eius enim lac minus excrementoſum eſt, quia melius excoctum, maſculi [illegible] matris calorem conduplicante. Sed & cum ex maſculo gerunde mulieres melius toto [illegible] tempore habeant, argumento, quod melius coloratæ ſunt [illegible] omnia obeunda alacriores, nemini dubium eſſe poteſt, quin & [illegible] lac melius. Oportet præterea nutricem puerū ſtato & legitimo tempore peperiſſe. Nam ab interna cauſa abortus, arguit latens aliquod in corpore & humoribus [illegible] vitium.

Qua nutrix diata vti debeat, & quo ſitu infantem in cunis collocare.

CAP. XXII.

Diæta nutrici varie præſcribenda eſt in cibo, potu, ſomno, vigilia, exercitio & quiete, pro varia pueri habitu & temperie naturæ. Nam ſi verbi gratia, [illegible] ſanguine [illegible], diætam in victus ratione & vita [illegible] refrigerantem ſequi nutrix debet. In genere [illegible] [illegible] [illegible] quantitate & qualitate moderatis, in aere verſabitur puro & libero, [illegible] ſpectaculis [illegible] acribus, vino, præſertim meraco, & [illegible] concubitu abſtinebit, [illegible] [illegible] nes, ſed [illegible] exercitio [illegible], ſed brachiorum & [illegible] [illegible] tur, quam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. In cunis [illegible] infantem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cerebro, in [illegible] [illegible] [illegible] facilius. Sic vero ſi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Quando lactatur infans, nec dum cibo [illegible] [illegible] [illegible] ſam [illegible] recumbere ipſum [illegible], quam in alterutrum latus. [illegible] [illegible] [illegible] in quam corporis totius [illegible] & fundamentum, quo [illegible] [illegible] & tuto quieſcere poteſt infans. At in latus ſi decumbat, periculum eſt, ne coſtarum oſſa mollia adhuc, nec ſatis ſolida, & ligamentis vinculis nexa, ſub reliqui corporis pondere fatiſcant, & obtorqueantur, [illegible] gibboſi [illegible]. Cum vero dentire incipit, & cibo veſci paulo ſolidiore, ſimulque ſolidibus & oſſium compage ſolideſcere, ſenim conſueſcere debet decubitum nunc in hoc, nunc in illud latus. Denique quo magis ætate & robore creſcet, eo magis & frequentius in latera recumbet, cum vero in lucem obuertit [illegible] in cunis poſitus, vnde lumen ex oppoſito & directo capere poſſit, alias periculum eſt, ne luſcus fiat. Oculus enim cum natura ſua pellucidus ſit & luminoſus, lumen ſemper quærit, tenebras vero horret, vt omnia [illegible] ſimilibus gaudent, contrariis auerſantur. Itaque ni e directo lumen infanti affulſerit, anxie omnem in partem ſe vibrat, oculos caputque contorquet, quo potiri ipſo poſſit. Frequens vero vibratorum oculorum illa contortio in naturam tandem abit & habitum contrahit. Ita fit, vt vel luſcus euadat [illegible], ſi in vnam ſolum partem perpetuo & diu oculos obtorſerit, vel iiſdem tremulis, aſſidue mutantibus, & male ſtabilibus, ſi in multas, varias omnesque partes circum vicinas. Quæ cauſa eſt, cur a magiſtra experientia edoctæ nutrices, in cunis iacentium capiti, vimineum arcum, pannis velatum ſubtendere ſoleant, qui incertos & vagos puerilium oculorū motus contineat, ſtabiliat & dirigat.

6 Quomodo lactis expendendum.

Conſiſtentia lactis laudabilis.

Cur lac exquiſite album eſſe debeat.

Lac quid ſit.

Cur ruffa aut lentiginoſa bona nutrix eſſe nequeat.

7

8 *Cur nutrix ex maſculo partu præferenda ſit.*

Ab abortu nutrix cur non ſit optima.

Iram nutrici bus valde officere.

Exercitiū, quod brachiis ob ſur, nutrici maxime eſſe.

Quo ſitu puerulus in cunis debeat eſſe collocatus.

Quoſiter ad lucem obuerti infans in cunis debeat.

Cur arcum vimineum iacentium in cunis capiti ſubtendatur.

Cur luſca nutrix puerulũ luſcum reddat.

Luſca nutrix puerum niſi tranſuerſim intueri nequit: Inde fit, vt puer, quemadmodum reliquo corpore, ſic & oculo humidus, mollis, & flexibilis, longa & aſſidua conſuetudine habitum ita inſpiciendi facile contrahat, quem poſtea mutare & deponere nequeat. Nam *deteriora, quibus à teneris annis aſſueuimus, pertinaciter hærent; bona facile mutantur in peius.* In luſcorum enim oculis maxime & frequentiſſime agunt muſculi illi duo, qui oculos ad maiorem, aut minorem canthum adducunt. Hi ergo, illis ve in contortione illa multo vſu roborati, vt proprii officii exercitatio robur auget, antagoniſtas muſculos facile vincunt, & ſibi obſequi cogunt, atque adeo iiſdem inuitis oculum in hunc aut illum angulum trahunt & conuertunt. Sic pueri ſcæuolæ ſeu læui euadunt, dum otio & inertia dextram manum languere ſinunt, agendi autem continuo vſu & exercitio ſiniſtram roborant, & copioſius in ſe alimentum trahere permittunt. Quod ſi viri iam facti membriſq; omnibus conformati, & confirmati, multa cum claudis conſuetudine neſcio quid clauditatis inter ambulandum, vel inuiti & nihil cogitantes mentiri cogimur, adeo vt tandem etiam claudicemus, cur idem in puerulis non continget, quorum laxa molliſque ſubſtantia in omnem habitum fluxa eſt & cerea? Cæterum parentum etiam hæreditario vitio vt claudi & gibboſi, ſic & luſci euadunt pueri. A

Pueri qui ſcæuolæ euadant.

Quæ ſit ratio parandæ puerulis pulticulæ. CAP. XXIII. B

Tres laudabilis pulticulæ conditiones.
Coquendæ in pulticulã farinæ ratio.
Cur farina, quæ in pulticulam puerilem paratur, ante coqui debeat.
1. de ſanit. tuenda.

ALimentum pueris idoneum eſt pulticula, quia humido egent cibo: itemq; eo, quod craſſitie lacti reſpondeat, neq; coctu & diſtributu ſit difficile. Has tres conditiones habet pulticula, modo paretur ex frumentacea farina, minime illa quidem cruda, ſed cocta. Reponitur in fictili olla noua, quę mox in clibanum immittitur, ibiq; tamdiu relinquitur, quoad panis, qui vna immiſſus fuerit, coctus extrahatur; ſic cocta minus viſcida eſt & cruda. Qui crudam farinam lacti miſcent, coguntur alterutrum ſubire incommodorum, vt craſſam viſcidamq; farinam pueri ingerant, ſi nempe tantummodo pulticula coquatur ignibus in patella, quantum lacti ſatis eſt; vnde obſtructiones in venis meſaraicis, & hepatis venulis in inteſtinis tormina & vermes, atq; calculi in renibus. Vel lac ingerant portione ſua pingui ſeu butyroſa & ſeroſa caſtratum, ſola remanente terreſtri & caſeoſa, ſi tam diu pulticula elixetur, quamdiu farinæ eſt ſatis: tantam enim elixationem lac non requirit, nec certe ferre poteſt, quantum farina. Quibus ex cruda farina vſurpata nihil accidit damni, hi magnas merito gratias naturæ agere debent. Quin & Galenus ſolo nutricio lacte pueros nutriri vult, quandiu id abunde nutrici ſupererit ad nutritionem & incrementum. Multi profecto viſuntur pueri, qui ſolo lacte contenti ſunt, & pulticulam reſpuunt, nec niſi trimeſtres admittunt. C

Ad puerulõ aluum lauandam cataplaſma.


Si quando ſuppreſſa aluo ſint pueri, parandum illis cataplaſma ex *aloes dragma vna, ellebori albi & nigri ſingulorum granis quindecim omnibus cum felle bubulo, quod ſatis eſt, incorporatis, & ſuper goſſipium pulticulæ inſtar extenſis, ad palmæ manus amplitudinem, vmbilico imponendum calide.* Sed & eidem huic cataplaſmati vis etiam ineſt vermium necandorum.

Ad puerorũ tormina.
Ad papillæ vlcuſcula.

Contingunt pueris tormina clamoſa, à cruditatibus: his medendum, impoſita ventri lana ſuccida in oleo chamæmelino calente macerata.

Si quando inciſoriorum dentium acumine grandior iam puer nutricis papillam momorderit, vlcus relinquitur curatu contumax, quod ſubinde & à lactante puero, & veſtimentorum aſtrictu refricatur, curatur fotu aquæ aluminoſæ impoſito mox operculo plumbeo, galeri inſtar, facto, multis in ſummo foraminibus pertuſo, quibus tum lac, tum collecta vlceris ſanies exudare poſſit, nam & plumbum vlceribus ipſum per ſe remedio eſt.

Operculi plumbei nutricis papillæ vlceratæ imponendi figura.



Quot & quibus modis eiulantes infantes placentur.
Agitatio rapidior quãtum infanti noceat.
Clamor moderatus puerulo quid conferat.
Immoderatus quid noceat.

Quatuor modis licet eiulantes pueros placare, nempe exhibita papilla, agitatione in cunis, cantu, & linteaminum, quibus inuoluitur, mutatione. Haud vehementi [illegible] in cunis ſunt, ne lac ſuctum violentiore [illegible] corrumpatur, quare neque quauis alia ratione vehementius aut rapidius concutiendi. Non admodum clamore prohibendi ſunt: Sic enim pectus & pulmones dilatantur amplius, calor natiuus vegetior fit, cerebrum, nares, oculi, & os fuſis lachrymis & pituita expurgantur, non tamen diutius illos, aut contentioſius clamare permittendum, enteroceles aut epiploceles rupto aut laxato peritonæi proceſſu m[illegible]. D

De Ablactandis pueris. CAP. XXIV. E

Quando ablactandi pueri.

ABlactantur nonnulli menſe decimo octauo, alii vigeſimo: fere omnes ſecundo anno, tũ enim dentibus inſtructi ſunt, quorum pręſentia videtur natura ſolidius quoddam lacte & pulticula alimentum poſcere, quo etiam delectantur, oblatoque veſcuntur auidius. Itaque ablactationis certus non eſt termi-

A terminos, nec omnino alius, quam exertorum dentium; latentes autem in gingiuarum velut vagina dentes alijs citius, alijs tardius exeruntur: non enim alium in finem, quam ad mandendum à natura proferuntur, ante proruptos dentes ſi ablactantur pueri, & ſolidiore cibo nutriantur, multis à cruditate morbis obnoxij ſunt, Auicennæ ſententia: quod intimas adhuc ipſorum ventriculus careat ciborum, quæ in ore fit mandendo, præparatione: qua ne vix quidem citra noxam carere poſſunt. Duobus annis exactis, & dentibus proruptis, ſi vehementius appetat puer ſolidiores cibos, & conceptis cum voluptate & fructu veſcatur, tuto illum iam ablactare poſſumus, credere enim par eſt, non illi fruſtra hanc ſuggeri naturæ inſtinctu ſolidiorum ciborum appetentiam. Sine hac, ne ſi cætera quidem adſint, id eſt, dentes, & anni, ablactandus venit. Nam quæ tunc appetentia ingeritur, nequaquam proficere ne videntes quidem poſſunt. Iam ſi imbecillis ſit & tenui ac vana valetudine, ablactari non debet. At cum tandem ablactando opportunum aderit tempus, nutrix haud tam frequenter illum ad papillam admittet, quo ſenſim deſueſcat, tandem amaris oblinetur papilla, vt aloe, aqua infuſionis colocynthidis, aut abſinthij, ſynapi, fuligine in aqua diluta & ſimilibus. Cæterum qui pueri capite & toto corpore ſcabioſi ſunt, qui multam ore & naribus pituitam fundunt, qui aluo abunde deiiciunt, ſani & validi futuri ſunt.

B Sic enim demum excrementitijs humoribus repurgantur qui contra ſi retinent, multorum in corpore morborum materiam congerunt, qui ætatis ſucceſſu ſe prodent. Certe eiuſmodi materierum in dorſi ſpinam delapſu multi repente gibboſi aut obſtipi aut repandi facti ſunt.

Cur non ſi ante prorupti dentibus pueri haud ablactandi.

Quo ablactandi pueri.

Cur vnde & ſani pueri.

Repentinæ gibboſitatis frequens cauſa.

Quibus ſignis cognoſcere liceat, viuatne, an mortuus ſit, qui in vtero latet, infans.

CAP. XXV.

CAuſæ ſterilitatis in maſculis plures ſunt, nēpe ſeminis calidior intemperies, frigidior, ſiccior aut humidior, eiuſdem conſiſtentia liquidior & fluidior, adeo vt in vtero conſiſtere nequeat, ſed ſtatim diffluat. Eiuſmodi eſt ſenum & adoleſcentulorum ſemen, eorumque item, qui frequentius intemperātius coitu vtuntur. hinc enim ſemen euadit crudum & aquoſum, vt quod debito tempore ad perfectam elaborationem, coctionem & incraſſationem in teſtibus non moretur, ſed coitus laſciuia ſubinde excernatur. Etenim vt ſemen fœcundum ſit, quantitate copioſum eſſe debet, qualitate vero coctum, mediocriter craſſum, lentum ac ſpirituum vbertate turgidum: vtraque conditio eorum ſemini deeſt, qui crebriore venere laſciuiunt. Adde, quod eiuſmodi hominum vaſis nunquam ſeminis qualitate & conſiſtentia laudabilis iuſta copia in teſtibus colligitur, quo fit, vt veneris ſtimulis minus vrgeantur, ſegniuſque in viri amplexus veniant, adeoque ad concipiendum minus ſe alacres præbeant. Itaque qui ſe multa prole beatos optabunt parentes, in rerum venerearum vſu modum adhibebunt & temperantiam. B

Intemperati ſeminis virilis vitium mulier deprehendit, ſi dum ipſum vtero excipit, acrimoniæ & caloris, frigoris ve ſenſu percellatur, ſi vir celerius aut tardius opus abſoluit.

Qui ſectio venarum pone aures infœcundos reddat.

Multi à lithotomia ſteriles euaſerunt, vt & à vulnere pone aures, ſectis ſic venarum & arteriarum iugularium quibuſdam ramis, vnde vaſorū eiuſmodi obducta cicatrice, ſeminalis materiæ inde deorſum, eiuſque inſuper commeatu, quod cerebro cum teſtibus neceſſario intercedit, interceptio eſt conſecuta, adeo, vt intercluſis ductibus ex cerebri arce, nec materiam, nec ſpiritus animales ſolita amplius liberalitate & copia teſtes recipere poſſint, vnde parcius & inualidius ſemen euadat, neceſſe eſt. C

Quibus ſunt execti teſtes, vel etiam vi compreſſi ac contuſi, gignere nequeunt, quia vel teſtium irradiatione carent, vel obducto callo intercipitur materiæ ſeminali via. Itaque haud equidem ſemen, ſed viſcidum tantum quendam humorem emittunt (cum voluptatis tamen aliquo ſenſu) qui proſtatis glandulis continetur.

Penis vitia.

Pudendi quoque vitia ſterilitatis conſecutionem inferunt: vt ſi breuius ſit, ſi in omnem dimenſionem grandius, adeo vt locorum laniatu cum hæmorrhagia mulieri doloriſicum ſit: ſic enim prohibetur ſemen excernere, quod id citra voluptatem excerni nequeat: ſed & ſubtenſi ligamenti, quod F. . . a vocant, breuitas pudendum obtorquet, & rigidum ipſius rectitudinem violat, adeo, vt intromitti facile in mulieris pudendum nequeat. Sunt, quibus id ad extremum perforatum & peruium non eſt, ſed paulo altius, adeo, vt ſemen recto impetu in vterum nequeant eiaculari. Pudendi quoque paralyſis particularis inter ſterilitatis cauſas cenſetur. Paralyticum autem ſit necne pudendum, probabis genitalium in frigidam demerſione: nam niſi inde contrahantur, paralyſeos eſt argumentum. Paralytica enim membra frigidæ occurſu non contrahuntur, ſed in eadem & ſolita ſibi laxitate ſemper manent: ſed & in hoc caſu exiguo ſenſu prædita ſunt genitalia, ſemen ſine voluptate & penis contentione effluit, teſtes ad contactum frigida apparent. D

Paralytici penis ſigna.

Denique quibus tabe corpus indies marceſcit, qui cachexia, aut viſcerum alicuius obſtructione tenentur, ſteriles ſunt & infœcundi, vt & illi, quibus pars aliqua nobilis & ad vitam generationemque neceſſaria, inſigni aliqua intemperie naturæ limites excedit, quibus denique quacunque ratione genitalia male conformata ſunt.

Magica vincula & incantatis nodis.

Taceo eos, quibus maleficis, magicis, & incantatis nodis, nexibus ac vinculis coeundi ac gignendi potentia intercipitur. non enim ea ſterilitatis cauſa Medicæ eſt contemplationis, nec forte naturalibus & artis noſtræ remediis cedit. Iſta tamen magica vincula eſſe eiuſmodi, quæ vim aliquam habere poſſint, meminerunt iuris Pontificii Doctores, *titulo particulari de frigidis, maleficiatis, impotentibus & incantatis*: meminit & D. Auguſt. *tract. 7. in Ioan.* E

De muliebri ſterilitate. Cap. XXXVIII.

Ceruicis vteri anguſtia cauſa.

MVlier infœcunda & ſterilis euadit à ſeminalis ductus obſtructione, ceruicis vteri anguſtia, ſeu natura formatricis facultatis vitio, ſeu poſtea ex euentu & caſu aliquo contigerit, vt abſceſſu, ſcirrho, verrucis,

A verrucis, rhagadibus, vlcere, quod cicatrice obducitur, vias coarctat, nec subeunti peni liberas esse permittit. Opposita quoque seu in media [illegible] membrana, Hymen dicta, seminis virilis exceptionem impedit. Vterus quoque qui [illegible] lubricus [illegible], itaque [illegible] laxior & nimium dilatatus sterilem facit mulierem, quemadmodum [illegible] suppressio, aut immodica purgatio & muliebris fluor, qui [illegible] vteri, seu [illegible], seu corporis totius vitio contingerit, menstrualem materiam exhaurit, & [illegible]. Frigida & humida vteri intemperies virile semen extinguit & suffocat, aut [illegible] ad conceptionem, facit: calidior vero & siccior [illegible] [illegible], nec [illegible] bene creduntur semina. Mola quoque vtero [illegible], vteri [illegible], muliebris corporis macies, cacochymia ex crudorum fructuum & fugacium [illegible] aqua [illegible], vnde cruditates & obstructiones fiunt, fœcunditatem impediunt. Rerum vero narcoticarum [illegible] materia concrescit & cohibetur, & quamuis fluat, effundaturque, [illegible] caloris & [illegible], venarum arteriarumque orificia seu acetabula [illegible], seque menstrualis materia in vteri capacitatem via intercluditur. Vteri nimia coarctatio [illegible], quo minus virile semen excipiatur, impedit. Impedit quoque generationem viri

muliebrisque habitus [illegible], ad [illegible], molis obiecta, minus conuenire & concurrere vt [illegible] genitalia possint: quanto [illegible] plus sanguinis in adipem coit, tanto minus eius restat, quod in semen & menstruum, qua duo sunt generationis & fœtus principia, facessere queat. [illegible] [illegible], quia [illegible] humore salso, acri, & titillante imbuta habent, veneris sunt [illegible] [illegible] & pinguiores.

Pyren membrana.

Muliebris fluoris causa.

Aph. 56 sec. 5. Gal. lib. 14. de vsu par. cap. 7. Arist. in prob. sec. 8. de ster. quæ. 3. & 4.

Quatuor [illegible] notantur apud Hippocratem causæ, cur mulieres steriles sint & infœcundæ. Prima, quod [illegible] semen excipere nequeant, vt [illegible] altera, quod exceptum concipere nequeant: tertia [illegible] id non valeant: quarta denique, quod ad legitimum vsque tempus perferre id & gestare non possint. Ad generationem vero hæc sunt necessaria obiectum, voluntas, facultas, seminum concursus, & in vtero ad statum vsque a natura tempus permansio.

Sterilitatis muliebris causæ quatuor.

De intemperati vteri signis. CAP. XXXIX.

Calidiore vtero mulier illa censetur, cui menses parce & cum labore emanant, ardoreque exulcerant, [illegible] superflua sanguinis materia est, quod [illegible] menstruus sanguis, [illegible] & atrius. [illegible] in calore proprium digesta tenuiore substantia reliquam [illegible] & per adustionem denigrare. Cæterumque genitalia veneris desiderio pruriunt, semen prompte in coitu excernitur, & actus suo per loca [illegible] percipitur.

Signa vteri calidioris.

Frigidiore, vero vtero [illegible] est, cui menses aut supprimuntur, aut parce fluunt, hique pallidi & decolores, cui venus ignauior est, voluptas in coitu minor, semenque, quod parce & segniter emittitur, liquidius, & aquosius, nec [illegible] tenaci adhæsu inficiens.

Frigidioris.

Humidior vterus est, [illegible] multis continenter & liquidis excrementis manat, qui ob id semen non continet, sed mox a coitu dilabi [illegible], qui facile abortum patitur.

Humidioris.

Siccioris vteri signa elucent in mensium parciore copia, in exigui seminis profusione, veneris desiderio, quod [illegible] humiditate lubricetur, ceruicis eius fissuris, rhagadibus, & pruritu: nam ab [illegible] cuncta [illegible] dehiscunt, terræ instar, quæ æstiuis squaloribus hac & illac finditur, humore contra tanquam glutine coalescunt, & illabata vnitate continentur.

Siccioris.

Ad conceptum opportunitates omnes habere censetur mulier definentibus mensibus: tum enim excrementitiis sordibus vacat vterus, idemque deliscens, virile semen facile excipit, exceptum in cotyledonum ad [illegible] hiantium rugis, & tanquam asperitatibus facile retinet. Quin quandoque sub ipsum etiam tempus quo fluere debent menses, facile mulier concipit, [illegible] stillantis [illegible] menstrualis materiæ velut [illegible] semini opportunus est, non autem deturbando [illegible]. Qui [illegible] fluentibus abunde mensibus coeunt, [illegible] concipiunt, & si conceperint, debiles fœtus pariunt & morbosos, [illegible] male [illegible] sanguis omnibus vero plethoricis [illegible] obnoxios, quantumlibet [illegible]. Sunt quædam mulieres, quibus statim a menstruum fluxu occluditur vteri orificium, adeo vt necesse habeant fluentibus mensibus cum viro congredi, si modo concipere velint.

Opportunum tempus ad conceptum.

Mulier ab anno ætatis decimo quarto ad quadragesimum & quinquagesimum annum vsque gignere potest: quod tempus quæ excesserint, iis ad sexagesimum vsque, quia seruantur menstrua, seruatur quoque prolifica vis: itaque, nonnullæ etiam eo tempore pepererunt, sed vltra hoc tempus nulla potest protrahere, vt scribit Aristoteles. Plinius tamen testatur, a Cornelia (quæ fuit Scipionum gentis, editum fuisse anno ætatis sexagesimo secundo Volusium Saturninum, qui fuit Consul. Affirmat quoque Valescus de Tarenta, visam sibi mulierem, quæ ætatis anno sexagesimo secundo puerum peperit, cum etiam sexagesimo & sexagesimo primo peperisset. Itaque putandum est pro aetis, regionum, diætæ & temperamenti varietate aliis citius, aliis tardius menstruam purgationem & vim prolificam desinere: quæ varietas etiam in viris locum habet. His enim etsi semen fere genitale sit anno peracto bis septimo, reuera tamen infœcundum est vsque ad ter septimum annum: cumque mares plurimi ad sexagesimum annum generent, quem si excesserint, vsque ad septuagesimum procedunt: viri tamen quidam sunt, qui octoginta annos nati genuerunt. Quin etiam Masinissam Regem post sextum & octogesimum annum generasse filium, scribit Plinius. Catonem item Censorium octogesimo exacto.

Arist. lib. 7. de hist. ani. cap. 2. & c. 5.

Lib. 7. c. 14.

Lib. 6. c. 12.

Lib. 7 de hoste anno. cap. 1. & cap. 6.

Lib. 7. c. 14.

De

De vteri procidentia & peruerſione. CAP. XL. A

Procidentia vteri quid. PRocidere peruertiq; dicitur vterus, *quando proprio & naturali loco motus eſt*, vt ſi ſolutis & laxatis vinculis propius fundo ſuo in alterutrum ille, aut in propriam ceruicem abſcedat, vel etiam ceruicem ipſam excedat, & extra vuluam magna ſui parte promineat. Huius ergo ſic prolapſus cauſæ cenſendæ ſunt, quæcunq; ligamenta vinculaque, quibus vterus continetur, exoluant, relaxant, vel abrumpunt. *Cauſa.* Id interdum contingit ex vehementiore pariendi conatu, quo vterus fœtum ſecundaſq; excludens impetu conſequitur, ſeque inuertens præcipitat. Interdum & imprudentis obſtetricis temeritas, cum vterũ cum fœtu, aut cum ſecundis tenacius vtero obhærentibus mouet, detrahitque. His etiam ſymptomatibus ſæpe occaſionem attulit vteri grauis geſtatio, grauioris oneris ſublatio, brachiorum, totiuſque corporis ſurſum per grauiditatis tempus extenſio & contentio, caſus, contuſio, concuſſio ſeu in rheda, ſeu in equo, ſeu in ſaltu & choreis, copioſioris humoris perfuſio, clamor ingens, valida & continua tuſſis, teneſmus, ſternutatio, partus quoq; multiplex & grauis, difficiliſq; vteri geſtatio, dyſpnoea aſthmatica & orthopnoica, quicquid diaphragma, & epigaſtrii muſculos grauius comprimit, aura frigida in ipſo partu aut menſium fluxu admiſſio, ſuper frigidum marmor ſeſſio, hæc enim & ſimilia omnia vterum ſua ſede dimouere poſſunt. *Lib. 7. de hiſt. anim. ca. 1.* *Multæ etiam*, inquit Ariſtoteles, *deſiderio coitus, quo rei inuentiũ ætatum ratione, vel quia longo tempore abſtinuerunt, tenentur, deſcendunt vteri & menſtrua ſæpe ter in menſe citantur, donec concipiant, quo facto aſcendunt, & ſuo ſitu conſtituuntur.* Procidiſſe vterum ſcire licet ex earum partium, quibus vterus eſt alligatus, dolore, nempe ilium, lumborum, & oſſis ſacri: tumore ad ipſius ceruicem tractabili; prominentia etiam nonnunquam aſpectabili variæ magnitudinis & molis prolapſus ratione. *Signa.* Viſus enim aliquando eſt rubræ carnis inſtar è vulua propendens, oui anſerini magnitudine & figura: laborans ſi recta ſteterit, grauitatis pondus in pudendum incumbere percipit: ſi vero vel ſedeat, vel ſupina iaceat, vel aluum exoneret, quaſi ab onere rectum inteſtinum premi, ſin prona iaceat, vrinæ difficultatem naſci, vt etiam viri congreſſum pertimeſcat. *Prognoſis.* Vteri in iuuencula muliere recens relaxatio curationem recipit; vetus vero in vetula minime. Si ligamentorum eius paralyſis prolapſus cauſam dederit, vix curationem admittit: at ſi putredinis occaſione procidat, penitus inſanabile malum eſt. Si magna mole è vulua inter coxas pendulus procidat, reſtitui in ſuum vix locũ poteſt, ſed aeris appulſu corrumpitur, vrinæque præterea & fæcum alluuione, femorumque inter incedendum attritu exulceratur & putreſcit. Memini curatam à me iuuenem mulierem, cui oui gallinacei magnitudine extra vuluam vterus propendebat, tantumque curatione profeciſſe, vt poſtea pluries conceperit, pepererit, nec denuo vterus relapſus ſit. C *Hiſtoria.*

De Procidentia vteri curatione. CAP. XLI.

Ad vteri aſcenſum remedia. PRocidentiæ nomine hic omnem vteri è ſuo loco dimotionem intelligimus. Ergo ſi ſurſum aſcenderit vterus, eadem, quæ in ſtrangulatu vteri, remedia adhibere licebit. Si in alterutrum ilium conuerſus fuerit, ſano adhibitis cucurbitulis reuocandus & reſtituendus erit. Si vero deſcenderit, & in ſuam tantum ceruicem, nec admodum magna mole inciderit, ita collocanda mulier eſt, vt clunibus ſit altioribus, & femoribus decuſſatis, tumque apprimendæ vmbilico & hypogaſtrio cucurbitulæ, reſtitutoq; ſic vtero adſtringentes iniectiones, valdeq; deſiccantes in vuluam & ceruicem exprimendæ, ſuffitus fœtidi iiſdem locis, ſuaueolentes vero ori & naribus admittendi. At ſi vterus magna mole inter femora propendeat, alio ſitus, & alio remediorum genere curatio adhibenda erit.

Ad procidentiam propriè dictam. Inprimis igitur reſupinanda ægra eſt, ne clunibus, femoribuſque ſublatis, & cruribus reductis, quaſi ipſi fœtus, aut ſecundæ extrahendæ eſſent, tum vteri ceruix, & quicquid ab vtero prominet & propendet, illinendum oleo liliaceo, butyro recenti, adipe gallinæ, & ſimilibus, inde ſenſim blando digitorum impulſu in ſuam ſedem compellendum, ægra interim ſpiritum quaſi reſorbente, & inſpiratu aeris operi fauente, quodq; excidit, velut reuocante. Vterus poſtquam reſtitutus fuerit, quicquid vnguine delibutum eſt, abſtergendum molli linteo venit, ne per id lubricum iterum dilabatur vterus, genitalia vero decocto adſtringente fouenda, parato ex cortice granatorum, nucibus cupreſſi, gallarum, alumine rochæ, cauda equina, ſumachio, berber. in aqua fabrorum incoctis. Ex iiſdem materialibus fiat puluis, quo eadem loca conſpergentur. Intrudetur in vteri ceruicem peſſus debitæ craſſitiei, longitudinis autem octo, vel nouem digitorum pro corporis ægri proportione. Parabuntur hi vel ex ferro albo, vel ex ſubere cera tecto ouata figura, funiculo, quo reuocari poſſint ad alterum extremum ſubſtricti. D

E

Peſſo-

A

Pessorum ouatorum effigies.



B

A. Monstrat pessi corpus.
B. Funiculum ad femur religandum.

His peractis continebit se in lecto quieta ægra octo vel decem dies clunibus ſublatis, & cruribus decuſſatis: admotis interim cucurbitulis ſuo ſtatu & loco reſtitutus vterus continebitur, ac ſi quam ab aere frigido noxam contraxerit, decocto calefaciente flatuſq; diſcutiente fouebitur ſic: ℞. *fol. alth. ſaluia, lauend. roriſmarini, arthemiſ. florum chamemel. melilot. an. m. ß. ſeminu aniſi, fænugr. an.* ℥ *j. coquantur omnia complete in aqua & vino & fiat decoctio ad vſum.* *Fotus calefaciens & diſcutiens.*

Inicianturclyſteres, quo fæcibus vacuis inteſtinis, in alui amplitudine vterus facilius admitti & contineri poſſit. Hoc eodem conſilio veſica diligenter exoneretur, alias periculum eſt, ne inter vtrumC que iacens vterus illorum repletorum ſurſum, deorſumq; compreſſione foras exprimatur, & tanquam denuo explodatur. Vomitus quoque ſingulare putatur eſſe remedium ad prolapſum vterum reuocandum: præterea enim pituitam expurgat, quæ vteri ligamenta madefaciebat & relaxabat. Vt enim vterus in coitu prima conceptione deorſum ſemini obuius promouetur, ſic ventriculus ſua plane ſponte, ſine arbitrio noſtro ſurrigitur ſurſum, cum rei alienæ iniuria laceſſitus magno impetu hac vomitione repellit: at cum eo ſic permoto vna peritonæos tunica, vterus, ipſiq; connexa omnia corpora conſecutione quadam ſurſum promouentur. *Vomitus quo vtilis ad prolapſum vteri.*

Quod ſi præſcriptis remediis reſtitui nequeat vterus, aeriſque & aliarum, quas diximus, rerum incurſu vlceratus computruerit, iubemur Veterum præſcripto illum amputare; ante tamen ipſum vinciri volunt, eiuſq; id tantum, quod neceſſe eſt, reſcindi, reliquum cauterio inuri, & ex artis regulis curari. Viſæ namque ſunt permulta mulieres, quibus totus fermè vterus exciſus fuerat, nullo vitæ diſpendio, quemadmodum teſtatur Paulus. Ioannes Langius Comitis Palatini Medicus; ſcribit ſe præſente Chirurgum Carpum mulieri Bononienſi vterum extirpaſſe ipſa ſuperſtite & incolumi. Antonius Beniuenius Medicus Florentinus, ſcribit vocatum ſe à Medico Vgolio ad curandam mulierem, cui vterus cum fruſtatim corruptus procidiſſet, decennium totum ſuperuixerit. *Vteri putridi exciſio.* *Lib. 6.* *Epiſt. 19. lib. 2. epiſt. med.* *Tract. de mirand. morb. cauſis.*

Mulieri cuidam fere trigenariæ ſanæ, menſtruali, & bene ſamatæ conceptionis ſigna paulo poſt ſecundas nuptias, quas anno 1571. contraxit, cum ex priore matrimonio prolem nullam ſuſcepiſſet, apD paruerunt. Progreſſu temporis obortus eſt ad partes imas & pudendas ponderis ſenſus dolore & vrinæ retentione adeo moleſtus, vt Chriſtophoro Mombeo Chirurgo vicino ſuo in ſuburbiis S. Germani commoranti, patefacere ſe infortuniumque ſuum coacta fuerit. Is viſo tumore in perinæo, fotu & cataplaſmatibus anodynis & remollientibus dolorem ſedauit, ſed mox ad pudendi labrum interius, vomica velut ab abſceſſu rupto apparuit, ſanie ſubrubra, citrina & pallida multo tempore manans. Interim haud euaneſcebat ponderis ille ſenſus, quin potius augebatur in dies, adeo vt ab anno Domini 1573. ne ſe quidem in lecto in hoc illudve latus conuertere poſſet, niſi admota manu hypogaſtrio ad oneris leuamen, ſed & tum quidam veluti globus toto corpore & pondere ſuo ſibi prouolui videbatur in quocunque latus decumberet, nec ſtans, nec ſedens alui excrementa reddere valebat, niſi pondere illo ſurſum manib. ad diaphragma ſublato. Inceſſura vix crura promouere poterat, quaſi ſibi ſemper ex interfæmineo aliquid penderet, quod progreſſum remoraretur. Ex interuallis vomica illa recludebatur ſanie ſolita manās: ſed tū capitis membrorumq; omniū dolor, animi deliquia, faſtidia, vomitus, ſuffocationes miſerā vrgebāt, adeo vt ab empyrica muliere perſuaſa, facile adducta fuerit, vt antimoniū hauriret cuius tanta fuit & tā efferà vis, vt poſt multas cū multis tormenib. vomitiones, & aquoſas per aluū E deiectiones viſus ſit ſibi anus procidere. Sed admonita à familiari quadā ſua, cui ſe videndā crediderat, haud ab ano id ꝓcidere, ſed à vulua, an. Do. 1575. Chirurgos vocauit, me, Iacobū Guillemeau, & Antoniū de Vieux, q ſibi auxilio afflictæ ſanitati eſſemus. Expenſa re tota & diligēter animaduerſa, communi cōſilio cenſuimus, id, ꝙ ꝓciderat, extirpandū eſſe: ꝙ atro colore, fœtore, & aliis eiuſmodi ſignis putridæ ac corruptę rei argumēta manifeſta prębeueret. Ergo p duos dies ſenſim, fruſtatim, & ſine dolore corpus extraxim⁹, ꝙ aduocatis Medicis Alexio, Gaudino, Feureo, Violaneo, & nobis vteri corpus eſſe viſum eſt. *Hiſtoria.* *Antimonium hauſtum procidentiā vteri intulit.*

Cuius

Vterinæ ſubſtantiæ extractæ ſigna. Cuius rei fidem fecere vnus ex teſticulis, qui integer extractus eſt, craſſiorque item membrana, reliqua ex mola, quæ ſuppurata rupto abſceſſu, ſenſim diffluxerat. Reuulſo omni eiuſmodi corpore, melius ægra habere cœpit, & tamen ante extirpationem nouem totos dies alui per anum excrementa non excreuerat, quatuor vero dies vrina ſuppreſſa fuerat. Dehinc omnia ſibi, naturæ ſanæ, & ſtato curſu reddita ſunt totamque trimeſtre ſana & egregie incolumis mulier ſuperuixit, donec ſubortâ repente pleuritide interiit. Diſſectæ à me & ſedulo ſingula exquirenti nuſquam comparuit vterus, ſed eius loco carnoſum quoddam corpus, quod natura, quæ nunquam in nobis otiatur, iacturam eius partis quaſi reparatura, vel lacunam potius alius repletura, ſubſtituerat.

De membrana Hymen dicta. Cap. XLII.

Hymen an ſit. QVibuſdam virginibus in ceruicis vteri orificio membrana reperitur, Hymen Veteribus dicta, quæ quia viri congreſſum arcet, ſterilitatis cauſam mulieri infert. Hanc plerique non vulgares modo, ſed & docti Medici, virginibus omnibus tanquam virginitatis claustrum ineſſe credunt. Sed illam ego cum in pleriſq; virgunculis omnis fere ætatis à trimatu ad duodecimum vſq; annum, quarum mihi ex Noſocomio Pariſienſi plena copia erat, ſtudioſe exquirerem, dum rem anatomicam commentarer, non potui reperiri. B

Hiſtoria. Ipſam ſemel tantum licuit mihi obſeruare in virgine ſeptemdecim annos nata, quam cum mater viro deſponderet, ſenſeretq; nihilominus, ipſi in pudendis ſubeſſe aliquid, quod, quo minus mater & fœcunda eſſe poſſet, impediret, rogauit me, vt ipſam inſpicerem. Reperi igitur membranam quandam neruoſam, tenuiuſculam, ſub nymphis, proxime id foramen, per quod mulieribus vrina effluit, pro foribus (vt ſic loquar) orificii ceruicis vteri. medio, ſed exiguo, foramine membranula illa pertuſa erat, qua menſes diffluere poſſent. Contemplatus ergo membranulæ illius tenuitatem, ipſam adactis volſellis reſecui, quidque amplius in curationem facto eſſet opus, matrem admonui. certe nupſit illa paulo poſt, & prolem peperit.

Lib. 15. de re Anat. Raro reperiri hanc membranulam, mecum ſentit Realdus Columbus: *Sub nymphis, inquit, in nonnullis virginibus, non omnibus, alia membrana cernitur, Hymen à Veteribus appellata, quæ cum adeſt, (raro autem adeſt) obſtat, quo minus penis in vterum immittatur. nam craſſa eſt valde, ſupra, veſicam verſus, foramine donatur, per quod menſes effluunt.* Addit & hanc ſe tantum obſeruaſſe in duab. virgunculis, & in vna grandiore. Scribit Auicenna, virginibus in collo matricis panniculos ſubeſſe contextos ex venis & ligamentis valde tenuibus, ortis ex eius coitu omni parte, qui primo concubitu profuſo ſanguine diſrumpi ſolent. *Lib. 3 fen. 21. tract. 1. cap.* Scribit Almanſor, virginibus ductum ſeu ceruicem vteri valde anguſtum & rugoſam eſſe, rugas vero illas venulis multis & arteriolis intertexi, quas primus concubitus diuellat. Hæ ſunt Medicorum de hac membranula ſententiæ. Aſſirmant obſtetrices, poſſe ſe certo virginem a corrupta dignoſcere, huius membranulæ integræ vel ruptæ & violatæ argumento. Harum obnuntiationibus dum nimium creduli iudices fidem adhibent, ſæpe in errorem impellantur: nihil enim de illa membrana certum habere obſtetrices, ex eo eſt intelligere, quod ſitum ei nonnullæ ex his aſſingunt, primo in pudendi limine, aliæ in media ceruicis vteri via, aliæ in extrema ad vteri internum orificium. Imo quædam in ea ſunt hæreſi, vt illam inaſpectabilem & imperceptibilem eſſe putent ante primum partum. Profecto de re tam rara, & quæ contra naturam ſit, certum quid, quod omnes ſequantur, ſtatui nequit. Itaq; qui ſanguis primo concubitu effunditur, non ſemper eſt ab hac membrana rupta, ſed a venulis ruptis & violatis, quę ſecundum internam vteri ſuperficiem in ceruicem eius deſcendentes ipſis rugis, quæ venerem nondum expertis quaſi conglutinatæ conniuent, implicantur & attexuntur. Quanquam quæ maturæ viro ſunt, & plenis annis nubiles, nullum neq; dolorem, neq; ſanguinis fluorem, vllamve continui ſolutionem patiuntur, ſi præſertim virium fortiter ſint, cui penis ſit vteri ceruici magnitudine reſpondens. Ex quo ſcire licet, quam fallantur Fezæ metropolis in Mauritania incolæ: *apud eos, inquit Leo Afer, Sponſus & Sponſa ſimulatque ex Sponſalium ſolemni apparatu domum ſunt regreſſi, conclaui, cohibito aditunt oſtio dum nuptiale paratur conuiuium. Interim annoſa quædam mulier pro foribus expectat, quæ porrectum ſibi a Sponſo, iam marito, cruentatum linteolum, in mediam inuitatorum turbam ouans defert, tanquam rapta virginitatis opimum ſpolium & ſymbolum, hacq; demum lege licet diſcumbere & conuiuari: at ſi forte fortuna genio ſuo ſiniſtro, ſolenni illo coitu, nihil cruoris Sponſa per genitalia ſtillarit, redditur illa parentibus: hinc inde magnum dedecus accedit, inuitatorum vero turba triſtis & mæſta impranſaque domum recedit.* Quin etiam reperiuntur, quæ lenarum, meretrices ad quęſtum pro virgunculis proſtituentium, infames artes edoctæ, dum laborioſam & cruentam expugnatæ iam ſæpius pudicitię oppugnationem, adſtringentibus iniectionibus corrugata & coſtricta vteri ceruice, ſic vt lateribus ſuis conniuere videatur, intruſiſq; ac penitus inſertis in vuluam vtriculis piſcium, aut felleis quadrupedum veſiculis ſanguine refertis, fraudis & doli malarumq; artium neſcio veneris tyrunculo parant, ita agunt mixtis cum gemitu ſuſpiriis, fœmineis vlulatibus, & crocodili lachrymis, vt virgines & ante hanc diem illibatæ caſtitatis videantur. C D

Obſtetricum de hymene membrana nugæ.

Quæ nullum primo concubitu ſanguinem profundant.

Lib. 3.

Mala Gaſtrarum meretricularum artes.

Memorabilis de membrana Hymen dicta, hiſtoria. Cap. XLIII.

Cap. 38. lib. de præſt. dæmonum. REfert Ioannes Vuierus. Camburgi virginem extitiſſe, cui obtenſa media in vteri ceruice membrana denſa & valida prohibebat, ne menſes, cum primum erumpere cœperunt, foras prorumperent: ex eo contigiſſe, vt ſuppreſſa & retenta menſtrualis materia, ingentem in ventre tumorem & tenſionem faceret, cum dolorum cruciatu, quaſi ipſa parturiret: vocatæ obſtetrices his, quæ fiebant & apparebāt, animaduerſis, ipſam partus dolores pati vna voce aſſirmabant, etſi ipſa conſtanter aſſereret, nunquam E

ſibi

A ſibi rem cum viro fuiſſe. Se igitur tum vocatum, qui conſilij remedijq; inopibus obſtetricibus, miſellæ illi virgunculæ extrema tres iam integras ſeptimanas cum vrinæ ſuppreſſione, iugibus vigilijs & doloribus, anorexia & faſtidio patienti, ſuccurreret. Animaduerſa è veſtigio parte patiente, vidit ſibi certum eius vteri orificium, denſæ membranæ obiectu obſtructum, atq; à repentina ſanguinis in vterum, vterique vaſa irruptione exitu in menſtruis denegato, tumorem illum doloriſicum exortum. Ea de cauſa aduocato ex tempore Chirurgo, ei edixiſſe, vt mediam membranam, quæ currenti ſanguini obſtruebat, diuideret, quo facto, ſanguinis concreti nigri iamque putreſcentis ad octo libras emanaſſe, triduoque poſt omnis morbi, omniſq; doloris expertem virginem euaſiſſe. Id exemplum hic proponendum duximus, quia & notatu iucundum, & vtile ad imitandum eſſe putauimus.

De ſtrangulatu vteri. Cap. XLIV.

VTeri, vel ab vtero ſtrangulatus, *liberæ reſpirationis interceptio eſt, ex eo nata, quod vterus contenta humorum vaporumque craſſorum ſaburra intumeſcens, diſtentis plenitudine vaſis & ligamentis, conuulſiuo velut motu raptus in diaphragma thoracisque partes efferatur, reſpirationem breuem, crebramq; tanquam compreſſo pectore faciens.* *Strangulatus vteri quid.*
B Intumeſcit autem ideo vterus, quod concluſa collectaque in ipſo ſubſtantia quædam ſeu ſeminalis, ſeu menſtrualis, ſeu vterini muliebriſve fluoris, ſeu cuiuſuis alterius humoris, tumoris, abſceſſus, vomicæque & cacochymia quæuis putreſcens ac malignam qualitatem acquirens, in flatus craſſos & nebuloſos reſoluitur. *Cur intumeſcat vterus.* Hi dum varias partes impetunt, varia ſymptomata inuehunt: nempe borborygmos, murmura, & rugitus alui, ſi inteſtina: nauſeam, cui raro vomitus ſuccedat, tædium, faſtidiumq; cibi, ſi ventriculum & viſcera, præfocationem cum ſtrangulatu, ſi thoracem fauceſque inuaſerint, ſi conuulſiones aut circonſtrictiones, ſoporem veternumq; ſi cerebrum feriant: quæ omnia non raro tam maligna videntur, vt canis rabidi morſus, aut ferarum venenatarum puncturas malignitate adæquent. *Symptomata a ſtrangulatu vteri.* Obſeruatum tamen eſt à ſuppreſſo corruptoque ſemine, quam à menſtruo ſanguine grauiora ſequi huius generis accidentia. Quanto enim vnumquodque, dum naturæ ſuæ integritate continetur, perfectius & nobilius eſt, eo grauius & exitialius eſt, vbi ſemel à præſtantis illius naturæ legibus, per corruptionem deuiarit. *Cur a ſemine, quam a ſanguine corrupto, vteri ſtrangulatus ſit perniciosior.* Raro id ſymptomatis genus eas mulieres, quæ bene menſtruales ſunt, & viri conſuetudine familiariter vtuntur, fatigat: at crebro non menſtruales & maritis orbas, ſi præſertim edaciores ſint & ſedentariæ. Diſtentis ſic, vt diximus, vteri vaſis & vinculis, quantum eorum latitudini & craſſitie additur, tantum longitudini detrahitur. *Cauſa varia in varias corporis partes vteri conuerſionis.* Ita fit, vt ſua ſede emotus vterus, nunc dextrorſum ad hepar, nunc ſiniſtrorſum ad lienem, alias ſurſum ad diaphragma & ventriculum, alias deorſum, idque antrorſum ad veſicam, vnde iſchuria, ſtranguria, vel retrorſum, vnde recti inteſtini oppreſſio, fæcum ſuppreſſio aut teneſmus inſectatur.
C Cæterum etiam agnoſcimus, vterum ad illas, quas diximus partes, moueri, non per accidens modo, à vinculis proprijs & communibus, dum plenitudine diſtenta contrahuntur, breuioraq; fiant, ſed etiam per ſe, dum rei præter naturam contentæ moleſtia irritatus, & quaſi iraceſcens, alias in aliam partem oberrat, motu plane naturali, ventriculi inſtar, quod infenſum & inimicum eſt, fugiens, quod vero iucundum & blandum, perſequens. *Vterum non per accidens modo moueri, ſed etiam per ſe conceſſo.* Tamen ſolius eius ad hás illaſve partes acceſſione tam ſæua ſymptomata excitari negamus, ſic enim grauidas, quibus grandiore fœtu vterus diſtentus diaphragma premit, ſtrangulatu hunc ſimili corripi contingeret, ſed multo magis à venenato humore concluſum tetrum vaporem & craſſum, non per venas modo & arterias, ſed & per cæca ſpiracula in hanc aut illam partem exſpirante, quæ partium, quas attigerit, facultates venenata malignitate ſua ac pernicie offendat, earumque functiones intercipiat. *Vnde tam varia in vteri ſtrangulatu ſymptomata.* Nec vero ſola excipientium partium, ſed ipſa etiam exceptæ materiæ varietas ſymptomatum facit varietatem. Alia enim menſibus ſuppreſſis, alia corrupto ſemine contingunt ſymptomata: ac ſiquidem materia frigida eſt, veternum in cerebrum elata inducet, quo mulier correptus velut attonita iacet ſine motu, ſine ſenſu vllo, arteriarum pulſatione, thoraciſq; reſpiratione, adeo parua & rara, vt interdum nulla eſſe credatur, tanquamque ipſa iam mortua & extincta ſit. *Soporis in vteri ſtrangulatu cauſa.*
D Si craſſior, conuulſionem inferet: ſi melancholici humoris & atra fuligine naturam ſpirat, triſtitiam, metum, & mœſtitiam ſic infert, vt ſe mox moriturum ægra putet, nullaq; ratione in ſpem erigi & recreari poſſit. *Furoris vterini cauſa.* Si biliosi, furorem vterinum dictum, loquacitatem, qua dicenda tacendaq; effutiunt, cerebro concuſſam vertiginem, perturbato & temere agitato ſpiritu animali, admixtione putridi vaporis & feruidi ſpiritus, inducit, ſed nihil eſt admirabilius, quam quod alias cum riſu, alias cum lachrymis prehendit hoc malum, alijs prius lachrymæ, deinde riſus mouetur in eodem affectu. Omnem vero ſuperat admirationem, quod duabus filiabus præſidis Rothomagenſis contingere ſolitum, narrat Hollerius: Riſu enim longo ad horam & horas duas, imminente paroxyſmo capiebantur, quem neque metu iniecto, neque hortatu, neq; alijs artibus poterant compeſcere, à parentibus interrogatæ & obiurgatæ, reſpondebant, ſe non poſſe continere riſum. *Hiſtoria.* A ſtrangulatu vteri diligenter diſtinguendus venit aſcenſus. Nam aſcenſu haud, quæ ſtrangulatu, ſymptomata fiunt, ſed duntaxat premitur mulier quodam præcordiorum dolore, ſpirandi difficultate, aut animi defectione: at ſine metu, ſine delirio, aut alio grauiore ſymptomate. *Aſcenſus vteri a ſtrangulatu diſtinguendus.* Itaque aſcenſum ſæpe contrariæ cauſæ inuehunt: vteri nempe ab exhauſto laborantis corpore nimia ſiccitas,
E qua cogitur poſt effrenes & nimias menſium, lochiorum & ſimiles vacuationes, poſt laborioſos & doloriſicos enixus, quorum occaſione præter naturam incaleſcit, & exareſcit, ſeſe impetu quodam conuertere ad vicinas partes, hepar nempe, ventriculum & diaphragma, ſi forte inde humorem in ſe deriuare poſſit. Omitto, quod frequenti rerum aromaticarum naribus admotarum odore, vterus ſurſum aſcendit, etſi interim, quem deſcripſimus, ſtrangulatum non inferat.

De Imminentis strangulatus vterini signis. CAP. XLV. A

ANtequam commemorata præhendant ſymptomata, mulier ab vtero ſibi ſurgere ad ventriculi orificium & ad cor dolorificum aliquid ſentit, opprimi & præfocari ſibi videtur, que itur promeuet, ſenſimq; ſcandere aliquod velut fruſtulum ab inferioribus partibus ad gulam, quod ſibi fauces præcludat, palpitatione cor æſtuat. Sic vterus & vteri vaſa plerumq; intumeſcunt, vt recte & in pedes ſtare nequeat, ſed pronæ in ventrem ſe continere coguntur, quominus dolore premantur. ipſum præterea, quod furſum conſcendere videatur, admota appreſſaq; manu comprimere valide, quanquam non tam vterus ipſe, quam ab vtero vapor aſcendit, vt antea diximus: cum iamiam imminet acceſſio, pallor quidem faciei derepente adeſt, torpor mentis, pigritia, crurum imbecillitas cum ſtandi impotentia. Hinc ſopor grauis, mentis deſipientia, ſenſuum & reſpirationis velut emortuæ interceptio, aphonia, crurum contractio & ſimilia.

Aſcenſum non tam facit vterus, quam vapor ab vtero.

Quibus ſignis intelligere liceat, mortua ſit, necne mulier in vteri ſtrangulatu.
CAP. XLVI.

QVia permultæ mulieres non priſcis tantum ſeculis, ſed noſtra etiam & patrum memoria hoc ſymptomate correptæ pro mortuis, etſi viuerent, elatæ ſunt, pernecesſarium eſſe duxi, ſigna, quæ in tali caſu mortem & vitam arguerent, deſcribere. In primis igitur, viuatne, an vero mortua ſit ægra, licebit explorare ſpeculo politiſſimo, leuiſſimo & luciduſſimo ori & naribus admoto. Nam ſi vel qualibet obſcura adhuc ſubſit reſpiratio, tenuis vapor expiratus ſpeculum inficiet, & velut aſpergine obnubilabit. Plumula quoq; mollior & tabularis, vel carptæ lanæ floccus ac tanquam lanugo admota, tremulo motu ſuo ſubeſſe adhuc ſpiritum, adeoque vitam teſtabitur, omnino vero certiſſime atq; euidentius ſitne adhuc aliquid in corpore animulæ ac vitæ, inſufflatis in nares pulnuſculis ſternutatoriis ex elleboro & pyrethro. Cæterum etſi nulla appareat reſpiratio, non tamen propterea mortua ægra ſtatim cenſeri debet, exiguus enim calor vitalis, quo in corde contracto ſuperſtes adhuc viuit, ſola tranſpiratione contentus multam aeris, quę reſpiratione, thoracis, ac pulmonum dilatatione & contractione obitur, attractionem ad ſui conſeruationem non requirit. Sic enim inſecta, vt quæ frigido ſunt temperamento, hyeme tota latentes ſ... degunt torpida, nulla in ipſis apparente ſpirationis nota, quod exiguus calor in ipſis relictus, arteriarum cordisque officio, id eſt, perſpiratione facile conſeruari poſſit citra thoracis motum, quod maximus reſpirationis vſus eſt, vt intimus calor refrigeratione & ventilatione fruetur. Qui hæc non animaduertunt, in eum errorem incidunt, qui anatomicæ commendationis auctoris & prope neglectæ parenti ac reſtauratori noſtra memoria pene perniciaalis fuit. Is in Hiſpania cum eſſet vocatus ad nobilem mulierem, quæ ex hyſterico ſtrangulatu mortua credebatur, diſſecandam, ecce ad ſecundam adactæ nouaculę impreſſionem derepente ad ſe illa redire, & artuum corporiſque, quod pro cadauere habebatur, motu ac clamore, vitæ adhuc ſuperſtitis ſigna præbere cœpit. Quæ res circumſtantes amicos in tantam admirationem, horroremq; rapuit, ſic primæ & melioris notæ Medicum illum infamem, odioſum, & inteſtabilem reddidit, vt parum abfuerit, quin vnguibus omnium e veſtigio diſcerperetur & laniaretur: nihilq; prius ſibi eſſe duxerit, ſi ſaluus eſſe vellet, quam prouincia quam citiſſime excedere, ſeque fuga inuidiæ ſubtrahere. Sed ne ſic quidem inteſtinum tortorem ac carnificem, quo iudice nemo nocens abſoluitur, male per ſe rei geſtæ conſcientiam fugere potuit: Itaque non ita multo poſt mœſtitia confectus, magno rei & publicæ & Medicinæ detrimento interiit. B C

Viua pro mortuis elata.

Quæ hyſterica ſola tranſpiratione ſine reſpiratione viuat.

Inſecta tota hyeme ſola tranſpiratione viuere

Hiſtoria.

Quibus ſignis, à menſibusne ſuppreſſis, an à ſemine corrupto vteri ſtrangulatus ſit, cognoſcere liceat. CAP. XLVII.

HYſtericæ ſuffocationis duæ illæ potiſſimum, tanquam maxime frequentes, celebrantur cauſæ. Sed à ſemine corrupto ſymptomata omnia grauiora ſunt & rapidiora: præeunte dyſpnœa non longo interuallo poſt ſequitur apnœa: vniuerſus corporis habitus marmore frigidior ſentitur, ſi mulier eſt vidua, cæterum multi ſ. copioſi ſeminis, ac conſueta virorum vti conſuetudine per q... abſentia m antea capitis grauitate tentari ſolebat, cibos faſtidire, mœſtitia & metu, omninoq; melancholia percelli. Deniq; cum nihil ad libidinem reliqui feciſſet, derepente continere cœpit. D

A menſibus ſuppreſſis ſuffocari eam veriſimile eſt, quæ antea bene & copioſe menſtrualis erat, quæ calidis, humidiſq; & multis multumq; adeo ſanguinem gignentibus edulis repleri ſolet, quæ ſedentaria eſt, quæ alunæ regionis pondere & tumore, quæ ſtomachi dolore & nauſea, reliquiſq; ſymptomatibus, quæ à ſuppreſſis menſibus ſuboriri ſolent, laborat. Quibus poſt aliquod tempus ſuffocationis hyſtericæ paroxyſmus vel ſponte ac robore naturæ, vel remediis adhibitis exoluitur, paulatim rubor in faciem aſſurgere incipit, vniuerſum corpus confirmari, concuti dentes, mandibulis laxatis reſerari, humor deniq; aliquis, quibuſdam etiam ſemen craſſum cum voluptate, quibus præſertim obſtetricis digito demulcetur ceruix vteri, è genitalibus diffluere: quo dilapſo vterus antea velut furens ſibi, loco ſuo reſtituitur, ſenſimq; ſymptomata omnia vaneſcunt. Viris & ſuppreſſo ſemine non quæ mulieribus ſymptomata veniunt: quia virile ſemen haud ita frigidum & humidum longeque perfectius & magis elaboratum putredini magis reſiſtit, & dum illud ſenſim congeritur, multo ac valido exercitio ſimul quoque diſſipari ac digeri ſolet. E

Signa hyſterica ſuffocationis a ſemine corrupto.

Signa hyſterica affectionis a ſuppreſſis menſibus.

Signa reſurgentis ab hyſterica affectione.

Cur viris ſuppreſſum ſemen non ſit perniciale.


De vteri ſtrangulatus curatione. CAP. XLVIII.

A HYſtericæ ſuffocationis, quia rapidum eſt & acutum malum, propterea præſens quoq; & ſubitum remedium poſtulat, vel neglecta eius in præſens cauſa. Ergo ſtatim in dorſum collocetur ægra elatiore thorace, ſolutis ac diſtrictis veſtimentis omnibus, quo ſpiritum ducat facilius, alta voce & in aures inclametur nomine proprio, temporum & ceruicis pilis vellicetur acrius, præſertim vero pudendorum, vt dolore infernis illis in locis citato, non excitetur modo ægra, ſed & vapor teter ſurſum aſcendens in contrarium reuellatur, dolorificis vinculis crura & brachia conſtringantur, aſperioribus linteis, ſale etiam & aceto conſperſis, totum corpus ad dolorem, ruboremque vſque confricetur. Immittatur in vterum peſſarium ſequens. *Pilorum, qui in pudendis ſunt, vulſionē facere ad ſymptoma & ad cauſam ſymptomatis.*

℞. ſuccor. mercuri. & arthemiſ. an. ℥ ij. in quibus diſſolue pulueris bened. ℥ iij. pulueris rad. enulæ camp. galangæ, maior. an. ℥ j. fiat peſſarium. Inungantur inde plantæ pedum oleo laurino, vel ſimili alio: applicetur cucurbitula ingens, cum multa flamma hypogaſtrio infra vmbilicum, femorum internæ parti, & ad pectinem, quo tum materiæ ſurſum ſcandentes, tum vterus ipſe eo irruens reuocetur & reuellatur. Parandus ſuffitus aromatum, qui vtero excipiatur, quod quo facilius fiat, immiſſo in eius ceruicem inſtrumento, hic appicto, apertus ſemper & hians teneatur. In peſſi formam ex auro, argentove aut ferro albo exſculpetur, altero, quod ſcilicet ſubit in vteri ceruicem extremo, multis foraminibus hac illac vndique peruium ſit: inferiore vero, manucla inſtructum, quo reſerari & obſerari pro arbitrio queat. Duobus autem vinculis ad faſciam ægræ ilia cingentem religabitur. Eius hæc eſt delineatio. *Peſſarium.*

B

Peſſi, quo immiſſo hiare cogitur vteri ceruix, delineatio.



C

Vaſis ſua penula inſtructi ad vterum ſuffiendum deſcriptio.

D



E

Suffituum aromaticorū materia.
Aromata quibus vterum ſibi reſtituant.
Fœtida naribus admouenda.

Materia ſuffituum aromaticorum ſunt cinnamomum, calamus aromat. xyloaloe, ladanum, benzoin, thym. piper. caryophyll. lauendula, calament. arthemiſ. puleg. alipta moſch. nux moſch. moſchum, muſcus, ambra, iuncus odoratus, & ſimilia, quæ odoris gratia & ſympathia vterum alliciunt, reuocantq; & nebuloſos vapores putridamque cacochymiam calore ſuo conſumunt & digerunt. Fœtidis contra ſuffientur nares, parantur autem hæc ex galbano, ſagapeno, ammoniaco, aſſa fœtida bitumine, oleo gagatino, fumo candelarum ſebacearum extinctarum, pennarum auium, præſertim vero perdicum & raſticularum, pilorum humanorum, villorum capillorum, bubulorum, veterum coriorum, vngularum cornuum, & ſimilium vſtulatorum. quorum intenſum odorem fugiens vterus in ſuum ſe refert locum. A

Auicennæ ſecretum ad ſtrangulatū vteri.
Oleum gagatinum.
Caſtoreum hauſtum.
Expreſſiones in vterum.
Peſſorum materia.

Expedit etiam prouocare vomitum, intruſa in gulam altius penna anſerina, vel ipſius etiam ægræ capillis. Mox adhibebitur potio ex piperis nigri granis quindecim tritis, & in hydromelite aut vino generoſo diſſolutis, quod remedium Auicennæ pro ſecreto eſt. Eius etiam loco poteſt tribus horis ante paſtum exhiberi theriacæ ſemidragma in aquæ abſynthii vncia vna diſſoluta: prodeſſe etiam creditur remediū paratum ex olei gagatini gutta vna linguæ inſtillato. Sunt, qui probent potionem ex ſemidragma caſtorei in vino albo aut muſcato capi diſſoluta. Prodeſt etiam non bibendam modo dare, ſed & exprimere in vterum theriacam in aqua vitæ diſſolutam, inſtarque olei ſaluiæ aut alterius ſimilis per quintam eſſentiam extracti guttas duas, treſue in aures inſtillare. Sopita excitabitur ſternutatoriis puluiſculis ex elleboro albo & pyrethro. B Vtiliter etiam induntur in anum & vuluam clyſteres ex decocto rerum flatus diſcutientium, vt calaminthi, arthemiſiæ, lauendulæ, pulegii, chamæm. meliloti, tantpetli & glandes ex ladano, zinzibere, gallia moſchata, theriaca, mithridatio, zibetha, moſcho, ex oleo caryophyllorum, aniſi, ſaluiæ, roſmarini, & ſimilibus per quintam eſſentiam extractis. Clyſteris hæc erit conueniens deſcriptio:

Clyſter diſcutiens vaporoſis affect.
Citum, certum & iucundum ad hyſtericam paſſionem remedium.
Titillatio ceruicis vteri.

℞ rad. enulæ camp. ireos, cl. ult. ari, fol. an. ℥ j. fol. al. ſinth. arthemiſ. matric. puleg. origan. an. m. j. baccarum lauri, iuniperi & ſambuci an. p. j. ſeminum rutæ, cumini, ammios an. ℥ ij. florum ſtæchad. roris marini ſaluiæ centaurii minor. an. p. ij. fiat decoctio, cape de colatura ℔ j. in qua diſſolue mellis anthoſ. ſacchari rubri & bened. an. ℥ j. diacarthami ℥ ij. olei anethini & nard. an. ℥ j ß. fiat clyſter. Applicetur aluo ſequens emplaſtrum. *℞ maſſæ emplaſtri oxycrocei & de meliloto an. ℥ iij. olei nard. quantum ſufficit ad malaxandum fiat emplaſtrum.* extendatur ſuper alutam, applicetur regioni ventris, exacto paroxyſmo. Si quidem [illegible] turque *valide à vitro. nullum enim eſt hoc remedio præſentius.* Obſtetrix manget digitos oleo nardino aut moſchatellino, caryophyllorum aut de ſpica, mixto cum moſcho, ambro cinerito & zibetho aliiſque puluiſculis aromaticis, hiſque contrectabit & titillabit ſummum ceruicis vteri, quod orificium internum pertingit, calefactis tamen prius genitalibus calentibus linteis admotis, ſic enim demum venenata materia vtero cōtenta eliquabitur & diſſluet, malignique tetri & flatulenti vapores, quibus vterus velut in furorem agitur, reſoluentur & diſcutientur, itaque omni materia continenda diſſipata, ſibi vterus, ſibiq; mulier reſtituetur. C Quibuſdam pro ſecreto eſt confricare vmbilicum ſucco expreſſo ex allio cocto & cum aloe commixto.

De mulierum menſibus. Cap. XLIX.

Nominum menſtruæ excretionis ratio.
Quæ nullo apparente menſium fluore cōcipiant.
Quæ frequentius, copioſius & diutius purgentur menſtruali materia.

SAnguinis, qui mulieribus per genitalia manare ſolet, fluorem, Menſes nominare ſolent, quod his ſingulis potiſſimum menſibus, quandiu ſanæ erant, creatur. Sunt, qui tempus nominant, quod ſtato recurrat tempore. Septimanas Galli plerique appellant, quia ſedentarius & gulofis ſeptem ferè dierum ſpatio duret. Purgationes etiam quidam nominant, quod hoc fluere totum muliebre corpus ſuperfluis humoribus repurgetur. Sunt denique, qui Flores vocitent, quod vt flos fructum in plantis, ſic in mulierum genere hic fluor fœtum, ac fœtus conceptionem ſoleat præcedere. Non enim ante mulier ad conceptionem habilis cenſetur, quàm ipſi menſes fluant. Vnde enim ſemen D in vterum iniectum alimentum & incrementum, vnde fœtus ex ſemine formatus alimoniam caperet, ſi neceſſarius is humor vtero deſit? Fieri tamen poteſt, vt aliquæ etiam ſine hoc menſium profluuio concipiant: videlicet quibus tantum humoris colligitur, quantum iis, quæ purgantur, reſtare ſolet, quanquam non tanta copia, vt foras poſſit profluere. vt eſt ab Ariſtotele proditum. Cæterum vt quædam copioſius, aliæ parcius, ſic quædam rarius, quædam frequentius hunc fluorem patiuntur. Sunt enim, quæ bis, quæ ter in menſe purgantur, omnino eæ, quæ hepate ſunt amplo, venis latis, multis cibis & multum nutrientibus replentur, quæ otioſe totos dies domi ſedent, quæ integræ noctis ſomnum in multam lucem protrahunt, quæ in aere calido, humido, pluuioſo & auſtrali degunt,

Quæ rarius, parcius & breuius.

quæ tepidis aquarum dulcium balneis & blandis frictionibus, quæ viri conſuetudine vtuntur & delectantur, frequentius illæ & copioſius & crebrius, hoc ſit toto genere purgari ſolent. Quibus contra venæ anguſtæ ſunt & abditæ, quibus habitus eſt ſicca carne ſeu ſolidum corpus, rarius, purgantur & parcius, quod in corporis habitum faceſſere ſoleat ſanguinis ſuperflui copia. Molles etiam & albæ mulieres, fuſcis & denſa carne præditis minus purgantur, quod propter corporis raritatem, maiorem patiantur

Cur iuuenes noua luna repurget.
Cur vetus vetulas.

ſubſtantiæ per tranſpiratum diſſipationem. Sed & minus etiam hoc fluoris genere purgantur, quibus E ſolennis aliqua eſt per aliam corporis regionem vacuatio, vt per nares & hæmorrhoidas. Quod ad ætates attinet, luna vetus, vetulas, iuuenes noua luna repurgare creditur cauſam eſſe puto, quod luna corporibus humidis dominatur, huius enim vario motu mare fluit & refluit, oſſa, medulla, plantæ genitali humore turgent. Itaque iuuenes, quibus multus ſanguis eſt, & calidior, corpuſque patentius, facile ad fluxum commouentur, vel prima orientis & creſcentis lunę quadra: vetularum autem humores, quia quodā velut frigore rigent, & parciores ſunt, & corporib. denſioribus, vaſiſq. arctiorib. coercentur, non tā facile, nec niſi valida & plena luna cientur & fluunt, aut certe decreſcente, quia ſcilicet ſanguis plena

A luna collectus, ipſi corpori, vel ſuo pondere elabitur: quod propter lunæ decrementum & defectionē tempus hoc menſis frigidius & humidius fit.

Quæ ſint menſtrualis fluxus cauſa. CAP. L.

MVlier quia frigidior eſt, adeoque languidiore coctrice facultate, fit, vt plus appetat alimenti, quam concoquere poſſit. Superfluum id quod relinquitur, quia vegeti caloris efficacia non digeritur, adeo naturæ prouidentia per vteri venas excretrices impetu foras ſtato tempore & circuitu propellitur. Hæc vero id tum maxime incipit, & cruda velut ſanguinis portio excerni, *nulla aliqui qualitate noxia & maligna*, quando natura incrementi corporis præcipua iecit fundamenta, adeo vt corporis magnitudine ad ſummum prope faſtigium peruenerit, nempe à decimotertio ætatis anno ad quinquageſimum. Sed nec citra hunc fluorem fœtus in vtero conformari, & alimentum incrementumque capeſſere poterat: eſt ergo altera hæc & finalis menſtrualis fluxus cauſa. Pleriſque perſuaſum eſt, mulieres copioſiori longe eſſe ſanguine, quam ſint viri: reputantibus, quantam eius copiam ſingulis menſibus ab anno ætatis decimotertio ad annum quinquageſimum effundant: quantam grauidæ, quarum pleræque ſimul etiam menſtruales ſunt, in fœtus alimentum & incrementum impendant: quantum pleriſque grauidis
B detrahere ſecta vena Medici neceſſe habeant, alioqui aborſuris, quantum in partu, lochiorum per decem aut duodecim dies purgatione exhauriant, quantum interim pleræque quæ fœtum nutriunt, in mammas ad lactis, quod nihil eſt aliud, quam *ſanguis vi glandularum in ſummalium dealbatus*, generationē aſſurgit, diu noctuque lactanti fœtui, ſi quidem grandior ſit, abunde ſuffecturum, vel profundendum, ſi fœtus adhuc minor ſit & imbecillior, nihilominus tamen pleræque interim nutrices menſtruales eſſe non deſinunt, atque vt forte illud, ſic certe hoc vere dici poteſt, ſanguinis virilis drachmam (vt ſic loquar vnam, nutriendo augendoque efficaciorem eſſe, libris duabus ſanguinis muliebris, quia longe perfectior ſit, magis coctus, elaboratus, & ſpirituum copia differtus, quo fit, vt vir efficaciore calore præditus, facile quicquid ingeſſerit cibi, in corporis alimoniam & ſubſtantiam conuertat. Si quid ſuperfluum reſtet, id vniuerſum per inſenſilem tranſpirationem prompte digerat & diſcutiat. At mulier mare frigidior, quia plus appetit, quam concoquere poſſit, multos humores congerit, quos quia per caloris inertiam & infirmitatem diſcutere non poteſt, menſtruam purgationem pati, cum præſertim ipſi aluus corpus increuit, neceſſe habuit, vir vero minime.

Materialis menſium cauſa. *Quando fluere incipiant menſes.* *Finalis.* *Mulier ſuperat virum ſanguinis quantitate.* *Lac quid ſit.* *At vir mulierem qualitate.* *Vir fœmina calidior, adeoque non eſt menſtrualis.*

C

De cauſis ſuppreſſorum menſium. CAP. LI.

SVpprimuntur menſes multis ex cauſis, vt ob morbos acutos & vehementes, ob diuturnos, ob mœrorem, ob mœſtitiam, famem, labores immodicos, vigilias, alui fluxum, hæmorrhagiam, hæmorrhoidas, ſanguinis per os, & quacunque alia parte reiectiones, frequentes phlebotomias, ſudores copioſiores, vlcera multum & diu fluentia, totius cutis ſcabiem, ſanguinis craſſitiem immodicam & lentorem, & à crudorum fructuum eſu, frigidæque potu in[illegible]tiam, vaſorum denſitatem, obſtructionem, vteri vitia & morbos ob intemperiem, abſceſſum, vlcus, orificii eius interioris à callo, caruncula adnata, cicatrice ex vulnere aut vlcere, adnata membrana obſtructionem, rerum adſtringentium per ceruicem eius, cui pleræque mulieres nimium ſtolide anguſtiam comparare ſtudent, expreſſionem. Taceo ætatem, grauiditatem, & natricatum, quod hæ cauſæ præter naturam non ſint, nec Medici induſtriam implorent. Pleræque ſuppreſſis menſibus in naturam virilem quodammodo degenerant, ex quo Viragines nominantur. Itaque vox illis aſperior fit & grauior, virum ſonans, barbam promittunt. *Id Abderis*, inquit Hippocrates, *Phaetuſa Pythea vxor priore quidem tempore fœcunda erat. pulſo autem in exilium marito, menſes multo*
D *tempore ſuppreſſi ſunt. Hæc autem vbi contigiſſent, corpus virile factum eſt, & hirſuta tota vniuerſa, & barbam produxit, & vox aſpera facta eſt.* Idem hoc contigit etiam Namyſiæ Gorgippi vxori in Thaſo. Quæ virgines ab initio tales ſunt, vt menſtruam purgationem non patiantur & nihilominus fecundè fruantur valetudine, has calidas, ſiccaſque, tanto calore ſiccitateque fere viriles eſſe neceſſe eſt, vt eo recta excrementa tranſpiratu virorum more diſcutere poſſint, certe omnes ſteriles ſunt

Studium anguſtandi orificii vteri locus ſuppreſſorum menſium diffendo. *Viragines quæ.* *Lib. 6 epid. ſect. 7.* *Viragines eſſe ſteriles.*

Quæ accidentia ad ſuppreſſos menſes ſequantur. CAP. LII.

MEnſibus ſuppreſſis, & ab vtero toti corpori & in vtero morbi contingunt. Hinc igitur ſuffocatio hyſterica, cephalalgia, ſyncope, palpitatio cordis, genitalium & mammarum tumores, vteri inflammatio, abſceſſus, vlcus, cancer, febris, nauſea, vomitus, dyſpepſia, bradypepſia, hydrops, ſtranguria, repleto vtero veſicæ officium comprimente, vrina nigra & cruenta, exudante in veſicam ſanguinis portione. Pleriſque menſtrualis materia in vtero ſuppreſſa vomitu excluditur, vrinis, hæmorrhoidibus: aliis in varices abit. Vxori meæ, dum virgo eſſet, deriuabatur & purgabatur per nares menſtrualis materia. Vxor Petri Fabri Caſtrodunenſis, menſium materia ſe per mammas ſingulis menſi-
E bus tanta copia exonerat, vt ei ebibendæ & exhauriendæ vix tria aut quatuor mantilia ſufficiant. *Quibus non menſtrualibus alia corporis parte ea plethora non vacuatur, his difficultates ſpirandi, melancholia, mania, podagra, cachexia, virium corporis exolutiones, anorexia, tabes, epilepſia, apoplexia ſuperueniunt. Quibus ſanguis laudabilior eſt, nec ita copioſus, ex menſibus ſuppreſſis, nihil aliud accedit incommodi, niſi quod pruriente, & diſtento ſanguine vtero coitus deſiderio inardeſcunt, & veneris aculeis tentantur & ſtimulantur crebrius, ſi præſertim ſedentarie viuant. Quæ vtero gerere ſolent mulieres, ex ſuppreſſis caſu aliquo præter naturam menſibus, minus laborant, minusque mali habent, quam quæ nunquam conceperunt*, quia repleri conſueuerunt, & vaſa ex repletionis ac diſtentionis conſuetudine capaciora habent. *Fluentibus menſibus deſola fere appetentia eſt*, quia tum in ex-

Cur a ſuppreſſis menſibus ſtranguria & cruenta vrina. *Deriuatio per nares & mammas menſtruorum hiſtoria.* *Quibus minus graues ſint menſium ſuppreſſio.*

in excretionem tota natura intenta minus belle coctionem obire poteſt, [illegible] quia calor vna cum ſpiritibus [illegible] ad iuuandam excretricem facultatem [illegible]. A

De [illegible] menſium. CAP. LIII.

Cur ante [illegible] aperienda. *Hirudines ad vteri [illegible].*

MEnſium ſuppreſſio plethorica affectio eſt, quæ ideo vacuatione [illegible] poſtulat. Id fiet aperta, quæ ad [illegible] horicum [illegible] pus, ne maior fiat in vterum [illegible] re diſtentis vteri ven[illegible] admouentur hirudines [illegible] ſuffimenta per infundibulum [illegible] vnguenta litus, emplaſtra, cataplaſmata, & [illegible] fomenta [illegible]

Menſis cientia ex re herbaria.

Promouent menſes [illegible] & ſimilia exercitia. Ex plantarum genere [illegible] hyperici, radices fœniculi, aſparagi, bruſci, petroſelini, [illegible] betonica, [illegible] marina, cortex caſſiæ [illegible] B

Aromatica.

[illegible] um, cantharides, pyrethrum, [illegible] Aromatica ſunt amomum, [illegible] calamus aromat. [illegible] ſpica nardi & ſimilia, ex quibus [illegible] ſuffitus, balnea, [illegible] apozemata, [illegible] Medico viſum erit.

Apozema ad ciendos menſes.

Quod ſequitur apozema [illegible] ℞ [illegible] & [illegible] [illegible] *peoniæ* [illegible] *ſemi*-[illegible] [illegible]

Peſſaria.

[illegible] Peſſaria [illegible] mollientibus in [illegible] & in peſſi formam [illegible] oleo [illegible] ineſt [illegible] ſandalo aut [illegible] inuoluentur. Ex iiſdem rebus parabuntur nodulli. Parari etiam peſſi poterunt ex melle cocto, additis [illegible] ex ſcammonio, pyrethro & ſimilibus. Nec C hos [illegible] ne exulcerent: his reuocatis [illegible] fouendũ erit vteri [illegible] vino albo [illegible]

Quæ cauſa ſuppreſſorũ menſium ante affectum ipſum curanda.

Notandum vero [illegible] contingat ſuppreſſio obſtructione [illegible] aut inflammatione, ante illis [illegible] eſſe, [illegible] quæ propria vi menſes cient. Nam verbi gratia, ſi vtero [illegible] ant, & e [illegible] attenuatis humoribus, & vteri calefacto corpore [illegible] inflammatio. Sic [illegible] ſi qua callus à vulnere aut vlcere, ſi quæ membrana [illegible] menſibus obſtruat, [illegible] & reſecanda ante hæc o-

Opportunum tempus ad ciendos menſes. *Cur aliqua [illegible] quibus prouocandi ſunt menſes.*

[illegible] Cæterum ad mouendorum & [illegible] opportunitas captanda erit ex tempore, quo ante [illegible] [illegible] D

Quæ ſint ſigna menſtrualis fluoris appetentis. CAP. LIV.

Quæ [illegible] venerem magis appetant, quæ horreant. *Quib. ſymptomatibus [illegible]* *Cauſa tot ſymptomatum.*

APpetentibus [illegible] genitalia pruriunt, ardent, tument, & rubent. [illegible] nauſea & vomitus [illegible] ſua vel corruptione [illegible] à venere abhorrent, torpente inertia vtero, & aquoſis excrementis ſæpe [illegible] cephalalgia tamen, nauſea, [illegible] palpitatione cordis, ſyncope, melancholia, & [illegible] tant: quod [illegible] nalis [illegible] in teſtibus magna copia [illegible] ſi corrum[illegible] venenatam qualitatem acquirat & [illegible] ſymptomata. His affectibus haud tentantur ruſticæ [illegible] virgines, quod nemo ſit, qui earum [illegible] fluere, quod parce ac [illegible] viuant, quod in continuis laboribus [illegible] E que virgines adeo [illegible] tanquam non menſtrualibus [illegible] quod ipſis pleno vbere [illegible]

Aph 36 ſe. 5.

ab Hippocrate [illegible] *Si mulier* inquit, *quæ neque grauida eſt, neque peperit, lac habet, huic menſes [illegible].* [illegible] male vulgo concludi, mulierem, quæ lac habet, peperiſſe vel grauidam eſſe.

Lib. 12. de ſubt.

Nam & Gennæ nouiſſe Antonium Buzium ſcribit Cardanus, [illegible] in mammis, quod puello alendo ſatis eſſet. [illegible] generatio & cauſa [illegible] mammarũ glãdulosq; [illegible] ſed multo magis ab actione ſeminis maſculi, argumento, quod

A quod pleriſq; hominibus mammæ lacte deficiunt, & quod [illegible] & concepto [illegible] virginibus lacte non [illegible]. Virgines quoq; [illegible] vteri [illegible] retinentur, & coquunt ſanguinem & edulcant atq; ob id dum exitu caret, trahitur à mammis [illegible] continuo quatuor aut quinq; [illegible] *vterum ſatis vacuant* [illegible] *& fœliciter purgar* [illegible]

Lactis cauſa ſufficiens notanda.

Quæ ad profluuia menſium immodica [illegible] *accidentia.*

CAP. LV.

SI copioſius fluant menſes, ſymptomata quoq; fiunt, [illegible] concoctio, deiecta appetentia, totius corporis [illegible] omnium exſolutio, [illegible] via, tabes, hydrops, febris hectica, [illegible], ſyncope, [illegible]. Si cauſa immodice ſanguis acer eſt & ardens, [illegible] ſanguinem vero [illegible], ſanguinem [illegible] gingiuis ſurgent, & ore toto [illegible] mulieribus menſes venis & arteriis, quæ [illegible] vteri fundum & latera terminantur, virginibus vero & grauidis, [illegible] venæ & arteriæ hypogaſtricæ, [illegible] cauſa [illegible] mentula [illegible] facultatis exſolutio. Sæpe etiam a labore [illegible] & [illegible] vteri [illegible] dombus reuulſis, [illegible] venis & arteriis [illegible] magno [illegible] prodeunte [illegible] ab vſu medicamentorum acrium, vt peſſorum exulcerantium. Sæpe etiam totius corporis cacochymiam natura critice per vterum poſt ingentem morbum deponit: cuiuſmodi fluxus haud temere ſiſtendus eſt. Qui ab vtero manat, menſtruus ſanguis craſſior, nigrior & thrombotus eſt, qui vero ab vteri ceruice liquidior & rubicundior.

Quibus venis menſes quibus ve [illegible] *Cauſa immoderati menſium* [illegible] *Signa menſium ab vtero & ab vteri ceruice manantiũ.*

De ſiſtendo menſium fluxu immodico. CAP. LVI.

CIbus potuſque eligendus eſt, cui ſanguinis [illegible] vis inſit, vt enim calidis [illegible] [illegible] C [illegible] hordeum, oryza cocta, animantium extremæ partes, vt bubuli, vituli [illegible] acetoſa, portulaca, plantagine, burſa paſtoris [illegible] berberis [illegible]. Corna [illegible] & [illegible] [illegible] coralli [illegible] [illegible]. Malacotonea, ſorbi, meſpila & corna eodem conſilio [illegible] aqua chalybeata cum [illegible] granatorum [illegible] myrtino [illegible] [illegible] rofatum [illegible] exoleti [illegible] aqua chalybeata temperatum. Fugienda [illegible] [illegible], ac ſi natura talis non ſit, talis erit arte paranda [illegible] Somnus profundior omnes vacuationes [illegible] præter ſudorem. Secta in brachiis vena [illegible] mammis [illegible], ſuperiorum partium vincula & frictiones dolorificæ valde [illegible] hoc affectu [illegible]. Quod ſi ab admixta ſanguini cacochymia bilioſa hoc ſymptoma cauſam habere cognoueris, purgandum erit corpus cholagogis, & hydragogis, vt [illegible] agarico, myrobalanis, tamarindis, [illegible] & [illegible] rofatum ſolutiuo.

Victus. *Vita ratio ſeu in ſiſtendum.* *Catharſis.*

De topicis ad menſium fluxum immodicum CAP. LVII.

PArantur etiam ad [illegible] immodice fluentes vnguenta [illegible] peſſi, vnguentum [illegible] *myrtini, an.* ℥ij. [illegible] *tæ* ℥j. *puluerum* [illegible] ℥ij. *boli armeni, terra ſigillata an.* ʒß. *cera* [illegible] *fiat vnguentum* [illegible] Iniectio talis erit. ℞ *aquæ plantag. roſar.* [illegible] *cortic. quercus, nucum cupreſſi, gallar. non maturarum, an.* ℥ij. *berberis, ſumach, balauſt. aluminis* [illegible] ℥j. [illegible] *decoctio*, de qua fiat expreſſio in vterum ſyringe obtuſo mucrone prædita, ne acuto illiſu ceruicis vteri latera lædat. Valent etiam ad [illegible] cum [illegible], & vmbilico impoſita. Mala cydonia ſub prunis cocta puluiſculo myrtillorum & boli armeni concorporata in ceruicem que vteri indita ad hunc rem mirifice conferunt.

Vnguentũ. *Iniectio adſtringens.*

Peſſi vero ſpecies erit eiuſmodi. ℞ *puluerum gallar. immaturarum combuſta. & in aceto extinctarum* ℥ij. [illegible] ʒß. *ſanguinis draconis, pulu. rad. ſymphyti. ſumach. maſtiches. ſucci acaciæ, cornu* [illegible] *coloph. myrrh.* [illegible] *an.* ℥j. *camphoræ* [illegible] *& incorporentur omnia* [illegible] *ſemperuiui, ſolani, hyoſcyami, nenuphar, plantag. an. quantum ſufficit, fiat peſſarium.* Regioni lumborum, femorum, & genitalium refrigerantia vtiliter imponuntur, vt oxyceratum, vng. roſatum & [illegible]. At ſi per eroſionem venæ immodicus ſit menſium fluxus, adeo vt eius materia vteri ceruicem [illegible] exulcerauerit, oblinetur locus lacte [illegible] cum hordeo aut mucaginibus conſtringentibus, pſilli, cydoniorum, gummi tragacanthæ, arabicæ & ſimilibus.

Peſſi adſtringentes.

De fluxu muliebri. Cap. LVIII.

Nominis ratio.
Differentia.

PRæter commemoratum illum, qui naturæ lege fit, menſtrualem fluxum, eſt inſuper alius, muliebris ex eo dictus, quod mulieribus in fœminarum genere proprius ſit. Hic alias longæ & continuæ deſtillationis ab vtero, aut per vterum à toto corpore manantis inſtar, ſine dolore fatigat, haud aliter, quam per renes ſeu vrinas ſæpe vniuerſi corporis eluuies repurgatur, alias ex incertis interuallis, ſed cum dolore repetit, obiter etiam vteri loca exulcerans. Differt à fluxu menſtruali, quod hic ſanguinem laudabilem paucorum dierum interuallo, quantum naturæ expedit, profundit; muliebris impuram cacochymiam, alias ſanioſam, alias ſeroſam & liuentem, alias albam & craſſiorem velut cremorem hordei à ſanguine pituitoſo deponit. Hæc poſtrema eius ſpecies frequentior eſt. Itaq; fluxu muliebri crebrius tentari intuemur pituitoſas, molliq; & laxo corporis habitu mulieres, ex eoque flores ſe albos pati inter ſe iactitant. Materia vt varia eſt, ita vario colore ſubuculas inficit. Profecto ſi exquiſite rubra ſit & ſanguinea, per eroſionem venire putandum eſt, aut exolutionem ſubſtantiæ vaſorum vteri vel ceruicis eius. Raro ergo à ſanguine eſt, nec fere niſi cum mulier vel grauida eſt, vel menſtrualis eſſe caſu aliquo deſinit, tum enim menſium loco manat ſeroſum excrementum, quod ipſius pannos colore loturæ carnium inficit. Raro etiam ab humore melancholico eſt: tumque ferè cancrum in vtero excitat. Sæpe vero purulenta vlceris in vtero latentis materia incautum Medicum Chirurgumque fallit. Sed non ita difficile eſt hos affectus diſtinguere. Nam ab vlcere quæ manat materia, vt dixi, purulenta eſt, parcior quoque, craſſior, fœtidior, & magis alba eſt. Sed nec quibus his in locis vlcera ſunt, præſertim in ceruice vterina, vim congeſtam citra dolorem ferre poſſunt.

Quæ fluori muliebri mulieres obnoxiæ.
Raro à ſanguine fluor muliebris.
Quib. ſignis diſtinguendum ſit vlcus vteri à fluore albo.

A B

De cauſis fluxus muliebris. Cap. LIX.

FLuxus muliebris cauſa aliquando in propria vteri imbecillitate & impuritate, alias in nobilium viſcerum vitio conſiſtit. Nam ſiue cerebrum, ſeu ventriculus refrigerata ſint; ſeu hepar obſtructum, aut ſcirrho duratum, cruditates multæ gignuntur. quæ ſi in vterum natura imbecillum decurrerint, aut depoſitæ fuerint, vterinum ſeu muliebrem fluorem inuehunt. Qui ſi moderatus ſit & minime acer, corpus ſæpe à malignis vindicat morbis, alias atrophiam, maciem, decolorationem, crurum œdematoſum tumorem, vteri prolapſum, appetentiæ & facultatum omnium deiectionem, mœſtitiam, à qua ægram reuocare non eſt facile, propter tractum à perennitate fluentium ſordium pudore animum, inferre ſolet. Conceptionem impedit, quia vel ſemen exceptum corrumpit, vel deturbat. Sæpe, ſi ſubſiſtat ad aliquot menſes, eius circum vterum, vel in vteri corpore aut ceruice, materia reſiſtans abſceſſum facit, & à rupto abſceſſu vlcera putrida & cancroſa, alias in vtero, alias in inguinibus, ſæpe etiam in coxis. Hic affectus eſt curatu difficilis, non tantum ſui ratione, quod in vterum tanquam in ſentinam totius corporis muliebris vniuerſa confluere ſoleant eluuies, quod pars ſit natura debilis, quod ſitum inferum habeat, quod in ipſum multa terminentur vaſa, denique quod per ipſam effluxus fieri ſoleant: ſed etiam ratione ægræ mulieris, quæ ſæpe mori malit, quam vel partem morbumque ipſum renudare, vel remedia localia admittere. Sic enim narrat Montanus, ſe præſente, nobilem quandam Italam, cui detergentium decoctorum in vterum propter hoc affectus genus neceſſarias eſſe expreſſiones dixerat, in ſyncopem incidiſſe, & maritum rogaſſe, ne eius Medici vnquam conſilio vti vellet.

Fluor muliebris ſalubris malorum acceſſionem faciens.
Qui conceptionem impediat.
Cur ſanatu difficilis.
Hiſtoria.

C

De cura fluoris muliebris. Cap. LX.

SI quæ defluit per hunc affectum materia, quæ colore rubro tincta ſit, à menſium naturali profluuio hoc ſolo diſtabit, quod nullo ordine, niſi omne certo circuitu redeat. Itaque phlebotomia & alia, quæ fluentibus immodice menſibus diximus eſſe remedia, hic locum merito habere poterunt. At ſi albet, aut alio quouis colore huius aut illius humoris cacochymiam teſtetur, remediis cuique humori propriis præſcribenda purgatio erit. Non enim ſtatim cohibere talem fluxum oportet; expedit enim ſic humorum eiuſmodi eluuie reliquum corpus repurgari: Qui feſtinant adſtringere, hydropem recurrente in hepar illa ſentina, aut in vtero cohibita cancrum, febrem, & alios affectus pro partis ſuſcipientis conditione inuehunt. Itaque niſi arte vſurpatis vniuerſalibus remediis ad topica detergentia, ſiccantia & adſtringentia, non erit veniendum. Balnea aluminoſa, ſulphurea, bituminoſa, aut ferrata fluori vterino à pituitoſo humore conueniunt, quorum loco parari arte poſſunt ex decocto herbarum calidarum, ſiccarum & aromatica vi præditarum cum alumine, coniectis præterea ſilicibus & calculis candentibus.

Decocti & iniectionis detergentis forma erit eiuſmodi: ℞ *fol. abſinth. agrimon. centinod. burſæ paſt. ar. m. ß. bulliant ſimul & fiat decoctio in qua diſſolue mellis roſ.* ℥ ij *aloes, myrrhæ, ſalis nitri an.* ʒ j. *fiat iniectio*, muliere puluinaribus natibus ſubiecto ſic collocata, vt altior vteri ceruix dehiſcat. Excepta iniectione mulier decuſſata crura ad nates adducat, ſic enim continebit, quod iniectum eſt. Qui amplius adſtringere & ſiccare ſtudent, addunt ſuccum acaciæ, gallarum viridium, corticum granat. alumen rochæ, vitriolum Romanum, omniaque ferue faciunt in aqua fabrorum & vino adſtringente. Poſſunt parari peſſaria eiuſdem facultatis. Si, quæ prodeunt materiæ, mali coloris ſint & odoris, ſubeſſe vlcus putridum veriſimile eſt. Itaque licebit ea inijcere, quæ vim habent putredinis corrigendæ: in quibus excellit ægyptiacum diſſolutum in lixiuio aut vino nigro. Sunt mulieres, quæ cum gonorrhoea virulenta laborent, honeſto nomine culpam prætexentes, fluore muliebri ſeu vterino laborare ſe mentiuntur, quod in vtroque affectu ingens profundatur eluuies. Sed ex purulentia facile affine id malum


Fluor muliebris ruber quid à menſtruali purgatione differat.
Muliebris fluor nō ſtatim cohibendus.
Balnea quæ vtilia.
Iniectio adſtringens.
Signa vlcerum putridis in vtero.
Gonorrhoea virulenta affine muliebri malum.

D E

diſtin-

A diſtinguet Chirurgus, ac niſi ſaliuatione, ſudoribuſq; citatis ſanari id non poſſe ſibi perſuadebit. Interim in vteri ceruicem intrudet, vtq; contineat ægra, iubebit inſtrumentum, in peſſi formam concinnatum, multis foraminibus extremo ſuo peruium, quo materiebus purulentis pateat effluuium, mora & ſuppreſſione acrimoniam alioqui contracturis: tum etiam, vt ſic vterus perſpiret liberius, atque manuclæ, quæ peſſiforme id inſtrumentum reſeratum tenet beneficio, admiſſo aere temperetur.

Peſſiforme vteri ventilabrum.

B 

A. *Eam notat inſtrumenti extremitatem, quæ foraminibus peruia & pertuſa eſt.*
B. *Corpus inſtrumenti.*
C. *Laminam illam, quæ ventilationis liberioris gratia ſurrigitur & deprimitur.*
D. *Manuclam.*
E E. *Lora, quibus medium ægræ corpus cingentibus inſtrumentum id ſtabilitur.*

De ceruicis vteri Hæmorrhoidibus & Verrucis. Cap. LXI.

C VT in ano, ſic etiam in vteri ceruice fiunt Hæmorrhoides, & venæ velut varicoſæ, multo ſæpe ſanguine manantes cum ſero ruffo & fœtido. Harum aliæ rubore, & multa velut tuberculorum inæqualitate ab circumſcriptione Moris ſimiles ſunt, ex quo Morales vulgo appellantur: aliæ vuis, vnde Vuales: aliæ verrucis, Verrucales inde cognominatæ. Quædam inſigni ſe tumore produnt, aliæ tenues ſunt, & in ima vteri ceruice abditæ, aliæ in eius margine ſitæ. Acrochordon *verruca cum calloſo tuberculo ſpecies eſt*, radice tenui, & craſſiore capitulo tanquam funis nodulus, è tenui velut filo dependens, Verruca botoralis Arabibus dicitur. Alia etiam verrucæ ſpecies eſt, *quæ* quia *tuberculorum multa inæqualitate & aſperitate thymi florem refert*, Thymus nominatur. Eiuſmodi omnes affectus exercitio quouis, ſed venereo præſertim exaſperantur, malignitatem nonnunquam coniunctam habent & feritatem latentem, cuius occaſione vel ſolo contactu exacerbantur, quia ab humore effero materiam habent. Itaque his haud equidem veram, ſed tantum palliatiuam (vt loquuntur) curationem adhibueris. Ficos Latini abſolute: Galli cum adiuncto, S. Fiacrii ficos nominant.


Hæmorrhoidum ceruicis vteri differentia.
Acrochordon quid.
Thymus quid.
Fici S. Fiacrii.

De Verrucarum ceruicis vteri curatione. Cap. LXII.

QVæ in vteri ceruice ſuccreſcunt verrucæ, ſiquidem minime malignæ ſint, filo conſtringendæ erunt, & exſecandæ. Quæ altius in vtero abditæ deliteſcent, ſpeculo matricis immiſſo oculis & digitis D venient ſubiiciendæ.


Quæ vteri verrucæ vinciendæ & exſecandæ.

Variæ ſpeculorum matricis imagines.

E 

Alia ſpeculorum matricis forma.

A



B

a. *Monſtrat cochleam, qua ſpeculum matricis obſerat, reſeratque.*
bbb. *Brachia, quæ octo vel nouem digitos longa eſſe debent.*

Cæterum matricis illa ſpecula magnitudinis erunt debitæ, pro patientis corporis magnitudine. Demittentur, muliere eo ſitu collocata, quo in fœtus ab vtero extractione collocandam eſſe diximus. Vinciendis verrucis conueniet id inſtrumentum, quod in gurgulionis relaxatione deſcripſimus. Conſtringentur autem quotidie magis, quoad deciderint. Ergo curandarum verrucarum tria erũt velut ſumma capita, vinculum, ſectio, & cauterium. Ne autem repullulent, inſtillabitur oleum de vitriolo, aqua fortis ſeu chryſulca, aut capitellum, quæ cauteria potentialia cognominamus. C

Curandarũ verrucarũ viæ tria capita.

Quæ ſequitur aqua efficacis ſimul eſt, conſumendis & tabefaciendis verrucis. ℞. *aquæ plantag. ℥ vj. viridis æris ʒ ij. aluminis rochæ ʒ iij. ſalis commu. ℥ ß. vitrioli rom. & ſublimati an. ʒ ß. terantur omnia ſimul, & bulliant.* Aquæ ſtillatitiæ gutta vna aut altera contingitur pars affecta, reliquis intactis. Si quod ſubſit vlcus, curabitur, quemadmodum ante dictum eſt. Affirmabat mihi nuper Medicinæ quidam ſtudioſus, ſtercus bubalum additis folijs aut puluere ſabinæ, verrucas vreri tabefacere, ſi calidum imponatur: quod an certum ſit, necne, experientia rerum magiſtra iudex eſto. Certe Cantharides vnguentis exceptæ id præſtant, & quidem vt credere par eſt, efficacius: nam & callos, qui digitis internaſcuntur, exedunt. Expertum habeo verrucas, quæ in manibus inaceſcunt, ſanari impoſita portulaca trita, & ſuo ſucco madente: Idem faciunt folia & flores calendulæ.

Aqua efficax conſumendis verrucis.

Vnguenta ad conſumendas verrucas.

De Rhagadibus, & Condylomatibus. CAP. LXIII.

Rhagades quid.

RHagades ſeu fiſſuræ, *fiſſa & oblonga vlcuſcula ſunt, cum dolore acerrimo & ardore, ab humoris acris, ſalſi, ſiccantiſque morſu, contractionem ſæpe & conſtrictionem in ano, & ceruice vteri tantam facientia*, vt ſuo orificio vix ſummum digitum admittant, membranularum inſtar, quæ ignibus propius admotæ corrugantur & vibrantur. Oboriuntur nonnunquam in ore, adeo vt loqui, mandere, osque ipſum diducere æger nequeat, cogiturque ſectionem moliri Chirurgus. In curatione acria omnia medicamenta fugienda ſunt, & ea, quæ molliunt vſurpanda, humectandaque pars affecta fotibus, litubus, cataplaſmatibus, emplaſtris, immiſſo ſæpius matricis ſpeculo & peſſo, ſiquidem in vtero malum ſit: vt quod durius & nimis conſtrictum anguſtumque eſt, dilatetur: Fiſſa inde vlcuſcula ad cicatricem perducenda ſunt. D

Curatio.

Condylomata *rugoſa quadam & dura tubercula ſunt, ac tanquam carnis excreſcentia, in ani præſertim & ceruicis vteri rugoſis marginibus orta*: ardore ſuo & rugis oculis innoteſcunt, duritia vero & aſperitate digitis. Refrigerantia & relaxantia remedia contra hunc affectum adhiberi debent, cuiuſmodi ſunt oleum ouorum, & de ſemine lini, ſingulorum enim vnciæ duæ ſumuntur, diu in mortario plumbeo agitantur, & parti affectæ illinuntur. additur camphora, ſi inflammatio ſubeſt.

Cõdylomata quid. Curatio.

De vteri pruritu. CAP. LXIV.

E

Pruritus vteri quid. Hiſtoria.

MVlieribus, præſertim annoſis, pruritus ſæpe in vteri ceruice oboritur, qui eas cruciatu & ſcalpendi neceſſitate adeo fatigat, vt ſomnum adimat. Paucis ab hinc diebus conſuluit me mulier quædam hoc mali genere adeo diuexata, vt prurientem genitalium vredinem aſperſa, & aſperius afflicta parti fauilla reſtinguere neceſſe haberet. Me conſultore ægyptiacum in aqua marina aut lixiuio diſſolutum, ſibi ſyringe expromi & inijci curauit, eodemque medicamento imbutos peſſos ex ſtupis canabini in vterum demitti, & ſanata eſt. Nõ raro ſcrotum & anum, vetulorum præſertim virorum, exercet, hic pruritus, à congeſtione aut affluxu pituitæ ſalſæ, quæ cum in oculos decumbit, importuno ſcalpendi deſiderio

Cauſa pruritus.

A ſiderio illato, multum exhibet negotii. Cum in corporis vniuerſum habitum ſeſe hæc materia ſparſerit, vrentem & pruriẽtem ſcabiem facit. Diæta refrigerante & humectante, phlebotomia, catharſi humoris ſalſi, balneo, cornículis cum ſcarificatu phlebotomiæ facto, & ſequenti totius corporis litu curandũ. — *Curatio.*

℞ axung. porc. recent. ℔ j ß. ſapo nigri vel gallici, ſal. nitr. aſſat. tartar. ſtaphyſ. an. ℥ ß. ſulph. viui ʒ j. arg. viui ℥ ij. acet. roſ. quar. j. incorporentur omnia ſimul, & fiat linimentum ſecundum artem quo vtatur, vt dictum eſt. Vnguenta mercuriata vero ex mercurio magnam quoque vim merito habere creditur ad pruritum conſopiendum & ſcabiem exſiccandam. — *Vnguenti mercuriati vires.*

Sunt qui ſequenti vtantur. *℞ alumi. ſpu. nitr. ſulph. viui an. ʒ ij. ſtaphyſ. ℥ j. diſſoluantur omnia in aceto roſat. addendo butyri recentis quantum ſufficit, fiat linimentum ad vſum commemoratum.*

De craſſi inteſtini, quæ mulieribus accidit, relaxatione.

CAP. LXV.

QVibuſdam mulieribus, quæ vehementius in partu enixæ fuerint, craſſum inteſtinum relaxatur, & excidit. Quod morbi genus frequens eſt pueris, ab humore pituitoſo ſphincterem ani muſculum, B & duos leuatores madefaciente. Ad curationem lauandum & fouendum ante omnia rectum id inteſtinum eſt decocto herbarum calefacientium & reſoluentium, vt ſaluiæ, roriſmarini, lauendulæ, thymi & ſimilium: mox etiam rerum adſtringentium, vt roſarum, myrtillorum, corticis granatorum, nucum cupreſſi, & gallarum cum pauco alumine: inde puluiſculo conſpergendum ex rebus adſtringentibus citrinorum, denique reſtituendum & molliter intrudendum in ſuum locum. Efficax & ſingulare putatur in hanc rem remedium, quod paratur ex duodecim limacibus rubris conſperſis in olla, ſalis & aluminis ſingulorum ſemuncia, crebroque ſuccuſſu agitatis: his enim tandem mortuis ſubſidet humor, qui goſſipio exceptus deciduo inteſtino imponitur. — *Cauſa.* — *Curatio.* — *Remedium efficax.*

Eadem ex cauſa, laborioſo ſcilicet partu, quibuſdam mulieribus ingens in vmbilico tumor oboritur: relaxato enim peritonæo, aut etiam rupto omentum aliquando etiam inteſtina excidunt: nonnunquam flatus eo ſe inſinuant. Cauſa, vt iam dixi, eſt alui nimia diſtentio, ex graui in vtero geſtatione, & multo inter patiendum enixu. Si deuoluta inteſtina tumorem faciunt, dolor vna cum tumore coniunctus ægrum diuexat, appreſſaque regredientium inteſtinorum murmur inauditur. Si omentum, tumor mollis eſt, & fere indolens, nec compreſſione rugitum vllum exaudias. Si flatus, laxus quoque & mollis tumor eſt, ſed qui compreſſione digito facile & cum aliquo ſono cedat, mox rediturus. Si ingens C fuerit tumor, ſanari nequit, nisi exerto, vt in herniis dictum eſt peritonæo. Vidi Lutetiæ in templorum porticu mendicantes mulieres, quibus ex nixe laborum prolapſu tumor id genus inſigni craſſitie globum æquabat: quibus nihilominus licebit progredi, & omnia ſuorum munera exequi: credo quod fæces per tumoris amplitudinem, & delapſi inteſtini capacitatem, ingreſſum, egreſſumque haberent liberum. — *Differentia & ſigna.* — *Hiſtoria.*

De vmbilici relaxati tumore puerili. CAP. LXVI.

NOnnunquam recens natis pueris, ob magnitudinem vmbilicus intumeſcit, quod perperam ſectus aut vinctus fuerit, vel quod humores ſeroſi eo confluxerint, vel quod eiulatu ex torminum puerilium doloribus exortis ſe amplius æquo dilatauerit, nonnunquam ab vtero eum tumorem cum abſceſſu coniunctum ſecum efferunt. Sed abſceſſum illum nequaquam tentabit aperire Chirurgus. Facta enim apertione inteſtina prodeunt & effunduntur, quemadmodum in multis, maxime vero in puerulo Domini de Martigues obſeruaui. Eiuſmodi enim abſceſſum cum Petrus à Rupe Chirurgus aperuiſſet, effundentibus mox ſe per plagam inteſtinis, mortuo nobili puerulo, parum abD fuit, quin ſacellitum domeſticorum manibus ſtrangularetur. Itaque cum Ioannes Gromontius ſculptor, nuper me rogaret, vt tale quid tentarem in filio ſuo, negaui me facturum, quod ex præſenti illo infortunio ſatis ad mortem ipſi eſſet: certe triduo poſt rupto ſe abſceſſu & prorumpentibus inteſtinis mortuus eſt. — *Cauſa.* — *Abſceſſus minime aperiendus.* — *Hiſtoria.*

De dolore, qui ex dentitione pueris oboritur. CAP. LXVII.

PVeros valde excruciat ex dentibus dolor, cum è vagina velut prorumpere, & ruptis gingiuis prodire appetunt, quod fere ſub ſeptimum menſem contingit. Dolorem illum pruritus ſcalptusq; gingiuarum comitatur, inflammatio, alui fluxus, vnde non raro febris, epilepſia, conuulſio, tandemque mors. Doloris cauſa eſt continui gingiuarum à prodituro dente ſolutio. Signa eius doloris ſunt oris puerilis ardor inſolitus, lactanti nutrici perceptibilis, gingiuarum & genarum tumor, clamoſus præter modum & conſuetudinem eſt puer, digitos ori ſubinde admouet, affricatque gingiuis quaſi ſcalpticius, multa ipſi ſtillat ſaliua. Ei dolori vt medeatur Medicus, nutricem, quaſi ipſa febricitaret, curabit. haud tam frequenter puerum ad ſuctum & papillam nutrix admittet, ſed refrigerium E ſitienti & ardenti illi comparabit, propinato ex interuallis iulepo Alexandrino, ſyrupo de limonibus aut granatorum cum aqua cocta: quanquam quæ actu refrigerant, haud temere puer ore continebit, talia enim gingiuis contractis, prodituris mox dentibus velut remoram iniiciunt: lenientia potius & remollientia conueniunt: quæ ſcilicet gingiuarum laxam carnem magis ac magis relaxant, & dolorem mitigant. Itaque nutrix oleo amygdalarum dulcium, butyro recenti, melle ſaccharo, mucagine ſeminis pſilii, aut bismaluæ in aqua parietariæ extractis, iũctos digitos puerilib. gingiuis crebro affricabit. — *Dentitionis tempus.* — *Cauſa.* — *Signa.* — *Curatio.*

Valere

Scalptus gingiuarum quam vim habeat ad ſedandum dentium dolorem.

Valere ad eam rem occulta proprietate putant cerebrum leporinum toſtum, elixumve, aut etiam nefrendis. Extrinſecus apponetur cataplaſma ex farina hordeacea, lacte, oleo roſato & vitellis ouorum. A
Prodeſt etiam glycyrrhizæ raſæ & contuſæ baculus, melle aut ſyrupo aliquo ex commemoratis illitus, ori gingiuiſque crebro affrictu admotus, quemadmodum & crepundium, cui inſertus ſit dens lupinus: hoc enim ſcalptu, dolorifico prurítui medentur, & gingiuas rarefaciunt, ac quodammodo atterunt, quo mox expeditius dentes prodeant. Sed non raro fit, vt eiuſmodi omnia remedia propter gingiuarũ ex duritie contumaciam, aut naturæ puerilis infirmitatem, nihil proficiant. Itaque in tali caſu, antequã lethalia ante dicta ſymptomata ſuperueniant, ſuaſerim Chirurgo, vt ſcalpello gingiuas, qua ſe tumore produnt dentes, aperiat, rupta ſic & illis aperta vi & ferro via, vnaq; tenſione gingiuarum leni hæmorrhagia citata. Cuius ego remedii periculum ſecundo & optato ſucceſſu ipſe feci in aliquot ex meis liberis, præſentibus Feureo, Altino, Cortino Medicis, & Guillemeau Chirurgo Regio. Id ſatius & expeditius eſt, quam quarundam nutricum naturæ ſolo inſtinctu edoctarum more, vnguibus & ſcalptu gingiuas pueriles laniare & atterere.

Historia.

Duci Niuernenſi mortuus eſt nuper octimeſtris puer, mortis cauſam cum anxie vna cum Medicis, qui illi ęgro adfuerant, exquireremus, non aliam inuenimus, quam gingiuarum ex duritie contumaciam maiorem, quam quæ ætati illi conueniret, ſic enim prorumpere & viam ſibi moliri dentes ipſi per ſe non potuerant. Cuius ſententiæ id extitit argumentum, quod reſciſſis ſcalpello gingiuis, dentes omnes velut in procinctu ad egreſſum apparuerunt, ſi tantum illi viuo hoc remedium & auxilium non defuiſſet. B

FINIS LIBRI VIGESIMITERTII.

C

D

DE MON-

E

DE MONSTRIS ET PRODIGIIS.

B LIBER VIGESIMVS QVARTVS.

PRÆFATIO.

QVÆCVNQVE contra communem naturæ legem & ordinem fiunt, *Monſtra nominantur. Sic monſtroſum dicimus infantem, qui vnico cum brachio, vel cum duobus capitibus in lucem prodierit.* Prodigia vero definiuntur ea quæ contra omnem naturæ normam eueniunt à natura nempe planè aliena & abhorrentia: *quemadmodum ſi ex muliere Anguis aut Catulus naſcatur. Priora generis ex ſententia omnia, quibus deeſt aliquid, aut abundat membrum, membrorum, leſum, aut alio loco minime poſitū, eorum, quæ ſecundum naturam ineſſe debent, & ſolent. Gignuntur enim nonnulla interdum pluribus, quā natum ſit digitis alia vno tantū: alia ſiſſu, quæ coherentes eſſe debent: alia coherentibus eſſe diuiſa, ſi natura voluerit, nonnulla etiam duplici genitali, altero maris, altero fœminæ naſcuntur. Iam & cornu gerens in crure capra Ariſtoteli conſpecta eſt. Sed corde carens animal nullum vnquam ortū eſt at liene carens, duplicē habens lienem, & altero vacans rene viſum eſt. Iecore etiā* C *carens totū nullum notatum eſt quanquam quod non totū haberet, id patuit. Felle itē priuata prodierunt, cum ſua natura habere deberent. Iam locis etiam permutatis iecur latere ſiniſtro, lien dextro contineri viſum eſt. Mulieres etiam quædam haud peruia vulua & perforata, obſtaculo membranaceo quod Hymen vocant, oppoſito, & homines ano, auribus, naribus, & ceteris meatibus haud apertis naſcuntur, & pro monſtroſis aberrante à ſcopo ſuo natura, habentur. Sed ea demum monſtra infauſtum aliquid monſtrare putant, quæ valde à ſua natura diſceſſerunt.*

Monſtrum quid.

Prodigium quid.

Lib de gen. anim. ca 4.

De cauſis Monſtrorum, ac primum de Monſtris, quæ ad Dei gloriam & ad vleiſcenda hominum ſcelera apparent.

CAP. I.

MOnſtrorum plures numerantur cauſæ. Prima eſt Dei gloria, vt ſcilicet reſtitutis his, quæ præter naturā ſunt, eius magna vis innoteſcat hominibus neſcientibus eā. Sic enim diſcipulis Domini quęrentibus, quid vel ille, cui cæco nato viſum ipſe dederat, vel parentes eius peccaſſent: Reſpondit Chri-
D ſtus, nec cæcum, nec cæci illius parentes tantum in ſe errorem admiſiſſe, ſed hoc tantum contigiſſe, vt Dei gloria & maieſtas illo miraculo & tantis operibus diuulgaretur.

Altera, vt Deus hominum ſcelera vel vleiſcatur, vel mox futuræ vltionis ſigna præmonſtret. Quia enim ſine modo, ſine lege, vel vago, vel nefando concubitu, vel quo tempore Dei & Eccleſiæ mandato abſtinere decet, miſcent ſe parentes, ideo nefanda ſæpe, horrenda & à naturæ communis regula deuia naſcuntur. Sic enim apud Eſdram Prophetam legimus, quod mulieres, quæ fluentibus menſibus viris ſe miſcuerint, monſtra parient.

Anno Domini 1254. Veronæ equa pullum equinum peperit, cætera quidem equum, ſed humana plane facie. Paulo poſt bellum inter Tuſcos & Piſanos exarſit, quo vniuerſa fere Italia conflagrauit. Eius monſtri effigiem hic ideo appingere placuit.

Equini pulli facie plane humana effigies. A



B

Qua fere tempore Iulius ſecundus Pontifex maxim. vniuerſam Italiam, maximamque adeo orbis Chriſtiani partem in Ludouicum XII. Gallorum Regem concitauit, ex quo ad Rauennam Paſchatis die, anno Domini 1512. conſecutum eſt prælium illud longe grauiſſimum quo Pontificius exercitus concidit, Rauennæ monſtrum natum eſt, cornu in ſummo capite gerens, duabus alis inſtructum, vnico pede rapacium auium pedibus ſimillimo & in genu oculato nixum, duplici genitali maris & fœminæ præditum: cætera homo, vt ſubiecta imagine intueri licet.

Monſtri Rauennatis effigies. C



3. Tertia cauſa eſt ſeminis copia maior, & materia exundãs.
4.5. Quarta eadem parcior & deficiens. Quinta imaginationis vis
6.7. & efficacia. Sexta vteri anguſtia. Septima indecens grauidæ ſi-
8. ſus, & partium corporis poſitio. Octaua caſus, lapſus, ictus, præ-
9. tertim vero ad grauidæ aluum inflicti. Nona hæreditarij mor-
10. bi, ſeu ex alio quouis euentu affectus. Decima ſeminum con-
11. fuſio & commixtio. Vndecima dæmonum ars & vaframen-
tum.

Sunt præterea quædam, quæ, quia ortum vel eſſentiam admirationis plenam habent, vel mendicantium arte ſubdola prodigij quandam ſpeciem aſſumunt, pro monſtroſis cenſentur; ideo de illis etiam in hac de Monſtris commentatione breuiter & ordine dicemus. D

De monſtris ex ſeminũ vberiore copiã cauſam habentibus.

C A P. II.

EXpoſitis duabus prioribus monſtrorum cauſis, & iis quidem finalibus, ad eas nunc veniendum, quæ materiales, corporeæ & efficientes ſunt, initio ab ea ducto, quam materiæ ſeminalis vberiorem copiam dicimus. Philoſophorum, qui de Monſtris ſcripſerunt, ſententia eſt, quod ſi quando animal ſua maxime natura vniparum, cuiuſmodi homo eſt, plus materiæ ſeminalis in coitu excreuerit, quam neceſſe ſit, ad vnius animalis generationem, fieri non poſſe, vt ex eo toto vnum animal gignatur: itaque inde vel geminos, vel plures fœtus naſci. Quo fit, vt hæc portenta potius iudicentur, quoniam præter ſolitum, & quod magna ex parte agatur, proueniunt. Partium vero ſuperfluarum eandem eſſe cauſam, quæ geminorum & multiparæ prætẽr ſolitum generationis: ex copioſioris enim ſeminis effuſione, quam pro partus natura requiritur, fieri: vt ipſa vel magnitudine, vel numero auctior exiſtat. Sic narrat Auguſtinus, ſuo tempore natum in Oriente infantem, qui à ventre ſurſum duplicia omnia membra habebat, deorſum vero ſimplicia. Duo namque habuiſſe capita, quatuor oculos, pectus duplex, E

Lib. 4. de gene. anim. ca. 4

A plex, manus quatuor: cætera reliquorum infantium ſimilem extitiſſe, & aliquandiu vixiſſe. Narrant, Cælio Rhodigino viſa fuiſſe duo in Italia monſtra, marem vnum, fœminam alterum, corporibus per omnia pulchre & concinne compoſitis, niſi quod capite eſſent duplici: ac marem quidem paucis ab ortu diebus interiiſſe: fœminam vero, cuius hic appictam effigiem cernis, quinque & viginti annos vixiſſe: quod à monſtrorum communi conditione abhorret: fere enim fit, vt breuis admodum vitæ ſint, quod vt male à natura naſcuntur, ſic & viuant. Adde, quod ſibi admodum diſpliceant, quod reliquis mortalibus ludibrio ſint, itaque vitam ſibi acerbam putant.

Monſtra nõ eſſe longæua.

Virginis bicipitis effigies.

B



Eſt vero notatu digniſſimum, quod de hoc monſtro fœmina narrat Lycoſthenes: dempta enim capitis geminatione, à natura velut ad amuſſim membrorum omnium venuſtate & perfectione contextum erat. Duo illa capita idem habebant edendi & bibendi, idem dormiendi, idem loquendi, idem rerum omnium deſiderium, oſtiatim victum quæritabant: benigneque omnes porrigebant. Tandem tamen Bauaria illud exigere viſum eſt: quod frequenti ſui conſpectione, mota fortiter grauidarum imaginatione, ſimilem fœtibus in vtero deformitatis impreſſionem affingere poſſet.

C

Virginum dorſo cohærentium effigies.

D



Anno Domini *1475.* Veronæ in Italia natæ produntur duæ virgunculæ ſibi dorſo ab imis humeris ad nates vſque arctiſſime cohærentes. Monſtri nouitas pauperes parentes impulit, vt id per omnia Italiæ oppida ad corrogandam ex accurrẽte ad ſpectaculum vndique multitudine pecuniam circumferrent.

E

Viri, ex cuius aluo alter velut conſitus homo pendebat, effigies. A



Anno Domini 1530. viſus eſt vir Lutetiæ, ex cuius aluo alter velut conſitus homo pendebat, membris omnibus, capite excepto abſolutus. Vir ille quadragenarius erat, inſertumque illum & velut prodeuntem ex ſeſe hominem tanta omnium admiratione vlnis ſuis geſtabat, vt certatim ad ſpectaculum accurrerent.

B

C

Cornuti & capitiati monſtri effigies.



Apud Subalpinos in Quiero decem à Taurino miliaribus poſito oppidulo anno Domini 1578. die 17. Ianuarij ad octauam horam veſpertinam honeſta matrona fœtum peperit, cornua quinque ſibi aduerſa & arietinis ſimilia capite gerentem: cui præterea à ſumma fronte ad occiput in dorſum fere totum, prælongum carneum fruſtum pendebat, capitij muliebris inſtar habens. Circum collum vero alia caro duplex aduoluebatur, tãquam colare ſubuculæ. Extrema vtriuſque manus digitorum vncos rapaciũ auium referebant, genua tanquam in poplitibus erant. Crus dextrum, peſque item dexter rubro colore præfulgebant. Reliquum corpus bætico erat colore, magno cum clamore in lucem prodiiſſe dicitur, quo ſic conſternatæ D obſtetrices, & reliquæ mulieres clinicæ fuerunt, vt è veſtigio in fugam ſe ab ædibus puerperæ dederunt. De eo monſtro cum Subalpinorum princeps reſciuiſſet, iuſſit id ad ſe adduci, nec dici poteſt, quam varia fuerint tum aulicorum de ipſo iudicia.

E

A

Monſtri ouo excluſi effigies.




Quod hic appictum cernitur monſtrum, medio intimoque in ouo compertum eſt, facie quidem humana, ſed capillitio colubris vndiq; horrente: mentum ipſi tribus aliis colubris vibratis velut barba geminabat. Conſpectum primum eſt Auguſtodini in ædibus Bancheronis cauſidici, dum ancilla oua multa frangeret butyro incoquenda. Oui illius albumen feli exhibitum, repentinam mortem intulit. Id demũ monſtrum in manus Baronis Senecij cum veniſſet, ad Carolum nonum Regem Metis agentem perlatum eſt.

B

Monſtroſi infantis geminum caput, bina brachia, & quaterna crura habentis effigies.

C



Anno domini 1546. mulier Lutetiæ ſexto grauiditatis menſe, fœtum peperit geminum caput, bina brachia, & quaterna crura habentem. Eius mortui cadauer cum diſſecuiſſem vnicum cor reperi: ex quo ſcire licet, vnicum eum infantem extitiſſe. Nam illud ex Ariſtotele ſciẽdum eſt, vnumne an plura ſint per coagmentationem, quod monſtrificum prodit animal, iudicandum eſſe ex principij ratione. Nam ſi corpus eiuſmodi eſt, quod vnum cor habeat, vnum animal eſt: quod duo, animal item duplex coalitum propter conceptuum coniunctionem.


In problem. Vnde ſcire licet, qua corporibus multiplicia ſiãt tur, vnum animal ſint, an plura.

D

Zz 3 Gemel-

E

Gemellorum vnico capite coniunctorum effigies. A



Anno domini 1569. Turonenſis quædam mulier gemellos peperit, vnico capite coniunctos, & ſe mutuo complectentes. Horum ad me ſceleton miſit Renatus Ciretus tota Turonenſi regione famatiſſimus. B

Gemellarum virginum aduerſis frontibus cohærentium effigies. C



Scribit Munſterus, viſas ſibi anno Domini 1495. duas virgines in Briſtanto pago, non longe à Vvormacia, corporibus integras, & numeris omnibus abſolutas, ſed aduerſis frontibus ſic conglutinatas, vt nulla arte ſeparari & diſtrahi vnquam potuerint, ad decimum vſque ab ortu annum conuixerunt. Tum neceſſe fuit viuam & ſuperſtitem à mortuæ cadauere diuellere: ſed illa ſorori ſuæ non diu ſuperuixit, propter inflictæ plagæ diuulſificæ malignitatem. D

Anno Domini 1570. 20. Iulij, Lutetiæ in vico Grauillierorum, ad inſigne tintinabuli, nati ſunt hi duo infantes ſexu diſtincti, qua cernitis partium corporis configuratione. Baptiſmo donati ſunt in templo S. Nicolai de Campis, & Ludouici & Ludouicæ nomine inſigniti. Pater latomis operam præbebat, ei Petrus Germanus nomen erat. Agnomen Paruus Deus: matri vero Mathea Petronilla. E

Infantum

Infantum gemellorum Lutetiæ nuper natorum effigies.



B

Virguncularum anterioribus cohærentium effigies.



C

Anno Domini 1572. in Ponte Sæo ad Andes oppidulo, prodierunt in lucem, decimo die Iulij gemellæ fœminę, cętera membris omnibus perfectæ, niſi quod alterutrius manus ſiniſtra quatuor tantum digitis diſtincta erat. Cohærebãt autem anterioribus partibus, nempe à mento ad vmbilicum vſque, qui ipſis vnicus vt & cor vnũ erat: hepar vero in lobos quatuor diuiſum. Vixere ſemihoram, & regenerationis lauacro inſignitæ fuere.

Bicipitis & quadrimeſtri magnitudine cum primum natus eſt, infantis effigies.

D



Refert Cœlius Rhodiginus, in pátrij ſoli vico, cui Sarzano nomen eſt, flagrante inteſtinis diſcordiis Italia, editum inuſitatæ magnitudinis monſtrum. Infantem enim extitiſſe bicipitem, quadrimeſtri magnitudine, membris omnibus cũ proceritate reſponſum habentibus & amuſſitatis, vtrumque inter caput, quod ſimilitudinis erat indiſcretæ, ex collimitio humerorum tertia ſurrigebatur manus, ſed quæ aures longitudine non excederet, nec integra viſeretur omnino. Apparuit 5. Idus Martias anno 1514.

E

Infantis quaternis cruribus & brachiis effigies. A



Refert Iouianus Pontanus, anno Domini 1529. die 9. Ianuarij, viſum in Germania infantem maſculum, quaternis brachiis & totidem cruribus, vt in ſubiecta imagine intueri licet.

B

Viri, cui ex medio ventre alterum caput applicitum prominebat, effigies.



C

Quo anno Franciſcus primus Gallorum Rex fœdus cum Heluetiis iniuit, natum eſt in Germania monſtrum, cuius è medio ventre caput inſigne extabat, ad virilem ætatem peruenit, nec ſecus, quam verum & ſummum monſtri illius caput, hoc monſtrificum & tanquam applicitum nutriebatur.

D

Gemellorum monſtroſorum vnico ſexu inſignitorum, effigies.



E

Anno

A Anno Domini 1572. vltima Februarij in Viabani Parœcia, via qua Carnutum Lutetia itur, in pagulo, cui Pecuarum Bordarum nomen eſt, Cypriana Giranda Iacobi Mercatoris agricolæ vxor, peperit hoc quod in anteceden.. imagine vides monſtrum, quod in ſubſequentem vſque dominicum diem vixit, vnico ſexu fœmineo inſignitum.

Nefrendis monſtroſi effigies.

B



Anno Domini 1572. poſtera à Paſchate die, Metis in Lotharingia, in hoſpitio, cui ſancti Spiritus
C imago pro inſigni eſt, ſus nefrendem peperit octonis cruribus, quaternis auribus, & capite canino præditum. Poſteriora corporum à ventre deorſum tanquam gemellorum diſtincta erant, anteriora ſurſum
vnita, duas in ore linguas habebat cum dentibus quaternis in ſuperioris maxillæ totidemque in inferioribus lateribus. Haud ſatis expreſſa erat ſexus diſtinctio, ita vt maſne, an fœmina id monſtrum eſſet,
dignoſcere nemo poſſet. Vnica enim ſub cauda rima ſingula quæque corporum poſteriora fiſſa & ſepta erant, cuius, vt hic appicta eſt, monſtri effigiem miſit ad me Borgenius Medicus Metenſis clariſſimus.

De mulieribus multiparis. CAP. III.

MVlier vniparum vt plurimum natura animal eſt. Sunt tamen quædam, quæ gemellos quædam etiam, quæ ternos, quaternos, quinos, ſenos & his etiam plures fœtus vno partu in lucem edunt. *Cauſa multiplicis partus.*
Multiplicis partus cauſam ſeminalis materiæ copiam eſſe putat Empedocles. Stoici eam in variis vteri velut cellulis conſerunt. in has enim varie diſtracto ſemine, fiſſoque conceptu plures gigni fœtus, haud ſecus, quam in fluuiis aqua cautibus alliſa vertigines geminantur. At id opinari nihil rationis eſt, inquit *4. de general animal. cap. 4.*
Ariſtoteles in mulierum enim genere iſta brutorum, vt canum & ſuum vteri in cellas diſcriminatio locum non habet. Harum namque vterus vnica cauitate præditus eſt, duos ſinus ex ſe promentem, dextrum & ſiniſtrum, nullo intercurrente corpore, niſi forte quadam linea diſcretos. Sæpe vero eodem in vteri *Vterum mulierum in cellulas diſtingui.*
ſinu gemini conſiſtunt. Ariſtotelis ſententia eſt, haud plures quinque fœtibus mulierem parere poſſe. Quinos fœtus vno partu edidit Auguſti Cæſaris ancilla, breui mox cum prole mortua. Anno Domini 1554. Bernæ apud Heluetios, vxor Ioannis Gelingeri Doctoris, quinos pariter fœtus vno partu edidit, tres mares & duas fœminas. Aſſerit Albucaſis, extitiſſe mulierem ſeptenis vno partu fœtibus matrem: aliam vero quinque extrinſecus illata abortire cogebat, quindecim, membris omnibus integre deformatos fœtus edidiſſe. Extare ſcribit Plinius in monumentis Medicorum, vno partu duodecim puerperam *Lib. 7. ca. 11.* eiectaſque comperimus quoque aliam in Peloponeſo, quæ quinos quater enixa ſit, maioremque partem ex *Cap 3.* eius vixiſſe partu. Proditum à D. Dalechampio eſt, Bonauenturam Sauelli nobilis Senenſis mancipium vno partu ſeptenos edidiſſe fœtus, quorum quatuor baptiſmo donati fuerint. Noſtra ætate inter Sartã *Cap 74. Chirurgia.*
& Mænum in parœcia Sigillorum ad Cambellayum familia eſt & domus nobilis, dicta Maldemera, Domini Maldemeræ vxor, primo, quo nupſit, anno, gemellos peperit. Secundo ternos: Tertio quater-
E nos. Quarto quinos: Quinto ſenos fœtus, ex eoque partu mortua eſt Ex ſenis his vnus adhuc ſuperſtes viuit Maldemeræ dominus. Beauforti in valle in Andium agro, iuuencula mulier filia Maci Cimetij vnum fœtum iuſto partu cum edidiſſet, decimo poſt die alterum enixa eſt, qui tam vi aluuſſus ab vtero edi non potuit, matrique lethifer extitit. Martinus Cromerus ſcribit in Cracouienſi agro Margaretam *Lib. 9. hiſtor. Polonica.* nobili & antiqua familia ortam mulierem, Virboslai Comitis vxorem, vno peperiſſe partu ſex & triginta viuos fœtus, 20. die Ianuarij anno Domini 1295. Scribit Franciſcus Picus Mirandula, Dorotheam Italam gemino partu viginti liberos peperiſſe. Primo quidem nouem, altero autem vndecim: ad eo vero gestationis fatigatione pressam ... vt alvum, quæ in genua procumbebat, lata & magna faſcia ex ceruicibus nodata fulcire cogeretur, vt ſubiecta imagine licet intueri.

A

Dorothea multiplici ſobole grauida effigies.



Iterum & hic coarguendi ſunt, qui multiplicis ſobolis vno partu editæ cauſam in vteri muliebris cellarum varietatem conferunt. Septem enim vteri muliebris cellas eſſe mentiuntur. Tres nempe in dextro latere maribus gerendis, tres in ſiniſtro fœminis, & vnam plane in medio hermaphroditis proceſſit & euſque id mendacium, vt fuerint, qui adſtruerent, eiuſmodi ſeptem cellarũ ſingulas in decem cellulas diſcriminatas eſſe, in quas diſtractum ſemen procellarum ſeminali materia imbutarum varietate, in variam & numeroſam degeneret ſobolem. Quæ opinio etſi Hippocratis fuiſſe videatur *libro de natura pueri*, rationi tamen & his, quæ oculis ac ſenſibus manifeſte apparent, repugnat. Probabilior eſt Ariſtotelis ſententia, qui gemellas pluresue fœtus eadem ex cauſa gigni edique ait, ex qua & ſextus in manu ſuccreſcit digitus, ſcilicet propter ſeminalis materiæ redundantem copiam, quæ maior & vberior eſt, quam vt tota in vnum fœtum naturaliter conſtitutum aſſumi poſſit. Nam ſi tota in vnum cogatur vnum quidem fœtum edet, ſed partibus in magnitudine, vel multitudine auctioribus: ſi vero veluti findatur in plures diſtracta partes, plures fœtus edet. B

Lib. 4. de gener. anim. cap. 4.

C

De Hermaphroditis ſeu Androginis. CAP. IV.

Ratio nominis.
Ratio generationis androginorũ.
Hermaphroditorum differentia.

AGendum & hic quoque de Hermaphroditis ſeu Androginis, quoniam à ſeminalis materiæ vbertate menſtrui hi fœtus etiam cauſam ſuæ generationis & conformationis obtinent. Ita vocantur, qui vtroque [illegible] *untur ſexu:* matre ſcilicet tantum ſeminalis materiæ, quantum vir effundente. Hinc enim fit, vt [illegible] formatrix facultas, quæ ſimile ſemper ſibi aliquid fingere conatur, in vtramque materiam [illegible] viribus incumbit, faciat, vt in eodem corpore vterque viſatur ſexus. Quanquam ſunt, qui hermaphroditorum quatuor conſtituunt differentias. Prima eſt hermaphroditus mas: qui ſcilicet virilem ſexum perfectum & potentem habet, in perinæo autem exciſam tantum in vuluæ formam rimam, minime tamen peruiam, vt à qua nihil neque vrinarij, neque ſeminalis humoris prodeat. Secunda eſt hermaphroditus fœmina: quæ ſcilicet præter vuluam naturaliter conſtitutam, ſeminali [illegible] & menſtruo fluxu manantem, ſupra ad os pectinis membri virilis carneam & cutaceam quandam ſimilitudinem habet arrectionis & profuſionis ſeminis impotentem, ſcroto & teſtibus carentem. Tertia eſt eorum Hermaphroditorum, qui etſi vtriuſque ſexus expreſſam habeant imaginem, [illegible] ſitũ reſpondentem, inefficacem tamen ad generationem & ſeminis profuſionem experiuntur, alterutra ad mictionem tantum conferente. Quarta eorum, qui vtroque ſexu valent, mariſque & fœminæ munera potenter obeunt, quod vtriuſque genitalia omnibus numeris ad generationem neceſſariis completa & perfecta, imo mammam dextram mari, ſiniſtram fœminæ ſimilem habeant. Hos leges ſexum, quo vti & in quo manere ac viuere velint, eligere iubent, capitali pœna addita, ſi ab electo ſemel ſexu diſceſſiſſe deprehendantur, quidam enim vtroque abuſi creduntur, & promiſcue cum viris & fœminis voluptuari. Signa ſunt, quibus virilisne, an fœminei ſexus potentes ſint androgini, an vero vtriuſque impotentes, dignoſcere Medici valent. D

Mirum hermaphroditos [illegible] vtro [illegible]

Quibus ſignis ſcire liceat, hermaphroditum [illegible] aut il[illegible] ſexus eſſe potentem aut vtriuſq; impotente.

Apparent hæc in genitalibus præſertim, & facie. Nam ſi vulua ſic ad amuſſim omnibus ſuis dimenſionibus exacta, & perula ſit, vt virile membrum admittere poſſit, ſi menſes illac profluant, ſi promiſſi ſint & tenues ac molles capilli, ſi denique ad illam totius corporis effœminati mollitiem, animi quoque fracti [illegible] conditionem additam habeant, fœminei ſexus potentiores, & plane fœminæ iudicantur. E

At ſi pilis obſitum perinæum & anum habent, quæ fere loca muliebribus glabra ſunt, ſi penem [illegible] compoſitum habent, ſi valide & alacriter arrigentem, ſi ſemine manantem, virilis ſexus potentiores & plane viri pronunciantur.

Si par ſit vtriuſque genitalis in figura, mole, & efficacia conformatio, vtriuſque ſexus potens, hermaphroditus cenſetur.

Quan-

A *Hermaphroditi vtroque ſexu donati effigies.*



Quanquam Ariſtotelis ſententia, hi quibus gemina habere genitalia accidit, alterum maris, alterum fœminæ, iis ſemper alterum ratum, alterum irritum redditur, cum per alimentum ſubinde deliteſcat, quoniam præter naturam eſt: agnatum eſt enim modo abſceſſus. Nam abſceſſus aſſumunt aliquid nutrimenti, quamuis poſt geniti ſint & præter naturam.

B

Gemellorum dorſibus cohærentium & hermaphroditorum effigies.

C



Anno Domini 1486. ad *Heidelbergam* in agri Palatini pago, Rotbachio gemelli duo nati ſunt dorſibus cohærentes, & hermaphroditi ambo.

D

Herma-

Hermaphroditi quaternis pedibus & manibus inſtructi effigies. A



Quo die Veneti & Genuenſes fœdus inierunt, natum eſt in Italia monſtrum quaternis brachiis & pedibus, vnico vero capite præditum. Id ſacra baptiſmatis aqua luſtratum aliquandiu poſt vixit. Iacobus Rueffius Chirurgus Heluetius ſibi ſimile viſum narrat, ſed quod maris & fœminæ inſuper genitalia haberet, hic ideo appictum. B

De ſexus mutatione. CAP. V.

NArrat Amatus Luſitanus in Eſgucina pago, extitiſſe virginem Maria Pateca dictam, cui ſub pubertatis tempus menſium loco prodiit membrum virile, intro ante latens & abditum, ſicque ex fœmina marem euaſiſſe, adeoque veſtitu virili, miſſo virgineo, indutum, & mutato nomine Emanuel dictum Hic cum ex multis in India & magnis negotiis ac commerciis multas & ingentes opes comparaſſet, in patriam regreſſus nupſit. Sed liberoſne aliquando genuerit, nihil certi ſe habere, Luſitanus ait, illud ſibi conſtare imberbem perpetuo manſiſſe. C

Hiſtoria. Antonius Loqueneus Indictionum ad S. Quintini apud Veromanduos fanum Regius quæſtor, nuper aſſirmauit mihi, vidiſſe ſe virum Rhemis in hoſpitio, cui Cygnus pro inſigni eſt, anno Domini 1560. qui pro fœmina ad annum vſque ætatis decimumquartum habitus fuerat. Tum enim contigiſſe, vt cum ludibundus cum ancilla, cui eodem in lecto accubabat, laſciuiret, virilia ipſi huc vſque implicita ſe explicarent & erumperent. Quod cum parentes reſciuiſſent, interueniente eccleſiaſtica poteſtate, ipſum nomine mutato Ioannem pro Ioanna nominarunt, & virili habitu induerunt.

Superioribus annis cum eſſem in Caroli noni Regis comitatu, in Vitriaco Francico oſtenſus eſt mihi vir Germanus Garnierus, quibuſdam Germanus Maria dictus, quod olim fœmina, Maria vocaretur, ſtatura mediocri, quadrato corporis habitu, barba denſa & rufa. Is ad quintum vſque & decimum ætatis annum pro virgine habitus fuerat, quod virilitatis in eius corpore nulla veſtigia apparerent, & quod fœmineo veſtitu indutus inter fœminas muliebria obeundo aſſidue verſaretur. Decimo quinto igitur ætatis anno, dum in agris porcos ſuæ curæ demandatos, & in meſſem irruentes acrius perſequeretur, foſſam obuiam magno impetu tranſiliuit: quo factum eſt, vt ruptis velut inuolucris & vinculis, D abdita virilia derepente & haud ſine dolore emergerent. In caſam regreſſus apud matrem eiulans conqueſtus eſt, ſibi ab aluo inteſtina proſilire Quo ſpectaculo attonita mater Medicis, Chirurgiſque in cõſilium adhibitis, audit eum in virum euaſiſſe. Itaque re tota ad Cardinalem Lenuncurium Epiſcopum delata, conuocata concióne viri nomen habitumque recepit.

Lib. 7. ca. 4. Narrat Plinius Caſſini puerum factum ex virgine ſub parentibus, iuſſuque Aruſpicum deportatum in inſulam deſertam, quod eiuſmodi monſtra ſemper monſtri aliquid alere & portendere putarent. Certe fœminis tot & ſimiles partes latent in intima aluo, quot & quales viris foris prominulæ viſuntur. Calor tantum vegetus & alacris deeſſe videtur, qui quod abditum intus eſt, propellat foras. Ergo ætatis progreſſu calore aucto, & deuicta pueritiæ humiditate regnante, ac clara iam incendia dante, non eſt impoſſibile, virilia, quæ huc vſque ignaua, per caloris inertiam latuerant, protrudi, ſi præſertim ad illum caloris velut emicantis vigorem, corporis totius vehemens aliqua concuſſio & iactatio acceſſerit. Ex his igitur, & experimentia & ratione conſtare arbitror, homines ex fœminis mutari in mares, non eſſe fabuloſum. At ex maribus, qui in fœminas degenerauerint, nuſquam in hiſtoria reperias. Natura enim tendit ſemper progreſſuſque facit ab imperfectis ad perfecta, nunquam contra turpi relapſu à perfectis ad imperfecta refertur. E

Fœminarũ in mares mutatio ratione adſtruitur.

Cur mares nunquam in fœminas mutentur.

De monſtris ex ſeminalis materiæ defectu cauſam habentibus. CAP. VI.

SI quid contra ſeminali materiæ ad inſtitutam fœtus aut fœtuum conformationem in quantitate deeſt, vnum aliquod, pluraue membra deficient, vel certe breuiora, omninoque detrita erunt. Hinc eſt, quod natura gemellos parante, naſcitur haud raro fœtus biceps, ſed vno brachio præditus, vel certe omnino omnibus artubus mancus.

Monſtroſi

A *Monſtroſi infantis ex materiæ ſeminalis inopia effigies.*



Anno Domini 1573. vidi Lutetiæ ad diui Andreę ædem, puerum nouem annos natum Parpauilla pago ſex à Guiſio oppido milliaribus, Petro Renardo & matre Marqueta genitum. Huic tantum duo digiti in dextra manu erãt, brachium haud inuenuſte à ſummo humero ad cubitum vſque deformatum erat: at inde ad extremos duos digitos valde deforme viſebatur: cruribus carebat, quanquam à nate dextra, pedis imperfecta quædam velut figura quatuor tanquam digitis diſtincta proferre ſe videbatur, à ſiniſtræ vero natis medio, duo digiti proſiliebant, quorum vnus genitali virili haud erat abſimilis, vt in iſta imagine licet intueri.

B

Anno Domini 1562. calendis Nouembris, Villæ-francæ in Vaſconia, natum eſt quod appictum hic vides, monſtrum, fœmina Acephalon, cuius imaginem à Fontano Agenenſi Medico, qui ſe id vidiſſe ſancte affirmabat, acceptam, mihi hanc de monſtris commentationem paranti obtulit Ioannes Alti-
C nus doctor Medicus.

Monſtroſa & ſine capite fœmina anterior poſteriorque effigies.



D

E

 Monſtrũ

Monſtri bicipitis & duo crura at vnum brachium habentis effigies. *Viri ſine brachiis omnia quæ manibus fieri ſolent obeuntis effigies.* A

N. B. Figura tertia bicipitis infantis, quæ ex errore typographi fol. 547. fuit poſita, huc pertinet & quemadmodum hac præſenti eo.





B

Paucis abhinc annis viſus eſt Lutetiæ vir quadragenarius quadrato corpore, qui etſi brachiis careret, omnia tamen, quæ manibus perfici ſolent munia, haud infœliciter obibat. Humeri.n. trunco,& capite, colloq; vibrato, ſecurim in palū oppoſitū tam certo & valido ictu, quā manu quiuis alius vir, eiaculabatur, aurigæ flagellū tanta vi diſtringebat, vt aere validius percuſſo reſonaret. C
Cæterum pedibus edebat, bibebat, chartis luſoriis & talis colludebat. Tandem latro & ſicarius deprehenſus, ex cruce ſtrangulatus rotæ affixus eſt.

Sect. 1 lib. 2. epid. Viſa etiam non ita pridem mulier Lutetiæ eſt ſine brachiis, quæ nihilominus ſecabat, ſuebat, & pleraque alia, quaſi manus adeſſent, perficiebat. Legimus apud Hippocratem, quod Antigenis vxor peperit puerum carnoſum quidem, verum qui haberet maximas partes diſcretas, magnitudine vero eſſet quatuor digitorum, & ſine oſſibus, deinde craſſus & rotundus.

De monſtris, quibus ab imaginatione cauſa & conformatio eſt. CAP. VII.

Imaginationis vis in corpora & humores. VEteres omnia naturæ arcana ſolertiſſime perſcrutati, alias etiam cauſas ortus monſtrorum animaduerterunt. Nam ... imaginationis vires tantas in nobis eſſe intelligerent, vt etiam pleru[m]que corpus cogitantis immutarent, facile quoque ſibi perſuaſerunt firma & obſtinata vel parentū generantium, nocturnis ſæpe & fallacibus ſpectris deluſorū, vel grauidarum cogitatione, vim eam, quæ fœtum conformat, duci & gubernari, adeoque pertinaciter conceptā animo, rem in conceptum vtero fœtum vim ſuam conferre. D
Quod ipſum Moſis authoritate pleriq; confirmari putant, quod narret, *Iacobum conceſſam à ſocero Laban ouium partem, meliorem & numeroſiorem reddidiſſe, demerſis in alueos, ad quos aquatum ibant, virgis, viridantis corticis parte exemptâ lineatis, & ex albo ac viridi pulchre variegatis, quo maxime tempore veneris deſiderio turgerent: vt hauſta ſub ipſum conceptum imago, proli mox inureretur.* Eſt enim hæc imaginationis in fœtum efficacia, vt rerum conceptarum notas, & tanquam characteres ipſi apprimat.

Virginis quaſi villoſæ & infantis qui niger imaginationis parentum vi natus eſt effigies.

Cap. 10.



Proditum ab Heliodoro legimus, Perſinam Æthiopiæ Reginam ex Hidaſte marito pariter Æthiope, filiam ſuſcepiſſe albo colore inſignem, quod cum inuiti amplexibus, ex quibus grauida euaſit, eſſet, fixis oculis intentoque animo, in oppoſitam pulchræ Andromedæ imaginem ſe conuertiſſet. Teſtatur Damaſcenus, viſam ſibi puellam vrſi inſtar villoſam, quæ non aliunde eam deformitatem contraxiſſet quam ex eo, quod mater in ipſo excepti & concepti ſeminis articulo, in D. Ioannis Camelina, vt ſolet, pelle tecti imaginem, ex lecti oppoſitis fulcris pendentem, acrius intuita eſſet. Narrant Hippocratem hac cauſarū explicatione, principem quandam mulierem, quæ alba ex marito pariter albo prolem Æthiopis inſtar nigram ob id ſuſceperat, quod concumbens, oculis obuerſantem Æthiopis imaginem fortiter & aſſidue animo comprehendiſſet, adulterii ſuſpicione explicuiſſe.

Monſtri

A *Monſtri pedibus manibuſque bubulis & aliis membris valde horrendi, effigies.*



Sunt, qui putent infante in vtero formato, quod ad ſummum intra duos & quadraginta à conceptu dies fit, nihil iam periculi ipſi à materna imaginatione, vt nec à paterno effuſo in vterum ſemine imminere: quod cum typoſim perfectam adeptus ſit nullis iam rerum extrinſecus appellentium formis conturbari poſſit, quod verum ſit, necne, non eſt huius loci diſquirere. Certe ſatius eſſe arbitror ab rerum eiuſmodi omnium ſpectris & imaginibus grauidam toto geſtationis tempore, quantum fieri poteſt, abſtinere.

Imaginationis in concluſum vtero fœtū poſt typoſim nullam vim eſſe.

B In Steequer Saxoniæ pago, proditum monſtrum memorant, quaternis pedibus bubulis, oculis, ore & naribus vitulinis, carneo rubro & rotundo in vertice tuberculo, carnea præterea ex collo in dorſum velut cuculla pendente, laceriſque & diſciſſis femoribus deforme.

Infantis ranula facie effigies.

C



Anno Domini 1517. in Boſci Regis Paroecia, in Biera ſylua, via ad fontem Bellæ-aquæ, natum eſt monſtrum facie ranali, viſum Ioanni Bellangerio Machinariæ Regiæ Chirurgo, coram Harmoij oppidi iuſtitiæ cuſtodibus, inprimis Ioanne Bribono eius loci Procuratore Regio. Pater vocabatur Amadæus Paruus: Mater Magdalena Sarbucata. Hæc febre diuexata mulierculæ cuiuſdam conſilio ranam viuam manus palmæ affixerat, tamdiu detinendam, quo ad immoreretur parti, eo habitu in viri amplexus venerat de nocte, & conceperat, eam Bellangerius, perſpicaci ingenio vir, monſtroſæ deformitatis fœtus cauſam eſſe arbitrabatur.

D

E

Effigies infantis cum ore & fronte leoninis.



Subſequēns monſtrum in Italia à muliere Hebræa nata, erat ore leonino, intuſque eo dentibus duobus candidioribus & alio quodam oſſe pectori gallinaceo non abſimili deformatum. Poſterius ad regionem, vbi alias cauda propendere ſolet, paulo tamen ſuperius, habebat charactere inſtar verucæ, cęteris omnibus erat homini ad naturæ leges nato conforme, viuumque ſeptimanas quinque manebat. A

B

C

De monſtris, quibus ab vteri anguſtia cauſa eſt.

Cap. VIII.

Quod vteri anguſtia mõſtroſi partus cauſa eſſe poſſit.

MOnſtris quoque ab vteri & locorum anguſtia originem & cauſam eſſe, rerum euentis cõgimur fateri: ſic enim pendentia ex arboribus poma, ſi antequam ad debitam magnitudinem peruenerint anguſtis vaſculis excipiantur, iuſtis incrementis prohibentur. Sic qui mulieribus in delicijs ſunt catuli, ſupra eam, quam à primis ortus diebus habuerint altitudinem, ſurgere vetantur, ædicularum, in quibus altiles habentur, contractionibus. Quis neſcit, depactas in terra plantas, duræ ſilicis aut rei cuiuſuis alterius ſolidioris occurſu, longiori progreſſu, & fibrarum propagatione arceri. Itaque totas tortuoſas, D parte illa exiles & marcidas, alia parte, qua liberum venit alimentum, lætas, & amplius videri: Nam cum Phyſicorum ſententia, locus ſit forma locati neceſſe eſt, vt ea, quæ ſtrictioribus locis concluſa tenentur, motionum ſuarum libertate prohibita, diminuta ſint, manca & mutila.

Empedocles & Diphilus cum monſtrorum ortus tres cauſas agnoſcerent, ſeminis materiam auctiorem aut parciorem, ſeminum corruptionem, & vteri ſeu locorum in amplitudine anguſtia & figura deprauationem, hanc maxime & præſertim celebrarunt: quod in fœtuum ortu, rem perinde, vt in metallorum & rerum fuſilium formatione ſe habere crederent: ex quibus ducta & conflata ſimulachra, res minus exprimerent, ſi formæ, in quas materiæ effunduntur, ſcabræ, aſperæ, contractæ, aut alioqui vitioſæ extiterint.

De monſtris, quibus cauſa eſt à vitioſa matris in accubitu, decubitu, aut alio quouis corporis ſitu per grauiditatis tempus, collocatione.

Cap. IX. E

SÆpe naturæ beneficia corporeæque conformationis in venuſtate & dignitate dotes, praua collocãdi corporis conſuetudine, ſupini nimiuſh & negligentes corrumpimus. Id in omni quidem hominum, præſertim vero in mulierum grauidarum genere deflendu in & calamitoſum eſt, quia vitium id non matris modo, ſed & vtero concluſæ prolis corpus diſtorquet & peruertit Motus enim quacunque ratione nobis, omnia etiam, quæ in nobis ſunt moueri neceſſe eſt Itaque quæ toto grauiditatis tempore domi otioſæ ſedent, quæ decuſſatis cruribus, quæ incuruo & prono in genua corpore telam acu & lana pingunt, ſuunt, aut aliud quoduis onus obeunt, quæ arctius ventrem faſcijs, ſubligaculis aut veſtimentis comprimunt, fœtus edunt obſtipos, repandos, incuruos, gibboſos, pedibus, manibus, omnibuſque artubus diſtortos, vt in ſubiecta imagine licet intueri.

Infan-

A

Infantis, qui à prima in vtero conformatione ſitus materni vitio pedibus, manibuſque diſtortus euaſit, effigies.



B

De monſtris ab ictu, lapſu, aut ſimili aliqua occaſione, cauſam habentibus.

CAP. X.

DVbium eſſe non poteſt, quin ſi qua ex ictu, ab alto lapſu, ſimiliue occaſione ad grauidam perueniat iniuria, pernicies quoque in fœtum peruadat. Hinc ergo ſæpe tenella illi oſſa franguntur intorquentur, luxantur, aut alia quauis monſtroſa fœditate deprauantur. Adde quod ſæpe eiuſmodi caſuum violento incurſu rupta, apertaue vena, aut concuſſo vehementius toto corpore, vel hæmorrhagia, vel vomitus ingens cietur, vnde fœtui ſubducitur alimentum, inde mox tenui & minutulo planeqꝫ monſtroſo futuro.

De monſtris, quibus à morbis hereditariis origo eſt.

CAP. XI.

MOrborum quoque hæreditariorum iniuria monſtroſi euadunt infantes, id eſt, ad monſtrum vſqꝫ deformes. Nam & gibboſis naſcuntur gibboſi, & quidem ſæpe gibboſi vſque adeo, vt anterior poſteriorque gibba in tantam altitudinem aſſurgat, vt in his caput tanquam in ſua teſta teſtudo, reconditum lateat. Sic claudis claudi, ſimis ſimi, & nanis nani, macilentis excarnes & oſſei, præpinguibus & ventroſis, ventroſi, mutilis denique mutili gignuntur.

D

De monſtris ex ſeminum diuerſæ ſpeciei confuſione.

CAP. XII.

HOrrendum dictu, quod ſequitur eſt, ſed dabit veniam caſtus lectoris animus, cogitabitque, id; quod non Stoicis modo, ſed & Philoſophis omnibus rerum cauſas ſedulo perquirentibus. perſuaſum eſſe debet, *nihil eſſe obſcœnum, nihil turpe dictu. Quæ obſcœna putantur, ſine ſcelere dici poſſunt, at patrari ſine ſummo ſcelere furore & amentia nequeunt.* Itaq; ſi quod in obſcœnitate flagitium, id haud in verbo eſt, at totum certe in tacto. Fuiſſe tamen olim memorantur, qui nihil Dei numen, nihil leges, nihil ſeipſos, id eſt, animum ſuum veriti, ſic ſe abiecerunt atque proſtrauerunt, vt inter ſe & pecudem nihil putauerunt intereſſe. Itaque Athei, Sodomitæ, exleges, præſtantiæ & diuinitatis ſuæ obliti, ſed iam pecudes, ſed turpi in belluas transmutatione deformati, deteſtando ſe cum belluis concubitu flagitioſe miſcere non dubitarunt. Tantum hoc ſcelus, tam horrendum facinus, cui expiando omnes, quotquot ſunt, orbis totius ignes non ſuffecerint, etſi ipſi nimium malitioſe callidi tacuerint, conſciæ belluæ effari non potuerint,
E
ſuſcepta tamen biformis proles abunde, Dei vindicis & ſcelerum vltoris opera, locuta & teſtata eſt. Ex varia enim illa & promiſcua ſeminum diuerſæ ſpeciei confuſione, monſtra ſemihomines & ſemibelluæ nata ſunt. Par editur prolis deformitas, ſi varij generis belluæ coeant, natura ſemper aliquid ſibi, quod ſimile ſit, gignere affectante, nam triticum non niſi de iacto in terram tritici grano naſcitur, nec malum armeniacum niſi ex nuce armeniaca. Eſt enim conſeruationis ſui & ſpecierum natura diligentiſſima.

Semihominis & ſemicanis fœtus effigies.

A



Anno Domini 1493. genitus eſt ex muliere & cane fœtus, qui ab vmbilico ſurſum verſus humanam, id eſt, matris effigiem integre referret: inde vero deorſum patrem, id eſt, canem. Id monſtrum ad ſummum, qui tum ſedebat, Pontificem, miſſum ſcribit Volaterranus, meminit & Cardanus. Eius hic ideo appinxi imaginem. C

Lib. 14 de va rie. c. 64. Cœlius Rhodiginus ſcribit, apud Sybarim, paſtorem, nomine Chrathin, capellam deperiuiſſe, & iniuiſſe, exque deteſtando & brutino illo concubitu natum infantem, qui cruribus matrem referret, facie vero patrem.

Nefrendis, capite, facie, pedibus, manibuſque humanis, effigies.



D

Anno Domini 1110. in Eburonum quodam pago, Sue nefrendem editum refert Licoſthenes, qui capite, facie, pedibus, manibuſque humanis, reliquo corpore ſuillum fœtum exprimeret.

Anno Dom. 1564. Bruxellæ in ædibus Ioeſt Dicſzpeert, vico Warmoesbroeckz Sus ſex peperit nefrendes, quorum primus monſtrum erat, capite, facie, anterioribuſque pedibus & omoplatis hominem referens, reliquo toto corpore nefrendem: nam & genitalia fœminæ Sus habebat, cæterorum more ſuilla vbera ſugebat. Sed ſecundo ſui ortus die à plebe monſtri diritate incitata cum matre confoſſus eſt. Eius hic habes imaginem. E

Nefrendis

A

Nefrendis ſemihominis & ſemiſuis effigies.



B

Anno Domini 1571. Antuerpiæ vxor Michaelis cuiuſdam, qui chalcographo operam locabat, commorantis apud Ioannem Mollinum ſculptorem ad inſigne pedis aurei, vico Cameriſtrato, die D. Thomæ ſacra, hora decima matutina monſtrum peperit canis prorſum effigie, niſi quod ceruice eſſet breuiore, capite vero auis, ſed implumi. Vitæ exors fuit id monſtrum quod mater ante tempus peperiſſet. In ipſo partus articulo ipſa magnum clamorem dante, ædium caminus procidit, nemine læſo, ne quatuor quidem infantulorum vllo, qui ad focum ſedebant.

C

Monſtri, capite auis, corpore vero canis effigies.



D

Ludouicus Celleus ſcribit, legiſſe ſe in probato quodam authore, oue aliquando natum leonem, diſparis plane & inimicæ conditionis ac naturæ animal.

Anno Domini 1573. in Zezanæ vrbis ſuburbio, loco qui dicitur Campus Benedictus, in ædibus Ioannis Poleti, ſalis menſoris, natus eſt agnus, hac qua cernis, effigie: editus in lucem mox interiit, nec vitæ, niſi exiguo motu, ſigna vlla dedit, ſub auribus oſculum ipſi viſebatur, Lampetræ oſculo ſimile.

E

Agni monſtroſi effigies.

A



B

Anno Domini 1577. in pago Blandio tribus à Meloduno milliaribus, natus eſt agnus triceps, medium caput reliquis craſſius erat. Blante vno reliqua pariter balabant capita. Id monſtrum ſibi viſum affirmauit Ioannes Belangerius Chirurgus Melodunenſis, ſculpendumque, & cum monſtro humano, quod capite ranali ante deſcripſimus, excludendum curauit.

Agni tricipitis effigies.



Monſtra pa- tro cælo edi- ta.

Sunt quædam monſtra, in quorum generatione ex eo diuini aliquid eſſe videtur, quod huius principia ex generali monſtrorum cauſa, id eſt, natura, ſeu errore naturæ, propter commemoratarum cauſarum particularium aliquam repetere non poſſis. Eiuſmodi ea ſunt monſtra, quæ omnino contra omnem naturã ſunt, quale illud eſt, cuius ante meminimus, editus oue Leo. Horum tamen cauſam Aſtrologi, ne aliquid eſſe, quod neſciant, videatur, ex certis conſtellationibus, aſtrorum cõtuitu, influxuque ſyderum, Ariſtotelis *in Problematibus* ſententia euocant. Cuius rei exemplum, quod ſequitur, commemorant. Alberti Magni temporibus contigit, vt in villa quadam vacca vitulum ſemihominem ederet. Pagani concurſu facto paſtorem quaſi tanti ſceleris conſcium in iudicium rapuerunt; mox cum vacca comburendum: Sed opportune adfuit Albertus Magnus, cui propter Aſtronomicæ artis multiplicem & certam experientiam creditum eſt, non humano aliquo ſcelere, ſed ſtellarum certæ conſtitutionis efficacia id generis monſtrum editum. C D

De monſtris, quæ dæmonum arte & vafriamento ſunt.

CAP. XIII.

Sortilegos eſſe, & quos pacto.

IN hoc de Monſtris, quæ dæmonum vafriamento ſiunt, tractatu, veniam à beneuolo Lectore precamur, ſi forte à propoſito diſcedentes longius, de dæmonum exiſtentia, natura, & ſpeciebus dicere videamur liberius. In primis igitur conſtat, ſortilegos eſſe, incantatores, & veneficos, qui quicquid agunt, ex pacto & commercio cum dæmone, cui ſe addixerunt agunt. Nemo enim in ſortilegorum & incantatorum collegium admitti poteſt, qui Deum Creatorem, & Saluatorem ſuũ non eiurauerit, ipſiq; vni debitũ obſequium, in dæmonẽque, cui ſe deuouerit, non tranſtulerit. Et certe quiſquis ſortilegorũ ſuperſtitionib addicit, id agit, vel quia de Dei numine, promiſſis & ſtudio, ꝓpẽſaq; erga nos voluntate diffidit: vel q̃a futurorũ prę̃ciẽdorũ inſano amore tenetur: vel q̃a paupertatẽ faſtidiẽs ex humili fortuna admaximas opes momẽto vitã affectat. Tales quoſdã homines exſtitere, & cũ ſemel dæmoniacis impulſq; ſacris addixerũt, arte dæmonũ mira multa efficere, corpora corporũq; ſanitatẽ, vitã, rerũq; omniũ mũdanarum E

Quid homines ad ſortilegia inuitet.

condi-

A conditionem pro arbitrio verſare, & corrumpere, conſtans omnium tum Philoſophorum, tum Theologorum veterum ac recentium ſententia eſt. Id & nos cogit fateri experientia: eas enim artes factitantibus hominibus ſtatuta ſunt legum decretis ſupplicia. At de his, quæ nec fuerunt, nec vnquam in hominum notitiam venerunt, leges nullæ conduntur. Iura enim pro impoſſibilibus & non exiſtentibus ea habent, quæ nunquam viſa ſunt, nunquam audita fuere.

Quid dæmones ſint.

Ante natum Chriſtum multi extitere eiuſmodi homines: nam à Moſe, per quem Deus populo ſuo legem dedit, leges in eos latæ leguntur *in Exodo & Leuitico*. In Ochaziam mortis ſententiam per Prophetam tulit Deus, quod ad huiuſmodi homines diuertiſſet. Docemur ſacræ ſcripturæ elogiis, bonos eſſe & malos ſpiritus, hos dæmones, illos Angelos, hos vero diabolos nominari, nam & lex data dicitur per miniſterium Angelorum. Dicitur vero, quod corpora noſtra reſurgent ad ſonum tubæ & vocem Archangeli, dixit Chriſtus Deum miſſurum Angelos, qui electos a terminis cœli excipiant. Teſtatur hiſtoria Iob, diabolum ignem de cœlo dimiſiſſe, pecudes & armenta trucidaſſe, ventos concitaſſe, qui domus quatuor angulos quaterent, & liberos eius ruina inuolutos obruerent.

Exo cap. 22. Leui. cap. 19. Paul. ad He. 2. 14. ad Galat. 3. 19. 1. Theſ. 4. 16.

Hiſtoria Achab meminit Spiritus cuiuſdam mendacij reſidentis in ore Pſeudoprophetarũ. Diabolus
B Satanas ingreſſus in Iudam impulit ipſum ad prodendum Chriſtum. Diaboli, qui magno numero hominis corpus occupabant, dicebant ſe Legio, impetraruntque à Chriſto, vt ſibi liceret ſubire in porcos, quos mox in mare præcipitarunt. Ab initio magnum numerum Angelorum creauit Deus, qui diuini ſpiritus & incorporei cœlum incolerent, Dei voluntatem tanquam nuncij hominibus ſignificarét, & tanquam miniſtri exequerentur, qui hominum rebus tanquam curatores & cuſtodes additi conſulerent. Ex tanto tamen numero extitere nonnulli, quos ſuperbia occæcauit, & præcipites ex Dei Creatoris conſpectu, tetroque cœleſti domicilio deturbauit. Hi nocentes & maligni variis præſtigiis hominum mentibus illudunt, ſemperque aliquid ſtruunt in perniciem noſtram, humanum genus breui exitio daturi, niſi Deus eorum furorem cohiberet, tantum poſſunt, quantum Deus permittit. Cœlo abiecti, alij in aere degunt, alij in terræ penetralibus, illic manſuri, donec Deus apparuerit iudicaturus mundum. Ac tanquam in medio aere nubes nunc ſe in centauros, alias in ſerpentes, rupes, caſtella, homines, aues, piſces, & alias formas conuertere videntur, ſic ſpiritus hi in omnia ſe rerum miracula & ſpecies induunt: ſæpe vero in feras, ſerpentes, bufones, noctuas, vpupas, coruos, capros, aſinos, canes, feles, lupos, tauros, & ſimiles alias. Quin & crebro humana corpora, tum mortua, tum viua corripiunt, pœnis excruciant &
C tangunt. imo etiam in Angelos lucis ſe transformant. Simulant ſe includi cogique annulis magicis, ſed fraudulenta eſt omnis ſimulatio: optant, timent, amant, horrent, ſæpe tanquam ex officio Dei nutu & mandato a ſceleratis maleficiorum pœnas exigunt: nam & malos Angelos Deus in Ægyptum miſiſſe legitur, qui hoſtilia agerent. Vlulant de nocte, tremuntque, & obſtrepunt quaſi vinctis catenis conſtringerentur, ſcamna, menſas, abacos, fulcra, incunabula commouent, puerulos in cunis motitant, fuſillo ludunt, libros euoluunt, nummos numerant, deambulantes per cubicula & cachinnantes audiuntur, oſtia, feneſtraſque adaperiunt, tinnientia vaſa in terram proiiciunt, figulina & vitrea allidunt, aliosque ſimiles ſtrepitus edunt. Horum tamen omnium tumultuum nihil mane ſurgentibus nobis apparet, nihil loco motatum, nihil fractum cernitur. Variis notantur nominibus, nam & dæmones, cacodæmones, incubi, ſuccubi, lemures, laruæ, mali Angeli, ſatanæ, luciferi, lucifugi, mendacij parentes, tenebrarum & mundi principes, legio, & aliis nominibus, pro officij, quo funguntur, diuitate, inſigniuntur.

Ioan. 13. Mar. 1. 26. 34.

Malignorũ Angelorum poteſtas in humanum genus.

Dæmonum differentia.

Diabolica fraudis ludibria.

Dæmonum nomina.

De Subterraneis & lapicidinas incolentibus dæmonibus.

CAP. XIV.

LVdouicus Lauaterus ſcribit ex metallicorum certa renuntiatione, in fodinis quibuſdam videri ſpiritus, qui humano more induti, opus illic faciant, & varie diſcurrendo multum operari eſſe videan-
D tur, cum tamen quieti eodem in loco ſtent. Interim vero nemini adſtantium noceant, niſi forte dicteriis aut cachinno laceſſiti. Tum enim graue aliquid & durum, quod obuium fuerit, in ipſum, qui læſerit, conijcere, aut quauis alia ratione nocere. Fuit vero in Rhetia argenti fodina, nam idem author prodit, ex qua magnam vim argenti Petrus Buotus loci illius Conſul ſuis temporibus eruebat. In ea dæmon erat, qui Veneris præſertim die, cum metallici, quod metalli eruerant, in cuppas effundebant, rerum multarum, tanquam opera vehementer miniſtret, ſatagebat, & ex cuppis in alias cuppas metalla pro arbitrio tranſfundebat. Contigit die quadam, vt ſolito amplius tumultuaretur, adeo vt ex metallicis vnus ei conuiciatus fuerit, abireque in malam inferorum crucem, & deſtinata ſibi ſupplicia iuſſerit. Imprecatione & conuitio offenſus dæmon, capite comprehenſum metallicum ſic contorſit, vt vibrato collo os poſteriora ſpectaret: neque tamen inde mortuus eſt metallicus, ſed aliquot annis poſtea ſuperſtes intorta ſemper ceruice multis probe notus vixit.

Metallicis dæmones quarum rerum ſatagunt.

Quibus modis nos fallant dæmones.

CAP. XV.

E

MVltis modis illudere animis noſtris, terrena corporum fæce inuolutis, dæmones poſſunt: nam eſſentiæ tenuitate ac ſubtilitate, & multo rerum vſu pollent: præterea in ſublimaria omnia multũ ſibi iuris mundi illi velut principes vendicant. Itaque non eſt mirum, ſi mendacij doctores ac parentes ab initio nubes & caligines oculis noſtris obiiciant, in mille rerum corporumque ſpecies ſe induant, quo his præſtigiis & ſutelis tenebras mortalium animis offundant.

Dæmones ſpiritus eſſe & ab æterno.

De Succu-

De Succubis & incubis. CAP. XVI. A

Nominis ratio. *Lib. 15. de ciuit. Dei c. 22. & 23.*

HIs, quæ diximus, artibus & dolis potentes, non raro ſe hominibus tanquam per concubitum miſcuerunt, ex quo, qui ſe viris ſubijciebant, Succubi, qui mulieres appetebant, Incubi ſunt nominati. Equidem haud omnino abnuiſſe videtur D. Auguſtinus, quin in hominem ſe induentes, genitalia velut naturę opera implere poſſint, eo conſilio, vt incautos libidinum ſubiectis flammis tranſuerſos à virtute & caſtitate agant.

Hiſtoria.

Ioannes Rueff, *in libru de Conceptu & Generatione hominis*, ſcribit, temporibus ſuis mulierem quandam libidinis perditæ, & deploratæ verecundiæ, noctu cum dæmone, qui ſe in virum induerat, rem habuiſſe, repenteque à concubitu aluo tumidam euaſiſſe, cumque grauidam ſe crederet, in dirum adeo morbi genus incidiſſe, vt interanea omnia illi per anum exciderint, nihil contra valentibus remedijs.

Hiſtoria.

Similis de Lanij cuiuſdam ſeruo narratur hiſtoria: Ei in venereas cogitationes de nocte profundius demerſo, apparuit diabolus muliebri facie, cum quo (mulierem eſſe ratus) rem cum habuiſſet, genitalia ſic à coitu exarſerunt, vt ſuborto igne ſacro multo cum dolorum cruciatu interierit. Nec vero Petro Paludano & Martino Arelatenſi abſurdum eſſe videtur, aſſerere, dæmones hominem gignere poſſe ſi ſemen viro alicui ſeu mortuo, ſeu viuo ſubductum, in vterum muliebrem effuderint. Eſt tamen abſurdiſſima & falſitatis plena hæc opinio. Semen enim virile ſeminali ſeu ſanguinea materia & ſpiritu multo conſtans, ſi alio à teſticulis, quam in vterum, vel minima mora diuertat, euaneſcentibus è veſtigio calore & ſpiritibus extinguitur. Nam vel ſola virilis membri longitudo maior inter ſterilitatis cauſa cenſetur, quod per illam viæ longitudinem refrigeretur ſemen. Si qui ſint, qui inter concubandum, poſt effuſum ſemen ſtatim à complexu muliebri ſe reuellant, propter ſubeuntem in hiantem adhuc vterum aerem, qui ſemen corrumpere creditur, gignere non putantur. B

Falſitatis cõuicta opinio.

Auerrhois hiſtoria falſi conuincitur.

Ex quibus patet etiam, quam falſa ſit Auerrhois de muliere quadam hiſtoria, quæ ſe filium concepiſſe narrabat ex ſemine virili in balneum, in quod mox digreſſo viro deſcenderat, effuſo, & vtero ſuſcepto. Multo vero minus credibile eſt, dæmones cum mulieribus concumbere poſſe: ſunt enim illi naturæ plane ſpiritalis, atqui ad generationem hominum ſanguis & caro neceſſaria ſunt. Incorporeos dæmones corporearum mulierum amoribus teneri, quæ ratio dabit naturalis? Quibus generationis inſtrumenta deſunt, qui hos gignere poſſe credemus? Qui nec cibo, nec potu replentur, ſemine turgere dici qui poterunt? Iam vero vbi propagatio ſpeciei per ſucceſſionem indiuiduorum neceſſaria non eſt, veneris deſiderium natura non immiſit, & generationis vſum non impertiuit: atqui ſemel creati, Dei nutu immortales ſunt dæmones. Quod ſi gignendi facultas dæmonibus conceſſa eſſet, iamdudum dæmonibus omnia plena eſſent. Si quando ergo ex dæmonum conſortio grauidæ mulieres parere videantur, id illis, quas *ſuperiore capite* diximus, artibus fieri putandum eſt, nempe viuentium mulierum corpora detritis pannis, oſſibus, ferramentis, ſpinis, intortis pilis, fruſtis ligneis, ſerpentibus, & mille aliarum diſcordantium contra naturam muliebrem rerum farragine infarcire ſolent: quibus poſtea adueniente velut partus tempore, per eius, quæ falſo prægnans creditur, vuluam, ante occæcatis & præſtrictis adſtantium muliercularum oculis, exitum ſuis præſtigijs moliuntur. cuius rei fidem faciet ſequens multorum fide digniſſimorum ſcriptorum literis conſignata hiſtoria. C

Dæmonum præſtigiæ.

Hiſtoria.

Extitit Conſtantiæ formoſa virgo Margareta nomine, quæ ditiſſimo ciui ancillabatur. hæc paſſim prædicabat grauidam ſe ex dæmonis conſortio nocte quadam factam. Qua de cauſa eam iuſtitiæ cuſtodes in carcere continendam putarunt, vt quidem exitum habitura eſſet hæc fabula, certo ſibi & omnib. conſtaret. Adueniente legitima velut partus tempore, dolores ſentit parturientium & enitentium mulierum ſimillimos: tandemq. poſt multos & prægrandes obſtetricum conatus, pro humano fœtu, aperto vtero ferrei claui, fruſtula tum lignea, tum vitrea, oſſa, lapides, pili, ſtupæ & ſimiles plane tum à ſe, tũ natura parturientium abhorrentes quiſquiliæ, veteramenta, ac ſcruta, ante à dæmone ad illudendum humanis & nimium credulis mentibus intruſa, diminarunt. Agnoſcit equidem Eccleſia dæmones, Dei ſcelerum noſtrorum vltoris nutu, hominibus ad coitus quandam ſpeciem abuti poſſe. At quod inde humanus fœtus produci poſſit, non modo falſum eſſe adſtruit, ſed & tanquam impium deteſtatur, vt quæ credat, neminem vnquam, ſi Chriſtum Saluatorem exceperis, hominem ſine ſemine virili genitum. Iam vero quæ confuſio & creaturarum perturbatio hunc orbem (vt dicebat Caſſianus) occuparet, ſi liceret dæmonibus ex virorum coitu concipere, aut ſi poſſent mulieres dæmonum conſortio grauidæ fieri? Quot iam monſtra à condito mundo nobis dæmones pepeiſſent: quot prodigia protuliſſent, immiſſo in ferarum & brutorum animantium paſſim vuluas ſemine ſuo? Philoſophorum enim ſententia, quoties facultas & voluntas in idem concurrunt, effectus neceſſario proferri & prodire ſolet: at dæmonibus nunquam defuit voluntas humani generis & mundani huius ordinis conturbandi: Eſt enim (vt aiunt) Dæmon inimicus noſter ab initio, & vt Deus ordinis & pulchritudinis author eſt, ſic dæmon per ſuperbiam Deo aduerſus, confuſionis & turpitudinis. Ergo ſi ad malam illam mentem, malumque animum, ſi ad nequitiæ & inuidiæ voluntatem pleniſſimam, par poteſtas accederet, quis dubitare poteſt, quin ſumma rerum omnium & ſpecierum confuſio, quin ſumma deformitas, mundi huius munditiem comptam, & ornatam monſtris vndique coortentibus ſit inuaſura? Iam vero quæ coeundi, quæ gignendi poteſt eſſe voluntas, vbi nulla voluptas eſt, nulla ſpeciei metuenda mortalitas? Cum igitur dæmones incorporei ſint, venereis illecebris teneri & tentari, quæ dabit ratio? Cum Dei nutu immortales ſint, vt in pœnam miſeri viuant, quid ſucceſſione per indiuiduorum generationem eſt opus? Quare ſi nec volunt, nec poſſunt, nefas eſt putare, eos hominibus commiſceri. D E

Scelera noſtra in cauſa ſunt, cur dæmones nobis abutantur.

A

De Magicis, & trans naturam morbis ac remediis.

CAP. XVII.

QVo Lectoris animum ad has de monstris dæmonum, veneficorumque & sortilegorum hominum — *Iob 2. de abd. cap. 16*
ipsis insectantium arte suscitatus historias mutatum plenius reficerem, visum est, sequentes de
morbis quibusdam remediisque trans naturam ac plane magicis ex Fernelio deceptas cumuli loco su-
peraddere. Exultant morbi, qui vt in homines ab irato Deo immissi sæuiunt, sic aliunde, quam à Deo re-
media expectare nequeunt: ex quo essentiam & curationem trans naturam habere creduntur. Sic aer
plerumque, maxime tamen Dauidis pestilentia contaminatus, sexaginta & amplius hominum millia
neci dedit. Sic Ezechias graui morbo percussus est. Iob vlcere pessimo à Satana Dei iussu fœdatus. Atq;
vt hos cacodæmon humani generis hostis ferus & immanis fere solet Dei permissu infligere, ita homi- — *Sortilegos sed dæmonica instructos arte.*
nes malefici mutis dæmonum artibus vim multis noxamque inferunt. Alij nescio quos inuocant, adiu-
tantque, herbis, exorcismis, imprecationibus, incantamentis & carminibus. alij collo subnectunt, aliter
ue gestant scripta quædam, characteres, annulos, imagines, aliaque nefanda. Alij cantibus vtuntur sonis
B vel numeris, interdum potionibus, suffitibus, & odoribus, interdum fascinatione & præstigiis. Sunt,
qui absentis imaginem cera effingant, & quamuis illius parte compuncta, verborum atque literarum vi in
similem absentis hominem, morbum inferre iactitent, aliaque non pauca de infligendis morbis præcepta.
Compertum habemus, magos, sagas, sortilegos incantamentis nonnullos ita vinxisse, vt cum vxore cõ-
cumbere non possent, alios concubitus impotentes, quasi exectos aut eunuchos reddidisse. Neque so-
lum morbos, verumetiam dæmonas scelerati homines in corpora immittunt. Hi quidem visuntur furo-
ris quadam specie distorti, hoc vno tamen à simplici furore distant, quod summe ardua obloquantur,
præterita & occulta renuntient, assidentiumque arcana referent, eosque multis conuitiis impetant, &
diuinorum verborum potestate terreantur, contremiscant, aut succenseant.

Quidam non ita pridem cum per æstus nocte vehementer sitiret, è somno surgens potu non in- — *Historia.*
uento, obuium malum forte prehendit, idque mandens, fauces sibi quasi manu præcludi, strangularique
sensit, simulque à subeunte dæmone iam obsessus, visus est in tenebris videre à prægandi, nigerrimoque
cane vorari, qui postea restitutus integra mente nobis ordine recensuit. Hunc non pauci ex pulsu, ex ca-
lore & scabritie linguæ febricitare, ex vigiliis & mentis perturbatione simpliciter delirare iudicabant. — *Historia.*

Iuuenis alius familia equestri paucis ante annis, corporis concussione, & quasi conuulsione ex tẽ-
C porum interuallis laborauit, quia nunc solum sinistrum brachium, nunc dextrum, interdum etiam digi-
tum vnicum, alias crus alterum, alias vtrumque, alias corporis truncum tanta celeritate exagitaret, vix
vt à ministris quatuor decumbens cohiberetur. Caput autem inconcussum iacebat, lingua & locutio
libera, mens sana, omnesque sensus integri, vel in conuulsionis ferocia. Decies minimum quotidie cor-
ripiebatur, in interuallis sanus, sed labore confractus. Vera epilepsia iudicari poterat, si mentis sensuum-
que læsio accessisset. Peritissimi quique Medici adhibiti conuulsionem epilepticæ finitimam à maligno
venenatoque vapore spinæ dorsi impacto censuerunt, è quo vapor in eos neruos manaret, qui à spina
in artus quoque ductum, non autem in cerebrum disseminantur. Hæc credita causa vt submoueretur,
clysteres imperantur frequentes, purgationes generis omnis & validæ, cucurbitulæ infiguntur neruorũ
initiis, fotus, vnctiones, emplastra primum, quæ discuterent, deinde quæ roborarent & malignam qua-
litatem obtererent. His parum proficientibus sudores proliciuntur, balneis, æstuariis, & guaiacinæ ebe-
ni decocto, quæ nihil magis profuerunt, quoniam omnes longe aberamus à cognitione veri. Nam men-
se tertio primum deprehensus dæmon quidam totius mali author, voce, insuetisque verbis ac sententiis — *Dæmon prodit se sermone Græco.*
tam Latinis, tum Græcis (quanquam ignarus linguæ Græcæ laborans esset) se prodens multa assidentiũ,
maximeque Medicorum secreta detegebat, deridens, quod eos magno periculo circumuenisset, quod-
D que irritis pharmacis corpus hoc pene iugulassent. Quoties laborantem pater inuisebat, is procul à con-
spectu inclamabat, appellentem hunc arcere, & ab ingressu propulsare, aut torquem è ceruice detrahite
ex hoc enim, vt Gallorum torquatis equitibus in more est, D. Michaelis imago propendebat. Si sacra,
diuinaque coram legebantur, ferocius subsaltabat & inhorrescebat. Cum intermissio erat ferociæ, la- — *Succensent dæmones, & terrentur diuinorum potestate.*
borans in quiete omnium meminerat, quæ inuitum se protulisse fatebatur, & dolebat. Ceremoniis &
execrationibus compulsus dæmon, negabat se crimine damnatum, & spiritum se nuncupabat. Interro-
gatus quis esset, aut quo modo, & qua potestate hæc moliretur, dixit, multa esse intus domicilia, in quæ
se reconderet, & in quiete ad alios commigrare: se in hoc corpus iniectum à quodam, cuius nomen non
efferret, à pedibus ingressum in regiam, & à pedibus egressurum cum præstitutus dies aduentaret. De
aliis non paucis disserebat, quæ etiam ex aliis dæmonum laqueis irretitis interdum audiri solent. Neq;
hæc vt noua profero, sed vt constet, dæmones alias intro subeuntes in corpus, id ipsum variis & inaudi-
tis interdum modis lacessere, alias non intro subire, sed vel viles corporis humores exagitare, vel noxios
E in principes partes traducere, vel hisce venas aliosque ductus obstruere, vel instrumentorum structu-
ram permutare, quibus ex causis innumeri morbi fiunt. Horum dæmones authores sunt, scelerati, per-
ditique homines ministri, omnisque eorum trans naturam est ratio.

Plinius cõmemorat ætate sua principem Neronem vanas, falsissimasq́, cõperisse magicas artes. Sed — *Dæmones duobus modis sanitati nostræ insidiari.*
et diuina profana persequimur, cũ magica & esse & fuisse, quæ in sacris extant de Pythonissa, de muliere ventri-
loqua, de Nabuchodonosor Rege, de magis Pharaonis, aliaq. nõ pauca perhibeãt, De Demarcho narrat
Plinius, cũ degustatis extis pueri in sacrificio immolati, in Lupũ se cõuertisse. Circé vero Vlyßis socios in
illo

illo errore diuturno, poculo mutasse [illegible], apud Homerum legimus, & apud Virg. messes fata [illegible] carmine traduci. Quæ nisi multorum [illegible] te comprobata, contestataque forent, non tam multas leges [illegible] iurisconsultorum prudentia in magos tulisset, nec eis, qui messes incantassent, en lege duodecim tab. [illegible] pœna esset constituta. Vt autem magicis artibus dæmon, non res ipsas, quippe quas generare non potest, sed solas rerum species & spectra quædam exhibet: ita & in his, quæ ad medendi vsum quouis modo [illegible] commodantur, nec certa, nec tuta, sed fallax, captiosa, & periculosa est sanatio.

Captiosam esse quæ à dæmone immittitur sanationem: & sanitatis tantum speciem non veram sanitatem.

Vidi scripta chartula collo subnexa vniuersa corporis icterum vna nocte detergeri. Vidi & febres verbis, ceremoniis quadamtenus profligari, sed quæ mox similiter, aut multo deteriores recurrerent. [illegible] autem & quædam mania, vetereque anilia, quæ quoniam hominum imbecillitatem nimia superstitione studia occupant, superstitiosa dicimus: ea sunt, de quibus dicere nemo possit, cur & vnde [illegible] vires habent. Neque enim à temperamento, neque ab aliis manifestis qualitatibus, neque [illegible] substantia, neque à diuina, vel magica potestate, quibus duobus postremis remedia omnia, quæ [illegible] tam sunt, adeoque morbis essentiam trans naturam habentibus adhiberi debent, continentur. [illegible] modi vero anilia & superstitiosa remedia sunt scripta signa, characteres, annuli, qui nec Dei, nec [illegible] opem implorant.

Rogo, nonne superstitiosum remedium est, comitialem morbum sanari gestis nominibus [illegible] Regum, Gasparis, Melchioris, & Balthasaris, qui Christum adoratum venerunt? Dentium dolorem [illegible] tollere, si quis, dum Sacrum fit, dentes contingat, hæc verba efferens, *Os non comminuetis ex eo.* Vomitiones conquiescere, ceremoniis & verbis quibusdam, quæ medicaturi vel absentes pronuntiant, satis fore rati, si modo laborantis nomen cognitum habeant?

Anilia & superstitiosa ad multos morbos remedia.

Vidi quendam, qui e quacunque corporis parte profluentem sanguinem cohiberet, partis contactu, verba quædam obmurmurans. Sunt, qui hæc commemorent, *De latere eius exiuit sanguis & aqua.* Ad febres sanandas quam multæ circumferuntur preces [illegible] præsentaneum remedium [illegible] *[illegible] febris hæc sit, atque Maria virgini Christi [illegible] partus.* Alias ante [illegible] cum [illegible] recitans secreto Psalmum illum solemnem *Exaltabo te Deus meus Rex.* Si quis [illegible] dixerit, percussum se à scorpione, transire malum protinus tradunt.

Vt verba, ita & scripta in superstitiosis multa numerantur. Ad arcendam lippitudinem, charta, in qua duæ Græcæ litteræ P. & A. inscriptæ sint, circumligata lino subnectatur collo.

Ad dentium dolorem ridiculum hoc scriptum appendunt, *Strigiles, falcesque dentatæ dentium dolorem persanate.* In his etiam, quæ foris admouentur, non leuis plerumque superstitio est. [illegible] nodi illud est Apollonij apud Plinium, *vt interempti dente gingiuas in dolore scarificari.* Ex cerua suspendio interempti, catapotia contra hæret canis rapidi morsus. Comitialem morbum sanari cibo ex carne feræ occisæ eodem ferro, quo homo interfectus sit. A quartana febre cum liberari, qui vinum biberit, in quo dimersus fuerit gladius, quo sit caput abscissum: & eum, cuius vnguium resegmina [illegible] viuæ collo subnectatur in linteolo, illa mox in aquam dimissa. Lienis dolorem sedari, si [illegible] lien [illegible] suspendatur, dicatque Medicus, lieni se medicinam facere. A tussi vnumquemque [illegible] os [illegible] inspuerit, ea mox viua dimissa. Laqueum suspensi circumdatum [illegible] temporibus, [illegible] sedare. Hoc verbum *Abracadabra*, chartæ ea figura inscriptum, qua Serenus tradit [illegible] febribus, maximeque ab hemitritæo liberare. Quid etiam verius [illegible] Latini [illegible], quæ Tithymali species est, solum [illegible] decoctum ruptum detrectionem. Quin & in herbis non pauca videat superstitiosa figmenta, quæ [illegible] ab Andrea & Pamphilo conscripta commemorat incantationes, transformationes, & [illegible] moriumque herbas sacras.

Ad lienis dolorem.

Ad tussim.

[illegible] simpl.

Hæc & similia nunquam putassem hic adscribenda, nisi passim reperirentur tam male sani homines, qui relictis artibus illis & modis, qui à Deo ad corporis humani sanitatem conseruandam pertinent, alio ad superstitiosa & sortilegorum hominum vel dæmonum potius ridicula remedia [illegible] quibus tamen, quem sperabant, euentum aliquando conficit dæmon, quo sic perpetuo illis [illegible], & nefandis sacris suis mancipatos detineat. Neque vero quod plerique hodie iactitant, *à quouis & quauis arte sanitatem, cum opus est recipere, bonum est:* Indignum est Christiano hoc prouerbium: cum potius [illegible], qui dæmoni magis, quam Deo confidit. Non sunt huius sortilegorum & magorum farinæ [illegible], qui carpto lino sicco, vel aqua pura tincto, vulnera simplicia sanant. Non est [illegible] non miraculosum hoc remedium, vt plerique putant, sed plane naturale, à naturæ vulnerum & fracturarum medicatrice [illegible] profectum, cui Chirurgus tantum opitulatur, ea modo impedimenta tollendo dolorem, defluxionem, inflammationem, abscessum & gangrænam, quæ eiusmodi morborum curationem retardant. Quæ sequuntur exempla, dæmonicæ peruersitatis in salutem & vitam nostram maligne aliquid semper & insidiose machinantes fidem facient abunde.

Non esse bonum à dæmone sanitatem accipere.

Mulier quædam Florentiæ, vt scribit Langius, maligno vlcere obsessa, dum intolerabilibus ventriculi doloribus affligeretur, nec Medici opem vllam ferre possent, [illegible] repente oblongos & recurvos clauos, [illegible] cum cera & capillis conglomeratas euomit & postea [illegible] carneum [illegible] Gigantis fauces deglutirent, eructauit.

Lib. epistol. [illegible]

Scribit [illegible] à Christo ex Deipara virgine nato 1539. in quodam [illegible] episcopatus ditionis pago [illegible] accidit, omnem superaret fidem, nisi oculati spectatores [illegible] adhuc superessent: [illegible] Neusesser agricola, cum crudelibus dolorum tormentis in altero hypochondriorum lacere [illegible], subito clauum ferreum sub illæsa cute manu apprehendit, quem Chirurgus illic [illegible] excideret, nec tamen dolores cessarent, sed magis in dies recrudescebant.

Quare

A Quare cum nec aliud doloris fore remedium miſer, quam mortem ſuſpicaretur, arrepto cultello ſibi
guttur abſcidit: Mortuum apertum eſt cadauer, & diſſecto ventriculo lignum teres & oblongum, qua-
tuor ex chalybe cultri partim acuti, partim ſerræ inſtar dentali ac duo ferramenta aſpera reperta fuere,
quorum ſingula Spithami magnitudinem excedebant. Aderant & capillorum inſtar globi inuolucrum,
Dæmonis omnia aſtu & dolo ingeſta. Hæc Langius.

De Mendicantium vaframentis. CAP. XVIII.

EXpoſita monſtrorum hiſtoria, ſequitur, vt de his dicamus, quæ vel ex ſeſe propter naturam admira-
tionis plenam monſtri ſpeciem quandam habent: vel aliunde, nempe hominum fraudibus & fursel-
lis aſſumunt. Ac quoniam dæmonum proxime expoſitis præſtigiis, mendicantium doloſæ artes, quibus
id potiſſimum efficitur, affines ſunt, ideo ab his initium ducemus, quo monitus edoctuſq; earum Chi-
rurgus, cautior ſit & callidior in ipſis, cum occurrerint, diſcernendis.

Anno Domini 1525. cum eſſem Andegaui, ſtabat pro templi foribus vafer mendicus, qui proprio
brachio poſt terga reuincto & abdito, in eius locum ex ſuſpenſi cadauere reſectum thoraci adiunctum
furcula fulciente populo oſtentabat, quaſi igne ſacro correptum, quo prætereuntes in ſui commiſera-
B tionem magis incitaret. Latuitq; fraus, omnibus certatim ſtipem erogantibus, donec tandem haud fi-
deliter adnexum, ſolutis omnibus vinculis in terram procidit, ſpectantibus & obſeruantibus multis.
Comprehenſus & in carcerem deiectus, magiſtratus ſententia, alligato ex ceruice & in pectus propen-
dente adulterino brachio, virgis publice cæſus eſt, & in exilium eiectus.

Erat mihi frater Ioannes Pareus Chirurgus, Vitrei in Britannia Gallica habitans. Is aliquando animad-
uertit mulierculam mendicantem, quæ mammam oſtentabat velut canceroſo vlcere obſeſſam, a-
ſpectu horribili, propter multum & ſordidum pus, quod in ſubiectum linteum manare videbatur. Mu-
lierculæ faciem viuidumque in facie & circumſtantibus vlcus locis colorem, totius denique corporis
colori illi conſentientem cachexiam (erat enim præpinguis & optimo corporis totius habitu) cum pro-
pius & diligentius eſſet contemplatus, facile adductus eſt in ſuſpicionem latentis doli: Coniecturam
ſuam magiſtratui indicauit, impetrauitque, vt mendicam illam ſibi liceret in ſuas ædes deducere, quo
certiore nota rem omnem exploraret. Renudato igitur eius pectore, comperit ſub axilla ſpongiam im-
butam liquore ex brutino ſanguine & lacte commixto, ſambucino tubulo per latentia ficti canceroſi vl-
C ceris foramina decurrente. Ergo calente aqua mammam fouit, vdoq; fotu ſibi inuicem ſupertextas, &
glutine ex bolo armeno, oui albumine ac farina cohærentes, ranarum nigrarum, viridium, & citrina-
rum pelliculas reſoluit, hiſque reſolutis ſubiectam mammam integra ſanitate florentem comperit.
Coniecta in carcerem eo nomine mendica faſſa eſt eas ſe fraudes edoctam à mendico adultero, qui &
ipſe circumpoſito tibiæ liene bubulo, certiſque locis, quibus commemoratus liquor ſtillaret perfora-
to, monſtroſæ magnitudinis & malignitatis vlcus, circumtectis vndique ſordidato linteolo lienis ap-
poſiti marginibus effingebat. Quæſitus ſedulo mendicus adulter comperiri non potuit, ipſa loris operta
in exilium acta eſt.

Vix annus exactus erat, cum in eandem vrbem appulit mire verſipellis alter eiuſdem farinæ men-
dicus, qui occupatis ſtatim templi foribus merces ſuas explicuit, ricam nempe minuta ſtipe, qualis in
pauperes erogari ſolet, onuſtam, ligneum doliolum, & crepitacula, quæ dextra manu comprehenſa
magno ſtrepitu ex interuallis concutiebat. Facies illi craſſioribus puſtulis conſperſa aſſurgebat, conti-
ctis fabrili glutino ex rubro, elephanticorum in morem, liuescente. Hæc eum perſona horridum
aſpectu, omnibus miſerabilem reddebat, quod cauſæ erat, cur illi quiſque de ſuo erogaret. Tum fra-
ter meus ſe illi propius admouit, quæſiuitque, ex quo tempore, tam diro morbo correptus eſſet: ille
obſcura voce & rauca reſpondit ab vtero ſe materno elephanticum prodiiſſe, elephante tam diro ſibi
D vtrumque parentem mortuum, vt membra fruſtatim conciderent. Cæterum laneam circum fauces
faſciolam habebat, qua manu læua ſub pallio contracta guttur ſibi ſic arctabat, vt ſimul multus ſan-
guis ater in faciem aſſurgeret, & vox vix vi erumpens magis rauceſceret: continere tamen ſe non po-
tuit, quin inter loquendum ducendi liberius aeris gratia faſciam remitteret. Quod poſtquam animad-
uertit frater, fraudem ſubeſſe ratus, à magiſtratu impetrauit, vt ſibi liceret, hominem, verene elephan-
ticus eſſet, probare, & examinare. Primum igitur ipſi faſciam ceruicibus circumfuſam exemit, inde
tepente aqua faciem lauit, ſic vt ficta & glutine coagmentata tubercula diſſoluerentur, facieſque vitii
omnis expers, naturali & bono colore ac charactere renideret. Totum inde ipſi corpus renudauit, an-
xieque veſtigatis & luſtratis omnibus membris, nullum elephantis ſignum vniuocum aut æquiuocum
comperuit.

Quod poſtquam reſciuit magiſtratus, comprehenſum ipſum & in vincula coniectum, iterum ter-
tiumque per vrbis compita flagris cædendum, pendente in pectus doliolo, in dorſo vero crepitaculis
tortori tradidit, addita perpetui exilii pœna. Accidit, dum tertia nundinali die cæderetur, vt per iocum
conclamaret populus, ne vereretur eum grauiter cædere, qui ſe elephanticum profeſſus, nihil plane ſen-
E tiret: acclamatione vrgentis populi accenſus carnifex, adeo cædendo inuectus eſt, vt paucis poſt diebus
interierit ille, & mendicus flagris interierit: dignus profecto tali mercede. Nam impoſtorum genus præ-
terquam, quod tanquam ignauum fucorum pecus, hoc vel illo morbo miris modis ſimulato, alieno
labore otioſum viuit, tum etiam non raro coniuratione facta, proborum & frugi ciuium vitæ & fortu-
nis inſidiatur.

Sunt enim, qui ſub veſperam, tanquam ſine lare & foco homines, in ædes exigendæ noctis gratia
intromitti flagitent, intromiſſique mox hoſpite dormiente commilitionibus ſuis ſimilis nequitiæ ho-

Hiſtoria de adulterino brachio.

De mamma canceroſa.

De tibia vlcere mentito.

De elephanticum ſimulante.

Mendicantium multitudo Vrbi perniciosa.

Mendicitatem eſſe omnis nequitiæ ſcholam.

minibus fores patefaciant, omnibusque, quæ poſſunt, elatis, totam familiam trucident. Profectò impoſtoriam iſtam mendicitatem iure omnis improbitatis matrem & ſcholam dicere poſſis. Quot enim lenocinia, veneficia, intoxicatis paſſim puteorum, fontiumque publicorum aquis, & incendia fiunt mendicitatis ſpecie? Vnde exploratores? vnde malarum omnium artium artifices, & miniſtros magis idoneos nanciſci poſſis, quam ex nefario iſto mendicabulorum cœtu? A

Qui deprehendantur ictericorum ſimulantes.

Sunt, qui fuligine in aqua diluta, faciem ſibi, quo icterici appareant, oblinunt. Sed fucum, poſtquam ex oculorum Adnatę tunicę natiua albedine, quę in vere ictericis flauo colore maxime infici & offundi ſolet, primo appulſu & aſpectu ſuboluceris, tum certiore nota deprehenderis, ſi aqua vel ſaliua madefacto linteo deterſa facies, vaneſcente extemplo aſſuta flauitie, laudabili colore refulgeat.

Sunt, qui ventribus herbis ſæuius aſtrictis artus laniaſſe, & turpiter exulceraſſe, cauteriis membra vario ſtigmate inuſſiſſe, proprium corpus medicatorum ſuccorum hauſtu tumidius, macrius & depreſſius reddidiſſe, aut alio quouis modo deformaſſe, non contenti, ingenuos etiam optimatum & bonorum ciuium, à quibus benigne excepti fuerant, pueros furto ſubduxerunt, brachia & crura aut fregerũt aut intorſerunt, linguam abſciderunt, ſternum, pectusque totum depreſſerunt, vt his tanquam propriis liberis, per totum orbem quæſtuoſa peregrinatione circumlatis, nummos vndique corrogarent, flebiliter inclamantes tantam ſibi cladem fulminis diritate & inclementia inflictam eſſe. Denique vniuerſum orbem inter ſe tanquam in prouincias partiuntur, ac quicquid illic noui geritur, quicquid noui adinuenitur, quod ad perſonatæ mendicitatis mangonia & vafiamenta amplificanda pertineat, ſibi mutuo literis communicant: in quam rem peculiare idioma, & ſibi ſolis ſic notum, vt in eo reliqui ſurdi ſint, garritum habent. B

De ficus procidentiamque ani ſimulante.

Flexellius Lutetiæ Doctor Medicus, inuitarat & deduxerat me olim in villam ſuam Champinianam, quatuor ab vrbe miliaribus. Ibi dum forte in chorte deambularemus, ſubito adſtitit craſſa quadam & bene habita virago, eleemoſynam petens in honorem D. Fiacrii, cycladem hæc ſubuculamque ſubrigens, craſſum inteſtinum ſemipedali longitudine oſtentabat, quod illi ex ano velut prociduum propendebat, è quo ſtillabat liquor puri ſimilis, qui crura & ſubuculas turpi & viſu horribili velut tabo, vndique infecerat. Quæſiuit Flexellius, ex quo tempore tali morbo correpta eſſet, reſpondit quartum iam annum morbi agi, hinc ſubeſſe fraudem facile ſuſpicatus eſt. Non enim veriſimile eſſe tam bene habitæ & coloratæ, tantam purulentæ eluuiei copiam, ab interno corpore dimanaſſe: emacruiſſet etiam potius, hectica tabe conſumpta: itaque iuſta ex doli indignitate ira accenſus, toto in eam corpore inſiluit, in terram proſtrauit, conculcauit, peſſundedit pluribus pedem in ventrem inflictis ictibus, reuulſoque cum ſono pendente inteſtino, grauiora veritam coegit technam fateri: haud ſcilicet verum & ſuũ, ſed aſcitum & bubulum inteſtinum eſſe, quod lacte & ſanguine impletum, duobusque extremis renodatum, altero in anum indiderat, ſtillante per cæca foramina tabo. C

De Vteri procidentiam ſimulãte.

Non ita pridem æque proſtituti pudoris mendica Lutetianis pauperum curatoribus ſe obtulit, rogans, vt in album pauperum ſtipendioſorum referretur, ſibi enim ex laborioſo & difficili partu vterum procidiſſe, itaque non potis eſſe aliquid operæ facere, vnde victum compararet. Tum illi, eam de more à Chirurgis ei muneri deſtinatis, probari & examinari iuſſerunt. Hi re tota eius luſtrata & cognita, fraudem ſubeſſe renuntiarunt. Veſicam namque bubulam inſpirato flatu ſemiplenam, & turpi ſanguine oblitam, ceruicis extremo, ad quod ſpongiolam attexuerat, in vteri ſui ceruicem intruſerat, mox enim vteri ſolita & humida eluuie diſtenta & turgente ſpongiola, bubulam veſicam propendentem ſtabiliri ſic, vt ſine prolapſionis metu facilis mendicæ inceſſus eſſet, nec niſi ſumma vi reuelli poſſet. Ob hæc vafiamenta in carcerem coniecta eſt, & loris ante à carnifice operta, in exilium relegata. Haud huic abſimilis eſt eorum techna, qui ſcite appoſito inguini ventre ouillo, hernioſos ſe ſimulant.

De mendica anguem ventre concluſum ſimulante.

Anno Domini 1561. Lutetiam appulit virago Normana carnoſa, ſucculenta, & egregie opima, ferè trigenaria, oſtiatim hæc victum quæritans, libenter optimates mulieres conueniebat, infortunium his ſuum enarrans perquam familiariter, & flebiliter dictitans, ſibi in aluo anguem eſſe, qui per os irrepſiſſet, dum in ſegete canabina forte obdormiuiſſet. Hunc ſe perenni iactatione vibrantem, tactu explorandum, manu abdomini admota ſingulis exhibebat: addens hoc etiam, illum interaneorum torminoſa arroſione diu noctuque ſibi eſſe infeniſſimum. Mouebat omnes & in admirationem rapiebat triſtis caſus nouitas, itaque quod poterant, re & conſilio iuuabant. Extitit vna inter cæteras pia benignitate inſignis, quæ Hollerio Doctore Medico, Caballo & me Chirurgis aduocatis, quæſiuit num qua via anguis ille eliminari poſſet. Hollerius illi valens catharticum exhibuit, ſperans futurum, vt irrita excretrice vi, vna cum noxiis humoribus fera latibulo ſuo depelleretur. Sed ſpes illa euentum non habuit. Itaque cum rurſum conueniſſemus, viſum eſt vt intromiſſo in vteri ceruicem ſpeculo, ſpecularemur, nũquid eius caudam aut caput oculis aſſequi poſſemus. Sed facta per me ampla vteri dilatatione, nihil tale intueri licuit. Tantum animaduertimus voluntarium quendam motum, cuius ipſa mendica ſibi author erat, contractis & dilatatis epigaſtrii muſculis. Quod cum notaſſemus, fraude & impoſtura perſpecta, viſum eſt, quo illam perterrefaceremus, atque ad profitendam technam compelleremus, edicere, illi rurſus aliud, ſed valentius catharticum eſſe ſumendum, vt quod priore, quia blandius eſſet, conſequi non valueramus, id poſteriore longe validiore perficeremus. Illa diſſimulato metu, ſibi doli probe conſcia, cum diſceſſiſſemus, ſub veſperam compoſitis ſarcinulis, vnaque aliis, quæ ad ſe non pertinebant, conſertis, clam diſceſſit inſalutata hoſpite, ſicque demum fraus bene diſſimulata nobilis & probę mulieris diſpendio patuit. Mendicam ego illam ſex diebus poſt equo ſarcinario viriliter inſidentem, & vna cum Pelagiorum piſcium abactoribus effuſe ridentem, atque, vt credere par eſt, in patriam redeuntem, cum iam hic eius impoſtura diuulgata eſſet, ad Montis Martyrum portam conſpexi. D E

Qui ſe

A Qui ſe mutos ſimulant, linguam in os contrahunt & reduplicant. Qui pro epilepticis ſe iactant, vtrumque carpum manicis ſibi ferreis arctè cingi curant, in lutum ſe mergunt & voluunt, ſanguine tetro caput ſibi conſpergunt & deſœdant, artus, totumq; corp⁹ vibrato motu cõcutiunt. Deniq; ſapone in os indito ſpumantem ſaliuam euomunt, eorum inſtar, qui epileptico inſultu agitantur. Alii glutinum quoddam ex diluta farina conficiunt, quo totum oblinunt corpus, quaſi lepra ſeu ſancti Manis morbo incruſtarentur. Nec vero nouum eſſe & hodiernum hoc perſonatæ mendicitatis & ſubdolæ impoſturæ mangonium putandum eſt: Vigebat iam olim in Aſia Hippocratis temporibus, quemadmodum ipſe meminit *libro de Aere, Locis & Aquis*. Sed quo altius radices egit, & temporum multo decurſu magis inueterauit id malum, eo diligentius & ſtudioſius reſcindendum eſt, acribus ſuppliciis in eius artifices ſancitis & irrogatis, quia perſonata hac mendicitate tanquam deſidiæ altrice, & omnis improbitatis officina, quod bonis adimitur, tranſit ad impios. Vnus vero impius & ingratus miſeris omnibus nocet.

Techna epilepticos ſimulantium.

Techna lepram ſimulantium.

De his, quæ monſtroſa in morbis contingunt. CAP. XIX.

B NOuiſſime commemoratis, monſtri aliqua ſpecies mendicabulorum ſutelis ad turpem quæſtum aſſuitur. Sequentibus vero ſi quid ineſt monſtrifici à natura eſt, ſed cæca & occulta, quibuſdam modis quaſi miraculoſè agente. Sic certè in morbis etiam ſæpe contingunt monſtra. Ad ſancti Angeli oppidum Franciſcus Miles ex turma Capitanei Mareti vulnus in ventre accepit, manuario tormento inflictum, inter vmbilicum & ilia. Haud equidem glans extracta eſt, quia ſedulo veſtigantibus Chirurgis reperiri & occurrere non potuit. Qua de cauſa grauibus & torminoſis doloribus conflictatus eſt, donec nono demum poſt vulnus die, glandem per anum excreuit. Itaque intra tres dehinc hebdomadas planè conualuit. Curabat illum Simon Crineus Chirurgus turmarum gallicarum.

In morbis etiam contingere monſtra.

Glans ſclopeto in ventrem excuſſa & tandem per anum reddita.

Ioannes Papa ſancti Albani in Delphinatu dominus, in conflictu ad Caſenuum, tria manuario tormento in corpus penetrantia vulnera tulit, quorum vnum ſub larynge, qua parte velut nodo protuberat iuxta pulmonis fiſtulam ad vſque vertebrarum ceruicis initia penetrabat, quo loco hæſit, adhucque hæret glans plumbea. Hinc multa & horrenda hominem corripuere ſymptomata, vt febris & ingens colli totius tumor: adeo vt totos decem dies nihil niſi iuſcula & liquida deglutire potuerit. Conualuit tamen hodieque etiam valet cura Iacobi Alanii Chirurgi.

Glans plumbea per laryngem ad vſq; primã ceruicis vertebram intruſa & hærens incolumi ægro.

C Meminit Alexander Benedictus ruſtici cuiuſdam, qui miſſili telo dorſum tranſuerberatum cum fuiſſet, haſtili extracto ferrum intus reſtitit, duos tranſuerſos digitos longum, & hamulis conſertum, lateribusque horridum. Cum id Chirurgus anxiè & ſolerter quæſiuiſſet, comprehendere nunquam potuit, itaq; vulnus occluſit. Sed ſecundo menſe poſt ferrum id quamlibet hamulatum per anum prodiit.

Lib. 3. anat. cap. 9.

Ferrum hamulatum dorſo intruſum & per anum poſtea redditum.

Narrat idem, Venetiis virginem acum deglutiuiſſe, quam biennio poſt cum vrina reddidit, calculoſa materia circum viſcoſos humores collecta, & coagmentata obductam. Margareta Perlana Gulielmi Guerreri pannarii mercatoris Lutetiæ ad Iudæorum vicum commorantis vxor, dum rus equo veheretur, acus ex ſubiecto forte aciculario in dextram natem ſe ita alte intruſit, vt nulla arte, nulla vi reuelli inde potuerit: Quæ bimeſtri poſt miſit ad me, qui ſe inuiſerem, coramque narrauit, ſe quoties in mariti amplexus veniret, extremos & pungentes dolores in dextro inguine pati, admota manu, dum locum tractarem, occurrit digitis aſperum quid & durum. Itaque ſic egi, vt acum inde planè iam rubiginoſum extraxerim. Miraculo apponi hoc debet, quod chalybs natura ſua grauis ſurſum à nate ad inguen contenderit, & ſemoris muſculos nullo abſceſſu genito penetrauerit.

Acus deglutita & cum vrina excreta.

Acus per natem intruſa & inguine tandem educta.

Anno Domini 1566. Laurentii Collo duo liberi calculorum extrahendorum artifices experien-

D tiſſimi calculum extraxerunt, nucis iuglandis craſſitie, in quo medio acus ei planè, quo ſutores vti ſolent, ſimilis depicta videbatur. Calculoſo nomen erat Petrus Coquinus via Garandea ad plateam Malbertinam, puto illum adhuc ſuperſtitem viuere. Carolo nono Regi propter rei monſtroſæ nouitatem calculus ille me præſente oblatus eſt, quem mihi à Chirurgis illis dono datum diligenter in ſecretioribus capſulis aſſeruo.

Acus in calculo è veſica extracto depicta.


Anno Domini 1570. Duciſſa Ferrarienſis Lutetia Montem-argium acciuit Ioannem Collo, qui calculum è veſica piſtori dulciario extraheret. Calculus ille etſi pugni craſſitiem haberet, nouemque vncias penderet, fœliciſſime tamen incolumi ægro reuulſus fuit, Franciſco Roſſeto & Ioſepho Iauello Duciſſæ medicis experientiſſimis & doctiſſimis præſentibus. Non multum tamen temporis poſt piſtor ille interiit ex vrinæ ſuppreſſione per obſtructionem ab exiguis duobus aliis calculis, qui è renibus in veſicam deſcenſuri, in media vretherum via ſubſtiterant.

Calculi extracti figura fuit eiuſmodi.

E

Calculi dulciario piſtori extracti figura.

A



B

An. natiu. Anno Domini 1566 Laurentius Collo filius, cuidam, Marlium comoranti, mentulæ tractor ex eo cognominato, quod ab ætatis ſuæ anno decimo, calculo iam obnoxius, pudendũ aſſidue ſcalperet, calculos tres è veſica extraxit, ſingulos oui gallinacei craſſitie, omnes colore albos, & ſimul duodecim vncias pendentes, Regi Carolo tum ad Sancti Mauri à foſſis fanum degenti, cum oblati eſſent, vnum malleolo confregit, in eoque medio alius inuentus eſt colore caſtaneo, cæteraque nuci mali perſici ſimilis. Tres illos calculos mihi à Chirurgis illis fratribus dono datos hic ad viuum appingendos curaui. C

Calculorum trium commemoratorum, quorum vnum confractum cernitur effigies.



D

Multos ego mortuorum diſſectis cadaueribus variæ formæ ac figuræ calculos, vt nefrendum, catulorum & ſuntium adnotaui. Narrat Dalechampius, viſum ſibi hominem, qui per lumborum abſceſſum, qui in fiſtulam degenerauerat, multos è renibus calculos excerneret, nihiloque minus in equo & curru vehi facile ferret. Mulieri diris torminum & dolorum alui & ani cruciatibus exercitatæ Ioannes Magnus Medicus Regius doctiſſimus & experientiſſimus medicinam cum faceret, accerſiuit me, vt indito in anum ſpeculo, ſpecularetur, num quæ tanti, tamque pertinacis doloris cauſa ſubeſſet aſpectabilis. Cum nihil intuitus eſſet oculis, vnde in cauſæ dolorificæ cognitionem duceretur, E

Calculus vi catharticorum ano excretus.

rationem

A rationem ducem ſecutus crebro clyſtere indito, & catharticis propinatis ita egit, vt tandem calculum ægra excerneret, pilæ palmariæ craſſitie: quo excreto dolores omnes quieuere.

Famula Dyſeridis, vt narrat Hippocrates, in Lariſſa cum iuuencula eſſet, vbi venere vteretur, fortiter circum circa dolebat, alias autem ſine dolore erat, concepit autem nunquam. Et cum ſexaginta eſſet annorum, dolebat à meridie, veluti ex partu laboraret. Hæc cum ante meridiem porrum edisſet multum, poſtquam ipſam dolor corripuit vehementiſſimus & priores omnes excedens, exurgens aſperum quiddam in ore vteri deprehendit. Poſtea cum ipſa in animi deliquium incideret, alia mulier immiſſa manu, expreſſit lapidem aſperum magnitudine verticilli fuſi, & ſana tunc ſtatim & poſtea erat. *5.epid.* *Calculus vteri ceruice redditus.*

In muliere, quæ vt narrat Hollerius, quatuor menſium ſpatio, incredibili vrinæ cruciatu laborauerat, duo calculi reperti in corde ſunt, cum multis abſceſſibus, integris renibus & veſica. *Lib.1.cap de palpit.cord.*

Anno Domini 1558. Ioanni Bourlierio ſutori veſtium in ſancti Honorati vico aquoſum in genu abſceſſum aperui, in quo calculum reperi, album, durum & leuem, amygdalæ craſſitie, quo extracto conualuit. *Nulla certe corporis pars eſt, in qua calculi non facile concreſcant.* *Nullam corporis partem eſſe in qua calculi concreſcere nequeant.*

Antonius Beniuenius Medicus Florentinus ſcribit, mulierem quandam acum æream ſine vllo do-
B lore deuoraſſe, indeque annum integrum indolentem exegiſſe: ſed hoc exacto ingentes dolores ventrem adorti ſunt: quos vt ſedaret, Medicos quoſcunque potuit, conſuluit, nulla interim deuoratæ acus mentione facta. Itaque nihil illi opis erat infinita remedia tentarentur, allatum eſt, integrumque biennium in doloribus exegit, donec tandem per exiguum ad vmbilicum foramen prodiit acus, tumque ſibi reſtituta eſt. *Acus deglutita & biennio poſt vmbilico reddita.*

Studioſus adoleſcens Chambellanus Biturix in Præleo collegio graminis ramulum deglutiuit, qui poſtea integer per intercoſtale ſpatium magno cum adoleſcentis vitæ periculo erupit. Non potuit eo penetrare, niſi ante pulmonum, ſuccingentis membranæ, & intercoſtalium muſculorum pertuſa & perrupta ſubſtantia, ſuperſtes tamen euaſit adoleſcens medicinam ei Fernelio & Huguetio facientibus. *Graminis ramulus deglutitus & integer per intercoſtale ſpatium redditus.*

Cabrolius Polemarchi Danielis Chirurgus, narrabat mihi nuper Franciſcum Guillemetum Someriæ, octo à Monſpeſſulo milliaribus Chirurgum, curaſſe & ſanaſſe paſtorem quendam, quem deglutire gladium ſemipedem longum, cum corneo manubrio pollicari craſſitie, obuii prædones coegerant. Eũ ſemeſtre integrum magnis tamen cum doloribus in dies macreſcens, ac tantum non tabeſcens continuit, donec tandem abſceſſu ſub inguine cum magna puris valde fœtidi copia oborto, præſentibus
C militiæ cuſtodibus erupit & extractus eſt, depoſitusque apud Iobertum Medicum Monſpeſſulanum. *Gladius deuoratus oborto ſub inguine abſceſſu erupit.*

Principi Rohano erat Morio, Guido nomine, deglutiuit ille aliquando enſis mucronem tres digitos longum, duodecimoque poſt die per anum, quanquam ægerrime reddidit. viuunt adhuc nobiles multi Britones, huius rei oculati teſtes. *Enſis mucro deglutitus & ano redditus.*

Viſæ ſunt grauidæ non paucæ mulieres, quæ fœtum in vtero mortuum fruſtatim ſic excreuerunt, vt oſſa, rupto ad vmbilicum exitu, manarent: carnes vero, velut in pus colliquatæ, per vteri ceruicem & anum diffluerent, ſuperſtitibus matribus, quemadmodum ex Albucaſi notat Dalechampius. *Miræ fœtuum ab vtero excretiones.*

Nonne vero monſtri ſimile eſt, extitiſſe mulieres, quæ hyſterica ſuffocatione correptæ, triduum totum ſine motu, ſine reſpiratione, pulſuſque, quod equidem appareret, iacuerint, pro mortuis per errorem elatæ. *Hyſterica promortuis elata.*

Adoleſcens quidam, vt prodit Fernelius, à paulo vehementiore exercitatione, cum acerba tuſſi nullo puncto temporis intermiſſo torqueretur, vomicam integram columbini oui magnitudine excreauit, in qua aperta pus exquiſite album & æquale deprehenſum eſt. Cruenta excreatio integrum biduũ perſtitit magna febre, magnaque corporis perturbatione. At nihilominus ſeruatus is eſt atque ſanitati
D reſtitutus. *Expectorata vomica oui columbini magnitudine.*

Anno Domini 1578. Stephana Chartieria ſancti Mauri à foſſis incola, vidua quadragenaria, febre tertiana laborans, paroxyſmi initio magnam vim euomuit humoris bilioſi, vnaque villoſos tres vermes figura, colore & magnitudine erucis ſimiles, ſed atriores tamen, qui inde integros octo dies vixerunt ſine vllo alimento. hos pagellus Chirurgus ad Milotum Doctorem medicum detulit, qui ipſorum copiam Feuteo, Criſtio, Marcecotio & Cortino Medicis mihique fecit. *Vermes febrili excluſi paroxyſmo.*

Quod ſequitur ex Monſtreleti chronicis, omnem ſuperat admirationem. Immunis quidam ſagittarius, ex Medono quatuor à Lutetia milliaribus, propter latrocinia damnatus erat rei capitalis. Interim à Medicis Regi renunciatum eſt, multos ea tempeſtate calculoſis torminibus Lutetiæ diuexari, & præ cæteris Boſci Dominum, è re & ſalute multorum futurum, ſi partes ipſas, in quibus tam dirum morbi genus concreſceret, oculis luſtrare & contemplari daretur. Longe id melius in viuo homine, quam in mortui cadauere perſpici. Experiri id licere in ſagittarii immunis morti addicti, & olim his malis diſcruciari ſoliti corpore. Impetratum à Rege eſt: itaque recluſo corpore ſpirantes partes contemplati & ex voto rimati ſunt Medici, hiſque diligenter & exacte conſultis ac ſuo loco reſtitutis, iuſſu
E Regis conſutum corpus eſt, qua recluſum fuerat, & ſummo ſtudio adhibito curatum. Ita factum eſt, vt ſagittarius ille intra paucos dies conualuerit, culpæque venia impetrata, grandi inſuper pecunia donatus. *Superat hæc narratio nõ omnem modo admirationẽ ſed & fidem.* *Pract.li.64.cap.1.*

Narrat Alexander, viſam ſibi mulierem nomine Victoriam, quæ prolapſis omnibus dentibus cũ calua euaſiſſet, alios demum in amiſſorum locum ſuccreſcentes recuperauit anno ætatis octogeſimo. *Renati dentes anno ætatis octogeſimo.*

Stephanus Tellierus Chirurgus Autelianenſis narrauit mihi, non ita pridem, curaſſe ſe Carolum Verguellum apparitorem Aurelianenſem ex vulnere in poplite accepto, quo duo tendines poplitem flectentes penitus reciſi erant. Curationis vero hanc rationem iniuiſſe. Iuſſiſſe ſcilicet ægro, vt crus flecte-

flecteret, tum reſciſſorum tendinum extrema extremis oppoſitis aſſuiſſe, inde membrum eo ſitu collocaſſe, & ea arte tractaſſe, vt vulnus tandem ad cicatricem perduxerit, ægro nullatenus claudicante, facinus profecto memorabile, & tyroni Chirurgo caute imitandum. A

Quam multos ipſi vidimus, qui enſe, telo, glande manuario tormento eliſa, traiecto corpore, qui ex capitis vulnere cerebri portione abſciſſa, qui brachio aut crure toto globo murali tormento excuſſo abreptis, ſuperſtites conualuere: quam multos contra, qui ex minimis & leuiſſimis vulneribus interiere.

5 epid. *Quidam iuxta inguem ſagitta percuſſus, quem nos ipſi vidimus*, prodit Hippocrates, *maxime præter omnium opinionem ſeruatus eſt. neque enim cuſpis exempta eſt, erat enim valde in profundo, neque ſanguinis eruptio vlla fuit admemorabilis, neque inflammatio, neque claudicauit. Ceterum cuſpidem inuenimus nos, ipſam que eximimus, cum iam ſex eſſent anni, ex quo ſauciatus erat.* Nec vero tam longæ moræ aliam ille reddit Hippocrates rationem, niſi quod, inquit, ſuſpicio erat, inter medios neruos cuſpidem occultatam fuiſſe, nullamque venam aut arteriam diſſectam eſſe.

De mirabili quorundam animalium ortu. CAP. XX.

In hiſtoriis prodigioſis. Ex cadauere humano vulgare eſſe ſerpentes naſci.

PRoditum apud Boiſtæum legimus, Auenionenſem quendam opificem, quo tempore ipſe in ea vrbe habitabat, feretrum plumbeum, in quo cadauer erat, fideliter vndique ferruminatum, ſic, vt ne aer quidem ſubire poſſet, recluſiſſe, dumque recluderet, à ſerpente intus concluſo demorſum, lethali & venenato adeo morſu, vt parum abfuerit, quin moreretur. non eſt tamen tam prodigioſus huius animalis ortus, quam ille putat, vulgare enim eſt, ex putrente quouis cadauere, præſertim vero humano, ſerpentem naſci. B

Serpens & innum viuens, que in ſolido marmore.

Sebaſtianus Baptiſta Leo, Martini Quinti ſummi Pontificis temporibus, in vaſto ſed ſolido marmore, inuentum fuiſſe ſerpentem viuum inclutum, nulla in tam denſa ſoliditate apparente rimula, qua aerem ducere viuum id animal poſſet.

Cauſa tam miræ animalium in ſolidis marmoribus generationis.

Dum in vinea mea, quæ ad Medonum eſt pagum, diffringenda curarem vegrandia quædam ſaxa, in vnius medio buffo compertus eſt: Cum ego id magnopere mirarer, quod nullum extaret ſpatiū, in quo id animal gigni, augeri, & viuere poſſet, vt deſinerem mirari, monuit lapicida: peruulgare enim, & plus quam quotidianum id eſſe. Fieri certe poteſt, vt ex lapidum ſubterraneis & vdis locis incluſorū, humidiore portione per putredinem diffluente, & à cœleſti calore ſe per vniuerſam mundi molem miſcente ac diffundente, animata ſuppetat materia eiuſmodi animalium generationi.

De marinorum aliorumque animantium mirabili natura. CAP. XXI. C

Raritas quandam habet monſtri ſpeciem.

ATque hæc ortu, vel incremento potius mirabilia ſunt animantia: quæ vero ſequuntur, etſi ex ſeſe mirabilia non ſint, vt quę natura propria & ſua conſtent, eademque bene & ordinario modo agente, nobis tamen mira ſunt, vel etiam monſtroſa, quod non admodum nobis familiaria ſint, & frequentia. Nam & ipſa raritas, & corporum vaſtitas monſtrifica quodammodo eſt. Huius generis multa, præſertim in mari, cuius penitiores receſſus hominum peruii non ſunt, exiſtunt: vt Tritones, qui à pube ſurſum verſus humana & Viuili effigie perhibentur. Et Sirenes ſeu Nereides, quæ Plinio authore muliebri facie, ſquamis modo hiſpido corpore ſunt, etiam qua humanam effigiem habent, neque tamen monſtrifica ante dicta ſeminum contagio & commixtio, hic locum habet. quandoquidem, vt nuper dicebamus, ſua natura conſtant & propria.

Lib 9. cap. 5.

Mena, quo tempore Præfectus Ægyptum regeret, & ad Nili ripam deambularet, prodeuntem, vidit ab aquis marinum hominem, humana plane ad pubem vſque effigie, facie ad grauitatem compoſita, cæſarie flaua, canis tamen aliquot pilis conſita, ſtomacho oſſeo, brachiis vero ſcite diſtinctis & dearticulatis. cętera in piſce deſinebat. Triduo poſt ſub auroram monſtrum aliud marinū apparuit, ſed muliebri vultu, quemadmodum faciei lineamentorum mollities, promiſſus capillus, tumentesque mammæ ſatis indicabant, vtrumque id monſtrum tamdiu aquis eminuit: vt cuilibet pro arbitrio contemplari liceret. D

Tritonis & Sirenis Niliacorum effigies.



E

A Noſtra ætate, inquit Rondeletius, in Nortuegia, captum eſt mari procelloſo monſtrum, cui, quotquot viderunt, Monachi nomen ſtatim impoſuerunt, propter hanc eius, quam cernere erat, effigiem.

Piſcis monachi habitu effigies.




B

C

Anno Domini 1531. viſum eſt monſtrum marinum, epiſcopi habitu ſquamis obtectum, id deſcripſerunt Rondeletius & Geſnerus.

Piſcis epiſcopi habitu effigies.



D

E

Ab Hieronymo Cardano accepiſſe ſe monſtrum hoc, quod capite eſſet vrſino, brachiis, manibuſque ſimiæ, profitetur Geſnerus. A

Capite vrſino monſtri marini effigies.



Non diu ante obitum Pontificis Pauli tertii, in medio mari Tyrrheno captum fuit id monſtrum, & B Pauli ſucceſſori oblatum, figura & magnitudine plane Leonina erat, ſed corpore ſquamoſo, vocem humanæ ſimilem ſonabat. Deductum Romam eſt magna cum omnium admiratione, ſed illic haud diu vixit, proprio naturalique loco & alimento deſtitutum, quemadmodum à Philippo Foreſto proditum eſt.

Lib. 5. chron.


Piſcis Leonini & ſquamoſi effigies.



C

Anno Domini 1523. tertio Nouembris, viſum eſt Romæ marinum hoc monſtrum, magnitudine pueri quinquennis, humana ad vmbilicum vſque, auribus exceptis, effigie, reliqua vero piſcis.

Monſtri marini humana facie effigies.




D

Monſtri huius marini meminit Geſnerus, eiuſq; imaginem à pictore, qui id Antuerpiæ viuum viderat, accepiſſe ſe prodit. Caput furiale plane quid præ ſe fert, cornu duplici inſigne, & auribus prominentibus, brachiis homini haud abſimilibus, cætera piſcis eſt. Captum eſt in mari Illyrico, dum ab a- E quis in littus puerulum illic exiſtentem abreptur ũ, emerliſſet, coniectis enim à piſcatoribus, qui ipſum obſeruabant, lapidibus, læſum paulo poſt in littus vnde aufugerat, regreſſum, expirauit.


Dæmonis

A *Dæmonis marini effigies.*



B Monſtrum marinum capite, crinibus, & pectore equino, reliquo corpore piſcis, viſum in mari Oceano & Romam allatum, ſummoque Pontifici oblatum prodit Geſnerus.


Monſtri marini effigies.



C Prodit Olaus Magnus, ſibi vitulino capite & facie monſtrum ad littus Bergæ, cuius incola eſt, captum, dono datum fuiſſe à nobili quodam Anglo. Simile huic nuper Carolo IX. Regi oblatum eſt: nutritum in viuario Fontis bellæaquæ diu vixit, ex aquis ſæpe in terram progrediens. Alius eſt hic piſcis à vitulo marino vulgari.

Vituli marini monſtroſi effigies.


D



In mari Oceano viſum eſt ingens id monſtrum, capite apri, caninis dentibus longioribus in-
E cidentibus & acutis ſquamis miro ordine à natura diſtinctis obiectum, vt in hac imagine intueri, licet.

Apri


Apri marini effigies. A



B

Marinum id monſtrum captum ad Thylem inſulam Septentrionalem ſcribit Olaus Magnus Anno Domini 1538. magnitudine fere incredibili: vt quod duorum & ſeptuaginta pedum longitudinem haberet, altitudinem vero quatuordecim, ſeptem pedum inter oculos interſtitium, iecur vero adeo vaſtum, vt eo quinque dolia impleta fuerint, caput ſuillum, creſcentem velut in ſummo dorſo lunam, ternos in ſingulorum laterum medio oculos, totum corpus ſquamoſum.

Suis marinæ monſtroſæ effigies.



C

Elephas marinus terreſtri maior.

Veternoſus elephantus marinus ſomno.

Elephas marinus, elephante terreſtri maior eſt, quemadmodum ſcribit Hector Boetius *in deſcriptione Scotiæ*, amphibium animal eſt, dentes duos habens elephantis ſimiles, quibus quoties ſomnum inire vult, ad rupes ſe infixu tenaci ſuſpendit, tumque adeo alte dormit, vt nautis id ex alto conſpicientibus otium ſit appellere ad littus, circumiectiſque craſſioribus funibus ipſum conſtringere. Sed cum ne ſic quidem excitetur lapidibus coniectis impetunt, magnum ſtrepitum cient, quibus expergefactus conatur in mare magno & ſolito impetu reſilire, ſed vinctum cum intuetur, adeo manſueſcit, vt tra- D ctandum ſe ad arbitrium præbeat. Tum igitur ipſum mactant, adipem eliciunt, detractumq; corium in corrigias diuidunt, quæ quia validæ ſunt, & nunquam putreſcunt, magno in pretio habentur.

Elephantis marini effigies.



E

Orobi.

Arabes Mazouani montis, qui ſecundum mare rubrum porrigitur, incolæ, Orobone fere piſce nutriuntur, is reliquis piſcibus terribilis & valde ferus eſt, nouem aut decem pedes longus, latus vero pro longitudinis ratione, ſquamis Crocodili inſtar integitur.

Effigies

A

Effigies Orobonis.



B

Crocodilus vaſtum animal eſt, quindecim cubitos longum, cumque haud viuiparum, ſed ouiparum ſit, oua, quod ſummum eſt, ponere ſolet ſexaginta, anſerinis non maiora, ex tantulo principio ad tantam prouectum magnitudinem (excluſus enim fœtus ouo genitali proportionatus eſt) viuax valde eſt. Linguam adeo conſtrictam & impeditam habet, vt nullam habere videatur. Itaque amphibium cum ſit, quatenus in terra viuit, ea illi pars pro lingua cenſetur: quatenus vero vitæ etiam par- *Crocodil. ...*


C tem in aquis exigit, linguæ vſum cum non habeat, haud pro lingua numeratur. *Piſces enim vel lingua penitus carent, vel eam ſic impeditam & conſtrictam habent, vt nullo ſit vſui.* Solus inter reliqua Crocodilus maxillam ſuperiorem mouet, inferiore immota. Pedes enim ipſi neque ad præhendendum, neque ad retinendum vſui ſunt. Oculos habet Suum oculis haud abſimiles, dentes longos & ab ore exertos, vngues acutiſſimos, corium adeo durum, vt ipſum nulla teli vis tranſmittere poſſit. Ex Crocodilo terreſtri, huic amphibio ſimili, medicinam parant Crocodileam, oculorum vitiis vtiliſſimam cum porri ſucco inunctis, & contra ſuffuſiones vel caligines; lentigines, tollit, & varos omneſque maculas, fel eius oculis inunctum ad cataractas valet, ſanguis vero viſum illuſtrat: Incolas eſſe fontium Nili Crocodilos, vel potius lacus cuiuſdam ex eiuſmodi fontibus manantis, prodit Theuetus: viſoſque ſibi, qui ſex paſſus longi eſſent, tres vero pedes dorſum lati, adeo, vt ſolo eſſent aſpectu horribiles. Hac arte capiuntur. Cum Nili aqua ſubſidet, funem Ægyptii demittunt, ex fune religatus pendet hamus ferreus craſſior & latior trium librarum pondere, affigitur hamo camelinæ aut alterius cuiuſuis carnis fruſtum: quo viſo irruit in prædam fera, vnaque hamum cum illecebra deuorat, quo cum ſe atrocius vellicari & pungi ſentit, iuuat intueri, quantopere ſe iactet, & in altum ſubſiliat: tum ipſam irretitam ſenſim ad littus pertrahunt, funemque ad vicinam arborem deligant ſtrictius, ne in circumſtantes irruat. Tum multis vectium ictibus ventrem, qua parte mollis, omninoque tenuis Crocodilo ſubeſt cutis, impe- *Solum crocodilum maxillam ſuperiorem mouere.* *Expende diligenter Plinii locum lib. 28. ca. 8.* *Coſmograp. Tom. 1. li. 2. cap. 8.* *Qua arte capiantur crocodili.*

D tunt, opprimuntque. Detracto corio carnes ſuauiſſimas & eſui futuras, menſæ apponunt. Ioannes Lereus in Breſilana hiſtoria ſcribit, Syluestres eius regionis homines Crocodilos lubenter eſitare, vidiſſeque qui Crocodilorum fœtus viuos in ædes ſuas deferrent, cum quibus pueri congregati innoxie colluderent. *Cap. 10.*

Effigies

E

Effigies Crocodili. A




B

Lib. 9. ca. 2.

Vera eſt vulgi opinio, inquit Plinius *Quicquid naſcatur in parte naturæ vlla, & in mari eſſe, præterque multa, quæ nuſquam alibi.* Rerum quidem, non ſolum animalium ſimulachra eſſe, licet intelligere intuentibus gladium, ſerras, cucumin terreſtri odore & colore ſimilem, quominus iam mirer pennam & vuam, quorum imagines ex Rondeletio in hunc locum tranſtuli. Penna quidem marina pennæ auium, quæ ornamenti gratia galeis, poſtquam arte comptum & fucum recepit, affigitur, ſimilis eſt. A piſcatoribus Penis pennatus dicitur, quod altero extremo ſuo, extremam penis virilis glandem præputio denudatam repræſentat. Quandiu viuit, intumeſcit, fitque ex interuallis ſolito maior: emortua vero concidit penitus. Lucet autem micatque noctu, ſtellæ inſtar. C

Vuam vero cuius meminit Plinius, hanc eſſe, quam hic exprimimus, ex eo eſt intelligere, quod ſuperficie ſua & facie vuam ſeu botrum florentem valde refert. Oblonga eſt enim informis modo, penditque ex oblongo pediculo. Internis partibus inſularum confuſio eſt, glandulis nonnunquam diſtincta his ſimilibus, quas hic ſeorſim appinximus.

Pennæ & Vuæ marinæ imago.



D


In mari inſulæ Hiſpanicæ noui orbis, plures cernuntur monſtroſi piſces, inter quos Theuetus in Coſmographia, hunc tanquam rariſſimum notandum duxit, qui patria lingua Aloes dicitur. Anſeri enim plane ſimilis eſt, collo procero & erecto, capite in acumen & conum deſinente, pyro pancreſtano non abſimili, corpore haud maiore eſt, quam anſer, ſquamis caret, pinnas quatuor, nandi gratia ſub ventre [illegible] aquis eminet, anſerem natantem diceres.

E

Aloei

A

Aloes monſtroſi piſcis Effigies.




B

Mare Sarmaticum, ſeu Germanicum Orientale, piſces alit [illegible] regionibus ignotos & valde monſtroſos. Eiuſmodi eſt is, qui limaci ſimilis, dolium corporis mole æquat, arboreis [illegible] cornibus ceruum, extrema cornua in orbiculos rotundantur, [illegible] inſtar ſplendentes [illegible] eſt craſſa, oculis accenſæ candelæ modo micantibus, naſo obrotundo, & pilis [illegible] ad inſtar [illegible], rictu oris magno, ſub quo pendet, prominetque carnea moles, aſpectu ſubhorrida. Quatuor nititur cruribus, totidem latis & aduncis palmis, quæ illi cum cauda oblonga, & tigridis inſtar varia, [illegible] pinnarum ad natandum loco eſt. Meticuloſum adeo hoc animal eſt, vt [illegible] amphibium ſit, alto tamen ſe fere mari contineat, nec niſi ſereno valde cœlo ad littus applicet paſcendi gratia. Caro enim valde grata eſt eſui, ſanguis vero his medicatus, quibus vel hepar vitiatum eſt, vel pulmones vlcerati, vt eſt magnarum teſtudinum ſanguis elephanticis, [illegible] in Dania ſe vidiſſe aſſerit Theuetus in Coſmographia. *Magnarum teſtudinum ſanguis elephanticis medicina. Tom. 2. l. 20.*

C

Effigies limacis Sarmatici.




D

In alto lacu dulci, cui impoſita eſt, & Venetiarum inſtar palis fundata, Mexici regni metropolis Themiſtitan vrbs, viſitur piſcis vituli magnitudine, [illegible] dictus Andura. Incolis autem & Hiſpanis, qui eam regionem [illegible] occuparunt Hoga. Capite eſt & auribus fere ſuillis, et maxillis pendent cirrhi quinque [illegible] appendices [illegible] barbatuli [illegible] Dum in anæ barbæ ſimiles. Carnem eſui valde gratam & vtilem habet. Viuiparum eſt, Balænæ inſtar. In lacus littore [illegible] Chamæleontis inſtar verſicolor apparet. [illegible] lictæ, vnde & nomen piſcis habuit. Valde den[illegible] [illegible] quod cauſæ eſt, cur i[illegible] piſcem præſertim piſcatores appetant, [illegible] Theuetus in Coſmographia.


E

Hoga piſcis monſtroſus.



Andreas Theuetus in Coſmographia ſcribit, ſibi, dum nouum orbem nauigando obiret, viſos infinitos piſces volantes Syluestribus incolis dictos Bulampech, qui ab aquis ſubſilientes, quinquaginta paſſus volando procedant, dum maiores alios piſces, qui ſe in prædam & eſcam appetunt, fugiunt. Hoc volantis piſcis genus Scombri magnitudinem non excedit, capite rotundo eſt, dorſo cæruleo, alis duabus, quæ totius fere corporis longitudinem æquant, præditum, quas ſub axillis occultat. Tanta ſæpe multitudine conuolant, vt non raro ad nauium vela offendant, dum mutuo ſibi lam nibus officiunt, ſicque in naues decidant vectoribus & incolis eſca futuri. Quod ipſum etiam à Ioanne Lereo confirmatum legimus hiſtoria Breſiliana.

Volantium piſcium effigies.




In mari Veneto inter Venetias & Rauennam, duobus ſupra Quiozam milliaribus, anno Domini [illegible] captus eſt piſcis volans, valde horribilis & monſtroſus, quinque pedes longus. Capite erat craſſiſſimo, binis oculis ad perpendiculum non è regione poſitis, duabus auribus & ore duplici, roſtro valde carnoſo & viridi, alis geminis quinque in gula foraminibus, Lampetræ foraminum æmulis, cauda vlnam longa, in cuius ſummo duæ videbantur alæ exiguæ. Viuum id monſtrum Quiozam allatum eſt, & viris primatibus, vt nunquam antea viſum, oblatum.

Monſtroſi

A

Monſtroſi Piſcis volantis effigies.



B

Tot & tam varia concharum genera in mari reperiuntur, vere vt dici poſſit, naturam, Dei Optimi Maximi ancillam, in earum fabrica ludere. In tanta diuerſitate tria potiſſimum delegi, quæ hic depingerem, quod præcipua ſint admiratione digna. In his latent piſciculi quidam, tanquam limaces in ſua cochlea, quos Ariſtoteles Cancellos nominat, communesque fere ſocios cruſtati & teſtati generis piſcium eſſe adſtruit: quippe qui ſpecie, id eſt, natura cruſtata locuſtis ſimiles ſpectentur, naſcique ſeorſim per ſe ſoliti ſint. Quatenus vero teſtas ingrediuntur, illicque viuunt teſtaceis ſimiles ſunt. In his eſt, qui Eremita nuncupatur. Duo longiuſcula habet cornua & minutula, ſub quibus oculi ſunt ſemper prominentes, vt quos intro cæterorum cancrorum more reuocare, & abdere nequeat. Pedes anteriores illi biſulci ſunt, quibus ſe tuetur, & ad os eſcam defert, binis aliis lateri vtrinque hærentibus, & tertio paruo vtitur ad incedendum. Oua ponit fœmina, quæ ex poſtica parte pendentia, tanquam filo traiecta & velut membranulis quibuſdam adiuncta cernuntur. Denique Æliani ſententia, Cancellus nudus naſcitur & ſine teſta ſed paulo poſt ex multis, quas inanes & vacuas offenderit, idoneam ſibi deligit, cumque magnitudine auctus ea amplius contineri & capi nequit, vel etiam coeundi naturali deſiderio ſtimulatur, migrat in capaciorem & magis conuenientem. Dimicant ſæpe inter ſe cancelli hoſpitii gratia, fortiorque inanem teſtam occupat, aut de ea occupata debiliorem decedere cogit. Eiuſmodi teſta vel Neritæ eſt, vel turbinis, ſæpe etiam paruæ buccinæ, ingreſſusque eam circumfert, ibidem nutritur & augetur, deinde capaciorem petit, vt ait Ariſtoteles *loco citato*.

C — *4. de hiſtor. anim. cap. 4.*

Cancelli Eremitæ deſcriptio.

Lib. 7. c. 31.

Duabus de cauſis cancelli mutant hoſpitia.


D

Concharum inanium, quas Cancelli immigrare ſolent, effigies.




E

Concha, aduena Cancello ſeu Bernardo Eremita plena, effigies. A



Cancelli, ſeu Bernardi Eremitæ, imago.



Lib.9.ca.31.

Pinnoter ſeu Cancer paruus quid.

Putant Bernardum hunc Eremitam Cancelli eam eſſe ſpeciem, quæ Pinnoter Plinio dicitur: at reuera Pinnoter non Cancelli, ſed parui Cancri ſpecies eſt. Longe autem differunt apud Ariſt. Cancellus & Cancer paruus, etſi Plinius confudiſſe videatur, nam ille nudus cum ſola cruſta naſcitur, cæterum ſine teſta. Hanc igitur, cum natura careat, diligentia quærit in eaque inuenta ſolus habitat: at Pinnoter non per ſe ſolus, ſed in pinnis, nonnulliſque aliis naſcitur, & ſedes non mutat, quia Ariſt. ſententia, cum ſit de genere paruorum cancrorum, nunquam accreſcit, nec in inanibus habitat. *Eſt autem concharum ſeu teſtarum generis pinna: naſcitur in limoſis, ſubrecta ſemper, nec vnquam ſine comite, quem pinnoterem, ſeu pinnophylacem ob id nominant,* ait Plin. Hæc profecto ita eſſe, intelligere clare licet ex his Athenæi verbis. *Chryſippus Solenſis 5. de Honeſt. & volupt. ait: Pinna & pinnoter operas mutuas præſtant, ſeorſum viuere non poſſunt: Pinna ex oſtreis eſt, pinnoter cancer paruus: pinna teſtam pandit ingredientes piſciculos obſeruans; pinnoter adſtans ſi quid ſubierit, morſu pinnæ ſignificat, quæ demorſa teſtam claudit, eoque quod incluſum ſit communiter veſcuntur.* Hæc Athenæus. Ex hac tanta aſtutia Plut. etiam ſcriptis commemorata, pinnoter Plin. aliquando nominatur, cancer dapis aſſectator. Sed quod ab his authoribus cancro paruo tribuitur id à Cic. ſquillæ paruæ adſcribitur *Pinna vero,* inquit, *duab. grandibus patula conchis, cum parua ſquilla ſocietatem init comparandi cibi. Itaque cum piſciculi parui in concham hiantem innatauerint, tum admonita à ſquilla pinna, morſu comprimit conchas, ſic diſsimillimis beſtiolis communiter cibus quæritur.* Cæterum pinnam concham eſſe margaritiferam, Plut. indicaſſe videtur, opuſculo, quo quærit, Terreſtribusne, an aquatilibus beſtiis maior inſit prudentia.

Pinna quid.

Lib.9.ca.42.

Lib.9.

Pinna & pinnoteris conſortium & conſenſus Li.2. de nat. deor.


B

C

D

Lib.9.ca.29. Inter præcipua vero piſcium miracula eſt, qui vocatur Nautilos, ab aliis Pompylos (Polypi ſpecies creditur) ſupinus in ſumma æquorum peruenit, ita ſe paulatim ſubrigens, vt emiſſa omni per fiſtulam aqua, velut exoneratus ſentina facile nauiget. Poſtea prima duo brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit: qua velificante in aura, cæteris ſubremigans brachiis, media cauda vt gubernaculo ſe regit. Ita vadit alto, liburnicarum ludens imagine: & ſi quid pauoris interueniat, hauſta ſe mergens aqua.

Nautili, ſeu Nautici piſcis effigies.



A Quo ſit hic de Monſtris tractatus locupletior, nomine monſtrorum Poetis abutentes, inter ma- [illegible] rina monſtra propter monſtroſam & admirandam magnitudinem, Balænam recenſemus. Eſt igitur Balæna omnium pelagiorum piſcium longe maxima. [illegible] & triginta cubitos longa, octo alta, [illegible] ſed horum loco in vtraque maxilla [illegible] tes & prominentes, [illegible] alludat. Oculi [illegible] manu magnitudinem ſuperantes, quamobrem [illegible] bem. In media vero fronte fiſtulam habet, qua aerem attrahit & aquarum [illegible] vicem exprimit, vt plerunque etiam alueos, cymbasque nauigantium deprimat. [illegible] ingurgitauit, clamat vel mugit tam magno & contento ſono, vt qui binis Gallicis milliarib. abſunt, exaudire poſſint. [illegible] in metu occultat in dorſo nullam habet. Cauda [illegible] delphinorum ſimilis eſt, [illegible] abſimilis, quam cum mouet, ita [illegible] Balænam viuiparum eſſe

B animal, fœtusque lactare, ex anatomia intelligere licet: mas enim teſtes & penem habet, fœmina vero vterum & mammas. [illegible] dulum, quod vernaculo lingua [illegible] à Carolo nono Rege dum Baionæ eſſem [illegible] qua arte capiantur, oculis [illegible] Rondeletii nobiliſſima & veriſſima de Piſcibus [illegible] que [illegible] entes [illegible] dato [illegible] Sunt enim [illegible] in balænis capiendis admodum [illegible] cymbis, ad inſequendum vel fugiendum [illegible] longiſſimos telis [illegible] bus [illegible]

C guine fuderit, tum vna cum funibus balænam multo iam curſu & labore fatigatam, [illegible] [illegible] ſi fœtus ſequantur: cum enim in his protegendis [illegible] cuti ſubiectis & ex ventre colligitur, [illegible] [illegible] tanquam ductoribus, ſibi præ-

D [illegible]

Balæna cur in monſtra cenſeatur.

Balænæ fiſtula.

Balænam viuum parere & lactare.

Qua ſolertia capiantur balænæ.

Balænæ fœmina cur facilius capiatur, quam mas.

Balænarum prætentura.

Captationis, capturæ, & partitionis Balænæ deformatio.



In Scaldi flumine [illegible] ab Antuerpia [illegible] anno Do. [illegible] die [illegible] Iulii capta eſt Balæna hæc, A
Colore erat ex cæruleo nigrante, [illegible] in vertice [illegible], qua aquam [illegible]. Longitu-
do eius erat pedum octo & quinquaginta, altitudo autem [illegible] Cauda [illegible]
ab oculo ad extremum [illegible] ſexdecim pedum. Maxilla [illegible]
ribus pedum erat, [illegible]
mnino carente, exce[illegible] dentibus o-
Balæna naturam dentium negaſſe. bat, quod balænæ [illegible] negauerit, & quod [illegible] debe-
paratum, vt cum dentes [illegible] in ore inferiore [illegible] ſuperior ex oppoſito [illegible] com-
percurrentes [illegible] Tot dentium longiſſimus [illegible] pollices non excedebat.

Monſtroſa Balæna in Scaldi flumine capta [illegible].



B

C

Lib. 9. c. 25. & lib. 32. c. 1. Eſt paruus admodum piſcis, vt [illegible] Plinius, [illegible] Echeneis appellatus [illegible]
dalis hoc [illegible] credebantur. [illegible] Remoræ nomen [illegible]
poſitam, quod [illegible]
tanquam voratura ore admoto ſiſtat, [illegible]
Remora Germanica. ſceret. Itaque [illegible]
tantuos [illegible]
Caput [illegible] ab Aſtura Antium [illegible]
eta, cum e tota claſſe quinqueremis [illegible]
nauem inuenere [illegible]
caret, quadam [illegible]
intranat impet[illegible] D
Certe quocunque [illegible]
Torpedinis [illegible]. fectu in remedijs [illegible]
dem mari torpedo, etiam procul & e longinquo, vel [illegible] quamuis prævalidos la-
certos torpeſcere, quamlibet ad curſum veloces alligari pedes.

De Auium, & quorundam Quadrupedum admirabili natura.

CAP. XXII.

Struthiocamelum inter auem & quadrupedem quodammodo ambigere. QVanquam non in mari modo, ſed & in aere ac terra multa ſint quæ naturæ admiranda condi[illegible]
monſtrorum adſpicient naturam, vnus Struthiocamelus exemplo erit. Auis eſt [illegible],
quanquam partim auem, partim quadrupedem, [illegible] Afri [illegible]
qui vt non quadrupes pennas habeat: at vt non auis ſublime niti valet: non enim pennas ad volan-
dum commodas gerit, ſed pilis ſimiles. Curſus tamen velocitate equum ſuperat. Mirandum eſt eius ve-
Ventriculi eius mira [illegible]. triculi in coquendo naturæ vis, vt cui nihil ſit indomabile. Oua ponit admirandæ magnitudinis, vt quæ E
etiam in pateras concinnentur. Pennas habet pulcherrimas, vt ex eius
effigie intelligere li-
cet.

A *Struthiocameli effigies.*



Quam vero prodigioſa ſit Struthiocameli magnitudo; ex oſſium eius magnitudine facile quiuis conſpicit. Tres eiuſmodi aues in ædibus Polemarchi Regni regio ſumptu alebantur: quarum vnam (cum forte interiſſet) mihi dono datam in ſceleton diligentia ſumma paraui.

A. caput igitur eius gruis capite paulo craſſius erat; palmi longitudine, à vertice ad roſtrum vſq; planum, roſtro fiſſo ad mediam vſque oculi regionem, in ſui extremitate obrotundo.

B. Ceruix tres pedes longa, ſeptemdecim vertebris coagmentata, quarum ſingulæ ſingulis lateribus donatæ ſunt, apophyſi tranſuerſa deorſum ſpectante pollicari longitudine, ſi primam & ſecundam capiti proximas exceperis, vt quæ his careant, ginglymo coniunctæ.

B c. Dorſum pedali eſt longitudine, ſeptem vertebris connexum.

d. Os ſacrum bipedali eſt longitudine, in cuius ſummo apophyſis viſitur tranſuerſa, cui magnum ſubiacet foramen.

e. Quod tria alia ſequuntur, ſed minora.

f. g. h. Poſt quæ ſequitur acetabulum ſeu pyxis, in quam caput oſſis femoris excipitur & conditur. Id parte externa & laterali profert os perforatum, litera I. notatum. Perforatum, inquam, ſui initio: mox enim vnitur, qua litera K. ſubeſt. Inde bifurcatur, in duoque alia oſſa finditur, quorum vnum alio maius eſt. Minus litera L. notatur. Ambo qua literam M. affixa eſt, vniuntur, ſingula ſemipedem & quatuor digitos longa. Cæterum ei parti, vnde primum bifurcari incipiunt, & ei, in quam concurſu facto vniuntur, medium interiacet foramen quatuor digitos latum. Longius vero palmo, vt litera N. notatur, quod C os minus reſtat, falcis vinitoriæ inſtar habet, latum tres tranſuerſos digitos, longum vero ſex pollices: Ad extremum, vbi literæ O. ſubeſt, Synchondroſi ſubiungitur.

P. Coccyx nouem vertebris, humanis ſimilibus coagmentatur. Femoris oſſa duo ſunt, quorum quod litera Q. notatur, pedali eſt longitudine, craſſitie vero, quæ equini femoris craſſitiem æquet. Alterum ipſi ſubiectum, quod forte os cruris ſeu tibiæ poſſis dicere, litera R. notatum, ſeſquipedem longum eſt: coniunctam habet fibulam ſeu focile minus, eiuſdem longitudinis, ſed quod tantum gracileſcat, quantum deorſum procedit.

S. Tibia eſt, cui pes adhæret, ſeſquipedem longa, in duas ad extremum vngulas fiſſa, maiorem vnam, & minorem alteram, quarum ſingulæ tribus conſtant oſſibus.

T. Octo coſtæ ſunt, quæ in ſternum inſeruntur. Harum tres mediæ oſſeam productionem habent, vnco ſimilem.

V. Sternum eſt vnico oſſe pedali conſtans, ſcutulatum clypeum repræſentans. Huic aliud os adiungitur, quod tribus primis coſtis ſuperextenſum clauicularum loco eſt.

X. Primum alæ os, quod ſeſquipedale eſt.

Y. Duo hinc ſubiecta oſſa, radii & cubiti æmula, quibus alia ſex ſubſunt oſſa extremam alam litera Z. notatam conſtituentia. Totum id animal oſſeum, ſeptem pedes longum eſt, totidemque & amplius à pedibus ad roſtrum procedendo altum. Multa ſunt alia in illius conformatione notatu digna, D ſed quæ breuitatis gratia cenſui omittenda.

E

Oſſei Struthiocameli delineatio. A




B

C

Manucodiatæ deſcriptio. Hieronymus Cardanus *libro de Subtilitate* ſcribit, in Moluccarum inſulis videri in terra iacentem, aut in aquis ſublatam auem mortuam, Manucodiatam nomine, id eſt, Hebræorum lingua auem Dei, viuam nunquam conſpici. In ſummo aere habitat, corpore eſt & roſtro hirundinino, varus tamen pennis diſtincto. Nam quæ ſummum caput veſtiunt, aurei ſunt coloris; quæ gulam, anatinis ſimiles exiſtũt, caudæ vero & alarum pauoninis; pedibus caret. Itaq; ſi quæ obrepat inter volandũ laſſitudo, vel ſomni neceſſitas, pennis ad arboris ramum obuolutis & obtortis corpus ſuſpendit. Aerem, in quo nempe ſemper ſibi vitæ eſt agendum, ſumma pennarum celeritate tranſmittit. ſolo aere, ſoloq; rore hauſto viuit. Mas depreſſam in dorſo cauitatem habet, in qua fœmina incubatu oua fouet. Manucodiatam Lutetiæ vidi Carolo nono Regi oblatam.

Manucodiata, ſeu Auis paradiſi effigies.



D

Theu. 2. lib. 21. cap. 12. Touca. Proditum à Theueto in Coſmographia legimus, viſam ſibi in nouo orbe auem, patria barbarorum lingua Toucam dictam, hoc maxime nomine monſtroſum & deformem, quod roſtri ſui longitudine & craſſitie reliqui corporis ſuperet magnitudinẽ: viuit de paſto pipere, vt apud nos turdi, merulæ, & ſturni corymbis hederę, pipere haud minus calidis. Aduexerat ex ea regione huius generis auem prouincialis quidã nobilis, Carolo nono Regi offerendã, ſed in itinere mortuam, viuam offerre nõ potuit. Itaq; illã Polemarchum Retium iuſſit Rex mihi tradere, qui exenterarem & embammatibus condirẽ, in regiis capſulis aſſeruandã, quod potui, præſtiti. Non multo tamen poſt cõputruit. Corpore, plumaq; coruo ſimilis eſt, roſtro vero ſubflauo, perlucido, leuiſſimo, ſerratim dentato, & ea, quã diximus, longitudine & craſſitie. Id apud me habeo velut monſtroſum quidpiam. E

Toucam

A


Toucham auis effigies.



B

Scribit Theuetus in Zocotera inſula frequentem eſſe feram Hulpalim Cercopitheci Æthiopici magnitudine. Monſtroſum valde animal eſt. Sed nihil monſtroſius, quam quod ſolo aere viuere creditur, pellis quaſi cocco tincta eſſet, ruber, maculis tamen locis aliquot conſperſa & variegata; capite rotundo eſt globi inſtar, pedibus rotundis & latis, nocuis vnguibus vacuis. Id mactant Mauri, eiuſq; carnem C aſſulis verberatam, quo euadat tenerior, comedere ſolent. *Tom. 1. c. 15. lib. 4.*

Feræ Hulpalim effigies.



D

In Camotæ regno, aliisq; Indiæ interioris, quæ vltra Gangem eſt, locis, quinque vltra Tropicum cancri gradibus, viſuntur feræ, quas Germani Occidentales Giraffas nominát. Id animal capite, auriculis, & pedibus biſulcis, non valde noſtrati ceruæ diſſimilis eſt. Ceruice eſt valde gracili, ſed hexapodem procera: crurum vero proceritate pauca ſunt, quæ ipſum ſuperent, animalia. Cauda rotunda eſt, ſed poplites non excedens. pellis vero mirificis modis pulchra, aſperiuſcula tamen, & pilo, quam vacca, pro-
E molliore, aliquot locis maculata & variegata eſt, maculis colore medio inter album & caſtaneum lucentibus, cuiuſmodi viſuntur Leopardi: quo argumento Græcis quibuſdam Hiſtoriographis Cameleopardalis dicitur, adeo ferum eſt antequam capiatur, vt ſe conſpici, quantum in ſe eſt, non patiatur. Itaq; in deſertis tantum, & reliquis feris ignotis regionis latibulis hoſpitatur & viuit. Viſo homine ilatim ſe in fugam recipit, tandem tamen capitur, quia in fuga & curſu non eſt admodum pernix: captum ſemel, tam facile & cito cicuratur ac manſueſcit, quam vllum aliud feræ genus. Ipſi ſupra verticem prominent duo cornua recta, pilis circumueſtita & pedalia. Cum ceruices, caputque erigit, militarem lanceam altitudine æquat. Herbas depaſcitur, folia, arborumq; ramalia, vino & pane delectatur. *Theuet tom. 1. lib. 11. ca. 13.*

Giraffe

Giraffæ effigies. A



B

In mari rubro ſecundum Arabiam nauigantibus, apparet inſula Arabibus Cademota dicta, in C cuius ea regione, quam Plata flumen aluit, viſitur fera Barbaris incolis Pyraſſouppi dicta, mulo magnitudine par, capite haud abſimili, hirta tamen, viſinis velut pilis veſtita, ſed haud adeo obſcuris, verum ad flauum inclinantibus, biſulcis, vt ceruus pedibus, duo procera capite, ſed minime arborea geſtat cornua, vnicornium cornibus illis famatiſſimis affinia. Indigenæ enim, beſtiæ aut piſcis venenati dente demorſi, aqua epota, in qua ſex vel ſeptem dies eiuſmodi cornua demerſa & infuſa fuerint, ſtatim leuantur & conualeſcunt, vt narrat Theuetus *in Coſmographia.*

Pyraſſouppi feræ effigies.




D

E

In Moluccarum inſularum vna amphibium Crocodoli inſtar viſitur animal, Camphurch dictum, magnitudine ceruum æquat, cornu geſtat in fronte mobile, fere vt criſta Galli Indici, trium pedum & dimidii longitudine, haud vnquam humano brachio craſſius, pilo cinerei coloris ceruix obueſtita ipſi eſt: palmas duas habet anſerinis ſimiles, quibus in aquis dulcibus ſalſiſque ad nandum vtitur. Pedes anteriores ceruinis ſunt affines, piſcibus viuit. Pleriq; ſibi perſuaſerunt, id animal vnicornis ſpeciem eſſe: itaq; eius cornu aduerſum venena eſſe efficacem. Rex inſulæ eius feræ nomine inſigniri gaudet: ſic enim alii reges ferarum, piſcium, aut fructuum tota regione ſua nobiliſſimorum nomen ſibi adoptant, vt narrat Theuetus.

A

Camphurch feræ Effigies.



B

Mauritania & Aethiopia, eaq; quę trans deserta, Syrticasq; ſolitudines eſt Africa Elephātes gignit, ſed Indici longe maiores ſunt. Etſi vero corporis magnitudine quadrupeda omnia ſuperent, reliquis tamen magis & expeditius cicurantur. Multa n. ſupra communem brutorum naturam munia obire docētur. Corio integuntur bubalino ſimili, pilo raro conſperſo, ſed cinereo, capite craſſo, ceruice breui, auribus duos palmos latis, naſo longiſſimo, & fere in terram promiſſo, buccinę inſtar cauo, quo manuum loco vtuntur, os non longe à pectore habent, ſuillo haud abſimile: ex cuius ſuperna parte, duo magni dentes ſe foras exerant, crura craſſa, robuſtaq; non vno oſſe conſtantia, vt pleriſq; olim perſuaſum fuit (quandoquidem ingeniculantur, vt ſeſſorem, vel onus admittant, exurguntq; inde ipſi per ſe) in pedes deſinunt diſci inſtar rotundos, duos, treſve palmos latos, in q; vngues quinq; diuiſos. Caudam habent bubalinę ſimilem, haud admodum hirtam, tres palmos longam: itaq; peſſime a muſcis, veſpiſque vexarentur, niſi natura illam [illegible] alio ſubſidio compenſaſſet: vbi enim acrius ſe pungi ſentiūt, tanta rugoſitate cutem contrahunt, vt ipſius rugis implicita conſtrictaq; hęc animalcula ſuffocent & enecent. Currentem hominem ſolo aſſequuntur paſſu. Eſt enim his corporis, & crurum magnitudini proportionatus. Fructibus & folijs arborum viuunt, nec vero vlla eſt tam valida tamq; altis defixa radicibus arbor, quam non proſternant & diffringant. Ad ſexdecim palmorum altitudinem creſcunt, itaq; tā conturbantur, qui elephantem, quam qui mare primum conſcendunt. Adeo efferes ſunt natura vt habenarum omnino ſint impatientes. Itaq; iter, curſumq; tenere, quem voluerint, ſinendi ſunt. Suę tamē regionis hominibus non grauate obſequuntur, indigenam enim linguam non ſine intelligentia audire videntur. Itaque notis vocibus, verbiſq; facile reguntur, hominem, cui irati ſunt, proboſcide arreptum, & in altum ſublatum magna inde vi in terram proſternunt, pedibuſque conculcatum non ante dimittunt, quam animam exhalerit. Non gignere elephantes, antequam vigeſimum ętatis annum attigerint, prodit Ariſtoteles. Adulteria neſciunt, neque enim pręter vnam fœminam attingunt, à qua etiam ſedulo abſtinent, cum grauidam eſſe cognouerint, atq; quandiu ſit [illegible] ferunt. [illegible] nequit: Cauſa, quod non [illegible]. Pariunt [illegible] poſterioribus cruribus, & cum dolore mulierum inſtar, recens editus fœtus [illegible] cernunt & ambulant, oreq; ſugunt, non pro [illegible]. Elephantorum dentes monſtroſę, ac ſtupendę magnitudinis, Venetus, Romę, Neapoli, & Lutetię videntur: ebur appellant, quod in arculas, lyras, pectines, & ſimilia hominum vſibus apta materia cedit.

Elephantes Indicos Africanis eſſe maiores.

Elephantū crura pluribus oſſibus eſſe dearticulata.

C

Quo ſe præſidio contra Veſpas tueantur elephantes.

Quo [illegible] elephanto conturbantur, & qui naues in mare.

Linguam indigenam intelligentiam habere elephantes.

D

Li. 9. de hiſt. animal. ca. 27

Naſcuntur quandiu Elephantes ferant in vtero fœtum.

Elephantis effigies.

E



Prodi-

Tom. 2 lib. 23 cap. 2.

Proditum apud Theuetum legimus, in noui orbis Florida ingentes cerni Tauros, Butrol Barbarorum lingua dictos, pedalia cornua gerentes, gibbamq; in dorſo camelinæ ſimilem, pilo promiſſo & fuluo, cauda leonina. Non eſt fere aliud magis ferum animal, nunquam enim cicuratur, niſi matri ereptum. Pellium tegminibus Barbari aduerſum hyemis inclementiam, cornibus vero velut alexiteriam vim habentibus aduerſum venena ſe muniunt. A

Cornua alexiteriam vim habentia.

Tauri Floridæ noui orbis inſulæ effigies.




B

Tom. 2 lib. 2. cap. 10.

Idem author prodit, vidiſſe ſe, dum Mari rubro veheretur, penes Indos mercatores monſtrum magnitudine & membrorum conformatione Tigridi haud abſimile, facie tamen humana, ſed naribus valde reſimis. Quin anteriores palmæ humanis manibus, poſteriores vero Tigridis pedibus ſimiles erant. Cauda carebat, pilo veſtitum fuſco: denique capite, auriculis, ceruice & ore hominem referebat, ſubnigris vero, ſed criſpis capillis Æthiopem cætera Tigris. Thanacth nominabant. C

Thanacth.

Thanacth monſtri indici effigies.



D

Haiit.

Vix niſi apud eos, qui viderint, quod ſequitur monſtrum, fidem impetrabit. Id fert Africa, vernaculaque lingua Haiit nominat magnitudine Cercopitheco minori par eſt, ventre valde prouoluto & in terram promiſſo, capite & facie puerum referens. Captum gemit, ſuſpiriaque de imo pectore trahit hominis anxii & dolentis inſtar, colore cineritio eſt, pedum que palmis in tres vngues, quatuor digitos longos leoninis vncis acutiores, diſtinctis. In arbores ſcandit, illicque frequentius, quam in terra degit, cauda tres non amplius digitos longa. Mirum eſt & monſtro ſimile, quod id genus monſtra depaſci & eſitare quidquam nunquam quiſquam conſpexerit. Secum enim mapalibus incluſa diu Barbari periculum eius rei facturi detinuerunt: itaque ventorum afflatu viuere credunt. E


A *Haiit feræ hauſto vento victitantis effigies.*



B

Ex Leonis Africana hiſtoria, quod ſequitur monſtrum, tranſtuli, valde deforme eſt, & rotundo teſtudinis in modum ambitu, dorſum eius lineæ duæ flauæ mutuo ſe ad angulos rectos diuidentes intericcant, ad quarum ſingula extrema ſinguli oculi, ſingulæque aures affixæ viduntur, adeo, vt tale animal vndique quatuor oculis videat, totidem auribus audiat. Vnicum tamen os, ventremq. vnicum habet, ciborum receptaculum. Pluribus vero pedibus globoſum eius corpus cinctum eſt, quorum opera *Sanguis balſami inſtar colletticus.*
C in omnem partem, qua libitum eſt, incedere valet, abſque vllo corporis circumactu. Cauda oblonga eſt & in extremo ſui valde villoſa. Aſſerunt incolæ eius animalis ſanguinem vulneribus glutinandis quouis balſamo eſſe efficaciorem.

Africani monſtri effigies.



D

Mirum eſt genitum Elephanti hoſtem eſſe Rhinocerota. Itaque cornu, quod vnicum in nare geſtat, ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ, in dimicatione aluum maxime petens, quam ſcit eſſe molliorem. *Plin. lib. 8. cap. 29.*
Longitudo Elephanti par, crura vero multo breuiora, color buxeus, aliquot tamen locis maculis diſtinctus. Spectandum Rhinocerota primus Romæ Pompeius exhibuit.

E

Rhinocerotis effigies. A




B

Plin. lib. 8. ca. 33. Ariſt. lib. 2. de hiſt. animal. cap. 11. Chameleon qui circumſpiciat. Coloris chameleontis natura mirabilis. Ad maculas corneæ albas remedium. Depilatorium.

Chameleontem Africa gignit, quanquam frequentior Indiæ eſt. Figura & magnitudo erat lacertæ: niſi crura eſſent recta, excelſiora latera ventri iunguntur, vt piſcibus, ſpinaque ſimiliter medio eminet. Eminere roſtrum, vt in paruo haud abſimile ſuillo, cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe viperinis orbibus, vngues adunci motus tardior, vt teſtudini. corpus aſperum ceu crocodilo: oculos nunquam aperit, nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſione circumſpicit. Omnino coloris eſt mirabilis natura: mutat namque eum ſubinde, cum præſertim ſe proprio motu in tumorem agit, & oculis & cauda & toto corpore, redditque ſemper, quemcunque proxime attingit, præter rubrum & candidum. Cutis ipſi eſt valde tenuis perlucidumque corpus. Itaque duorum alterutrum, vel in cutis perlucidæ tanta tenuitate rerum vicinarum color tanquam in ſpeculo facile relucet, vel varie varii in ipſo humores commoti pro animi affectuum varietate, varios in cute colores adumbrant, tanquam pullus Indicus in palearibus ex gutture & vertice pendentibus defuncto pallor eſt. Scribit Mathiolus, ipſi vino dextrum oculum reuulſum maculis albas corneæ tunicæ nitidentes extergere: eum caprino lacte mixtum, & corpori aſſrictum pilos decutere, fel eius cataractas oculorum digerere. C

Chameleontis effigies.



D

De cœleſtibus monſtris. CAP. XXIII.

IN terra, in marique monſtra gigni monſtroſum forte non fuerit: at in cœlo ſanè monſtra aut ea monſtra eſſe & videri, omnem ſuperat monſtri admirationem. Veterum tamen ſcriptis proditum crebro legimus, cometis barbatis, caudatis, capillatis, facibus, lampadibus ardentibus, columnis, bolidibus, clypeis, nubium hoſtilium concurrentium agminibus, draconibus, duplicatis lunis, ſolibus & ſimilibus monſtris ac prodigiis, cœli faciem fuiſſe deformatam. Sed nihil magis prodigioſum vidit antiquitas, eo cometa, qui in Ruſtica crine ſanguineo horrens apparuit, 9. die Octobris anno 1528. adeo enim viſu horribilis, adeo formidoloſus erat, vt non pauci metu horrifico interierint, multi in morbos graues inciderint. Ab Oriente ad Meridiem progreſſus horam non amplius vnam & quartam eius partem durauit. In eius ſummo brachium incuruum viſebatur, ingentem enſem manu minitabunda tenens, ad extremum tres apparebant ſtellæ, ſed cui ad perpendiculum imminebat mucro, reliquis clarior & ſplendidior erat, vtrinque ad radiantia huius cometæ latera haſtæ multæ, enſes, pugiones, gladiorumque genera plura ſanguine tincta, quibus humana capita multa capillis horrentibus, hiſpidaque barba triſtia intericcta, viſebantur. E

Cometa crine ſanguineo horrendus.

Decidiſſe cœlo ferrea longuria.

Viſi quoque ſunt magni craſſique longurii ferrei è cœlo procidiſſe, qui in gladios enſeſq; mox excuſi ſunt. Sugolię ad Hungariç fines ſaxum e cœlo cu ingenti fragore lapſum eſt, 7. die Septembris anno Domini 1514 pondo ducentarum quinquaginta librarum: id ciues ingenti catena ferrea traiectum in medio ciuitatis templo pendere voluerunt, viatoribusque per regionem ſuam ditionibus magni miraculi loco monſtrari. Armorum crepitus & tubæ ſonitus auditos e cœlo Cimbricis bellis, crebroſque

Li. 2. ca. 57. prius & poſtea author eſt Plinius. Tertio vero conſulatu Marii ab Amerinis & Tudertibus ſpectata

arma

A arma cœleſtia ab Ortu Occaſuque, inter ſe concurrentia, pulſis, quæ ab ortu erant, idem author prodit. Quod idem in Luſalia viſum eſt ad Iubenum pagum duabus poſt mediam noctem horis, anno Domini 1535. ſed & anno Domini 1550. die 19. Iulii in Saxonia non longe à Witemberga apparuit in aere ingens ceruus duabus armatis aciebus cinctus, magnum inter confligendum ſtrepitum cientibus: eodemque momento ſanguine copioſo pluit, ſol in duo fragmenta findi, eorum altero in terram prolapſo viſus eſt. Paulo ante ereptam Chriſtianis Conſtantinopolim apparuit ingens in aere ad pugnam inſtructum & armatum agmen, cum canum & aliarum ferarum multa turba. Anno Domini 458. carne pluiſſe in Italia maioribus, minoribuſq; fruſtis, prodit Iulius Obſequius. Horum pars antequam in terram laberetur, ab auibus exſorbta eſt, quæ in terram decidit, diu non putruit, nec colore, nec odore mutata. Anno Domini 989. imperante Othone tertio, frumento pluit in Italia. Anno Domini 180. lacte & oleo magna vi pluit, fructiferęq; arbores frumentum tulere. Narrat Lycoſthenes, imperante Carolo quinto, dum Magdeburgum obſidebatur, tres ſoles ſub horam ſeptimam matutinam primum, indeque per totum diem viſos, quorum medius lucidiſſimus, reliqui duo ſubrubri & ſanguineo colore eſſent; nocte vero tres lunas apparuiſſe. Idem in Bauaria apparuit anno Domini 1554. Quod ſi in cœlo præter communem naturæ ordinem tam prodigioſa, portentoſaq; fiunt, eadem in terra fieri, incredibile ducemus?

Praſagia Conſtātinopolitanæ euerſionis.

Pluuia monſtroſa.

B Anno Domini 542. tota terra contremuit, mons Ætna flammas, ſcintillanteſque ignes vomuit, quibus vacinorum oppidorum & pagorum multorum ædificia conflagrarunt. Anno Domini 1531. in Portugalia octo dies terra tremuit, & ſingulis diebus ſepties octieſve, adeo vt in vna Lisbona vrbe 1050. ædificia ruerint, & amplius ſexcenta rimis acta crepuerint. Nuper Ferraria terræ motu horrendo tota fere diruta eſt. Super omnia, quæ vnquam audita ſunt, eſt prodigium, quod Plinii æuo Neronis principis ruina factum in agro Marrucino, Vectii Marcelli è primis equeſtris ordinis Oliueto vniuerſo publicam viam tranſgreſſo, armiſq; inde contrario in locum Oliueti profectis.

Terræmotus

Terra de loco ad locum ingenti motu mutata.

Quid aquarum miracula commemorem? ex quarum abyſſis & gurgitibus ſæpe ignes flammarumque globi ingentes eruperunt. Produnt ex D. Auguſtino, ignem ſacrificii, qui per ſeptuaginta annos Babylonicæ ciuitatis ſub aquis vixerat, extinctum fuiſſe Antiocho vendente Iaſoni ſacrificium. Quid hoc miraculi eſt, ignem in aqua valere ſupra vim ſuam virtutemque inſitam, aquam vero extinguentis naturæ obliuiſci? Profecto vere hoc Philoſophi dicunt, elementa ſibi mutuis complexibus illigari & mirabili coniungi confœderatione, quæ inter ſe contraria intelliguntur, varietate pugnare.

Ignes ex aquarum abyſſis erumpentes.

Ignis ſub aquis viuent.

C

FINIS LIBRI VIGESIMIQVARTI.

D

DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS; VNAQVE DE EORVM COMPOSITIONE ET VSV.

LIBER VIGESIMVS QVINTVS.

PRAEFATIO.

Eccleſ. 35.

Medicamentum Deorum manus.

INTER *cauſas, quas ſalubres dicimus, aliaq; quæ hominis ſanitatem & morborum depulſionem ſpectant, facile principatum obtinent medicamenta: quæ, vt eſt à Solomone proditum, Deus de terra produxit, viro ſapienti minime abhorrenda. Nihil enim in rerum natura exiſtit, quod citius & tanquam miraculo ingentes morborum cruciatus ſedet. Itaque ea, vt decet, exhibita, Deorum manus Herophilus nuncupabat. Inde adeò factum eſt, vt qui medicamentorum notitia claruerunt Medici, diuinitatis opinionem apud Veteres retulerint. Dice*[illegible] *quantas vires obtineant in arte medendi. Horum ob id cognitio non modo ad præcautionem ſed etiam ad morborum depulſionem perquam neceſſaria eſt.*

Quid Medicamentum, quidque ab alimento differat.

CAP. I.

Medicamentum quid.

Cur alimentum & medicamentum poteſtate talia dicuntur.

MEdicamentum definitur id, *cui mutandi corporis ſecundum vnam aut plures qualitates vis ineſt, neque ipſum viciſſim in naturam noſtram mutatur:* contra quam alimentum, quod in corporis noſtri ſubſtantiam conuerti poteſt. Poteſtatis vero nomine, hæc definiuntur, quod naturam non habeant abſolutam, ſed in relatione quaſi poſitam, atque ex corporum, à quibus ſumuntur, conditione pendentem. Nam quod vni medicamentum eſt, id alteri exhibit alimentum; & quod huic alimentum eſt, hoc idem alteri eſt medicamentum. Sic enim, exempli cauſa, Elleborus eſt coturnici alimentum, hominibus vero medicamentum. Cicuta ſturnis eſt alimentum, anſeri venenum. Ferula aſino pabulum eſt, reliquis iumentis toxicum. Atque hæc diuerſitas accepta ferenda eſt naturæ animalium diuerſitati. Idem enim in hominibus longo vſu contingere poſſe hiſtoriis proditum eſt. Narrant virginem Alexandro Regi oblatam, quæ napello & aliis venenis nutrita, ea ſibi diuturno vſu & eſu familiaria fecerat, ſic, vt quem ſpirabat halitus circumſtantibus hominibus venenatus & lethifer eſſet. Itaq; haud mirum videri debet, ſi quando contingat, medicamenta in corporis naturam & alimoniam faceſſere. Paſſim enim altilia & ſues, ſerpentibus & buffonibus veſci innoxie intuemur, denique.

Virgo veneno nutrita.

ſerpente Ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta,
Illi eadem ſumptu quærunt animalia pennis.

De Medicamentorum penes materiam & ſubſtantiam differentiis.

CAP. II.

Terra opum & medicamentorum parens.

Homo verum mundanarum rex.

QVemadmodum terræ viſceribus, & maris atque aquarum voraginibus opum mundanarum, vt auri, argenti, & omnium metallorum, gemmarum & lapidum pretioſorum admirandis virtutibus à natura inſtructorum abdita latet ſuperbia: ſic eiuſdem terræ ſuperficies infinita prope arborum, herbarum, & arbuſcularum varietate veſtita cernitur: in qua contemplari & mirari licet innumerabiles radicum, foliorum, florum, fructuum, lachrymarum, odorum, ſaporum dotes, & colorum, multo vero magis virtutum varietates. Eadem terra parens ſuo tanquam vbere inenarrabiles animantium ſpecies ortu, nutricatu, & viribus diſtinctas educat. In quo Dei omnium architecti & opificis in homines immenſa bonitas clariſſime innoteſcit: qui tam amplam & opulentam naturæ ſupellectilem, tanquam patrimonium, noſtro imperio ſubiecit, vt hac ad delitias nutricandi & medendi neceſſitatem vti liceret. Iure igitur à veteribus Medicis proditum eſt, medicamenta omnia ab animantibus, plantis, terra, aqua, & aere abunde ſubminiſtrari.

A Ab animantibus quidem totis & integris, vel ipſarum particulis, & excrementis medicamenta petuntur. Totis quidem: nam & ſæpe vulpem integram & catulum, erinaceum, ranam, limacem, lumbricos, cancros, & alia animantium genera in vſum medicum aſſumimus. Particulis vero, quia iecur lupi aut hœdi, pulmo vulpis, os de corde cerui, cranium humanum, adeps, ſanguis, caro, medulla, teſtes caſtoris, vnde caſtoreum, & ſimiles aliæ particulæ in materiam medicam cedunt. Ab excrementis vero peti medicamenta intelligimus, cum cornua, vngues, pilos, pennas, cutem, vel vrinam, ſtercus, ſaliuam, mel, oua, ceram, lac, lanam, ſudorem & ſimilia ad medendum transferimus. Quo etiam genere vniones, moſchum, zibethum, œſypum, & alia huius generis comprehendimus. *Quæ ab animantibus veniant medicamenta.*

A plantis tum integris, tum ipſarum partibus, ſeu arbores illæ ſint, ſeu arbuſculæ, ſeu herbæ medicamenta ſumimus. Sæpe enim cichorio toto, biſmalua, malua, plantagine & ſimilibus: alias vero plantarum ſolis radicibus, medulla, ligno, cortice, ſurculis, caulæ, foliis, floribus, ſeminibus, fructu, ſuccis, lachrymis, gummi, & muſco vtimur. *A plantis.*

E terra quæ eruuntur in materiam medicam, vel terræ quædam ſpecies exiſtunt, vel lapides aut B metalla. Terræ quidem ſpecies ſunt, bolus armenus, terra ſigillata, cimolia, creta, argilla & ſimilia. Lapides ſunt pumex, pyrites ſeu marchaſita auri, argenti, aut æris, marmor, magnes, gypſum, calx viua, lapis ſpecularis, & quæ ſunt huius generis. Metalla & metallica ſunt aurum, argentum, ſtannum, plumbum, æs, ferrum, chalybs, antimonium ſeu ſtibium, ceruſa, ſulphur, cinabaris, lithargyros auri, argenti, tuthia vulgaris, pompholix vera, ærugo, alumen, atramentum ſutorium vtrumque, ſalis genera, auripigmentum ſeu arſenicon vtrumque, & ſimilia. *A terra.*

Ex aqua dulci quę ſequuntur medicamina, depromũtur. Aqua pluuia, fontana, fluuiatilis, omniaque inde orta, vt lenticula aquatica, acorus vulgaris, nymphea, ſiſymbrium, aquatiliaque omnia animalia. Ex aqua ſalſa, ſal, alcyonium, omnia corolla, omnes teſtæ piſcium, vt oſſa ſæpiæ, ſpongiæ, marinaq; omnia animalia. Ab aqua mixta ex dulci & ſalſa androſaces herba, quæ frequens in ſtagnis ad Fontignanum & Setinum Narbonenſis Galliæ promontorium exurgit: aſphaltum, quod in mari mortuo reperitur. *Ab aqua.*

Ab aere manant manna, mel aerium ob id dicta, omneque aliud roris genus, quod in vſum medicum venire poteſt, propter virtutes quas tum à ſole, à quo ſurſum excitatur, tum ab aere, in quo aliC quandiu moratur, tum à plantis, in quibus hæret, mutuatur. *Ab aere.*

De Medicamentorum ſimplicium penes qualitates & effectus ſuos differentiis.

Cap. III.

DEſignatæ medicamentorum ſimplicium ſpecies omnes, vna vel pluribus quatuor facultatum inſtructæ ſunt, de quibus mox mihi futurus ſermo eſt.

Prima facultas reliquis omnibus communis, & earum quoddam quaſi fundamentum ex quatuor primis primorum corporum, ſeu elementorum qualitatibus, calore, inquam, frigiditate, humiditate, & ſiccitate manat. Atq; ea vel ſimplex eſt, vel compoſita, prout vna aut duæ primarum eiuſmodi qualitatum in medicamenti temperie excellunt, quemadmodum ſubiectis tabellis deſcribitur.

Simplex igitur eſt
- *Calefaciendi.*
- *Refrigerandi.*
- *Humectandi.*
- *Siccandi.*

D

Compoſita ex duarum qualitatum excellentium complexu eſt.
- *Calefaciendi & ſiccandi.*
- *Calefaciendi & humectandi.*
- *Refrigerandi & ſiccandi.*
- *Refrigerandi & humectandi.*

Calor quidem
- *Moderatus*
  - *Calefacit.*
  - *Attenuat.*
  - *Rarefacit.*
  - *Meatus reſerat.*
  - *Digerit.*
  - *Suppurat.*
- *Immoderatus*
  - *Inflammat & adurit.*
  - *Mordicat, vnde ſequuntur.*
    - *Rapida attractio.*
    - *Rubificatio.*
    - *Conſumptio.*
    - *Colliquatio.*
    - *Eſchara.*
    - *Mortificatio.*

E

Frigiditas vero
- *Moderata.*
  - *Refrigerat.*
  - *Condenſat.*
  - *Obſtruit.*
- *Immoderata.*
  - *Congelat.*
  - *Stupefacit.*
  - *Tabefacit, ſeu, vt loquuntur, extinctione mortificat.*

A

Humiditas.
- *Moderata*
  - *Humectat.*
  - *Lubricat.*
  - *Lauigat & mitiſicat.*
  - *Glutinat.*
- *Immoderata*
  - *Obſtruit.*
  - *In tumorem flatuoſum attollit, ſi præſertim vaporoſa ſit humiditas*

Siccitas.
- *Moderata.*
  - *Deſiccat.*
  - *Rareſacit.*
  - *Attenuat.*
- *Immoderata.*
  - *Conſtringit.*
  - *Contrahit.*
  - *Fiſſuras inducit & furfuracea.*

B

5 ſimp. & 1. de alim. Eiuſmodi qualitatum effectus diſtinguitur & iis ordinibus, vt notat Galenus, digeruntur, quos gradus nominamus, vt certa proportione & menſura morbis debellandis opponi poſſint, vt eſt ab eodem Galeno proditum. Nam morbo, verbi gratia, calido in ſecundo gradu, non alia, quam frigida in pari gradu remedia opponenda ſunt. Quare medicamenta ſimplicia omnia ſunt,

Calida, Frigida, Humida, Sicca } *in* { *principio, medio, ſummo* } { *Primi, Secundi, Tertii, Quarti* } *gradus*

Caliditas, Frigiditas, Humiditas, Siccitas { *Primi, Secundi, Tertii, Quarti gradus.* } { *Obſcura eſt, Manifeſta, Vehemens, Immoderatiſſima* }

C

Graduum caloris exempla. Caliditatis igitur ſuis gradibus diſtinctæ, exemplum poteſt eſſe eiuſmodi; aqua tepida temperata eſt, quæ paulo calidior eſt, in primo gradu caliditatis conſiſtit: ſi calorem manifeſtum præ ſe fert, in ſecundo eſt gradu caliditatis: at ſi vehementius calefaciat, tertium attingere gradum putanda eſt: at ſi vrit, ad quartum iam aſcendiſſe caloris gradum ſciendum eſt. Par eſt frigiditatis, humiditatis & ſiccitatis ſuis gradibus diſtinguendæ ratio. Itaque nunc operæpretium facturi ſumus, ſi medicamentorum ordinibus & gradu diſtinctorum exempla quædam protulerimus, ex quibus de reliquis coniecturam facere liceat.

Medicamenta ſimplicia calida in gradu & ordine.

Primo

Abſynthium.
Althea.
Amygdala dulcia.
Beta.
Braſſica.
Chamemelum.
Ladanum.
Semen lini.
Saccharum.
Eruum ſiue Orobus.
Vinum nouum. Vetus enim, prout plurium eſt aut pauciorum annorum, in ſecundo aut tertio gradu calidum cenſetur.

Secundo

Ammoniacum.
Apium.
Arthemiſia.
Chamæpytis. D
Anethum.
Crocus.
Fœnugræcum.
Ficus.
Maſtiche.
Thus.
Saluia.
Myrrha.
Marrubium.
Mel.
Meliſſa.
Nux moſchata.
Pix vtraque tum arida corporibus particuliſque ſolidioribus aptior, tum liquida delicatioribus. E
Scylla.
Sal.
Sarcocolla.
Opopanax.
Bryonia.
Ammi.

A Tertio.

Abrotonum.
Agnus.
Aniſum.
Aſarum.
Ariſtolochia.
Chamædris.
Sabina.
Calamintha.
Chelidonium maius.
Cinamomum.
Hyſſopus.
Iris.
B *Iuniperus.*
Origanum.
Ruta ſatiua.
Sagapenum.

Quarto.

Allium.
Anacardi.
Cæpa.
Chelidonium minus, Galeno: etſi noſtras ob cœli & ſoli humentis mollitiem, ne tantam præ ſe fert acrimoniam.
Euphorbium.
Naſturtium.
Pyrethrum.
Ruta ſylueſtris, hæc enim, vt ſylueſtria & inculta omnia, ſatiua vegetior & acrior eſt.
Synapi.
Tithymalli.

Medicamenta ſimplicia frigida in gradu & ordine.

Primo.

Attriplex.
Cydonia mala.
Hordeum.
Malua.
Pyra.
Pruna.
Roſa.
Viola.

Secundo.

Acacia.
Cucurbita.
Cucumis.
Mala granata acida; dulcia enim temperata ſunt potius.
Plantago.
Polygonum.
C *Solanum hortenſe, nam id, quod ſomniferum dicitur, vi refrigerandi, ad papauer accedit.*

Tertio.

Hyoſcyamus.
Mandragora.
Portulaca.
Semperuiuum.
Solanum ſomniferum.

Quarto.

Cicuta.
Opium.
Papaueris genera omnia, excepto corniculato. Huic enim incidendi & abſtergendi vim attribuit Gal. certe nitroſum & ſalſum guſtu percipitur, quo fit, vt calida & ſicca ſit natura.

Meditamenta ſimplitia humida ordine & gradu.

D Primo.

Bugloſſum.
Malua.
Rapum.
Spinacea.
Viola.

Secundo.

Ammoniacum.
Cucurbita.
Cucumis.
Lactuca.
Melones.
Portulaca.

Medicamenta ſimplicia ſicca ordine & gradu.

Primo.

Braſſica.
Chamemelum.
Crocus.
E *Faba.*
Fœnugræcum.
Hordeum integrum.
Sarcocolla.
Thus.

Secundo.

Anethum.
Arthemiſia.
Balauſtia.
Lens.
Maſtiche.
Mel.
Myrrha.
Nux moſchata.
Orobus.
Plantago.
Pix arida.
Sal.

Tertio.	Quarto.
Abrotonum vſtum.	*Allium.*
Abſynthium.	*Euphorbium.*
Acetum.	*Naſturtium.*
Aloë.	*Piper.*
Cuminum.	*Sinapi.*
Galla.	
Milium.	
Myrtas.	
Sabina.	
Sanguis draconis.	

A

Primarum qualitatum effecta per accidens.

Omnes eiuſmodi qualitates ea, quæ diximus, efficiunt per ſe, & natura ſua: quanquam longe alia per accidens, & præter propriam naturam in corporibus noſtris moliuntur, quorum ratione cauſæ accidentales nuncupantur. Id ſequentibus exemplis fiet manifeſtum. B

Calor externus internum corpus per accidens refrigerat, quia meatus, poroſque aperit, atque internum calorem vna cum ſpiritibus & humore per ſudores euocat. Ex quo ſequitur, vt deteriores ſint concoctiones, & imminuatur appetentia. Idem calor ambiens ex euentu etiam humectat, dum humores frigore concretos fundit, & liquefacit: ſic enim & Venus humectare creditur.

Par eſt frigoris ratio, id enim non propria & natiua, ſed accidentaria vi calefacit. Cuius rei periculum facere licet hyemali tempeſtate, qua frigus ambiens dum corporis ſpiracula occludit, caloris natiui expiratum & diſſipationem impedit. Ita fit, vt conduplicetur intus & felicior obeatur concoctio, meliorque ſuccedat appetentia. Idem frigus per accidens etiam deſiccat, dum humorem, qui in partem aliquam paratus erat influere, repellit, & dum eius, qui in parte collectus eſt, concretionem facit: ſic enim repellentium vſu immoderatiore tumor œdematoſus à pituita craſſa & viſcida in ſcirrhum degenerat.

Siccitas & humiditas paſſiuæ qualitates.

Siccitas & humiditas quia qualitates ſunt magis paſſiuæ, vires ſuas non tam manifeſtis operibus produnt, quam calor & frigus, ſed harum comparatione materiæ potius rationem ſubeunt.

De ſecundis medicamentorum facultatibus. CAP. IV. C

MEDICAMENTORVM ſecundas facultates dicimus, quæ à primis iam commemoratis pendent, vt,

A calore	*Aperire. Attenuare. Attrahere. Detergere. Leuigare. Rarefacere*	*A frigiditate.*	*Condenſare. Conſtipare. Exaſperare. Incraſſare. Occludere. Repellere.*
Ab humiditate	*Laxare. Mollire*	*A ſiccitate.*	*Indurare. Tendere*

Hinc medicamentum attrahens dicimus, cui attrahendi vis ineſt, contra repercutiens, cui repellendi. Detergens, quod viſcoſa extergit. Emplaſticum, quod non modo corporis meatus occludit, ſed & liquidiora intus concluſa corpora ad ſubſtantiæ quandam æquabilitatem reuocat. Sic & remollientibus, laxantibus ac reliquis nomina ex eo, quod agere poſſunt, ſunt impoſita, de quibus dicemus. D

De tertiis medicamentorum facultatibus. CAP. V.

Tertiam facultatem mediæ. eſſe a proprietate.

MEdicamentorum facultas tertia magna ex parte pendet à prima & ſecunda facultatibus, alias ſimul iunctis, alias ſeorſim ſumptis. Nonnunquam etiam neutram eiuſmodi facultatum ſequitur, ſed proprietatem quandam & qualitatem inexplicabilem, quæ ſola experientia cognoſcitur. Eiuſmodi igitur tertiæ facultatis opera ſunt glutinare, carne implere, cicatrice obducere, dolorem ſedare, mouere vel ſiſtere vrinas, lac, ſemen, menſes, ſudores, vomitus & quæ his ſunt ſimilia, in corpore aut circa corpus agere.

Sic enim carnis opus duarum facultatum concurſu prodit, ſiccandi nempe & detergendi. Siccitas vero & adſtrictio agglutinandi & cicatrice obducendi facultatem pariunt. Calefaciendi vero & attenuandi facultas eius authores ſunt, quæ ſudores, vrinas, menſes & ſimilia in corpore citat & promouet: contrariæ vero facultates eadem illa tardant & ſiſtunt. E

Dolorem ſedare à prima tantum facultate eſt, nempe à caliditate, ſeu calefaciendi vi moderata: ſomnum inducere à frigiditate ſimplici, vel frigiditate, quæ adiunctam habeat humiditatem. Vomitum vero prouocare, neque à prima, neque à ſecunda facultate eſt, ſed à proprietate quadam occulta & eſſentiali, quæ agarico & aliis nauſeam parientibus, vomitumque cientibus medicamentis à natura eſt inſita.

De quarta medicamentorum facultate. CAP. VI.

QVarta medicamentorum facultas non eſt eiuſdem cum his, quæ commemoratæ ſunt, conditionis: non enim ab his, aut ab vlla qualitate manifeſta, elementaue pendet, ſed ab occulta totius ſubſtantiæ proprietate, cuius beneficio in hanc potius, quam in illam partem, in hunc potius, quam in illũ humorem agit. Hanc itaque facultatem non eſt datum Medico ratione vlla veſtigare, ſed tantum experientia cognoſcere, quemadmodum paulo ante de medicamento, quod vomitum ciet, diximus. Hinc eſt, quod his medicamentis nomina ſunt indita ab his partibus, quibus præcipue ſuam dicarunt operam. Ergo cephalica dicuntur, quæ capiti ſeruiunt, vt betonica, maiorana, ſaluia, roſmarinus, ſtœchas. Pneumonica, quæ pulmoni, vt glycyrrhiza, amygdalę dulces, iris, enula campana. Cardiaca, quæ cordi, vt crocus, cinnamomum, malum Medicum ac præcipue cortex eius, bugloſſum, corallus, ebur. Stomachica, quæ ventriculum & eius orificium reſpiciunt, vt nux moſchata, mentha, aniſum, maſtiche, piper, zinziber. Hepatica, quæ hepar, vt abſynthium, eupatorium, ſpica nardi, cichorium, ſantala. Splenica, vt thymus, epithymus, flos geniſtæ, ceterach, capparis, cortex radicum capparis, cortex tamariſci. Renalia, quæ renes ſpectant, cuiuſmodi ſunt radix apii, aſparagi, fœniculi, ruſci, ſemina quatuor frigida maiora, terebinthina, plantago, ſaxifraga. Arthritica, quæ articulos iuuant, cuiuſmodi ſunt arthritica, chamæpytis, enula, calamenthum, hermodactyli & ſimilia.

Quartam medicamentorum facultatem pendere tantum ab occulta proprietate. Cephalica. Pneumonica. Cardiaca. Stomachica. Hepatica. Splenica. Renalia. Arthritica.

Huius etiam ordinis recenſeri poſſunt purgantia medicamenta, quod proprietate ſpecificá inſtructa, non modo in hunc potius, quam in illum humorem vires ſuas exerunt, ſed etiam eum, qui huic, quã alteri parti infixus hæret, trahant. Sic enim agaricus phlegma ex capite & articulis allicit maxime; rheũ bilem, quæ in hepate & renibus vitium facit. Sed ab eiuſmodi rerum contemplatione nobis hic abſtinendum eſt, quia alterius potius ſit muneris. Cæterum huius generis medicamentorum quædam ſimplici & vnica facultate ſunt inſtructa, alia pluribus & contrariis: Cuius rei abunde guſtus fidem facit. Nam rheum primo linguæ quaſi linctu acre & calidum percipitur, at mox penitiori dentium, linguæ & palati contactu adſtrictionis terrenæ particeps intelligitur. Ergò quia ſapores de medicamentorum facultatibus iudicium faciunt, propterea & de illis hic breuiter dicere expedit.

Rheum barbar. pluribus facultatibus præditum.

De ſaporibus. CAP. VII.

SApor, quemadmodum ex Ariſtotelis & Theophraſti ſententia refert Galenus, eſt *humidi in ſicco quadam concoctio, caloris beneficio facta* quam lingua bene temperata, ſaliua, vt decet, imbuta, neruoq; perfuſa cognoſcimus. Saporum differentiæ nouem exiſtunt, nam tres ſapores cenſentur calidi, nempe acris, amarus & ſalſus: tres frigidi, acidus, auſterus & acerbus. Tres temperati, dulcis, oleoſus ſeu pinguis, & inſipidus. Tot vero cenſentur pro concoctionis variis gradibus: maior enim in ſaporibus calidis, & quædam veluti aſſatio elucet, minor in frigidis; mediocris, & quædam quaſi elixatio in temperatis. Itaque natura hunc ordinem tenet in corporum ſapidorum concoctione, vt primo acerbus ſapor eluceat, inde auſterus, tum acidus. Ab his tanquam coctionis rudimentis mox emergit inſipidus, inde oleoſus, tum dulcis, vere coctus & temperatus.

Lib. 1 ſimp. Saporum differentia. Sapor quid. eius differentiæ.

Coctione mox mediocritatis limites excedente fit ſalſus ſapor, inde amarus, denique caloris fere ignei ſummo exceſſu acris. Quanquam hæc ita accepta velim, non quod omnia, quę ſapida natura ſunt, acerbitatis, auſteritatis & aciditatis gradib. ad dulcedinem perueniant, quaſi immutabili neceſſitate contingat, vt omnia, quæ dulcia ſunt, ea ante acerba, auſtera & acida fuerint. Multa enim inueniuntur, in plantis præſertim earumque fructibus, quæ cum ad perfectionem ſpeciemque ſuam peruenerint, acida ſunt, amara aut ſalſa, quinimo incocta & imperfecta cum & quandiu quadam veluti dulcedine ſunt perfuſa, deinde ampliori digeſtione, ſeu perfectione & coctione perueniant ad amarum, auſterum, acidumve ſaporem. Sic enim amaritudo in abſinthio, & aloe, acrimonia in pipere aut pyrethro, naturæ perfectio eſt, & plena maturitas, perfectaque concoctio, non caloris in ea ſpecie exceſſus: acerbitas vero & auſteritas naturæ perfectio eſt non rudimentum in ſorbis & cornis; aciditas in omphacio. Verum in longe pluribus ita fit, vt dulcis pinguiſque ſapor concoctione fiant & perfectione conſiſtant: vt in vuis, ficubus, pyris, pomis, & reliquo, quo veſcimur, fere omni fructuum genere cernere eſt. Itaque de ſingulis nunc gradatim dicamus, initio à frigidis ſaporibus ducto.

Non omnia ſapida ſaporum diſtinctos gradus percurrere.

Acerbus ſapor frigidus eſt, & terreſtris, craſſæque plane ſubſtantiæ, ac minus auſtero, longe vero minus acido humidus. Refrigerat & ſiccat inſigniter, condenſat, adſtringit, repellit, præſertim a ſuperficie atque exaſperat. Exiſtit, percipiturque is ſapor in malicorio, galla, rhoe, & cupreſſi nucibus.

Acerbi ratio.

Auſterus acerbo temperie & effectis eſt ſimillimus, ſed paulo humidior: acerbus enim in ſubſtantia terreſtri & frigida abſolute conſiſtit. Hic igitur concoctionis gradu auctus acceſſionem habet, vel caloris ſolius, vel ſolius humoris vel caloris ſimul, & humoris. humoris, inquam, qui aereus ſit, vel aqueus. Si qui igitur fructus acerbi ante maturitatem exiſtant, indeque caloris acceſſionem habeant, tũ ipſi dulceſcunt, vt in caſtaneis cernere licet: ſi ſolius humoris eiuſque craſſioris fiat acceſſio, ex acerbis fiunt auſteri: eſt enim vterque ſapor in pari gradu frigiditatis, at auſterus humidior eſt. Sed ſi frigiditate eadem manente in fructibus, tenuis quædam humiditas adueniat, acidus excitatur ſapor. Si vero ſimul caloris & aqueæ humiditatis acceſſionem habeant, ſaporem dulcem conſequentur: vel oleoſum, ſi qui cum calore acceſſit humor, aereus ſit.

Auſteri.

Huius rei admonuiſſe operæpretium fuit, vt innoteſceret, quibus viis ſapida corpora ex acerbis per intermedios tanquam auſteritatis, aciditatis & oleoſi ſaporis gradus mitificata dulceſcerent, pro vt variam caloris & hu moris, ſeorſim aut coniunctim acceſſionem obtinent.

Cæterum

Cæterum ex his omnibus, quæ dicta ſunt, licet intelligere, acerba, auſteraq; omnia frigida & ſicca eſſe: atque qua frigida ſunt, fluxiones repellere, qua ſicca & terreſtria, denſare, incraſſare, viasq; conſtipare & adſtringere, imo & cicatrice obducere: at longe potentius acerba id præſtare, vt quæ abſolute terrena & frigida ſiccaque ſint, nec humoris, nec aquæ participia: auſtera vero in media quaſi materia conſiſtere, id eſt, in terreno corpore dilutiore, vt in ſorbis, vua immatura, cornis, meſpilis, pomis, pyriſque ſylueſtribus, & omni immaturorum fructuum genere cernitur, ex quo & crudus ſapor nuncupatur. A

Sapor crudus.

Acidi ratio.

Acidus ſapor frigidæ eſt & aqueæ naturæ, ſed tenuiſſimæ, cuius beneficio ad penetrandum & incidendum nihilo fere inferior eſt acri ſapore. Incidit igitur, attenuat, mordicat, deterget, obſtructa liberat, repellit & ſiccat. Frigoris enim alte ſubeuntis beneficio fluxiones omnes repellit, ſiccandi vero vi, quæ in aquea etiam ipſius conſiſtentia valida eſt, hæmorrhagias, hæmorrhoidas, dyſenteriaſque omnes ſiſtit & cohibet. Eius vis in aceto maxime deprehenditur, tum in ſucco mali citrei, in oxalide, ceratiis, oxyacantha & ſimilibus. Atque hæc frigidorum ſaporum eſt natura, nunc de temperatis tempus eſt dicere.

Inſipidi.

Inſipidus improprie ſapor dicitur, vt qui ſaporum potius priuatio ſit, frigidæ eſt vtcunque, & valde aquoſæ craſſiorisque naturæ, incraſſat, conſtipat, ſi ſpectaueris. Id saporis gen⁹ in aqua excellit maxime, B inde in cucurbita, citrullo, & aliis quamplurimis ſimilibus.

Oleoſi.

Oleoſus ſapor calidus eſt, humidus & aereus, itaque humectat, laxat, mollit, lubricat. Huius generis ſunt oleum, butyrum, adeps nec vetuſtate rancidus, nec natura acrior, cuiuſmodi eſt leonum & vulpium.

Dulcis.

Dulcis ſapor à moderato fit & bene concoquente calore, in materia tenuiore & calidiore, quam inſipidus conſiſtens, ſed in paulo craſſiore, quam oleoſus, à quo primis qualitatibus non differt: itaque calidæ eſt & aereæ ac temperatæ naturæ. Ideo omne dulce deterget, leniit, coquit, maturat, laxat & anodynum eſt. Huius ſaporis exempla, in ſaccharo, melle, manna, amygdalis dulcibus, lacte & aliis habemus. His expoſitis, ad calidos ſapores veniendum.

Salſi.

Salſus ſapor calidus eſt & adſtringens, minus terreſtris, quam amarus, vt qui quaſi in mediocri materia conſiſtat. Fit enim a terreno ſicco, quod in aqueo humido caloris vi præaſſatum attenuatumq; eſt. Itaque quod ſalſum eſt, poros contrahit, incidit, deterget, digerit vel abſorbet potius ſua ſiccitate humores, ſine manifeſto caloris ſenſu, quo fit, vt à putredine vindicet. Hoc genere continentur ſalis ſpecies omnes, ſalpetræ, ſal nitrum, ſal ammoniacum, ſal gemmæ, ſal vulgare, aqua marina & his ſimilia.

Amari.

Sapor amarus, calidus eſt, terreſtris & ſiccus: terreſtris enim eſt eius materia atque terrena, quam exuperans calor præaſſauit & exſiccauit. Itaque humores corporis ſuperfluos amara ſumpta, vlcerum vero ſaniem admota purgant & detergent, meatus, oraque venarum diuellunt, ſæpe etiam abradendo: quo C fit, vt menſes & hæmorrhoidas cieant. Hoc ſapore inſignis eſt aloe, fel, abſynthium, gentiana, centaurium minus, colocynthis, fumus terræ, fuligo & alia eiuſmodi.

Acris.

Acris ſapor calidus eſt, tenuis & igneæ naturæ: ſuſcitatur enim ex calida, tenui, ſiccaque materia, nec in alia conſiſtere poteſt. Os itaque, quod acre eſt, acrimonia ferit & compungit: calefacit, ſæpeque etiam exurit, penetrat, meatus aperit, craſſos humores extenuat, attrahit, & foras euocat, vrinas, menſes, & ſudores pellit. At & ſepticum eſt, veſicatorium, eſcharoticum, vrens denique & cauſticum. Septica quidem ſeu putrefactiua ſunt & colliquatia ſublimatū, chamelea, thapſiæ ſuccus. Veſicas excitant lepidium, cantharis, ranunculus, ſinapi, pyrethrum, euphorbium. Cauſtica vero & eſcharotica calx, cinis quernus & ſimilia.

Guſtum eſſe iudicem reliquos ſenſus indices naturæ medicamentorum.

Cæterum medicamenta non ſolo guſtu, ſed & aliis ſenſibus cognoſcimus, vt tactu, viſu, auditu, olfactu. Vt enim guſtu iudice, ſic his *tanquam* iudicibus medicamentorum bonitatem exploramus, & legitimum ac verum ab adulterino diſtinguimus. Tactus quidem, quæ calida ſint & frigida, humida & D ſicca, aſpera & lenia, dura & mollia, tenera ſeu friabilia, & glutinoſa ac viſcida, arida aut lubrica iudicat. Ex calore, ſplendore aut obſcuritate, quorum oculus eſt iudex, medicamentorum bonitatem probamus. Nam ſennæ folliculos nigro in viride inclinante laudamus, ſub albo vero colore improbamus: vt & caſſiam amplectimur, quæ foris, intusque nigra ſit, collucens ac ſplendens, non autem ſiculenta. Quanquam ex colore de qualitatibus primis fallax eſt, aut nullum iudicium: non enim quæ alba aut niuea ſunt, ſtatim frigida exiſtunt. Ex his enim pleraque calida, vt calx, nec quæ rubra, ſtatim calida, roſæ enim refrigerant. Odoratu etiam medicamenta æſtimantur, nam quæ odore ſuo & natiuo fragrant, fere calida ſunt & viribus integris. Contra inodora frigida magna parte & euanida. Auditu vacua à plenis diſtinguimus: ſic enim caſſiam eligimus, quæ concuſſa clauſis intus granis non ſtrepat. Huc vſq; medicamentorum facultates primas, ſecundas, tertias & quartas in genere expoſuimus, ac quibus iudicis cognoſci poſſent, diximus: nunc paulo ſpecialior nobis facultatum ſecundarum & tertiarum tractatio inſtituenda eſt, quod harum ratione in vſum chirurgicum medicamenta potiſſimum veniant, ſi tamen prius, quibus modis & artibus præparentur, breuiter indicauerimus. E

De medi-

De medicamentorum præparatione. Cap. VIII.

A

Medicamenta præparare nihil eſt aliud, quam ipſa per artem vſui, vel compoſitioni commodiora reddere, quo ipſa vel

- Mitiora ſint
- Valentiora
- Gratiora
- Salubriora
- Magis miſcibilia.

Quæ omnia fiunt.

- Tritura, cum ſcilicet comminuuntur medicamenta, idoneo percuſſu vel friatu piſtillo in mortario.
  - Aeneo.
  - Ferreo.
  - Plumbeo.
  - Vitreo.
  - Ligneo.
  - Marmoreo & aliis eiuſmodi.
  - Expendenda.
    - Rem, quæ teritur.
    - Vehementiam, quæ teri debet.
    - Tempus ſeu ſpatium.
    - Situm, quod vna additur.
    - Conſiſtentiã, quæ rei tritæ ineſſe debet.
- B Cribratione, qua purum & minutius à ſordido & craſſiori ſecernimus, quod fit interniculis atq; cribris
  - Tiliaceis.
  - Pergamenaceis.
  - Setaceis.
  - Sericis.
  - In quo notandum, quod cribrationis eadem eſt, atq; trituræ ratio: ob id quæ tenuiter puluerisanda, tenuiore ſeu denſiore cribro ſunt cernenda, quæ craſſius, rariore.
- Diſſolutione ſeu dilutione, ac mollitione.
  - Quæ nihil eſt aliud, quam medicamenti, vel ſimplicis, vel compoſiti, conſiſtentiæ craſſioris aut durioris reſolutio in conſiſtentiam vel mediocrem, vel paulo craſſiorem, vel liquidiorem, vel molliorem, quod fit,
    - Vel ſolo calore; nam & calore molleſcunt cornua, lachrymæ.
    - Vel liquore, vt aqua, aceto, vino, ſucco limonum.
- Deſiccatione, ſeu induratione, quæ
  - Nihil eſt aliud, quam humiditatis ſuperfluæ & noxiæ conſumptio, hæc fit
    - Vel à ſole.
    - Vel ab igne.
- C Infuſione, quæ nihil aliud eſt, quam medicamenti parum triti aut conciſi temperatio & maceratio in humore aliquo noſtrũ ſcopis apto; lacte nempe, aceto, aqua, oleo & ſimilibus, tamdiu, quandiu oportet pro medicamenti natura. Ad infuſionem.
  - Nutritio reuocatur, quæ nihil aliud eſt, quã medicamenti quædam veluti accreſſio, dum humore aliquo imbuitur, maceratur, confricatur aut tribulatur; præſertim calefacto.
- D Vſtione, id eſt, humiditatis conſumptione, quæ ipſis ineſt. Idq; vel vt puluerari facilius poſſint, alioqui glutinoſiora; vel vt eſſentiæ craßitiem deponant, & tenuitatem induant, vel qualitatem aliquam igneam; vel vt acrimoniam minuant, Galen. cap. 9. libri quarti ſimplicium: Vel vt colorem nouum acquirant, atque omnia vruntur, vel
  - Per ſe, humore nempe prepingui prædita, vt pili, lana ſuccida, cornua.
  - Vel cum materia aliqua inflammabili, vt ſulphure, alumine, ſale, hordeo.
- Coctione, ſeu elixatione, quæ nempe fit à calore humido, vt vſtio à ſicco, idq; vel vt eorũ, quæ coquũtur, medicamentorũ vires imbecilles augeamus, incoctis ſimul his, quæ ſunt validiora; vel vt validiores minuamus; vel vt alienas in totũ abigamus; vel vt ex omnibus facultate diuerſis aut contrariis ſimul coquendis facultas vna coaleſcat, vel ob cuſtodiæ diuturnitatem; vel deſtinatam quandam formam & conſiſtentiã, quæ omnia fiunt, vel
  - Igne.
  - Sole.
- E Lauatione ſeu purgatione, quæ medicamẽtis ſordes eluat. Quæ lauantur, vel ſunt
  - Dura, vt metalla; lapides, partes animalium, ſucci deſiccati, & alia.
  - Mollia, vt reſina, gummi, axungia, olea.
  - Qualia
    - Teri ſubtiliſſime ante debẽt, vt in omnẽ eorũ ſubſtantiã aqua penetrare poſſit, liquari ante debẽt, & in vas aqua plenũ conĳci atq; agitari, tandemq; reſidere, dum, quod pingue eſt, ſupernatet, idq; toties, dũ aqua nullã ſuarũ qualitatũ retineat in colore, odore, ſapore.

A

De medicamentis repellentibus ſeu repercutientibus. CAP. IX.

Adſtringentia repellentium nomine intellige.

Repellentium differentia.

REpellentia ſeu repercutientia medicamenta frigida ſunt, & craſſarum ac terrenarum partium: quo etiam nomine adſtringentia, quia humorum in partem influxum prohibent, intelliguntur. Repellentia talia ſunt, vel natura ſua & per ſe, vel ex euentu, ex ſeſe alioqui minime talia. Quæ per ſe repellentia exiſtunt, duorum ſunt generum: nam alia aquea ſunt & humida, ſine vlla adſtringendi vi, quæ tota fere à terreſtri eſſentia eſt. Itaque quod repellunt, id omne frigiditati, qua pollent, acceptum referunt. Huius generis ſunt lactuca, portulaca, ſonchus, lenticula paluſtris, vmbilicus veneris, cucumis, melones, cucurbita, aizoon, poma mandragoræ, ſolanum, hyoſcyamus, & ſimilia, quæ tantopere refrigerant, ac [illegible] fluctuat, ſubmoueantur, eius calorem natiuum extinguunt. Alia ſunt terreſtria, & hoc ipſo adſtringentia: cæterum alias calida, alias frigida. Quæ frigida ſunt temperie, & conſiſtentia terreſtri, ea proprie & vere repellentia ſunt: & ex his alia ſimplicia ſunt, alia compoſita. Simplicia ſunt plantago, folia vitium, capita roſarum, quercus, rubus, cupreſſus, oxyacantha, rhus, cauda equina, fructus ſorborum, cornorum, meſpilorum, cydoniorum, myrtillorum, nuces cupreſſi, nuces [illegible] virides, gallæ, glandes, ſumach, omnes fructus immaturi, omphacium, acetum, vinum auſterum, ſuccus granatorum acidorum, acacia, ſuccus berberis, ſuccus cydoniorum, hypociſtis, malicorium, cortex quercus, [illegible] balauſtia, farina hordei, fabarum, panici, auenæ, milii, orobi, admixta ſucco [illegible] modum paſtis, bolus armenus, ſanguis draconis, ceruſſa, lithargyros, terra ſigillata, cimolia, creta, [illegible], plumbum, coralla, marchaſitæ omnes, antimonium, ſpodium, pompholix vera, omnes terræ ſpecies, & huius generis alia.

Quæ repellentia ſimul & proprie adſtringentia ſint.

B

Compoſita vero ſunt oleum roſaceum, omphacinum, myrtillorum, papaueris, cydoniorum, nenupharis, vnguentum roſatum, album Rhaſis camphoratum, emplaſtrum diachalciteos diſſolutum in aceto & oleo roſato, deſiccatiuum rubeum, populeon, emplaſtrum nigrum ſeu tetrapharmacum deſcriptione Gal. emplaſtrum contra rupturam, de ceruſa, pro matrice. Huiuſmodi repellentia omnia frigida plus virium obtinent, ſi ſubſtantiæ tenuitatem, ſeu ex ſe, ſeu adiuncta admixtione habeant: hoc enim conſilio ſæpe craſſarum partium repellentibus acetum, camphoram & ſimilia tenuis ſubſtantiæ admiſcemus, vt tanquam vehicula ſint repellendi viribus intro deferendis. Repellentia craſſarum partium & calida ſunt abſynthium, centaurium, gentiana, eupatorium, ſabina, coriandrum, mentha, lauri folia, cardamomum, calamus aromaticus, aloe, ſpica, crocus, nux moſchata, cinamomum, ſuccinum, ſal, alumen, vitriolum, ſulphur, oleum abſynthinum, maſtichinum, nardinum, coſtinum, ceratum Gal. ſtomachicum, ſantalinum, emplaſtrum diachalciteos. At quæ per accidens repellant, ſunt vincula, diplomata, lintea, omniſque generis ſplenia, canales, cauteria, phlebotomiæ, cucurbitulæ, frictiones doloreſq; in partibus oppoſitis, & alia eiuſmodi, quæ proprie reuellere dicuntur. Repellentium vſus eſt, humorem, qui aliunde in partem influit, retro compellere, ſicque inflammationis ardorem ſedare, quem ille humorum influxus inuehit, imo ſæpe dolorem, febrem, abſceſſum, vlcus cacoethes, gangrænam & ſphacelum. Huiuſmodi repellentia morbo ſic ſemper opponenda ſunt, vt partis, cui admouentur, habeatur ratio in temperie, complexione & natura particulari: non enim omnes ex æquo parem vim repellentium ferre poſſunt, vt neruoſæ & aliæ ſpermaticæ ac frigidæ. Quin nonnullæ exiſtunt, quibus repellentia nullo modo admouenda ſunt, vt inguina, alæ, & quæ pone aures ac cerebrum ſunt glandulæ, ne in viſcus nobile fiat recurſus. Par eſt & corporum ratio, non enim tam valida repellentia & parem temporis exceſſum tolerabunt muliebria, puerilia, eunuchorum corpora, quam virilia & calore multo vegeta, quin ne omnis quidem morbus repellentia flagitat: nam ſi quando cacochymia, ſi plethora adſunt, repellentium vſus niſi præmiſſa purgatione vniuerſali, tutus eſſe non poteſt: [illegible] ſi humor, qui in motu eſt, venenatus fuerit, craſſus, acris aut virulentus, vel ingentem doloris cruciatum in parte excitet: tum enim contra attrahentibus potius locus eſſe debet. Enim vero ſi morbus magnus ſit, nihil imbecillis repellentibus [illegible] illum protexeris, vt lactuca contra ingentem inflammationem, & itaque [illegible] exiguam fluxionem validis repellentibus adorti fuerimus: hinc enim cutis conſtringitur, meatuſque occluduntur, ex quo inflammatio augetur vel in ſcirrhum deducitur. Quare Chirurgo videndum, vt pro morbi magnitudine repellentium vires temperet.

Cur repellentib. ſæpe admiſceantur quæ tenuium ſunt partium.

C

Repellentia per accidens.

Repellentium vſus.

Repellentia quæ & quib. partibus apponenda.

D

De medicamentis attrahentibus. CAP. X.

Quale medicamentum attrahens dicatur.

ATtrahens medicamentum repellenti contrarium, helcticum Græcis dictum, calidæ eſt & tenuis ſubſtantiæ, quia foras in corporis ſuperficiem euocat, quod in centro & imo delitescit: quanquam aliquando id agit proprietate occulta, alias etiam per accidens ab acrimonia.

Quæ qualitate manifeſta attrahunt, ſimplicia ſunt aut compoſita.

Attrahentia ſimplicia.

Simplicia quidem, vt bryonia, allium, cepa, porrum, ariſtolochia, hermodactyli, cyclamen, lilium, ſigillum beatæ Mariæ, arum, aſarum, aſphodelus, gentiana, pyrethrum, ruta, ſabina, calamentum, omnes tithymalorum ſpecies, viſcum, abrotanum, anagallis, vrtica, ranunculus, ſtruthium & gummi Ammoniacum, bdellium, galbanum, ſagapenum, euphorbium, aſphaltum, cinis è fæce vini vel aceti, calx viua, ſulphur, ſal ammoniacus, omnes ſalis ſpecies, auripigmentum. Oleum vetus, adeps leonis, vrſi, canis, anſeris, viperæ, ranarum, axungia porci vetuſtate acris, aut attrita roſarum. Compoſita vero, vt oleum de ſpica, philoſophorum, de terebinthina, de croco, de ſcorpionibus, rutaceum, vulpinum, laurinum, anethinum, de vitriolo, vnguentum Agrippæ, Aregon ſeu [illegible], martiatum, enulatum, theriaca, mithridatium. Emplaſtrum de meliloto, diachylon magnum & paruum, oxycroceum, diuinum &c.

E

Quæ

A Quæ occulta naturæ proprietate attrahunt, ſunt magnes, argentum viuum, pæonia, ſuccinum, omnia alexipharmaca, omnia theriacalia, id eſt, quæ morſui ferarum medentur, omnia denique purgātia medicamenta. *Proprietate attrahentia.*

Quæ per accidens attrahunt, id aliunde, quam ex natura ſua conſequuntur, vt ex putredine & corruptione, quemadmodum ſtercus columbinum, caprinum, vaccinum, humanum, ſtercorum denique genera omnia, item fermentum, caſeus vetus & ſimilia. *Attrahētia per accidens.*

Attrahunt etiam, ſed modo à ſuperioribus plane diuerſo, cucurbitulæ, ſanguiſugæ, ſyrinx, frictio aſperior & durior, ſuctus, dolor, arcta vincula, cauteria,

Attrahentia medicamenta neque vrere, neque digerere debent, itaque validiora, acrioraque, oleo roſato & aliis lenibus admixtis ſunt temperanda. debilia vero addito oleo laurino, calce viua & ſimilibus roboranda.

Attrahentium vſus eſt, vt venena in cutem euocent, criticos abſceſſus accelerent, tabidas ac velut ſyderatas partes vitæ reſtituant, perfrigeratas ſpiritu refoueant, vitioſam malignorum vlcerum ſaniem, quæ neruis & cuniculoſis vulneribus latet, exhauriant: ſquamas oſſium detrahant, paxillos, clauos, ſpinas, ſagittas reuellant & quod impactum in inflammationibus induratis hæret, eliciant. *Attrahentium vſus.*

B

De medicamentis reſoluentibus. CAP. XI.

MEdicamentum reſoluens id dicitur, *quod calore & ſubſtantia ſua tenuitate poros aperit, humores attenuat, diſſipat, & inutiles materias in halitum diſcutit.* Huiuſmodi medicamenti duæ ſunt ſpecies: quoddam enim aræoticum ſeu rarefaciens dicitur, aliud diaphoreticum ſeu digerens nuncupatur. Aræoticum calore mediocri ac minime ſicco, & ſubſtantiæ tenuitate præditum cutem aperit, & relaxat, concluſiſq; ſub ea materiebus exitum patefacit, ex quo & dolorem lenire more anodynorum poteſt, quia à calore temperato non valde recedit. Diaphoreticum vero vegetiori calore inſtructum, quicquid impactum in parte hæret, in tenues auras inſenſibiliter diſſipat. Itaque acrius ſæpe calidiusque in eam rem deligendum eſt, quam id, quod attrahendi muneri eſt deſtinatum, pro humoris frigidi craſſique digerendi contumacia, viarum longinquitate & anfractibus. *Reſoluentia medicamēta qua dicantur. Differentia.*

Aræotica, quæ & fomentia debilia dicere poſſumus, ſimplicia ſunt vel compoſita.

C Simplicia ſunt biſmalua tota, parietaria, adianthum, mercurialis, ebulus, valeriana, roſmarinus, ſaluia, thymus, chamemelum, melilotum, anethus, farina hordei, tritici, ſeminis lini, fœnugræci, nigella, furfur, adeps gallinæ, anſeris, anatis, cuniculi, vituli: Metallica fere omnia, niſi acria fiat. *Aræotica ſimplicia.*

Compoſita ſunt oleum chamemelinum, anethinum, liliaceum, catellorum, lumbricorum, keirinum, de vitellis ouorum, de tritico, amygdalarum dulcium. Vnguentum de althea, emplaſtrum diachylum ireatum. *Compoſita.*

Diaphoretica vero ſeu digerentia ſimiliter ſimplicia ſunt aut compoſita. Simplicia ſunt Ariſtolochia, enula campana, iris, cæpa, ſcylla, ſigillum Salomonis, ſigillum beatæ Mariæ, bryonia, panis porcinus, dracunculus, aſphodelus, origanum, mentha, pulegium, ſabina, ſerpillum, calamenthum, hyſſopus, vrtica, artemiſia, lauendula, chamepytis, aniſum, fœniculum, cuminum, piper, nux moſchata, coriandrum, baccæ lauri & iuniperi, farina fabarum, lupinorum, orobi, milii, frumenti, furfur, mica panis. Acetum tepidum, oxycratum, vinum vetus aut aromaticum, mel, aqua vitæ, muria, adeps tauri, equi, leonis, canis, hirci, medulla cerui, cruris bouis & arietis, ammoniacum galbanum, opponax, ſagapenum, myrrha, bdellium, thus, terebinthina, pix nigra, ladanum, ſtyrax, calamita, benioinum, ſterc* caprinum, columbinum, caninum, bubulum, & aliæ ſtercorum ſpecies. *Diaphoretica ſimplicia.*

D Compoſita diaphoretica ſunt oleum amygdalarum amararum, iuniperinum, laurinum, de ſcorpionibus, irinum, coſtinum, nardinum, de terebinthina, de croco, canabinum, raphaninum, è cucumere agreſti, vulpinum, rutaceum, philoſophorum de lateribus, de euphorbio, de tartaro, de petroleo, de keiua ſiue ricininum. Vnguentum Agrippæ, Aregon martiatum, enulatum: Emplaſtrum de vigo, ſine additione, & cum additione, oxycroceum, diachaliteos diſſolutum in oleo digerente ad formā cerati. *Compoſita.*

Aræotica vtiliter adhibentur tumorum ſuperficialium incrementis & ſtatui, in parte molli & materia calida ac humida, aut flatuoſa. *Aræoticorū vſus.*

Diaphoretica vero tumorum incrementis apponi non debent, niſi addito aliquo adſtringente, ne validius digerendo attrahant, & fluxionem augeant. At in tumorum declinatione ſola per ſe admoueri debent, in partibus præſertim, quibus denſa & dura cutis eſt, quando frigidus & craſſus ſubeſt humor, & in imo corpore deliteſcens, quo vix medicamentorum virtus peruenire poteſt. Habenda tamen ratio partium, quibus reſoluentia ſunt admouenda. Iecori enim, lieni, ventriculo, & eiuſmodi viſceribus nequaquam diaphoretica aut relaxantia admoueris, ni adiuncto adſtringente aliquo, cuiuſmodi eſt aromaticorum magna pars. Parti, cui ſenſus hebetior eſt, validiora diaphoretica ſunt admouenda: at exquiſitiori ſenſu præditis, vt oculo & neruis, debiliora. Cum materia craſſa eſt & frigida incidentia & attenuantia, indeque emollientia præmittenda ſunt, hincque ſenſim veniendum ad diaphoretica: alias id modo materiæ inutilis, quod tenuius eſt, reſoluetur, quod craſſius eſt, concreſcet & indurabitur. Sed & cum perenni fluxione pars tentatur, adeo vt gangrænæ & ſphaceli periculum immineat, miſſa facere oportet reſoluentia, & illorum loco crebro ſcarificatu cutis diuidenda, vt ab Hollerio doctiſſime eſt annotatum, *libro* quem *de materia chirurgica* magno rei chirurgices commodo, poſteritati reliquit. *Diaphoreticorum vſus.*

E

De Suppurantibus. Cap. XII.

Quid ſuppurans medicamentum.

MEdicamentum ſuppurans id definitur, *quod conſiſtentia ſua emplaſtica poros occludens, & tranſpiratum intercipiens, calorem natiuum ſubſtantiam auget, adeoque materias è vaſis effuſas in pus & ſaniem vertit.* Naturæ eſt calidæ & humidæ, & natiuo partis, cui applicatur, calori ſymmetron. Conſiſtentiæ vero emplaſticæ, vt ſic calorem natiuum, ne exhalet, cohibeat, quo nomine ab emollientibus & malacticis, de quibus mox dicturi ſumus, differt.

Suppurantium duo ſunt genera: alia enim per ſe id agunt, & vi ſua, alia per accidens.

Quæ vi ſua pus mouent, ſimplicia ſunt vel compoſita.

Suppurantium differentia. Simplicia.

Simplicia ſunt radix liliorum, cæpa, allium, malua omnes, bugloſſum, maluarum omnium folia & ſemina, acanthus, ſenecio, violæ, parietaria, malua, crocus, caules, ficus, & paſſulæ mundatæ, earumque decoctum, farina tritici, farina volatilis, farina hordei excorticati, lolij, ſeminis lini, & fœnigræci. Galbanū, ammoniacum, ſtyrax pinguis, ladanum, viſcum aucuparium, thus, pix, cera, reſina, colla, adeps ſuillus, vitulinus, vaccinus, caprinus, butyrum, vitellus oui, œſypus humida, ſtercus ſuillum, columbinum, caprinum, pueri.

Compoſita.

Compoſita ſunt oleum liliorum, lumbricorum, de croco. Vnguentum baſilicum. Emplaſtrum B
diachylon commune, magnum, de mucilaginibus.

Quæ per accidens ſuppurent.

Per accidens ſuppurant, quæ ſolius emplaſticæ conſiſtentiæ beneficio id agunt. Sic enim ſæpe adſtringentia, quia terrenarum ſunt & craſſarum partium, pus mouere cernuntur. Tale eſt vnguentum de bolo, nutritum, & alia huius generis.

Oxalis cur tanto opere commendetur ad ſuppurandum.

Talia etiam ſunt, quæ ſuo frigore calorem intro cohibent & poros occludunt. Hinc oxalidis vires ad puris generationem commendantur. Dum enim calorem intus continet, eius vires ad materiæ ſuppurabilis craſſitiem, & reliquas qualitates rebelles euincendas auget. Vtimur ſuppurantibus in magnis inflammationibus, quas naſcentes repellentibus cohibere, aut creſcentes reſoluentibus digerere non potuimus.

De mollientibus. Cap. XIII.

Gal. c. 7 lib. 5 ſimpl.

Quid ſuppurans & molliens inter ſe.

MOlliens medicamentum definitur, *quod calore ſuo validiore, quam qui ſuppurantium proprius eſt, citra ſiccandi aut humectandi vim manifeſtam, indurata corpora remollit.* Itaque hoc differt à ſuppurante, quod id in primo aut ſecundo gradu calidum eſſe poteſt, pro corporis & partis, cui admouetur, varia tempe- C
rie, quantitate caloris potius, quam qualitate agere natum. contra molliens validiore calore & auctam caloris qualitate magis pugnat de cætero in ſiccitate & humiditate temperatum.

Cur pleraque ſimplicia medicamenta in diuerſis medicamentorum claſſibus cenſeantur.

Quanquam, vt omnia fere multiplici natura coeunt, in mollientibus cenſentur plurima, quæ primo ordine calefaciant, ſecundo ſiccent & tertio: nempe vt, quod congelatum eſt, fundant, & ſenſim per habitum digerant, paulatim eius humiditatis, quæ parti affectæ ineſt, abſumendo, non autem caloris aut ſiccitatis violentia penitus exhauriendo, hinc enim maior ſequitur duritas.

Mollientium differentia. Simplicia.

Mollientia ſimplicia ſunt aut compoſita, valida, vel debilia. Debilia ſunt radix liliorum alborum, cucumeris agreſtis, althea. Folia maluæ, bismaluæ, liliorum, ſummitates anethi, viola, acanthus, ſemina maluæ, bismaluæ, lini, fœnugræci, caricæ pingues, paſſulæ mundatæ, pedum, capitum, & inteſtinorum veruecinorum decoctum, adeps ex iunioribus caſtratis, domeſticis & fœmineis animalibus, adeps ſuillus, vitulinus, Hœdinus, Caprinus, Bubulus, Vulpinus, Gallinaceus, Anſerinus, Anatinus, Olorinus, efficaces ex anguillis & piſcibus fluuiatilibus, debiliores ad omnia mediocris humanus, butyrum, lana ſuccida, cera pinguis, vitellus oui, medullæ ex oſſibus ceruina, ouilla, caprina.

Compoſita.

Compoſita ſunt oleum ſimplex, in quo coxerint herbæ mollientes, liliaceum, chamæmelinum, amygdalinum dulce. Validiora e- D
mollientia ſunt acetum, adeps taurinus, vrſinus, ceruinus, leoninus, pardalinus, aprinus, equi, ſeuum. Pinea, picea abietina, terebinthina, ammoniacum, bdellium, ſtyrax, galbanum, ladanum, propolis, opoponax. Vnguentum de althea. Emplaſtrum diachylon commune & magnum, de mucilaginibus, ceroneum, oxycroceum, Ioannis de Vigo.

Vſus remollientium.

Remollientibus medicamentis vtimur in tumoribus ſchirrhoſis, qui in muſculorum cauda aut ventre, glandulis, viſceribus, vlcerum labris concreſcere ſolent ex materia craſſa, frigida & viſcida pituitoſa nempe aut melancholica. quanquam qui ex melancholico humore concreſcunt tumores omnino canceroſi euadunt, itaque mollientibus exaſperari ſolent. Qui contra ex pituita fiunt, mollientium vſu conſiſtentiæ æqualitatem nanciſcuntur.


Quot & quæ in vſu emollientium ſint obſeruanda.

Cæterum in vſu mollientium tria ſunt obſeruanda. Primum eſt, vt expendamus, quantum pars ægra à propria & naturali ſymmetria receſſerit, quantumque vitium increuerit, vt ſic paria ipſi remedia opponamus. Secundum, vt partium naturas diſtinguamus. Tertium, vt artificioſe colligamus, qua ratione emollientium ſit tempus, nunquid immiſcendum ſit, quod detergeat, incidat, diſcutiat. Schyrrhoſi enim exiſtunt plerique tumores deſperati, id eſt, qui nullo molliente ſeu malactico medicamento domari poſſunt. quia ſcilicet ſic occalluerunt, vt iam non ſentiat, & inde glabreſcat locus. Hic notandum E
venit, partem nonnunquam intemperiei frigidæ tanto exceſſu teneri, vt calor eius natiuus plane languescat, ita vt medicamentorum vires in actum proferre nequeat. Calor ille emortuus vt ſuſcitetur, parti æſtuarium ferreum admouebitur, in quo longiuſculus ab igne candens concludetur, ſic enim diu æſtuarij calor conſeruabitur.

Æſtuarii

AEſtuarii Typus.

A



B

A. Monſtrat æſtuarii capſam.
q. Longurium ferreum.
C. AEſtuarii operculum.

De medicamentis detergentibus. CAP. XIV.

Quid detergens.

C DEtergens medicamentum definitur, *quod ſiccitate & tenuitate vlcus deterget, & duplici excrementi genere expurgat*; quorum vnum craſſius eſt, Sordes vulgo dictum, quod è fundo vlceris efficaci medicamenti qualitate prolicitur: alterum tenuius & aquoſius eſt, Græcis Ichoris nomine donatum, Latinis vero ſaniei, quod medicamenti ſiccitate abſumitur. Itaq; recte monet Hippocrates, vlcus omne detergendum ſeu ſiccandum eſſe.

Duplex vlcerum excrementum. Differentia detergentiũ ſimplicia. Compoſita.

Detergentium alia ſimplicia ſunt, alia compoſita: alia fortia, alia debilia. Simplicia quidem vel amara ſunt, vel dulcia, vel acida. Amara ſunt Gentiana, Ariſtolochia, iris, enula, ſcilla, ſerpentaria, centaurium minus, abſynthium, marrubium, perforata, abrotonon, apium, chelidonium, ruta, hyſſopus, ſcabioſa, arthemiſia, eupatorium, aloe, fumus terræ, hedera terreſtris, lixiuium ex horum cineribus factum, lupini, orobus, amygdala amara, faba, terebinthina, myrrha, maſtiche, ſagapenum, galbanum, ammoniacum, fella animalium, ſtercus caprinum, vrina bene cocta, ſquamma æris, æs vſtum, ærugo, ſcoria æris, antimonium, calx, chalcitis, miſy, ſory, alumen. Dulcia ſunt viola, roſa, melilotum, ficus pingues, dactyli, vuæ paſſæ, glycyrrhiza, aqua hordei, aqua mulſa, vinum dulce, mel, ſaccharum, ſerum lactis, manna, thus. Acida ſunt omnes acetoſæ ſpecies, capreoli vitium, acetum, & cæterá acida. Compoſita ſunt ſyrupus de abſynthio, de fumaria, de marrubio, de eupatorio, de arthemiſia, acetoſus, lixiuium. Oleum de vitellis ouorum, de terebinthina, de tartaro, vnguentum mundificatiuum, de apio,
D apoſtolorum, puluis mercurialis.

Vſus detergentium.

Vtimur detergentibus, vt deterſis vlcerum recrementis, naturæ opportunitas ſit ad carnem regenerandam, & ipſorum implendam cauitatem. Sed in vſu ipſorum habenda in primis ratio totius corporis. Id enim ſanum eſt, plethoricum aut cacochymum. Habenda & ratió partis, quæ humidior aut ſiccior eſt, ſenſu exquiſitiore aut hebetiore prædita. Sed & vlceribus ſæpe caſus aliquis præter naturam interuenit, vt callus, calidi humoris aut alioqui maligni influxus; & ſimilia his ſymptomata. Denique conſiderandum, ſintne vlcus recens, an inueteratum. Hinc enim petita indicatione varia remedia inſtituuntur in quantitate & qualitate: adeo vt pro dulci ſępe amarum ſubſtituere cogamur remedium. Nec vero ſicciori & dolenti vlceri alia, quam liquida detergentia conueniunt: nec humidiori alia, quam quę conſiſtentia ſicca ſunt, vt puluiſculi.

De Sarcoticis. CAP. XV.

Sarcoticum quid. Nullum proprie medicamẽtum eſſe ſarcoticum. Duorum in vlcerib. excrementorũ conditio.

SArcoticum medicamentum definitur, *quod ſua ſiccitate naturæ auxilio eſt ad carnem regenerandam in vlcere cauo, & ab excrementis diligenter deterſo.* Id vero proprie fit ex ſanguine mediocri in qualitate & copia. Itaque ſi ad veritatem loquendum eſt, *nullum extat medicamentum, quod proprie & vere ſarcoticon dici debeat.*
E Nam quæ hoc nomine vulgo circumferuntur, talia ſunt tantum per accidens: quod ſcilicet ſine morſu & eroſione deſiccant & detergent vlceris excrementa, naturæ in carne reſtituenda opus retardantia. Vt enim ſtata naturæ lege ab eo, quod ad partis nutritionem affluit, alimento, reliquum fit, aut aliunde illabitur, excrementum quoddam tenuius, Græcis Ichor & Latinis Sanies dictum, ſic ex partis corruptela alterum craſſius concreſcit, Græcis Rypos, Latinis Sordes dictum. Illud efficit vlcus humidius, hoc ſordidius. Hinc fit, vt omne vulnus, quod deperditæ ſubſtantiæ reſtaurationem poſtulat, duplici medi-

medicamenti genere curari velit, vno quidem, quod humiditatem ipſius ſuperfluam exiccet & abſumat, altero, quod ſordes eluat: quin & quo eſt profundius vulnus, eo eiuſmodi medicamenta liquidiora efflagitat, vt ſic facilius in omnem eius partem ſubire poſſint. Varia vero pro varia partis temperie inſtituentur. Si enim pars affecta humida natura ſit, ea deligentur, quæ minus ſicca erunt. Si contra ſicca, quæ magis ſiccabunt. Sed & pro multiplici affectuum vlcus obſidentium complicatione, multi quoque generis medicamenta ipſis ſarcoticis adiungenda erunt. *Sola igitur natura in carnis regeneratione opifex, & cauſæ efficientis rationem obtinet: ſanguis vero laudabilis, cauſæ materialis: medicamentum vero cauſæ adiuuantis, aut potius ſine qua non*: vt quod detergendo & moderate deſiccando ſine vehementiore calore omnia incarnationis impedimenta tollat, & ſanguinem ad carnis formam recipiendam diſponat. Id medicamenti genus Galeni ſententia, ſiccum in primo tantum ordine eſſe debet, ne auctiore ſiccitate ſanguinem, futuræque carnis materiam abſorbeat, quod tamen de ſarcoticis, quæ corpori molli & temperato admouenda veniunt, eſt audiendum. Nam ſi vlcus humidius ſit, aut corpus durius, ad tertii vſque gradus deſiccantia procedere licet. Hincque eſt, quod deſiccantia eiuſmodi medicamenta primo detergentia, mox etiam ſarcotica nominantur.

Conſeruandam ſemper eſſe partis temperiem.
Caro quibus reparetur.
Lib. 5 ſimpl.

Sarcoticon medicamentum, vel ſimplex eſt, vel compoſitum, debilius aut validius. Simplicia ſunt ariſtolochia vtraque, iris, acorus, dracunculus, aſarum, ſymphyti omnia genera, betonica, ſanicula, millefolium, lingua canis, verbena, ſcabioſa, pimpinella, hypericum, ſcordium, plantago, rubia & maior & minor, eorumque ſucci. Terebinthina lota & non lota, reſina pini, gummi arabicum, ſarcocolla, maſtiche, colophonia, manna thuris, aloe, cortex eiuſdem, olibanum, myrrha, mel, vinum, ſanguis draconis, lithargyros auri, ſpodium, pompholix, tuthia, plumbum vſtum lotum, ſcoria ferri. Compoſita ſunt oleum hypericonis, oleum ouorum, maſtichinum & cætera olea, quæ balſami nomine appellantur: vnguentum aureum, emplaſtrum de betonica, vulgo de ianua, emplaſtrum gratia Dei, emplaſtrum nigrum. B

Sarcoticorũ medicamẽtorum differentia.
Simplicia.
Compoſita.

Sarcoticis non ante vtimur, quam vlcus deterſum fuerit, à dolore, fluxione, inflammatione ſeu phlegmone, callo & intemperie immune. In his vſurpandis ſpectanda temperies corporis & partis affectæ. Sæpe enim pars, minus alioqui natura ſicca, validius deſiccans medicamentum & fortius ſarcoticum requirit, quam alia ſiccior: idque propter aliquid aliud, quod in conſiderationem venire debet. Nam exempli gratia, balanus magis exiccari vult quam præputium, quamuis temperie minus ſicca ſit, quia ſcilicet via vrinæ eſt. Ergo ad partium affectarum conditionem eſt attendendum, ex eaque ſumpta indicatione vegetius aut imbecillius ſarcoticum deligendum. Nam & quod nimis, & quod minus ſarcoticon eſt, vlcus ſordidum facit. Illud quidem quia non ſatis deſiccat, hoc vero, quia acrimonia ſua fluxionem prouocat. In huius igitur rei examine diligens cautio eſt adhibenda. C

Vſus ſarcoticorum.
Quomodo minus vel nimium deſiccantia ſordidum vlcus reddunt.

De Epuloticis. Cap. XVI.

EPuloticum medicamentum, quod cute partem obducit, definitur id, *quod ſiccitate ſua & aſtrictione morſus experte deſiccat, adſtringit & condenſat carnem in calloſam quandam ſubſtantiam cutis æmulam*, quam vulgo cicatricem dicimus, quanquam id ipſum, vt & carne implere, naturæ opus eſt. Itaque epuloticum ideo medicamentum dicitur, quia naturam iuuat in corio ſubſtituendo & gignendo, veræ cutis æmulo, dum humiditates abſumit, proximamque carnem condenſat, incraſſat & adſtringit, quare validius, quam ſarcoticon ſiccare debet.

Epuloticum quid.

Epulotici medicamenti tres ſtatuuntur ſpecies. Prima eſt veri epulotici, quod deſiccat tantum & adſtringit. Altera eſt acris & mordacis, quod quia ſupercreſcentem carnem exedit, epuloticon dicitur, atque id parce, durioribuſque tantum corporibus adhibendum eſt. Tertia eius eſt, quod deſiccat quidem, ſed non adſtringit. Horum omnium materia eſt eiuſmodi. Ariſtolochia vtraque, gentiana, iris, centaurium maius, pentaphyllon, ſymphytum, maius, chamædrys, betonica, cauda equina, cupatorium, verbenaca, plantaginis & ſymphyti folia, gallæ, baccæ myrti, glandes & earum calices, balauſtia, cupreſſi nuces, malicorium, cortex quercus, cortex tamariſci, cortex ligni aloes, acacia, colophonia, ſarcocolla, ſanguis draconis, ladanum, lithargyros auri, argenti, ceruſa, plumbum vſtum, alumen vſtum, tuthia, ſquamma æris & ferri, & eorum ſcoria, ærugo, flos æris, æs vſtum & lotum, ſulphur viuum, chryſocolla, coralli, bolus armenus, terra ſigillata, cineres buccinarum, oſtreorum, ſilicis, oſſa vſta & ſiccata, caries lignorum: vnguentum diapompholygos, vnguentum album Rhaſis, deſiccatiuum rubrum, emplaſtrum de ceruſa, de betonica, diacalciteos, emplaſtrum nigrum. D

Differentia epuloticorũ.
Epuloticorũ materia.

Vtimur epuloticis, cum vlcus iam fere plenum eſt, & circumpoſitæ cuti ferme æquale. In horum vſu habenda etiam corporis ratio eſt penes mollitiem & duritatem. Nam quæ delicatis & mollibus corporibus ſunt catheretica, ea duris ſunt epulotica: proſpiciendum etiam, num corpus plethoricum ſit, aut cacochymum, talia enim cicatricem remorantur. Animaduerſione vero digniſſimum eſt, num vlcus, quod cicatrice obducendum eſt, foueatur partis alicuius, vt hepatis, lienis, pulmonum, aut ſuperpoſitæ varicis præſenti vitio. Non enim ante cicatrice obduci poterit, quam eiuſmodi cicatricis impedimenta ſublata fuerint. Denique, calloſi vlceris margines niſi exciſi aut emolliti fuerint, cicatricem fieri prohibent. Tollenda igitur eiuſmodi omnia ſunt & tum demum tale epuloticum admouendum, quod neque nimia ſiccitate cicatricem cauam, neque parciore altiorem relinquat. E

Vſus epuloticorum.
Quæ impediant cicatrice vlcus obduci.

De Glutinantibus. Cap. XVII.

COllecticum ſeu glutinans medicamentum *media natura eſt inter ſarcoticon & epuloticon*: illo enim validius, hoc vero infirmius: deſiccat nempe ad ſecundum vſque deſiccantium ordinem. Id ſiccandi & adſtringendi vi, omnis deterſionis experte, partes diſtantes coniungit, ſeu potius in eam rem naturæ principi agenti auxiliares manus ſubminiſtrat. Glutinantia ſeu valida illa ſint, ſeu mitiſſima, talia exiſtunt,

Quod collecticum.
Collecticorũ differentia.

A vel vi ſua propria, vel accidentaria, natura ſua glutinant plantaginis ſpecies omnes, conſolida vtraque, bugloſſa, milleſolium, verbena, pimpinella, pirola, cauda equina, ſempervivum, telephium, ſanicula, atractylis, folia quercus & dracunculi, larix, ebulus, ſambucus, pentaphyllon, veronica, cortex pini, vlmi, palmæ, quercus. Aqua vitis, aqua è folliculis vlmi, ſuccus calaminthæ, vinum auſterum, terebinthina, myrrha, ſanguis draconis, bolus armenus, terra ſigillata, omnia denique acerba. Glutinantia per accidens ſunt ea, quæ fluxionem impediunt, & partem conſtringunt, vt ſuturæ, vincula, quies, ſplenia & ſimilia. Glutinantibus vtimur in vulneribus recentibus, atque adhuc cruentis, ex quo & Græcis glutinans medicamentum enæmon dicitur, quanquam etiam in veteratis malignis, fiſtuloſis & ſinuoſis vlceribus adhibeantur. Fluxionem enim, ne ad vlcerum labra obueniat, prohibent. Conſiderandum, cum ea adhibere mens eſt, num cutis integra ſit, an non. Nam difficilius coaleſcunt vlcera, ſi abraſa, ſi præciſa, vel alio quouis modo attrita & deperdita cutis ſit. Nec memoria excidere debent cautiones ante commemoratæ & indicationes à ſexu, corporis affecti mollitie & duritie, ab vlceris tem-
B pore & magnitudine petitæ. Hinc enim quæ remedij quantitas, quæ qualitas eſſe debeat, petendum indicium.

Vſus collecticorum.

De Pyroticis. Cap. XXVIII.

PYroticum ſeu cauſticum medicamentum definitur, *quod acrimonia ſua & mordacitate, ſiue terreſtri conſiſtentia ſubmixta, vel ſuperficie tenus corrodit, vel profundius liquefacit & putrefacit, aut denique vrit & abſumit cutem & carnem, adeo, vt etiam in callo, & dura corpora penetret.* Itaque pyroticorum tres ſtatuuntur differentiæ: Quædam enim cathæretica ſeu corrodentia dicuntur, quia ſupercreſcentem vlceratæ vel cuiuſlibet alterius partis carnem exedunt: & hæc in genere pyroticorum debilia cenſentur. Alia ſeptica ſeu putrefacientia dicantur, quæ tenellam intus carnem tabefaciunt, & veſicas in cute excitant, atque cathæreticis validiora ſunt: Alia denique validiſſima eſcharotica nominantur, quæ qualitate ſua ignea & terreſtri cruſtas generant, ex quo etiam ruptoria & cauteria potentialia nominantur. Atque omnes hæ differentiæ ex eo, quod magis aut minus eſt, ductæ ſunt. Sæpe enim fit, vt pro varia partium temperie ac conſiſtentia, pro diuturni aut exigui temporis mora, nihilo ſegnius cathæreticum, quam ſepticum penetret, contra haud altius eſcharoticum, quam ſepticum ſubeat.

Pyroticum quod. *Differentia pyroticorū.*

C Cathæretica cenſentur ſpongia vſta, alumen vſtum & non vſtum, vitriolum vſtum, calx mediocriter lota, ærugo, chalcanthum, ſquamma æris, oleum de vitriolo, trochiſci andronis, phaſionis, aſphodelorum, vnguentum ægyptiacum, apoſtolorum, puluis mercurii, arſenicum ſublimatum.

Cathæretica.

Septica & venenatoria ſunt radix ſcyllæ, bryoniæ, ſigil. beatæ mariæ, bugloſſa, radix ranunculi, panis porcini, apium riſus, lac tithymallorum, lac fici, euphorbium, anacardus, ſinapi, cantharides, arſenicum ſublimatum. hæc enim omnia natiuam partis temperiem & conſiſtentiam labefactant, in eamque humores plane contra naturam attrahunt.

Septica.

Eſcharotica ſeu cauſtica ſunt calx viua, fæx vini cremata, & præcipue aceti, ignis, ad quem referuntur omnia cauteria, tum actualia, tum potentialia, vt loquuntur, de quibus dicemus poſtea.

Eſcharotica.

Cathæreticis vtimur in corpore molli, & morbis haud admodum contumacibus. Itaque quo minus acria ſunt & dolorifica, eo ſæpe profundius ſubeunt, quia mora minus moleſta ſunt. Septicis vero, nonnunquã & eſcharoticis vtimur in calloſis, putrilaginoſis, & inexhauſtæ humiditatis vlceribus, præcipue vero in cancris, carbunculis, & externa hæmorrhagia. Cum his vtimur, imperanda ægro conueniens diæta, vino abſtinendum. denique niſi admodum caute vſurpanda ſunt, quod alioqui febres, in-
D flammationes ingentes, dolores intolerabiles, ſyncopas, gangrænas & ſphacelos inuehant. Prudenter adhibita cauteria partem roborant & deſiccant, intemperiem emendant indomabilem, veneni vim hebetant, corruptionem refrænant ac necroſim, alia denique commoda multa pariunt.

Vſus cathæreticorum. *Septicorū.* *Cauſticorū.*

De Anodynis. Cap. XIX.

ANtequam de Anodynis medicamentis dicamus, doloris natura explicanda eſt. Eſt igitur dolor *triſtis & moleſta ſenſio, quam ſubita intemperies vel continui inuehit ſolutio.* Tria igitur ad dolorem ſunt neceſſaria. Cauſa efficiens, id eſt, ſubita de naturali temperie aut vnione deceſſio, corporis dolorificam cauſam excipientis ſenſio. Denique inductæ illius mutationis intemperie vel vnione comprehenſio: alioqui quantumlibet exquiſito ſenſu corpus doloris cauſam excipiens præditum ſit, niſi ipſam comprehenderit & animaduerterit, dolor haud aderit. Hinc illud ſcriptum extat Hippocratis, *quicunque parte aliqua corporis dolentes dolorem omnino non ſentiunt, his mens ægrotat.* Subitam temperiei mutationem inuehunt, calor, frigus, humiditas & ſiccitas, ac dolorem quidem acrem calor & frigus inuehunt, ſiccitas modicum, vix vllum humiditas. non enim humiditas tam qualitate, quam copia dolorifica eſt. Solu-
E tionem continui inferunt tum prædictæ qualitates, præſertim cum materia coniunctæ, tum cauſæ quędam externæ violentius incurrentes, cuiuſmodi ſunt, quæ contundere, incidere, pungere & extendere poſſunt. *Eſt igitur dolor tactus ſymptoma, omnes fere morbos concomitans*, ſæpe his teneris ad ſui leniendi curam Medici conſilium aduocant, id fit vel doloris cauſas efficientes mitigando, vel partis ſenſum hebetando. Hinc anodynorum tres ſtatuuntur differentiæ. Alia enim ſunt morborum curatiua, alia lenitiua, alia narcotica. Morborum curatiua ea dicimus, *quæ morborum cauſis obſiſtunt & contrariantur.* Sic ab intemperie calida, dolorem tollunt oleum roſaceum, oxycratum & alia, quæ doloris cauſam, id eſt, caloris exceſſum emendant: ab intemperie frigida dolorem tollunt oleum laurinum, nardinum, de caſtoreo: ab intemperie ſicca hydrælæum, balneum aquæ dulcis & tepidæ. Denique hac anodynorum latius vſurpata notatione purgantia omnia medicamenta, phlebotomiam, ſcarificatum, cauteria,

Dolor quid. *Quæ & quot ad dolorem neceſſaria.* *Aph. ſect. 2.* *Anodynorū tres differentiæ.* *Anodyna morborum curatiua quæ.*

Anodyna propriè dicta ſeu lenitiua quæ. cucurbitulas, clyſteres & alia, quæ materiam doloriſicam [illegible] vacuant, intelligimus. At propriè dicta anodyna duorum ſunt generum, alia enim ſunt temperata, alia calida & humida [illegible] temperatis proxima, [illegible] calorem natiuum [illegible] emendant. In hoc cenſu habentur oleum [illegible] dulce, vitelli ouorum & [illegible] ſimilia, hæc calorem natiuum roborant, [illegible] dolores [illegible] & rarefaciunt, extenuant, digerunt, adeoque vacuant tam humores craſſos & viſcidos [illegible] ſolos extra prohibitos. [illegible] crocus, oleum [illegible] anethinum, [illegible] adeps [illegible] vitulinus, gallinaceus, [illegible] humanus, [illegible] anguilla, cuniculo & [illegible] vaccinum [illegible] coctum [illegible] Narcotica [illegible]

Anodyna narcotica quæ. nodyna, [illegible] cluſam; [illegible] cicuta, ſolanum [illegible] dragora [illegible] opium [illegible]

Vſus anodynorum. [illegible] modis, qui conſtat a oppoſitione [illegible] obſeruare licet. Secundæ vero in [illegible] haud adeo contumacibus expugnandis, vt [illegible] fluxioni, [illegible] At [illegible] tanta eſt, vt remedium [illegible] vires [illegible] quoniam non tam dolorem [illegible] vomitus, [illegible] quoque tempore [illegible] apponenda. [illegible]

Narcotica ſola non imponenda. Tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 35. [illegible] intolerabiles, qui [illegible] dolorum [illegible] ſedaueris venæ ſectione, purgatione, & [illegible] vel narcoticis: nempe [illegible] Purgatio vero [illegible] quæ ore ſumitur id [illegible] cuius Ae- tius. Vt,

Epithemata purgantia. ℞ [illegible] vſque ad pubem. Sic enim ventrem id epithema [illegible] vomitum concitabit. Aliud.

℞ [illegible] lana [illegible] applicato. Vel;

Compoſitio olei & vnguenti purgantis. ℞ [illegible] cæteras [illegible] Menſura vero, quæ ad [illegible] cochlearia duo. [illegible] quæ ſi plus [illegible] Sed & [illegible] Fernelius lib. 7. Methodi.

De medicamentorum compoſitione & vſu CAP. XX.

HVcuſque de medicamentorum ſimplicium facultatibus diximus. Nunc de ipſorum compoſitione nobis agendum [illegible] opera admoueat, & [illegible] Compoſitio igitur *medicamentorum* [illegible] *arte à Medico inſtituta.* [illegible] theum, [illegible] plures ſubſtantias [illegible] habeant, ſimplicia tamen medicamenta dicuntur, quod a natura, non ab arte [illegible] habeant. Sed & multa arte compoſita medicamenta ſimplicia dicimus, vt oxymel ſimplex, [illegible] ſimplex, comparatione facta ad ea, quæ magis compoſita ſunt. [illegible] compoſita [illegible] ad morbum expugnandum. Quia & plerumque complicata [illegible] ſimplicibus [illegible] affectum [illegible] medicamenta in vnum medicamenti compoſitionem [illegible] Sed & [illegible] medicamenti genus [illegible] qui morbo depellendo [illegible] corpus lædit, cum morbum [illegible] quæ vires eius [illegible] Denique medicamentorum compoſitio [illegible] ſaporem, colorem vel odorem [illegible] tiam aliquam arte & compoſitione [illegible]

Compoſitio medicamentorum quid. Gal. 2 ſimpl. 4. de ſanit. tuend. Compoſitionum medicamentorum neceſſitas.

Compoſita [illegible] de quibus dicturi ſumus, ſunt clyſteres, ſuppoſitoria, noduli, peſſaria, olea, linimenta, vnguenta, emplaſtra, cerata, pulueres, cataplaſmata, fotus, embrocæ, epithemata, [illegible] cauteria, collyria, [illegible] gargariſmata, dentifricia, [illegible] balnea. Ante tamen de ponderibus & menſuris, eiuſmodique ponderum & menſurarum notis, quibus vulgo medicamenta metiuntur, & notant Medici, aliquid dicere expedit.

Depon-

A

De ponderibus & menſuris, ponderumque & menſurarum notis.
CAP. XXI.

Granũ eſſe omnium ponderum principium.

OMne pondus ex quodam initio & quaſi elemento conſurgit. Vt enim corpora noſtra ex quatuor primis corporibus ſimplicibus ſeu elementis, in quæ tandem reſoluuntur, conſurgunt, ſic ponderum omnium certum ano, quod reliquorum tanquam initium eſt & terminus: granum intelligimus hordaceum, nec ſiccum, nec carie ſubactum, aut rancidum, ſed bene habitum & mediocriter craſſum. Ex eiuſmodi decem granis conſurgit obolus, ex duobus obolis ſeu viginti granis ſcrupulus. Ex tribus ſcrupulis, id eſt ſexaginta granis drachma, ex octo drachmis vncia, ex duodecim vnciis libra medica. Atque id fere grauiſſimum pondus, quod vix ſolent excedere Medici, reſoluiturq; in vncias, drachmas, ſcrupulos, obolos, & grana, infra quæ nihil exiſtit. Ad ea pondera exprimenda certis quibuſdam notis vtimur. libra exprimitur nota ℔. vncia nota ℥ drachma nota ʒ ſcrupulus ℈. obolus initialibus ſuis literis, nec non granum initiali litera ſic gr. Nec vero ponderibus ſemper, ſed aliquando menſuris medicamentorum quantitatem metimur. Itaque manipulum nota m. exprimimus: pugillum nota p. numerum nota N. dimidiam vero ſingulorum certam cuiuſdi ponderum & menſurarum partem hac nota ſingulis prædictorum ponderum menſurarum notis poſtpoſita, s. vt ſelibram ℔. s. ſemunciam ℥ s. & ſic de cæteris. Cæterum in deſcribendo eodem medicamento alias ponderum, alias menſurarum notis vtimur. Itaque nonnullum, quod herbas ſiue virides ſeu ſiccas deſignamus nota. m. aut p. at ſiccas, quas in puluerem comminui volumus, notis ℥. ʒ. aut p.

Obolus quid. Menſurarũ notæ. Scrupulus quid. Quid drachma, vncia, & libra. Quæ menſuris, quæ ponderibus notemus.

B

Radices	notæ	℥. ʒ. p. m.
Cortices		℥. ʒ.
Semina		ʒ. ʒ.
Fructus		p. ℥. ʒ. ℈. n.
Flores		p. m. ℥. ʒ.
Legumina		p. ℥. ʒ.

Reliqua omnia medicamenta ſeu ſicca, ſeu liquida, deſcribuntur notis ℔. ℥. ʒ. ℈. obol. gr. His expoſitis nunc medicamentorum compoſitorum deſcriptionem aggrediamur, à clyſteribus ducto initio: ab eo nempe remedio, quod magis commune eſt & familiare, fereq; omnium maxime neceſſarium.

C

De Clyſteribus. CAP. XXII.

Quid clyſter.

CLyſter ſeu ablutio, *medicamentum inteſtinis & craſſis inteſtinis primo & proprie deſtinata*, alias enim fiunt etiam nonnunquam clyſteres vel ad ventriculum, lienis, renum, veſicæ, vteri, meſenterii: imo etiam capitis, è quo ſcilicet non raro clyſteris actione fit reuulſio deorſum materiæ noxiæ, vt in curanda apoplexia experimur. Itaque *nulla corporis pars eſt, ad quam fructus aliquis ex clyſtere non perueniat*, ſed ad has & illas plus minuſve pro ea, quam habent cum aluo vicinia, & medicamentorum clyſteris compoſitionem ſubeuntium vehementia. Clyſterum enim multæ ſunt differentiæ; alii namq; emollientes ſunt, alii vacuantes, alii anodyni, alii adſtringentes, alii detergentes, alii ſarcotici & epulotici, alii deniq; quodammodo alimentarii. Conſtantur vero omnes ex plantarum aut animalium partibus, medicamentis compoſitis, ſeu ſolutiuis, ſeu alterantibus aliiſq; pro variis Medici conſiliis. Plantarum partes, quibus in hanc rem vtimur, ſunt radices, ſemina, folia, flores, fructus, germina, ſucci, mucagines. Animalium partes ſunt ouorum vitelli & albumina, mel, pulli, capi, galli veteres & ſtrigoſi laſſati, capita & pedes veruecum, inteſtina, ſerum lactis, lac, ſebum, axungia & ſimilia, in quorum decoctis ſimplicia & compoſita medicamenta miſcemus & diſſoluimus. Nonnunquam ſine alio vllo medicamento ex ſolis oleis, vt oleo nucum ad colicum dolorem, ex ſolo lactis ſero, ex ſolo decocto capitis & pedum veruecinorum, ex ſolo decocto veruecum & hordei clyſteres paramus. Clyſteris quantitas alias minor eſt pro varia hominum & morborum conditione, pueris debilibus & grandis minor præſcribitur quantitas: vt & in affectibus colicis, dyſentericis, lienteriis, aut cum multis & induratis fæcibus aluus conſtricta tenetur. At cum aluũ plenius mouere volumus, & nihil eſt, quod impediat, doſis clyſteris fere eſt ſeſquilibræ, libræ vnius, aut trium quartariorum. Clyſter iniici debet tepidus vel etiam calidus, plus minuſve pro laborantis natura & conditione, frigidus enim offendit inteſtina, & vicinas partes neruoſas, adeoq; ex ſe frigidas. Infundi debet lenium, nam conſertim ſi affundatur, flatus, qui fere inteſtinis contineri ſolent, ſurſum compellet, vnde tormentum intolerabilis cruciatus. Sed quo doctrina hæc ſit clarior, commemoratarum clyſteris differentiarum exempla ſubnectere ſatius eſt.

Clyſterum differentiæ. Materia clyſterum. Clyſteris quantitas. Quomodo incipiendus clyſter.

D

Pro emollitione itaque. ℞. *maluæ, violarum, bismaluæ, acanthi an. m. j. rad. alth. & liliorum alborum an. vnc. j. paſſular. & ficuum ping. an. vnc. ß. fiat decoctio ad ℔. j. in qua diſſolue capitis & butyri recentis an. vnc. j. olei viol. vnc. iij. fiat clyſter.*

Clyſter mollients.

E

Clyſteres vacuantes parantur ex variorum ſimplicium pro vario Medici conſilio decocto. Ergo ſi humores frigidi vacuandi ſint, talis erit clyſteris forma.

℞. *ſaluiæ, origani, abrotani, chamæm. melil. an. m. ß. ſeminum aniſi, fœnic. cumini. an. ʒ iij. ſeminis carthami. ʒ ij. fiat decoctio, in qua diſſolue diaphœn. & hieræ ſimpl. an. vnc. ß. olei aneth. & chamæm. an. vnc. j. ß. mellis anthoſati & ſacchari rub. an. vnc. j. fiat clyſter.*

Clyſter vacuans humorum potiſſimum frigidum.

Ad vacuandum humorem bilioſum parabitur hac arte: ℞. *quatuor emollientium, pariet. cichor. & endiu. an. m. ß. ſeminum quatuor frigidorum maiorum, an. ʒ iij. hordei integri p. j. fiat decoctio, in colatura diſſolue caſſiæ. vnc. j. olei viol. & mellis viol. an. vnc. ij. fiat clyſter.*

Ad bilem.

Ad humorẽ melancholicum. Humori melancholico vacuando, qui ſequitur, erit idoneus ℞ *fumiterræ, centaurii minoris, cetu* [illegible] *rialis an. m. j. polypod. quercini, ſolutiuorum ſenæ an.* ℥ *iij. ſeminis agni caſti thymi an.* ℥ *ij. fiat decoctio, in* [illegible] *fectionis hamech* ℥ ß. *caſſiæ recens extractæ* ℥ *iij. olei violat. & liliorum an.* ℥ ß. *ſacchari rub. & mellis* [illegible] *an.* ℥ [illegible] *la* ℥ *j.* Eiuſmodi clyſteres non modo peccantes humores vacuant, ſed etiam ſæpe inteſtinorum & viſcerum intemperies corrigunt. Nam qui ad pituitoſum & melancholicum humorem deſcriptus eſt clyſter, frigidam intemperiem emendat, calidam vero is, qui ad bilem eſt. Purgantia medicamenta, quæ in decoctis clyſterum diſſoluuntur, ſiquidem valida fuerint, vt confectio hamech, benedicta, diaprunis ſolutiuum, diaphœnicum, ipſa per ſe ad ℥ vj aut ℥ j ad ſummum vſurpantur, debilia vero ſeu benigniora, vt catholicon, caſſia, hiera ſimplex a ℥ vj vſque ad ℥ ij ad ſummum. A

Clyſter anodynum. Clyſter anodynus ſere paratur [illegible] Vt, ℞ *flor. chamæmeli, aneth. an.* [illegible] *rad. bismal.* [illegible] *fiat decoctio in lacte, colatura, adde mucaginis ſeminis lini, & fœnugræci extractæ in aqua maluæ* ℥ *ij. ſacchari albi, olei aneth. & chamæ. an.* ℥ *j. vitellos ouorum duos, fiat clyſter.* Eiuſmodi clyſteres in inteſtinis diu continendi ſunt, quo facilius dolorem ſedare queant.

Clyſter adſtringens. Clyſteris adſtringentis hoc exemplum eſto. ℞ *extremitat. plantag. & polygoni an. m. j. fiat decoctio in lacte vſtulato ad quart. iij. colatura adde boli armeni & ſanguinis draconis an.* ℥ *j. olei roſati.* ℥ *ij. albumina duorum ouorum, fiat clyſter.* Eiuſmodi clyſtere vtimur in dyſenteria, aut fluxu venarum hæmorr. [illegible] immoderatiore, vacuatis ante fecibus communibus. B

Alimentariorum clyſterum materia. Sarcotici, epulotici, & detergentes clyſteres craſſorum inteſtinorum vlceribus curandis idonei, parandi ſunt ex medicamentis, quæ propriis capitibus ante deſcripta ſunt.

Alimentarii clyſteres fiunt ex decocto pulloru, caponum, gallorum ad putrilaginem vſque coctorum, & fortiter expreſſorum. Parantur etiam ex medulla, gelatina, & ſimilibus, quæ coctu faciliora ſint, quam quæ vulgo per os ſumuntur: quod inteſtinis, quam ventriculo longe debilior ſit coquendi facultas. Paratur etiam ſæpe eiuſmodi clyſterum materia in vino, vbi febris abeſt, & cephalalgia, ſæpius in hordei decocto & in lacte, additis ouorum vitellis, affunditur ſaccharum album, ſed parca manu, ne deterſoria vi inteſtina ad excretionem irritet. Itaque in eam rem ſolatum aptius eſt, quod nonnihil ad-

Clyſteres alimentarii. ſtringere credatur. Vt, ℞ *decoctionis capi perfecte cocti* ℔ *j. ſacchari albi* ℥ ß. *miſce fiat clyſter.* Vel, ℞ *decocti pulli & gelatinæ an.* ℔ ß. *vini optimi* ℥ *iij. fiat clyſter.* Vel,

Vſus clyſterum alimentariorum. ℞ *decocti hordei mundati & in cremorem redacti* ℔ ß. *lactis bonis* ℔ *j. vitellos ouorum duos, fiat clyſter.* Eiuſmodi clyſteribus vtimur ad ſuſtentanda pactorum, ſenum & debilium, atque atrophia detectorum hominum corpora vel cum ventriculus ſuo officio minime mor, nihil inteſtinorum cibor [illegible] retinet. Iſthorum tamen vſu tria ſunt obſeruanda: primum eſt, vt aluus ſæpe per ſe & naturæ impetu, ſeu arte, vt ſubiecta glande, aut clyſtere molliente, communia ante & fæculenta excrementa depoſuerit; ne ipſis alimentaria materia permixta inquinetur & contaminetur: alterum eſt, vt magna copia infundantur, vt ne quantum fieri poteſt aliquid ad ſuperiora inteſtina conſcendat. Tertium eſt, vt ab illis ingeſtis æger ſomnum ineat. Sic enim facilius in alimoniam cedet, & facilius retinebitur alimentaria materia, quod ſomnus ventris vacuationes ſiſtat. Quo nomine, huic clyſterum generi cautum eſt ſal, mel & oleum admiſcere. Nam priora duo excretricem acrimonia ſua irritant. Hoc vero humiditate lauat & lubricat. Qui C

Contra eos, qui negant vſum clyſterum alimentariorum. putant, nullo clyſterum genere corpus ali & ſuſtentari poſſe, hac nituntur ratione: quod quicquid nutrit, triplicem in corpore commutationem ſubire, oporteat primam in ventriculo, alteram in hepate, tertiam in ſingulis membris. Sed ratio & experientia huic repugnat opinioni: ratio quidem, quod ſingulis, & omnibus corporis noſtri partibus naturalibus, quædam tenuis inſit eorum, quæ deſiderant.

Nutritio quid. Cum igitur nutritio ſit *vacuati repletio*, trahent procul dubio maxime & tenelliores partes vndecunque id, quod ſibi aptum eſt & conueniens alimentum, atque in eius inopia, quicquid erit ciborum, quod ſimilitudine aliqua deſiderium earum lenire & ſatiare poterit. At qui a nobis deſcripti ſunt alimentarii clyſteres, rebus conſtant naturæ corporis noſtri amicis ſimis, & materia, quæ ventriculi chylum ſuppleat, decoctis & ſubactis attrahentur igitur a venis inteſtinorum meſaraicis, quibus etiam Galeni ſententia quædam hæmatoſeos facultas ineſt. Inde vero facile in venam portam, hepar, & vniuerſum corpus rapientur. Experientia vero docet, multos ægros, cum per multos dies nihil ore capere potuiſſent, ad aliquot dies eiuſmodi clyſterum ope fuiſſe ſuſtentatos. Quid plura, ipſis oculis etiam in pluribus ipſi vidimus, qui ſuppoſitoria ano excepta ore reddiderint, ex quo conſtat, dimanare etiam poſſe aliquid citra ægri perniciem ab ano in ventrem. D

Glandes ano indita ore reddita.

Infunduntur vulgo clyſteres ſine diſcrimine qualibet hora diei, non tamen niſi longe a paſtu id faciendum, alioquin vna cibi e ventriculo rapti cum clyſtere detrahabuntur.

Clyſterum communis vſus. Clyſteribus vtimur, vt his inteſtinorum & conſecutione quadam reliquarum etiam partium excretrix facultas [illegible] ducatur. Tum vt, qui per pueritiam, aut ſenium, aut morbidam imbecillitatem, purgantis medicamenti vim ferre nequeunt, hoc ſaltem compendio humorum noxiorum onere & moleſtia leuari poſſint. Inuenti clyſteris laudem ciconiis tribuit Galenus, quæ hauſta roſtro aqua marina, eam ob ſalſedinem purgandi vis ineſt, ea ſe parte proluunt, qua reddi corporis & ciborum excrementa, vtile eſt. Commode autem ſic excipitur clyſter. Dum ſyringe exprimitur, æger ore ſit hiante, ne E

In introd. etiam abdominis muſculi omnes, qui inteſtinorum excretionem compreſſione iuuant, laxantur, nihil circumſerat, quod ipſi ventrem comprimat, figura curua ſeu ſemicirculari ac plane media in dextrum


Qua maxime ratione excipiendi clyſteres. latus iaceat, ſic facilius ſubibit clyſter in ſumma inteſtina, & quadam quaſi alluuione vniuerſam aluum rigabit & proluet, contrarium contingit in ſiniſtrum latus decumbentibus, ſic enim in eius clyſter in recto aut colo inteſtino ſubſiſtere, & quaſi reſtitare cogitur, quod in illo ſitu duo hæc inteſtina, ſuperio-

rum

A rum inteſtinorum quaſi pondere & mole opprimantur, & velut occludantur. Excepto clyſtere in dorſum ſupinus aliquandiu iaceat, mox ſe in vtrumque latus conuertat: vel ſi dolor parte aliqua ſubeſt, in iſtam, quam diutiſſime fieri poterit, inclinet. Cæterum quia multos videre eſt, quos nulla ratione adducere queas, vt podicem ad excipiendum clyſterem coram miniſtro tenudent, ita ipſos deterret pudor quidam ſubruſticus, ideo depingendum hic id inſtrumenti & fiſtulæ genus putaui, quo ipſi ſibi clyſteres exhibere poterunt immiſſo antrorſum in anum, ſublatis paulum natibus, eius orificio. B. litera notato infuſo mox in pyxidem litera A. notatam, liquore. D. notat pyxidis operculum. *Excepto clyſtere conuertere ſe æger debet in latus dolens.*

Fiſtula, qua quiſque ſibi clyſterem infundere poteſt, deſcriptio.

B



De Suppoſitoriis, nodulis & peſſis. CAP. XXIII.

SVppoſitorium *penniculi ſeu turunda quædam ſpecies eſt, quæ in anum inditur*, vt ſphincterem muſculum ad excernendas eas fæces, quæ inteſtinis continentur, prouocet, olim glandis typum habebat: ex quo etiam hodie Glans Latinis dicitur. Quæ fiunt hodie ſuppoſitoria, peſſi formam exprimunt, rotunda nempe & oblonga, in ceree candelæ ſpeciem. Debilia ſunt, mediocria, aut acria. Debilia fiunt ex betæ cauliculis aut radice, ex lardo melle cocto cum ſale, aut ex ſapone. Mediocria ex pulueribus purgantibus, vt hiera cum ſale & melle. Acria ex ſcammonio, euphorbio, colocynthide & ſimilibus pulueratis, atque cum melle aut ſuccis herbarum acrium, aut fellibus animaliū contemperatis. Fit vulgo ex mellis drach. j. & ſalis aut pulueris alterius irritantis ℨ j. ſic: ℞. *mellis cocti* ℥ j *pulueris colocynthidos* ℈ ß. *ſalis gemmæ* ℈ j. *fiat ſuppoſitorium.* *Suppoſitorium quid.* *Differentiæ.* *Forma ſuppoſitorii.*

Vtimur ſuppoſitoriis, cum æger præ infirmitate clyſterem ferre vel recuſat vel nequit vt per febres ardentes, vel ſegnior inteſtinis reſtitat immiſſus. Denique in capitis ſoporoſis affectibus, ſuppoſitorio acriore vtimur, vt excitetur ſopita vis inteſtinorum. Itemque cum morbi ea eſt conditio, vt manifeſtam ex clyſterum vſu noxam ferat, vt in enterocele, in qua inteſtinum adeo tumet, vt ſi inſuper infuſo clyſtere impleatur, peritonæum magis comprimat, adeo vt mox facile per partem eius laxatam vel ruptam in ſcrotum deuoluatur. *Vſus ſuppoſitorii.*

Noduli eundem vſum obtinent, quem ſuppoſitoria. Itaque in horum, clyſterumque locum ſæpe ſubſtituuntur: fiunt ex medicamentis paratu facilibus, vt vitellis ouorum cum pauco ſale & butyro: vel D ex felle & melle, linteo ad formam auellanæ reuincto incluſis, ex cuius extremo funiculus pendet, quo extrahi intratus in anum nodulus poſſit. Deſcriptionis nodulorum ſit hoc exemplum: ℞. *vitellum vnius oui, cui adde, ſalis modicum fellis vaccini & mellis an.* ℨ ß. *butyri* ℥ iij. *miſce fiant noduli filo appenſi.* *Nodulorum ratio.* *Noduli forma.*

Peſſus craſſior eſt ſuppoſitorio, & vtero deſtinatur. Fit ex bombace, ſerico, aut lana carpta, aliquo medicamento imbutis, moxque in vteri ceruicem immittendis. Inſtituitur peſſus vel ad vlcera ceruicis vteri, vel ad prouocanda aut ſiſtenda menſtrua, vel ad vteri ſordes & noxios humores per hyſtericas paſſiones eluendas, & foras euocandas. Ergo in peſſorum compoſitionem veniunt gummi, ſucci, ſemina, herbæ, radices & alia multa pro Medici conſilio, concinnanturque in ſolidam conſiſtentiam, & digiti figuram, vt in vteri ceruicem intrudi poſſint, his alligatus funiculus extrorſum prominere & pendere debet. Horum deſcriptionis ſit hoc exemplum. *Peſſorum ratio & vſus.*

℞. *myrrhæ, aloes an.* ℨ j. *ſabinæ, ſeminis nigellæ, arthemiſiæ an.* ℨ ij. *radicis ellebori nigri* ℨ j. *croci.* ℈ j. *cum ſucco mercurialis & melle. fiat peſſus femori filo alligatus.* Vel; ℞. *maſtiches, thuris an.* ℨ iij *aluminis, roſar rubr. nucium cupreſſi an.* ℨ ij. *lapid. hypociſtidos, ſumach. myrtillorum an.* ℨ iij. *fiat peſſus cum ſucco arnoglosſi & cotone.* *Peſſus ad ciendos menſes.* *Ad ſiſtendos*

Ad horum exemplum alii concinnari poterunt ad remolliendum, adſtringendum, detergendum incarnandum & cicatrice obducenda vteri vlcera idonei. Intrudendi ſunt in vterum, cum ægra lectum E ſubit, & per noctem ſeruandi. Fiunt etiam peſſi ex pulueribus medicamentoſis, nonmodo ſucco aliquo medicato, ſed etiam ex ſolis ipſis pulueribus, ſacculo aliquo ex materia rara pauco bombace farta, vt ſoliduſculam conſiſtentiam conſequatur, exceptis, hocque peſſorum genere commode vti licet in prolapſu vteri. Exemplum a Rondeletio propoſitum *lib. de Internis*, eſt tale. ℞. *benzoini, ſtyracis, caryophyll. an.* ℨ j. *galliæ moſch.* ℨ ß. *moſch. gr. iij. fiat puluis exceptus bombace*, indatur in vuluam. *Ad ſuffocationem vteri.*

De Oleis. CAP. XXIV.

OLeum Proprie & vulgo dicimus *ſuccum ex oleis expreſſum.* At laxius vſurpato vocabulo, oleum dicimus *ſuccum omnem fluxilis vnctuoſa & aerea ſubſtantia.* Oleaginorū eiuſmodi ſuccorum tres ſtatuuntur differen- *Olei nomine quid intelligendum.*

Oleorum differentia. Oleorum ratio per expreſsionem. differentiæ: Prima eſt eorum, qui habentur per expreſſionem, tam fructuum, quam ſeminum tritorum & conquaſſatorum, vt illo attrito exprimatur ſuccus ille oleagineus, alias quidem ſine igne, quo modo haberi poſſunt oleum amygdalinum dulce & amarum, oleum nucum, oleum de Kerua, ſeu palmæ Chriſti: alias ignis concurrente auxilio, quo modo habentur oleum laurinum, de lino, de napo, canabinum, & ſimilia. Seminum exprimendorum rationem lege apud Meſuæum *lib. tertio.* A

Oleorum ratio per infuſionem. Secunda eſt eorum, qui habentur per infuſionem medicamentorum ſimplicium in oleum ſimplex, quo ipſi vires ſuas imprimant. Id fit tribus modis. Primus eſt per decoctionem radicum, foliorum, ſummitatum, florum, fructuum, ſeminum, gummi, animalium integrorum cum vino, aqua aut alio ſucco in oleo communi, omphacino, aut alio quouis vſque ad vini, aquæ aut ſucci conſumptionem: quam perfectam ex eo intellexeris, ſi eiuſmodi olei gutta in ignem iniecta haud crepitet, ſed ardeat. Nonnunquam commemorati fructus, aut ſemina in eiuſmodi oleo aliquamdiu macerantur, priuſquam igni admoueantur: fieri vero debet decoctio in vaſe duplici, ne oleum ignis impreſſionem ſeu empyreumata retineat. Hac arte fit oleum coſtinum, rutaceum, de croco, cydoniorum, myrtillorum, maſtichinum, de euphorbio, vulpinum, de ſcorpionibus & alia multa. Secundus eſt per certi & iuſti temporis macerationem, alias quidem ſuper cineres calidos, alias in fimo equino, vt calore illo moderato oleum in ſe pelliceat infuſorum medicamentorum vires. B Tertius eſt per inſolationem, cum æſtate ad ſolem exponitur oleum, in quo flores hi vel illi infuſi ſunt, vt ſolis calore tepefactum oleum in ſe trahat, & tranſumat infuſorũ florum facultates. huius generis ſunt oleum roſatum, chamæmelinum, anethinum, liliaceum, nenupharinum, violaceum, & alia, quæ apud Meſuæum videre licet.

Oleorum ratio per reſolutionem. Tertia chymiſtarum propria eſt, haberurque per reſolutionem multis modis factam. Eiuſmodi oleaginorum ſuccorum admirandæ ſunt vires ſeu ſolis, ſeu ignis, ſeu putredinis calore eliciti fuerint, vt ſuo loco dicemus.

Vſus oleorũ. Oleis vtimur, cum vt medicamenti virtus in altum penetret, aut medicamentorum ſubſtantia admixto oleo miteſcat, conſilium eſt.

Cæterum ſi quando olea refrigerandi gratia paramus, deligendum oleum commune omphacinum, ex eo fieri debet oleum roſatum. Contra cum calefaciendi cauſa olea quærimus, cuiuſmodi eſt oleum philoſophorum, lateritium ſeu benedictum: oleum deligendum eſt dulce, maturum, vetus aut etiam infuſis roriſmarini.

De Litu. CAP. XXV.

C

Linimẽtum quid. Differentia. Litus medicamentum eſt externum, media inter oleum & vnguentum conſiſtentia: oleo enim craſſior eſt, quia eius compoſitio præter oleum recipit butyrum, axungiam, & ſimilia. Quæ cauſa exiſtit, cur maturando & dolori ſedando litus efficacior ſit ſimplici oleo. Lituum varietas ab effectis ducitur: quidam enim refrigerant, alii calefaciunt, alii humectant, nonnulli maturant, alii alia faciunt pro varia compoſitione. *Materia.* Horum materia ſunt oleum, axungia, ſebum, butyrum, omnia, quę olei habent conſiſtentiam, vt ſtyrax liquida, terebinthina, mucagines fœnugræci, biſmaluę, medulla & huius generis alia. His nonnunquam adduntur puluiſculi radicum, ſeminum, florum, corticum, metallicorum, ſed parca manu, vt ſit ſemper litus conſiſtentia liquida.

Linimẽtum calefaciens & digerens. Remolliens. Litus calefaciendo, attenuando & digerendo idonei eſt hoc exemplum: *℞. oleor. amygd. amar. & liliorum an. ℥ j. axungiæ anatis & gallinæ an. ℥ ß. butyri ſalem experti. ℥ j. mucaginis, ſeminis altheæ & fœnugr. extractæ in aqua hyſſopi an. ℥ ß. pulueris croci & ireos an. ℈ j fiat linimentum.*

Humectantis & remollientis eſt hoc exemplum: *℞. olei amygd. dulcium ℥ ij. axungiæ humanæ ℥ ß. mucag. ſeminis maluæ extractæ in aqua parietariæ vnc. ß. fiat linimentum, addito croco.*

Multi alii varie ad varios affectus ad horum imitationem concinnari poterunt, facile partibus omnibus corporis applicari poſſunt & adhæreſcere, quia haud tam liquidi ſunt, quam olea. D

Confutata opinio. Nõ omnium Vnguentorum compoſitionem cera ſubit. Habenda ratio partium, quibus erunt aptandi. Si enim per meatum flexuoſum, qualis eſt auditorius, ſubeundum ſit, liquidiores eſſe debent, & plus olei recipere, ſi parti adhæreſcere debent, plus adipis & axungiæ admittent. Falluntur, qui putant, hoc intereſſe inter vnguenta & litus, quod in lituum cõpoſitionem cera non veniat, vt in vnguentorum. Nam nonnulla ſunt vnguenta, quæ ceram non admittunt, vt ægyptiacum, omniaque quæ ad gangrænas & vlcera putrida parantur: quia huic morborum generi pinguia omnia, vt oleum, adeps, reſina, cera, ſunt inimica. Itaque horum loco ſubſtituimus in ægyptiaco componendo mel & viride æris. Ex his enim & conſiſtentiam acquirit, & detergendi vim maximam.

De Vnguentis CAP. XXVI.

Vnguentorũ materia. VNguenta ſolidioris ſunt conſiſtentiæ, quam litus, maiorumque adeo virium. Horum differentiæ partim ab effectis ſumuntur: alia enim calefaciunt, refrigerant, ſiccant, humectant, alia detergent, corroborant partes, ſuperfluam carnem atterunt, cicatrices obducunt: partim à colorum varietate, partim ab inuentoribus, vt album Rhaſis, deſiccatiuum rubrum: partim à numero ſimplicium medicamẽtorum, quibus conſtant, vt tetrapharmacum ſeu baſilicum, & tripharmacum ſeu nutritum: partim ab eo medicamẽto, quod cæteris in compoſitione præpollet, hinc vnguentum de lithargyro, de minio, diapompholygos & ſimilia. E Componuntur ex herbis, radicibus, ſeminibus, fructibus, metallicis & animalium partibus. Succi & alia liquida coctione conſumuntur, quemadmodum in oleis compoſitis dictũ eſt. Herbę earumque partes, ſi ſiccæ ſunt, in pollinem rediguntur, vt & metallica: at ſi virides ſunt, coquuntur, exprimuntur, ſuccuſque expreſſus coctione conſumitur, gummi & reſinæ alias in pollinem

com-

A comminuuntur, alias igni vel liquore conuenienti funduntur, & liqueſiunt, cera vna cum oleo ad ignem eliquatur. In vnguentorum compoſitione hæc ſeruatur proportio, *vt pro puluerum vncia vna, duæ addantur ceræ & octo olei.* Quanquam cum cera vnguentis ſeruiat tantum ad compoſitionem, præſtat eius quantitatem Pharmacopolæ arbitrio permittere: ſed & æſtate, quam hyeme, parcior ceræ quantitas vnguentis addenda eſt. æſtatis enim calor deſiccans, conſiſtentiam vnguento addit. Exemplis propoſitis commu[illegible] præcepta fient clariora. *Ingredientium vnguentorum proportio.*

Pro vnguento adſtringente. ℞ *olei roſ. ℥ iiij pul. lepor. bol. arm. terræ ſigil. an. ʒ j. balauſt. & gallar. an. ʒ ß* [illegible] *& ſimul mixtis addita cera, quod ſufficit. fiat vnguentum.* *Vnguentum adſtringens.*

Hic aduertendum, quod componendorum vnguentorum tres ſunt modi. Primus is eſt, quo attrita ſolo in mortario ſine igne vnguenta fiunt, quo modo fit vnguentum nutritum. Secundus cum igni ceram in oleo aut ſimili aliquo eliquamus, eliquatisque omnibus pulueres admiſcemus, ea, qua notauimus, proportione, quomodo vnguentum aureum, baſilicum, diapompholygos, deſiccatiuum, rubrum & enulatum componuntur. Tertius cum axungias vna cum herbis puſillo tenuimus, vna coquimus & colamus, colatura vnguentum [illegible] exempla [illegible] illuſtrare pergamus. *Tres componendorum vnguentorum modi.*

B Pro vnguento nutrito [illegible]. ℞ *lithar. auri triti & loti ℔ ß. olei roſ. ℔ j. aceti roſ. ℥ iiij fiat vnguentum.* Primum lithargyrum in mortario [illegible], aſſuſo pauco oleo, vt illa craſſeſcat, pi[illegible] agitando, mox partem olei aceti [illegible] aſſundemus, tamdiu ſemper agitando, quoad in vnum corpus [illegible] nunc olei, nunc aceti [illegible], quoad totum id vnguenti conſiſtentiam fuerit adeptum. Quod ſi ex eiuſmodi vnguento emplaſtrum nigrum formare volueris, vniuerſum acetum [illegible] ſplendeſcet & nigreſcet emplaſtrum. *Vnguentum nutritum.*

Pro [illegible]. ℞ *ceræ citr. ℥ ij. olei olinit ℔ ij tereb. ℥ ij reſin. & coloph. an. vnc. j ß. olib. maſtich. an. vnc. j croci ʒ j fiat vnguentum.* Primum eliquandi cera cum olei magna portione, mox addentur reſina & colophonia [illegible] comminutæ. His eliquatis ab igne ſubtrahetur compoſitio, tumque terebinthina addetur. Id totum vbi nonnihil refrixerit, olibanum & maſtiche puluerata addentur, denique & crocus [illegible] oleo macerabitur. *Vnguentum aureum.*

Tetrapharmacum id nominis habuit, quod ex quatuor ſimplicibus medicamentis coaluit, cera, reſina, pice & ſebo taurino vel vitulino pariter, æqualiterque mixtis & liquatis. Sic; ℞ *reſin. picis nigr. adip.* C *vituli. & ceræ an. vnc. iij ß olei veterum oliuarum maturarum ℔ j ß. aut ſi durius id eſſe vis ℔ ij. miſce.* Baſilicum etiam id vnguentum dicitur. cera ſruſtulatim conciſa, in oleo liqueſcat, mox adde cætera, quæ pariter liqueſcant. vnguentum [illegible] expetitum. *Vngu. tetrapharm. ſeu baſilicum.*

Ad conficiendum vnguentum diapompholygos, ℞ *olei roſ. ℥ ix. ceræ albæ vnc. iij. ſucci ſolan. hortenſis vnc. iij ceruſ. lotæ vnc. j pomph.* [illegible] *lotis, olib. puri an. vnc. ß. fiat vnguentum.* In oleo eliquabitur cera lento igne, quam vbi igni ſubduxeris, reliqua commemorata addes, diuque in mortario marmoreo teres, lenitim aſſuſo ſucco, illud, quod concorporari non poterit, abiicies. *Vng. diapompholygos.*

Ad deſiccatiuum rubrum, ℞ *lap. calam. ter. ſigil. an. vnc. ij lithar. auri, ceruſ. an. vnc. j ß. camphor. ʒ ß. ceræ ℥ ij. olei roſ. & viol. an. ℥ iij fiat vnguentum.* Cera in oleo liqueſcet, vbi refrixerint, affundentur pulueres, agitando, ad finem camphoram cum pauco oleo roſaceo, vel aqua roſ. diſſolutam addes. *Vng. deſiccatiuum rubrum.*

Ad confectionem enulati, ℞ *rad. enulæ campan. coctæ cum aceto & contuſæ, vt decet ℔ ß. axung. porci. olei comm. an.* [illegible] *tereb. lotæ an. ʒ j ſal. commu. puluerati ʒ ij. incorporentur, vt decet.* Radices [illegible] lento igni cum axungia coques, ſemper agitando, mox ſal ſimul cum cera & oleo [illegible] ſubduxeris, refrigeſcere ſines, tumque argentum viuum pauca axungia [illegible] addes. *Enulatum.*

D Ad [illegible] album Rhaſis, ℞ *olei roſ. ℥ ix. cer. alb. vnc. iij. ceruſ. vnc. iij. confice ſic. Ceruſſam diligenter in puluerem redige, in hanc oleum & ceram calide mixta coniice, totum id tandiu agita, quoad perfecte in vnum coaluiſſe videbuntur.* *Album Rhaſis.*

Pro vnguento de althæa ℞ *rad. alth. ℔ j. ſemi. lini, ſenug. an. ℔ ß. ſcillæ vnc. iij olei com. ℔ ij ceræ ℔ ß. terebinth. galb. gum. hederæ an. vnc. j coloph. & reſ. an. vnc. iij. Radices, fruſta, & ſemina ſingula per ſe immadentur toto triduo in aquæ* [illegible] *ad conſumptionem trium vnciarum. hinc extrahantur mucagines, quæ cum oleo* [illegible] *cera in fruſta diſſecta coquantur. hinc igni ſubtractis, addetur galbanum diſſolutum in aceto & cum terebinthina mixtum, addentur & gummi hederæ, colophonia, ac reſina in puluerem redacta.* Poterant tamen, & forte melius, colophonia & reſina cum cera & oleo eliquari. *De althæa.*

Pro vnguento populeonis, ℞ *ocul. populi arb. ℔ j ß. fol. papau. nigri, mandrag. hyoſcyami, lactucæ, ſempervivi parui & magni, violæ nigræ, ſolani, vmbilici veneris ſeu cymbalariæ, bardanæ an. vnc. ß.* Cordus, Fernelius & Nicolaus ſingulorum vnc. iii præſcribunt *adipis ſuilli recentis ſale expertis ℔ ij. vini boni ℔ j. fiat vnguentum.* Oculi populi & folia violarum contundantur & macerentur in axungia per duos circiter menſes, ſcilicet donec reliquæ herbæ vigeant. Æſtate igitur collectæ: non enim ante colligi poſſunt, oculi autem E popul. & violæ Martio erumpunt, concidantur minutim atque ſimul mixtæ loco tepido per octo dies aſſeruentur, addita aceti fortis ℔ j. inde coquantur ad conſumptionem humoris, quam explorabimus [illegible], vbi in igne iniecta fecit portiuncula. Poſtea colentur & exprimantur, expreſſum vnguentum reponatur. *Vng. populeum.*

Ad vnguentum Apoſtolorum, ℞ *tereb. ceræ alb. reſ. an. ℥ xiiij opopanacis & floris ſeu viridis æris* (nam hic flos æris non propriè accipitur pro granulis, quæ ſcintillarum inſtar ab ære exiliunt, dum à fabris feriatus aqua tinguitur, ſed pro viridi æris vſurpatur, cuius contra maligna vlcera notæ ſunt vires, contra quæ omnino id vnguentum eſt comparatum, *an. ʒ ij ammoniaci ʒ xiiij. ariſtol. longæ, thuris maſculi an. ʒ vj. myrrhæ & galbani an. drach. iij. bdellii drach. vj lithargyri ʒ ix olei ℔ ij fiat vnguentum.* Lithargyros nutrienda per *Apoſtolorum.* *Ad maligna vlcera.*

horas

horas quinque in olei vnc. ii. mox coquenda lento igni, quoad mellis conſiſtentiam acquirat, ſemperq; A agitanda, ne ignibus vratur. Igni extractæ & calenti ceram eliquatam cum reliquo oleo & reſina adde. His, vbi refrixerint, gummi diſſoluta in aceto cocta & incorporata cum terebinthina adiunge, vel in puluerem redacta immiſce. Mox pulueres ariſtolochiæ, myrrhæ & thuris venient in compoſitionem. Deniq; viride æris in pollinem redactum, & additum vnguentum complebit.

Comitiſſa. Pro conficiendo vnguento comitiſſæ. ℞. *corticum medianorum caſtanearum, corticum medianorum quercus, corticum medianorum glandium, myrtillorum, equiſeti, corticum fabarum, acinorum vuarum, ſorborum ſiccorum immaturorum, meſpillorum immaturorum, radicum chelidoniæ, foliorum prunorum ſylueſtrium, an.* ℥ j. ß. *aquæ plantaginis* ℔. viij. *ceræ nouæ* ℥ viij. ß. *olei myrtillorum,* ℔. ij. ß. *mox confertim & minutim, qui ſequuntur pulueres inſpergendi:* ℞. *puluer. corticis mediani caſtanearum, corticis mediani glandium, corticum medianorum arb. glandium, id eſt, quercus, gallarum, an.* ℥ j. *cineris oſſium cruris bouis, myrtillorum, acinorum vuarum, ſorborum ſiccorum, an,* ʒ ß. *trociſcorum de karabe,* ʒ ij *fiat vnguentum.* Primum igitur fiet decoctio corticis mediani arboris quercus, acini vuarum, radicis chelidoniæ, meſpillorum, ſorborum, equiſeti, ſeminis myrtillorum, foliorum pruni ſylueſtris, corticum fabarum, corticis mediani glandium, corticum caſtanearum & gallarum in aqua plantaginis, in qua peracta coctione per horas duas macerabuntur; colatura B in nouem portiones diuidetur, & cum ſingulis cera eliquata cum oleo myrtillorum abluetur ſepties, humoreque omni ſpoliata, cum cera & oleo eliquabitur, inſperſis pulueribus oſſium cruris bouis, corticum medianorum quercus, medianorum corticum glandium, caſtanearum, gallarum, ſorborum, meſpillorum, ſeminum myrtillorum, acinorum vuarum, & ad extremum trociſcorum de karabe: hacque arte habebitur vnguentum.

Pro ſtomacho. Ad vnguentum ſtomachale. ℞. *olei abſynth. maſtich. de ſpica & roſ. an.* ℥ ß. *puluer. abſynth. roſ. maior. menth. an.* ʒ j. *caryoph. cinam. maſtich. galang. an.* ʒ j. *pulueriſanda puluериſentur, & cum ſufficienti quantitate ceræ, fiat vnguentum molle,* de quo vngatur ſtomachus calide hora vna ante paſtum continuando.

Ad rabioſos morſus ex 2. de comp. ſec. genera. Ad morſus rabioſos. ℞. *ceræ albæ* ℔. ij. *ceruſ. lithargyr. auri, an.* ℔. j. *myrrhæ & medullæ cerui, an.* ℥ ij. *thuris* ℥ j. *olei* ℔. ß. *coquatur lithargyros in oleo ad mediocrem conſiſtentiam, mox immittantur cera & ceruſa, cumq; amplius digitis non adhærebunt, ab igne dimoueantur,* & medulla immittatur, vbi refrixerint, myrrha & thus in pollinem trita inſpergantur, vnguentum in vſus dictos recondatur. Valet & ad rhagades ani, fiuntq; etiam ex eo peſſi remollientes.

3. de compo. med. ſec. ge. Ad relinendas cicatrices. Aliud ad rabidorum canum morſus, & neruorum ac tendinum puncturas, prohibens ne vulnera C agglutinentur: ℞. *picis pinguis lib.* j. *opopanacis in aceto forti, olei liliorum, & veteris porci axungiæ co.* ʒ iij. *fiat vnguentum.* Ad eoſdem rabidorum animantium morſus, & neruorum puncturas valeat oleum ex ſinapi, vt quod vulnera recenti cicatrice obducta relinat. Vtimur vnguentis, vt mali pertinacis contumaciam ſuo firmiore & contumaci adhæſu euincant, ſi præſertim nihil neceſſe ſit, medicamentum altius ſubire in corpus.

De Ceratis & Emplaſtris. CAP. XXVII.

Ceratum quid. Differentia. CErati & emplaſtri tanta eſt penes compoſitionem affinitas, vt ſæpe vnum pro altero ſubſtituatur, quemadmodum de vnguentis & linimentis fieri ſolet. Ceratum igitur *compoſitio eſt vnguento durior & ſolidior, emplaſtro vero mollior*; nomen habens à cera, quæ olei fluiditatem cohibens ipſi conſiſtentiam præbet. Ceratorum differentiæ alias à partibus, quibus dicatæ ſunt, ſumuntur; vnde ceratum ſtomachicum; alias ab effectis, vnde ceratum refrigerans Galeni, alias è medicamentis ſimplicibus, quæ baſis rationem in ipſorum compoſitione obtinent, vnde ceratum ſantalinum. Propria ceratorum materia eſt cera noua, & olea harum vel illarum partium morbis dicata, ſic vt vix quicquam à ceratis differant litus & vnguenta, ſi ceram admittant. Itaq; vnguentum roſaceum ſi ceram recipiat, non iam vnguentum, D ſed ceratum dicimus.

Quæ & cur exemplaſtris fiant cerata. Cerata, quæ ex reſinis, gummis & metallis fiunt, emplaſtri nomen merentur potius, quam cerati. Itaque ceratum ad hernias, vulgo Emplaſtrum contra rupturam dicimus. Quod ſi dolor aut inflammatio partem aliquam premant, ex emplaſtris oleo liquefactis cerata efficimus, ne emplaſtri durior & grauior conſiſtentia parti moleſta ſit prohibita perſpiratione. Itaque miſſa ceratorum compoſitione, de Emplaſtris dicemus.

Emplaſtrũ quid. Emplaſtrum *compoſitio eſt, quæ ex omni medicamentorum ſpecie conſurgit, pinguium præſertim & ſiccorum in vnum corpus craſſum, viſcoſum, ſolidum, durum & digitis adhærens concurrentium.* Differentiæ emplaſtrorum

Differentia emplaſtrorum. iiſdem ex rebus ducuntur, ex quibus vnguentorum varietates. Eorum, quæ in emplaſtri cõpoſitionem veniunt, alia vires tantum ſuas & facultates ipſi conferunt, vt vinum, acetum, ſucci, alia conſiſtentiam, vt lithargyros (quæ Galeni ſententia maxime propria eſt emplaſtrorum materia) cera, oleum, & reſinæ: alia vtrumque conferunt, vt gummi, metallica, partes animalium, reſinæ, vt terebinthina ad digerendum, detergendum, & deſiccandum. Emplaſtrorum alia coctione fiunt, alia ſine coctione formam ſuam ſortiuntur; quæ ſine igne fiunt, ſtatim ſiceſcunt, nec viſcoſa ſunt: fiuntque ex farina, & pul- E ueribus, cum ſucco aliquo, aut re quauis humida commixtis: atque eiuſmodi emplaſtra vnguenti duri aut cataplaſmatis nomen merentur. Vera enim emplaſtra coctione fiunt, quæ alias breuior, alias longior eſſe ſolet, pro corporum emplaſtri compoſitionem ſubeuntium natura. Eſt igitur operæpre-

Vera methodus componendorum emplaſtrorum. tium ſcire, quæ emplaſtra longam, quæ breuem coctionem requirant. Ergo radices, ligna, folia, caules, flores, ſemina ſicca & in puluerem redacta, poſtremo fere loco immittũtur, cum iam quaſi emplaſtrum coctum eſt, vel igni ſubductum: alias horum virtus deperibit & vaneſcet. At ſi illa in compoſitionem veniant viridia, ſeorſim incoquentur in aliquo liquore, exprimenturq; & colatura reliquę cõpoſitioni miſce-

A miſcebitur. vel ſi ſuccum remittant, is attritu exprimitur, ceditque in humorem reliquis rebus coquendis idoneum, ſic, vt coctione conſumptus, nihil præter vires in mixto relinquat, vt videre eſt in compoſitione emplaſtri de ianua ſeu betonica, & gratia Dei. Idem fit de mucaginibus, niſi quod lentore ſuo ignibus reſiſtunt magis. Olei vero & mellis multum remanet in emplaſtro iam perfecto. Quod ad ſuccos, qui concretione induruerunt, vt aloe, hypocyſtis, acacia, ſi quando in emplaſtri compoſitionem veniant, atque adhuc recentia ſint, in aliquo liquore ſini noſtro idoneo diſſoluendi, macerandiq; erunt, & coquendi ad liquoris conſumptionem. Gummi, vt opopanax, galbanum, ſagapenum, ammoniacum diſſolui debent in vino, aceto aut aqua vitæ, mox cerni & coqui ad liquorum eiuſmodi conſumptionem, ac reliquæ emplaſtrorum materiæ iam excoctæ permiſceri. atque vt gummi & picis quantitas exacta habeatur, ante diſſolui, cerni & coqui debent. propter ſtuſtula lignea & ſimiles quiſquilias ac ſordes ipſis plurima mixtas. Habenda & ratio eſt liquoris, in quo diſſoluentur. acetum enim ex vino generoſo longe potentius penetrat, quam id, quod habetur ex vino tenui & imbecillo.

Alia quæ ſunt, quæ ſicciora ſunt, in puluerem rediguntur, & poſtremo loco emplaſtris miſcentur. Metallica, vt æs vſtum, chalcitis, magnes, bolus armenus, ſulphur, auripigmentum, & alia, quæ in pollinem comminui poſſunt, extrema quoque miſceri debent, niſi conſilium ſit, effrenatas eorum vires longa coctione obtundere Par eſt reſinæ, picis, & terebinthinæ ratio, vt quæ poſt ceram adiicienda ſint, nec coctionem pati, niſi forte leniſſimam. adipes vero ad miſcentur, dum reliqua materia coquitur. Lithargyros cum oleo ad iuſtam conſiſtentiam coquenda eſt, ſi velimus, vt emplaſtrum deficeet ſine motu. Ceruſſa forte tam longam coctionē ferre poterit at ſic haud ab ea abibit emplaſtrum nec certe lithargyros argenti tam gratum colorem emplaſtris præbet, quam lithargyros auri. Denique in coquenda emplaſtrorum materia is ordo ſeruabitur. Lithargyros coquetur ad perfectam conſiſtētiam, ſucci aut mucaginibus iam conſumptis, hinc adipes immittentur, inde reſinæ liceæ, cera, gummi, terebinthina, demumque pulueres. Emplaſtri perfectam coctionem cognoueris ex conſiſtentia craſſa, dura, glutinoſa, & coherente digitis, vbi aere, aqua aut marmore refrixerit. cognoueris etiam ex exacta mixtione, ſi in vnam maſſam omnia coierint in fruſta rumpi contumacem. *Ordo eorum quæ in emplaſtri materiam coeunt coquendorū. Signa emplaſtri perfecte cocti.*

Quantitas medicamentorum, quæ in emplaſtra veniunt, vix certo deſcribi poteſt, ſed tantum artificioſa coniectura deſignari, ſpectando in ea medicamenta, quæ conſiſtentiam, & lentorem emplaſtro præbent, & ex coctione conſiciendo de iuſta eius mollitie aut duritie. *Cera non venit in emplaſtra, quæ admittunt ladanum, eſt enim id ceræ loco.* Quod ſi in emplaſtri compoſitionem quædam medicamenta veniant emplaſtica, minuetur ceræ quantitas: contra ſi omnia fere liquida fuerint, augebitur, quantum conſiſtentiæ emplaſtri ratio videbitur exigere. Mutat etiam ceræ quantitatem temporis ſeu aeris ratio: itaque ſatius eſt rei huius iudicium Pharmacopolæ relinquere. Ex vnguentis fiunt emplaſtra addita cera, aut reſinis ſiccis, vel alia re dura aut ſolida. Nonnulli volunt, vt pro manipulo medicamentorum craſſius pulueratorum miſceatur vncia vna, vel ſeſquuncia olei, ſimiliue liquoris, ſed de hac tota re nihil certo definiri poteſt. tantum in emplaſtra à Veteribus deſcripta diligenter eſt intuendum, in quibus bene verſatum eum eſſe oportet, qui in ipſorum doſi deſcribenda non ſit erraturus. Itaque emplaſtrorum magis communes formulas hic proponemus. *Quæ ex vnguentis ſiūt emplaſtra.*

Ad præparandum Empl de vigo cum mercurio, ℞ *olei chamem anet de ſpica, liliaci an.* ℥ij *olei de croco* ℥i *pinguedinis porci lib j pinguedinis vituli lib ß euphorb.* ʒv *thuris* ʒx *olei laur* ℥i ß *ranas viuas num. vj pinguedinis viperæ vel eius loco humanæ* ℥ij ß *lumbricorum lotorum in vino* ℥iij ß *ſucci ebuli, enulæ, an* ℥ij, *ſchœnanthi, ſtœchados, matricariæ, an m ij. vini odoriferi lib. ij litharg. auri lib. j. tereb. claræ* ℥ij *ſtyracis liquidæ* ℥i ß *argenti viui extincti quantum: præſens caſu poſcere, & æger ferre poſſe videbitur, fiat emplaſtrum.* Pro reliquæ materiæ lib j. miſcent *Emplaſtrū de Vigo cum mercurio.*

D vulgo argenti viui ℥iij quanquam ſæpe ea doſis multiplicatur, quo ſit emplaſtrum efficacius. Vermes debent ablui aqua fontana, pauco inde vino, vt terrenis fæcibus, quibus ſcatent, liberentur. Sic lotis in vino, quod hanc compoſitionem ingredi debet, macerabuntur additis ranis viuis, vnaque elixabuntur ad conſumptionem tertiæ partis, mox & ſchœnanthum contuſum, matricaria que ad ſtœchas conciſæ addentur, denuoque coquentur ad conſumptionem vnius libræ, imo ad perfectionem & claritatem. Vbi decoctio refrixerit, colabitur & ſeruabitur, quouſque lithargyros nutrita fuerit per horas duodecim in oleo chamemelino, anethino, liliorum, de croco, & commemoratis axungiis. Hinc lento igni id totum coquetur, mox igni ſubtrahetur, & addetur quartarium vnum ſupradictæ decoctionis, ſiccum ignibus apponetur ad humoris conſumptionem, ſiccum denique reliquum decoctionis affundetur. Cæterum olei de ſpica portio quæ iam ad extremum reſeruabitur, quæ emplaſtro odoris gratiam conciliet. Tum addentur ſucci ebuli & enulæ, coquentur que quoad euanuerint. Mox ſubducta ab igne compoſitioni addetur thus & euphorbium, ac ceræ aloæ quantum fuerit ſatis. Vbi maſſa viuuerſa refrixerit, demum argentum viuum, terebinthina, oleo amygdalarum amararum, laurino, de ſpica, de lino, ſtyrace aut axungia extinctum immittetur, continenter agitando, & ſuper marmor in magdalia concinnabitur. *Doſis argenti viui.*

E Niſi probe extinxeris, mox ipſum ſibi reſtituetur fugitiuum: niſi quoad refrixerit compoſitio, expectaueris, in ſumos vaneſcet.

Ito cerato œſypi ex philagrio ℞ *croci* ʒij *bdelii, maſtic. ammon ſtyra. liquidæ an.* ℥ß *ceræ alb. lib ß. tereb.* ℥ij *medullæ cruris vaccæ, œſypi an. et an* ℥i *œſypi, vel ſi deſit, axungiæ gal* ʒx *olei nardi quantum ſatis ad magdaleones ſ. cuaudos, expreſſi ſemin ſeſcu* ℥ij ß *oliban ſepi vitul* ℥j. *vna diſſoluuntur œſypus, ſepum, adeps, medulla cum cera: Vbi refrixerint, addetur ammoniacum diſſolutum in ſeminum ca decoctione fænugræci, & chamæmeli, & in ſeſquuncia paſſi ſuæ: mox immittentur ſtyrax & terebinthina continenter agitando: tum addentur bdellium, olibanum, maſtiche, aloe in puluerem redacta. vbi omnia in vnam maſſam perfecte coaluiſſe videbuntur, cum oleo nardino fingentur in magdaleones* *Ceratum œſypi ex philagrio.*

dabitur. Pro Emplaſtro de Gratia Dei ℞. tereb. lib. j. reſin. lib. j. ceræ alb. ℥ iiij. maſtich. ℥ j. fol. verben. beton. pimpinel. an. m. j. herbæ ſcindantur, & conterantur in mortario marmoreo, [illegible] in vino rubro [illegible] coquantur ad conſumptionem tertiæ partis. In colatura addatur cera [illegible] paulatim [illegible] conſumpto [illegible] reſina [illegible] addatur maſtich. in puluerem redacta, manibus malaxando quo facilius coire in vnum cum reliquo corpore poſſit. A

De gratia Dei.

De Ianua ſeu de betonica emplaſtro.

Pro Emplaſtro de Ianua ſeu de betonica ℞. ſuccor. beton. plantag. apii, an. lib. j. ceræ, picis, reſin. tereb. an. lib. ß. fiat emplaſtrum. Succi vna cum cera eliquanda miſcebuntur: his vero ad tertias conſumptis addatur reſina & pix quibus eliquatis & calide colatis addita terebinthina fingantur magdalia.

Oxycroceum.

Ad conficiendum Emplaſtrum oxycroceum ℞. croci, picis communis vel naualis potius, quia diſcutiendo & ab imo articulorum doloris materiam euocando eſt hoc comparatum emplaſtrum, colophoniæ, cer. an. ℥ ij. tereb. galban. ammon. thuris, myrrhæ, maſtich. an. ʒ v. ß. [illegible] cera addita pice & colophonia [illegible] gummi [illegible] & terebinthina mixta immittentur. Quibus igni ſubmotis [illegible] inde myrrha [illegible] ad extremum crocus in pollinem redactus. Fingentur inde magdalia cum oleo vermium.

De ceruſa.

Ad Emplaſtrum de ceruſa ℞. olei communis lib. ij. ceruſæ ſubtiliſſimæ lib. j. [illegible] lento igni coquantur vna continenter agitando, quoad emplaſtri conſiſtentiam acquiſierint. Si vis emplaſtrum magis album, olei cape tantum ℥ jx. B

Tripharmacum ſeu nigrum.

Ad Tripharmacum ſeu nigrum ℞. lithargyri triti, aceti fort. ſimul an. lib. ß. olei antiqui lib. j. fiat emplaſtrum. Lithargyros in oleo nutriatur horarum xij ſpatio: coquatur ad ignem, quoad craſſitiem iuſtam acquiſiuerit, inde ſenſim acetũ affundatur non ante totum id igni ſubmoueatur, quam perfecta coctione acetum vanuerit.

De palma ſeu diachalciteos.

Ad Empl. de palma ℞. olei vet. lib. iij. axungiæ vet. ſine ſale lib. ij. lithargyri triti lib. iij. vitrioli ℥ iiij. nutriatur in oleo lithargyros per horas duodecim, coquatur ad [illegible] addita axungia, continenter agitando ſpatula palmea, arundinacea, aut ſaligna: coctione perfecta, totum id igni ſubducatur, & vitriolum in pollinem redactum addatur.

Contra rupturam.

Ad Empl. contra rupturam ℞. picis naualis & aloes an. ℥ iij. lithargyri, ceræ, colophoniæ, galbani, ammon. an. ℥ ij. [illegible] ℥ j. [illegible] ariſtolochiæ an. ℥ iiij. myrrhæ, thuris an. ℥ j. tereb. ℥ ij. pulueris vermium terreſtrium [illegible] offa [illegible] an. ℥ iiij. ſanguinis humani lib. j. fiat emplaſtrum.

Quod ſi optimam ipſi conſiſtentiam parare vis, adde olei myrtillorum vel maſtichini, lib. ß. Modus faciendi hic eſt. Integram arietinam pellem in fruſta concidito, in aquæ & aceti libr. [illegible], quouſque in colliam ſeu gelatinam concreuerint decoque. In illa gelatina ſeu colla [illegible] diſſoluto, addes cera & pice fruſtulatim fractis, pices & oleum, ſi vis, vna addere, mox galbanum & ammoniacum in aceto diſſoluta, addito & cum terebinthina miſcero: veniant inde in compoſitionem lithargyros, gypſum, bolus, ariſtolochia, conſolida, vermes, & ſanguis humanus, ad extremum myrrha, thus, colophonia, & aloe continenter agitando, quo ſit perfectior mixtio, diu tundendum in mortario emplaſtrum piſtillo calido. C

De mucaginibus.

Ad Empl. de mucaginibus ℞. mucaginis ſemin. lini, rad. althææ, fœnugræci & mediani corticis vlmi, an. ℥ iiij. olei [illegible] chamæm. aneth. an. ℥ j. ß. ammon. opopanac. ſagapen. an. ʒ ß. croci ʒ ij. ceræ nouæ lib. j. ß. tereb. ℥ ij. fiat emplaſtrum. [illegible] ceræ ℥ [illegible] tantum requirit. Mucagines & cera fruſtulatim concisa miſcebuntur cum oleis, [illegible] continenter agitando ad liquoris conſumptionem. Mox addentur gummi diſſoluta, & cum terebinthina mixta, denique & crocus in pollinem dactus.

De minio.

Ad Empl. de minio ℞. olei roſ. myrtil. vngu. popu. an. ℥ iiij. pinguedin. gal. ℥ ij. [illegible] an. ℥ ij. [illegible] ℥ iij. [illegible] auri & argent. an. ℥ ij. aceti ℥ iiij. minii ℥ iij. tereb. ℥ iiij. ceræ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum. [illegible] Lithargyros, ceruſa & minium ſeorſum in pollinem ſuper marmor conterantur, & [illegible] roſacea [illegible] ne quod tenuius eſt, vaneſcat, hinc cum oleo roſato & [illegible] coquantur [illegible] quoad ſpiſſius conſiſtentiam acquiſiuerint. Inde axungias addito [illegible] quoad totum nigreſcat: mox ſebum vtrumque immittatur, hiſque liquatis ab igne deponatur, addito tum vnguento populeone, addita & cera, ſi opus ſit, tum magdalia ducãtur. D

Diachylon magnum.

Ad præparandum Diachylon magnum ℞. lithargyri puri & pulueriſati ℥ xij. olei irini, chamæmel. aneth. an. ℥ [illegible] ſemin. lini, fœnugr. & rad. alth. [illegible] pinguium vuarum paſſarum ſucci [illegible] an. ℥ [illegible] tereb. ℥ iij. [illegible] an. ℥ [illegible] fiat emplaſtrum. Lithargyros, antequam igni apponatur, oleo nutriendus eſt, inde lento igni coquenda ad iuſtam vſque craſſitiem, mox mucagines ſenſim inmittendæ quibus [illegible] conſumptis [illegible], quibus etiam abſorptis cera & reſina addenda: totum [illegible] & terebinthina cum [illegible] apponenda.

Vſus emplaſtrorum.

Vtimur emplaſtris cum diutius & continuatius partem remedia adhærere volumus, atq; cauere, ne medicamenti vis tam cito exhalet.

De Cataplaſmatibus & Pultibus. CAP. XXVIII.

Materia cataplaſmatu.

Cataplaſmata emplaſtris minus proprie dictis haud abſimilia ſunt. Nam ad emplaſtrorum inſtar [illegible] aut ſtupis illita, & partibus dolẽtib. applicari poſſunt. Fiunt ex radicibus, folijs fructibus, floribus, ſeminibus, herbis, ſuccis, oleis, axungijs, medullis, farinis, reſinis. Horum alia cocta, alia cruda ſunt. [illegible] fiunt ex herbis ad putrilaginem coctis, indeque per ſetaceum cretis, addito oleo aut axungia. Cruda fiunt ex herbis tritis aut earum ſuccis mixtis cum oleo & farina, aut alijs puluiſculis parti, aut morbo dicatis, pro Medici conſilio. Quantitas remediorum hanc compoſitionem ſubeuntium definiri vix poteſt, ſed varia, prout molliorem vel denſiorem compoſito conſiſtentiam eſſe volumus. Certe craſſior & denſior eſſe debet, vbi maturandum eſt: at mollior & liquidior, vbi digerendum. E

Vſus cataplaſmatum.

Cataplaſmatibus vtimur ad dolorem ſedandum, coquendum, diſcutiendum, tumores contra naturam & flatus reſoluendos. Calida moderata eſſe debent, & tenuium partium, vt ea [illegible]

euocent-

A euocentque foras. Quanquam horum etiam vſus ſuſpectus eſt, nondum purgato corpore: ſic enim in partem affectam attrahant. Nec vero his vtendum, cum materia digerenda craſſior eſt & terreſtris: ſic enim tenuiorum partium fiet digeſtio, craſſior ſola concreſcet, niſi forte concinnetur cataplaſma ex æquali mixtione rerum non modo digerentium, ſed etiam emollientium, vt eſt à Galeno ampliſſime adnotatum. Exemplorum appoſitio hanc doctrinam illuſtrabit.

Lib. 2 ad Glau. & li. de ſcribo.

Ad præparandum cataplaſma anodynum: ℞. *medullæ panis ℔. ß. decoquatur in lacte pingui, addé olei cham. ℥ ß. axun. gal. ℥ j. fiat cataplaſma.* Ad maturandum. ℞. *rad. alth. ℥ iij. fol. maluæ, ſenecionis an. m. j. ſemi. lin. fœnug. an. ℥ ij. ficus pingu. num. vj. decoquantur in aqua, & per ſetaceum traiiciantur, addendo olei lilio. ℥ j. far. hord. ℥ axung. porc. ℥ j ß. fiat cataplaſma.* Ad digerendum ℞. *far. fab. & orob. an. ℥ ij. pulu. cham. & melil. an. ʒ iij. olei irini & amyg. amarar. an. ℥ j. ſucci rut. ℥ ß. fiat cataplaſma.*

Cataplaſma anodynum. Digerens.

Pultes à cataplaſmatibus non differunt, niſi, quod ex farinis fere conſtant coctis in oleo, aqua, melle, aut axungia. Fiunt pultes ad tumorum maturationem ex farina hordei, frumenti & lacte, præſertim in viſcerum affectibus: vel ad deſiccandum & adſtringendum ex farina oryzæ, lentium, aut orobi cum aceto. Vel ad detergendum, fiuntque ex melle & farina fabarum, lupinorum: addito oleo vetere, aut

Puls quid à cataplaſmate differat.

B quouis alio oleo calidarum virium, fiet puls diſcutiens. Parantur & anodynæ pultes ex lacte. Exemplorum appoſitio rem illuſtrabit.

Pro pulticula maturante. ℞ *farin. tritic. ℥ ij. mica panis puriſſimi ℥ iij. decoquantur in lacte, & fiat pulticula.*

Pulticula maturans.

Pro reſoluente. ℞. *farin. hord. & fab. an. ℥ ij. far. orob. ʒ iij. decoquantur in hydromelite, addendo mellis quart. j. ol. amygd. amar. ℥ ij. fiat pulticula.*

Pulticulis in eandem rem vtimur, in quam & cataplaſmatibus ad affectus tum internarum, tum externarum partium. Vtimur his aliquando ad necandos vermes, fiuntque eiuſmodi pultes ex farina lupinorum in aceto cocta cum felle bubulo, vel in decocto abſynthij & aliorum amarorum.

Pulticula ad necandos vermes.

De Fotibus. CAP. XXIX.

FOtus *euaporatio, vel calida lotio eſt, ad molliendum, laxandamque & dolorem ſedandum maxime comparata,* ex medicamentis eas vires habentibus. Fotus fere humidus eſſe ſolet, ex iiſdem rebus, ex quibus em-

Fotus quid. Materia.

C brochæ parari ſolitus, nempe herbis, radicibus, ſeminibus, floribus in aqua aut vino coctis. Radices fere ſunt maluæ, biſmaluæ, & liliorum. Semina maluæ, biſmaluæ, petroſelini, apij, lini, fœnug. flores cham. melil. ficus paſſulæ, & ſimilia: quæ omnia in vino, aqua aut lixiuio coquuntur ad tertias aut mediæ partis conſumptionem. Vt,

℞ *rad. alth. & lilior. an. ℥ iij. ſem. lin. fœnug. cumin. an. ʒ iij. flo. cham. melil. & ane. an. p. j. ſummitatum origan. m. ß. bulliant in aquæ partibus aquæ & vini aut in duabus partibus aquæ & vna vini, aut in lixiuio cineris ſarmentorum, ad tertiæ partis conſumptionem, fiat fotus.* Ad huius imitationem alios deſcribere fotus facile erit, pro præſenti neceſſitate.

Vtimur fotibus antequam cataplaſmata, vnguenta aut emplaſtra parti adhibeamus, vt ſpiracula cutis reſeremus, partes relaxemus, humoré attenuemus, ſicque via ſequentibus remediis fit expeditior. Purgato ante corpore fotus ad partes quaslibet adhiberi poſſunt. Adhibentur vero cum ſpongia fœmina (hæc mitior eſt mare, quia lenior & mollior) filtro, linteis & ſimilibus in decocto calente immerſis & expreſſis ſæpiuſque renouatis: alias dimidia veſica ſuilla (præſertum in laterum doloribus) decocto impletur, aut teſtacea, quo calor diutius conſeruetur: ſic tamen, vt teſta goſſipio, lana ſuccida aut ſimili re

Vſus. Spongia fœmina. à de Sicilia acutis.

D molli obducatur: ne parti duritie & aſperitate moleſta ſit, ex Hippocratis decreto.

De Embrochis. CAP. XXX.

EMbroche *irrigatio eſt, cum ex alto humorem imbris inſtar in partem aliquam inſtillamus.* Id remedij genus in capitis partibus vſurpatur maxime, & ad ſuturam coronalem adhibetur, *quod ea parte cranium tenuius ſit,* ſiue per eam ſuturæ ſpiracula, reliquarum ſuturarum ſpiraculis patentiora, vis medicamenti facilius penetrare in meninges poſſit. Embrocharum materia ſunt radices, folia, flores, ſemina, fructus, & alia pro Medici fine & arbitrio. Coquuntur in aqua & vino ad medias aut tertias. Parantur embrochæ etiam ex lixiuio & muria, ad cerebri frigidos & humidos affectus. Aliquando ex oleo & aceto, alias ex ſolo oleo. Vel:

Embroche quid. Cur Embroche maxime adhibeatur ſuturæ coronali.

℞ *fol. plant. & ſola. an. m. j. ſem. portul. & cucurb. an. ʒ ij. myrtil. ʒ j. flor. nymph. & roſ. an. p. ß. fiat decoctio ad ℔ j. cum aceti ʒ ij. ſi à'te ſubeundum ſit, ex qua irrigetur pars inflammata.* In cerebri affectibus, cum repellendum eſt, frequenter & ſalubriter vtimur oleo roſato cum aceti quarta parte.

Embrocharum materia.

Embrochis vtimur, vt vna cum aere arteriarum diaſtole & inſpiratione in corpus allecto, humoris pars tenuior penetrare poſſit, & parti inflammatæ refrigerium inferre. Nam embrocharum in calidis af-

Vſus.

E fectibus vſus cernitur maxime. Vtimur etiam embrochis, cum metu hæmorrhagiæ, aut diſſultus membri fracti, vel luxati, vincula, quibus membrum conſtringitur, ſoluere non audemus. Tum enim decoctum, vel oleum ex alto in vincula inſtillamus, vt per ea vis medicamẽti in membrum affectum ſubeat.

De Epithematibus. CAP. XXXI.

EPithema *compoſitio eſt morbis partium imi & medij ventris dicata, fotui ſimilis, & embrochis haud abſimilis.* Fit ex aquis, ſuccis & pulueribus, quorum opera cordi, thoraci, & iecori atque aliis dicata eſt. Additur vinum ad penetrationem plus minuſue, prout affectionis frigidæ aut calidæ conditio requirere videtur:

Qui epithema. Eius materia.

 nam ſi

nam ſi calefaciendum eſt, plus vini addatur, vt in ſyncope à ſanguinis grumo, à ſeminis corruptione, ab hauſto frigido veneno: contra fit in ſyncope à diſsipatione ſpirituum per febriles ardores additur etiam acetum. Medicamentorum materia viſceribus propria deſcripta ante eſt frequenter tamen vtimur pulueribus, quibus electuaria compoſita conſtant, vt puluere electuarij triaſantali affecto iecore, diamargariti affecto corde. Saccorum ſeu ſ[illegible]orum ad pulueres ea doſis eſſe ſolet, vt pro illorum libra vna horum vncia vna aut ſeſquiuncia ponatur, vini vero vel aceti vncia vna. Id intelligere licebit exemplo ſequenti.

Cap. 6 huius tract.

Epithema cardiacum. Vſus.

℞. aqu. roſ. bugl. & borrag. an. ℥iij [illegible] ſcabioſ. ℥ij. pulu. electua. diamarg. frig. ℥ij. cort. citr. ſicci ℨj. coral. raſ. ebor. an. [illegible] [illegible] & [illegible] an. [illegible] mo[illegible] an. gr. v. addendo vini alb. ℥ij. fiat epithema pro corde.

Hepatis, cordis, & thoracis [illegible], epithemata per febres hecticas & ardentes vtiliter vſurpantur, modo regioni pulmonum potius apponantur, quam cordis: ſic enim temperato ardore pulmonum minus incaleſcit aer attractus per febres peſtilentes [illegible]antes: parantur vero ex rebus humectantibus & refrigerantibus atque cardiacis, vt [illegible] temperetur atque vitalis facultas recreetur. Aliquando etiam epithematibus vtimur ad muniendum [illegible], & arcendas ab eo venenatas exhalationes elatas à parte aliqua grangræna aut ſphacelo obſeſſa. Macerata & imbutus eiuſmodi ſuccis calentibus ac puluiſculis bombax, aut quid ſimile viſceri affecto ſubinde apponitur. Id genus remedij, vt nec aliud locale & particulare remedium, niſi præmiſsis vniuerſalibus remediis vſurpari nequaquam debet.

De cauterio potentiali. Cap. XXXII.

Cauterij potentialis vſus.

PYrotica [illegible], quam Cauterium potentiale vocant, vrit, & eſcharam facit. Is eius generis cauteriorum vſus eſt, vt per partes eas quibus applicantur, humorum fiat vacuatio, deriuatio, reuulſio, aut attractio. Itaque & ſæpe vtiliter vſurpantur in puncturis, & morſu beſtiarum venenatarum, in phlegmone luis veneteæ, in bubonibus & carbunculis peſtilentibus, niſi magna ſubſit inflammatio. Ignis enim non modo partem aperit, [illegible] & venenatam vim obtundit, foras euocat, & materiam coniunctam vacuat abunde. Proſunt etiam in pituitoſis & contumacibus tumoribus calore enim ſuo, caloris noſtri imbecillam vim & conatus adiuuant.

Materia.

Vtuntur etiam apponuntur ad ſiſtendam hæmorrhagiam, ad excedendum, exterendamque vlcerum & gangliorum carnem ſuperfluam ad detergendos vlcerum margines calloſos, & alia, quæ longum ſit commemorare. Materia eiuſmodi cauteriorum ſunt cineres quercinus, [illegible] tithymalis, ficu, caulium truncis, fabarum ſcabis [illegible] item ex ſale ammoniaco, [illegible], axungia vitri, ſale nitro, vitriolo romano & ſimilibus [illegible], quod calore ſuo cauſticum eſt & eſcharoticum ferri ardentis, aut accenſi carbonis inſtar. Itaque ſoluit violenter continuum erodendo cutem, vna cum carne ſubiecta. Plures hic eiuſmodi cauteriorum formulas adſcribere libet.

Cauterium potentiale.

Cape calcis viuæ in ſitula lixiuium [illegible] & [illegible] lixiuium reſederit, colatur: in id colatum immitte axungiæ vitri, cineris fæcis vini, cinerem [illegible] ſalis nitri & ammoniaci ſingulorum vncias quatuor craſſa [illegible] in puluerem [illegible] ad ebullitionem in [illegible] illo lixiuio macerari per viginti quatuor horas, [illegible] duplex tranſcolari, ne quid terrenæ fæcis vna cum liquore [illegible]: [illegible] perlucidum, Capitellum nominant: excipiunt [illegible] in peluim [illegible].

Ignis & flammis [illegible] & [illegible] primum, vt [illegible] fabricitur, continenter agitando, ne ſal ad peluim adhæreat, capitello ad [illegible] vitrioli in puluerem triti, quo [illegible] labatur citius, vncias duas affundunt, ac peluim ſupra ignem relinquunt [illegible] liquor vanuerit: Tum ſal, ſeu terreſtrem illam, quæ capitello ignibus reſoluto remanſit, materiam cultro, tanquam fæcem aut argillam, in fruſta diſſecant, & in cauteria huius aut illius magnitudinis & figuræ pro arbitrio [illegible] ferrea calente conformant, ea inde [illegible] ſeu capſula vitrea, arcte obturata, ne aerem admittat recondunt, & in vſus aſſeruant. Vel:

Alia deſcriptio cauterij potentialis.

℞. paleæ aut truncorum [illegible] faſciculum vnum, truncorum caulium faſciculos duos, ſarmentorum [illegible] faſciculos quatuor, [illegible] immittatur in ſitulam aquæ fluuiatilis, infundatur per diem integrum, ſubinde agitando. Huic addecalcis viuæ [illegible] duas axungiæ vitri libræ ſemiſſem cineris fæcis libras duas, ſalis nitri vncias quatuor: omnia in puluerem redacta in [illegible] in prædictum lixiuium per duos aut tres dies, ſæpius que verſentur: inde per denſum linteum colatur capitellum [illegible] appareat.

℞ *ſublimati* ℥j. *argenti viui ſaliua extincti* ℥ij. *margaritæ* [illegible] ℥j. *camphoræ* ℥j ß. *incorporentur ſimul in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo per tres horas* [illegible] *& teruntur,* [illegible] *deſiccetur, ſeruetur que ad vſum: adde foliorum auri & argenti num. x.* B cum deſcripto puluere vti voles, infunde in volam manus olei lentiſcini aut amygdalarum dulcium tantillum, in illo mox oleo deſcripti pulueris diſſolue pauxillum, incorporentur in litum, quo vngatur facies ſub ingreſſum lecti. Sed ante aquis deſcriptis faciem abluere oportet, iterumque mane egreſſu e lecto.

Faciei florido colore pingenda quæ conferant. Detersa facie [illegible] & maculis, colorem roſeum & floridum genis appingere expediet. Nam ex albo & rubro commixtis conſurgit natiuus & floridus color. In hanc rem diſſolue raſuræ breſili & anchuſæ quantum videbitur, in aqua aluminoſa genas inde & labra ſubpingito, & ſiccescere ſinito. Habetur etiam in hanc rem paratum rubrum Hiſpaniæ. Alij pelle [illegible] rubro colore tincta commemoratas partes fricant, quo & [illegible], quæ ſola manu fit, ruborem iucundum faciei conciliat, dum ſanguinem & ſpiritus eo euocat.

De gutta roſacea. CAP. XLV. C

HÆc de fucis tractatio admonet me, vt de expugnando rubore præter naturam hic agam, qui nares & genas, ſæpe & totam faciem occupat, alias cum tumore, alias ſine tumore: nonnunquam cum puſtulis & cruſtis ab admixto humore nitroſo & aduſto. Guttam roſaceam pragmatici Medici dixerunt.

Cur hyeme, quam æſtate fœdior ſit gutta roſacea. Magis hæc & fœdior apparet hyeme, quam æſtate, quia frigus cutis ſpiracula conſtringit, ſic, vt concluſa ſubtus materia diſflatione prohibita coerceatur: quo fit, vt acrimoniam & mordacitatem acquirat, adeo vt velut efferueſcens in puſtulas cruſtuloſas cutem attollat. Morbus remedijs eſt contumax & ſæpe incluibilis.

Diæta. Quod ad generalem curandi huius morbi rationem attinet, oportet, vt æger à vino abſtineat, & ab omnibus in vniuerſum rebus, quæ ſanguinem calore ſuo accendant, & vaporoſa ſubſtantia diffundunt. Calida quoque & repente frigida loca vitabit: vt aluus ſit libera, ſeu natura, ſeu arte procurabit: detrahetur primum ſanguis de baſilica, tum de vena frontis, deinque de vena naſi. Hirudines multis faciei locis applicabuntur: ſcapulis vero cucurbitulæ cum ſcarificatu apprimentur.

Chirurgia. Quod vero ad particularia ſeu propria remedia attinet, ſi malum ſit vetus, primum emollientibus eius contumacia mollietur: deinde vnguentis ſequentibus expugnabitur: quæ Chirurgo vſurpanda & mutanda erunt pro Medici aſtantis conſilio. Vt: D

Vnguentum expertum. ℞ *ſuci citri* ℥iij *ceræ quantum ſufficit ad eum inſpiſſandum, argenti viui cum ſaliua & ſulphure viuo extincti,* ℥j *incorporentur ſimul & fiat vnguentum.* Vel:

℞ *boracis* ℥ij *farinæ ciccrum & fabar. an.* ℥j ß. *camphoræ* ℥j *cum melle & ſucco cepæ fiant trochiſci* cum vti erit animus, diſſoluendi erunt in aqua roſar. & plantaginis, & ſupra linteum extenſi partibus affectis de nocte applicabuntur, ſæpiuſque renouabuntur. Vel:

℞ *vnguenti citrini recenter diſpenſati* ℥ij *ſulphuris viui* ʒß *cum modico olei ſeminis cucurbitæ & ſucci limonum, fiat vnguentum*, quo illinatur facies hora ſomni, mane extergeatur aqua roſacea, quæ infuſo furfure albeſcat.

Acetum rubores extinguere. Quin & acetum acre coctum cum furfure & aqua roſacea appoſitum, vt ſupra, rubores faciei potenter extinguit. Vel:

℞ *ceruſæ & lithargyri auri, ſulphuris viui puluerisati an.* ʒß. *ponantur in phiala cum aceto & aqua roſar.* Imbuta inde lintea faciei de nocte applicentur, mane cum aqua infuſionis furfuris abluatur, continuetur id remedij genus per menſem. Vel: E

℞ *ſanguinis tauri* ℔ j *butyri recentis* ℔ *fiat deſtillatio, vtatur*: qui inde emanat liquor, primis diebus turbidus eſt & fœtens, ſed his exactis pelluciditatem & odoris gratiam recipit. Alij furfur in aceto & aqua nenupharis incoquunt, in decocto ſulphuris & camphoræ, quod ſatis eſt, pro decoctionis ratione, diſſoluunt, imbuta eo medicamine lintea faciei imponunt veſperi.

Ad deſiccandas puſtulas & ſaphires. ℞ *album. ouor. num. ij aquæ roſar.* ℥j ß. *ſuccor. plantag. & lapathi acuti an.* ℥j ß. *ſublimati* ʒj. *incorporentur in mortario marmoreo.* Vel:

℞ *axungiæ porci decies in aceto lotæ* ℥iiij. *argenti viui.* ℥j. *aluminis, ſulphuris viui an.* ℥j. *piſtentur omnia diu in mortario plumbeo, & fiat vnguentum*: argentum viuum non debet niſi extremo loco affundi. Vel:

℞ *rad.*

A ℞. rad. lapathi acuti & aſphodelorum an. ℥ij. coquantur in aceto ſcillitico, poſtea tundantur & ſetaceo traiiciantur, addendo auripigmenti ℥ij. ſulphuris viui ʒx. incorporentur & fiat vnguentum deſiccandis puſulis apponendum. Vel:

℞. rad. liliorum ſub cineribus coctorum ℥iij. piſtillo tuſis & ſetaceo traiectis, adde butyri recentis & axungiæ porci lotæ in aceto an. ℥j. ſulphuris viui ℥iij. camphoræ ℈iij. ſucci limonum quantum ſufficit, malaxentur ſimul & fiat vnguentum. Vel:

℞. lactis virginalis ℔ ß aluminis ℥.ß ſulphuris viui ℥j ſucci limonum ℥ij ſalis comm ℥ ß deſtillentur omnia in alembico vit eo, aqua in v. us ſupradictos ſeruiet. Vel:

℞. lapathi acuti, plantag. & aſphodel an. ℥j ß olei vitellor ℥j. terebinth ven. ℥ß ſucci limonum ℥iij. aluminis combuſti ℥j. argenti viui extincti ℥j olei liliorum ℥ ß. tundantur omnia in mortario plumbeo, addendo ſ. b ſinem argentum viuum, ne mortario adhæreat. Ad idem valet ſuccus cæparum cum ſale aut cum vitellis contuſarũ. Ad herpetes coercendos.

Ad Herpetes coercendos & reſtringendos valent ellebori folia cum aceto tuſa, valet & lac ficulneum ipſum per ſe, vel tithymallorum, vel ſinapi in aceto torri cum pauco ſulphure diſſolutum. Vel:

B ℞. ſulphuris, chalcanti, & aluminis an. ℥j. macerentur in forti aceto, traiiciantur per linteum, applicetur ſuccus expreſſus: Alij ouum in aceto acerrimo macerant cum chalcanto & ſulphure viuo in pollinem tuſis, totum id per linteum traiiciunt & exprimunt.

Cæterum cum ſupradicta remedia ſint acria & fere exedentia atque arrodentia, fieri non poteſt, quin aſperam & ſcabram cutem reddant. Itaque ad eam leniendam & erugandam vſurpandus ſequens litus. ℞ terebinth venetæ tam diu lotæ, vt acrimoniam nullam habeat, butyri ſalis experti an ℥j.ß. olei vitellorum. ℥j. axungiæ porci in aqua roſarum lotæ ℥ß. ceræ parum, fiat linimentum ad vſum. In eandem rem vſurpari poſſunt & aliquot remediorum ante commemoratorum formulæ. Ad erugandam cutem.

Ad denigrandos pilos. CAP. XLVI.

ANte omnia præparandi ſunt pili ad fucum ſeu tincturam ebibẽdam, & retinendam lixiuio, in quo aliquantulum aluminis rochæ diſſolutum ſit. Sic adipeæ ſordes quę fucum, quominus adhæreſcat & in pili corpus penetret, impediunt, & quaſi repellunt, eluuntur & conſumuntur. Hinc ad particularia ſeu propria & huic rei deſtinata medicamina veniendum. Hæc aromatica, & cephalica eſſe debent, ac nonnihil ſtiptica, vt odorata & adſtringente vi ſua facultatem animalem roborent: tenuium præterea C partium, vt ad intima [illegible] ſque pilorum radices ſubire queant. Vt: Qualia conueniant tingendis capillis.

℞ ſulphuris, vitr oli gallarum, calcis viuæ, lithargyri an ℥ij ſcoriæ ferri ʒß in pollinem reducantur, & cũ aqua communi incorporentur, vt inde fiat maſſa, qua veſperi ſub ingreſſum lecti ſuffricentur pili, mane maſſa illa expediendi. Vel: Vnguẽtum.

℞. calcis lotæ, ℥j. lithargyri vtriuſque an. ℥ß. cũ decocto gallarum, corticum nucum, fiat maſſa addendo olei chamam: ℥ij. Vel:

℞. lithargyri auri ℥ij. ciner. clauellat. ℥j ß calcis viuæ ℥j diſſolue omnia cum vrina hominis, donec acquirant conſiſtentiam vnguenti, pro vnctione capillorum. Vel:

℞ calcis lotæ ℥iij lythargyri vtriuſque an ℥ij cum decocto ſaluiæ & corticis granat fiat paſta ad formam pultis ſatis liquida, qua capilli ſub horam ſomni tingantur, mane vero vino & aqua eluentur.

Lauandæ calcis hæc eſt ratio. Calcis libram vnam in decem vel duodecim aquæ communis libras per horas quatuor & viginti infunde mox aquam inclinato vaſe effunde, alia in eius locum addita tertio aquæ communi loco affundas aquam decoctionis ſaluiæ & gallarum, in ea madebat calx per horas totidem, inde ſimiliter liquor inclinato vaſe effundetur, ſic demum calcem habebis lotam. Lotio calcis.

D Inuenta etiam ratio eſt, qua ſolo liquore aſperſo tingerentur, & denigrarentur pili, Vt,

℞ argenti puriſſimi ℥ij reducatur in tenuiſſimas laminas, ponatur in ampulla vitrea cum ℥ij aquæ roſar ℥ij. Liquor ad denigrandos capillos.

[illegible] bendæ eiuſmodi aquæ ratio talis eſt. Aquam ſeparationis auri & argenti ipſiumque argentum in matellam ſeu ampullam infundas, ac prunis ardentibus, vt liquefiat argentum, ſupponas mox igni ſubmouebis, atque vbi refrixerit, aquam roſaceam addes. Cæterum ſi plenius denigrare velis, plus argenti ſi minus, argenti quoque parcius addendum eſt. Vtendi medicamento modus eſt, vt pectinem in eiuſmodi aqua maceres, quo te pectas. Vel:

℞ plumbi vſti ℥ij gallarum non perforat. corticum nucum an ℥iij terræ ſigill [illegible] hyſpanicæ an. ℥.j. vitrioli rom. ℥ij al gemmæ. ℥.ß caryophill. nucis moſch an. ℥j ſalis ammon. aloes an. ʒß fiat puluis ſubtiliſſimus, macerabuntur eiuſmodi puluiſculi in aceto acerrimo per tres integros dies, inde totum alembico deſtillabitur. Manans aqua in prædictum vſum cedet.

Vt flaueſcant pili, quod ſequitur, eſt idoneum medicamẽtum: ℞ florum geniſtæ, ſtæchad & cardamo. an ℥j lupinorum conquaſſatorum, raſuræ buxi, cortum citri, rad gentianæ & berber an ℥j.ß. cum aqua nitri fiat lenta decoctio, qua pili multos dies lauabuntur & imbuentur. Vt flaueſcãt pili.

E De Pſilothris ſeu Depilatoriis. CAP. XLVII.

℞. calcis viuæ ℥iij auripigmenti, ℥j. calx extinguatur in aqua communi, tum addatur auripigmentum cum re aliqua aromatica. Videndum, vt non multam medicamentum moram in parte trahat, alias vret: & id medicamentum in pultis conſiſtentiam parandum eſt, calideque applicandum, fotu partis ex aqua calida præmiſſo, tum enim pilus excidet, vel leui ex aqua calente detertione. Quod ſi inde ſequatur excoriatio, id damnum ſarcietur vſu vnguenti roſacei, vel alterius ſimili facultate præditi. Vel:

Depilatorij perfectæ coctionis ſignum.

℞.calcis viuæ, auri pigmenti citrini an. ℥j. amyli, ſpumæ argenti an. ℥ß.terantur & incorporentur cum aqua combulliant ſimul. Certo ſcies, perfectam eſſe coctionem, ſi pennam anſerinam demerſeris: ſic enim deplumabitur. Nonnulli calcis viuæ & auripigmenti partes æquales in puluerem comminuunt, nodulo includunt, quo in aqua macerato partem alliniunt moxque leniter ducta manu pilus ſponte excidit. A

Aqua lauendulæ.

Quæ ſequuntur aquæ manuum, faciei, & totius corporis, imo etiam linteorum lotionibus, quod odorem gratum ſpirent, ſunt valde accommodatæ, in primis aqua lauendulæ, vt pro qua conficienda: *℞.florum lauendulæ ℔.iiij.aquæ roſar.& vini albi.an.℔.ij.aquæ vitæ, ℥iiij.miſceantur omnia ſimul, & fiat diſtillatio in balneo mariæ.* Poteſt etiam eadem hæc aqua haberi citra deſtillationem, ſi lauendulæ flores in aqua communi matula vitrea infuſos ad ſolem exponas, vel in balneum mariæ deponas, addito pauco oleo de ſpica & moſcho.

Aqua caryophyl.

Aqua caryophyllorum ſic paratur: *℞.caryophyll.℥ij. aquæ roſar. ℔. ij.macerentur ſpatio viginti quatuor horarum, & deſtillentur in balneo mariæ.*

Aqua ex variorum farragine compoſita.

Aqua odorata vulgo dicta ex variis rebus odoratis & in vnum velut faſciculum collectis, paratur hoc modo: *℞.menthæ, maior.hyſſopi, ſaluiæ, roriſmar.lauend.an.m.ij.rad.ireos ℥ij.caryophyl.cinam nucis moſchatæ an. ℥ß.limon.num.iiij.macerentur omnia in aqua roſar. ſpatio horarum quatuor & viginti deſtillentur in balneo mariæ, addendo moſchi ℈. ß.* B

FINIS LIBRI VIGESIMIQVINTI.

DE DESTIL-

C

D

E

DE DESTILLATIONIBUS.

LIBER VIGESIMUS SEXTUS.

Quid ſit Deſtillatio, & quot ſint eius modi.

CAP. I.

PRÆMISSA de medicamentorum facultatibus tractatio poſtulare nunc videtur, vt aliquid de Chymicis, & his, quæ igne eliciuntur, medicamentis dicamus. Hæc illa ſunt, quæ quinta quadam eſſentia conſtant, deſtillando à terrenis medicamentorum fæcibus abſtracta, cuius in morborum curatione tam inſignes ac tā diuinæ vires ſunt, vt in tanta medicamentorum ſupellectile nihil prope ſit, quod hodie Chymiſtæ deſtillandi artificio non ſubiiciant, ſicque ſe ipſo vegetius & validius reddere non contendant. *Quinta eſſētia quid.*

C Eſt autem Deſtillatio, *ars quædam & via, qua medicamentorum liquor, vel humor, igni* [illegible] *caloris vi in vaporē reſolutus, ac frigore rurſum inſpiſſatus, elicitur.* Hanc artem nonnulli [illegible] nomine Sublimationem appellant. Eſt autem Sublimare, nihil aliud, quam *ſubtiles & tenues partes à* [illegible] *feculentis ſecernere*, vel *facere, vt quorum corporum materia & ſubſtantia impura eſt, purior & ſincerior* [illegible] id conſequi, *vt terrenæ partes non vſque adeo bene cohærentes, aut alioqui per totam ſubſtantiam plus ſatis confuſæ conſtringantur & magis vniantur, ſic vt caloris vi ſoluta, ſingulæ per ſe in vaſis fundo relinquantur.* [illegible] Deſtillatio *humoris guttatim per alembici nares ſtillantis extractio, & in ſubiectum vas effuſio.* Hanc [illegible] præcedit quædam quaſi concoctio, quæ caloris virtute perficitur. Concoctio illa heterogeneas ſubſtantias ante in vnum mixti corpus confuſas ſecernit, ſecretiſque non modo conſiſtentiæ, ſed [illegible] vnamquamque ſpeciem aduerſus varia morborum genera efficacem adfert. Quæ deſtillanda [illegible] corpora, vt liquorem remittant, alia flammam ſeu luculentum ignem, alia carbones [illegible], alia ſolem, alia cineres vel arenam, alia ferri ſcobem, alia fimi equini calorem, alia aquam [illegible], alia ſolum eius vaporem poſtulant. In omnibus eiuſmodi ignibus quatuor notantur caloris gradus. Primus quidem teporis limitibus continetur, cuiuſmodi apparet in aqua tepida, vel aquæ feruentis vapore. Secundus paulo calidior eſt, ſic tamen, vt eum manus ſine noxa ferre poſſit: cuiuſmodi [illegible] Tertius hunc vehementia ſuperat: itaque huius contactum manus citra noxam diu [illegible] talis eſt arenæ calor. Quartus adeo acer eſt, vt contiguum corpus adurat, taliſque eſt calor [illegible] Primus [illegible] materiebus tenuibus & humidis, vt floribus deſtillandis conuenit. Secundus [illegible] quales ſunt aromaticæ, vt cinnamomum, zinziber, caryophyli. Tertius craſſioribus & [illegible] cuius generis ſunt radices permultæ & gummi. Quartus metallicis & mineralibus, [illegible] vitriolum, ambra, gigates & ſimilia. Quanquam & poteſt etiam deſtillatio fieri ſi[illegible] qualis ea deſtillatio eſt, quæ fit per colaturam, per reſidentiam, per manicam, aut per penicu[illegible] qua arte paratur lac virginale, aut per vaſculum hederaceum: quin & nonnulla frigoris & [illegible] vt deſtillantur, ita enim paratur oleum de tartaro, de myrrha, & vitriolo. *Deſtillatio quid.* *Sublimare quid.* *Deſtillatio quid.* *Caloris varia ſpecies, quibus deſtillatio perficitur.* *Non omnis deſtillatio fit calore.*

D

De fornacum materia & forma. CAP. II.

E V[illegible] fornacum materia & forma eſſe ſolet. Fornaces enim quædam ex lateribus & argilla coagmentantur: [illegible] ex ſola argilla, melius vero & ad æternitatem commodius parantur ex argilla, luto [illegible] quod ex ouorum albuminibus & tomento abraſo paratum ſit ſubacta. In ſubitis tamen caſibus, vbi deſtillandi præſens viget neceſſitas, parari fornaces poterunt ex laterculis ſibi inuicem ſic appoſitis, vt ne iuncturæ conueniant, ſed inæquales fiant, ſic enim firmior fiet conſtructio. Optima vero & aptiſſima deſtillatoriæ fornacis forma ſphærica eſt: ſic enim ignis ſurſum elatus æqualiter ſe quaquauerſum diffundit, quod non contingit in fornace alterius figuræ, quadratæ nempe aut triangulatis: angulorum enim diſtractio ignis vires diſtringit & diſgregat: earum magnitudo vaſi excipiendo erit proportionata. Craſſities vero tanti, quantam neceſſitas poſtulare videbitur. Duobus fundis intercepte & tanquam contignationibus diſtinctæ eſſe debent: imo quidem vno, quod prunarum vel ſimilis alterius materiæ igniariæ cineres excipiat: ſuperiore altero, quod prunas accenſas *Quæ materia fornacibus melior.* *Sphærica forma fornacis optima.*

accenſas continet. Id craticulæ ferreæ inſtar habere, vel ſaltem multis foraminibus pertuſum eſſe debet: quo ſic cineres in imum fundum facilius elabantur, ignem à [illegible] tuſo [illegible], quanquam nonnullæ tribus fundis ſunt diſcretæ, vt fornax reuerberationis. [illegible] quidem excipitur cinis, altero carbo, tertio materia calcinanda, vel etiam deſtillanda. [illegible] teſtudinis acto tectum eſſe debet, vt inde calor flammaue in materiam contentam reflectatur. Imum fundum vno vel pluribus oſtiolis apertum erit, quibus delapſi cineres eximi poſſint. Superius vero vnico oſtiolo magnitudinis mediocris, quo carbones aut ligna immitti poſſint. At in fornacis exitu & ſuperiori parte, qua videbitur commodius, exigua duo vel tria foramina exciſa erunt, vt per illa ignis [illegible] excitari, & fumus expirare atque egredi poſſit. [illegible] ante commemorata [illegible]. In fornacis aut [illegible] fornaci conſtruendæ idoneæ inopia [illegible] poterimus, [illegible] ea arte, qua mox in deſtillatione, quæ per balneum mariæ fit, demonſtranda, explicabimus.

De vaſis ad deſtillandum idoneis. Cap. III.

Vaſa deſtillatoria varia materia, variaque item forma conſtant. Nam vel plumbea ſunt, vel ſtannea, B vel ærea, vel figulina, eaque alias plumbo, alias vitro vernice obducta, vel aurea, vel argentea, vel vitrea, vel teſtacea, quæ valde probantur. Nam quod ad plumbea attinet, reliquis deteriora exiſtunt, omninoque improbanda, cum præſertim qui eliquuntur liquores, ore in corpus ingerendi ſunt, propter malignas qualitates, quæ plumbo ineſſe dicuntur, quarum occaſione motus Galenus, eas aquas damnat, quæ tubis plumbeis vehuntur & deriuantur, quod propter ſalſuginem & acrimoniam, quæ hydrargyrum redolet, dyſenterias excitent. Ita [illegible] cernere eſt, aquas penitus ſeu capitello plumbeo deſtillatas [illegible] & vehementius [illegible] vapore [illegible] eſſe, quod [illegible] portio vna diſſoluta, & quaſi ex interiore alembici ſeu capitelli fornice abraſa, liquores ſtillatitios contaminet, & in ſubſtantiam velut lacteam dealbet & inquinet. Cuprea vero ſeu ænea capitella etiam plumbeis nocentiora ſunt, aquas enim præter labentes æruginoſas reddunt. Aurea & argentea minus noxia ſunt, ſed ſumptus magnitudo non patitur, ex ea materia capitella parari. Curandum igitur, vt vaſa deſtillatoria vel figulina ſint vernice oblita, vel vitrea, vel teſtacea, eius ſcilicet generis ac materiei, quam Belouacenſis terra ſubminiſtrat potius quam plumbea, aut ex alio quouis metallo. Vitrea certe, quæ modo ex ſilice parata non ſint, omnium optima ſunt, inde figulina vernice oblita, hinc teſtacea, demum ſtannea.

Plumbea vaſa mala.

Ænea peſſima.

Optima materia vaſis deſtillatorii.

In forma vero & figura, magna vaſorum deſtillatoriorum eſt varietas: alia enim ouali ſeu clyndrica figura ſunt, id eſt, rotunda & oblonga, alia intorta & flexa, alia alterius figuræ, vt in Chymiſtarum libris cernere eſt. Ex illa figurarum infinita prope varietate eorum tibi ſuo loco delineationem & vſum ſubiiciam, quæ maxime omnium neceſſaria videbuntur.

Quæ in deſtillando conſideranda veniant. Cap. IV.

Fornaci primum locus in domo idoneus eſt deligendus, ſic vt neque cuiquam rei impedimento ſit fornax, neque rei cuiuſquam imminentis ruinæ obnoxia. Cum deſtillabitur materia, quæ malignæ ſit qualitatis ac venenatæ, quam minimum poteris, ipſi adſtabis, ne excepto vapore male efficiaris. Si deſtillationi vaſa vitrea quæris, delige, quæ ſint exquiſite cocta, ſine bullis aut rimis, & vndique æqualia. Ignis per initia violentus non ſit, non modo ne rapida eius irruptione vaſa rumpantur, ſed etiam vt primus ignis ad res deſtillandas allapſus blandior ſit, hincque gradatim & ſenſim augeſcat. Materialia copia [illegible] in vaſis fundum immitti non debent, ne hinc exundent & exiliant. Materialia calida quo [illegible] bis aut ter, deſtillari debent, ipſorum liquorem ſtillatitium, vel aliis & recentibus materialibus affundendo, vel ſeorſim & per ſe deſtillando. Cuius generis ſunt gummi, ceræ, axungiæ, olea. Per ſingulas autem, quæ repetentur, deſtillationes, de ſubiecti ignis viribus detrahendum aliquid materia enim priore deſtillatione attenuata, tantum de hinc calorem ferre nequit: at aromatica, vt caryophylli, cinnamomum & ſimilia, liquoreſque item è ſaluia, roremarino, thymo & ſimilibus deſtillationi iterum ſubiici ſeu rectificari non debent, quia prima ſtatim deſtillatione diligenter curandum, vt phlegma, id eſt, mixti totius liquorem magis aquoſum ſeponas: in quam rem habenda ratio eius rei, quæ deſtillationi ſubiicitur: ſunt enim quædam, quæ primum phlegma remittunt, vt acetum: aliæ, quæ poſtremo, vt aqua vitæ. Si vis rebus deſtillandis alium à natiuo ſaporem odoremue conciliare, rem odoratam ſeu cinnamomum, ſeu camphoram, ſeu moſchum, ſimileue, quod volueris, aliud rebus deſtillandis admiſcere oportebit, vnaque deſtillationi ſubiicere. Qui cinerum aut arenarum calore eliciuntur ſtillatitij liquores, empyreuma redolent, retinentque: quod vt deponant, phiala fideliter clauſa incluſi, ſoli exponendi ſunt, & ex interuallis reſeranda phiala, vt ignea fuligo expiret, vaneſcatque & conſumatur phlegma, ſi quod ſuperfuerit. D

Calida materialia pluries deſtillanda.

Quod phlegma in re deſtillatoria.

Stillatitij liquores qui empyreuma deponant.

Cæterum etſi in omni deſtillatione multa ſint animaduertenda, duo tamen ſunt animaduerſione digniſſima. Primum eſt materia deſtillationi & operi ſubiicienda, nempe qualis illa ſit, quid agere & quid ferre ac pati natura poſſit. Alterum eſt fornax, quæ deligi ac parari debet rei, quæ deſtillatur, conuenientis tum materiæ tum figuræ: non enim quidlibet ex qualibet materia fit, nec ex quolibet mixto deſtillationi ſubiecto oleum aut aquam ſperare iure poſſis. Mixta enim corpora haud æquali conſtant quatuor elementorum portione, ſed quædam magis aerea ſunt, alia magis ignea, alia plus aquæ, alia plus terræ ſtatim à primo ortu obtinent & ſortita ſunt. Itaque vt aquea plus aquæ, ſic aerea & ignea plus olei remittunt, vbi deſtillationi ſubiecta fuerint. Nec vero cuilibet eliciendo liquori paſſim quæuis inſtrumenta apta ſunt. Notandum inſuper, aquoſum liquorem primo nonnunquam loco prodire, mox vero ſubiecto igne viuidiore ſequi oleoſum, quod contingere cernimus,

Quæ & quot in omni deſtillatione obſeruanda.

quoties

A quoties quæ deſtillantur plantę plantarumue partes frigido ſunt temperamento: in calidis enim ſecus accidit: qui enim primum prodit liquor, oleoſus eſt, hunc denique ſequitur aquoſus.


Cuiuſmodi ſint vaſa, quibus deſtillando aquæ eliciuntur.

CAP. V.

Alembici partes explicantur.

AD aquas cuiuſuis generis eliciendas, vaſorum duo genera ſunt neceſſaria, quæ vnico & generali alembici nomine intelliguntur. Vnum quidem cucurbitam appellant, ſeu vas continens, alterum capitellum, penulam nempe illam, in quam conſcendentes & condenſati vapores in aquam conuertuntur. Capitellum vero nominatur, quod ad ſubiectam cucurbitam tanquam ad aluum, capitis rationem & inſtar habeat. A capitello canalis prominet & proiicitur tanquam auis roſtrum, quo ſtillatitius liquor in ſubiectam phialam guttatim diffluit, vt ſubiecta imagine licet intueri.

B *Fornax balnei mariæ cum alembicis & excipulis, ſeu recipientibus.*



C

A. *Monſtrat cupam eneam aqua plenam.*

B. *Operculum cupæ locis duobus perforatum, qua vaſis ſit tranſitus.*


C. *Canalem cupæ additum, quo ignis continetur, vt aqua incaleſcat.*

D. *Alembicum capſula ſua ſeu cucubita, & capitello ſeu penula inſtructum.*

E. *Excipulum, ſeu vas recipiens, in quod ſtillatitius liquor influit.*

Alterius balnei mariæ haud adeo portatu facilis, effigies.

D




A. *Monſtrat vas ſeu caldarium, quo aqua continetur.*

B. *Alembica in aqua diſpoſita.*

Cæterum ne alembicum hac illac fluctuet, ac ſemiplenum in aqua innatet, ſicque ad cupam allidatur, rationem, taremque ſubiicere volui, qua illi periculo occurrere poſſis.

E



A. *Monſtrat vas ſeu alembicum vitreum.* A

B. *Laminam plumbeam, cui alembicum inſidet.*

C. *Funiculos traiectos, qui alembicum laminæ alligant.*

D. *Annulum, ad quem traiecti reuinciuntur funiculi.*

Licet etiam corporum liquores ſtillando elicere aquæ vapore, modo præſto ſint fornaces & vaſa hac arte conſtructa. B

Fornax cum ſuis vaſis ad eliciendos liquores vapore aquæ.

A. *Monſtrat capitellum ſeu penulam alembici.*

B. *Alembicum in æreo vaſe collocatum ad id affabre facto.*

C. *Vas æneum multis locis foratum ad aquæ vaporem excipiendum. Continebit id vas alembicum lignorum ſtobe cinctum, non modo vt vaporis calorem conſtantius, diutiuſque retineat ſed & ne duro ænei vaſis contactu diffringatur.*

D. *Oſtendit vas æneum in fornace collocatum aquam continens.* C

E. *Fornacem vas continentem.*

F. *Infundibulum, per quod ſubinde affunditur aqua in eius locum quæ calore ignis diſſipata euanuit.*

G. *Excipulum.*



D

Cur quæ in balneo mariæ destillantur, vires ſuorum e quib. eliciuntur, magis exprimunt.

Abſynthij aqua ſtillatitia quæ vulgo paratur, amarorem non præſtat.

Quod vero ſpectat ad vires aquarum ſtillatitiarum, certum eſt, eas, quæ in balneo mariæ ſeu vaſe duplici eliciuntur, longe nobiliores & efficaciores eſſe, quia rerum quæ deſtillantur, nonmodo odorē, ſed & ſaporem, colorem ſeu ſplendorem, aciditatem, auſteritatem, dulcorem, amarorem, aliaſque qualitates exacte retinent, ſic vt neque fumum neque empyreuma redoleant: mitis enim & blandus balnei calor plantarum, quæ deſtillantur, partes ſubtiliores, ne diſſipentur & exhalēt, humiditate ſua continet: contra quam contingere conſueuerit rebus, quæ flammato lignorum aut carbonum calore deſtillantur. Hæ enim præ ſe ferunt nitroſum quendam & acrem ſaporem, fumum & empyreuma redolentem. Malignis præterea vaſorum, maxime plumbeorum, è quibus ſtillant, qualitatibus ſe imbuunt, vnde vitia contrahunt principibus & vitalibus naturalibuſque viſceribus inimica. Itaque quæ ſic deſtillātur, lautæ, ſi natura amaræ ſint, inſipidæ mox apparent, vt ex aqua abſynthij ſtillatitia hac arte parata intelligitur. Quæ in balneo mariæ deſtillantur, vitreo vaſe includuntur, à quo malignam nullam qualitatem mutuari poſſint. Itaque qui balneo mariæ eliciuntur liquores, efficaciores ſunt & guſtu, odoratu, aſpectuque gratiores. Non ex vna modo plantæ ſpecie, ſed ex multis, confuſis, mixtiſque ſimul & ſemel liquores licet elicere compoſitos. Horum alij ſunt alimentarij, alij medicamentoſi, imo & cathartici, alij odorum, alij fucorum gratia expetiti, vt dicemus poſtea. E

Quomo-

A

Quomodo præparanda ſint materialia antequam deſtillationi ſubiiciantur.

CAP. VI.

MAterialibus, antequam in alembicum coniiciantur, ſua debetur præparatio, nempe minutim concidenda ſunt, terenda & maceranda, id eſt, liquore aliquo imbuenda, quo facilius, pluſq; humo- ris ſtillando de ſe profundere poſſint, & natiuum odorem inſitaſque vires retinere & præterire: quan- quam non omnibus debeatur talis præparatio. Quædam enim materialia ſunt, quæ nihil neceſſe eſt in- tundere & macerare, quin potius antequam deſtillationi ſubiiciantur, deſiccanda ſunt, vt ſalui, thy- mus, roſmarinus, & ſimilia propter ſuperfluam humiditatem: alia ſunt, quibus liquore aliquo irrorari ſatis eſt. In hac præparatione duo ſunt obſeruanda, nempe tempus infuſionis & liquoris, in quo mate- rialia infundi debent, conditio. Tempus infuſionis varium eſt pro materiæ macerandæ varietate: dura enim, ſolida, ſicca aut integra diutius maceranda ſunt, quam quæ tenera ſunt, recentia aut trita: quo fit, vt radices & ſemina longius infuſionis tempus poſtulent, flores & folia breuius: par eſt de ſimilibus iu- dicium. Liquores, in quibus infuſio fieri debet, debent materialium qualitatibus conuenire. Calida e- nim materialia liquores calidos: frigida frigidos, in quos infundantur, requirunt. Materialia, quibus nõ

Quæ materialia minutim maceranda ſint antequam in alembicum coniiciantur

Quæ & quot in præparatione obſeruanda.

B ita multum ſucci ineſt, vt betonica, abſynthium, & ſimilia, vel quæ valde ſunt odorata, vt aromatica o- mnia, infundi in vino volunt, vt ſic illis ſua odoris ſeruetur gratia, quæ alioqui ignis actione ob inſitam ſubſtantiæ tenuitatem facile vaneſcat. Quod ſi velimus ſtillatitium liquorem expreſſius retinere, ac præ ſe ferre vires materiæ, è qua deſtillando elicitur, debet ea materia in ſuo ſucco, aut alio ſimili infundi, & in eodem dum deſtillationi ſubiicitur, natare, aut ipſo ſaltem aſperſo humeſcere.

Plantarum in ſuo ſucco maceratio.

De arte deſtillandarum aquarum.

CAP. VII.

ANtequam rationem deſcribam aquarum, quæ per deſtillationem habentur, viſum eſt breuiter re- cenſere, quot ſint aquarum ſpecies, & quæ ſint earum vires. Ergo ſtillatitiarum aquarum vires aliæ ſunt medicamentoſæ, vt aquæ roſarum, plantaginis, acetoſæ, ſaluiæ & ſimilium: aliæ alimentariæ, vt ea- rum aquarum, quas Reſtauratiuas dicunt: aliæ ex vtriſque mixtæ ſunt, quales illæ ſunt reſtaurantes a- quæ, quarum materialibus alimentariis aliqua admiſcentur medicamentoſa: aliæ ſunt purgantes, vt ſtil- latitius ex rheo barbaro recenti ac viridi liquor: aliæ fucis: aliæ odoribus inſeruiunt, cuiuſmodi faculta- C tibus præditæ ſunt aquæ, quas res aromaticæ de ſe fundunt.

Aquarum ſtillatitiarũ varia vires.

Stillatitium ex roſis liquorem vt habeas, roſas antequam deſtillationi ſubiicias, biduo vel triduo macerare oportebit in aqua ipſarum ſtillatitia, vel ipſarum ſucco expreſſo potius, vaſe fideliter lutato: inde includere alembico vitreo ſuo capitello tecto, lutatoque cum ſubiecto excipulo, atque in mariæ balneum, vt ſupra deſcriptum eſt, immittere.

Aqua roſarum ſtillatitia.

Stillatitij liquores alimentarij & inſtauratiui, nihil aliud ſunt, quam *reſtaurantia vulgo dicta*. Eorum hæc eſt ratio & ars: Sumitur carnium vitulinarum, veruecinarum, hœdinarum, caporum, pullorum, gal- linarum pinguium, perdicum, phaſianorum, quantitas, quæ inſtituto videbitur idonea, minutim con- ciditur: ac ne ab igne calorem & empyreuma acquirat, ipſi admiſcetur hordei mundati manipulus vnus roſarum rubrarum ſiccarum recentiumue prius in ſucco granatorum, citri, aqua roſacea, cum pauco ci- namomo maceratarum tantundem.


Aqua reſtaurans ſtillatitia.

Quod ſi vis id reſtaurantis genus non modo alimentarium eſſe, ſed etiam medicamentoſum, ad- miſcenda erunt, quæ morbo repugnant, cuiuſmodi ſunt puluueres cardiaci, nempe ſpecies diamargariti frigidi, de gemmis, aromatici roſati, conſeruæ bugloſſi, borraginis, radices, herbæ, ſemina & eius generis D alia. Quod ſi quæ tum agitur tempeſtas ſit peſtifera, addentur theriaca, mithridatium & alia alexiteria. Singula alternis coriis, id eſt, curſibus & ordinibus, quos vulgo ſtratum ſuper ſtratum nominant, diſpo- nenda erunt in alembico vitreo, & in balneo mariæ deſtillanda, vel cinerum aut arenarum calentium calore, vt ſubiecta deformatio docet.

Deforma-

E

Deformatio balnei mariæ, quod etiam deſtillationi, quæ per calorem cinerum inſtituitur, poteſt inſeruire.



A. *Monſtrat fornacem teſtaceam cum appicto oſculo, quo fauilla eximi poſſit.*

B. *Aliam fornacem oſtendit ipſi velut inſitam, eſt autem ærea, & per mediam agitur cupam ex ære etiam conflatam, vt ſic contenta aqua vel fauilla facilius incaleſcat.*

C. *Cupam, qua aqua ſeu fauilla aut arena continetur.* B

D. *Alembica in illa aqua fauilla aut arena diſpoſita cum excipulorum oſculis.*

C

Alia ars aquarum reſtaurantiũ ſtillatitiarũ.

Poſſunt alia parari reſtaurantia breuiori tempore minori labore & ſumptu, in eam rem conuerberandæ carnes ſunt, & minutim cõcidendæ, ac filo duplici tranſadigendæ, ſic vt mutuo nexu adhæreſcant. Hinc in phialam intrudendæ, è qua filum propendeat. Obturabitur phiala, linteis, bombace, ſtupis, luto ex oui albuminibus & farina oblitis: tum in caldarium aqua plenum collo tenus immergetur, ſic tamen, vt fundum ne attingat, ſed illa, quam ante deſcripſimus, arte fulciatur, ne vacillet, & offendat dehinc igni lento ſuſcitato ſubiicietur, quouſque carnes concluſæ in ſuccum multa ebullitione eliquatæ fuerint: id autem quatuor horarum ſpatio fere fit. His peractis ignis caldario ſubducitur, nec tamen inde phiala quouſque aqua refrixerit, amouebitur, ne ipſa calens aeris frigidi ſubito occurſu rumpatur. Ergo vbi refrixerit, relinetur, tumque funiculus cum traiectis carnium fruſtis eximitur, ſic vt ſuccus ſolus remaneat, colandus mox per manicam, & aromatiſandus ſaccharo ac cinamomo, addito pauco ſucco mali citrei, omphacio aut aceto, prout ægrotantis palato arridebit. Hac arte omnis generis reſtaurantia alimentaria, & ex medicatis rebus mixta cito, facile, & haud magno ſumptu parari & haberi poſſunt. Cæterũm contraria plane via elicitur vis & facultas purgantium medicamentorum, quam aquarum aut oleorum ex aromatibus, ſaluia, roremarino, thymo, aniſo, fœniculo, caryophyllis, cinamomo, nuce moſchata & ſimilibus. Horum enim, vtpote ſubtilium & aereorum, cum deſtillantur, vis ſurſum ſcandit: at purgantium aut turbith, agarici, rhei & ſimilium in fundo ſubſidet. Catharticorum enim virtus purgatrix inſeparabiliter adhæret ipſorum corporibus atque ſubſtantiis. Quod ad aquas ſpectat odoratas & eas, quæ fucandæ faciei gratia expetuntur, parantur in balneo mariæ inſtar aquæ roſarum. D

Qua arte aqua vitæ ſeu vini ſpiritus eliciatur deſtillando.

CAP. VIII.

Aqua vitæ ſeptemplici deſtillatione rectificata.

CApe vini albi aut rubri generoſi, non acidi, vapidi, aut corrupti, vel etiam fæcis ipſorum quantitatem, quæ vaſi, in quo deſtillandum eſt, ad tertias implendo conueniat. Vaſi mox aptetur penula, roſtro oblongo & fiſtulato inſtructa, ſicque deſtillatio in balneo mariæ peragatur: quo pluries deſtillatur, ſeu (vt loquuntur) rectificatur, eo nobilior eſt, & efficacior. Itaque inuenti ſunt, qui ſepties eam deſtillationi ſubiicerent.

Aqua vitæ optima nota.

Prima deſtillatione ſufficiat quartam vel tertiam totius partem elicuiſſe, nempe ex quatuor & viginti vini vel fæcis vini libris, ſex aut octo libras liquoris ſtillatitij collegiſſe. Secũda vero partem mediá, id eſt, tres libras vel quatuor. Tertia denique deſtillatione mediam rurſus partem, id eſt, duas libras, ſic, vt quo magis deſtillando ſæpius proceſſeris, eo minus liquoris, ſed eius maxime efficacioris recolligas. E
Probatum vero valde, primam deſtillationem fieri vi ignis cineritij. Secundam ignis ſeu caloris tepidi in balneo mariæ. Probanda ea demum eſt aqua vitæ, nec amplius deſtillationi ſubiicienda, quæ vaſculo affuſa, moxque accenſa vaneſcit, nec liquoris ſeu humoris vllum in vaſculi fundo veſtigium relinquit. Illi eidem aquæ ſi olei gutta affundatur, ſtatim fundum petit: vel euiuſdem ſi tantillum in volam manus inſtilletur, mox in auras diſſipatur, quæ etiam duæ aliæ exiſtunt notæ probati huius liquoris.

A Aquæ vitæ vires doteſque ſunt innumeræ epilepticis, omnibuſque morbis frigidis auxilio eſt, dolorem dentium ſedat, punctus neruorumque vulneribus, leipothymiæ, ſyncopi, gangrænæ, & putrilagini remedio eſt, tum ipſa per ſe, tum aliis medicamentis pro vehiculo mixta. *Aquæ vitæ dotes.*

Inter vini & aceti deſtillationem hoc intereſt, quod vinum cum vaporoſæ & aereæ ſit ſubſtantiæ, quod melius & efficacius in ipſo eſt, aereum nempe & igneum liquorem, de ſe prima ſtatim deſtillatione fundit. Itaque quod in imo vaſis ſubſidet reliquum, frigidæ eſt, ſicca & acidæ naturæ: contra qui primum liquor ab aceto deſtillationi ſubiecto manat, inſipidus eſt & pituitoſus. Fit enim acetum vini corruptione, & partium vini ignearum, aerearumque ſecretione: itaque acleſcente vino, prioris ſubſtantiæ nihil fere præter pituitam remanet: cum igitur pituitoſa in aceto dominetur ſubſtantia, ea prima inter deſtillandum ſurrigitur. *Quid inter vini & aceti deſtillatitios liquores inter ſit.* *Acetum ex vino quo ſiat.*

Itaque qui ex aceto deſtillationi ſubiecto aquam vitæ ſperat, primam, id eſt, pituitoſam, quæ prima manat, ſubſtantiam abiicere debet, mox vbi acidam, id eſt aceti ſpiritum manare guſtu compererit, tamdiu ignem ſubiectum fouebit, quoad qui manabit liquor, in mellis conſiſtentiam craſceſcat: tum enim ignis ſubtrahendus is, alias aduſtionis vi ingens ſequetur ſætor.

Vaſa aquæ vitæ & aceto deſtillandis idonea varia extitant: alembicum nempe ſeu retorta in fauilla areniſve poſita: caldarium ſeu ahenum in lebetis formam concinnatum, veſicæ nomine vulgo donatum, operculo tectum, è quo canalis prominet, ad angulos rectos inflexus per doliũ frigida plenum B aperto in eam rem foramine permeans, cuius imago appingetur cum de oleorum ex rebus vegetabilibus, plantis nempe, extractione dicemus.

De arte rectificandarum, id eſt, viribus augendarum aquarum, quæ ſemel deſtillationi ſubiectæ fuere.


CAP. IX.

VT rectificentur aquæ, quæ per mariæ balneum deſtillatæ fuere, ſoli exponendæ ſunt in vaſe vitreo fideliter obturato ac ſemipleno ad tertiam ſuæ altitudinis partem in arena merſo, vt ſolis radiis incaleſcens aqua, permixtæ pituitæ diſſipationem patiatur, quod demum fiet duodecim aut quindecim dierum ſpacio. Eſt & eius operis alia via commodior, ſi ſcilicet iterum in balneo mariæ lento igne deſtillentur: vel ſi in retortam excipulo ſubiecto inſtructam, coniiciantur, ſphærulis cryſtallinis C aut ferreis, vel etiam mortario ferreo cinctam & nixam è directo ſolarium radiorum, vt ſubiectis imaginibus docemur. *Prima ratio.* *Altera ratio.*

Retorta ſeu cucurbita cum ſuo excipulo ſphærulis cryſtallinis nixa & cincta ſolaribus radiis oppoſita.

Alia retorta cum ſuo excipulo, mortario marmoreo aut ferreo nixa, & cincta, ſoli pariter è directo poſita.

D



A. *Monſtrat retortam.*
E B. *Excipulum.*
C. *Sphærulas cryſtallinas.*

A. *Monſtrat retortam.*
B. *Mortarium marmoreum ſeu ferreum.*
C. *Excipulum.*

A

De deſtillatione per filtrum ſeu peniculamentum.

CAP. X.


TRia ſchaphia ſeu vaſcula ex materia rei deſtillandæ conuenienti, eo ordine & ſitu collocanda ſunt, vt vnum reliquis altiore ſit loco, & ſecundum vltimo: quod altiore loco erit, liquorem deſtillandum continebit; vltimum vero quod in ima ſede ſtabit, ſtillatitium excipiet. Ex primo & ſecundo vaſculo merſa pendebunt peniculamenta, extremo vno latiore in vaſculo & liquore merſo, altero acutiore & propendente, quo tenuior liquor ac defæcatus in ſubiectum & imum vaſculum, guttatim ſtillabit, craſſior vero & fæculentior in primo & ſecundo ſubſidebit. Licebit vero hac arte eundem liquorem pluries eodem tempore deſtillare, ſi plura vaſcula eo, quo dictum eſt, ordine ſibi inuicem ſcalarum in morem ſubiiciantur, peniculamentaque ita in ſingulis mergantur, vt extremum vaſculum defæcatum demum liquorem totum excipiat; peniculamentorum panniceorum loco, bombaceis vel laneis vti licet. Pro hac deſtillatione ſæpe eam ſubſtituunt Pharmacopolæ, quæ per manicam fit. In eum vſum deſtillandi illa ars excogitata fuit, vt defæcatiores & limpidiores habere liceret aquas, ſuccoſque omnes omneſque item compoſitiones, quæ liquoris habent conſiſtentiam. Cuius rei exemplum petas licet ex lacte virginali, cuius hæc eſt deſcriptio. B

Lactis virginalis deſcriptio.

Cap 44. de fucis.

℞. *lithарg. auri diligenter puluerata ℥iij. macerentur in aceti boni ℥vj. trium horarum ſpatio: Seorſim etiam in aqua plantaginis, ſolani, roſarum aut communi ſal infundatur: mox ſingula per peniculamentum deſtillentur: inde ſtillatitios liquores confundito*, habebis id, quod à lacteo candore lac virginale nominant, ad faciei rubores & ſanguineas, biliofaſque puſtulas perutile, vt in antidotario antea notauimus.

Vaſculorum, quibus deſtillatio per peniculamenta perficitur, deſcriptio.



C

Quæ & quot ſint extrahendorum ſeu eliciendorum oleorum artes.

CAP. XI. D

Olea per expreſſionem.

Per infuſionem.

Per deſtillationem

Ratio expreſſionis.

TRibus potiſſimum rationibus deſiderata licet euocare & elicere olea. Prima eſt per expreſſionem, qua arte parantur olea ex oliuis, nucibus, ſeminibus, fructibus & ſimilibus. Hac ratione contineri putant elixationem: contrita enim & conquaſſata materia, ſi in aqua elixetur, enatabit oleum, qua arte ex granis ſambuci, ebuli & lauri baccis paratur oleum. Altera eſt per infuſionem, qualis illa eſt, quæ paratur ex oleis, in quibus plantarum vel animalium partes macerantur. Tertia per deſtillationem, cuiuſmodi illa cenſetur, quæ vi ignis perficitur, ſeu per aſcenſum, ſeu per deſcenſum, ſeu per concurſum. Prima ratio omnibus nota eſt, fit vero ſic: Oleum amygdalarum dulcium comparaturus, amygdalas cortice ſuo veſtitas terito, & in maſſam, quæ panis inſtar habeat, cogito: maſſam ſacculo ex ſeta equina, ſeu recenti tela ante in aqua aut vino albo macerata contexto, includito, inde prælo ſubiicito, & ſic elicietur oleum. Idem licet experiri in nucleis pineis, auellanis, nuce indica, moſchata, perſica, ſeminibus cucurbitæ, cucumeris, piſtaciorum, omnibus denique aliis oleoſis.

Laurinum oleum paratur ex baccis lauri maturis, ac recenter collectis. Teruntur in mortario & in aqua vaſe duplici elixantur, mox prælo ſubiiciuntur, oleumque elicitur, quo modo ex amygdalis, niſi malis elixatione, vt ante notauimus, elicere. Oleum ouorum paratur ex ouorum vitellis elixatione induratis: vbi indurerint, digitorum attritu infriantur, in ſartagine & igni mediocri frigunturc ochleari aſſidue verſando, donec rubeſcant, oleumque ab his reſoluatur & profluat, mox cilicio incluſi prælo ſubiiciuntur, vt plus ſic olei exprimatur. E

Infuſionis

Quæ infuſione fiunt olea, parantur hoc modo. Oleum bonum deligitur, in quo plantæ, aut animalia, plantarum, animaliumue partes macerãtur ad definitum aliquod tempus, quouſque ſcilicet vires ſuas


A res ſuas oleo ipſi impreſſiſſe videantur, tum elixantur, inde colantur & exprimuntur. Quod ſi quid aquoſi in oleo ſubſit, id elixatione abſumitur. nonnulli componendis oleis gummi quædam addunt: de quibus etſi ante in Antidotario diximus, hoc tamen exemplum ſubiicere placet. *Aquoſum quod oleo ſuperest, qua ab, umatur.*

℞. flor. hyper. ℔ ß immittantur in phialam cum ter. vent. & g. ummi elemi, an. ℥ ij. olei comm. ℔ ij. ſoli per totam æſtatem, cum eius ardor eſt maximus, exponantur. Si quis & aquæ vitæ, in qua benioini aliquid diſſolutum fuerit, addiderit, oleum huius generis habebit præſtantiſſimum. Oleum maſtichinum fit ex *olei roſati ℥ ij. maſtich. ℥ ij. vini optimi ℥ iiij. Coquantur omnia in vini conſumptionē, inde oleū colatur, & in vaſe aſſeruatur.* *Oleum de hyperico. Oleum maſtichinum.*

De oleis e vegetabilibus per deſtillationem eliciendis. CAP. XII.

HErbæ fere omnes, quæ flores & ſemina in vmbellam fundunt, ſemina obtinent ſubſtantiæ calidæ, tenuis & aereæ, adeoq. oleoſæ. Quoniam vero oleoſa ſubſtantia, quæ ſimplicibus corporib. ineſt, duorum eſt generum, ideo & eius eliciendæ modus eſt duplex. Quædam enim craſſa exiſtit, terreſtris, viſcida, & corpori, è quo elici debet, penitus confuſa ac permixta, cuiuſmodi illa eſt, quam expreſſione elici antea diximus. Hæc enim quia totius corporis ſui ſubſtantiæ & craſſamento tenaciſſime adhæret, ideo propter inſitam craſſitiem ſurgi & aſcendere nequit. Alia ſubſtantiæ eſt tenuis & aereæ, quæ à B ſuo corpore facile diuellitur, adeoque deſtillationi ſubiecta facile ſurgit, cuiuſmodi eſt aromatum ſubſtantia, oleoſa, vt iuniperi, anisi, caryophyllorum, nucis moſchatæ, cinamomi, piperis, zinziberis, & ſimilium odoratorum & ſpeciatorum corporum. Extrahendorum inde oleorum modus hic eſt. Materia terenda & conquaſſanda eſt, & in aquā ea proportione infundenda, vt pro materiæ libra vna ſint decem aquæ. Fit infuſio in vaſe cupro, penula, ſtanno vel argento intrinſecus incruſtata inſtructo, cum ſuo refrigerante aqua frigida pleno. Vaſi fornax ſubiicietur cum igne accenſo, arenave aut fauilla. Cum aqua refrigerans contenta incaluerit, effundenda venit, & alia in eius locum ſubſtituenda, vt congelentur ſpiritus, neque exhalent. penulæ ſeu alembici roſtro ſubiicietur excipulus ceruicis oblongæ. Fouebitur ignis, quoad contenta materia ebulliat. Alius etiam eſt eius deſtillationis obeundæ modus. Materia præparata, & vt dictum eſt, infuſa recondetur in aheneo vaſe, penula tecto, ad cuius roſtrum fiſtula ſtannea, aut ex ferro albo ſubtili coagmentatione fideliter lutata aptetur. Ea fiſtula tranſmittatur per doliū aqua frigida plenum, vt qui deſtillat vna cum oleo liquor, in ipſo tranſitu refrigeretur, ad extrema fiſtulæ excipulus ſubiectus erit. Ignis vero per initia lentus ſenſim augebitur, quoad contenta, vt prædictum eſt, materia ebulliat. Cauendum enim, ne rapidiorem ignem ac vehementiorem excites: ſic enim ebul- C litionibus turgeſcens materia, extra proprii conceptaculi oras aſſurgens, æſtu violento effundetur. His ſeruatis legibus, ſtatim cernes, ab initio vna cum aquoſo humore oleoſum ſtillantem. Vbi oleum manare deſierit, quod ex effuſi liquoris colore, conſiſtentia & ſapore cognoſcere licebit, ignis ſupprimetur: vaſculoq; quod digitalis inſtar habebit, & bacillo alligatum erit, oleum à reliquo liquore ſeparabitur. In quo notandum, quædam eſſe olea, quæ aquæ ſupernatent, vt oleum aniſi. Alia contra, quæ ad fundum deprimantur, vt oleum cinamomi, macis & caryophyllorum. *Quæ olea ex profeſſione venient eliciendo. Extrahendorum deſtillatione oleorū ratio prima. Altera. Quæ olea ad aquæ fundū deprimuntur.*

Notandum inſuper, quod aquoſus humor, qui cum oleo aniſi & cinamomi ſtillat, albicat, ac temporis ſucceſſu quadam ſui portione in oleum facceſſit. Aquoſi illi liquores ſeorſim etiam habendi ſunt, longe enim nobiliores exiſtimantur, quam qui per balneum mariæ habentur, illi præſertim, qui ſtatim ab initio vna cum oleo ſtillant. Olea eiuſdem ſunt facultatis cum corporibus, è quibus eliciuntur, ſed multo efficacioris: nam quæ multis huius aut illius medicamenti libris diffuſa ante erat vis, ea poſt deſtillationem paucis drachmis collecta habetur. Exempli enim gratia, quæ per libram caryophyllorum digeſta erat facultas, ea mox in duas ad ſummum vncias contracta eſt, quæ per cinamomi libram vnam, mox in ſeſquidrachmam, aut quod ſummum eſt drachmas duas. Cæterum vt maior eliciatur copia, mi- D nori ſumptu, ac ſine metu ruptionis, cui vaſa vitrea obnoxia ſunt, probatum, in vaſe cupreo deſtillationē perficere; neq. enim verendum, ne à cupro malignam qualitatem oleum acquirat, impedit enim id. ipſum vna cum oleo manans aquoſus humor: ſi maxime cupreum ſtanno aut argento oblitum & incruſtatum fuerit. Rem totam appicta imagine deſcribere atq. oculis ſubiicere placuit. *In vaſe cupreo quo ratione olea deſtillentur.*



Fornax cū ſuo vaſe, quo vegetabiliū, vt ſaluiæ, roriſmarini, thymi, lauendulæ, ſeminis aniſi, fœniculi, caryophyllorū, nucis moſchatæ, cinamomi, piperis, zinziberis & ſimilium eſſentias licet elicere, imo etiam aquā vitæ & aceti deſtillati. Vaſis illius loco vti eo licet, quod refrigerante ſuo inſtrui & cingi ſolere diximus.

A. *Monſtrat vas vulgo veſica nomine exprimi ſolitum, cupreum id eſſe debet, & ſtanno intrinſecus oblitum.*
B. *Capitellum.*
C. *Dolium frigida plenum ad refrigerium & condenſationem aquæ & olei, tubulo per dolium traiecto, permeantium.*
D. *Tubulum ex ære aut ferro albo per dolium traiectum.*
E. *Veſicam fornaci ſuo inſidentem, & immediate igni appoſitam.*

Cæterum quia cinamomi, piperis & aliorum aromaticorum mentionem fecimus, quorum ferax non eſt Gallia, viſum eſt arborum, quæ fructus illos ferunt, imaginem hic ſubiicere, ſimul & deſcriptionem, ex Theueti, qui eas propriis oculis inſpexit, Coſmographia tranſcribere.

Arboris Piperis ferentis effigies. A



B

C

Piperis deſcriptio.

Piper in India naſcitur in arbuſculis exiguos ramos promittentibus, ex quibus acini pendent hederaceis aut vinaceis, exiguis nigris & præmaturis ſimiles. Folia mali medici foliis ſimilia ſunt ſubacuta & pungentia. Magno ſtudio Indi pendentes illos acinos colligunt, & in magnis cellis recondunt, cum primum ad perfectam maturitatem deuenerint. Itaque non raro contingunt tempora, in quibus plus, quam ducentæ naues ad littus Paruæ Iauæ eius regionis inſulæ appellunt, unde piper & alia aromata exportaturæ. *Piperis vſus.* Piperis vſus eſt in antidotis aduerſum venena, vrinam prouocat, digerit, attrahit, reſoluit, ſerpentum morſibus remedio eſt. Ventriculo refrigerato vtiliter apponitur & aſſumitur, in condimenta veniens coctionem adiuuat, & appetentiam ciet: deligendum id, quod nigrum eſt, graue & minime flaccidum. *Delectus.* Quæ nigrum, quæque album piper ferunt arbores, tam ſibi ſunt inuicem ſimiles, vt indigenæ nulla eas nota niſi expendente fructu diſcernere queant, quod etiam in viribus noſtris contingit albarum & nigrarum vuarum feracibus. D

E

Arboris

A *Arboris Cinamomi ferentis effigies.*



B

C

Quæ cinamomi ferax eſt arbor, in Indiæ montibus naſcitur, ac folia lauri ſimillima profert. Ex ea arbore regis prouinciæ decreto certis anni menſibus ſurculi & taleæ exciduntur, ex quibus auulſus cortex id ipſum eſt, quod nos Cinamomum dicimus. Id nemini peregrino emendum exponitur, niſi ad Regis arbitrium indicto pretio & æſtimatione, cæteris cautum eſt vel flagella amputare. Scribit Galenus, cinamomum tenuium eſſe partium, in tertio ordine calidum, cuiuſdam adſtrictionis particeps. Itaque corporis excrementa incidere ac reſoluere, viſcera roborare, menſes, cum craſſorum humorũ admixtione ceſſant, promouere: animã gratiam olenti ori conciliat, medicamentis, hypocratico vino, & condi-
D mentis gratum ſaporem, odoremq; infert. Ex cinamomo aqua fit nobilis, quæ aduerſus frigidos omnes morbos, & animi defectus eſt efficax, peſti ac venenis contrarias vires obtinens, eius aquæ talis eſt compoſitio.

Cinamomi deſcriptio.

Cinamomũ quo Grecus eſſe corticẽ ſua arboris. 7. ſimpl.

℞. cinamomi electi & optimi ℔. j. leniter contuſa, & aqua roſ. ℔. iiij. & ℔. ß vini albi generoſi mixta in vas vitreum coniiciatur, ibidemq; viginti quatuor horarum ſpatio maceretur ſæpius agitando. Totum id deſtillationi in balneo mariæ ſubiiciatur, fideliter excipulo & vaſe lutatis, ne ſpiritus vaneſcat.

Aqua deſcriptio & dotes.

Alius modus, quo herbarum, florum, ſeminum, & fructuum aromaticorum eſſentiam ac ſpiritus licet elicere: imo etiam rheubarbari, agarici, turbith. hermodactylorum & aliorum purgantium. CAP. XIIII.

COmmemoratorum præfixo titulo, ſimplicium eſſentias & ſpiritus ſic licet elicere. Saluiam, rheum, cinamomum, vel aliam quamuis materiam minutim concidito aut etiam terito: Inde in matulam ſeu ampullam vitream, quæ ceruice ſit oblonga coniicito: tantumq; aquæ vitæ affundito, quantum ſit
E ſatis materialibus mergendis, & digiti altitudine ſuperandis: tum vas fideliter obturato, ne quid aeris ſubeat. Sic ſinito per dies octo in balneo mariæ lento igni ſubiecto macerari: ita enim aqua vitæ materiæ vires qualitateſque in ſe pellicit; pelliciuiſſe autem tum cognoſces, cum merſæ materiæ colore ipſam perfecte tinctam animaduertes. Elapſis octo diebus, eandem illam aquam vitæ in aliud vas pari ſimilium materialium eodem modo præparatorum quantitate plenum conicies, & pariter ipſorum in ſe vires tranſumat, id ter, quaterque repetendũ: quouſq; ſcilicet aqua vitæ ſe perfectiſſime tinxerit colore infuſæ materiæ. Quod ſi materia, ex qua ſpiritum eſſentiamq; elicere voles, magni pretii ſit, cuiuſmodi eſt xiloaloe, rheubarbarum, non ſatis videri debet, ſemel ipſam aqua vitæ perfudiſſe, ſed iterum tertioque illud idem tentandum, quouſque ſcilicet eius vis omnis abſtracta fuerit: abſtractam vero omnem intelliges, cum quod reſtabit magna, guſtui plane inſipidum apparuerit. His, vt decet peractis, omnes

Signũ aquã vita indutã & imbutã infuſarum materialiũ viribus.

Signum materialium ſuis viribus exutorum.

 aquas

aquas materiæ delectæ viribus & colore tinctas in alembicum, ſua penula tectum ſubtili coagmentatione lutatum, atque in balneo mariæ poſitum conicies, vt aqua vitæ ſurſum ſublata, atque in ſimile aliud opus reſeruata, in fundo ſpiritus eſſentiaque hæreat. Huic eſſentiæ ſi vis mellis conſiſtentiam parare, ipſam in vas figulinum plumbatum ſuper cineres calidos poſitum demittes, vt pars eius tenuior in vaporem vertatur. Sic enim tandem eſſentiam nobiliſſimam & efficaciſſimam es habiturus eius rei, quã deſtillationi ſubieceris, cuius vel vnus ſcrupulus plus virium in purgando eſt habiturus, quam materiæ ipſius duæ vel tres drachmæ. A

De modo eliciendi olei ex gummi lachrymis, ſeu ſpiſſis liquoribus, & reſinis, imo etiam ex quibuſdam lignis. Cap. XIV.

Retorta vulgo dicta quid.


OLea omnia, quæ ex gummi, ligniſque oleaginoſis ac metallis eliciuntur, ea vaſe, cui Retorta vulgare nomen eſt, eliciuntur. Parandum eſt vitreum, lapideum, vel teſtaceum ac plumbatum, ſeu figulino vernice obtectum: magnitudine vero tanta, quanta erit copia olei, quod elicere animo decreueris, quanquam fere id aquæ libras duodecim capere debet. Ceruix ei ſeſquipedali, vel ſaltem pedali longitudine comparanda eſt. Vas recipiens fere eſt phiala, in quam retortæ illa ceruix aptatur & inſeritur. Tũ igitur retorta collocanda venit in gabata ſeu ſcaphio culinario teſtaceo, fauilla aut arena pleno, & fornaci inſidente, vt ſubiecta figura licet intelligere. B

Gummi differentia.

Cautiones in gummi deſtillandis obſeruandæ.

Ex gummi alia ſunt liquida, alia ſolida: & ex ſolidis alia aliis ſolidiora. Quæ ſolida ſunt, plus negotii, ſi deſtillationi ſubiiciantur, faciunt, quam liquida, non enim tam facile diſſoluuntur, aut liqueſcunt, nec igni obſequentia ſunt: itaque ſæpe ante vruntur, quam diſſoluantur: quo fit, vt nonnulli pro gummi ſolidi libra, duas treſve libras olei terebinthini clariſſimi & liquidiſſimi, id eſt, puriſſimi, addant. Sed & liquida difficulter etiam deſtillantur, quod ſæpe vbi ab igne incaluerint, intumeſcunt, adeo, vt retortæ ſeu cucurbitæ oras excedant, & in excipulum talia decidant, qualia in cucurbitam immiſſa fuere: ſi præſertim ab initio ignis violentus & rapidus ſubiiciatur. Id incommodi plerique vt declinent, immiſſis in cucurbitam materiebus, arenam tanquam ſaburram addunt.

Fornacis cum ſua gabata, retorta ſeu cucurbita, & excipulo effigies. C



A. *Fornacem monſtrat.*

B. *Gabatam ſeu teſtam figulinam.*

C. *Retortam ſeu veſicam cucurbitamve.*

D. *Excipulum.* D

Modus olei de terebinthina comparandi.

Oleum de reſina & terebinthina paratur hoc modo.

Capito terebinthinæ duas aut tres libras, quas in retortam tam amplam recondito, vt tres eius partes reſtent vacuæ & inanes: itaque pro terebinthinæ ſingulis libris arenæ addito tres aut quatuor vncias. Tum retortam in gabatam cretis cineribus plenam collocato, & fornaci, vt decet, ſubiicito, eius ceruici excipulum aptato & fideliter lutato: Denique ignem ab initio lentum ſuccendito, ne contenta materialia intumeſcant, & ſupra retortæ margines exundent: ignem illum ſenſim augeto, ac ne confertim materialia ferueant, caueto. Per initia ſtillabit liquor limpidus & acidus, in quo quædam hypoſtaſis concreſcere ſolet; hinc limpidiſſimum manabit oleum, liquoris illius aquei & pituitoſi æmulum: tum vero ignis paulo maior excitandus eſt, vt tertius aſſurgat, ſtilletque oleoſus liquor limpidus tenuis & coloris plane aurei. Sed & tum ignis luculentior flammanſque excitandus eſt, vt oleum extrahas, quod colore ſit rubro & carbunculato, conſiſtentia ſpiſſum ac mediocriter craſſum. Sic igitur ex terebinthina quatuor liquorum ſpecies licet elicere, hoſq; differentes diuerſis excipulis excipere: ſatius tamen eſſe arbitror, eodem omnes ſimul admittere, quo poſtea alteri deſtillationi ſubiecti ſeorſim oleum habeatur expetitum: cæterum ex terebinthinæ libra vna decem vel duodecim olei drachmæ manant. Id olei genus efficax eſt aduerſum paralyſim, conuulſionem, neruorum puncturarum, neruoſarumq; partium omnium vulnera. E

Indicia ſtillantis e terebinthina liquoris ſeu olei expetiti.

Dotes olei terebinthinæ.

Modus olei e cera eliciendi.

E cera vero oleum ſic extraxeris. *Ceræ libram vnam capito, liquato, & in retortam ſeu veſicam vitream igni cineritio aut arenario ſubiectam, quemadmodum in terebinthinæ oleo eliciendo paulo ante diximus, immittito, diſtillato ignem ſenſim augendo.* Nihil ex cera fere præter quam oleoſa ſubſtantia ſtillat, & pauca quædam pitui-

A pituitoſa; oleoſæ tamen eiuſmodi ſubſtantiæ portiò mox concreſcit in aliquid butyroſum, quæ ob id *Dotes olei de*
deſtillationi denuò eſt ſubiicienda, ex ceræ libra vna licet olei ſex aut octo vncias elicere. Id oleum ad *cera.*
contuſiones frigidoſq; præſertim dolores eſt efficax.

De oleorum ex gummi generibus durioribus, vt myrrha, maſtiche, thure & ſimilibus extractione.

CAP. XV.

REperiuntur nonnulli, qui huius generis olea extrahunt igne cineritio aut arenario, quemadmo-
dum de oleis gummi liquidiorum *ſuperiori capite* diximus, addendo in ſingulas gummi libras aquæ
vitæ duas, olei verò de terebinthina duas treſve vncias: macerari ſimul iſta ſinunt decem vel octo dies
in balneo mariæ, vel fimo equino, inde deſtillationi ſubiiciunt in retorta. Vera verò methodus extra-
hendi olei de myrrha eſt eiuſmodi. *Cape myrrham in puluerem pollinemve redactum, eamque in ouis induratis lu-* *Eliciendi*
teis extractis loco include, oua in craticula loco humidiori, vt cella vinaria compone, ouis figulinam teſtam figulino ver- *olei de myr-*
nice obductam ſubiice, reſoluetur myrrha in aquam oleoſam, quæ mox in matraciam vitream fideliter obturatam cum *rha ratio.*
pari aquæ vitæ, vt loquuntur, rectificatæ quantitate immittenda erit, & fimo per tres vel quatuor menſes committenda, *Oleo de myr-*
B *quibus exactis reuellenda inde matella eſt, & ita inclinanda, vt in ſubiectum alembicum contentum liquorem effundat,* *rha quo ve-*
in fundo enim eius craſſum quoddam magma remanebit, tum alembicum balneo mariæ immergendum eſt, vt in vapo- *nuſtas &*
rem aqua vitæ & pituitoſo liquore reſolutis in fundo purum & limpidum reſtet oleum: cui coloris venuſtatem ad- *gratia con-*
mixta anchuſa, odoris vero gratiam olei ſaluiæ, cinamomi, aut caryophyllorum guttis aliquot admixtis *cilietur.*
conciliare poteris.

Nunc balſamorum compoſitionem ac rationem ſubiecto vno aut altero exemplo demonſtremus.
Cuius quod primum ſequitur exemplar, ex Veſalii ſumptum eſt Chirurgia.

℞ *terebinth. optimæ* ℔ j. *ol. laurini.* ℥ iij. *galbani,* ℥ iij. *gummi elem.* ℥ iij. ß. *thuris, myrrhæ, gummi hederæ,*
centaurii maioris, ligni aloes an. ℥ iij. *galangæ, caryophyll. conſolidæ maioris, cinamomi, nucis moſchatæ, zedoariæ, zin-*
ziberis, dictamni albi an. ℥ j. *olei vermium terreſtrium,* ℥ ij. *aquæ vitæ* ℔. vj.

Modus faciendi eſt eiuſmodi, *Materialia iſta omnia conterantur & minutim concidantur, vt triduo in a-*
quæ vitæ infuſa madeant, tum in retorta deſtillentur eo plane modo, quo olea de terebinthina & cera ante commemora- *Balſami Ve-*
ta, tres ſtillabunt inde liquores: Primus quidem aquoſus, & limpidus erit; alter tenuiſſimus coloris auri *ſalii deſcri-*
C puriſſimi; tertius coloris carbunculi, qui demum liquor verum balſamum eſt. Primus liquor efficax eſt *ptio.*
ad ſtomachi infirmitatem à frigida cauſa manantem; quia ſcilicet pituitam incidit, & flatus diſcutit. Se-
cundus vulneribus recentibus & adhuc cruentis, atque etiam paralyſi medetur. Tertius ad eaſdem illas
affectiones longe omnium eſt efficaciſſimus.

Arboris thuriferæ effigies.



Quod ſequitur compoſitionis balſami exem- *Balſamum*
plum, ex Fallopio eſt: ℞. *terebinth. claræ* ℔. ij. *olei de ſemi-* *Fallopii.*
ne lini. ℔. j. *reſinæ pini* ℥ vj. *thuris, myrrhæ, aloes, maſtiches, ſar-*
cocollæ an. ℥ iij. *macis, ligni aloes an.* ℥ ij. *croci.* ℥ ß. *coniiciantur*
omnia in retortam vitream ſupra cineres, & deſtillentur. Pri-
mo ſtillabit aqua limpida mox oleum ſubrubrum vul-
neribus vtiliſſimum.

D Sciendum vero, quod hac arte axungias omnes,
adipes, animantium partes, ligna, corticum, ſeminum-
que genera omnia, modo ante, vt decet, macerata fue-
rint, deſtillationi ſubiicere facile poſſumus, ſic tamen
vt ex his plus aquoſi liquoris, quam oleoſi ſtillet. Quo-
niam vero ſupra thuris multoties meminimus, thuri- *Thuris de-*
feræ arboris deſcriptio hic ex *Theueti Coſmographia* ſub- *ſcriptio.*
iicienda viſa eſt.

E

Thuris adulterini indicia. *Thuris dotes.* *Ad mammarum inflammationes.*


Thus, arbor eſt Arabiæ indigena, pino ſimilis, liquorem fundens, qui mox induratur, & in granula coit ſubalbida, lucida, intus pinguia, quæque ignibus iniecta flammam concipiant. Adulteratur thus reſina pini & gummi quæ cauſa exiſtit, cur quale deſcribitur, tale apud nos non reperiatur, fraudem ex eo cognoſcas, licet quod neque reſina, neque gummi aliud quoduis flammam concipit, reſina enim in fumum abit, thus vero ſtatim ardet. Idem adulterium odor prodit: neutrum enim gratum odorem ſpirat, vt thus. Arabes arborem vulnerant, quo facilius ſtillet liquor, ex quo magnum quæſtum faciunt, vlcera caua replet, & ad cicatricem perducit. Itaque & factitiis balſamis tanquam princeps & baſis admiſcetur. Solum thus in pollinem tritum atque appoſitum ſanguinem è vulneribus manantem ſiſtit. Mathiolus id cum cimolia & oleo roſato mixtum, ſingulare ad mammarum inflammationes recens puerperis remedium prædicat. A

De compoſitione olei de vitriolo ſeu chalcanto. Cap. XVI.

Exacte calcinati vitrioli indicium.

Cape vitrioli libras decem, quas in pollinem redactas fictili include, carbonibus candentibus impone, vt calcis conſiſtentiam adipiſcantur, quod tum continget, cum rubeſcunt: Poſt quinque vel ſex horas, cum fictile refrixerit, confringetur: rurſumq́, chalcantum in pollinem comminuetur, vt iterum in calcem eat: idq́, tam diu, & toties iterabis, quoad perfecte calcinatum apparuerit, nempe cum exacte rubuerit: Tum igitur denuo in pollinem redigetur, & in retortam figulinam immittetur, ei ſimilem, ex qua aqua fortis elicitur, addito in ſingulas chalcanti in calcem excocti libras ſignini lateritii quartarium vnum. Hinc retorta excipulo ſuo inſtructa imponatur fornaci reuerberationis, igne flammante ſemper ſuſcitato, idq́; per ſpatium quadraginta octo horarum, plus minuſve pro aquæ ſtillantis modo & copia. B Diſtillationem vero tum perfectam intelliges, cum excipulus natiua perſpicuitate nitere cœperit, haud iam plenus ſpiritibus vaporoſis, quibus, quandiu humor ſtillat, obſitus eſt & ſubalbicat. Quod vero ad excipulum attinet, duo tibi ſunt notanda. Primum, vt magnus ſit & valde capax: ne ſcilicet confertim affluentium vaporoſorum ſpirituum copia diſtendatur & rumpatur, vt non raro contingit. Alterum, vt in cupa frigida aqua plena collocetur, ne ſi nimium incaleſcat, diſſoluatur & diffringatur. Hæc omnia facile innoteſcent ſubiecta figura.

Fornax reuerberationis ſua veſica & excipulo inſtructa C



A. *Monſtrat fornacem.*

B. *Veſicam.*

C. *Excipulum.*

D. *Cupam aqua frigida plenam.* D

Tabula ſeu regeſtum medicamentorum & inſtrumentorum morbis curandis inſeruientium. Cap. XVII.

Medicamenta pariterque alimenta medicamentoſa morbis curandis idonea petuntur ex animantibus, plantis & mineralibus. Ab animantibus quidem ſumuntur.

Cornua.	*Oſſa.*
Vngula.	*Extremitates.*
Pili.	*Cor.*
Pennæ.	*Iecur.*
Teſtæ.	*Pulmones.*
Crania.	*Cerebrum.*
Squama.	*Vterus.* E
Sudores.	*Secundina.*
Cutis.	*Teſtes.*
Adipes.	*Penis.*
Carnes.	*Veſica.*
Sanguis.	*Sperma.*
Interanea.	*Podex*
Vrina.	*Cauda.*
Odores ſeu fœtidi illi ſint ſeu ſuaueolentes, imo & venena	*Tunica ventris.*
	Expirationes

Ipſa

Ipſa integra animalia, vt
Vulpecula.
Catuli.
Erinacei.
Ranæ.
Lumbrici.
Cancri.
Aſtaci fluuiatiles.
Scorpii.
Hirudines.
Stercora.
Seta.
Tela.
Lachryma.
Saliua.
Mella.
Cera.
Oua.
Lac.
Butyrum.
Caſeus.
Medulla.

Ex plantis, id eſt, arboribus, arbunculis & herbis ſumuntur.

B *Radices.*
Muſcus.
Medulla.
Surculus.
Oculi ſeu gemmæ arborum.
Thyrſus, ſcapus ſeu caulis.
Folia.
Flores.
Calices.
Fibra ſeu capillamenta.
Spicæ. Semina.
Ipſa planta integra vt,
Malua, cepa, bulbus,
Et ſimilia.
Cortex.
Ligna.
Farina.
Succus.
Lachrima.
Olea.
Gummi.
Reſina.
Caries ſeu ſitus.
Magma, ſpiſſamentum.
Manna, quæ roris ſpecie in plantas delapſa, mox concreſcit.

Metallica ſumuntur vel ex aqua vel ex terra: quæ ex terra ſumuntur, vel terræ
C Species ſunt, vel lapides, vel metalla. Terræ ſpecies ſunt.

Bolus armenus.
Terra ſigillata.
Cimolia.
Creta.
Ocra.
Gypſum.
Calx.
Lapidum vero ſpecies ſunt.
Silices.
Lapis iudaicus.
Lapis lyncis.
Pumex.
Entalis ſeu entalium.
D *Dentalis ſeu dentalium.*
Hæmatites.
Amiantus.
Galactites.
Lapis ſpongiæ.
Adamas.
Sapphirus.
Chryſolitus.
Topazius.
Magnes.
Pyrites.
Alabaſtrites.
Marmor.
Cryſtallus, & multa alia gemmarum; id eſt, lapidum pretioſorum genera.
Species ſalis tam naturales, quam artificiales & factitia ſunt.
Sal nitrum.
Sal vulgare.
Sal alkali.
Sal ammoniacum.
Sal ex vrina concreta.
Sal de tartaro: atque in genere ſalis genera omnia, quæ ex quibuslibet plantis fiūt.

Metallica vulgo dicta ſeu materiæ metallicæ ſunt.

Marchaſitæ.
Antimonium.
Stannum cryſtallinum ſeu germanicum.
Tuthia.
Arſenicum.
E *Auripigmentum.*
Laſurion ſeu cæruleum.
Riſagalum, ſeu arſenicum ſublimatum.
Sulphur.
Argentum viuum.
Chalcanthum.
Chalcitis.
Pſory.
Atramentum nigrum.
Colcotar ſeu vitriolum.
Alumen ſciſſile.
Alumen rotundum.
Alumen liquidum.
Alumen plumoſum ſeu iameni.
Borax.
Bitumen.
Naphtha.
Cinnabaris.
Lithargyros auri.
Lithargyros argenti.
Chryſocolla.
Sandaracha & alia innumera.

Metalla ſunt.

Aurum.
Argentum.
Ferrum.
Plumbum.
Stannum.
AEs.
Cuprum.
Calybs.
Aurichalcum: & quæ ex his manant, vt ipſorum ſquama, rubigo, & ſimilia.

Ex aquis verò, vt mari, fluminibus, ſtagnis & fontibus, aquarumque limo multa petuntur remedia, vt corallus albus & ruber, margaritæ ſeu vniones, & infinita alia quæ natura, magni mundi architecti ancilla, prodixit ad morborum curationem: ſic, vt quamcunque in partem oculos conuerteris, ſeu in terræ ſuperficiem, ſeu in terræ viſcera, ingens ſe oſtentet remediorum ſylua. Quorum omnium delectus petitur vel ex ipſorum ſubſtantia, vel ex quantitate, aut ex qualitate, actione, loco, tempore, odore, ſapore, ſitu, figura, pondere, & aliis circumſtantiis, vt abunde docuit Iacobus Syluius *libro ea de re edito*. Ex his ſimplicibus variæ concinnantur compoſitiones. Vt,

Collyria.
Caputpurgia.
Eclegmata.
Dentufricia.
Dentiſcalpia.
Apophlegmatiſma.
Gargariſmata.
Pilulæ.
Boli.
Potus.
Apozemata. B
Iulepi.
Syrupi.
Pulueres.
Tabellæ.
Opiatæ.
Conſerua.
Condita.
Confectiones.
Rotulæ.

Quæque medicamenta alimentoſa cenſentur, Vt.

Reſtaurantia.
Iuſcula colatitia: Conſumpta carnium.
Expreſſa.
Gelatina.
Hordeatum ſeu ptiſana.
Panatella.
Amygdalatum.
Caro cum amygdalis intrita ſeu leucophagus ex amygdalis, ſaccharo, & aqua roſacea.
Placenta, ſeu ſcriblita.
Hydroſacchar.
Hydromeli & ſimilia potus genera.
Mucagines.
Oxymel.
Oxycratum.
Oxyrrhodinum.
Hydroelaum.
Hydromel vinoſum.
Emplaſtra.
Vnguenta.
Cerata.
Litus.
Embroche.
Fotus.
Epithemata: eaq; omnia repercutientia.
Attrahentia.
Reſoluentia.
Suppurantia.
Remollientia.
Incarnantia.
Cicatrizantia.
Putrefacientia.
Corrodentia.
Agglutinantia.
Anodyna.
Mundificantia.
Pomatium.
Sorbatium
Zythum.
Ceruiſia.
Acetum. C
Omphacium.
Oleum.
Aqua chalybeata.
Aqua cum pane tranſuaſata.
Ptiſana vulgo dicta potus diuinus.
Vinum Hippocraticum ſeu aromatites.
Pleratium.
Vomitoria.
Sternutatoria.
Sudorifica.
Clyſteres.
Peſſaria.
Suppoſitoria ſeu glandes. D
Suffumigia.
Trochiſci.
Frontalia.
Cucufæ.
Scuta.
Marſupia ſeu ſacculi.
Balnea.
Semicupia.
Lac virginale.
Fuci.
Picationes.
Depilatoria.
Veſicatoria.
Cauteria potentialia.
Muſcaria. E
Ventilabra.
Conopea, vela nempe ſubtenſa; aeri agitando ventilandoq; comparata.
Fonticuli ac teparati ſeu
Subſtilla, ſtillicidia & ſyphunculi.

Aquæ

A Aquæ & olea ſtillatitia, aliaq; per quintam eſſentiam multis modis extracta.

Nempe aquæ oleaq; ex plantis calidis ac ſiccis, aromaticiſq; eliciuntur alembico cupreo, ſuprapoſito refrigerante inſtructo, decupla ad herbarum pondus aqua addita, herbas autem ſiccas eſſe oportet, quò ſit deſtillatio fœlicior.

E floribus liquores calore ſolis eliciuntur, vel fimi, vel racemorum prælo ſubſtractorum magmate, vel in balneo mariæ per veſicam, ſubiecto & os ori concurrente excipulo inſtructum. Salis genera omnia poſtquam calcis conſiſtentiam adepta & diſſoluta fuere, peniculo bis, terq; deſtillari debent, quo puriora euadant, aptioraq; ad oleum de ſe remittendum.

Reliquæ deſtillationes fiunt vel in cellis, frigoris & humiditatis locis opera ſuper marmor lene: vel in manica, quomodo paratur oleum de tartaro, ſaliſque & fellis ſpecies omnes, item aluminoſa & his alia ſimilia.

Animalium oſſa deſtillari debent per deſcenſum, vel per vaſorum concurſum.

Ligna omnia, radices, cortices, conchæ marinæ, & ſemina ſeu grana, vt frumenti, geniſtæ, ipſæ fabæ & alia, quorum ſuccus expreſſione euocari nequit, per deſcenſum deſtillantur, vel per vaſorum concurſum in fornace reuerberationis.

B Metallica calcis conſiſtentia donata, & ſalis naturam adepta, diſſolui debent & peniculo deſtillari, moxq; euaporari, quouſq; ſiceſcant, & in acetum deſtillatum reſoluantur: tum vero denuo euaporari & ſiceſcere: ſic enim facile in cella ſupra marmor, vel in manica, vel in cucurbita vitrea fornaci impoſita, in qua ſit ignis arenarius, ſenſim aucto igne quouſq; aquoſus omnis liquor conſumptus ſit, deſtillantur. Hinc mutandus excipulus & luto affigendus cucurbitæ, igne ſurſum deorſumque ſuſcitato, ſic enim oleum manabit, quod erit prærubrum. Hac arte metallica omnia deſtillantur, alumina & ſalis genera.

Gummi, axungiæ, atq; in genere reſinæ omnes deſtillantur in cucurbita, ſeu alembico vitreo excipulo ſuo inſtructo, & fornaci impoſito, in quo ſit concha figulina, igne cineritio plena: debet vero ignis paulatim augeri pro materierum varia conditione.

Vaſa & inſtrumenta deſtillationi inſeruientia hæc fere ſunt.

Catinum penulæ nempe ſubiectum vas.
Alembicum ſeu penula, id eſt, capitellum, ex cuius
C promiſſa deorſum nare ſtillant liquores.
Refrigerando. Sublimando.
Reuerberando.
Per deſcenſum deſtillando.
Calcinando, comparata vaſa.
Cilicia. Manica.
Gabata.
Circulatoria, ſeu Hermetis vaſa, à Pelicani ſe pectus roſtro fodientis ſimilitudine dicta, gemini etiam & [illegible].
Scaphia figulina deſtillationi per peniculamentum comparata.
Fornaces ſecretæ Philoſophorum.
Oua Philoſophorum.
Veſica ſeu cucurbita.
Matula ve.
Excipulus ſeu recipiens.
Vaſa ſic ſibi mutuo occurrentia, vt ſubiectus excipulus ore ſuo oſculum veſicæ excipiat, ex quo concurrentia vaſa dicuntur.
Marmora ad vnguem expolita, ad omnes deſtillationes, quæ in cellis fiunt, comparata.
Fornaces cum vrceolis ad metallica calcis conſiſtentiam adepta, diſſoluenda.

INSTRVMENTA CHIRVRGICA, QVORVM TOTO hoc opere meminimus, hæc fere ſunt: non quidem verborum Gallicorum, D ſed rerum ipſarum ordine expreſſa.

Annuli latentem & demerſum circumferentia ſua ſcalpellum cuibrantes.
Anteridia machinarum eiectoriæ clauiculæ.
Chelos, ſeu manucla, cuius diſſultu reſerantur, contentione autem obſerantur organa Chirurgica.
Emiſſaria Ventrilabraq; vteri peſſiformia.
Turundæ fiſtulatæ.
Cauteria varia, varieq; tum vmbellata ſiue muſcaria, caluatave, tum cultellaria, tum punctuaria, tum vncinata.
E Annulus plexis funiculorum coniugationibus columellæ conſtrictorius.
Specula oris, oculi, ani, vteri.
Tubulus cum inſerto ignito & ferreo ſcapo.
Scalpelli falcati.
Tubulus peniculi formis
Subligacula varia vnico vmbone, vel pluribus tuberibus inguen prementia.
Scapularis faſcia ex ceruicibus ipſam traiicientibus ad ſubligaculum continendum & contendendum deuoluta.
Acus ſetam ſeu laqueum, aut etiam traiectam ex auro virgulam trahens: eaque vel recta, vel curua, vel rotunda, vel lateribus acuta.
Canaliculus altera extremitate ſua feneſtratus vulneribus dum ſuuntur, vtilis.
Forfices, exciſoriæ nempe tonſoriæque tenaculæ, quandoque denticulatæ.
Forcipes comprehenſoriæ tantum, non etiam inciſoriæ tenaculæ.
Forfex oſſarius ſeu Oſtragra.
Forfex dentarius.
Nouacula inciſoria.
Scalpra tum complanatoria, radula dicta: tum exciſoria, ſæpe lenticulata.
Cycliſci, id eſt, caua & exciſoria ſcalpra.

Malleus

Malleus plumbeus ad ſcalpros in cranium impellendus.

Terebellum, forma & vſu ei ſimile, quo victores aſſulas doliares ſeu ſcandula, depreſſas, in ſuum locum reuocant.

Eleuatoria: cuius generis eſt vectis tripes ſubrectorius.

Vectes: quorum ſcilicet, dum capite ſuo ſeu manubrio comprehenduntur, lingua vero, ſeu cuſpide oſſi deſquamando ſubijciuntur, exanunatione, ſquamæ excutiuntur & deeutiuntur.

Serræ.

Trypanum deſquamatorium ſeu exfoliatiuum.

Volſellæ, eliminandis oſſium teſtulis comparatæ.

Terebellum forando cranio idoneum.

Trypanum excindendo cranio affabrefactum, cũ ſua cochlea, cuſpide, capulo, axiculo & capitio, cuius occaſione Abaptiſton ſeu immerſabile nuncupatur.

Modiolus.

Circinus exciſorius, tum contractus, tum diuaricatus.

Meningophylax.

Syrinx, ſeu ſyphũculus ad liquorum expreſſiones.

Forpex, per cuius media foramina comprehenſa ſublata cutis ſtilo ferreo ignito tranſuerberata, ſetone mox traijcitur.

Setones ſeu ſetę aut laquei, tum ſicci, tum vnguentis obliti.

Roſtra, coruinum, pſitacinum, olorinum, anatinum, lacertinum, gruinum, idq; vel rectum vel in anconem actum: alias ſerratum ſeu dentatum, alias læue.

Glanditraha ſeu globulitraha, volſella, ſeu glandium illex, tragematis, loricarum flexilibus orbiculis, oſſiumque aculeis altius inſidentibus reuellendis comparata.

Dilatatoria caua & leuia, varijs partium vulneribus varie affabrefacta.

Specilla, tranciendis & demittendis in vulnus ſetonibus idonea, eaque recta, curua, peruia, imperuia.

Forfices cochleatæ, ad reuellenda tela biſſulca, triſſulca, foris intro, intus foras hamata.

Scalpelli tum phlebotomi, tum ſcarificatores, tum falcati, tum recti.

Pyulcum.

Faſciæ, vincula, tæniæ, habenæ membranaceæ, laneæ, linteæ, glomeratæ, ſciſſæ, aſſutæ: rurſum aliæ epideſmi, alię hypodeſmides. Hæ rurſum vel reprimentes, vel exprimentes, vel continentes, inquam, vel impoſita medicamina, vel vulnerum labra, vel mẽbra, vt decet, compoſita, quas Sarcoticas ob id nominant.

Spira filacea.

Glomus filaceus.

Plagulæ, ſplenia, diplomata lintea, panni complicati.

Ferulæ.

Capſulæ, loculamenta.

Arculæ.

Paraſtatæ ſtramineæ, & tanquam eriſmata ſeu obnitentia, fracto cruri dextra læuaque circumpoſita. Torulos ab inforto & compreſſo ſtramine dicere poſſis.

Gloſſocomia. A

Ambi gloſſocomii ſpecies.

Trochlea; cum ſuis orbiculis & axibus ligneis ferreiſve, quibus orbiculi liberas habẽt in trochlea verſationes.

Funes, tum ductarii, tum antarii ſuculæ, cum ſuis vectibus, id eſt, tigillis, quæ conuenientia in bina, quæ ſuculę ad capita ſunt foramina, funium, membrorumque funibus alligatorum, temperant contentiones.

Aſelli, ſucularum ſpecies.

Repagula ſiue verucula tortili & ſtriato ſcapo cochleata.

Manubria verſatilia.

Hamuli. B

Fibulæ comprehenſoriæ ſeu colleticæ, quæ nempe cuti iniectæ vulneris oras continent.

Fibulæ ſiue ſtyli & clauiculi, quibus tanquam traiectis cuneis coagmentationes perficiuntur coagmentata ſuas obtinent verſationes.

Tomenta.

Puluini, puluilli, linamenta.

Limæ.

Dentiſcalpia, dentiſfricia, dentiſpicia, catheteres operis ductores.

Sella balneatoria, ſeu ſoliaris, labra, ſolia, cupæ, ſemicupia, caldaria, infundibula, cum reliquo omni ad balnea ſeu ſudationes elixas apparatu.

Æſtuaria, ſeu hypocauſta vel laconica, quibus ſudationes aſſæ perficiuntur, & calore ſicco ſudor elicitur. C

Epiſtomia, ſeu cum verticillis fiſticuli.

Epitoma, id eſt, vertibula ſeu verticilla epiſtomiorum, quæ, cum torquentur, patefaciunt nares liquori contento.

Terebra calculorum detritoria.

Vncini.

Specilla fiſtulata & ſuperficie externa reſciſſa.

Alares laminę calculorum comprehenſorię.

Euerticulum ad eruderandam veſicam.

Spathulæ rectæ & incuruæ.

Cucurbitulæ.

Cornicula. D

Fiſtula caruncularum detritoria.

Membra arte ficta, vt oculi factitii ex auro encauſto depicto, & tectorio opere expolito.

Catinum ſiue vrinæ caſtellum.

Vrethra factitia.

Dactotheca.

Fulcimenta ſubalaria, cum ſuis arrectariis & tranſuerſariis tigillis, atque carchebis.

Vmbellatum vlceratæ papillæ operculum.

Pes griffius molæ in vtero comprehenſorius.

Guttulus & tanquam fictitia ex vitro papilla.

Peſſaria, tum oblonga, tum ouata forma.

Cannæ duplices ad clyſteres infundendos, cũ ſuis manicis & ſyringis. E

Otenchytes, ſeu auricularis clyſter.

Metrenchytes.

Cochlea fœmina: cuius ſcilicet ſulcatur, ſpiris recipitur & vertitur tortilis & ſtriatus prominente ruga ſcapus.

Cochlea mas: qui ſcilicet protuberantibus rugis fœmina recipitur, rotundatus ſcapus.

A

HIPPOCRATIS COI MEDICORVM PRINCIPIS EFFIGIES.

B



C

INuictum (Hippocrates) quod te potuere ſuperba
Eoi nunquam flectere Regis opes.
D *Cecropidæ fronti ex auro fulgente coronam*
Promeriti memores impoſuere tuæ.
Gratia ſed leuis eſt, Actæis tantus Athenis
Nec fuit huic vni, quam tibi partus honos.
Nam quod quæ recreent languentia corpora morbo
Pæonias fueris promere largus opes.
Se tua tam fundit, quam magni machina mundi
Gratia, & inſignis tam tua fama volat.

BON. GRA. PARIS. MEDIC.

E

DE RE

DE REBVS CHIRVRGICIS APHORISMI EX MAGNI HIPPOCRATIS APHORISMIS ſelecti. B

27. 6.

QVicunque ſuppurati aut intercute laborantes, vruntur aut ſecantur, ſi pus aut aqua vniuerſim effluxerit, omnino moriuntur.

31. 6.

Oculorum dolores meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut medicamentum ſoluit.

38. 6.

Quibus occulti cancri oriuntur, non curare melius eſt. Curati enim citius intereunt. Non curati vero longius tempus perdurant.

55. 6.

Dolores podagrici Vere & Autumno potiſſimum mouentur.

28. 6.

Eunuchi neque podagra laborant, neque calui fiunt. C

49. 6.

Quibuſcunque morbi podagrici fiunt, ii ſedata in quadraginta diebus inflammatione, finiunt.

66. 5.

Si in vulneribus fortibus & prauis tumor non appareat, ingens malum.

67. 5.

Tumores molles boni, crudi vero mali.

25. 6.

Eryſipelas ab exteriorib. verti ad interiora, nõ eſt bonũ, ab interioribus, autẽ ad exteriora bonũ.

19. 7.

In oſſis exutione eryſipelas, malum.

20. 7.

Ab Eryſipelate putredo aut ſuppuratio malum.

21. 6.

In inſanientibus ſi varices, vel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio. D

21. 7.

A forti in vlceribus pulſu profluuium ſanguinis, malum.

26. 2.

Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quam febri conuulſionem.

4. 6.

Vlcera circum glabra, praua ſunt.

18. 6.

Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale eſt.

45. 6.

Vlcera quęcunq; annua ſunt, aut ẽt diuturniora, os abſcedere neceſſe eſt, & cicatrices cauas fieri.

2. 7.

In oſſe ægrotante caro liuida malum eſt.

14. 7.

In capitis ictu obſtupeſcentia, & deſipientia, malum. E

24. 7.

In oſſis præciſione, quæ vacuum apprehenderit, deſipientia fit.

47. 2

Dum pus fit, dolores ac febres accidunt magis, quam puri iam confecto.

18. 5.

Frigida inimica oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ, calida vero vtilis.

46. 2.

Duobus doloribus ſimul, non eundem locum infeſtantibus, vehementior alterum obſcurat.

A 74. 7.

A carnis corruptione oſſis corruptio fit & abſceſſus.

506. Coacar.

Vlcus liuidum & ſiccum, aut cum virore pallidum, lethale eſt.

19. 6.

Cum diſciſſum fuerit os, aut cartilago, vel neruus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur, neque coaleſcit.

24. 6. & 513. Coacar.

Si quod inteſtinorum gracilium diſcindatur, non coaleſcit.

50. 7.

Quibus cerebrum ſphacelatum, id eſt, corruptum eſt, in tribus diebus pereunt: ſi vero hos euaſerint, ſani fiunt.

9. 7.

Ex vulnere ſanguinis profluuium conuulſionem inuehens, mortis eſt prænuntium.

B 20. 5.

Vlceribus frigida quidem mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, liuorem obducit, rigoreſque febriles, conuulſiones, diſtentiones.

508. Coacar.

Quibus tempora ſecantur, conuulſio ex contrariis ſectioni partibus oboritur.

44. 7.

Quicunque ſuppurati vruntur vel ſecantur, ſi pus purum fluxerit & album, euadunt: ſi vero ſubcruentum & fæculentum ac fœtidum, pereunt.

Galen. comment. ad Aphor. 29. 2.

Deploratos non oportet aggredi curare, ſed relinquere, & morbi finem tantummodo prænuntiare.

Celſ. cap. 10. lib. 2.

Satius eſt anceps remedium experiri, quam nullum.

C

FINIS.

D

E

GALENI SECVNDVM HIPPOCRATEM MEDICORVM PRÆSTANTISSIMI EFFIGIES. A



B

C

ÆQuum erat Hippocratem diuino è ſemine, Diuum
Orbem muneribus conciliare ſibi:
Scripta ſed inuoluit tam multo ænigmate, verum D
Vt quamuis ſolers nullus habere queat,
Pergamei auxilio niſi ſint monimenta Galeni,
Qui docta ambages ſuſtulit arte ſenis.
Ergo macte eſto virtute arcana reſoluens,
Quæ nulli fuerant nota (Galene) prius:
Obſtringensq́; orbem æterno tibi munere totum,
Æternis ſacras te quoq; temporibus.

BON. GRA. PARIS. MEDIC. E

CANONES CHIRVRGICI AB IPSO AVTHORE POSITI.

1.

PRaxis eſt operatio, theoriæ regulis & legibus conſentiens.

2.

Non verbis, ſed remediis conuenienter vſurpatis reſtituitur ſanitas.

3

Cognita & vſu ac ratione probata remedia ignotis, ac nunc primum inuentis ſunt præponenda.

4.

Scientia ſine experientia haud magnum Medico apud ægrum fiduciam conciliat.

5.

Artifex, qui magnum aliquid & laude dignum præſtare vult, in notitiam proprii ſubiecti diligenter debet incumbere.

6

Boni Medici officium eſt, morbum ſanare, aut certe in meliorem ſtatum, & eum, quem natura fert, deducere.

7

Chirurgum agilem, induſtrium, ac manu ſtrenuum eſſe oportet, non libris fidentem.

8.

Qui artis operibus, doctorumque de arte lectionibus frequens non interfuit, hocque ſolo, quod multa legerit, ſe pro nobili Chirurgo venditat, longe fallitur & impudens eſt.

9.

Nihil vnquam laude dignum præſtabit, qui ſibi auro, non vſu chirurgicum magiſterium parauerit.

10.

Etiam in vitæ periculo ſpe ſalutis ægrum conſolari decet.

11.

Medicos & Chirurgos ſubinde mutare, ægris tædium, non leuamen eſt.

12.

Etſi in longum ſe tempus morbus protrahat, non eſt tamen, quod ſe ab ægro Medicus diſtrahat.

13.

Magna magnorum vaſorum vulnera lethalia cenſentur.

14.

Omne contuſum ad ſuppurationem deducendum eſt.

15.

Vt morbi, ſic remedii ſpecies eſſe debet.

16.

Oſſis è palato abſceſſus putroris infert periculum.

17.

Hæmorrhagiam calor incitat, frigus refrænat.

18.

Neruoſorum corporum vulnera medicamenta flagitant, quæ partium tenuitate intro ſubeant, & ex alto trahant.

19.

Quibus vlcera in cruribus ſunt, hos neque ambulare, neq; ſtare, neq; ſedere, ſed in lecto quieſcere oportet.

20.

Mordacia & acria omnia medicamina mundis vlceribus ſunt infenſa.

21.

Luxata vt reſtituas, continere oportet, abducere & impellere.

22.

Auctior gangræna nihil niſi ferrum poſtulat.

23.

Monſtrum res eſt à naturæ legibus deciſcens.

24.

Vulnera thoracis mox ſanioſa fiunt & purulenta.

25.

Venenatorum omnium animantium punctura ſunt periculoſæ.

26.

Auſtro flante vulneratorum membrorum prompta eſt ſideratio.

27.

Sauciati, qui cito ſanari volunt, tenui victu vti debent.

28.

Intemperata corpora ex morbis non facile conualeſcunt.

29.

Vlcera rotunda niſi in aliam figuram deducta fuerint, non facile coaleſcunt.

30.

Vlcus eryſipelatoſum purgationem per inferiora poſtulat.

31.

Eiulatus infanti vtilis eſt: eſt enim illi exercitationis & excretionis loco.

32.

Nemini niſi abdominoſo triſtitia prodeſt.

33.

Ignauia calorem natiuum debilitat, & extinguit.

34.

Vlcus cacoethes niſi valido remedio non cedit.

35.

Balneum reſoluit, ac diſcutit humores, blandeque ſudorem prouocat.

36. A

Morbi frigidi ſenibus ſunt inſenſi, ac ſolutu contumaces: iuuenibus vero non ita infeſti & rebelles.

37.

Corpora exercitata morbis minus obnoxia eſſe ſolent.

38.

Humida corpora etſi paucis alimentis, copioſis tamen egent excretionibus.

39.

Ex intemperie calida citius, quam ex frigida, ægri intereunt, ob ignis in agendo celerem efficaciam. B

40.

Id demum ab vlcere pus manat laudabile, quod ſubalbum eſt, leue & æquale.

F I N I S.

C

D

E

DE RE-

A

DE RENVNCIATIONIBVS, ET CADAVERVM EMBAMMATIBVS, TRACTATVS.

B

ID demum nunc nobis reſtare videtur, vt Chirurgum inſtruamus in renunciationibus apud iudices contexendis, ſeu de morte, ſeu de imbecillitate, ſeu de deprauatione membri alicuius in proprij officij functione agatur. Quo in negotio callidum illum eſſe velim, id eſt, ingenioſum in prognoſtico inſtituendo: quod morborum ſæpe ſint ancipites exitus, nec omnino certæ prædictiones ſalutis aut mortis, propter ſubiecti, circa quod verſamur, naturam multiplicem & incertam humorum in ſpecie & motu conditionem. Quo factum eſt, vt ipſe Hippocrates *ſtatim initio Aphoriſmorum* iudicium pronuntiarit difficile.

Cur chirurgum cautũ in renunciãdo eſſe oporteat.

Sed in primis bonam in Chirurgo mentem, bonumque animum requiro, vt ſibi veram pie-C tatem, id eſt, Dei timorem & in Chriſtum fidem, charitatemque erga proximum & ſpem futuræ vitæ ante oculos ponat, ne quæ vulnera magna ſunt, ea parua renuntiet: vel quæ parua ſunt, ea pro magnis fauore vel pretio tranſuerſum à ratione actus efferat: nam penes artifices renuntiantes iure ciuili fides eſſe ſolet.

Iudicium cur difficile.

Veterum Medicorum monumentis proditum legimus, vulnera magna dici tribus modis. Primo propter ſolutæ vnitatis & diuiſionis magnitudinem, qualia vulnera ſunt, quæ gladio militari validis viribus incuſſo fiunt, quæ ſcilicet brachium, cruſve medium diſſecant, aut pectus tranſuerberant.

Vulnera magna dici tribus modis.

Secundo propter principatum partis. Principatus vero ille ex actionis præſtantia pendet. Sic igitur vel leue aliquod vulnus ſtylo & minimo cultello partis alicuius nobilis ſubſtantiæ impactum, vt cerebri, cordis, hepatis; aut alterius, cuius actio functione ad vitam tuendam neceſſaria eſt, vt œſophagi, veſicæ, pulmonis, magnum cenſetur.

Tertio propter magnitudinem & cacoethiam, totiuſque læſi corporis cacochymiam aut debilitatem, quo modo vulnera neruoſis partibus, & tenuibus ac victis corporibus inflicta ſemper magna cenſentur. In his expendendis cauebit Chirurgus, ne inter percontandum à ſpecillo decipiatur. Sæpe enim hoc vulneris fundum ſubire non poteſt, ſed ad aliquid offendit, atque in via hæret, vel quia ægrum non eodem ſitu collocauit, quo erat, dum vulneratus eſt, vel quia ictus ad perpendiculum inflictus mox dextrorſum aut læuorſum, interne ſurſum, aut ſuperne deorſum deflexerit. Itaq, vulnus paruum & paucorum dierum renuntiabit, quod tamen diuturni temporis vel etiam lethale eſt futurum. Ergo extemplo primis à vulneris diebus ſuſpendet iudicium: nec ante nonum diem exactum elogio ſuo vulneris qualitatem teſtificabitur, intra enim id tempus promere ſe ſolent ſymptomata, leuia vel horrenda, pro vulneris & corporum læſorum conditione, aeriſque ambientis ſecundum primas qualitates, aut venenatam corruptionem conditione.

Quamdiu ſuſpendere ſententiam debeat Chirurgus.

In genere vero ſigna, quibus facile de morbis iudicare licet, magnine ſint, an parui, breues an longi, lethales an lenes & ſalubres, quatuor exiſtunt. Ducuntur enim aut ex morbi natura & eſſentia, vel ex cauſis ipſius vel effectis, vel ſimilitudine, proportione, & comparatione eiuſmodi morborum ad tempeſtatem ſeu temporis præſentem conſtitutionem. Sic igitur ſi proponatur nobis vulnus recens, cuius non ſit alia natura & pernicies, quam ſimplicis ſolutionis continui in carne muſculoſa, ſtatim id vulnus pronuntiabis periculi expers eſſe, ac paucorum dierum.

Signa generalia, quibus de morbis iudiciũ ferri ſolet.

E

At ſi id complicatum habeat vlcus, nempe ſi ſanioſum ſit, difficilioris ac longioris curationis eſſe referemus, ſicq, de morbis ſigno ab eſſentia & natura ducto pronuntiabimus.

Signorum vero à cauſis ductorum ſit hoc exemplum: vulnus enim, quod inflictum fuerit ab acuto, mucronato, & graui telo, vt militari malleo, ab alto, validis viribus & perpendiculariter incidente, graue eſſe pronuntiabimus, imo etiam lethale, ſi reliqua ſigna conſentiant.

Quod ſi æger ictus violentia perculſus præceps in terram lapſus ſit; ſi vomitus biliosus ſecutus A
fuerit, ſi caligo cum vertigine oborta ipſi oculos occæcarit, ſi ſanguis è naribus & oculis manarit, ſi delirium ſubſecutum ſit, cum abolita memoria & ſenſuum ſtupore, ſpem vitæ in anguſto eſſe, ſigno à vulneris effectis ducto referemus.

Lethalia aeris communi vitio vulnera.

Comparatione vero & proportione ad eam, quæ tum regnabat, tempeſtatem morboſque, qui vna graſſabantur, facta, poteramus pronuntiare, omnes glande ſclopo igniuomo eliſa vulneratos de vita periclitari, prælijs in obſidione Rothomagenſi & agro Dionyſiaco conſertis. Illis enim tempeſtatibus ſeu propter cœli & aeris vitium, ſeu propter corporum cacochymiam & humorum perturbationem, omnia fere vulnera ſclopeto inflicta erant lethalia. Sic ſæpe notamus, certis annorum decurſibus, puerilia exanthemata & variolas, velut contagione quadam peſtilenti in puerorum perniciem currere, effreni vomitu & crudeli dyſenteria, infectis, talique tempeſtate non erit difficile de eiuſmodi morbis iudicium.

Signa cranii fracti.

Quæ vero partes vulneratæ ſint, his ſignis cognoſcere licet. Si æger ab ictu concidit, ſi ſine ſenſu quaſi dormiens iacuit, ſi excrementa præter voluntatem reddiderit, ſi vertigine correptus fuerit, ſi ipſi per aures, nares, oſve ſanguis effluxerit, ſi bilē vomuerit, pertuſum eſſe cranium mentis & rationis diſ- B
curſu intelligere licet. At ſenſuum iudicio illud ipſum cranium fractum intelligemus, ſi admotis digitis ipſum vel in tumorem magnum ſublatum, vel præter naturam depreſſum præcipiamus, ſi pericranio decuſſatim diuiſo, atq; demiſſo ſpecillo raucum reſonat, inſtar teſtæ figulinæ fractæ.

Signa mortis de cranio læſo.

At inſtare mortem licebit renuntiare, ſi mens non conſtat, vel abolita eſt. Si obmuteſcit, ſi oculi caliginoſi & tenebricoſi appareant, ſi præcipitem ex lecto dare ſe velit, de cætero reſolutus, & omnino mouendi impotens, ſi febris continua perſeueret, ſi lingua cum ariditate nigricet, ſi vulneris labra arida ſint, & nihil plane ſaniei remittant, ſi carnium ſalitarum colorem æmulentur, ſi apoplexia laborent, phrenitide, aut conuulſione, vel paralyſi, cum inuoluntaria vrinæ & fæcum excretione aut abſoluta ſuppreſſione.

Iugulati hominis ſigna.

Iugulatum hominem reſciſſa gula & trachea arteria primum cognoueris oculorum fide, deinde & functionis vtriuſque partis abolitione: nam nec loqui, nec cibum, potumve deglutire æger valet: retrahentibus ſeſe quadam quaſi conuulſione, ſurſum, deorſumque partibus abſciſſis, vnde cita mors venit. C

Pertuſi thoracis.

Penetraſſe in thoracem vulnus, intelliges, ſi aer cum ſtrepitu per vulnus erumpat, ſi diſpnoea adeſt, ſi grauitatis, ſeu ponderis quidam ſenſus circa diaphragma, ex quo etiam intelligere licet, magnam ſanguinis vim in partem illam procumbere, quam mox ſentim tuſſiendo æger reiiciat. Paulo poſt vero febris ſuperuenit, grauis & fœtens anhelitus ſanguine putrente & in ſaniem conuerſo: æger niſi in ſpinam decumbere nequit, vomendi frequens inceſſit cupiditas. atq; ſi ſuperſtes manet, æger, vulnus in fiſtulam degenerat, & tandem tabe lenta conſumitur.

Pulmonis vulnerati nota.

Pulmonem vulneratum cognoſcere poſſumus, ex ſpumoſo ſanguine, tum per vulnus manante, tum tuſſi oborta reiecto, mox grauis diſpnoea premit, tum laterum dolor.

Cordis læſi ſigna.

Cor vulnere læſum intelligimus, ex ingenti ſanguinis copia, quæ per vulnus erumpit, ex corporis totius tremore, ex pulſu languido & paruo, faciei pallore, ſudore frigido, cum frequenti ſyncope, extremorum artuum perfrigeratione, ac præpropera morte.

Diaphragmatis vulnerati ſigna.

Diaphragmate vulnerato ponderis ſenſus parte illa ægrum premit, delirium adeſt, cum diſpnoea, tuſſi, & colorum acutorum cruciatu, atque iliorum ſurſum contractione. Hæc omnia ſymptomata cum apparent, mortem eſſe in propinquo denuntiare licet.

Vena caua & arteria magna.

Ex venæ cauæ & arteriæ magnæ vulnere cita mors venit, propter rapidam & multam ſanguinis & D
ſpirituum vacuationem, vnde cordis & pulmonis functionum interceptio.

Spinalis medullæ.

Spinali medulla vulnerata, ſubito paralyſis aut conuulſio inuadit, ſenſus, motuſque partibus ſubiectis deperit, veſicæ & alui recrementa, vel præter voluntatem fluunt, vel omnino cohibentur.

Hepatis.

Hepate vulnerato ſanguis multus per vulnus erumpit, ac dolor pungenti ſimilis, ad xiphoidem vſq; cartilaginem protenditur: ſanguiſque in inteſtina confluens malignorum ſymptomatum ac ſæpe mortis conſecutionem infert.

Ventriculi.

Ventriculo vulnerato cibus potuſq; per vulnus effluit, bilis meracæ vomitus ſubſequitur, ſudores atq; extremitatum perfrigerationes veniunt, indeq; mors renuntianda.

Lienis.

Liene vulnerato ſanguinis craſſi & nigri per vulnus fit effuſio, ſitis ægrum diuexat, cum ſiniſtri lateris dolore: ſanguine vero in ventrem irrumpente, illicque putreſcente peſſimorum & grauiſſimorum ſymptomatum ac ſæpe mortis conſecutio infertur.

Inteſtinorũ.

Inteſtinis vulneratis torminoſi dolores aluum diuexant, fæces per vulnus effluunt, per quod ſæpe E
& inteſtina ipſa magna vi extra alui conceptacula erumpunt.

Renum.

Renibus vulneratis in reddenda vrina laborat æger, cum ipſa ſanguis vna effluit, dolor vero ad inguina penem & teſtes diffunditur.

Veſicæ.

Veſica & vreteribus vulneratis dolor ad ilia pertingit, partes ad pubem attinentes tenduntur, vrina cruenta excernitur, eademque ſæpe etiam per vulnus redditur.

Vteri.

Vtero vulnerato ſanguis per genitalia effluit, cæteraque ſymptomata apparent, quæ veſica vulnerata.

Punctis

A Punctis vel ſemiſectis neruis dolor acer in affecta parte ſentitur, ſubita ſuperuenit inflammatio, fluxio, abſceſſus, febris, conuulſio, ſæpe & partis gangræna atque mortificatio, vnde mors, niſi occurratur breui.

Partium vulneratarum ſignis delibatis, reſtat, vt alia ſigna proponamus quorundam mortis generum minus vulgarium, de quibus mota lis, quod ſæpe contingit, vix alios habere poteſt diſceptatores & arbitros, quam Medicos. Contigerit igitur nutricem vel petulantia, vel temulentia inter dormiendum toto corpore ſuo in lactantem & accubantem infantulum procubuiſſe, ſic vt ſuffocatus inuentus ſit, rogatus, ſententiam dicere an errore nutricis an latentis alicuius morbi ſubito impetu infans interierit, ſequentibus ſignis latentem veritatem erues.

Nam ſi antea per valetudinem belle habebat infans, ſi querulus non erat, *ſi os & nares nunc ipſi mortuo ſpuma turgida madeant*, ſi facies non quidem pallet, ſed violacei & tanquam purpurei eſt coloris, ſi mox diſſecto pulmones ſpuma velut vaporulenta turgeant, reliquis viſceribus ſanis, ſuffocati & ſtrangulati impetu aliquo externo infantis argumentum eſt. *Suffocati infantis ſigna.*

Quærere poteſt magiſtratus, an homo, cuius cadauer fuſum humi in patente camporum planitie B iacet, vel ſolum domi exanime inuentum eſt fulmine conciderit, an alia iniuria interierit. Vocatus igitur, vt rem, qualiter ſe habeat, aperias ſequentibus indiciis hominem de cœlo tactum ac fulmine extinctum ſcies. Nam *omne corpus fulmine ictum, odorem ſpirat grauem & ſulphureum*, adeo vt id ne attingere quidem dignentur aues, canes ve, multo minus deguſtare: pars icta ſæpe integra & vulneris expers apparet, nihilominus ſi penitus inſpicias, intueberis oſſa intus ſub cute contrita. *Fulmine extincti.*

Si tamen vulnere apparente viam ſibi in corpus fulmen fecerit, pars vulnerata reliquo corpore, longe frigidior ſentietur Plinii ſententia. Fulmen enim præ ſe ſemper aerem tenuiſſimum & flammeum pellit in corpusque ictum violenter impellit, cuius impetu calor partis natiuus facile diſſipatur & abſorbetur. Fulmen in parte icta ſemper per impreſſum ignis quiddam veſtigium relinquit, ſeu vſtione, ſeu nigrore: *nullum enim fulmen ſine igne.* Cæterum *cum reliqua animantia omnia fulmine tacta in aduerſum latus cadant, ſolus homo non mortuus erit, niſi in partem tactam cadat, aut niſi vi conuertatur in partem ſeu regionem, vnde fulmen venit. Homo ſi vigilans fulmine tangitur oculis viſitur clauſis: contra apertis perſtat ſi dormiens icitur*, vt ſcribit Plinius. Philippus Cominæus ſcriptum reliquit, *corpora fulmine icta corruptioni reliquorum inſtar non eſſe obnoxia.* *Lib. 2. c. 54.*

C Itaque Veteribus ſolenne fuiſſe, ea nec cremare, nec inhumare: ſulphur enim, quod ſemper fulmen ſecum inuehit, illis pro ſale eſſe, adeoque ipſa à putredine ſiccitate ſua & calore igneo vindicare.

Quæri etiam poteſt in iudicio, an, qui vulneribus confoſſus, aut defœdatus eſt, vulnera ea viuus accepit, an mortuus. Certe quæ viuo vulnera illata fuere, rubra apparent & cruenta, cum labris in ambitu tumidis ac liuidis: contra quæ mortuo, neque rubra, neque cruenta, neque tumida, neque liuida viſuntur. Vna enim cum morte omnes animæ in corpore ceſſant facultates, & intercidunt functiones: ſic vt nihil dehinc ſpirituum, nihil ſanguinis ad loca vulnerata tranſmittatur, aut confluat. Itaque ex his quæ erant, quæque apparebunt, ſignis, renuntiabit homini viuo vel mortuo inflicta fuiſſe, quæ cernuntur, vulnera. *Signa vulnerum viuo & mortuo homini inflictorum.*

Par quæſtio in iudicium venire poteſt. Nam qui creditur ſuſpendioſus, ſuſpenſus fuerit mortuus, an viuus. Ergo ſi viuus ſuſpenſus fuerit, funis veſtigium in ceruicis ac iuguli circumferentia relictum, rubrum, liuens aut nigricans apparebit, cutiſque circa id contracta ac rugoſa, propter eam, quam funis fecerit, compreſſionem: ſæpe etiam aſperæ arteriæ caput contritum & lacerum comperietur, ac ſecun- *In iis qui viui aut mortui ſuſpenſi fuerunt.*
D da ceruicis vertebra luxata ſeu loco ſuo mota. Liuebunt etiam brachia & crura, totaque facies, propter ſpirituum ſubitam & confertam ſuffocationem: ſed & ſpuma circa os apparebit, & mucus ſpumeus è naribus exiliens, eo tranſmiſſus tum per pulmonis ſubito incaleſcentis ac ſuffocati expreſſionem, tum per conuulſiuam cerebri tanquam concuſſionem epilepticæ ſimilem.

Contra ſi mortuus ſuſpenſus fuerit, nihil horum apparebit: nam ne funis quidem circa collum veſtigium rubrum aut liuens apparebit, ſed ſimili plane cum reliquis corporis partibus colore, quia mortuis non iam ſanguis aut ſpiritus ad partes læſas migrant aut confluunt.

Qui ſubmerſus iacet, viuuſne, an mortuus in aquas præcipitatus fuerit, ſequentibus indiciis intelliges. Is enim, qui viuus præcipitatus eſt, tota aluus aqua contenta intumeſcit, è naribus mucoſa quædam excrementa, ac ore ſpumoſa defluunt, extremi digiti detriti & excoriati cernuntur; quod qui viuus aquis obruitur, tanquam furens moritur, in imaque arena luctatus ac ſuffodiés, aliquid quærit, ad quod adnitatur, quo ſe a morte vindicet. *Qui viui aut mortui ſubmerſi ſunt.*

Si contra mortuus in aquam præcipitatus eſt, nihil tumebit aluus, quia mortuo ductus omnes & corporis meatus ſubſidunt, quia vero mortuus non ſpirat, non ipſi circa os nareſve ſpumeum quidquã
E apparebit, multo vero minus ſummi digiti excoriati viſentur; mortuus enim iam cum morte non colluctabitur.

Quod vero ad cadauera ſubmerſorum ſpectat, quæ aquæ innatant tumida, tumorem illum habent non ab aqua hauſta aut alio contenta, ſed a vapore, in quem putredinoſi caloris vi magna humorũ corporis portio conuerſa eſt. Itaque is tumor non in omnibus apparet, qui mortui in aquas præcipites dati ſunt, ſed in iis tantum, qui ſitu & vligine aquæ corrupti, longo tandem poſt præcipitum tempore, apparent, & in littus eiiciuntur.

Qualia vero appareant circa eos, qui vapore accenſorum carbonum ſuffocantur, & à qua arte de his renuntiationem contexere te oporteat, ſequenti hiſtoria poteris intelligere.

In his, qui carbonum vapore ſuffocabantur.

Annò Domini 1575. die decimo Martii, vocatus fui cum Roberto Crealmo Doctore Medico à A
domino Hamelio patrono in Senatu Pariſienſi, qui inuiſerem & renuntiarem de duobus ſuis ſeruis,
quorum vnus ſcripturis operas dabat, alter ſtabulo. Hos tota familia rebatur mortuos, quia ipſis arte-
riarum pulſus non percipiebatur, extrema totius corporis frigebant vox & motus perierant, facies liue-
bat, nec pulſati aut etiam violenta manu depilati excitabantur. Omnes igitur ipſos pro mortuis habe-
bant, quæſtio tantum erat de mortis genere: herus enim eos ab aliquo ſtrangulatos ſuſpicabatur: alii i-
pſos mutuo ſibi animam manibus percluſiſſe opinabantur: alii denique ſubita apoplexia prehenſos phi-
loſophabantur.

Ego vero extemplo quæro, num ignem ſuccenſis carbonibus excitaſſent. Ad quod verbum arri-
gens aures herus, dum anxie per omnes conclauis angulos veſtigat (erat autem conclaue valde anguſtũ
& vndique clauſum) ſcaphium figulinum ſemiuſtis carbonibus plenum reperit. Quo viſo omnium vna
vox fuit tantæ calamitatis cauſam extitiſſe, malignum fumum & vapores venenatos, qui ipſos, ſpiritalis
velut animæ ductibus ſuffocaſſent. Admota igitur manu cordis regioni, cum ex calore ſuperſtite & pul-
ſatione, licet exigua, in ipſis adhuc animam inhærere, animaduertiſſem, ſuccurrendum primo quoque
tempore ſtatuimus. In primis igitur os, quod obſtinata dentium adhæſione obſeratum erat, arte diduxi- B
mus, in idque tum cochleari, tum fiſtula argentea aquam vitæ pluries deſtillatam expreſſimus, cum diſ-
ſoluta hiera & theriaca: ad frequentes hauſus medicamenti, nos gulamque expreſſione ... motu ...
concuti cœperunt, multoſque excrementitios, mucoſos, ac viſcidos humores ore & naribus reddere, v-
na pulmone ipſis tanquam in gutture feruente. Tunc igitur vomitorium ex multo oxymelite propinauimus,
dorſumque ad vltimam ſui vertebram, & primam lumborum, manu & genu crebro & violenter pulſa-
tum (in hanc enim partem obuertitur oſtiolum ventriculi) vt vomitu ſtringerentur, ac ſtomachi concuſ-
ſione cogerentur ad vomitum. Nec nos iſte conatus fefellit, nam excreto phlegma viſcidum, ac flauum,
ſpumoſumque ſanguinem excluſerunt.

Liquoris expreſſio ægrũ velut a mortuis excitãs.

Sternutatoria.

Sed his minime contenti, canna anſerinæ pennæ euphorbium in puluerem tritum in nares inſuf-
flauimus, vt cerebri excretrix facultas ad excretionem eorum, quæ in ipſo oppreſſionem faciebant, pro-
ritaretur. ſtatim itaque ſternutatione concuſſum cerebrum inſuper oleo Chymiſtarum de menta parato
& faucibus adſtricto ſtimulatum, mucoſa multa per nares expulit. De cætero illis conſultum eſt brachio-
rum, crurum ac ſpinæ frictionibus, clyſteribus acrioribus quorum vi exonerata aluo copioſe, mox loqui C
cœperunt, ad oblata conuenienter reſpondere, & ad ſe redire. Quibus in omnibus rebus perficiendis, ſtre-
nuam nobis operam nauarunt Iacobus Guillemeus Regius & Pariſienſis Chirurgus, & Ioannes a ſan-
cto Germano Pharmacopola fidus, diligens & induſtrius.

Cardiacorũ vſus & effectus.

Poſt meridiem quo res fœliciter cœpta, feliciore exitu concluderetur, vocati ſunt Ludouicus Theo-
baldus & Ioannes Altinus Doctores Medici doctiſſimi, & artis operibus clari, qui de cæteris, quæ agen-
da ſupereſſent, communi nobiſcum conſilio ſtatuerent. Hi probatis omnibus, quæ egiſſemus, cenſue-
runt ipſis dehinc conſulendum eſſe cardiacis, quæ laudabilium humorum generatione, non modo ſpi-
ritus nouos ſufficerent, ſed etiam eos, qui in corpore ſupereſſent, tenuarent, & ex caliginoſis illuſtriores
redderent. Reliquum conſultationis conſumptum eſt in tam calamitoſi effectus cauſa exquirenda.
Carbonum enim accenſorum fumo & nebuloſo vapore homines ſuffocari, nouum non eſſe aiebant.
Scriptum namque Legi apud Fulgoſium, Volaterranum & Egnatium, Iouinianum Imperatorem me-
dia hyeme Romam properantem, feſſum de via in pago Dadaſtanis, qui Bithynos à Galatis diuidit, de-
cubuiſſetq; in cubiculo recens conſtructo, & calce incruſtato, in quo ob id calcis ſeſiccandæ gratia ma- D
gna vis carbonum ſuccenſa fuerat eam vero noctem vltimam in vita poſtremam fuiſſe; ſuffocato nempe ipſo
de nocte media tetro illo ignis carbonarii vapore, imperii ſui octauo menſe, ætatis vero anno trigeſimo,
vigeſima die Auguſti.

Lib. 9. c. 12. Lob. 4. Hiſtoria.

Quanquam quid eſt neceſſe, Veterum exempla referri, cum non ita à multis annis in ædibus Io-
annis Benini aurificis in flexu pontis Numulariorum commorantes, tres ſerui interierint propter car-
bonarium ignem in anguſto, & ſine camino conclaui, in quo dormiebant, accenſum. Quod ad cauſas
attinet, hæ in medium productæ fuere. Nonnulli in ea ſententia fuerunt, vt exiſtimarent, id ſolo carbo-
narii vaporis vitio contingere, qui loco perſpiratione prohibito conclauſo, ſimilia, quæ multi vapor,
ſymptomata inuehit, nempe capitis dolorem & vertiginem. Vtrumque eiuſmodi vaporum genus præ-
terquam quod crudum eſt, earum rerum inſtar, à quibus effertur, tum etiam citiſſime poteſt neruorum
principium implere, adeoque conuulſionem ſubſtantiæ ſuæ craſſitie, excitare. Sic etiam Hippocrates de
illis ſymptomatibus, quæ vini vapore fiunt, locutus ſcripſit: *Si ebrius quiſpiam derepente obmutuerit conuulſus*
moritur, niſi febre corripiatur, aut niſi vocem recuperet tunc, cum crapula ſoluuntur.

Sect. 5. aph. 5.

Ratio remediorum antea præſcriptorum.

Eodem plane modo vapor carbonarius occupato cerebro adoleſcentes illos velut immobiles & omni
ſenſu orbatos reddiderat, breui morituros niſi remediis, calidis in os nareſque ingeſtis, vaporis craſſities E
attenuata fuiſſet, & excitata facultas expultrix ad omnia ea, quæ moleſtiæ erant, excernenda ac quamuis
prima facie appareant præ cæteris partibus pulmones læſi inſpiratione maligni vaporis, tamen pro-
pius intuentibus perſpicuum futurum, eos non laborare, niſi per cerebri inſigniter & maxime hic
affecti ſympathiam. Argumento eſſe, quod ſtatim vocis, ſenſus & motus interceptio ſecuta eſt.
Quæ ſymptomata non contingunt, niſi intercepto neruorum principio, materiæ alicuius præter na-
turam incurſu. Ac quemadmodum apoplectici non moriuntur, niſi reſpirationis defectu citra vl-
lam pulmonũ offenſam, ſic his iuuenibus mors in propinquo erat propter interceptam reſpirationem,
non vllo pulmonum vitio, ſed cerebri & neruorum ſenſum & motum toti quidem corpori, maxime ta-

Qui moriantur apoplectici.

men

A men inſtrumenti [illegible]. Alii contra cerebrum culpa vacare contendebant, atque huius calamitatis culpam [illegible] intercep[illegible] enim ob [illegible] pulmonum [illegible] a corde ad cerebrum p[illegible], materiam de ſe ſpiritui animali amplius ſuppeditare non poterat. Hinc eſt, quod [illegible] ſuffocati mouebantur [illegible] reſpirationis, [illegible] defectu. Ne[illegible] quam quod [illegible] cor non poterat ſeſe expedire [illegible] ſubgine [illegible] carbonarii huius vaporis [illegible], inſpiratio [illegible] commode [illegible] non poterat. [illegible] aere [illegible] in corpus [illegible], aer vero [illegible], vt quod [illegible] contraſtare [illegible], nempe vt cordis [illegible] ardorem temperet, debet quatuor conditiones [illegible]. Prima, vt ſufficiente copia & quantitate in corpus trahatur: Secunda, vt qualitate [illegible] vel temperatus: Tertia, vt conſiſtentiæ [illegible] & mediocris. Quarta, vt ſubſtantiæ [illegible]. At quatuor illæ conditiones [illegible] in conclauiſſo iacentes iuuenes [illegible]. Primum enim quantitate paucus erat, quod [illegible], quod in tam anguſto [illegible] magnam partem [illegible] carbonario abſorbebatur [illegible], quam qui [illegible] temporis momento [illegible]. Deinde [illegible] aut temperatus non erat, [illegible] quaſi [illegible]. Tertio conſiſtentia [illegible] erat, quam par eſt, admixtione ſcilicet [illegible] vaporis carbonarii [illegible], vt [illegible], & prompte excipiat formas atque impreſſiones [illegible] corporum. Denique ſubſtantia [illegible] erat [illegible], & toto genere aereæ corporis noſtri ſubſtantiæ [illegible]. [illegible] carbo ex lignis [illegible] in ſoſſa ſubterranea accenſus, moxque in proprio & [illegible], quemadmodum [illegible] carbonarium faciebant.

Hæ virorum doctiſſimorum opiniones [illegible] non omnino conſentientes videbantur, ſuis tamen ambæ rationibus [illegible]. [illegible] talem [illegible] ductus illos, qui partibus thoracis & cerebro communes [illegible] vaporis carbonarii [illegible] obſtructos [illegible], ex quo contingebat, vt ambæ illæ partes in vitio eſſent, cum illarum, vt & reliquarum omnium corporis partium, tantus ſit conſenſus & connexio mutua, vt [illegible] auxiliis ſaluæ & incolumes diu ſtare nequeant, propter [illegible] quæ [illegible] ſuis partibus eſt, [illegible]. Quare cerebri ventriculis, pulmonum [illegible] & carotidibus [illegible], ſpiritus vitalis ingreſſum cerebrum, & animalis inde [illegible] prohibebatur [illegible] facultatum corpori ad vitam neceſſariarum [illegible].

[illegible] ſæpe quæſtio in iudicio de fœminarum virginitate, qua de re difficile admodum [illegible]. [illegible] Primum n. virginitatis [illegible] membranam [illegible] tam alte ſubeat [illegible]. Deinde [illegible] angustiorem & contractiorem [illegible] membrana illa res eſt [illegible] reperiatur. Iam vero pro corporis [illegible]. [illegible] omnium corporis [illegible] proportio [illegible] & [illegible] bene ordinata commenſuratio.

Scriptum prodidit [illegible] nomine Ioanna du Perre, [illegible] Regis [illegible] collectori. Quod argumentum e[illegible] annos, quam aliæ permultæ anno [illegible] ſed & plerique [illegible] nempe [illegible] proprio digito, vel [illegible] nodulo, vel [illegible]. Nec vero lactis mammis prouentus [illegible] *[illegible] ſi [illegible] mulier, [illegible].* Quin & prodit [illegible] quibus lac in mammis [illegible] copia [illegible] poſſit.

Scribit Cardanus, vi[illegible] Venetiis Antonium B[illegible] annos natum, cui lac in mammis colligebatur [illegible] copia, [illegible] alendo infanti, adeo, vt non [illegible], modo ſed & impetu, [illegible]. [illegible] Videant Medici ac Chirurgi ne [illegible] impudenter in errorem, non tam iudicibus, quam [illegible] præcipitent. Quod ſi quis præterea deſideret noſſe, num cui propinato veneno mors ſit accelerata, repetat ex [illegible] & proprio tractatu ſingulorum venenorum ſymptomata & indicia. Cæterum quo ſit facilior hæc renuntiationum contexendarum doctrina, placet exempla ſubiicere, ad quorum imitationem alia tyro Chirurgus deſcribere poſſit. Primū exemplar erit de mortis conſecutione, alterum de ancipiti mortis & vitæ indicio, tertium de membri impotentia, quartum de multorum membrorum læſione.

Ego. A. P. Chirurgus Pariſienſis hoc die 20. Maii mandato Senatus, contuli me in ædes Ioannis Broſſe [illegible] in lecto iacentem [illegible] ex vulnere ſiniſtro tempore oſſi inflicto, cum fracturа, & effractura, ſeu [illegible] oſſis teſtularum ac meningum in cerebri ſubſtantiam depreſſione, quibus [illegible] ad pulſus paruitatem [illegible], conuulſio, [illegible] ſuperuenere cum deiecta appetentia. Ex quibus intelligere licet, certam & citam ipſi mortem imminere, in cuius rei fidem hanc renuntiationem propria obſignaui manu.

Manda-

Cur ad [illegible] ſpiratio non [illegible] conditiones.

Compoſitio [illegible] opinionum.

De ſignis virginitatis.

Lib. de [illegible] popul.

Arh. [illegible]

Lib. [illegible] de hiſt. animal.

Lib. [illegible] de ſubtilitate.

Elogium de morte.

A

F

C

D

F

De dubia ſalute.

Mandato Quæſitoris miſi Petrum Luceium, quem afflictum lecto comperi, vulneratum telo A
incidente in femore dextro. Eſt vero vulnus latitudinis trium digitorum, altitudinis autem tantæ, vt fe-
mur tranſadigat, inciſa ſimul vena & arteria, ex quo hæmorrhagia ingens ſuperuenit, quæ illi vires val-
de deiecit, crebram leipothymiam inferens. Totum vero femur tumet, liuet, & grauiorum ſymptoma-
tum metum facit, quæ cauſa eſt, cur hominis ſalus in dubio ſit.

De membri impotentia.

Mandato Cognitoris Regii profectus ſum in ædes Iacobi Barrei, qui fratrem eius germanum in-
uiſerem, hunc ego comperi ſaucium in poplite dextro, vulnere magnitudinis quatuor digitorum cum
tendonum crus flectentium, venarumque arteriarum & neruorum inciſione. Quare illum de vi-
ta periclitari renuntio, propter maligna ſymptomata, quæ eiuſmodi vulneribus ſuperuenire ſolent,
qualia ſunt dolor ingens, febris, inflammatio, abſceſſus, conuulſio, gangræna & ſimilia. Itaque ſo-
lerti & diligenti eget curatione, cuius beneficio ſi mortem effugiat, non eſt dubium, quin vitæ reli-
quum claudus ex læſæ partis rigore & impotentia fiat. Hocque ego de illo elogium propria manu du-
xi obſignandum.

De multorũ membrorum læſione elogium.

Nos Chirurgi Pariſienſes Senatus decreto hodie viceſima prima Martii, inuiſimus nobilem Lu-
douicum Vartomanum, quem quinque plagis ſaucium animaduertimus. Prima capiti ad medium os B
frontis incuſſa magnitudinis eſt trium digitorum, penetratque ad ſecundam vſque laminam, ſic vt i-
pſi tres eiuſdem oſſis teſtulas auellere coacti fuerimus. Altera in tranſuerſum dextræ genæ adacta ab
aure ad medium naſum vergit, quo nomine quatuor locis acu impulſa ſuturam illi moliri opus fuit.
Tertia medium ventrem occupat, magnitudinis duorum digitorum, altitudinis vero, quæ in eiuſdem
capacitatem deſcendat, adeo, vt omenti portio nucis iuglandis craſſitie per eam elapſa, quia naturali
calore plane deſtituta liuebat & computruerat, nobis reſcindenda fuerit. Quarta ſiniſtrum metacar-
pium obſidet magnitudinis quatuor fere digitorum, cum eius loci venarum, arteriarum, neruorum &
portionis oſſium exciſione, quo fit, vt illa manu licet & mutilus futurus ſit, de cætero caute & diligen-
ter, vt ars docet & res ipſa poſtulat, curandus. Iam vero quoniam ſpinali medulla læſa nunc manu, nunc
crure mutili redduntur homines, ſcire te oportet, ſpinalem medullam tanquam riuum à cerebro de-
currere, diſtributionis neruorum gratia, qui ſenſum ac motum ſubiectis omnibus capiti partibus diſtri-
buerent. Quare ſi ex ſpinali medulla læſa brachia & manus ægro reſoluantur ac ſtupeant, vel ſenſu pla-
ne deſtituantur, ſignum eſt læſionis eorum neruorum, qui à quinta, ſexta & ſeptima ceruicis vertebris
exeunt. Quod ſi eadem accidentia femori, cruri ac pedi ſuperueniant, cum perfrigeratione, ſic, vt excre- C
menta præter voluntatem ſine ſenſu ægro effluant, vel etiam penitus ſupprimantur, ſignum eſt neruo-
rum, qui à lumborum & oſſis ſacri vertebris prodeant, læſorum, adeo, vt facultas animalis ſenſum &
motum vniuerſo largiens corpori, & veſicæ ac ani ſphincteri muſculo conſtrictionis atque explicatio-
nis beneficium inferens, in illis partibus relucere nequeat, quibus ex cauſis cita mors venit, ſi maxime
ſpirandi vna difficultas adfuerit.

Quæ ſpinalis medulla parte læſa pedes, manus aut ſphincteres reſoluantur.

Cautio in elogio de fœtu & fœtu mortuo deſcribẽdo obſeruanda.

De fœtu cum fœta necato relaturus, vide diligenter, vt diſerte enunties, num fœtus omnibus ſuis
partibus & membris completus, perfectusque tibi apparuerit: vt iudices pœnas eius, qui læſit, peccato
æquas irrogent. Longe enim grauior pœna debetur ei, qui fœtum omnibus numeris ſeu membris abſo-
lutum, id eſt, anima infuſa viuentem, necauit, quam qui embryonem ſuffocauit, nempe effuſi ſpermati
humoris, quandam in bullas concretionem, ſine anima, ſine corpore organico. Illum enim morte nem-
pe vt animam pro anima redderet, hunc vero pecunia mulctauit Moſes. Sed placet appoſito exemplo
hoc genus renuntiationis illuſtrare. Ego iuſſu Iudicis Prætoriani miſi nobilem mulierem Margaretam
Vlmariam, quam lecto afflictam magna febre correptam, cum conuulſione & ſanguinis per muliebria
fluxu deprehendi, propter vulnus in ventre inferiore ſub vmbilico parte dextra inflictum, in ventris ca- D
pacitatem ſubiectumque vterum penetrans: quo factum eſt, vt ante ſuum & à natura deſcriptum tem-
pus, maſculum membris omnibus completum enixa pepererit mortuum, eodem illo vulnere, pertuſo
fœtus cranio, in cerebri medullam peruadente. Quæ res breui & puerperæ ipſi mortem eſt allatura. In
cuius rei fidem hoc elogium propria manu obſignare placuit.

De fœta cũ fœtu enecta elogium.

*Quæ ſit ars Embammatibus condiendorum, ſeu aromatis ac balſaminis vnguentis tingen-
dorum cadauerum.*

Scytharum in condiendis cadaueribus ſtudiũ. Lib. 4.

STatueram in Renuntiationum tractatu magnum hoc opus terminare, ſed melior cogitatio ani-
mum meum ſubiuit, nempe hominem, quem curandum à primo ortu ſuſceperam, ad extremum
& tumulum vſque perducere, vt nihil hic deficeret, quod Chirurgus circa corpus humanum, ſeu vi-
uum, ſeu mortuum, moliri ex inſtituto poſſet. Profecto vix vlla vnquam tam barbara natio exti-
tit, quæ nonmodo de condendis, ſed etiam condiendis cadaueribus ſollicita non fuerit. Non ipſa
quidem Scythica gens, quæ tamen barbarie & immanitate reliquas ſuperaſſe videtur: non enim Scy-
thæ (authore Herodoto) Regis ſui cadauer ante inhumant, quam exenteratum & cupreſſo tuſo thure, E
petroſelini & aniſi ſeminibus fractum cera obliuerint. Eadem cura Æthiopum quoque mentes perua-
ſit. Amicorum enim cadauera vbi interaneis & carne expediuerant, gypſo obducebant, ipſiſque ſic in-
cruſtatis mox, opere tanquam tectorio, colores appingebant, qui defunctos ad viuum exprime-
rent: hac arte ornatos columna vitrea & caua includebant, vt pyxidati, per medium vitrum appare-
rent, neque interim odore tetro ſpectatores à ſe auerterent. Annum inde integrum penes ſanguine
proximos erant, qui ipſis interim libabant, & ſacra faciebant. Exacto anno extra vrbem efferebant,
& circum mœnia in ſua quoſque cella collocabant, vt narrat Herodotus. Sed longe alius pia hæc de
defunctis cura Ægyptiorum, quam cæterarum nationum animos ſubiuit. Patrium enim memoriæ con-
ſeruandæ

Æthiopum de cadaueribus humanis cura.

A ſeruandæ adeo ſtudioſi fuerunt, vt ipſorum integra cadauera aromaticis vnguentis condirent, & in perlucidis vrnis ſeu cellis vitreis locata in eminentiore & honoratiore ædium ſuarum parte ſtatuerent, quo aſſidue obuerſarentur oculis, eſſentque tanquam monumenta & ſtimuli ad paternas & auitas virtutes imitandas. Quin & aromaticis ſeu balſaminis vnguentis ſic delibuta pignoris certiſſimi erant loco, ſic vt ſi quibus Ægyptiis opus eſſet grandi pecuniæ ſumma, eam facile a notis & vicinis impetrarent, alicuius defunctorum parentum cadauere oppignerato. Ita enim demum certus erat creditor pignerarius, vitam potius ei, qui pignus dediſſet, quam fidem defecturam. Quod ſi cui omnia adeo infœliciter ſuccederent, vt pignus per inopiam repignerare non poſſet, ſed deſerere cogeretur, in vitam reliquam ſic apud omnes infamis erat, vt tanquam aqua & igni interdictus, & capite minutus ex libero ſeruus ... omnium conuitiis & probris appetitus, indignus hac luce & hominum conſortio haberetur. *Lib. 3. Ægyptiorum defunctorum cadauera pietas.*

Et certe Ægyptii cum hanc, quam in his terris viuimus, vitam breuiſſimi momenti eſſe intelligerent, contentione ad eam facta, quam poſt animæ à corpore ſeparationem victuri ſumus, in ædibus, quas incolerent, extruendis negligentiores erant: in pyramidibus vero, quæ ipſis ſepulchri loco erant, exædificandis adeo ſupra omnem rationem ſumptuoſi atque magnifici, vt in vnius ex illis toto orbe fa- *Pyramidum Ægyptiarum ratio.*
B matiſſimis ædificiis extructionem, quam Cheopes Rex ſuſceperat, centena hominum millia ſingulo quoque trimeſtri per viginti continuos annos operas ſedulas darent: quinque ſtadia profunda erat, cumque quadrata eſſet in ſingula latera octingentos pedes lata viſebatur, totidem alta. Singula fere, quæ in eam coierunt, marmora triginta pedum erant, nobili & vario artificio ſculpta & cælata, quemadmodum narrat Herodotus.

Cæterum antequam cadauera tam magnificis ſepulchris mandarent, ea ſolemni apparatu ad Salarios & Aromatarios, qui id munus ſtipendia de publico accipiebant, deferebant. Illi ipſa aromaticis ac balſaminis vnguentis oblinebant, & quas feciſſent exectiones, conſuebant, mox ſale aſpergebant, & ... ad ſeptuaginta dies operiebant: quibus exactis inde exempta abluebant, & ſorde omni ... ſaleis bombycinis gummi quod in conglutinatis inuoluebant, tumque recepta, conſanguinei feretro ligneo in humanam effigiem exculpto locabant. Iſte ſacer is & ſolemnis erat condiendorum ac condendorum cadauerum apud Ægyptios paulo ditiores ritus. Hoc eodem ſtudio incitati noſtrates Galli Regum & magnatum cadauera aromatibus infarciri, & balſaminis vnguentis lutari curant. Quem morem pie & chriſtiane, vt reliqua, ex veteri & nouo teſtamento, ac Iudæorum ex veteri & lau- *Lib. 2. Gallorum & Iudæorum pia de defunctorum cadaueribus cura.*
C data conſuetudine vſurpaſſe videntur: legere enim eſt in nouo Teſtamento, Ioſephum ſindonem emiſſe, Nicodemum vero vnguentum aromaticum ex myrrhe & aloes libris centum contuliſſe, vt Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri corpus vngerent & ſepelirent, quemadmodum mos erat Iudæis, in ſymbolū & argumentum eius renouationis & futuræ integritatis, quam ex reſurrectione mortuorum ſperabant. Quod ipſum à maioribus ſuis per manus traditum Iudæi acceperant, Ioſephus enim in veteri Teſtamēto Medicis ſuis edicit, vt patris ſui cadauer aromatibus condiant. *Ioan. 19. 39. Geneſ. 50. 2.*

Cæterum aromatibus ad æternitatem condiendum corpus ante omnia exenterari debet, corde ſeorſim habito, vt per ſe conſanguineorum arbitrio condiri poſſit. Cerebrum quoque, ſerra diuiſo cranio, auellendum eſt. Hinc profundis plagis ſecundum brachiorum, femorum, crurum & dorſi, lumborum ac natium longitudinem diducendum eſt, præſertim qua parte venæ maiores & arteriæ excurrunt, primum quidem, vt ſic exprimatur ſanguis, qui alioqui corrumperetur & putredinis initium atque occaſionem reliquo corpori præberet; deinde, vt puluiſculis aromaticis inſpergendis ſit locus, inde totum lauandum eſt ſpongia imbuta aqua vitæ, & acri aceto, in quo incoxerint abſynthium, aloe, colocynthis, ſal commune, & alumen. Tum illæ plagæ, corporiſque ductus & hiatus omnes atque tres ventres infer- *Ratio condiendorum ad æternitatem cadauerum.*
D ciendi erunt aromatibus ſequentibus craſſiuſcule puluerатis.

℞ pul. roſar. chamæm. mel. l. balſami, menthæ, aneth. ſaluiæ, lauend. roriſm. maioran. thymi, abſynthii, cyperi. calami aromatici, gentianæ, ireos flor. aſſæ odoratæ, caryophyll. nucis moſchatæ, cinamomi, ſtyracis calamitæ, benzoini, myrrhæ, aloes, ſantal. omnium, quod ſufficit, conſuantur plagæ & hiatus, ne quid excidat. Mox totum inungatur terebinthina liquefacta cum oleo chamæmelino & roſaceo, additis, ſi videbitur, oleis aromaticis per quintam eſſentiam extractis, iterumque conſpergatur puluere commemorato. Inde ſindone inuoluatur, hinc tela cerata. Denique capſa plumbea fideliter ferruminata componatur, herbis odoratis ſiccis plena. Quod ſi non adſit copia commemoratorum aromatum: vt fere contigit in oppidis obſeſſis, puluere contentus erit Chirurgus ex calce extincta, cinere communi, vt quercino conflata. Sic enim cadauer inſuper forti aceto aut lixiuio lotum, in multum tempus aſſeruabitur, modo calor ingens & colliquans non vigeat, aut non reponatur in loco calido & humido. Atque iſthæc temporis & loci conditio cauſa eſt, cur principum & Regum cadauera, multa quantumuis arte & impenſa condita, intra ſex aut ſeptem dies, quibus poſt condituram populo ſpectanda ſeruantur, antequam inhumentur, adeo grauem odorem ſpirent, vt cum nemo ferre poſſit, ſic vt neceſſe habeant, *Quibus condire cadauera oporteat in aromatū inopia. Cur regum noſtrorum cadauera quamlibet cōdita intra paucos dies corrumpantur.*
E plumbeo feretro recondi. Confluentis enim ad ſpectaculum populi multitudine, & funalium diu noctuque accenſorum calore, adeo circumfuſus incaleſcit aer, vt diſſipato, quod reſtabat, natiui coloris tenui veſtigio facile putreſcant, præſertim cum rerum aromaticarum liquore non ante imbuantur & macerentur, quemadmodum Ægyptiis olim in more fuiſſe, dum in ſalſilagine per ſeptuaginta dies continebantur, ante ex Herodoto prodidimus. Hac ego ratione admonitus, ſoleo, quo conditura ad æternitatem melior ſit, cadauera euiſcerata & ſtylis acutis, quo altius, in ipſa ſubeat liquor putredinem arcens, compuncta, in cupam ligneam forti aceto decoctionis rerum aromaticarum & amararum, vt aloes, tuthiæ, abſynthii & colocyntidis plenam demergere, ibiq. ad viginti dies affuſis aquę vitę vndecim vel duodecim libris continere. Mox exēpta & in pedes erecta loco ſudo & ſicco aſſeruare.

Hac

Hac arte conditum ſuſpendioſi cuiuſdam à Quæſitore impetratum domi apud me cadauer habeo, A quod à pluſquam quinque & viginti annis perſtat incolume; adeo vt ſingulos dextræ partis muſculos (quos capite tenus execui, & pendulos à circumſtantibus diſtinctionis gratia, reuulſi, quo ipſos quotieslibet oculis luſtrare & manibus tractare poſſim, & ex recenti memoria, cum aliquid paulo operoſius mihi incumbit agendum, certius & tutius operari) numerare queas, parte ſiniſtra illibata, pulmonesque, cor, diaphragma, ventriculum, lienem, renes, barbam, capillos, imo & vngues, quos reſectos à me crebrius increſcere, & ad priorem mox magnitudinem redire animaduerti, integra intueri & obſeruare.

Atque immenſi huius noſtri laboris hæc meta, hæc per Dei gratiam ſit requies, cui ſoli optimo, maximo, immortali, & inuiſibili ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum.

Labor improbus omnia vincit.

FINIS TOTIVS CHIRVRGIÆ AMBROSII PAREI.

DE CHIRVR-

DE
CHIRVRGIA,

SCRIPTORES OPTIMI QVIQVE VETERES ET RECENTIORES, PLERIQVE ANTE HAC NON EDITI, POSTEA VERO TIGVRI.

Per

CONRADVM GESNERVM
IN VNVM VOLVMEN COLLECTI,
TANDEMQVE,

Per

PETRVM VFFENBACHIVM
REIPVBL. FRANCOFVRTENSIS AD MOEnum Phyſicum ordinarium,

Reuiſi & operibus Chirurgicis
AMBROSII PARÆI
adiuncti.

Singulos, qui hoc volumine continentur, autores cum ſuis ſcriptis, ſequens pagina enumerat.

Prodeunt
ANNO CIƆ IƆ CX.

TRACTATVS,

QVOS HÆC CHIRVRGIA CONTINET,

Sunt

JOANNIS TAGAVLTII Ambiani Vimaci, Medici Pariſienſis Excellentiſsimi, inſtitutionum chirurgicarum libri quinque, quibus totum, Guidonis Cauliaci Chirurgicum volumẽ continetur, ſed multo copioſius & pro barbaro obſcuroq; iam Latinum, elegans & expeditũ.

JACOBI HOLLERII Stempani, Medici Pariſienſis præſtantiſsimi, Liber de materia Chirurgica, qui liber ſextus inſtitutionum Chirurgicarum intitulatur.

MARIANI SANCTI Barolitani, Itali, artium & Med. D & Chirurgi ſuo tempore in Italia celeberrimi, compendium Chirurgicum.

Tractatus de capitis leſionibus à Chirurgo curandis.

Libellus de calculo renum & veſicæ, eiusq; cauſis ſignis & curatione.

Libellus aureus de lapide veſicæ per inciſionem extrahendo.

Libellus de modo examinandi Medicos Chirurgicos.

ANGELI BOLOGNINI Profeſſoris Bononienſis de cura vlcerum libri duo.

Librum de vnguentis, quæ communis Chirurgorum vſus in ſolutæ vnitatis medela recipit.

MICHAELIS ANGELI Blondi Itali liber de partibus ictu ſectis citiſsime ſanandis & Medicamento aquæ nuper inuento.

De origine morbi gallici, deq; ligni Indici ancipiti proprietate aduerſus plurimorum opinionem.

ALFONSI FERRII Medici Neapolitani noſtro ſeclo clariſsimi, de ſclopetorum ſiue archibuſorum vulneribus libri III.

Corollarium de Sclopeti ac ſimilium tormentorum puluere.

De caruncula ſiue callo, quæ ceruici veſicæ ſolet innaſci opuſculum Chirurgis omnibus imprimis vtile.

IACOBI DONDI Medici Patauii præclari, quẽ Aggregatorem cognominant, enumeratio remediorum ſimplicium & compoſitorum ad affectus ferme omnes, qui à Chirurgo curantur.

Examen leproſorum AVTORIS INNOMINATI.

GVILIELMI FABRICII Hildani Paterniacenſis Chirurgi ordinarii, obſeruationum & curationum Chirurgicarum centuria.

Eiuſdem de combuſtionibus libellus.

IOANNIS TAGAVLTII
Ambiani Vimaci,
MEDICI PARISIENSIS
EXCELLENTISSIMI,

INSTITVTIONVM CHIRVRGICARVM LIBRI QVINQVE:

QVIBVS TOTVM GVIDONIS CAVliaci volumen Chirurgicum continetur, ſed multo copioſius & pro barbaro obſcuroq́; latinum, elegantius & expeditius factum.

Lib.
- I. Eſt de tumoribus præter naturam.
- II. de Vulneribus.
- III. de Vlceribus.
- IV. de Fracturis.
- V. de Luxationibus.

His acceſsit

IACOBI HOLLERII LIBER DE MATERIA CHIRVRGICA

Pro inſtitutionum chirurgicarum libro ſexto numeratus.

Prodeunt

ANNO CIↃ IↃ CX.

PETRI CRVSELII MEDICI in operis huius commendationem Hendecaſyllabum.

ARs chirurga diu malis magiſtris,
Lanfranco, Albucaſi, Guidone, Bruno,
Rolando, Rogero, Vigonioq́;,
Indignam male paſſa ſeruitutem
Cæcis delituit gemens tenebris,
Olim iam medicas duas ſorores
Emerſiſſe videns: gradu citato
Ad claros ſtudiis viros, & vſu
Illuſtres medico Lutetianos
Tendit, ſuppetias petens, opemq́;.
Cunctantur reliqui: Tagaultus vnus
Afflictæ lachrymas, dolens, vicemq́;,
Et ſordes, habitumq́; non herilem,
Ornatu decorat nouo, reducens
Denſis è tenebris, vt æmulari
Germanas merito queat ſorores.
Sic putres Arabum latus repurgat.
Nam quod Cous habet ſenex, quod ipſe
Huc ſpectans tot habet libris Galenus:
Hic totum poteris videre Lector,
Deſcriptum methodo breui. Proinde,
Summo (iudice me) eſt honore dignus
Vindex Pæoniæ Tagaultus artis.
Quo Chirurgia tam bono magiſtro,
Et doctore tibi expolita prodit.

IOAN-

IOANNIS TAGAVLTII VIMACI, MEDICI CHIRVRGI OLIM PRÆSTANTISSIMI ET EXERCItatiſſimi Inſtitutiones Chirurgicæ.

Autoris præfatio ad lectorem

Guidonis Cauliaci Chirurgice.

Chirurgicen Guidonis Cauliaci, abhinc centum & ſeptuaginta annis, tanto apud Medicos iuxta ac chirurgos in precio habitam, vt penitus fere eius artis candidatis prælegi. Quam, cum tot paſſim erroribus ac mendarum portentis ſcatentem, tamq; inculta, ſqualenti, atque impura barbarie conſperſam, ne dicam conſpurcatam, reperiſſem: tum in animum induxi meum, opus eiuſmodi, ab illis, quibus ita refertum erat, erroribus repurgare, & à vocabulis illis ſordidioribus, atq; ex intima fere plebe in ſermonis vſum acceptis, ſi quando per ocium liceret, pro mea virili parte, vindicare. Videbam enim pleroſq; omnes, qui in diſciplinis humanioribus, & elegantioribus literis probe erant inſtituti, fœdam eiuſmodi, atque impuro nimis ſermone traditam chirurgiam auerſari, ab eiuſq; lectione, vel in ipſo veſtibulo aditúque, perterritos, ſtatim ſe ſubducere. nimirum exiſtimantes (nec aliter quidem) diſciplinam omnem detracto cultu orationis ſordeſcere. Contra autem conſiderabam, chirurgicos hoſce commentarios, remedia quam plurima, ad eos affectus, qui manus operam deſiderant, longe optima & efficaciſſima continere: ac methodo, tum ad recte docendum, tum ad facile diſcendum aptiſſima conſcriptos eſſe. Itaque operis huius non pœnitendi, nec vſque adeo (vt exiſtimo) aſpernandi [illegible], eo conſilio ſuſcepi, vt ipſum à mendis, quibus ſcatebat, ſordioribus vindicatum, velut [illegible], & quanta maxima poſſem diligentia ac fide recognitum in lucem proferrem. Plurima igitur ex Galeno & Hippocrate à Guidone ipſo decerpta, deprauate ac perperam ex vetere illo barbaro interprete citata, vel ex doctis & fidelibus Latinis interpretibus in eam germanam reſtituimus, vel ad ipſa Græca exemplaria in Romanum ſermonem fideliter conuertimus, eaque non raro, ſi quando obſcuriora apparebant, ſermone magis dilucido explicauimus: quæ vero breuitas ſuppreſſerat, aut ambigua effecerat, ſic expreſſimus, vt omnis ambiguitas tolleretur. Corruptas morborum pene omnium, de quibus diſſerebat, & remediorum præſertim ſimplicium voces [illegible], & alias magis germanas, lectis, & propriis tum Græcis, tum Latinis in locum illarum ſuffecimus. Ad hæc, locos quamplurimos denſiſſimis obſcuritatis tenebris obductos, penituſque retrudos in claritatem, non mediocri labore & diligentia [illegible], & Arabicis aliud longe ſignificantibus turpiſſimo [illegible], & explicauimus. Romanas quoque etymologias, Græcis vocibus ineptiſſime attributas, reiecimus, & veram illis interpretationem ex probatis authoribus iuxta linguæ vtriuſque proprietatem adiecimus. Quæ falſo erant ab eo poſita, erant autem non parum multa, emendauimus, & rationibus firmiſſimis, adiectis etiamnum claſſicorum authorum ſententiis ad rem vel maxime facientibus, refutauimus. In reliquis, quæ craſſam nimis ſupinamque barbariem reſipiebant, ea paulo terſius, ac nitidius, ne lectori ſordeſcerent, expreſſimus. Denique Guidonis commentarios de chirurgia conſcriptos, ex puriſſimis Græcorum, videlicet Hippocratis, Galeni, Pauli Æginetæ, & Aetii Amideni fontibus, ac longe eruditiſſimis, atq; elegantiſſimis Cornelii Celſi de re medica libris, ita locupletauimus, & illuſtrauimus, à mendiſque illis ſordidioribus, ac portentoſis erroribus, quibus paſſim deformati erant, expurgauimus, vt non iam amplius Cauliaci illius opus, ſed noſtrum merito ab omnibus dici & æſtimari poſſit. Quod & me etiam tacente facile videbunt, ac niſi iniqui fuerint æſtimatores, ingenue fatebuntur, quicunq; noſtras has inſtitutiones chirurgicas accuratius perluſtrauerint, & eas cum ſcriptis Guidonis conferre non fuerint grauati. In quibus (fateor) ordinem illum à Guidone conſtitutum (quod nobis, vt ſupra diximus, longe optimus videretur) vbique fere obſeruauimus. De quo nonnihil modo, quando id præſens locus poſtulare videtur, obiter dicemus.

Ordo.

Itaque à definitione eius ipſius, de quo agitur, iuxta Philoſophorum præceptum, ſemper auſpicamur. Mox quod iam definitione explicatum eſt, in ſuas differentias diuidimus. Poſt hæc cauſas, ſigna, & iudicia cuiuſq; ſubiicimus. Deniq; vniuerſalem curandi rationem apponimus. His ſic abſolutis, differentiæ illæ primæ ac (vt ita dicam) genericæ, propria etiam definitione circumſcribuntur, & deinceps

in ſuas veluti fibras finduntur, quæ notis cuique peculiaribus ſcite deſignantur præſagia [illegible] A
que propria notantur, poſtremo curandi methodus [illegible] deſcribuntur. [illegible]
(meo quidem iudicio [illegible] [illegible] Cæterum [illegible] [illegible]
dum eorum affectuum, quæ chirurgi [illegible] quod hæc abunde [illegible]
rationali medicina probe [illegible] & [illegible] ſingularum partium affectarum
temperaturam, ſitum, connexum, [illegible] figuram, actionem, vſum, & ſi quæ [illegible] alia ex [illegible]

Anatome.

Medicorum, ſed Galeni maxime, didicerunt. [illegible] quatenus in ſingulis partibus mederi [illegible] differere. Anatomen quoque [illegible] cognitionem primis chirurgo eſt neceſſaria, prætermiſimus, quod hæc in longe eruditiſſimis ac prope diuinis Galeni commentariis *de vſu partium corporis humani*, & *libris eiuſdem de anatomicis adminiſtrationibus* ac quibuſdam, etiam aliis, ſumma tum arte, tum eloquentia [illegible] vt reliquos [illegible] qui hac de re noſtra memoria ſcripſerunt amplißime, ac fideliſſime [illegible] exponatur. Verum [illegible] di libris plurima ſint, quæ valde multis [illegible] vero aliis prolixe nimis dicta, & parum ad Chirurgum pertinentia videntur, [illegible] commentarios [illegible] huius artis chirurgicæ ſtudioſis hominibus [illegible] atque vt his accedat anatome [illegible] B
mus deſiderari, quæ iam ante annos aliquot, [illegible] & facilitate [illegible]
tum ſatis eſt Chirurgo, conſcripſimus, alia [illegible] ne quid [illegible] in
publicum emittemus.

Stylus.

Quod autem ad ſtylum attinet, quo in hoc opere, quod totum ad docendum res, eaſque non indignas cognitu, eſt accommodatum, vſus ſum: non [illegible] religioſe [illegible] vt illum tam [illegible] delectum, tamque ſplendidum orationis cultum & [illegible] qui in communem vtilitatem aliquid ſcribunt, [illegible] eloquentiæ [illegible] tores, qui omnem dictionem atque orationem [illegible] quæ ex Tulliana officina deprompta non ſit, cum tamen Tullius [illegible] eloquentiam [illegible] iam neque Seneca [illegible] deſiderat, *niſi cum [illegible] magis [illegible] se proſequatur.* Cæterum & ſi res [illegible] quas [illegible] cultum & ornamenta dicendi admitterent, ne vacabat quidem, [illegible] commentarios [illegible] ſententias ita [illegible] expenderem, & adeo [illegible] Sed nec licet nobis [illegible] dilectis, qui ſeueriores Muſas colimus, [illegible] C
famæ [illegible] nobis [illegible] ſtudiorum [illegible]

Iacobus Syluius.

[illegible] nos ſubinde admonuit [illegible] Syluius, [illegible] vir [illegible] ineunte adoleſcentia mihi ſemper [illegible] medicinæ ſcientia præſtantiſſimus, vt copioſæ & eruditæ eius lucubrationes [illegible] recte iudico, effeci, vt ſtylus noſter neque [illegible] neglectus [illegible]

Libri duo poſtremi.

ſed temperatus & mediocriter cultus [illegible] duobus poſtremis libris, & paulo [illegible] ſit, & æquabilior, quippe quod in eis aliquantum plus laboris, & diligentiæ [illegible] in reliquis [illegible] mus, & quos ſequeremur authores, optimos habuerimus. Cæterum alia æditione, ſi dederit [illegible] nobis ocium, hoc, qualecunque eſt, opus [illegible] diligentius [illegible] vt in eo ſtyli diſparitas nulla, ſed eadem vbique [illegible] quod artis bene dicendi, atque etiam interpretandi primum caput eſt, [illegible] Sed iam [illegible] multa de præſenti operis materia, & methodo, deque toto labore noſtro [illegible] vel [illegible]

Liber ſextus

perfectus, aliorum eſto iudicium. Reſtat vt [illegible] cur liber ſextus [illegible] ad quem totus [illegible] quinque noſtris prioribus [illegible] noſtro nomine non fuerit [illegible] Id fuit in cauſa, quod dum D
importunis amicorum efflagitationibus vrgerer, vt quæ de re [illegible] ſcripſeram, ederem, non [illegible] tabam, ſextum librum adiungendum propterea quod [illegible] quandam [illegible] congeſtam habebam eorum, quæ ibi tractanda erant: [illegible] plurimis, & [illegible] & publi-

Iac. Hollerius.

cis occupatus, haudquaquam recognoſcere poteram. Itaque id [illegible] Iacobo Hollerio, [illegible] Medico, doctiſſimoque Philoſopho, & arte dicendi inſtructiſſimo, dedimus, qui ſic opus rude & inchoatum a me limauit, expoliuit, locupletauit, & [illegible] totum immutauit, vt [illegible] meum eſſe nequaquam agnoſcerem. Quocirca [illegible] nomine potius, quam noſtro, [illegible] id erat, cenſuimus euulgandum ne hominem nobis amiciſſimum debita laude, meritaque gloria fraudaremus. Tu Lector vtriuſque labore fruere,

& Vale.

E

IOAN-

A

JOANNIS TAGAVLTII MEDICI CHIRVRgici olim præſtantiſsimi & exercitatiſsimi

B

GENERALIS ET COMPENDIARIA CHIRVRGI INSTITVTIO, FACILI ET ARTIFICIOSA METHODO TRADITA.

IN perito, ac rationali chirurgo, duo potiſsimum deſiderantur. — *Duo in chirurgo deſiderari.*

1 Exacta cognitio eius partis tertiæ, therapeutices medicinæ: quæ, quia manu medetur, χειρουργικὴ Græcis nominatur.

2 Peritia, ac ſolers promptitudo, ſeu prompta quędam dexteritas exequendi ea omnia, quæ ad affectus Chirurgiæ ſubiectos attinent.

1 *Vt exacte cognoſcatur ſcientia, ſiue ars, quæ Chirurgia dicitur, ſcire oportet.* — *Quatuor ad chirurgiæ cognitionem neceſſaria.*

C

(1) Quid ſit Chirurgia.

(2) Quæ ſit ſubiecta Chirurgiæ materia, ſubiectum attributionis nominãt.

(3) Quis ſit finis Chirurgiæ.

(4) Quis ordo ſeruandus ſit in addiſcenda Chirurgia, ſeu quis ſit modus procedendi in diſcenda Chirurgia.

2 *Vt perite prompte, ac dextre exequatur Chirurgus, quæ ad artem quã exercet, pertinent eum cognoſcere oportet:*

[1] Quod nam ſit hominis chirurgici officium, hoc eſt, quas nam operationes in vniuerſum chirurgicus exercere debeat in humano corpore.

[2] Quomodo manuales ſuas operationes hic artifex exequi debeat.

[3] Methodum, ac media, quibus deuenire poſſit in cognitiones ſingularum operationum, quas exercere debet in humanis corporibus.

[4] Conditiones requiſitas, vt probe fiant huiuſmodi manuum operationes.

(1) *Porro cognoſcimus, quid ſit chirurgia, per* — *Quibus cognoſcatur, quid chirurgia.*

Rationem nominis, quam etymologiam Græci vocant.

D

Diuiſionem, quæ & partitio dicitur, ac diſtributio, diductiove,

Definitionem quæ oratio eſt eius ipſius, quod definitur, naturam breuiter, & aperte oſtendens atque explicans.

CHIRVRGIA, quod ad rationem nominis attinet, idem ſonat, quod manuum operatio. Dicta enim eſt ἀπὸ τῆς χειρὸς καὶ τοῦ ἔργου, id eſt, á manu & opere, vel ἀπὸ τῆς ἐργασίας, id eſt, ab operatione. Siquidem hæc ars manuum opere exercetur. Hinc chirurgus, & chirurgicus manualis operator, χειρουργὸς enim quaſi χειροεργὸς; & χειρουργία quaſi χειροεργία dicitur. — *Ratio nominis.*

Significat chirurgia, ſi nominis rationem ſpectes, manualis operatio, vel ars, quæ docet rectum vſum operationum, quæ in humano corpore manu exercentur.

Chirurgia bifariam diuiditur: Nempe in ſuas — *Diuiſio chirurgiæ duplex.*

Significationes diuerſas.

Partes.

Diuiſio chirurgiæ in diuerſas ſignificationes.

Prima.

E

Secunda.

Prima diuiſio chirurgiæ in diuerſas ſignificationes.

Chirurgia generaliter accepta.

Chirurgia ſpeciatim ſumpta.

Chirurgia generatim accepta, & conſiderata, eſt

Ars, quæ manus opera morbos, & eorum ſymptomata profligat.

Chirurgia vero preſsiore vocabulo, ac ſpecialiter ſumpta, eſt — *Variæ definitiones chirurgiæ.*

Tertium therapeutices, id eſt, facultatis curandi, ſeu medicinæ curatricis inſtrumentum, vel ſi mauis, pars tertia therapeutices, quę morbis medetur incidendo, vrendo, artus luxatos, & oſſa ſuis ſedibus mota in natiuũ locũ reducendo, atq; id genus alio conatu chirurgico, & manuũ artificio.

Hæc definitio communiter ſolet chirurgiæ aſsignari, & eſſentialis nominari.

Sed aliter quoque, ab omnibus fere recentioribus, tum Medicis, tum Chirurgis definitur, Nempe hoc modo: A

Chirurgia eſt ſcientia, quæ docet modum, & qualitatem operandi, præſertim adglutinando, ſeu conſolidando, incidendo, & alias id genus, quæ manu fiunt, operationes exercendo; Homines, quatenus licet, ſanitati reſtituens.

In introductorio vero medico hoc pacto diffinitur:

Chirurgia eſt aliem, vt proprie vocant, per diuiſiones compoſitionesque cum via quadam ratione ablatio: adhæc vulnerum, atq; vlcerum humano corpori accidentium curatio.

Alia definitio.

Nos autem ex ipſius ſubiecto, & fine ex quibus finitio omnis ſuſcipitur, breuem, apertam, & eſſentialem ſic illi nunc definitionem accommodamus:

Propria & eſſentialis chirurgiæ definitio.

Chirurgia, eſt ars, quæ ad humani corporis (cuius præcipue curam habet) aduerſam valetudinem, manus præſertim opera, & adminiſtratione, profligandam, comparata eſt. Vel ſic: Chirurgia eſt ars, quæ præcipue manus opera & artificio corporis humani morbos, ac vitia propellit.

Secunda diuiſio chirurgiæ in ſua ſignificata.

Secunda diuiſio Chirurgiæ, quantum ad illius ſignificata attinet, communiter talis ſolet aſsignari.

Chirurgia theorica.

Chirurgia practica. B

Chirurgia theorica eſt:

Scientia.

Quæ docet, & ſcientia dicitur.

Hæc enim per demonſtrationem acquiritur, & per cognitionem principiorum artis. Hanc autem quis habere poteſt, tametſi nulla vnquam artis opera exercuerit, vt peritus Medicus, qui ad vnguē tenet præceptiones artis chirurgiæ.

Chirurgia practica eſt:

Ars.

Quæ per ſcientiam, & rationem inuenta ſunt, manuali opera recte, ac prompte nouit perficere. Et hæc inter artes mechanicas annumeratur. In qua quidem nemo vnquam abſolutus eſſe poteſt, niſi qui in ea frequenter ſe exercuerit, & alios artis huius peritos, ſępiſsime viderit operari, ac quæ viderit, diligenter obſeruarit. Hanc nonnulli vſualem etiam appellarunt.

Diuiſio chirurgiæ in ſuas partes.

Diuiſio chirurgiæ in ſuas partes,

Generales,

Speciales.

Chirurgia quantum ad illius partes generales, gemina eſt: C

1 Exercens operationes in membris, ſeu particulis mollioribus.

2 Exercens operationes in particulis durioribus.

Partes chirurgiæ ſpeciales, ſunt ſcientia, quæ docet recta cum ratione operari, circa.

Tumores præter naturam.

Plagas, ſeu vulnera (adhuc cruenta.)

Vlcera.

Fracturas

Luxationes, ſeu dislocationes.

Et circa alia id genus, quæ manus operam deſiderant.

Subiecta chirurgiæ materia.

(2) *Subiectum attributionis chirurgiæ, id eſt, id, quod maxime, ac præcipue conſideratur in ſcientia chirurgica, & circa quod tota eius verſatur intentio, eſt*

Corpus humanum ſanitati, & ægritudini obnoxium, manus operam expoſtulans. Omnia enim, quæ ratione perluſtrat chirurgia, & manu facere docet, ad ipſius vtilitatem refert, & accommodat, Alia vero ratione conſideratum, ſubiectum eſt alterius ſcientiæ. D

Finis ſeu ſcopus chirurgiæ.

(3) *Finis ſeu intentio chirurgiæ, eſt*

Manus opera, & adminiſtratione, humani corporis morbos curatu poſsibiles profligare: Hunc autem ſcopum non ſemper aſſequitur, vt poſtea dicetur.

Modus procedendi in chirurgia.

(4) *Modus procedendi in diſcenda chirurgia,*

A communioribus ad particularia, ſiue ab vniuerſalioribus ad minus vniuerſalia.

A rebus notioribus ad obſcuriores, & minus notas, quod & in aliis ſimiliter diſciplinis obſeruari ſolet.

Hactenus de iis, quæ ad cognitionem chirurgiæ attinent. Nunc de iis, quæ ad eius executionem requiruntur. Et primum de operationibus.

Operationes ad ſcopum ſcientia chirurgica aſſequendum neceſſaria.

(2) *Operationes, quas exequi debet chirurgus, vt aſſequatur intentionem, ſeu ſcopum, aut finem, quem ſibi propoſuit, ſunt tres: Nempe*

1 Continuum diuidere, ſeu ſeparare.

2 Diuiſum ſeu disiunctum coniungere, atq; in probam vnionem reducere.

3 Superfluum demere. E

Continui diuiſio.

Porro continuum ſeparamus:

Incidendo, & excidendo.

Phlebotomando, hoc eſt, venam ſecando.

Scarificando.

Coniunctio diuerſi continui.

Disiunctum ac diuiſum coniungimus:

Vulnera glutinando (ſeu vt dicunt) conſolidando.

Luxata in locum ſuum adducendo:

Fracturas curando:

Superua-

A *Superuacaneum adimimus,* *Superfluũ ablatio.*
Tumores, qui præter naturam conſiſtunt, auferendo:
Ganglia, carcinomata, nodos, ſtrumas, myrmecias, & id genus alia radicitus extirpando:
Serorum humorem ex ventre hydropicorum educendo:
Sextum in manu, aut pede, digitum reſecando.

[2] *Manuales huiuſmodi operationes obire, atque exequi debet chirurgus:* *Modus exercendi manuales operationes.*
Cito, Tuto,
Iucunde, id eſt, citra dolorem,
Sine vlla fallacia, aut impoſtura:
Non lucri, aut corradendæ pecuniæ cupiditate, ſed pia quadam erga proximum affectione.
Sine vanis promiſſionibus de curandis morbis, qui prorſus inexpugnabiles ſunt, atque inſanabiles: cuiuſmodi ſunt cancri occulti & exulcerati, vel elephantiaſis, quæ iam inueterauit.

Rurſus vt tuto curet chirurgus, tria ſunt propria, quibus intentus ſit oportet:
1 Vnum, primumque, vt omnino abſolutionem operis conſequatur.
B 2 Alterum, vt ſicubi hunc non conſequatur, ſaltem cubantem non lædat.
3 Tertium, vt vitium non facile reuertatur.

[3] *Media, quibus chirurgus deueniet in cognitionem eorum, quæ illi agenda ſunt, tria ſtatuuntur à Galeno.* *Lib. 4. Metho med.*
1 Prima }
2 Secunda } Indicatio
3 Tertia }

1 *Prima indicatio (quæ inſinuatio eſt eorum, quæ agenda ſunt) ſumpta ex natura rei, cuius finis intentio dicitur.* *Prima indicatio quid ſit.*
Conſeruatio eius, quod ſecundum naturam eſt. Expulſio eorum, quæ præter naturam ſunt.

Secundum naturam ſunt, *Enumeratio eorum, quæ ſecundum naturam ſunt.*
1 Sanitas, id eſt, affectus ſecundum naturam ad efficiendum actionem idoneus:
2 Cauſæ ſanitatis.
3 Effectus ſanitatis, id eſt, actiones, quæ ſecundum naturam ſunt.
4 Vires, id eſt, natura, quæ præſens eſt, & aduerſus morbum certat.
5 Conſuetudo, quæ velut altera eſt natura,
C 6 Temperatura. Quæ omnia ſimilibus conſeruantur.

Præter naturam ſunt: *Quæ dicantur præter naturam.* *Lib. de ſymptoma. diffe.*
1 Morbus, id eſt, affectus præter naturam, per ſe, ac primo actionem lædens.
2 Morbi cauſa. Quæ non per ſe, ac primo, ſed per accidens, ac ſecundo (morbo interueniente) actionem lædit, & impedit.
3 Symptoma ſpeciatim ſumpto nomine, id eſt, accidens, quod morbum ſequitur, velut vmbra corpus.
Hæc autem per contraria expelluntur.

Expulſio morbi (cui proprie debetur curatio)
Simplicis,
Compoſiti, & implexi.

Expulſio morbi ſimplicis fit
Per applicationem eius, quod morbo contrarium eſt.

Prima igitur indicatio, à re præter naturam ſumpta, nobis inſinuatur ab ipſa contrarietate, vt *Prima indicatio ſumpta a re præter naturã, vnde inſinuatur.*

D Vnitio	à ſoluta continuitate.
Refrigeratio	à caliditate.
Calefactio	à frigiditate.
Humectatio	à ſiccitate.
Deſiccatio	ab humiditate.
Minutio	à quantitate excedente.
Auctio	à quantitate minuta.
Ablatio	à numero excedente.
Productio	à numero deficiente.
Apertio	ab obſtructione.
Ampliatio	ab anguſtia.
Aſtrictio	ab ampliatione.

Reductio in propriam figuram, à figura mutata.
Repoſitio in proprium locum à ſitu variato, vt membro luxato, inteſtino in ſcrotum delapſo,
E & ita de aliis.

In propulſione morbi compoſiti conſiderare oportet, *In morbo compoſito quæ conſideranda.*
Cuiuſque morbi contrarietatem,
Ordinem contrarietatis cuiuſque applicandæ.

Vt ordo debitus contrarietatis admouendæ ſeruetur, cognoſcere oportet.
Quis affectus primum curari debeat.

Affectus, qui primum curari debet, is eſt,
Cuius curatio cauſa eſt curationis alterius,
Sine quo alter curari non poteſt,
Qui magis vrget, & periculoſior eſt.

2 Secunda

Secunda indicatio quid insinuet.

2 *Secunda indicatio, eſt, quæ nobis inſinuat, an id, quo tendimus, & prima poſtulat indicatio, ſperari poſſit, vt,* A

An ſeruare poſſimus, quæ ſecundum naturam ſunt.

An, quæ præter naturam ſunt, expellere valeamus.

Secunda igitur indicatio, à re ſecundum naturam ſumpta, diſquirit, an

Sanitatis recuperatio ſperanda ſit.

Vires ad vitam ſeruari poſſint,

Cauſæ ſanitatis ſeruari poſſint?

Et ita de cæteris.

A re vero præter naturam ſumpta hæc indicatio ſecunda, inſinuat, an

Morbi, aut ſymptomatis expulſio, ſperari poſſit,

Cauſis poſſimus præcauere.

Modis trib. potiſſimum cognoſcimus morbum nõ poſſe propelli, & incurabilem eſſe.

Porro nos cognoſcimus morbi expulſionem fieri non poſſe:

1 Quando morbus ex ſua natura, ſeu eſſentia incurabilis eſt, vt elephantiaſis iam abſoluta, & [vt dicunt] confirmata.

2 Quando laborans renuit auxilia, ad morbi alioqui ex ſe ſanabilis curationem neceſſaria, vt exempli gratia, exciſionem in cancro membrum aliquod particulare occupante. Aut in hydrope paracenteſim, id eſt, pertuſionem, & ita de aliis. B

Hipp. apho. 12. lib. 6.

3 Quando curatio morbi nobis propoſiti occaſionem præbet maioris mali: vt ſi malum mortuũ (quod vocant) inueteratum, curetur. Aut diuturnæ hæmorrhoides omnino tollantur. *Si enim vna ex iis non ſeruetur, periculum eſt, aquam intercutem [maniam] vel tabem aduenire.*

Morbum autem ex ſe, ſiue ex ſua natura incurabilem eſſe, deprahendimus ex læſa partis.

Subſtantia, Actione,
Vſu, Situ.

Morbus ex ſua eſſentia incurabilis a quibus deprahendatur.

Indicatio à ſubſtantia ſumitur, vel

A miſtione in { Calido / Frigido / Humido / Sicco.

Subſtantia.

A primordio, vnde formata ſit ſubſtantia, & eiuſdem conſiſtentia. C

Indicatio a miſtione, in calido, frigido, humido, & ſicco,

Æqualiter vitiata, Inſinuat, id non poſſe præſtari, quo tendimus.

Inæqualiter vitiata, Inſinuat, id præſtari poſſe, quo tendimus.

Indicatio a primordio, ex quo formata eſt partis ſubſtantia, & eiuſdem conſiſtentia,

A ſubſtantia { Solida læſa — Inſinuat, non poſſe præſtari id, quo tendimus.
Carnoſa vitiata / Spirituali oblæſa — Inſinuat, id poſſe præſtari, quod prima indicatio poſtulat.

Actio.

Indicatio ſecunda ab actione partis. D

Per quam eſt vita } Inſinuat, ſi perierit, præſtari non poſſe, quo tendimus
Sine qua vita eſſe non poteſt }

Per quam melior eſt vita } Inſinuat ſi perierit aliquo modo, præſtari poſſe, quo tendimus, ſed tamen noxam ſucceſſu temporis maiorem futuram.
Per quam conſeruatur vita }

Vſus.

Indicatio ab vſu, ſeu commoditate, ad alterius aſſecutionem, à natura inſita.

Partis / Actionis — Neceſſaria ad vitam — Inſinuat, ſi perierit, præſtari non poſſe id, quo tendimus.

Partis / Actionis — Non neceſſaria ad vitam — Inſinuat, ſi perierit, præſtari poſſe, quo tendimus. E

Situs.

Indicatio ſecunda a ſitu partis ſumpta

Ad quam medicamenta pertingere, { Poſſunt, Poſſe / Non poſſunt, non poſſe } obtineri, quod prima indicatio poſtulat, inſinuat.

A 3 *Tertia indicatio (quæ remedia inuenit, quibus aſſequi poſſumus id, quod prima indicatio poſtulat & ſecunda fieri poſſe ſperat) nobis inſinuat* — *Tertia indicatio.*

Auxilia opportuna, ad finem, quo tendimus, aſſequendum:
Vſum remediorum conuenientium.

Auxilia conuenientia, quæ & inſtrumenta dicuntur,
Communia.
Propria.

Inſtrumenta, ſiue remedia communia dicta, hoc eſt, quæ omnibus corporis partibus applicari poſſunt,
Medicinalia:
Ferrea.

Inſtrumenta medicinalia
Bona viuendi ratio, ſiue (quod aiunt) bonum regimen, in rebus ſex non naturalibus,

Pharmacia	In iis tribus primis
Phlebotomia	applicandis, Chirur-
B Emplaſtra	gus debet peritum
Vnguenta	aliquem Medicum
Pulueres, & ſimilia:	conſulere.

Vnguenta, quibus munitus eſſe debet chirurgus, vt communioribus ſuæ artis intentionibus ſatisfaciat, numero ſunt quinque, — *Vnguenta 5.*

Baſilicum	ad maturandum, & pus mouendum.
Apoſtolicum	ad detergendum ſiue purgandum.
Aureum	ad implendum, ſeu (vt dicunt) incarnandum.
Album	ad glutinandum ſeu conſolidandum.
Dialthæum	ad demulcendum, mitigandumve.

Inſtrumenta ferrea communia, quibus vtitur chirurgus, ſunt — *Ferrea inſtrumenta communia.*

Forfices.
Nouacula, ſeu culter raſorius,
Scalpellum chirurgicum quod
C phlebotomon appellant,
} Ad incidendum & excindendum.
Cauterium, ad vrendum
Forcipes, vulgo tenaculæ
Vulſellæ, ſeu volſellæ.
Hamus recuruus
Ferramentum, quod Diocleum graphiſcum Græci vocant. Cuius deſcriptionem, & vſum vide apud Cor. Cel. *lib. 7. cap. 5.*
} Ad extrahendum.
Specillum, Ad explorandum.

Acus
Cannulæ
} Ad ſuendum.

Ex iis magis neceſſaria, & quæ in vſum veniunt quotidianum, atq; ideo ſemper à Chirurgo circumferri debent, ſunt, — *Inſtrumenta ferrea chirurgo magis neceſſaria 6.*

D
1 Forfices, *Ciſeauls* Gallice.
2 Volſellæ ſeu Vulſellæ, *Pincettes.*
3 Nouacula,
4 Specillum, *Eſprouuette.*
5 Scalpellum, *Lancette.*
6 Acus,

Inſtrumenta propria ferrea id eſt, quæ alicui particulari membro dicata ſunt. — *Ferrea inſtrumenta propria.*
Modiolus, quem χοινίκιον Græci vocant, capiti falx, ſeu falceolus: ſedi ſiue ano:
Speculum oris, Speculum matricis.

4 *Vſus remediorum conuenientium ad finem propoſitum aſſequendum, ex ſingulis tractatibus habetur, iuxta varietatem rerum (vt vocant)* — *Vſus remediorum.*
Naturalium,
Non naturalium,
Et præter naturam,
} Item eorum, quæ illis annexa dicuntur.

E *Res naturales dicuntur, quæ corporis noſtri conſtitutionem ingrediuntur. Et hæ numero ſunt ſeptem:* — *Res naturales.*
1 Elementa, ignis, aer, aqua, terra.
2 Temperamentum, calidum, frigidum, humidum, ſiccum, &c.
3 Humores, ſanguis, pituita, vtraque bilis.
4 Membra {
Principalia, cerebrum cor, hepar, teſtes.
Potentias ſortita inſitas, & manantes à principibus, pulmo, ventriculus, renes.
Principibus ſubminiſtrantia, arteriæ, venæ, nerui, vaſa ſpermatica.
Ab inſitis ſibi à natura facultatibus gubernata, os, chartilagines ligamenta, &c.

His annexa ſunt, Aetas, Sexus, Vita induſtria.

5 Vir-

5 Virtutes
6 Operationes } Animales, vitales, naturales.
7 Spiritus

Res non naturales. *Res non naturales ſunt, quæ corpus humanum, ſi recte adhibentur, conſeruant incolume: ſi verò haud rectè accommodantur corpori, tunc idem deſtruunt: Sunt autem numero ſex:*

Annexa ſunt, tempus, regio, Gens, balnea, coitus, conſuetudo.

1 Aer, ſiue ambientis aeris adhæſus.
2 Cibus & potus, ſiue ea, quæ aſſumuntur.
3 Motus & quies, & totius corporis, & partium ſingularum.
4 Somnus & vigilia.
5 Inanitio, & repletio : ſiue ea, quæ excernuntur, & retinentur.
6 Animi affectus.

Res præter naturam *Res contra naturam, ſeu præter naturam dicuntur, quæ humanæ naturæ contrariæ ſunt, ipſamque demoliuntur, vel lædût, aut ægrotare faciunt. Et hæ tres ſunt numero, vt ſupra dictum eſt.*

1 Morbus
2 Cauſa morbi
3 Accidens morbum ſequens } Quorum definitiones *ſupra* deſcriptæ ſunt: horum differentias Gal. peculiari lib. explicuit.

Morborum tria genera. *Morborum in vniuerſum tria ſunt genera,*

1 Intemperies ſiue mala complexio, In ſimiliaribus partibus
2 Mala conſtitutio, ſeu compoſitio, In partibus inſtrumentariis.
3 Vnionis diſſolutio, In vtriſque,
Diuiſio perficienda *ex lib. de diffe. morbo.*

Morborum cauſæ. 3. *Cauſæ morborum genericæ, recentioribus tres ſolent aſſignari,*

1 Prægreſſæ ſiue euidentes, quæ & primitiuæ dicuntur vulgo. Græcis autem *προκαταρκτικαὶ*, quæ extrinſecus corpori adueniunt.
2 Antecedentes ſeu præcedentes. Græce *προηγούμεναι*, quæ paratæ ſunt ſtatim morbos efficere.
3 Coniunctæ, ſiue continentes, Græce *συνεκτικαὶ*, quæ iam morbum excitarunt.

Symptoma ſpeciatim dictum triplex. *Symptoma ſiue accidens morbum ſequens, trifariam diſtinguitur. Aliud enim eſt*

1 Actio læſa ſiue functionis noxa.
2 Qualitas mutata, vt caliditas vehemens in phlegmone.
3 Exiens mutatum, vt immodicæ excrementorum { Excretiones, / Suppreſſiones.

Actio læditur trifariam.

Ablatæ ſiue abolitæ
Diminutæ ſeu debiliter } vt { Cæcitas
Corruptæ, ſiue deprauatæ } vt { Viſus hebes } in oculis
{ Deprauata viſio

[4] *Conditiones requiſitæ ad manuales operationes probe exercendas, variæ ſunt, ac multiplices: Aliæ enim ſpectant ad*

Chirurgicos ipſos, Aſſidentes,
Laborantes, Exteriora.

Boni chirurgi conditiones. *Quatuor conditiones in vniuerſum requiruntur in bono chirurgo: Nempe vt ſit,*

1 Doctus, & diſciplinarum gnarus, earum præſertim, quæ ad ſuam artem pertinent.
2 Multis experimentis exercitus.
3 Ingenioſus.
4 Bonis moribus præditus.

Doctrina. *Doctrina, atque eruditio boni chirurgi, conſiſtit, In*

Theoria, ſeu ſpeculatione, cognoſcendo res { Naturales. / Non naturales. / Præter naturam.

Praxi { Exercendo probe, celeriter, concinne & expedite operationes manuales. / Conſulendo Medicum in iis, quæ ad pharmaceuticem attinent, & diæteticem.

Ex rebus naturalibus, præcipue illi cognoſcendo ſunt,

Corporum temperamenta. Singularum partium. { Subſtantia. / Temperamentum / Conformatio. / Compoſitio } Ab his enim curandi indicationes deſumuntur.

Expe-

A 2 *Experientia chirurgi conſiſtit.* *Experiẽtia.*

In iis, quæ certa ratione excogitata ſunt, & frequenti vſu confirmata:
Alias empiricus, & temerarius cenſendus erit, niſi ſcilicet experientiam habuerit rationi coniunctam.

Ad Chirurgi ingenium pertinent, *Ingenium.*

Bona, ac prompta appræhenſio,
Tenax memoria, Reminiſcentia facilis,
Rectum iudicium, Operandi dexteritas,
Solertia, ac promptitudo in remediis inueniendis.

Ad operandi dexteritatem, ac promptitudinem, hæc requiruntur, *Ex Cor. Celſo & Hippocratis libr. qui κατ' ἰητρεῖον inſcribitur.*

B
1 Acris oculorum acies, claraque,
2 Manus ſtrenua, ſtabilis, nec vnquam intremiſcens.
3 Vt non minus ſiniſtra, quam dextra ſit promptus.
4 Optima corporis conformatio, atque habitudo.

4 *Mores, qui decent chirurgum, ſunt, vt ſit* *Mores.*

Audax, & animo intrepido, in rebus tutis, & neceſſariis.
In rebus dubiis, ac periculoſis non admodum præceps.
Comis, & affabilis erga laborantes.
Manſuetus, ac facilis erga ſuæ factionis homines, & vt græce dicam φιλέταιρος, id eſt, amator ſociorum.
Prudens, ac circumſpectus in præſagiendo.
Caſtus, ac temperans. Miſericors erga pauperes. Pecuniæ non nimis cupidus,
C nec exactor iniquus.

Conditiones, quæ ad laborantem attinent, tres ſunt præcipua, vt *Laborantis conditiones.*

1 Pareat Medico, non ſecus, ac ſeruus domino, & in nullo propriæ indulgeat voluptati.
2 Confidat in Medicum, & Chirurgum.
3 Patienter ferat omnia, quæ fiunt à Chirurgo rationali, experto, gratia recuperandæ ſanitatis.

Qui aſſident ægro, debent eſſe. *Aſſidentes.*

Prudentes. Pacifici. Fideles.

Exteriora omnia apparata eſſe debent:

In vtilitatem laborantis,
D Et vt morbus deſiderat.

Nomine exteriorum comprahenduntur:

Habitationes vel { idoneæ & omni turba vacantes. / parum commodæ, & turbarum plenę. }
Quæ nunciantur, aut aguntur.
Quæ iram, triſtitiam, aut aliquem alium affectum infligunt ægrotanti.
Quæ ſomnum abrumpunt & interturbant.

FINIS INSTITVTIONIS CHIRVRGICÆ.

E

TVMORVM, QVI PRÆTER NATVRAM CONSISTVNT GENERALIS DIVISIO, IN PRIMVM LIBRVM CHIrurgicarum inſtitutionum Ioannis Tagaultii Medici Chirurgici.

Prima ac generales tumorum præter naturam differentiæ:

1 Phlegmone — Sanguinea fluxione
2 Eryſipelas — Biliosa fluxione
3 Oedema — Tenuis, & pituitæ ſubſtantia
4 Scyrrhus — Limoſo, & fęculento ſanguine
} exuperante procreatur.

5 Inflatio ſeu flatuoſus tumor } Ex flatuoſo ſpiritu collecto naſcitur.

Abſceſſus, quod Græci apoſtema nominant.

φλεγμονή. 1 *Phlegmone duplex eſt,*

1 Ex ſanguine ſyncero: Vera phlegmone vulgo appellatur.
2 Ex ſanguine optimo aliis humoribus commiſto: } Recentioribus Chirurgis phlegmone non vera nominatur.

Ex ſanguine optimo aliis humoribus commiſto, fit

Phlegmone { Eryſipelatodes, Oedematodes, Scyrrhodes.

Phlegmonoſi affectus ſunt:

Dothiconęs { Furunculi Cel. Auicen. Aldemurenul. Tuberculum acutum cum inflam. & dolore.

Bubo, Simplex laxarum partium inflammatio.

Phygethlum: { Panus vocatur Celſo. Græcis phlegmone eryſipelatodes, vel eryſipelas phlegmonodes. In inguinibus & aliis naſcitur.

Phyma { Inflammatio glandularum, quæ cito augetur, & ad ſuppurationem accelerat, Celſo tuberculum dicitur.

Carbunculus, Græcis anthrax { Cum puſtulis / Sine puſtulis.

Nil aliud quoque, quam phlegmona ſunt,

Vuæ, { Gurgulionis, qui Græce γαργαρεὼν & σταφυλή dicitur. Latinis etiam columella.

Tonſillæ { Glandularum, quæ in faucium principio ſibi opponuntur, amygdalas vulgo appellitant.

Pariſthmia corporum, quæ in pharynge conſiſtunt.

Hæc morborum & partium ſunt nomina.

Phlegmonem ſequuntur, atque eius proles ſunt

Abſceſſus { Qui etiam fiunt aliquando protinus ab initio, nulla inflammatione præcedente.

Sinus, { Græci κόλπον nominant, recentiores Chirurgi vlcus profundum & cauernoſum, quod nondum occalluit.

Fiſtula { Græcis σύριγξ dicitur. Hæc nihil aliud eſt, quam ſinus arctus & oblongus, qui non ſtatim curatus, temporis progreſſu obduruit, & callo obductus eſt.

Gangræna. Partis affectæ mortificatio, non tamen abſoluta.

Sphacelus { Latinis ſyderatio. Abſoluta atq; omnimoda partium etiam ſolidarum mortificatio & corruptela.

ἐρυσίπελας. *Eryſipelas biliosæ fluxionis ſoboles, geminum eſt,*

1 Verum ac legitimum { Solius cutis paſſio eſt, & abſque vlceratione incidit.

2 Non

A 2 Non exquiſitum ſeu illegitimum: } { Non ſolum cutim, ſed etiam ſubiectam carnem occupat, ac moleſtat.

Eryſipelas non legitimum, duplex eſt:

1 Ex bile craſsiore, & acriore, exacta tamen & ſyncera, } { Nominatur eryſipelas cum vlceratione.

2 Ex bile aliis humoribus permiſta, alios tamen ſuccos exuperante: } Dicitur eryſipelas { Phlegmonoſum / Oedematoſum / Scyrrhoſum

Eryſipelati ſimilis eſt herpes: Qui geminus eſt Galeno,

1 Herpes exedens ſiue depaſcens, { Græce ἐσθιόμενος. A bile fit acriore & exacta totam cutim vſque, ad ſubiectam carnem exulcerante. Eiuſdem generis eſt cum exulcerato eryſipelate.

B 2 Herpes miliaris ſiue puſtuloſus } { Cenchrias Græce. Ex bile fit tenuiore, & dilutiore, proinde & minus acri calidaque.

Ad eryſipelas etiam pertinent,

Bullæ ſimiles iis, quæ in corpore à feruida aqua terrefacta contingunt, Phlictenæ à Græcis vocatæ.

3 *Oedema biſariam conſideratur.* Οἴδημα.

1 Vt ſymptoma. { Tumor rarus, & ſine doloris ſenſu: ex pituita vel flatulento ſpiritu, periculoſos quoſdam affectus ſequens, vt tabem, cachexiam, hydropem.

2 Vt morbus.

Oedema morbus duplicem habet originem.

1 Ex pituita ſola. { Tumor etiam laxus, fungoſus, & abſque doloris ſenſu, ex tenuis pituitæ influxu ortum habens, quod verum ac legitimum œdema nominant. *Oedema morbus.*

C 2 Ex pituita aliis humoribus permiſta, ſed tamen illis præpollente. } { Recentioribus œdema non verum atque illegitimum appellatur.

Oedema morbus ex pituita aliis humoribus commiſta, in tres differentias findi ſolet: Nempe in

1 Oedema phlegmonodes,
2 Oedema eryſipelatodes,
3 Oedema ſcyrrhodes

Ad Oedema referuntur,

Hydrocele { Vulgo hernia aquoſa. Cum humor aqueus in teſtium tunicis congregatur. *Tumores œdematoſi.*

Aſcites { Aquoſus hydrops. Cum ſeroſus humor in membrana abdominis interiore continetur.

Leucophlegmatia. { Hypoſarca, & anaſarca, etiam dicitur. Cum corpus inæquale eſt, tumoribus aliter, aliterq; per totum id (vt Celſus ait) orientibus.

D

4 *Scyrrhus, tumor durus ſine vllo dolore.* Σκιῤῥώματα.

1 Exquiſitus. Senſu caret, nec curationem admittit.
2 Non exquiſitus. Non omnino eſt ſine ſenſu, ægre tamen admodum ſentit.

Scyrrhus tam exquiſitus, quam non exquiſitus,

1 Statim ab initio paulatim concreſcens, & augeſcens.
2 Ex coincidentia creatus.

Scyrrhi, qui a principio paulatim concreſcunt, & augentur:

1 Ex pituita lenta, craſſaque, tenuiore eius ſubſtantia reſoluta,
2 Ex atra bile, ſeu melancholia.

Scyrrhi ex atra bile, ſeu melancholia (vt vocant) naturali,

1 Sola, & aliis humoribus im permiſta. } { Legitimi, & veri ſcyrrhi noſtræ ætatis Chirurgis appellantur.

E 2 Aliis humoribus commiſta, dominium tamen ſuper illos obtinente. } Illegitimi cenſentur.

Scyrrhus ex atra bile aliis permiſta humoribus,

1 Phlegmonodes,
2 Oedematodes.
3 Eryſipelatodes.

Scyrrhi ex coincidentia, vel tranſmutatione, fiunt

Phlegmone, / Eryſipelate, / Oedemate, } impendio refrigeratis.

Melancholici, ac ſcyrrhoſi tumores cenſentur, A

Cancer, Græce carcinoma. Fit ab atra bile, ſine ebullitione.

Phagedæna cum tumore. { Cum cute pariter ſubiecta attingit, & depaſcitur. In quo differt ab herpete.

Vlcera cacoethe, id eſt, maligna, cum tumore: vt ſunt Chironia & Telephia.

Pſora, Lepra, { Cutis tantum affectus ſunt.

Elephas, ſeu elephantiaſis. { Ex ſanguine melancholico ducit originem, tempore vero bilis atra ſanguine copioſior redditur, id eſt, elephas incipiens.

Satyriaſmus, id eſt, elephas incipiens.

Vicina ſcyrrho ſunt,

Enchymomata, Melaſmata, { Senibus ex venarum contuſione accidentia, ſanguine ex venis effuſo ob extremas earum adapertiones & interdum ob tunicarum contuſiones. B

Ancuriſma { Arteriæ adapertæ affectus, ex quo interdum, grumo ſcilicet innato, ſphacelus gignitur.

Varices, Id eſt, venæ dilatatæ in cruribus à ſanguine craſſo.

Scyrrhi ſunt à parte affecta nomina ſortiti.

Chœrades, Id eſt ſtrumæ glandularum.

Sarcocele Id eſt ramex teſtium, vulgo hernia carnoſa, fit, cum caro inter tunicas teſtium increſcit.

Inflatio. 5 *Ex inflationum genere ſunt,*

Tympanias ſeu tympanites, } Hippocrati aqua inter cutem ſicca vocatur.

Priapiſmus, qui & ſatyriaſmus quibuſdam dicitur } { Pudendorum intentiones non remittentes, à ſpiritu halituoſo cauernoſum neruum (qui propriam colis ſubſtantiam conſtituit) implente. C

Parui tumores in cute naſcentes. *Sunt & parui quidam tumores in cute naſcentes, qui ad prædicta genera referuntur, vt*

Achores, { Pituitæ ſalſæ, & aluminoſæ ſoboles. Parua in cute capitis vlcera, cum tumore modico.

Faui, { Ex his humor melleus effluit. Cum tumore quodam, & foraminibus plurimis eueniunt.

Ad ſcyrrhum pertinent { Myrmeciæ, { Verrucæ quæ latiore ſunt baſi, & quaſi ſeſſiles. Latini formicantes verrucas appellant. Acrochordones, Penſiles verrucæ, & anguſtiore baſi.

Pſydraces, ſeu pſydracia, } { Tumores paruum ſupra ſummam cutem eminentes, phlyctenis, hoc eſt, bullis, quæ ab igne excitantur, ſimiles.

epynictides { Liuentes puſtulæ, fabæ magnitudinem non excedentes, noctu quidem magis, quam interdiu infeſtantes. D

Tumores etiam ſunt, ſed non ex humoribus:

Epiplocele, Cum omentum in ſcrotum deſcendit.

Enterocele, { Inteſtinorum ramex, Hernia inteſtinalis vulgo.

Enteroepiplocele, Cum inteſtinum ſimul cum omento in ſcrotum delabitur.

Cirſocele, { Vulgo hernia varicoſa. Fit, cum teſtium integris tunicis ramex innaſcitur.

Bubonocele, id eſt, inguinis ramex. } { Fit rupto peritonæo, aut vulnerato iuxta inguen. Ad obliquos ventris muſculos pertinet, & ad nerueam illorum tenuitatem.

Exomphalorum eminentia, cum vmbilicus indecore prominet. } { Hic affectus ad tranſuerſos muſculos pertinet, & nerueam eorum tenuitatem. E

Ex carne ſupercreſcente ſunt.

Tumores ex carne ſupercreſcentes. Sarcocele, Tumor teſtium, Cum caro inter tunicas ipſorum increſcit.

Epulides, { Superfluæ carnes ex inflammatione in extremo molari dente, cui dolor quandoque, & febris iungitur.

Parulides, Abſceſſuli circa gingiuas facti, qui, niſi ſoluti fuerint, ſuppurantur.

Thymi,

A Thymi, thymia, vel thyma. { Verruculæ infrà tenues, ſupra latiores, capituli, id eſt, cacuminis floris thymi fruticis ſurculoſi, figuram verius, quam colorem repræſentantes.
Polypi, vel polypodes, id eſt, multipedes
In naribus.

6 *Abſceſſus fiunt, vel*

Natura fluorem vincente,
Natura à fluore victa. Hi toto genere præter naturam ſunt.

Abſceſſuum, qui toto genere præter naturam ſunt, materia,

Sunt Humores, Solida corpora.

B Vniuerſa hæc, tunica quædam membranoſa comprehendit. {
Humor, qui in abſceſſibus toto genere præter naturam continetur, alius eſt, veluti.
Lutum, Cœnum,
Olei limus,
Vini fæx, Vrina,
Melleus mucoſuſque ſuccus.
Solida corpora in abſceſſibus inuenta ſunt, veluti
Vngues, Lapides,
Pili, Pori,
Oſſa, Teſtæ,
Animalcula, prope omnibus, quę ex putredine generationem habent, ſimillima.
Frequentiſſima abſceſſuum genera ſunt tria, quorum natura ex nominibus conſtat,

C Atheroma, { In eo pulticulæ quid ſimile inuenitur.
Meliceris, { In quo melli quid ſimile reperitur.
Steatoma, { In eo aliquid ſimile ſeuo viſitur.

FINIS GENERALIS DIVISIONIS TVMORVM PRÆTER NATVRAM.

D

E

INSTITVTIONVM CHIRVRGICARVM IOANNIS TAGAVLTII MEDICI, DE TVMORIBVS PRÆter naturam, in vniuerſum,

LIBER PRIMVS.

Quid ſit tumor præter naturam, qui vulgo generali nomine apoſtema dicitur, & multiplicis eiuſdem definitionis examinatio. CAP. I.

TVmores omnes, qui præter naturam conſiſtunt, recentiores tum Medici, tum Chirurgi, atque etiam vulgus ipſum, ſub nomine apoſtematis comprehendunt. Cum tamen ἀπόστημα Galeno, & Græcis omnibus, vna ſit ſpecies tumorum præter naturam incidentium, quam Latini apposite abſceſſum nominant, et ant, & tumorum turba, accepto ab Auicennæ interprete vocabulo, exituram, de qua in ſequentibus fuſius, atque accuratius dicetur. Sed & apoſtema nonnunquam ſpeciem, ſeu differentiam faciunt tumoris præter naturam, cum ſcilicet [illegible] diuerſum faciunt ab exitura, quam vocant, & puſtulis, de quibus etiam ſuo [illegible] copioſius dicemus. Nomine enim apoſtematis [illegible], ac chirurgi, [illegible] tumores [illegible] intelligunt, qui & in magnam ſatis molem attolluntur, & ex humorum (vt loquuntur) naturalium influxu procreantur, atque ideo etiam vera apoſtemata vocant. Itaque cum apoſtema generis nomen eſt, omnes præter naturam tumores ſub ſe complectens, Auicenna, & eius ſequacibus ita communiter definitur. *Apoſtema eſt ægritudo compoſita ex triplici genere morborum, in vnam magnitudinem aggregatorum.* Quam definitionem eſſentialem eſſe contendunt: Quippe quæ genere conſtet, & differentia, naturamque ipſius definiti ſufficienter explicet. Porro, generis definiti locum in ea obtinet *ægritudinis* vocabulum. Reliqua vero apposita ſunt ad differentiam aliorum morborum qui in compoſitione, ſeu conſtructione inſtrumentorum contingunt, quorum differentias Galenus recenset *libro primo de morbo*, & *symptomate*. Tria autem illa morborum genera, quæ in tumore hoc præter naturam, apoſtemate vulgo nuncupato, reperiuntur, vnius morbi eſſentiam conſtituentia, ſunt, *intemperies*, quam & malam complexionem appellant: *incommoderatio*, quæ etiam mala compoſitio dicitur: & *continui*, ſeu continuitatis *ſolutio*. Græcis autem vocibus dicuntur δυσκρασία, ἀμετρία, καὶ [illegible]. Cæterum alias multas apoſtematis vulgariter dicti deſcriptiones afferunt, verius, quam definitiones, quæ neque cum ipſo definito conuertuntur, neq; eius naturam ſatis explicant aut eius eſſentiam ſufficienter [illegible], proinde & accidentales eas vocant. Cuiuſmodi eſt hæc, ex [illegible] libri de tumoribus præter naturam [illegible] no conſcripti, ab eis deſumpta: *apoſtema ſeu tumor præter naturam vnum aliquid eorum eſt, [illegible] accidunt, partem quam occupat, ſecundum omnem dimenſionem, diſtendens.* Quæ [illegible] ex his Galeni [illegible] decerpta eſt. [illegible Greek] Hoc eſt: *quod tumoris vocabulo ſignificatur, id eorum, quæ corpori accidunt, vnum eſſe conſtat. Sic enim diſtenſionem in longum, latum, & profundum, nominant.* Vel ſi ita dixeris, *apoſtema incrementum eſt naturalem ſtatum excedens.* Item & quæ ſequitur, ex *lib. 13. Therapeutices methodi* deprompta. *Apoſtema tumor eſt, in quo partes a naturali habitu in quantitate receſſerunt.* Sic autem apud Galenum legitur: [illegible Greek] id eſt, *In hoc vero totius operis tertiodecimo de tumoribus, qui præter naturam incidunt, diſſerere incipiemus, in quibus ſcilicet partes à naturali habitu in quantitate receſſerunt.*

Itaq; niſi his definitionibus particulam hanc addideris, *actiones lædens*, ſeu *euidentem actionis noxam inducens*, nequaquam abſolutæ, & eſſentiales erunt. Non enim tumor omnis diſtenſionem in longum, latum, & profundum, vltra naturæ habitum, in toto corpore, aut particula aliqua efficiens, vel incrementum quodcunque, naturalem ſtatum excedens, iuxta vulgarem acceptionem, apoſtema, aut tumor præter naturam ſtatim dici debet. Siquidem (vt *libro de tumoribus præter naturam*, Galenus ait.) *Incrementum eiuſmodi naturalem ſtatũ excedens non ægri modo, ſed [illegible] etiã, tam in toto corpore, quam in qualibet particula accidere poteſt. Obeſi namq; tametſi vltra naturalem habitum [illegible] & profundũ diſtenti ſint, non tamẽ iam præter naturã ſe habent, ſed ſolum* (inquit) *non naturaliter.* Nondũ n. naturæ limites ſunt egreſſi, neq; in eis adhuc eſt actionis læſio: qui terminus eſt exceſſuũ, qui præter naturã dicuntur. Tumores quoq; illi, qui in parti-

Ἀπόστημα.

Abſceſſus.

Apoſtematis definitio vulgaris.

Definitionis examinatio.

Tria morborum genera, tumoris præter naturam eſſentiam conſtituentia.

Definitiones accidentales.

Lib. 13 Therapeu.

Gal. li. de tu. præter naturam.

A [illegible] ſanis exiſtentibus, & citra omnem ſenſum doloris conſiſtunt, rectè quidem ſupra, ſeu [illegible] naturam, non tamen præter naturam dicentur. Vt utraque mamma, vel altera duntaxat immodicè [illegible], [illegible] tamen, vt ipſa partis effectu ab omni noxa videatur immunis, nequaquam appoſitæ præter naturam hic tumor dicetur, ſed vltra naturam duntaxat. Ergo abſolutam magis, & eſſentialem tumoris præter naturam definitionem ex Galeni ſententia placet colligere, hoc pacto definies: *Tumor præter naturam, [illegible] corpore [illegible] actionis inducens.*

Cæterum, aliam quoque ipſius apoſtematis impropriè licet ita appellati, definitionem, ex Haly Abb. Medico, nominis inter Arabes percelebris, adferunt, quam [illegible] perfectiſſimam eſſe [illegible] habet autem ſe ad hunc modum: *Apoſtema, eſt tumor præter naturam, in quo aliqua materia replens, & diſtendens, aggregata.* In qua definitione *tumor* generis locum occupat, vtpote pluribus communis. *Præter naturam* deinde in ea adiectum eſt, propter [illegible] vel corporis totius, vel particulæ [illegible] naturalem ſymmetriam, ſeu naturæ habitum excedens, quod ſupra, vel vltra naturam, cum Galeno appellauimus. Item propter tumores naturales capitis, ventris, & iuncturarum. Cum autem adiicitur, *in quo aliqua materia aliqua*, ſubaudire oportet, *ſuperflua*, vt [illegible] humoralis, vel quæ ad humorem (vt loquantur) [illegible]. Adiecta præterea eſt particula, *aggregata*, propter tumores, qui in fracturis, &

B luxationibus comperiuntur, in quibus non humor, aut ſubſtantia aliqua, quæ ad humorem reduci poſſit, tumorem committit, ſed oſſa, quæ extant. Poſtremo appoſitæ ſunt hæ duæ particulæ, *replens, & diſtendens*, quibus oſtenderet, tria morborum genera ſupra poſita, nempe intemperiem, prauam compoſitionem, & vnionis diſſolutionem in vnum eſſe congregata, atque vnius morbi eſſentiam conſtituere.

Tumores autem eiuſmodi, qui præter naturam dicuntur, in tria genera, ſeu tres ſpecies, Guidoni, & ſuæ ætatis [illegible], ſolent diuidi, in apoſtemata ſcilicet, puſtulas, & exituras. Apoſtemata itaque tunc [illegible] *quantitate peccat, quam qualitate.* Puſtulas vero, *[illegible] eminentias, ſeu minutiores tumores, quos & Bothor appellant, in quibus ſubſtantia, ex qua naſcuntur, qualitate magis, quam [illegible] & plerunque* (vt volunt) *venenoſitas ſubeſt.* At exituras, *eos tumores vocant, quos Latini [illegible], & Græci [illegible]* recte nominati iam ſupra diximus. Sed liceat cuique nominibus, quibus velit, vti, modo à rerum natura (vt Gal. ait) non diſcedat.

Abſoluta tum: præter naturam depinitio, ex Gal. ſcripta deſumpta — *Haly Abb.* — *Tumor.* — *Præter naturam.* — *Materia humoralis.* — *Replens & diſtendens.* — *Tumoris præter naturam diuiſio, in ſuas ſpecies iuxta recentiorum ſententiam:* *Apoſtemata* *Puſtula.* *Exitura.*

C

De differentiis tumorum, qui præter naturam incidunt.

CAP. II.

TVmorum præter naturam, qui vulgo generali nomine apoſtemata dicuntur, variæ ac multiplices ſunt differentiæ. Quæ omnes, recentioribus Chirurgis ſumuntur, vel à ſubſtantia rei (vt vocant, vel materia), vel ab accidentibus, vel à membris ſeu partibus affectis, vel a cauſis efficientibus. Itaque differentiæ tumorum, quæ à ſubſtantia [illegible] deſumuntur, his & eorum principi Auicennæ, ſunt, tumor magnus, tumor paruus. Magna quidem apoſtemata illis cenſentur, Phlegmonoſi tumores, qui in [illegible] eryſipelatoſi, & ſcyrrhoſi, qui in molem effatu [illegible]. Parua vero apoſtemata eidem dicuntur minutæ eminentiæ, (quas puſtulas & bo[illegible]) [illegible] appellant [illegible], ac corporis ſuperficie non infrequentius apparentes: eiuſmodi ſunt lepræ Græcorum, [illegible], ſcabies, impetigines, & id genus alia, de quibus in ſequentibus latius dicemus. Porro materia tumorum præter naturam, ſunt humores quatuor tam naturales, vt vocant, quam non naturales, [illegible], [illegible], nempe flaua, & atra [illegible] humores, qui toto genere præter naturam ſunt, & [illegible] corpora, flatus quoque, & [illegible] humor: à quibus omnibus alia ſumuntur tumorum præter naturam differentiæ, vt in ſequentibus amplius declarabitur. Sym-

D ptomata, ſeu accidentia, quæ communiter ipſis tumoribus ſuperuenire ſolent, aut vel ita dolor, calor, [illegible], & id genus alia, [illegible] & differentias [illegible] eſſe volunt. A membris quoque, ſeu particulis [illegible] quædam ſumuntur differentiæ tumorum, qui præter naturam [illegible], ophthalmia, [illegible] inflammatio, cynache, [illegible] phlegmone, phymata, phygethla, partium [illegible], quas glandulas vocamus, inflammationes, item & bubones.

Cauſæ efficientes, à quibus etiam differentiæ quædam accipiuntur, ſunt congeſtio, & deriuatio, ſeu fluxio, quod & rheuma Græcis dicitur, [illegible], id eſt, [illegible], [illegible] ac quædam aliæ, tum interiores, tum exteriores cauſæ, de quibus copioſius [illegible] in ſequentibus edisſeremus.

Verumenimvero, tumorum huiuſmodi præter naturam [illegible], varietates, ac differentiæ omnes, ex eius, quod inflat natura, & ſubſtantia, tumorem committentis [illegible], Galeno *lib. quem de tumoribus præter naturam* inſcripſit. Item *ſecundo libro ad Glauconem, & 13 methodi medendi* vbi ad hunc modum ſcribit, ſi ſaltem Græca Latina redduntur.

E *Quinetiam omnium tumorum, qui præter naturam ſunt, varietas ex eius quod inflat, natura, enaſcitur. Vbi enim flatulenta materia copioſior acceſſit, flatuoſi magis tumores fiunt. Phlegmone vero magis ſimiles, vbi ſanguis: ſicut [illegible] vbi flaua bilis & [illegible] magis, vbi pituita ſimiles [illegible] vbi vel craſſus, vel vehementer lentus humor eſt, qui parti eſt infixus.*

Itaque tumores omnes præter naturam ipſi Galeno *collecti* fiunt, aut ab humoribus, aut à flatuoſo ſpiritu, qui quandoque ſub cute, quandoque ſub circumoſſalibus membranis, quandoque in ventre, quandoque in inteſtinis, nonnunquam in medio horum, & peritonæi colligitur: Græci emphysema, Auicenna apoſtema ventoſum vocat.

Si ab humoribus tumores eiuſmodi fiant, aut calidi, aut frigidi ſunt aut mixti.

Diuiſio tumorum in ſuas differentias. — *A quibus ſumantur differentiæ tumorum præter naturam recentioribus.* — *Subſtantia.* — *Materia.* — *Accidentia.* — *Pars affecta.* — *Cauſa efficientes.* — *Tumorum præter naturam differentia vnde naſcantur Galeno.* — *Gal. 13. Meth.* — *Emphyſema*

Calidi tumores.

Calidi autem fiunt à ſanguine optimo, id eſt, ad amuſſim rubente & conſiſtentia mediocri ac mo- A
derata qualitate, & tunc phlegmonem Græci, Latini inflammationem vocant. Aut à flaua bile, vel à ſan
guine feruenti, ac tenui, vel ſanguine & bile calidioribus, eryſipelas illi, hi ignem ſacrum appellant.

Tumores frigidi.

Frigidi vel à tenui pituita ſuſcitantur, atque hos Græci œdema, noſtri laxum tumorem vocare poſ-
ſunt. Auicenna vndimiam appellat: Aut ab humore atræ bilis, vel craſſa, & lenta, tenacique pituita, ſci-
rhon illi, Latini duritiem, Arabes ſephiros vocant.

Ex feroſo quoque ſanguinis recremento quandoque tumores fiunt, vt in ſequentibus dicetur.

Tumores complicati.

Cæterum miſcentur aliquando ſimul eiuſmodi humores, atque tunc ſi alter alteri dominetur, ab
eo, qui in mixtura exuperat, nomen ipſi tumori inditur. Vt ſanguine bili dominante, phlegmonem dice-
mus eryſipelatodem, ſeu eryſipelatoſam. Sicuti ob flauam bilem præpollentem, eryſipelas phlegmono-
ſum, ſeu phlegmonodes. Iam vero aliarum mixtionum, ſimilis eſt interpretatio: phlegmone ſcirrhoſa,
& ſcyrrhus phlegmonoſus; œdema phlegmonoſum, & phlegmone œdematoſa. Atque ad
hoc exemplum, reliquos quoque tumores, etiamſi trium, vel quatuor humorum inuicem commi-
ſtio ſit, nominabis. Porro ſi pares ſint, atque ex æquo mixti humores, ita vt alter alteri non præpolleat,
tunc per copulam eorum, quos excitant, tumorum nomina coniungimus. Vt ſi ſanguis bili æqualiter B

Tumores præcipui, qui ex influxu humorum fiunt.

miſceatur, vitium illud per coniunctionem, phlegmone & eryſipelas dicetur, vel cum Galeno phlegmo-
nes eryſipelatoſque ſpecie, & natura medium. Et hi quidem ſunt præcipui tumores, qui ex humorum
influxione fiunt, vt Galeno placet: Phlegmone, inquam, eryſipelas, œdema, ſcyrrhus. Ad quos tamen
alii naturæ modum excedentes tumores, reducuntur, ac ſub eis comprehenduntur, tametſi varias ex

Tumores ad phlegmonē pertinentes.

cauſis diuerſa ſortiti ſint nomina. Itaq; ad phlegmonarū genus pertinet, phygethlon, quod panus, Celſo
authore, à noſtris vocatur. Phyma, tuberculum eidem Celſo nuncupatum. Terminthon, phymatis
ſpecies Oribaſio, ſed Aetio phygethli. Dothiones, quos Celſus furunculos vocat. Item gangræna, &
ſphacelus, qui Latinis ſyderatio, & à principe Auicenna aſcachilos, dicitur. Carbunculus quoq; Græcis

Eryſipelatoſi tumores.

anthrax nominatus: de quo ſcribit Auicenna *capite de pruna & igne perſico*.

Ad eryſipelata vero quodammodo referri videntur, herpetes, qui ſpecie ſunt duplices, miliares
ſcilicet, & exedentes, quos *ἐσθιόμενος* Græci appellant. Vtramque ſpeciem Auicennæ interpres formi-
cas vocauit, ſed eas cum verrucis illis quas Græci myrmecias, Latini formicas vocant, nominis ſimilitu-
dine deceptus, *eodem capite* turpiſſimo errore commiſcuit. Has bilioſas inflammationes, herpetas à Græ-
cis nuncupatas Celſus ſub ignis ſacri nomine videtur comprehendiſſe. Recentiores eas inter puſtulas C

Pituitoſi tumores.

(vt loquuntur) cholericas adnumerant. A bile etiam fere prouenmunt, atque ideo ad eryſipelas perti-
nent, phlyctænæ à Græcis vocatæ, de quibus agit Auicenna *capite de veſicis & inflammationibus*. Ad tumo-
res pituitæ, hoc eſt, œdemata, referuntur nonnulli tumores ſub apoſtematis nomine à Græcis compre-
henſi, qui ab Auicēna nodi, ab Haly Abbate telaa, & dubeleta phlegmatica dicuntur, Latini ſ[illegible] vo-

14. Thera.

cant. Quorum iuxta diuerſas materias in eis contentas, diuerſæ etiam ſunt ſpecies. Nihil autem refert, ſi
& genera, vel differentias hoc loco dixeris. Porro tria ſunt Galeno eiuſmodi abſceſſuum genera fre-
quentiſſima, quorum ſingula propriam appellationem Græce ſunt ſortita, ea ſunt atheromata, ſteato-
mata, meliceride, à ſimilitudine quidem contentorum in his corporum dicta, vt amplius in ſequenti-
bus declarabimus. Eſt & apoſtematum, hoc eſt, abſceſſuum genus, in quo res aliæ continentur, quæ non
humorum modo, ſed & ſolidorum quorundam corporum proprietates repræſentant *verum hæc* (inquit
Galenus) *rarius*. Ac de iis quidem etiam in ſequentibus, cum de abſceſſibus ſermonem facie-
mus.

Tumorum noua quadā apud recentiores Medicos nomina. Teſtudo. Talpa. Nata. Ganglium. Struma.

Ad hæc autem modo dicta abſceſſuum genera pertinent tumorum quædam nomina à recentio-
ribus excogitata, & nuſquam apud antiquos ſcriptores reperta, vt teſtudo, *mollis tumor caluariæ inhærens*, D
& talpa: hæc ad atheroma, illa ad melicerida magis ſpectare videtur. Ad ſteatoma vero fere per-
tinent, *tumor dolore carens*, quam Natam, vel Naptam appellant, de quibus ſuo loco dicemus. Huc
quoque, hoc eſt, ad tumores pituitæ, ſpectant, vocata à Græcis ganglia, ab Auicenna glandulæ, quæ
à vocatis nodis differunt. Scrofulæ quoque à vulgo vocatæ, à pituita fiunt, proinde & ad œdema-
ta reducuntur: hæ Græcis chœrades, Latinis ſtrumę dicuntur. Galenus tamen alicubi inter ſcyrrhos, ob
duritiem annumerat. Ad œdema etiam refertur Galeno ea hydropis ſpecies, quæ leucophlegmatias

Leucophlegmatias.

Græcis, & hypoſarca nuncupatur.

Scyrrhoſi tumores. Cancer. Carcinoma. Elephantiaſis.

Cæterum tumores, qui ad atram bilem ſpectant, & ſub vocato ſcyrrho continentur, ſunt,
Cancri, qui à Græcis carcini, & carcinomata dicuntur, Celſus tamen cancrum à carcinomate ſe-
iungit, vt illum ab his, quæ extrinſecus incidant, oriri dicat, & ſerpere, hoc corrupta interius ali-
qua parte innaſci. Idem cancrum in multas ſpecies diducit, eryſipelas ſcilicet, gangrænam, & vl-
cus nigrum. Huius quoque farinæ eſt elephantis, ſeu elephantiaſis, à vulgo Medicorum lepra vo-
cata, & quibuſdam ſancti Lazari morbus. Itaque lepræ nomen Auicennæ, & imperitæ multitu- E
dini, morborum grauiſſimum, ac pernicioſiſſimum ſignificat: cum tamen Galeno, Paulo Aegine-

Verruca.

tæ, ac reliquis Græcis, leuis ſit morbus, non multum à ſcabie differens, quæ psora eiſdem dicitur. Ex
ſcyrrhoſo etiam tumorum genere cenſentur, verrucæ ab Auicennæ interprete vocatæ Latina voce, quę

Porra. Myrmecia. Acrochordones.

tumores ſunt inſtar monticulorum quorundam in cute eminentes, vnde & nomen illis factum eſt, à
vulgo porra dicuntur.

Clauus. Thymion.

Huius autem generis ſunt, myrmecia, ac ſi formiculas diceres, & acrochordones, quæ noſtris pen-
ſiles verrucæ dicuntur. Clauus, qui *callus* eſt *figura teres*, Græcis ἧλος vocatur Auicennæ aſmilinar. Thy-
mion vel thymon verrucula thymi herbæ capita repræſentans, Auicenna videtur tutium, vel vt alia

habet

A [illegible] Cornua. Calli. [illegible] Dracunculi. [illegible] capite vltimo libri quarti. Hic morbus apud nos parum eſt frequens.

Præter hoſce, quos iam recenſuimus [illegible] Puſtulæ. [illegible] antes, nempe paruæ quædam [illegible] & ab iis tumoribus quos ſupra com[illegible] bus & magni iam dicti tumores. Proin[illegible] notiores, ac perui[illegible] ſi nomina tum Græca, tum Latina, tum [illegible] deſcriptionem hoc loco ſubieceri- Lepra. [illegible] ſunt, lepræ Græcorum, & pſoræ, Latinis Pſora.
B [illegible] poris colliquatione, ab eodem humore [illegible] Lichen. [illegible]

[illegible] Quatuor impetiginis ſpecies. [illegible]

[illegible] Impetigo.
C [illegible] Lepra. Pſora. [illegible] Scabies. [illegible] Albora. Leuce. [illegible] Alphos. [illegible]
D [illegible]

[illegible] Vitiligo. [illegible] Paruum nominibus ſe decantum eſſe. [illegible]

E [illegible] ſi papulæ, & Plinii mentagra.

[illegible] Lombs. [illegible] Memini Galenus [illegible] tertium & [illegible] Celſi comprehendiſſe.

Epi-

Epinyctides.

Epinyctides Celſo *puſtulæ ſunt peſſimæ, colore vel ſubliuido, vel ſubnigro, vel albo, fabæ magnitudinem non excedentes, in eminentibus partibus, vt manu & pedibus maxime, naſcentes.* Circa has vehemens inflammatio eſt, A
& cum adapertæ ſunt, reperitur intus exulceratio mucoſa: color eſt humori ſuo ſimilis: dolor vero etiam

Vnde dictæ epinyctides.

ſupra magnitudinem earum eſt. Neque enim (vt diximus) faba maiores ſunt. Nomen à nocte acceperunt, vel quod noctu grauiori dolore torqueant, vel (vt Celſus voluit) quod noctu fere oriantur. Plinius eas, puſtulas liuentes, & noctibus inquietantes nominat. Arabes vero, eſſere, ſere, vel ſatre eiuſmodi puſtulas ſic noctu infeſtantes, vocauerunt.

Sudamina. Plāta noctis.

Quod Græcis ſunt hidrōa, Latinis quibuſdam ſudamina, & Plinio papulæ ſudorum dicuntur: Auicennæ vero, planta noctis, & Almanſori, alhaſaphum. Quo fit, vt epinyctis à planta noctis ipſius Auicennæ plurimum differat, tametſi vox ipſa Græca epinyctis (vt modo dicebamus) à nocte etiam originem trahat. Sunt autem ſudamina hæc Galeno *teſte libro tertio aphoriſmorum, comment. xxi. ex genere*

Gal. de ſudaminibus.

puſtularum, in ſumma corporis parte hærentium, quæ in ſpeciem vlcerum cutem exaſperant: proueniuntque, vt & non ipſum inquit, indicat, ob multos ſudores, vel biliosiores, vel mordaciores, qui cutem mordent, & pruritum etiam reddunt, ac per modum vlcerum exaſperant. Porro hæc affectio, pueris, atque iuuenibus, ſed his præcipue, qui natura ſunt biliosi, æſtiuo tempore communis eſt, adeoque facilis curationis, vt per ſe abſque vllo præſidio albicantibus quibuſdam ſquamulis dimiſſis ſaneſcat. Auicennæ autem deſudationes (vt B

Deſudationes Auicennæ.

ex earum conſtat deſcriptione) potius exanthematibus Celſi, quam ſudaminibus Galeni, reſpondere videntur.

Si quis tamen nomina attendat, deſudationes ipſas principis Auicennæ, putabit Græcorum hidrōa, quæ Latini ſudamina vocant. Verũ enimuero, non tam nomina ipſa, apud Barbaros, & Arabicæ ſectæ authores, ſequenda ſunt, quam ipſæ rerum deſcriptiones.

Pſydraces.

Pſydraces, ſeu pſydracia, *puſtulæ ſunt paruum ſupra ſummam cutem eminentes, phlyctænis*, hoc eſt, bullis, quæ ab igne excitantur, *perſimiles.* Hæ in capite præcipue naſcuntur. Pſyzacion corrupte legitur apud Celſum pro pſydracion.

Morbilli. Variolæ. Exanthemata. Ecthymata. Scopuli.

Puſtulæ illæ in cute florentes, quæ vulgo morbilli, & variolæ nuncupantur, Galeno exanthemata, Hippocrati ecthymata dicuntur. Plinius papulas & interdum pituitæ eruptiones vocat. Porro variolæ, & ſcopuli vocati, à materia fiunt craſſiore, morbilli à tenuiore. Papulæ tamen ſcopuli vulgo dictæ, maiores ſunt variolis. Hæ minora, illi magna ecthymata ſunt Hippocrati, *lib. 3. Epid.* Morbilli vero eidem C
herpetes magni nominantur. *Magnos autem* (ait Galenus) *herpetas dixit Hippocrates, vel quia magnum occupant locum, vel quia cum maligna contingunt eroſione.* Morbilli namque, quandoque altero tantum, quandoque vtroque modo magni viſuntur.

Papulæ Celſi.

Cornelius Celſus *libro quinto ſuæ medicinæ*, poſt tractatum de impetigine, meminit duplicis papulæ, vnius quidem leuioris, quæ ſi ieiuna ſaliua quotidie defricatur, ſaneſcit: alterius maioris, in qua cutis exaſperatur, exulceraturque, ac vehementius & rodit, & rubet, difficiliusque ſaneſcit. Hanc agriam, id eſt, feram dicit à Græcis appellari. In vtroque tamen genere, minus vitii quam in impetigine eſſe agnoſcit, adeo vt id, quod difficilius ſaneſcit, niſi ſublatum ſit, in impetiginem verti, ac tranſire, affirmet.

Dartra Gallica.

Galli (ſi quid iudico) genus vtrumque, ſed prius maxime, dartras appellant.

Id enim vitium maxime rotundum incipit, eademque ratione in orbem procedit, ac tarde ſerpit. Quæ omnia papulæ primi generis Celſi conueniunt. Has autem Celſi papulas nihil à Græcorum lichenis differre, nonnulli conſtanter aſſeuerant: eumque ſolum authorem inter Latinos lichenas, papulas vertiſſe legimus.

Mentagra.

Mentagra, Latina vox eſt Plinio, qua rem omnino aliam ab impetigine, *in principio libri xxvi.* viſus D
eſt ſignificaſſe, longeque peiorem affectum, quam quem Græci lichenis nomine intellexerunt: licet in medicinis quandoque Græcorum lichenas impetiginem ſit interpretatus, & morbum eiuſmodi mentagram appellatum, *eo loco* etiam lichenas vocet.

Plin. lib. 26.

Porro refert idem Plinius, malum hoc Tiberii Cæſaris principatu, primum in Italiam irrepſiſſe, omnique æuo priore vniuerſæ Europæ, nedum Italiæ, incognitum: tanta quidem fœditate, vt quæcunque mors huic præferenda eſſet, tanta enim contagione, vt oſculo ſolo veloci tranſitu inficeret, ſed proceres maxime. Hæc lues, à mento fere oriebatur, vnde & nomen illi factum eſt mentagra.

Mentagram agnouit Gal.

Cæterum morbum hunc agnouiſſe videtur Galenus. *Quinto enim libro de medicamentis compoſitis ſecundum locos*, meminit fœdiſſimæ cuiuſdam menti impetiginis, quæ plurimum (vt ex Critone refert) excitat: & affligit patientes, atque in diſcrimen non mediocre adducit. Nam interdum per vniuerſam faciem ſerpit, & ad oculos vſque procedit, & fere ſupremæ deformitatis cauſa efficitur. Quæ impetiginis deſcriptio, per omnia mentagræ Plinii conuenit. Errant autem vehementer, qui fœdiſſimum hunc lichenem, mentagram à Plinio appellatum, morbum eum eſſe exiſtimant, quem hodie vulgo quidam

Morbus Neapolitanus. Morbus Venereus quando primum in orbem irrepſerit.

Gallicum, alii Neapolitanum, alii citra odium, & iniuriam nationum, Venereum appellant. Hic enim E
veteribus, & priore ſæculo omnino ignotus fuit, primumque apud Neapolim irrepſit anno à Chriſto nato 1493. Quo tempore Carolus Gallorum Rex inuictiſſimus, Alpes ſuperabat, Italiam petiturus, quamuis antea non longe per Hiſpanias (vt quidam referunt) ſerpſiſſet. quapropter tanquam inde tracta origine, lues Hiſpanica cœpit appellari. Quæ peſtis diuina veluti vltione (vt par eſt credere) ob fœdos, illicitos, atque à Deo vetitos concubitus, in terras immiſſa, magnam generis humani partem ſua contagione, fœdauit, & proſtrauit. Id enim malum ſenſere magiſtratus, ſenſere mancipia, ſenſere proceres, ſenſit humilis plebs, veloci vnius ad alterum tranſitu: iamque per Hiſpanias, Gallias, Italiam, totamque Europam magno mortalium diſpendio vagatur.

Sunt

Sunt & puſtulæ quædam, præter has modo enumeratas, apud Auicennam *libro quarto*, glandoſæ [illegible] *Puſtula glandoſa.*
A [illegible] videatur [illegible], [illegible] ratione. [illegible] bothores vocat, & [illegible] *Terminthi.* [illegible] procul dubio terminthi [illegible] & [illegible] Græci [illegible].

Puſtulæ albæ, vel lacteæ Rasis & Serapionis, & [illegible] Auicennæ, ſi earum deſcriptiones *Puſtula alba.* [illegible], ad [illegible] Græcorum, quos Latine [illegible], [illegible] eadem remedia, quæ ad illa [illegible] Auicenna, a Dioſcoride [illegible] præcipiantur.

Hactenus de differentiis tumorum præter naturam, qui [illegible] in corpore fiunt.

De cauſis tumorum præter naturam, extrinſecus appetentium, in vniuerſum.

Cap. III.

B Cauſæ tumorum præter natura [illegible] Medicis & Chirurgis, geminæ [illegible] generales [illegible] & ſpeciales. Generales cauſæ ſunt, fluxio, quod Græci [illegible] vocant, & congeſtio. *Cauſa tumorum præter naturā. Fluxionis cauſa.*

[illegible] numero conſtituuntur. Nempe membri. 1. propellentis robur, [illegible] 2. [illegible] 3. copia ſeu multitudo, meatuum. 4. [illegible], per quos fit [illegible] amplitudo, propellentium. 5. anguſtia [illegible], & loci fluxionem. 6. excipien[illegible] ad membrum propellens particulam [illegible] & [illegible].

[illegible] ratione membri expellentis, vel propter robur facultatis expultri- *Pars propellens.* [illegible], vel propter [illegible] naturalem, quem [illegible] membro excipiente, vel propter pro- *Particula excipiens.* priorum meatuum anguſtiam. Pars vero aliqua fluxionem [illegible], quia vel dolens, aut calida, vel *Humor fluens.* imbecillior, vel rarior, atque ignobilior, vel inferiori loco [illegible]. [illegible] ratione humoris fit deflu- *Spacium.* xus in partem aliquam, quia ſit copia ſuperuacuus, qualitate moleſtus, ſubſtantia tenuis. Spa[illegible] autem fluxionis cauſa exiſtit, ob meatuum amplitudinem, [illegible] venarum, arteriarum, & [illegible]porum.

C Congeſtionis vero, quæ altera eſt cauſa generalis tumorum qui præter naturam incidunt, cauſæ *Cõgeſtionis cauſa.* [illegible], quæ alteratrix & altrix [illegible], & imbecillitas expultricis. Ex [illegible] magna ex parte fiunt à defluxu humorum. [illegible] vero eorundē [illegible].

Quemodo autem [illegible] fluxio tumorem excitet, aperte ac ſcite demonſtrat Galenus, [illegible], *Quemodo cauſa defluxio tumorē creet.* [illegible] ad hunc modum ſcribens. *Statim defluxione calida ad muſculum de*[illegible] *ac diſtenduntur [illegible], at [illegible] res procedit, donec* [illegible] *non poteſt, pars eius per [illegible] ſpatia vacua,* [illegible] *ab humore, [illegible], ac perfunduntur. Sunt* [illegible] *prima, præter cætera va*[illegible] *diſtrahunturve. Ex*[illegible] *Reliquæ [illegible] tantū vel cõprimun*[illegible] *[illegible]* [illegible] Galenus [illegible] huiuſmodi tumo-
D [illegible], & antequam reſtiterit [illegible] generatione [illegible] illud ta[illegible], vulgo dicunt [illegible], quæ [illegible] influxu eſt [illegible] non ſimplex, *Omnium morborum, qui adhuc in gignendo ſunt, duplicem eſſe indicationem.* ſed compoſita [illegible], quæ in generatione [illegible] tumoribus, [illegible] omnibus, qui in generatione adhuc ſunt, [illegible] medentis ſo[illegible] Galenus [illegible], & ea quæ [illegible] contemplationis.

C[illegible] eſt, *[illegible]* quas vocant [illegible] tumorum, qui præter naturam ſunt, cauſas *Cauſæ ſpeciales tumorum præter natura.* [illegible]. Primitiuæ, [illegible], & [illegible] Græci [illegible], *Progreſſa* ſeu pri- *Progreſſa.* [illegible], ſeu [illegible], vt [illegible]. Antecedentes, *Antecedentes.* [illegible] ſunt humores [illegible] tam natu- *Naturales humores qui dicantur.* [illegible] ad corporis nutritionem ſunt [illegible]
E [illegible] appellatione continentur. Qui ſi [illegible] & proſiliant, ſiue in [illegible] loco [illegible].

Non naturales vero eos [illegible], hoc eſt, maſſa ſangui- *Humores non naturales qui dicantur.* [illegible], hoc eſt, ex natura ſua, in[illegible] qui quantumuis etiam in [illegible] permaneant, [illegible] concreſcant. [illegible] autem vel quadam naturæ prouidentia,

certi

certi alicuius vſus gratia, in conceptacula quædam relegantur, aut foras a corpore [illegible] tumores non veros, ac illegitimos appellatos. abſceſſus, inquam, puſtulas, & [illegible] rant. Interdum vero inſenſibili perſpiratu, vel ſenſibiliter per ſudores, [illegible] Nonnunquam intrinſecus putreſcunt, & febres excitant. Atque hi (inquiunt) æquiuoce, & [illegible] prie humores dicantur, naturaliumque nomina ſibi vſurpant. Solum enim eos ſuccos, qui [illegible] in ſanguinea generatione, nutritionis, ac fluoris noſtri corporis reparandi gratia conficiuntur, [illegible] humores cenſent appellandos. Cuiuſmodi eſt ſanguis verus, ac purus, bilioſus, pituitoſus, & [illegible] cholicus, quo ſingulæ noſtri corporis partes nutriuntur, inflammanturque. Aliæ quidem [illegible] ita dicam magis ſanguineo, aliæ vero bilioſiore, aliæ pituitoſo magis, aliæ melancholico, [illegible] natura expoſtulat.

Qui ſucci proprie humores dicantur.

Itaque hi humores vniuerſim venis & arteriis continentur, quod & coloris ipſius, & [illegible] varietas indicat, vt *libro de atra bile* Galenus expreſſit.

Ex quatuor humoribus naturalibus quatuor fieri legitimos ac præcipuos tumores. Ex humoribus non naturalib. qui tumores fiant.

Porro ex his quatuor humoribus naturalibus dictis, quatuor præcipui, ac legitimi tumores [illegible] ter naturam fiunt, quæ vulgo apoſtemata vera nominare ſolent. In quo non [illegible] tumor [illegible] magnus eſt, & materia, vnde procreantur, magis quantitate peccat, quam qualitate. Hi [illegible] prius nominibus dicuntur phlegmone, eryſipelas, œdema, ſcirrhus. Ex non naturalibus vero vulgaribus Medicis placet, abſceſſus, quas exituras vocant, & puſtulæ oriuntur, de quibus in præ dentibus abunde diximus. Atque hi tumores, abſceſſus, inquam & puſtulæ, apoſtemata non [illegible] eiſdem cenſentur. Ad quæ, & alia duo tumorum genera redaci volunt, flatuoſos ſcilicet (quas [illegible] flationes vocamus) & aquoſos, qui ex ſeroſa ſubſtantia procreantur, vulgo apoſtemata ventoſa [illegible] aquoſa nuncupant. Itaque ſex ſunt nomina ſimplicium (vt loquuntur) apoſtematum [illegible] ſtema phlegmonoſum, eryſipelatoſum, œdematoſum, ſcyrrhoſum, flatuoſum, & aquoſum. Compoſitis vero (quoniam horum infinita propemodum turba eſt) non omnibus propria ſunt indita nomina, ſed illis duntaxat, in quibus humor aliquis ſupra cæteros dominium obtinere euidenter [illegible] deprehenditur, vt iam ex præcedentibus ſatis innotuit, & rurſus in ſequentibus ſuo loco plenius oſtendemus.

Cauſa continens tumorum præter naturam. Continens cauſa quæ dicatur.

Cæterum cauſæ coniunctæ, ſeu continentes tumorum præter naturam, quos apoſtemata, puſtulas, & exituras, vocant, ſunt materiæ, quæ in particula ipſa laborante, aggeſtæ & infectæ reperiuntur, quæque adhuc permanent, poſtquam tumorem excitarunt: ac dum [illegible] tumores [illegible] augentur: cum decreſcunt, minuuntur: & cum deſinunt, finiuntur. Cauſa enim [illegible] ſiue continens, morborum omnium, ac diſpoſitionum, quæ in corpore ſunt (in vniuerſum [illegible] ab Auicenna, & vniuerſo iuniorum medicorum cœtu definitur) Quæ cum præſens eſt, eius quoque morbus adeſt, cum vero tollitur, etiam morbus euaneſcit.

Coniunctam cauſam nihil a morbo differre, quorundam opinione.

Verum enim vero quidam huius ætatis Medici non vulgariter eruditi, duas tantum eſſe morborum cauſas Galeno contendunt, externam videlicet, & internam ſiue (vt nunc loquuntur) primitiuam, & antecedentem. *Itaque primitiuam, atque externam cauſam,* inquiunt, *appellat Galenus, quæ extrinſecus corpori aduenit, ipſumque vehementer alterat, at ſæpe immutat quæque cum aduerſam valetudinem [illegible], ſeparatur: [illegible] calor, frigus, ſcorpio pungens, Græci vt diximus eam προκαταρκτικὴν vocant. internam vero ſiue antecedentem nominat Galenus, quæ in ipſo animalis corpore conſiſtit, & eam morbum facit. Eam autem, quam coniunctam appellant, ne* (inquiunt) *ſomniauit quidem, cum ſecundum huius ſententiam, affectus actionem impediens, aut vitians, morbus ſit, & non morbi cauſa. Coniunctam autem illa cauſa, quam Auicenna eiuſque ſequaces ſomniarunt (vt ex data ab ipſis deſcriptione conſtat) affectus ſit actionem lædens, quæ propria eſt morbi definitio.* Nihil igitur cauſa illa continens, à recentioribus Medicis, & eorum principe Auicenna introducta, à morbo prorſus differt, à quo primum ea, quæ ſecundum naturam eſt actio, læditur. Cæterum cum hæc de triplici earum morbificarum genere opinio iam inueterauerit, & apud omnes fere noſtræ etiamnum ætatis Medicos robur inuenerit, non abſurdum videbitur, ſi eas morboſas cauſas paſſim in hoc opere, dilucidioris doctrinæ gratia, huiuſmodi nominibus diſtinguamus: nempe primitiua, antecedente & coniuncta. Atque hæc de cauſis tumorum præter naturam dicta ſufficiant: nunc poſtulat ordo, ac [illegible] tionis ſeries, vt eorum ſigna, & iudicia ſubniciamus, modo tamen pauca de abſceſſuum natura, & [illegible] neratione præmiſerimus.

Abſceſſus qui dicantur Galeno.

Itaque abſceſſus, qui Græcis ἀποστήματα, & vulgo exituræ dicuntur, Galeno *libro de tumoribus præter naturam, & ſecundo ad Glauconem, diſpoſitiones ſunt, in quibus à[b] [illegible], atque inuicem diſtant, quæ prius [illegible] contingebant, corpora.* Materia etiam, quæ [illegible] tumores excitat, [illegible] carnem [illegible] continentia à ſubiectis diducit, & abſcedere facit. *Spacium igitur* (inquit Galenus) *vacuum in medio [illegible] portet, quod aliquam ſubſtantiam ſpiritualem, vel humidam, vel mixtam ex vtriſque comprehendit, quæ temporis [illegible] nitate in multiformes, & varias ſubſtantias alterantur.*

Duplex genus abſceſſuum Galenus lib. 14. therap. meth. & libro 2. ad Glauconem. ἀποστήματα.

Duplex autem eſt eiuſmodi abſceſſuum genus: vnum, cum inflammatione in pus verſa, pus [illegible] tanquam in ſinu aliquo eſt collectum: alterum, cum nulla præcedente inflammatione humor aliquis, iſque alias ſpecie alius, vel ſpiritus aliquis vaporoſus, aut ſubſtantia ex vtriſque mixta, in parte aliqua colligitur. Quod bifariam accidit: nam vel in ipſo toto ipſo, quod abſcedentes internæ partes eiuſdem ſubſtantia, ſine præuia defluxione generatur, aut aliunde in ipſam laborantem particulam confluit, vel ſtatim quidem ab initio, vel ea ratione, qua fiunt illa, quæ ἀποσκήμματα vocantur. *Nominant vero* (inquit Galenus) *ſic huiuſmodi depoſitionem, cum, qui prius vnum membrum infeſtant, humores, eo relicto, ad alterum tranſmutantur.* Spacium autem vbi moliuntur eiuſmodi ſubſtantia, quæ abſceſſum creat, vel inter duas tunicas, vel ſub quibuſdam membranis. Porro excorat tandem circumpoſita corpora.

vel

A vel quia omnino acris, aut omnino ipſa copia diſtendens, aut putredinem quandam tempore contrahens ſe Iam tum acris eſt.

Quod ſi humiditates ipſæ, quibus ſpacium, quod abſcedentes interiacet partes, completur, & abſceſſus excitatur, longo interdum tempore perdurauerint, plures (vt ſupra diximus) habent alterationes, atque in varias ſubſtantias transſmutantur, quæ non humorum modo, ſed etiam ſolidorum quorundam corporum proprietates repræſentant. Nam & lapidibus, & arenis, & teſtis, & lignis atque carbonibus, & luto, & olei limo, & vini fæci, & ſtipulæ, ac multis alijs talibus, ſimilia corpora in abſceſſibus contineri inueniuntur, vt iam ſupra de differentiis tumorum explicuimus. *Quæ in abſceſſibus inueniantur.*

De ſignis tumorum præter naturam extrinſecus apparentium, in vniuerſum, & eorundem iudicijs.

Cap. IV.

NOtæ tumorum præter naturam ſumma corporis occupantium (quorum duntaxat ſpeculatio ad chirurgum pertinet) ſenſuum organis ac cuiuſque particulæ laborantis præſentia, facile deprehen- *Nota tumorum præter naturam generales.*

B duntur. Vbicunque enim incrementum apparet, naturalem ſtatum excedens, ac præter naturæ modum particulam, quam occupat, diſtendens, cuiuſque actionem lædens, quod vel humor aliquis, vel ſubſtantia ex humore procreata, aut quæ ad humorem (vt loquuntur) ſit reducibilis, vel vaporoſus ſpiritus gignit, ibi & tumorem præter naturam, ſeu (vt dicunt) apoſtema generaliter loquendo, eſſe neceſſe eſt.

Cæterum tumores quæ vera apoſtemata appellant, tumore, dolore, & calore, magis vel minus intenſis, dignoſcuntur. Non vera autem, quæ puſtulas & abſceſſus nominauimus præter tumorem, malignitate quoque, ſeu (vt eorum verbis vtar) mala morigeratione, & ſequeſtratione etiam maiore, vel minore, hoc eſt, ſecundum magis & minus (vt ab eorum vocibus non recedam) determinata, deprehenduntur & ſignificantur.

Signa autem particularis cuiuſque differentiæ, & materierum, ex quibus fiunt in ſequentibus ſuo loco dicentur, dum ſcilicet de ſimplicibus ipſorum, qui præter naturam conſiſtunt, tumorum differentijs tractabimus. Ex quibus & compoſitæ facile dignoſcentur. Verum enim vero non prius ad particularia eſt accedendum, quam de vniuerſalibus ſermo fuerit abſolutus is enim ordo in diſciplinis obſeruari ſolet, nec immerito ſane. Nam vniuerſalia ipſa, atque communia manifeſtiora ſunt nobis, *Ariſto. lib. 1. Phyſicorum. cap.*

C quam particularia quippe quæ magis promiſcua, confuſioraque ſint, quam particularia, vt *primo cap. lib. 1. phyſicorum* docet Ariſtoteles. Nemo igitur miretur, ſi paſſim in hoc opere chirurgico, à communioribus, & plura comprehendentibus, ſemper inceperimus, tum ob nuper adductam rationem, tum quod ſecundum naturam generalitas ſpecialitatem antecedit, vt idem teſtatur philoſophus. *Generalitas ſpecialitatē antecedit.*

Sed ad propoſitum reuertamur ac indicia tumorum præter naturam conſiſtentium perſequamur. *1. Inditia.* Circa quæ primum aduertendum eſt, omnes eos tumores, qui vera apoſtemata vocantur, ſi Galeno & Auicennæ credimus, inuicem magna ex parte complicari, neque facile aliquem eorum ſyncerum, & purum inueniri.

Nam (vt Galenus inquit) *phlegmonæ, hoc eſt, inflammationi ex ſanguine, magna ex parte miſcetur aliquid, quod vel eryſipelatis, vel œdematis, aut ſcirrhi naturam ſeruet. Eryſipelati autem, quod phlegmones, aut œdematis, aut ſcirrhi ſpeciem referat. Et ita in reliquis omnibus ſimiliter perpendi.* At vero ij præter naturam tumores, quos non vera apoſtemata appellitant, vt plurimum ſynceri, ac puri reperiuntur. Cæterum ſimplicium ac ſyncerorum curationes in ſequentibus perſequemur, ex quibus & compoſitorum & implexorum curatio facile intelligetur. Nam omnes & perſequi, & componere, ſuperuacaneum mihi videtur. Si enim ſim- *Li. de differ. morborum.*

D plices ipſos tumores omnes cognoueris, deinde, quo pacto inter ſeſe componantur, didiceris, ſatis idoneus eris, qui in reliquis particulatim te exerceas. Sed iam reliqua, quæ in vniuerſum de tumoribus ipſis ſumuntur, iudicia perſequamur. *2.*

Periodi paroxyſmi, & criſis tumorum, qui præter naturam ſunt, humorum, ex quibus conſtantur, analogiam (inquit Guido) *ſequuntur.* Analogiam autem hic interpretamur proprietatem, ſeu proportionem, naturam, ac ſubſtantiæ ſimilitudinem, quam formam ſpecificam, & occultam appellant. *3.*

Tumores eiuſmodi præſertim ſalubres, & qui per humorum influxum fiunt, quatuor temporibus diſtinguuntur, principio, augmento, ſtatu, & inclinatione. Principij nota eſt, cum particula incipit diſtendi, & fluxionis à ſe ſentit initium, cum dolore adhuc exiguo. Incrementum adeſſe iudicabis, cum videris, tumoris molem attolli, locumque affectum impleri, & in ſublime efferri, ac ſymptomata, quæ vnamquemque tumorem ſequi ſolent, manifeſte augeri. Status vero indicium eſt, cum prædicta omnia tumor ſcilicet & ſymptomata cuiuſque tumoris differentiæ, proprium vigorem ſuum obtinent: nec amplius poſſunt incrementa aſſumere, quin materia faciens tumorem, in aliam formam ſeu ſubſtantiam alteretur, & tranſmutetur. Declinatio autem tunc adeſſe cognoſcitur, cum tumoris moles, & pro- *Quatuor tēpora tumorum præter naturam. 1. principium. 2. Augmentum. 3. Status. 4. Declinatio.*

E pria ipſius ſymptomata, imminuuntur, vel materia, quæ tumorem facit, in aliam ſubſtantiam incipit tranſmutari. *Itaque tempora hæc* (vt inquit Guido) *penes tria potiſſimum diſtinguuntur: nempe penes ipſius tumoris quantitatem, hoc eſt, magnitudinem, vel paruitatem penes materiæ diſpoſitionem: & accidentia, quæ curandi indicationem plurimum immutant.* *Tempora tumorum præter naturā à 4. his potiſsimum ſuum diſcrimen aſſume re.*

Cæterum quatuor hæc tempora ſimul aliquando coincidere videntur, propter breuem ſcilicet, ac pene imperceptibilem vniuſcuiuſque durationem, vt contingit in venenoſis inflammationibus non lethalibus, quæ ſtatim vigent ac florent.

Porro tumores huiuſmodi, qui ex humorum præſertim fiunt influxione, niſi retrocedant hoc eſt, fieri prohibeantur, per repreſſionem ſcilicet fluentis materiæ vel ſponte, & citra vllam rationalem cauſam, intro recurrente fluxione, minime deliteſcant, altero illorum quatuor modorum terminantur: *5. Tumores præter naturā quatuor modis terminari.*

 nempe

nempe vel inſenſibili exhalatione, ſeu reſolutione, vel facta ſuppuratione, vel corruptione vel induratione. Omnium autem iſtorum modorum optimus, & magis expetendus, is eſt, qui per ſenſum imperceptibilem fit diſſolutionem; poſt illum vero, qui per ſuppurationem. At quæ per indurationem fit tumoris præter naturam terminatio, ſimpliciter atque abſolute mala dicitur. Quæ autem fit ad corruptionem particulæ laborantis, omnium peſſima cenſenda eſt, vt aperte nobis Galenus in ſecundo libello *de inæquali intemperie*, ad hunc modum ſcribens, poſtquam docuit, quomodo fiat phlegmone, ex calida defluxione in muſculum decumbente. *Itaque* (inquit) *duarum alteram, ſi putreſcere aliud nequit, vel ſuperante fluxione, corporum, quæ ſuccubuere, ſequi corruptionem: vel ea vincente, musculum ad naturalem habitum reverti. Subiiciamus igitur ipſam primum fluxionem ſuperari, rectumque eum à medico curari [illegible]. Duplex hinc reſultat curationis modus: quod ſcilicet vel digeratur, ſeu diſſoluatur, quicquid humoris in particulam procumbit: vel concoquetur: verum diſſolutio optabilior exiſtit. Ad concoctionem autem hæc duo neceſſario conſequuntur: nempe puris generatio, & eius in aliquod ſpacium abſceſſio.* Et paucis interiectis ſubiungit: [illegible] *particulæ fuerint in tantam iam devenerint intemperiem, quod earum operatio deſtruatur, & [illegible] temporis proceſſu corrumpuntur.* Hactenus Galenus.

Diſſolutionis indicia. Diſſolutionis autem ſeu reſolutionis indicia ſunt, levitas membri & deficiens pulſatio.

Suppurationis. Signa, tumorem verti in ſuppurationem, indicantia ſunt, dolor intrinſecus, pulſatio, & caloris incrementum.

Corruptionis. Fluxionem victricem eſſe, & particulæ laborantis corruptelam, teſtantur, nigror, & liuiditas, quibus nonnunquam & graueolentia accedit. *Indurationis.* Tumorem lapideſcere, hoc eſt, in lapideam abire duritiem, aperte demonſtrat, tumoris imminutio, & cum hac, durities remanens.

Regreſſionis & delitescentiæ. Regreſſionis vel delitescentiæ notæ ſunt, ſubita tumoris diminutio, quæ interdum propter nimiam refrigerationem, nonnunquam vero propter venenoſitatem (nullis forinſecus admotis repellentibus) accedit. Ad hanc autem ſubitam atque affatim factam tumoris imminutionem, febris ſtatim conſequitur, ac multa alia praua ſymptomata.

Hactenus de ſignis & indiciis eorum tumorum quos vulgo apoſtematis nomine proprie cenſeo appellandos. Puſtularum autem vulgo nuncupatarum notæ & indicia ſuo loco, cum de illis tractabimus dicentur.

Abſceſſuum vero (quas exituras vocant) indicia, ac ſigna, quæ vel ſtatim eos futuros denunciant, vel iam præſentes adeſſe demonſtrant, hæc ſunt.

Signa mox futurorum abſceſſuum ex Auicenna. *Cum videris* (inquit Auicenna) *pulſationem aut duritiem, in longum iam tempus productam, vel caliditatem aut dolorem magnum, [illegible] poſt apoſtema proximum eſt, vt in ſuppurationem vertatur, & fiat exitura, id eſt, abſceſſus. Cum autem conſpexeris aliquid relenitatis leuitatem quandam affecta particulæ, & doloris ſedationem, ac remiſſum calorem, [illegible] loci pars aliqua cæteris emineat, atque in mucronem ſubducatur: ad hæc cum premendo [illegible] inundationem [illegible] ſequuntur [illegible], tunc certo credere oportet [illegible].* *Nota abſceſſus iam facti.*

Aph. 47. li. 2. Vnde & ab Hippocrate [illegible] traditum, *Quod dum pus conficitur, dolores, ac febres magis accidant, quam iam confecto pure.* Porro notæ cuiuſmodi tum iam facti abſceſſus, tum mox futuri vulgaribus his verſiculis communiter exprimuntur.

Durities [illegible] dolor & calor auctus,
Signant [illegible],
Sub [illegible] & acuta.

Cæterum, in pure ipſo cognoſcendo ac diiudicando, maxime te attentum eſſe conuenit. Quandoquidem ſuppurationis ipſa, ſeu puris in loco aliquo comprehenſi notitia, ſæpe occultatur, nec ſatis Medico innoteſcit, ob loci ſcilicet, & puris craſſitudinem, vt hac aphoriſtica ſententia nobis expreſſit Hippocrates: *Aph. 41. li. 6.* *Quibuſcunque ſuppuratio in corpore exiſtens, non innoteſcit, his ob craſſitudinem puris, aut loci non innoteſcit.* Atque hæc de ſignis abſceſſuum, quas exituras vocant, dicta ſufficiant. Porro de horum iudiciis, hæc ab Auicenna & recentioribus chirurgis ſcriptis tradita ſunt.

Iudicia abſceſſuum. Abſceſſus vulgo exitura dictus, qui iuxta membrum aliquod nobile, vel prope iuncturas fit, atque adeo in venoſis, aut neruoſis ipſis partibus, quique in debili particula, & natiuo calore propemodum deſtituta, prædura quoque, & denſa cute obiecta, conſiſtit: Ad hæc qui ex craſſiore materia, & admodum tardiore conſtat. Planus etiam ſeu æquabilis, & in coni formulam non ſubductus, ſuſpectus admodum eſt, ægreque ac tarde maturatur. Quo circa maturantibus, & pus mouentibus, auxiliis, ac celeri maturaque apertione indiget. *Qui abſceſſus ſalubres conſequantur.* Qui vero huic ex aduerſo reſpondet, boni moris eſt & laudabilis. Cito enim & facile maturatur, & in ſuppurationem vertitur, ſæpiusque nullo forinſecus adhibito auxilio, per ſe deluſcit, aperiturue. Itaque, ſi abſceſſus tendit in acutiem, & puris ſubſtantia tenuis fuerit & acris, nec prædura, aut denſa cutis extiterit, natura ſeipſa, hoc eſt, ſua facultate alienorum expultrice, & citra aduentitiũ aliquod ſubſidium conceptum humorem foras propellet: niſi quis facta inciſione primus ipſam ſpontaneam apertionem anteuerterit. Cæterum, abſceſſus ipſi nonnunquam per halitum digeruntur, hoc eſt, per reſolutionem terminantur, nulla tunc in cute facta continui ſolutione, vbi ſcilicet pus & modicum eſt, & bonum, tenue quoque, & non in alto deliteſcens. *Qui abſceſſus per reſolutionem maxime terminentur.* Sæpius tamen facto à natura, vel arte emiſſario, conceptus humor profunditur, quam digeratur, reſoluaturue. Quæ autem à natura fit apertio, multo tutior eſt, quam quæ arte tentatur: quod ſi arte fiat, ſecurius adhuc & melius ſcalpello, aut candenti ferro iſtam molientur, quam adurente medicamento, quod ruptorium appellant. *Melius ac tutius ſcalpello, quam cauſtico abſceſſum aperiri.* Ideo autem ea ſectio, quam in abſceſſib. manu & arte molimur, deterior eſt ea apertione, quæ naturæ beneficio accedit, quoniã (vt inquit Auicenna) generatiua fit ſanies quã virus & virulentiã appellant, ſordities quoq; & fiſtularũ. Vbi vero vrget neceſſitas, nec alio datur vti meliori, & præſentiore auxilio, ea intrepide aggrediũda eſt.

Hæc

A Hæc autem modo commemorata incommoda vitabis, ſi facta (cum res expoſtulerit) ſectione & continui ſolutione, pus mouentia, ad reliqui eius concoctionem, ſeu maturationem & detergentia, prout res exigit, laboranti particulæ mox adhibueris. Cæterum puris optimi, ac deterrimi notas, oraculo vltimo libri primi præſagiorum nobis expreſſit Hippocrates, ad hunc modum inquiens: *Pus illud optimum cenſetur, quod album, æquale, [id eſt ſibi vndique ſimile] læue que [tangenti] & quam minime fœtidum eſt. Quod vero huic maxime contrarium apparet, peſſimum eſt.* Porro reliquorum aliorum, tum humorum, tum ſolidorum corporum, quæ in abſceſſibus continentur, ſigna & indicia in particularibus capitibus ſubſequentibus explicabuntur.

Puris optimi & deterrimi nota ex Hippocrate.

De curatione tumorum præter naturam in vniuerſum (eorum maxime, qui ex influxu humorum fiunt, veraque apoſtemata vulgo dicuntur) & abſceſſuum, quas exituras vocant.

C A P. V.

TVmorum omnium, qui præter naturam ſunt, iam factorum & qui non adhuc in generatione ſunt, communis, ac prima curandi indicatio vna eſt Galeno *lib 13 & 14. meth med.* nempe, vt quod præter
B naturam in particula eſt, & eam in tumorem attollit, totum vacuetur. Qui vero adhuc in generatione ſunt, in his prior vacuatione eſt, confluentis ad affectum locum humoris inhibitio. Proinde in iis non ſimplex, ſed compoſita eſt medentis ſollicitudo, ac curandi indicatio. Hæ autem communes indicationes pro tumoris ipſius differentia, & particulæ laborantis natura, ac ratione, plurimum variant, & immutantur. Siquidem in omnibus iam factis tumoribus, & quahbet corporis parte, eius, quod redundat, vacuatio, haudquaquam ſimiliter adminiſtratur, vt *libro ſecundo ad Glauconem*, & *locis nuper citatis* docet Galenus; quod ex ſequentibus etiam euidentem manifeſtum. Sed neque iidem ſemper auxiliis, quibus incipientibus adhuc tumoribus, & quamlibet particulam occupantibus, occurrimus & præcauemus, aut quod in illis iam factum eſt, vacuamus: ſed aliis atque aliis, prout tumoris genus differentia & partis affectæ natura, poſtulant, inhibentibus fluxionem, & vacuantibus, quod generatum eſt, paulatim vtrumque cogimur, ſi rectam ſaltem medendorum rationem ſequi. Sumuntur itaque ab his duobus, nempe ab ipſa diſpoſitione, ſeu morbi eſſentia, & partis affectæ natura, tumorum, qui præter naturam ſunt, curandi indicationes potiſſimum deſumuntur Galeno.

Tumorum omnium curandorum communis indicatio.

Communes curandorum tumorum indicationes pro tumoris differentia, & laborantis particulæ variari.

Porro diſpoſitio ipſa, de qua nunc agimus, ſeu morbi eſſentia, tria in ſe iuxta recentiorum placita complectitur. Nempe quantitatem, qualitatem, & materiam, ſeu ſubſtantiam, quæ tumorem efficit.
C Quorum ratione, prima illa & communis indicatio immutatur, atque ab iis etiam aliæ particulares curandi indicationes deſumuntur. Aliter enim tumor magnus, aliter paruus curatur. Siquidem magnitudo, & paruitas tumoris (vt exiſtimant) differentiam conſtituunt. Alia enim ratione ingens phlegmone, alia minutus herpes curatur. Aliter quoque, qui per defluxionem fit, & adhuc in gignendo eſt, quam qui per congeſtionem procreatur, aut iam factus eſt. Sed & calidus tumor, vt eryſipelas, alia ratione, quam frigidus, vt eſt œdema, vel ſcirrhus, curatur. Quantitas igitur, in tumore præter naturã curationem euarians, eſt, magna, parua. Qualitas, fluxio, ſeu (vt loquuntur) deriuatio, & congeſtio. Materia, humor calidus, frigidus.

Curandorũ tumorum indicationes à duobus potiſſimum ſumi.

Tumoris eſſentiam tria in ſe continere.

Cæterum in partium laborantium natura, quatuor potiſſimum ſpectanda ſunt: temperatura, formatio, ſitus, virtus, ſeu potentia. Quibus & quintum addi poteſt, facilitas ſcilicet, ac difficultas ſentiendi. Nos id omnino cum Galeno, ſub virtute comprehendi atque includi. Hæc itaque communem etiam illam, quæ per ſingula diſpoſitionis ipſius, id eſt, tumoris præter naturam, genera obſeruantur, curationem plurimum euariant. Proinde & has omnes, quæ ab ipſis ſumuntur indicationes, in curandis
D iis, qui præter naturam moleſtant, tumoribus, memoria tenere oportet. Aliter namque curatur phlegmone, aut quiuis alius tumor, in carnoſis partibus, quã in neruoſis: aliter in oculo, quam in genu, vel colo: aliter in adenibus, quam in aliis partibus non glandoſis. Breuiter particulæ ipſius laborantis, ac tumore obſeſſæ, temperatura, & formatio, & ſitus, & virtus ſeu potentia, ſingulas, quas ipſi in morbo curando molimur, operationes, commutant: communi etiamnum intentione ſeruata, quam ſemper à morbo aſſumendam eſſe, Galenus edocuit.

In indicatione, quæ à natura partiũ deſumitur 4. potiſſimũ ſpectanda eſſe.

Itaque communem curandorum tumorum præter naturam methodum, eorum præſertim, qui ex humorum influxu procreantur, ſumpta ab ipſo affectu indicatione, nulla partis ipſius affectæ habita ratione, tradere hic primum inſtituimus. Deinceps eorundem, ſed maxime inflammationem, cum in abſceſſum degenerauerit, vniuerſalem curationem ſubiiciemus. Poſt hæc vero particularem ſingularum differentiarum, ſimplicium præſertim (ex quarum analogia compoſitorum curatio facile addiſcetur) curandi rationem perſequemur. Atque interim vbi locus expoſtulabit, nonnulla de curandi indicationibus, quæ à laborantibus & tumore obſeſſis particulis aſſumuntur, ex Galeno proferemus. Quibus recte intellectis, facile erit cuique rationali Medico, ac chirurgo, tumores quoſcunque, quibuſuis partibus inſidentes, certa methodo, ac ratione curare.

Lib 2 ad Glauconem: & detractĩ dorum in ſequentibus.

E Galenum igitur imitantes principium curationis tumorum, qui præter naturam dicuntur, ex humorum influxu procreatorum, ab inuentione occaſionis ipſius affectus, deſumemus, vt ſcilicet, quæ cũ excitant, ac faciunt cauſæ, abſcindantur: quod vero in eo iam factum eſt, tollatur, ſaneturue. Itaque vt vnius differentiæ tumorum, qui per defluxionem fiunt (de iis enim duntaxat modo hic agimus) exemplo, atque analogia, cæteras etiam differentias, quæ ex influxu humorum naſcuntur, intelligamus, vnius phlegmones breuem, ac compendioſam curationem, hic ſubiiciemus. Hæc namque, & frequentiſſime incidit, & febres aliaque ſymptomata periculoſiſſima excitat. Nomine autem phlegmones hoc loco, non omnem calidam, ac veluti flammeam diſpoſitionem, quam Græci etiam phlogoſin appellant, intelligi

Inuentionẽ occaſionis, principium eſſe curationis tumorũ præter naturam.

 volumus,

volumus, ſed etiam duntaxat, quæ fluxionis ſanguineæ ſoboles eſt, in carnoſa corpora maxime incidens, in qua dolor eſt vehemens, tumor per ſumma vigens, calor velut deurens, tenſio, renixus, & cum malum increuerit, pulſationis ſenſus. A

Galen. li. 13. meth. med. Hanc enim inflammationem cum Galeno, & alijs, qui eum tanquam ducem optimum ſecuti ſunt, Græcis ſcriptoribus, vt Paulo, Aetio, & Oribaſio, proprie phlegmonem appellamus. Vt igitur rem ipſam aggrediamur. *Communis omnium phlegmonarum generatio.* Communis omnium phlegmonarum generatio, ex ſanguinis influxu eſt, copioſioris ſcilicet, quam ſit parti ex vſu. Influit autem copioſior ſanguis, alia quapiam aliiſue particulis eum aliquando mittentibus, ac ea, quæ phlegmone laborare incipit, recipiente: aliquando vero parte calida, quæ affligitur, hunc ad ſe trahente. Partes autem, quæ mittunt, vel vt copia ſuperuacuum, vel vt qualitate moleſtum, vel vtroque nomine ſuccum perſequuntur. *Cauſæ adiuuantes fluxionem.* Quę vero attrahunt, hæ morboſo calore, vel dolore trahunt. Sed & his coadiutrices cauſæ ſunt, particulæ imbecillitas & ignobilitas, canalium, ſeu venarum, per quas fit defluxio, amplitudo, meatuum quoque partium expellentium anguſtia, & ſitus inferior, vt iam ſupra dictum fuerat.

Tres ſcopos in curandis tumoribus, qui ex humorum influxu fiunt, chirurgi proponunt. Itaque ex omnibus his tres colligunt recentiorum chirurgicorum turbæ, curandorum tumorum, qui ex defluxione ortum habent, intentiones. B

Prima eſt fluxionem auertere, ac eam omnino intercipere.

Secunda eſt dolorem demulcere, atque eam occaſionem, propter quam particula fluxionem excipit, vel etiam attrahit, in totum ſummouere.

Tertia eſt id totum, quod iam factum eſt, curare, id eſt, totum eum humorem, qui in partem affectam confluxit, vacuare.

Primus ſcopus. Cæterum quomodo prima intentio perfici debeat, appoſite docuit Galenus *libro decimotertio methodi medendi*, vbi modos omnes auertendæ fluxionis, methodumque ac rationem inhibendæ phlegmones, quæ adhuc in generatione eſt, nobis expreſſit, ad hunc modum, ſi Græca Latina faciamus, ſcribens: *Lib. 13 Therap.* *Vbi aut pletora, quid.* *Vbi a ple thora [illegible] quod Græci plethoram vocant, imo etiam vbi [illegible] totum corpus eſt [illegible] in mediocritate continet, dolore, & membris in quo phlegmone ſedet calore fluxionem excitante: ſanguinis miſſione incipiente adhuc phlegmone, occurrimus. Curatur etiam plethora, tum frequenti balneo, tum exercitatione, tum multa frictione. Præterea digerentibus medicamentis, modo ſcite non a [illegible], & præter hæc omnia, inedia, ac proba [illegible], etiamſi febri citet æger. Cum vero flaua bile, vel atra pituitaue, aut ſeroſo humore refertum corpus eſt (cum habitum Græci cacochymiam nominant) purgatione, quæ cuique ſuppurantis ſucco ſit accommoda, vacuatio molienda eſt.* C *Cacochymia.* Ac de his quidem in particularibus capitibus diffuſius tractabitur. Cæterum antiſpaſis, id eſt, in contrarium reuulſio, commune eſt in omnibus huiuſmodi tumoribus auxilium, dum fluxio adhuc violenter irruit, vtpote in principio morbi, & in augmento: in fine vero ſtatus, & in ipſa declinatione, dum ſcilicet iam fluxio reſiſtit, atque in membro inhæſit, & corpus totum abunde vacuatum eſt: vel ab ipſa, quæ affligitur, particula, vel à maxime vicina vacuatio molienda eſt. *Antiſpaſis.*

Secundus ſcopus. Secunda intentio completur anodynis remediis, id eſt, ſedantibus dolorem, & (vt communiter loquuntur) rectificantibus malam qualitatem item adſtringentibus, & intercipientibus fluxionem. Ad hæc relaxantibus naturales meatus, per quos membrum affectum conſueuerat repurgari.

Tertius ſcopus. Tertiam vero intentionem aſſequemur, iis, quæ materiam, tumorem excitantem, à loco affecto euacuant. Itemque tamen contentam iam in loco materiam, non ſolum diaphoreticis, id eſt, euaporantibus ſeu reſoluentibus medicamentis, ſed etiam repellentibus ſeu repercutientibus. Itaque incipientibus phlegmonis [illegible], atque etiam alijs quibuſcunque, qui ex humorum influxu procreantur, magis vtendum eſt repellentibus, quam euaporantibus, quibuſdam exceptis caſibus: ex quibus (inquit Guido) Galenus vnus eſt quatuor poſuiſſe.

In quibus caſibus non ſit locus repellere ſiue repercutere. Primus eſt, quando tumor huiuſmodi fit in emunctoriis. Secundus quando fit à materia venenoſa. Tertius, quando materia eſt craſſa & repulſioni inobediens. Quartus, quando vehementer eſt impacta. D

Auicenna duos duntaxat caſus excipit: nempe cum tumor eſt in emunctoriis, aut loco aliquo, ex quo ſit timendus refluxus, ſeu reditus materiæ ad membrum aliquod præcipuum & nobile. Alij vnicum tantum caſum eximunt, alij ſex, alij decem, alij 19. alij 23. Ego autem (inquit Guido) diſtinguendo de repercutientibus, dico, quod quædam ſunt repercuſſiua proprie dicta, vt oxycratum, quod conſtat ex aqua, & aceto plantago, ſolanum, bolus Armena, abſynthium, cinnamomum, & alia id genus, quæ repellunt materiam, cui occurrunt ad profundum. *Repellentia proprie dicta.*

Repellentia communia. Alia vero ſunt repercutientia communia, ſeu communiter dicta: cuiuſmodi ſunt, oui candidum, quod albumen nominant, myrtinum oleum roſaceum, oleum chamomelinum, & maſtichinum, item colliria alba, & eius generis alia, quæ adſtringendo membrum ipſum à ſuperfluitatum receptione vindicant ac tuentur. His ſuppoſitis duo prologquia ſubiungit Guido. *Primum*, inquit, *dico quod in principio omnium tumorum, qui ex humorum influxu [illegible] & maxime phlegmonoſorum conferunt repercutientia proprie dicta, in decem caſibus, [illegible] in emunctorio. Secundus quando tumor fit ex materia venenoſa. Tertius, quando [illegible] & admodum impacta. Quartus, quando materia particulæ laborantis vehementer eſt impacta [illegible]. Sextus, quando excitatus eſt à cauſa primitiua. Septimus, quando in corpore eſt plethorico [illegible]. Octauus, quando imbecillum, & viribus pene deſtitutum corpus occupat. Nonus, quando ſe lenibus [illegible] particulam. Decimus, quando cum vehementi dolore incidit tumor: tunc enim [illegible] proprie dictis opus eſt.* Secundum prologuium ad hunc modum habet *In principio omnium tumorum phlegmonoſorum conducunt repercutientia communia, & largius (vt dicitur) ſumpta tribus duntaxat exceptis caſibus.* E *Primum Guidonis prologuium de repercutientibus. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Cia'en. 2. ad Glauconem Secundum Guidonis prologuium.*

Primus

A *Primus, quando eſt in emunctorio. Secundus, quando per criſim excitatus eſt. Tertius, quando ex materia venenoſa procreatur. Cæterum in omnibus iſtis caſibus, præcipue vero quando fere iam conſtitit fluxio & tumor iam factus eſt, ſeu (vt loquuntur) in facto eſſe, ita vt materia in parte aliqua ſit relicta, oportet materiam ipſam reſoluere, ac diſcutere, admotis ipſi tumenti particulæ diaphoreticis, id eſt, per halitum digerentibus, ſeu euaporantibus, non quidem mordacibus & acribus valde, ſed potius domeſticis ac familiaribus, modice quidem, ceu mediocriter calidis & humidis, maxime vero in tribus vltimis caſibus, in quibus ſtudere debemus, materiam attrahere ad locum tumore obſeſſum, ipſumque tumorem augere, & materiæ iam fluxæ, ac coniunctæ refluxum prohibere. Quod interdum quidem facimus emplaſtris attrahentibus, nonnunquam vero cucurbitulis dolenti loco affixis, vt docet Auicenna. Sit ergo regula ſeu canon artis generalis, quod in principio omnium tumorum, qui ex humorum influxu creantur, exceptis paulo ante memoratis caſibus, ſola ac pura reprimentia ſunt adhibenda. In augmento vero iiſdem repellentibus, nonnihil ex iis, quæ diſcutiunt admiſcendo. At in ſtatu & paulo ante ſtatum, æquis portionibus miſcenda ſunt reprimentia diſcutientibus. Cum autem declinatio, vel ſinus ſtatus affuerit, ſolis reſoluentibus & relaxantibus vti licet.*

Si tumor iā factus eſt.

Artis canon generalis.

Quibus verbis nihil aliud innuitur, niſi quod perſeuerante adhuc fluxione, repellendum ſit: vbi vero iam conſtiterit, digerendum, ſeu reſoluendum. Verum ſi medio modo res habeat, id eſt, partim iā aliquid fluxerit, & loco inhæſerit, partim vero aliquid adhuc influat, mixtis auxiliis vti oportebit, hoc eſt, partim reſoluentibus, partim regerentibus quæ & repercuſſiua vocant.

B

Coeuntibus enim vna contrariis indicationibus, compoſitum quoque eſſe præſidium oportet, vt *13 Therapeu.* Galenus ait. Porro hæc omnia ſane intelligenda ſunt, vtpote ſi tumor præter naturam reſolutione ſeu (vt communiter dicunt) via reſolutionis terminari debeat. Auxilia autem, quibus ſingulæ modo dictæ intentiones complentur pro ratione diuerſitatis materiæ tumorem excitantis, *in ſequentibus particularibus capitibus, & in antidotario* deſcribentur.

De curatione abſceſſuum in vniuerſum.

CÆterum ſi phlegmone, aut quiuis alius tumor degeneret in abſceſſum, (quem exituram vocant) eius curatio per initia præſtatur à Galeno *lib. 2. ad Glauconem* per mitigatoria ſeu indoloroſa auxilia, quæ Græci chalaſtica vocant, id eſt, relaxantia, ſiue remittentia: cuiuſmodi eſt medicamentum, quod à Galeno tetrapharmacum appellatur, molle quidem & anodynum, id eſt, mitigatorium. Cui ex ſententia eiuſdem *13. Therap.* mellis paululum admiſtum ſit, oportet. Conſtat autem tetrapharmacum, ex *cera, reſina, colophonia picis, ſeui taurini, pari portione.* Procedente vero tempore, ad ea, quæ concoquendi, ſeu maturandi, ac ſuppurandi vim habent, tranſire oportet. Quæ autem in aliam ſpeciem, hoc eſt, in alienam ſubſtantiam, & toto genere præter naturam degenerauerunt, ea per Chirurgiam ſummouenda ſunt. Porro in iis amouendis iuxta Galeni conſilium *14. Therap.* id agere oportebit, vt rationibus, quibus id fiat, quod intēdis, penſitatis, optimam ſemper earum deligas. *Sane optimæ rationes tripliciter indicantur nempe ex temporis curandi breuitate, ex curando citra dolorem, & ex maxime tuto curando. Rurſus vt tuto cures, tria propria ſunt, quibus intentus ſis oportet.*

Curatio tumorum in abſceſſum degenerantium.

C *Tetrapharmacum.*

Galen. lib. 14 meth. med.

Optimam curandi rationem tripliciter indicari.

Vnum primumque, vt omnino abſolutionem operis conſequaris. Alterum, vt ſicubi hunc non conſequaris, ſaltem culantem non lædas. Tertium, vt vitium non facile reuertatur. His conſiderationibus, ſi optimam curationis viam indagaueris, inuenietur quidem in omnibus modo propoſitis tumoribus, quando potius Chirurgia, & quando potius medicamentorum ope ſit curandum. At chirurgiæ quidem ſtudium in iis præſertim, quæ nunc ſunt propoſita (hoc eſt, in iis tumoribus, qui toto genere ſunt præter naturam) ad interemptionem eorum feſtinat, vtque prorſus tollantur ſibi proponit. Quod ſi perficere nequeat, proximum illud conſilium habet, vt vitium transferat, veluti in hypochymatis, id eſt, ſuffuſionibus. Quod

1. 2. 3.

Gal 14. met cap. 1.

D *vero ex medicamentis petitur primum huc tendit, vt quod præter naturam eſt, tum in pus vertat, tum putrefaciat. hoc vero ſecundo loco deſtinat.* Hæc Galenus. Itaque, vbi partes, quæ phlegmone infeſtantur, vehementius pulſant, ſic vt iam deſperetur de horum, citra pus, curatione, *veteres omnes* (inquit Galenus *4. Thera.*) *eiuſmodi applicant medicamenta, quæ celerrime pus mouent: ante vero nequaquam.*

Ex lib 4. Therap. meth.

Cæterum ſicubi cataplaſmate, quod calfaciat, humectetque (& ad ſuppurationem perducat) illinuntur, quæ phlegmone infeſtantur, id nequaquam ex prima ratione fit, hoc eſt, vt remedium affectus, ſed vt ſymptomatis mitigatio, vtpote doloris. Siquidem ipſius phlegmones remedia ſiccatorum ſunt virium. Et paucis interiectis ſubdit. *Compendioſa obſeſſarum phlegmone partium curatio, per id genus præſidia (hoc eſt, per ſiccantia & reſoluentia) abſoluitur, ac perficitur, quæ ſane vel affectum prorſus ſummouent: vel ſi quid exiguum, quod ſuppuret, reliquerint, alterum medicamentum acre, quod educere pus queat, requiritur: vel ſi tenuis circumpoſita cutis ſit, velitque celerius explicatum agrum, ſectione, ſeu inciſione opus eſt.* Et hoc ſane eſt, quod dicebat Auicenna: nempe quod curatio apoſtematis, quatenus apoſtema eſt, extractio ſit materiæ extraneæ, quæ excitat apoſtema. Auxilia autem, quibus mouere pus expedit, & alia, quæ ſupra dicta ſunt perficere, *in particularibus capitibus, & in antidotario* dicentur ſuo loco. Porro ſuppurato iam abſceſſu, aut tranſmutato, vel valenter impacto, ſi pus, aut alia quæuis materia ibi contenta

Auicenna.

Quando potiſsimum ſecandi ſint abſceſſus.

E non diſcutiatur, vel ſi tempore conuenienti, & dum iam tempeſtiua adeſt occaſio, ſponte, hoc eſt, citra manus operam, non aperiatur: ſecare exitum ei, quod digeſtioni, ſeu reſolutioni non ceſſit, oportet. Potiſſime vero id moliendum erit, ſi timeatur futura aliqua eroſio, vel aliud quoduis nocumentum: imo ſi neceſſitas vrget, ex aduerſo etiam nunc aperiri debet, & quam promptiſſime, ac tutiſſime fieri poterit, materia extrahi, ob cauſam ſuperius adductam.

Tutius autem ferro, quam medicamentis cauſticis, & adurentibus aperitur, vt amplius docebitur *in antidotario.* Communiter autem phlegmonoſi eiuſmodi tumores, iam in ſuppurationem verſi, ſcalpello inciduntur. Porro apertio ipſa, ſeu puris emiſſarium fieri debet pro ratione, tum quantitatis,

Tutius ferro quam medicamentis.

Aduertentibus ſuppuratum tumorem aperiri 13. Therap. Sectio oblonga in myrti folij formam. Noxa ex amplis ſectionibus. Sectio in ſuppuratis bubonibus ſiat per tranſuerſum. Septem attendenda in apertione abſceſſus ſuppurati. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

ſeu copiæ materiæ ibi collectæ: tum etiam ipſius loci affecti. Quod ſi computruiſſe portio aliqua ſuppurantis partis videbitur, excidi eam eſt neceſſe, ad formam, ſeu ſimilitudinem folij oliuæ, vel myrti, quo facilius ſaneſcat. Cæterum Galenus maximas ſectiones ſemper vitandas præcepit, ſanabatque huiuſmodi ſuppuratas particulas, etiam inguina, & axillas ſimpliciter, vt plurimum, inciſione, & medicamentis valenter ſiccantibus. Quod ſi aliquando excidere aliquid propter multitudinem, non puris modo, ſed etiam corruptarum partium fuit opus, contentus erat ſectione, quæ myrti folium imitatur, plane (vt inquit) non magna. Ex amplis enim ſectionibus, vbi ad cicatricem perducta eſt particula, præterquam quod turpiſſima redditur, fit etiam imbecillior, & ad motum ineptior. Fiũt autem huiuſmodi ſectiones, myrtaceum folium imitantes, in iis potiſſimum tumoribus, qui in axillis, & bubonibus ſuppurant. Et in iis quidem longitudo per tranſuerſum ducta eſſe debet, non autem per cruris, aut corporis rectitudinem. Quippe ita cum crus, aut brachium inflectimus, naturaliter cutis ſibi applicatur. In aliis vero locis, inciſione ſimplici fere ſemper vtimur. In ipſa autem apertione, ſiue inciſione, ſeptem potiſſimum ſunt attendenda, iuxta iuniorum ſententiam. Primum, vt ſectio fiat eo loco, quo materia continetur. Secundum, vt fiat in loco inferiori quo melius purulenta illa colluuies vacuari poſſit. Tertium, vt fiat ſecundum rugas & proceſſum muſculorum. B

Quartum, vt vitentur nerui, venæ, & arteriæ, quoad fieri poterit. Quintum, vt non tota materia ſemel atque affatim educatur, præſertim in magnis abſceſſibus, ne ſcilicet ex nimia ſubitaque inanitione, & ſpirituum reſolutione, virtutis ſequatur proſtratio. Sextum, vt blandius, & minimo quam fieri poteſt dolore, locus tractetur. Septimum, vt facta apertione locus detergatur, carne impleatur, & ad cicatricem more aliorum vlcerum perducatur.

Duo ſpectare Galeno in apertione ſuppurati abſceſſus. 1. 2.

Galenus autem *lib. 13. Therap* duo potiſſimum monet eſſe attendenda in ſectione ſuppurati abſceſſus, ad hunc modum ſcribens: *Sin aliquando puris copia medicamenta ſuperet, nec ea videantur tibi totum digerere poſſe, ſecare exitum ei, quod digeſtioni non ceſſit, eo potiſſimum loco oportet, quo eſt decliuiſſimum. Quippe tenuiſſimam etiam illic inuenies cutem. Memineris præterea in ſectione, & alterius indicationis, quæ ad effluxum pertinet, atque ad ambo reſpiciens, ita quod ſuppuratum eſt, incidas: deinceps medicamentum aliquod eorum, quæ ſine eroſione ſiccent, impone.*

Detergētia. Hic variant exemplaria.

Auxilia autem deterſiora ſunt Guidoni linamenta, ſtupæ, emplaſtra, & vnguenta, quæ *in particularibus capitibus, & in antidotario* recenſebuntur. *In primis tamen diebus* (inquit Guido) *ſufficit vitellus oui cum albumine alumine ſaccharino inſpiſſatus, vt facere* (ait) *ſolebat Guilelmus a Saliceto. Poſtea vero tranſeundum eſt ad mel roſarum, & mundificatiuum ex apio: & poſtremo ad vnguentum Apoſtolorum, & Ægyptiacum ſi res ita deſideret.* C

Vnguenta ſuper tumorem iam apertum applicanda. Manna & thuris ſquama poſt inciſionem, & cortices. Partem inciſam primo mitigandã eſſe. Quæ vlceri imponenda. Auicenna in ſine tract. 2. fen. 3. li. 4.

Supra vero admouenda vnguenta, baſilicon, diachylon, & diapalma vulgo nuncupata, atque alia id genus, quæ ad vlcera inſtituuntur. *Poſt apertionem enim, extura, ſiue abſceſſus, excreſcentia, & puſtula* (inquit ille) *ad vlcerum curationem reducuntur.* Galenus *lib 13. Therap.* poſt exciſam cutim in phlegmonis axillarum, & inguinum, medicamento, quod Græci mannam, id eſt, thuris purgamentum vocant, affectam partem implebat. Hæc autem leui adſtrictione prædita eſt. *Sed & mitigare* (inquit) *prius inciſam partem, quantum poſſe videbitur, oportebit. fomentis primum, dein cataplaſmatis, mox humectante aliquo medicamento, aut non ſiccante, ſingulis ſcilicet extrinſecus impoſitis.*

Nam in ipſo vlcere, tum manna (vt dictum eſt) tum ex præſidiis, quæ linteolis excipiuntur: primum quidem ea, quæ pus citant, dein ea, quæ expurgant, ſunt imponenda. Poſt quæ, ſi cauitas etiam manſit, quæ impleant, adhibenda ſunt. ſin aliter, ea, quæ cicatricem inducent. Porro ſi laborans nec ferro candente, nec ſcalpello, fieri ſectionem præ mollicie admiſerit, medicamentis adurantibus erit molienda apertio. Ad hoc autem laudat Auicenna ſemen lini, fermentum, & ſtercus columbinum. Et ſi incorporarentur, inquit Guido, cum ſapone molli, aut mucilagine ſeminis ſinapis, bonum eſſet. Cæterum ruptorium ſeu cauſticum, quod fit ex calce, & ſapone, in hac re principatum obtinet. Hactenus de tumoribus præter naturam in vniuerſum ac deinceps de particularibus eorum differentiis. D

De phlegmone vera, & aliis à ſanguine procreatis tumoribus.

CAP. VI.

Duplex acceptio phlegmones. 1. Phlegmone pro ... 2. Phlegmone pro inflammatione ex ſanguine optimo. Phlegmone duplex. 1 Vera. 2 Non vera. Sanguis quid & quotuplex. 1. 2.

ABſoluto iam in vniuerſum ſermone de tumoribus, qui præter eam naturam conſiſtunt, tempeſtiuum eſt, vt de ſingulis eorum differẽtiis particulatim diſſeramus, à phlegmone ſumentes exordiũ, vt quæ & frequentiſſime incidat, & ſymptomata (vt Galenus ait) periculoſiſſima excitet. Itaque phlegmone Galeno *libro primo de morbis & ſymptomatis*, bifariam accipitur. Vno modo communiter, veterum, qui ante illum fuerunt, more, pro omni partium veluti inflammatione, & quadam efferueſcentia, hoc eſt, pro omni calida, ac veluti flammea quadam diſpoſitione, quam Græci proprie phlogoſin appellant.

Altero modo à Galeno & iunioribus accipitur pro tumore ex ſanguine vero, ac puro, hoc eſt, optimo, ac mediocrem craſſitiem obtinente procreato. Et hæc quidem generis ſortitur appellationem: atque inflammatio æquiuoce Latinis nominatur, Græcis vero abſolute phlegmone. Ea autem recentioribus duplex eſt, vera ſcilicet, & non vera. Vera phlegmone fit à ſanguine benigno, hoc eſt, qualitate, & ſubſtantia, ſeu conſiſtentia optimo, ſed copioſiore, quam ſit parti ex vſu. Non vera & illegitima phlegmone, ex prauo & non naturali ſanguine efficitur. Eſt autem ſanguis, *humor calidus & humidus ex temperatiori parte chyli progenitus.* Et hic quidem duplex eſt: *naturalis, & non naturalis.* Naturalis, eſt humor calidus & humidus, ſubſtantia quidem mediocris, colore vero multum rubens, odore autem & ſapore dulcis, mitis, ac benignus. Verum non naturalis ille dicitur, qui ab iſto nuper deſcripto deflexit, degenerauitque: intra tamen ſuæ latitudinis terminos, quos ſi tranſgreditur, non iam ſanguis, ſed alius humor E

A venit appellandus. Hoc autem (ſanguinem, inquam, degenerare, à propria ſua natura) contingit dupliciter. Vno modo, vt aiunt) in ſe, hoc eſt, ratione ſui, permutata propria eius ſubſtantia, citra alterius admiſtionem. Altero modo, per alium, ſeu ratione alterius. Et per ſe quidem adhuc bifariam, nempe, vel quia eius ſubſtantia craſſior eſt, aut tenuior quam debeat: vel quia aduritur, & quod ex eo tenuius eſt, in flauam bilem mutatur: quod vero craſſius, in atram, idque abſque ſeparatione. Alterius vero ratione ſanguis fit non naturalis, quando alius humor illi permiſcetur. Quod multifariam contingere poteſt, prout ſcilicet variæ ſpecies bilis, pituitæ, aut melancholiæ, cum ipſo ſanguine miſceri poſſunt.

Sanguinem bifariam degenerare a propria ſua natura. & 2.

Ex quibus liquet, quod ex ſanguine quatuor ſpecies ſeu differentiæ tumorum præter naturam procreantur. Primam ex ſanguine naturali & benigno generatur vera phlegmone. Ex ſanguine vero [illegible] ad [illegible] aliorum humorum, tres enaſcuntur differentiæ phlegmones non veræ [illegible] quippe quod tres alii humores (pituita, inquam, & vtraque bilis) ipſi ſanguini permiſceri poſſunt. Itaque [illegible] bilis ſanguini communicatur, quod ex ambobus tum eſt conflatum, vo-
B catur phlegmone eryſipelatodes: ſi pituita, phlegmone œdematodes: ſi atra bilis ſeu melancholia, phlegmone ſcirrhodes. At ex ſanguine [illegible] & maligno per adustionem & corruptionem propriæ ſubſtantiæ, pro ratione tenuitatis aut craſſitiei ipſius, generantur vel carbunculi, qui Græcis anthraces dicuntur, vel gangræna, vel ſphacelus. De quibus in ſequentibus dicemus.

Quatuor differentiæ tumorum ex ſanguine.

De cauſis, ſignis, & iudiciis phlegmones.

PHlegmones cauſæ ſunt tres, vt & aliorum omnium tumorũ præter naturã, qui per defluxionem fiunt. Primitiua ſcilicet, [illegible] & euidentem appellauimus: antecedens, & coniuncta. Euidentes cauſæ inflammationis [illegible] ſunt occaſiones externæ, vt contuſio, diſruptio, conuulſio, fractura, vulnus, vlcus ſpontaneum, luxatio, & alia id genus, quæ quatenus dolorem in laborante particula excitant fluxionem accerſunt. Antecedens, vt ſanguis exuberantia, probi quidem & inculpati, vt cum ad immoderatam venarum repletionem venæ pertingunt. Tunc enim cogitur ſanguis (veluti quid ſuperfluum) ad partem aliquam, vel imbecillam, vel plus iuſto excalfactam, vel dolore affectam, effundi ac defluere.
C Vbi tandem compingitur, atque impactus manet, niſi protinus ab initio reprimatur, vt iam *ſupra in capite vniuerſali* dictum eſt. Ad quod ſubinde recurrendum tibi eſt, vt abſolutam magis particularium tumorum, de quibus nunc agimus, intelligentiam conſequaris.

Cauſæ phlegmones 3.
1. Progreſſa.
2. Antecedens.

Coniuncta cauſa ſeu continens, eſt ipſe ſanguis, qui iam loco affecto infartus eſt.

Cõiuncta. 3.

Phlegmones notæ ſunt, tumor, ſeu incrementum partis ſupra naturalem habitum: Calor vehemens, adeo, vt membrum comburi videatur: Rubor per ſumma vigens, qualis ex balneis, vel igne, aut quouis alio modo calfactis aduenit: Dolor vehemens, niſi membrum difficilem omnino ſenſum habuerit. Pulſus, ſeu pulſationis ſenſus in profundo moleſtus: Tenſio ſeu extenſio membri, quã non modo ipſi tantum deprehendimus, ſed etiam ipſe æger proprio ſenſu aduertit: Renixus partis tangenti eam, pro tenſionis modo: et ſi quæ ſint alia, quæ præſentem ſanguinis abundantiam in parte aliqua teſtantur.

Notæ veræ ac legitimæ phlegmones. Lib. de tumoribus præt. nat. & 13. metho.

Phlegmone quatuor habet tempora, principium, augmentum, ſtatum & declinationem: niſi ſaltem fluxio intro recurrat, vel repellentibus medicamentis ſtatim reprimatur, ac retrocedat. Vbi autem hæc quatuor tempora percurrerit, neceſſe eſt, terminetur, vel per exhalationem: ſeu reſolutionem (quã
D diaphoreſin Græci vocant) vel per ſuppurationem, vel per corruptionem, quam & putrefactionem nominant, vel per indurationem, dum ſcilicet reſoluto tenui, in ſcirrhi abit duritiem. Et horum quidem omnium ſigna *ex capite vniuerſali* ſunt requirenda: vbi explicatæ ſunt notæ omnium temporum, & modorum terminationis tumorum præter naturam, quæ vulgo apoſtemata vocant.

Phlegmones tempora. 4.

Cæterum phlegmonem plerunque mala comitantur ſymptomata, quæ eius curandi rationem interpellant, immutantque. Cuiuſmodi ſunt, dolor vehemens, partem admodum ſenſibilem occupans: recurſus materiæ ex glandulis (quas Græci adenas & vulgo emunctoria vocant) ad partes internas: item partis affectæ mortificatio (quam corruptionem eſthiomenicam appellant) ex nimia ſcilicet refrigeratione & valido infarto ipſius materiæ (quæ inflammationem committebat) prouenïens. Durities quoque lapidea & pene inreſolubilis, (vulgo ſcirrotica nuncupata, ex perperã ac temere facta tenuioris humoris diſſolutione. Quocirca diligenter, ac ſæpius quidem obſeruare oportet, in curandis tumoribus, qui præter naturam conſiſtunt, quo quiſque tandem ſit euaſurus, & quæ inopinate ſuperuenerint accidentia, vt circa id, quod apparet, & vrgens eſt, maxime inſiſtamus. Quod nos probe Galenus admonuit [illegible] *Therap.* ad hunc modum inquiens: *In morbis quidem, qui difficulter reſoluuntur,*
E *[illegible] Quare in ſingulis reſolutionibus attendere oportet, ad quid tranſmutetur [illegible] tumor. Nam ea, quæ cum fortiter exſiccantibus agitur, reliquias praduras operatur.* Hæc Galenus. Sed tempeſtiuum eſt, vt ipſius phlegmones curationem aggrediamur.

Symptomata, quæ phlegmones curationem interpellant.
Galenus.

Ratio curandæ phlegmones ex influxione concitatæ, corporis ſumma occupantis.

CVm inflammatio, quæ Græcis peculiariter phlegmone dicitur, ex influxu ſanguinis, copioſioris ſcilicet, quam ſit parti ex vſu, naſcatur. fluxio autem incipiẽte adhuc phlegmone partim fiat, partim iam facta ſit: geminus ſane erit curationis ipſius adhuc incipientis phlegmones ſcopus, nempe vacuandi, quod influxit, & prohibendi, quod influit.

Methodus curandæ phlegmones quæ adhuc in generatione eſt.

Fluxio quibus prohibeatur.

1 Retractio

2 Repulſio.

3 Cauſarum motio.

Porro fluxionem inhibebimus, ſi humorem influentem retraxerimus, ac repulerimus, ſi afflictæ A
parti robur addiderimus, & ſi quid fluxionem acceſſit, ſummouerimus. Retrahemus autem atque in contrarium humorum defluxum reuocabimus, venæ ſectione, ſi quidem vires valeant, & ætas permittit. Sin minus, admotis cucurbitulis, vel ligaturis, vel frictionibus, vel calfactis partibus, directe affecto loco reſpondentibus. Regeremus autem repellemuſue, admotis medicamentis, quæ hac facultate prædita ſint, hoc eſt, quæ alio fluxionem propellere, ac tranſmittere poſſint. Cauſas vero defluxionem in partem iam phlegmone obſeſſam accerſentes ſummouemus, particulam ipſam, ſi imbecilla ſit, confirmantes, roborantesue, ſi laxa nimis, adſtringentes: ſi calida eſt, vt eſſe ſolet, refrigerantes: & dolorem, ſi diſcruciat, demulcentes: ac corpus vniuerſum, ſi ſanguine abundet, & parti contagium tranſmittat, venæ ſectione vacuantes: de quibus omnibus mox dicetur.

2.

Vacuatio eius, quod iam influxit.

Gal. 13. Tho. & lib. 3. ac ſimpl. med. fac. cap. 9.

Scarificatio.

Vacuamus autem quod iam influxit, & in partem affectam ſe recepit, non modo medicamentis iis, quæ digerunt, hoc eſt, diſcutiunt, ac reſoluunt, ſed etiam quæ adſtringunt, & refrigerant. Mox (que profecto, inquit Galenus) ad incipientes phlegmonas, frigidis, aſtringentibusque, quam iis, quæ digerunt, eſt vtendum. Atque etiam magis, vbi craſſum, quod confluit, non eſt. Sed ſi ſanguis in particula, quam phlegmone prehendit, vehementer eſt impactus, non eſt amplius repercutientibus vtendum, vt in ... dictum eſt, ſed tum digerere eſt tempeſtiuum: inueteraſcente quoque inflammatione, quæ poſt totius corporis vacuationem, aliamque idoneam curationem, duritiem quandam, ac nigrorem in partibus relinquit, ſanguinem ſcarificationibus auferre (Galeno etiam authore) non eſt incommodum. Atque hæc ſummatim, ac vniuerſali quadam methodo dicta ſint de curatione inflammationũ, quas Græci peculiariter phlegmonas appellare conſueuerunt, ex humorum defluxu incidentium. Quæ certe rationali Medico, & in artis operibus exercitato, ſatis eſſe poſſent. Verumenimuero quoniam Chirurgiæ candidatis, & non ita eruditis, hæc ſcribenda ſuſcepimus, non abs re, neque alienum a noſtro inſtituto factum videbitur, ſi quæ de phlegmonarum curatione ſcriptis ſuis non modo veteres Medici, ſed & recentiores Chirurgi nobis ſcripta reliquerunt, poſt hanc vniuerſalem ac compendiariam methodum ſermone magis peculiari, & vulgari ſubiiciamus.

4. Intentiones phlegmones.

1.

2.

3 4

1.

Prima intentio, quæ eſt vitæ inſtitutio.

Res non naturales.

Itaque rationem curandi phlegmonem, præter regimen (vt vocant) vniuerſale, in quatuor ſcopos ſeu intentiones particulares, reuocare ſolent poſterioris huius ſeculi Chirurgi: nempe in debitam vitæ rationis obſeruationem: influxionis inhibitionem, ſeu materiæ (quod aiunt) antecedentis auerſionem: in humoris, qui iam ſe in parte recepit (quam materiam coniunctam vocant) vacuationem: & in ſymptomatum ſeu accidentium correctionem. Prima itaque intentio perficitur debita ſex rerum (vt vocãt) C
non naturalium, & eorum, quæ illis annexa dicuntur, adminiſtratione. Sunt autem res non naturales à Medicis dictæ numero ſex, vt ſtatim *ab initio huius operis* dictũ eſt, 1 aer, 2 cibus & potus, 3 motus & quies, 4 ſomnus & vigilia, 5 inanitio & repletio, 6 animi affectus, ſeu accidẽtia. Quæ omnia (quoniã phlegmone ſubinde febres accẽdit) ad frigiditatem, & moderatam humiditatem ſpectare debent. Pro quibus ſequentia ſubiecimus præcepta.

Aer.

1 Aerem ſyncerum, & clarum, eundemque frigiduſculum deligito.

Cibus.

2 Victum tenuem, frigidum, & humidum ſeruato.

Potus

Vinum oligophoron.

Vinum debile, & pauciterum, id eſt, quod in temperando haud multam aquæ miſtionem ſuſtinet (Græci oligophoron vocant) aſſumito. Quod ſi febris vehemens (vt ſæpe aſſolet) acceſſerit, abſtemius eſto.

Motus.

3 Partem phlegmone obſeſſam ne exercitato.

Quies.

Quietem, quantum potes, præſertim ſi plurima ſuccorum abundantia ſit, ſeruato.

Somnus.

4 In ſomno & vigiliis modum teneto. Somnum diurnum, & præſertim meridianum, euitando. D

Repletio.

5 A crapula, & ingluuie ſommopere caueto.

Inanitio.

Aluus fuſa, & mollis tibi ſemper eſto, atque eam interdum, ſi opus eſt, clyſteribus ſubducito.

Animi pathemata.

6 Iram, clamorem, contentionem, vt inimica, fugito.

Venus.

A veneris vſu, ſeu concubitu, velut ab hoſte infeſtiſſimo, te ſubtrahito.

Auerſio fluxionis, quæ ſecunda intentio.

Venam ſemper e directo ſecandam eſſe.

Vena ſecandæ electionẽ à laborante particula indicari.

Galen. li. 13. Therap.

Secundus ſcopus curandæ phlegmones, qui eſt fluxionis auerſio, perficitur venæ ſectione, ſi vires, & ætas ferant. Semper autem in omnibus membris è regione, ſiue è directo (quod Græce κατ' ἴξιν dicitur) ſiue reuellere, id eſt, in contrarium retrahere velis, ſiue ad latus deriuare, Vena ſecanda eſt, etiã ſi plethora adſit. E directo autem ſunt dextra dextris, & ſiniſtra ſiniſtris. Ergo ſi ophthalmia oculum dextrum infeſtet, vel ſynanche partem gutturis dextram occupet, humeralis vena, vel eius loco (ſi non appareat) alia, ſtatim per initia fluxionis, in brachio dextro incidenda eſt. At ſi humor in genu confluat, ſecanda eſt cubiti vena, vel interna, vel media, niſi alterum crus malis ſcarificare, aut in eo venam pertundere, vt alicubi Galenus conſuluit. Itaque venæ ſecandæ electio, & auerſionis in contrarium (quæ ab Hippocrate antiſpaſis dicitur) inuentio, à laborante particula, & curandi membri ſitu præſtatur, in- E
dicaturque, vt, *13. & 14. meth. medend.* ac ſæpe *alibi* Galenus docet. Cæterũ corpus ipſum, quod phlegmone occupatur, non modo cum plethoricum eſt, ſed etiam vbi morbi magnitudo ſuadet, cum mediocritatem ſuccorum continet, ſanguinis emiſſione vacuamus, ſi ſaltem Galeni conſilium ſequamur, qui *lib. 13. meth. medendi* ita fieri præcepit, inquiens: *Dolor ſiquidem, & membri, in quo phlegmone ſedet, calor, etiamſi purum ab excrementis totum corpus ſit, fluxionis cauſa fiunt. Expedit autem tunc parcius id efficere* (hoc eſt ſanguinem detrahere) *ac vacuare quidem, prout maxime tum ætatis laborantis, tum naturæ congruit. Aſtimatu præterea tum anni tempore, tum regione, tum hominis viſus conſuetudine.* Conferunt etiam non parum ad retractionem ſanguinis in partem affectam confluentis, motus, frictio, & ligatura partis oppoſitæ, ſed maxime celebrata prius (vt dictum eſt) ſanguinis detractione. Itaque ſi in manibus phlegmone eſt orta, crura exercitanda ſunt,

vincienda,

A vincienda, fricanda. Sin in cruribus, manus. Sed hæc magis ad Medicum, quam chirurgum pertinent.

Tertium ſcopum aſſequimur ſolis per initia phlegmones, repellentibus (exceptis prius memoratis caſibus) parti inflammatione laboranti admotis. Vacuatur enim (vt Galenus ait) quod influxit, non modo medicamentis iis, quæ digerunt, ſed etiam quæ adſtringunt & refrigerant cuius generis ſunt, quæ repellentia & regerentia dicuntur. In augmento autem ad præſentem intentionem, id eſt, ad vacuandum, quod iam influxit, ſimul & prohibendum, ne deinceps amplius aliquid confluat, miſcenda ſunt digerentibus reprimentia ita tamen, vt horum copia ac potentia, illis adhuc præpolleat. In ſtatu vero æqua portione [illegible] ſunt, ac mitigatoria, cum vehementiſſimi tunc dolores adſint, applicanda. At in fine ſtatus [illegible] declinatione, ſolis digerentibus, quod impactum eſt, vacuare oportet, ſi talis [illegible] phlegmone [illegible] ſeu diſcuſſione terminari debeat. Si vero degeneret in abſceſſum, & [illegible], vt [illegible], ac eruptio impediatur, tum ſuppurantibus, aperientibus, ac detergentibus medicamentis [illegible] Porro exiccantia conferunt in fine vtriuſque affectus, hoc eſt phlegmones, & abſceſſus [illegible], quod reliquum humoris eſt, prorſus abſumunt. Verum [illegible] [illegible] medicamentum, quod ſine erofione liceat, imponendum eſt, vt

B [illegible]

Porro ad initia [illegible] phlegmonas repellendas aptiſſimum auxilium eſt Galeno oxyerat[illegible], quod [illegible] Ex aqua [illegible] & aceto [illegible] temperatum, [illegible] phlegmone [illegible] vel [illegible] Galeni ipſius conſilio, tamen poteſt vinum aliquod [illegible] Galeni verba hæc ſunt in Romano ſermone [illegible] quæ circa artus ſunt. Galeni verba hæc ſunt [illegible] *per initia phlegmones*] *etiam ſpongiam, vel ex frigida aqua* [illegible] *imponere. Sunt etiam ex vino aliquo auſtero.* Ad idem ſumme efficax eſt [illegible] [illegible], & malicorio, in vino decoctis, [illegible] eſt, ſumach, & polenta. Repellit enim, quod influit adſtringendo, atque id, quod continetur, exiccando vacuat, [illegible] corroborat. Hoc remedium à recentioribus ex Auicenna [illegible] *Recipe ſucci* [illegible] *vini* [illegible] *vnam, vini quod* [illegible] [illegible] *corticum malorum granatorum &* [illegible] [illegible] Aliud, quod ad idem efficaciter auxiliatur, ex Haly Abb. [illegible] *terra cimolia, boli Armenæ,* [illegible]

C [illegible] *& fiat linimentum.* Aliud ad incipientes etiam inflammationes phlegmonosas, [illegible], & vulgare, quod & recentibus vulneribus, & nuper acceptis contuſionibus, valde [illegible] Conſtat [illegible] [illegible] & ſtillaticia roſa, hoc eſt, aqua roſarum: Panniculi hoc imbuuntur, parti inflammatæ apponantur & ſubinde mutantur. Cæterum plurima alia, tum ſimplicia, tam compoſita medicamenta, [illegible] incipientes phlegmonas ſtringendo, & fluxionem reprimendo conferunt, [illegible] antidotarium vocamus, partim ex aliis authoribus, qui de hac re ſcripſerunt, [illegible] Sed hæc ad præſens, nobis viſa ſunt ſufficere.

Inter remedia, quæ phlegmonarum incremento foriniſecus admota ſubueniunt, efficaciter [illegible] habetur roſaceum Græcis [illegible] vocant. Hoc enim (vt Galeno viſum eſt) partim repellit, partim per halitum digerit, quippe quod olei roſei [illegible] mediam ad vnguem naturam obtineat. Itaque roſaceo pauculo [illegible] tenues ipſius particulas præuertere quidem (inquit Galenus) ne [illegible] [illegible] ſuperficiem agere incipit, pro viribus conſtipando, contrahendo. [illegible] vero [illegible] phlegmonarum augmentis optimum ſit, & aptiſſimum

D [illegible] præſidium [illegible] Auicennæ [illegible] incremento valde efficax. *Conſpit foliorum malua* [illegible] [illegible] *roſarum ana* [illegible] *olei chamamalini quart.* [illegible] *coquantur, &* [illegible] [illegible] Aliud [illegible] habet *vini ad dimidium,* [illegible] illud deterſum appellamus [illegible] *part. vnam,* [illegible] [illegible] *panni eo liquore imbuti, parti phlegmone* [illegible] Porro eiuſmodi præſidia, quæ in augmento inflammationis adhibentur, miſtaque ex reprimentibus, & digerentibus facultates habent, tardius amoueri, & mutari debent, quam pura repellentia, initio ipſius phlegmones accommoda.

Auxilium vigore, ſeu ſtatu phlegmones, & cum in ea vehementes vrgent dolores, idonea ſunt [illegible] mala præſertim, & cum modico pane, & roſaceo illita. Meliloton quoque in [illegible] decoctum, & [illegible] admotum. Idem poſſunt (inquit [illegible]) & palmulæ in paſſo elixatæ, & cum pane & roſaceo confectæ, & [illegible] Aliud, quod per [illegible] in vigore phlegmones ſumme efficax ℞ *Per* [illegible] *malua ana.* [illegible] *vnum* [illegible] *anethi, ana* [illegible] *olei chamæmelini* [illegible] *coquantur in vino* [illegible] *donec in vnitatem* [illegible] Aliud ex Galeno [illegible]

E [illegible] *Therap* Recipe [illegible] *vnam, maceretur* [illegible] [illegible] Hoc diſcutit & dolores mulcet. Vnguentum [illegible] quod è liceis [illegible] nominatur, in vigore phlegmones admouenda eſſe cenſuit Arabs [illegible] Auicenna, verum hoc remolliendo, illud vero maturando [illegible] [illegible] quanquam tamen [illegible] aliqua etiam digerente polleat. Horum autem deſcripti [illegible] ex antidotario requirendæ ſunt, vbi valde multa diſcutientia, tum ſimplicia, tum compoſita [illegible] quæ in ſtatu eiuſmodi inflammationum efficaciter auxiliantur. Cæterum hæc & ſimilia, quæ ad [illegible] tendum, quod iam influxit, & ad dolores mitigandos, præſidia aſſeruntur, cum multa humiditate parti [illegible] pent, tardiſſime mutanda erunt.

Porro

Margin notes:

1. *Tertius ſcopus, quod humoris iam in parte erat, vacuatio & reprimentia in augmento præſente* [illegible] *digerentibus.*

Si phlegmone in abſceſſum degenerat.

Repellentia circa initium phlegmones admouenda.

1. *Oxyraton.*

Lo. 13 meth. med.

2. *Galeni cataplaſma ad incrementum.*

Fen 3 lib. 4. tract. 1 cap. 3. Cataplaſma ex ſempervivo.

3. *Haly Abb. linimentum.*

4.

Remedia in phlegmonarum incremento admouenda.

[illegible]

Empla. ſtrũ Auicenna. Epitema.

Quæ in ſtatu phlegmones conveniant.

Empla. ſtrũ.

Empl. ſtrũ Galeni.

Quibus ſit vtendum auxilijs in declinatione phlegmones.

Porro cum ex admotis nuper memoratis auxilijs, humor in particulam phlegmone obſeſſam delapſus diſcutitur, tumorque & extenſio minuuntur, doloreſque mitiores ſunt: tunc inflammationis declinationem adeſſe putato, quo tempore ſolis diſcutientibus vtendum eſt. Cuiuſmodi ſunt, agreſtis malua illita, & paſſulæ exemptis acinis cum pane, & modico melle, & hordei farina cum melle applicata. Item lana ſuccida, ſtupæ, ſpongia, aut quid ſimile, vino calente imbuta, poſtea expreſſa & appoſita: hæc enim omnia diſcutiendi vi pollent, & dolorem non excitant.

Cæterum ſi ob morbi pertinaciam, & difficultatem locus affectus nimis multam, & reſolutioni contumacem materiam continuerit, non ideo protinus, vt quidam faciunt, ad chirurgiam, id eſt, ſectionem, aut vſtionem, prorumpere oportet, ſed eniti, vt collectus humor diſcuſſorijs medicamentis per halitum digeratur. Moliri enim prius digeſtionem oportet, medicamentis ad id conducentibus, quam inflammationem incidere.

Quod ſi tumor digerentibus medicamentis non cedat, nullaque, amplius diſcutiendi, quod in eo continetur, ſpes relinquatur, ſed videatur potius materia ad ſuppurationem ſpectare, ad ea, quæ maturant, & pus mouent, tranſeundum erit. B Speramus autem tumorem (etiamſi iam in abſceſſum degenerauerit) per halitum digeri poſſe, ſi materia, quæ eum excitauit, tenuis, & pauca, reſolutique idonea fuerit: ſi & in loco minime profundo delitеſcat, cutiſq; particulæ laborantis rara extiterit. Si vero humor multus ſit, & craſſus, atque in alto ſinu reconditus, cutis vero denſa, exhalatio, ſeu reſolutio nequaquam ſperanda eſt.

Quando ſperanda reſolutio.

Pus mouentia.

Lib. 2. ad Glauconem

Proinde ad maturantia, & pus mouentia veniendum erit: cuiuſmodi eſt cataplaſma, quod ex farina triticea, in aqua, & oleo temperate ac mediocriter cocta, conſtat: hoc enim celeriter inflammationes, quæ digeſtioni non ceſſerunt, ad ſuppurationem perducit, vt etiam Galenus nobis author extitit. Siquidem & calorem habet noſtro calori perſimilem, nempe temperatum, ac mediocrem, & ratione farinæ, & olei (quæ lentoris quippiam habent, quo meatus obſtruendo partis calorem natiuum digeri prohibent) vt emplaſtica prædictum eſt. Quæ duo maxime in maturantibus, & pus mouentibus medicamentis deſiderantur.

Sunt, qui huic cataplaſmati croci momentum, coloris gratia adijciant. Cæterum ſi tumor, ob infartos in eo craſſos & viſcoſos humores, ægre ad ſuppurationem ducitur, eximie ſubueniet cataplaſma C ex radicum althææ, & caricarum dulcium ac pinguium decocto, quod mellis craſſitudinem repræſentet, & farina triticea compoſitum. Ergo *accipite prædicti decocti lib. vnam farinæ triticeæ ſelibram, incoquantur ſimul, & in formam cataplaſmatis redigantur.* Si autem loco farinæ triticeæ hordeacea apponatur, vel cibarius panis, quem Græci ſyncomiſtum vocant, diſcutiendæ inflammationi magis, quam ſuppurandæ conueniet, vt *libro ad Glauconem ſecundo* Galenus annotauit. Aliud in declinatione phlegmones puri mouendo apprime idoneum, quod à vulgaribus chirurgis communiter vſurpatur. Habet autem *corticis radicis maluaui, id eſt, althææ, radicis lilij, ſenecionis,* Græcis erigeron dicitur, *& foliorum maluæ ſingulorum M. vnum, farinæ triticeæ quart. vnum, ſeminis fœnigræci, ſem. lini vnciam vnam, axungiæ ſuillæ recentis lib. ſemis: coquantur herbæ in aqua quantum ſatis eſſe videbitur, & tundantur cum reliquis in mortario, fiatque cataplaſma.* Pleraque alia puri mouendo accommoda *libro ſexto* deſcripta ſunt, ex quibus peritus quiſque chirurgus, & in artis huius, quam docemus, operibus exercitatus, præſtantiora, & naturæ laborantis, ac particulæ, cui medetur, magis idonea ſeligere atque in vſum præſentem aſſumere poterit.

Huius cataplaſmatis meminit Haly Abb.

Cataplaſma commune.

Cæterum ſi collecto, etiam confecto pure abſceſſus, in quem phlegmone degenerauit, ſponte non aperiatur, ſcalpello vel cauterio, aut medicamento quopiam erodente (liberis iam ab inflammatione partibus) molienda puri, quod digeri non potuit, euacuatio eſt. D Deinde vlcus ad cicatricem, ſimiliter reliquis vlceribus perducendum eſt, nempe detergendo, carne implendo, glutinando, & demum cicatricem inducendo. Porro ſi materia, quæ tumorem parit, craſſa eſt, & reſolutioni, atque etiam concoctioni contumax, vehementerque carnis meatibus impacta (qualis eſſe ſolet in diuturnis inflammationibus male curatis, reſoluta ſcilicet tenuiori humoris parte, & craſſiore in meatibus relicta) ſcarificatio timenda non eſt, præſertim (vt *ſecundo lib. ad Glau.* Galenus admonuit) vbi durities, liuor, ac nigror apparuerit.

Symptomatũ correctio.

1 Dolor.

Quintus ſcopus, qui in curanda phlegmone Chirurgo ac Medico proponebatur, eſt ſymptomatum, ſeu accidentium, quæ ipſi inflammationi ſuperueniunt, correctio, & ſummotio. Ea autem fere ſunt, dolor, regreſſus materiæ, ex qua tumor excitatur, ad interiora, putredo & corruptela partis ſuppurantis, & veluti lapidea quædam durities, ex valenter exſiccantibus & digerentibus relicta. Ergo ſi vehemens dolor inflammationi acceſſerit, modis omnibus laborandum eſt, vt ſtatim mitigetur. Quandoquidem præterquam quod vires proſternit, & legitimas actiones impedit: fluxiones quoque accerſit, & ſanguinem ad ſe allicit. Itaque ſi dolor acrius vrget in phlegmone, confeſtim imponenda medicamenta ſunt, quæ doloris vehementiam citra vllam noxam leuent, & demulceant: E Quale eſt, quod ex paſſo, oleo roſaceo, & paucula cera, cum his ambobus liquata conficitur Galeno: hoc autem lana ſuccida, quæ plurimum habet œſypi, excipiendum eſt, & æſtate quidem frigidum: hyeme vero tepidum apponendum.

Dolorem in phlegmone lenientia.

Itaque medicamentum eiuſmodi, ſic (vt dictum eſt) attemperatum, & admotum, rarefacit, extenuat, digerit, euacuat, humorem acrem, lentum, craſſum, aut multum, partibus dolentibus hærentem, æquabilem reddit, vaporemque craſſum, commodum exitum non habentem, diſcutit, atque dolorem mulcet: nullam vero ſua caliditate noxam inuehit: roſaceum namque, calorem retundit, & infrenat. Quo fit, vt hoc remedium citra noxam vllam dolorem mitiget, & affectui non incommodet, vt aqua calida, oleum, & triticea farina, quæ inflammatione cum dolore incidente, ſui eſſe non poſſunt, vt teſtis eſt Ga-

A eſt Galenus. Hæc enim calfaciendo ac humectando relaxant, ac robur partis reſoluunt, vnde & imbecillior redditur, & ad fluxionem excipiendam promior. Ad eundem vſum (nempe ad mitigationem doloris in phlegmone) efficaciter apponuntur, roſaceum, ouorum lutea, quæ & vitellos appellant, mica panis albi, in aqua calente macerata, poſtea expreſſa, & roſaceo permiſta. Præſenti etiam auxilio ſunt, maluæ in aqua decoctæ, mixtæ cum furfure, & roſaceo, vel oleo violaceo. Crocum autem in omnibus ſedandis doloribus aſſumitur Auicennæ, atque aliis anodynis, id eſt, dolorem mitigantibus, vtiliter commiſcetur. Porro ſi tanta, tamque vehemens ſit doloris acerbitas, vt iis, quæ a ſedando, leniendoque dolore quaſi tappetitus latis naturæ, propriè anodyna, & paregorica dicta ſunt, demulceri non poſſit, ad narcotica, id eſt, ſtupefacientia, tranſeundum erit. Inter quæ hyoſcyamum ad eiuſmodi opem ſæpe contuliſſe, quorundam ſcriptis prædicatur, & à nobis, aliiſque valde multis frequenti experimento comprobatum eſt. Itaque folia eius ſub calidis cineribus coquito, recenti axungiæ miſceto, & admoueto. Hoc vehementes dolores mulcet, & phlegmonoſos tumores ad ſuppurationem perducit. Cauenda au-

B tem ſemper eſt, dum hoc molitis, nimia humectatio, quippe quæ per materiam fluxionem, cum magno dolore fluxu incidente, perniciosa ſit, vt paulo ante diximus. Cæterum ſi metus ad ſit recurſus materiæ phlegmonem excitantis ad loca penitiora, & maxime vetus præcipites, trahentibus medicamentis (de quibus *libro ſexto* fuſiſſime egimus) vel etiam admotis cucurbitulis, quæ vehementius & ex penitioribus partibus trahunt, eam foras euocare oportet. Si vero à vehementer exſiccantibus, ac digerentib. inflammationi temere admotis, reliquiæ tumoris in ſcirrhum abierint, radices cucumeris agreſtis (qui vulgo herbarius, & officinis cucumer aſininus dicitur) aut bryoniæ, aut ari, in aqua incoques: ſæpe quidem (vt præcepit Galenus) has ſolas, nonnunquam vero, & carnes pingues adiiciens. Deinde farinam cum aqua miſceto, cui & aliquid adipis, præſertim anſerini, aut gallinacei, adiicito. Quod ſi ſolū copia non ſit, axungiam addito, & cataplaſma conficito. Hoc ſcirrhoſum affectum, ex valentius exſiccantibus & digerentibus medicamentis in parte, quæ phlegmone occupabatur, relictum, efficaciter ſanat. Prædictarum quoque herbarum, & cum his althææ radices, poſt moderatam decoctionem cum pane, & adipe contritæ & admotæ, eiuſmodi induratos tumores diſcutiunt, vt *libro ſecundo ad Glauconem* luculenter docet Galenus. Itaque ſi phlegmonoſos tumores, qui ægre per halitum digeruntur, nec facile

C concoquuntur, in ſcirrhum mutari timuerimus, valenter digerentibus ſemper eme[illegible] mitte[illegible]bimus. Sed de iis iterum *libro ſexto*, cui nomen fecimus antidotarium, locupletius dicemus.

Porro ſi potius aliqua ſuppurantis particulæ computruerit, eam protinus excindere oportet, vel plurimis ſcarificationibus profundis incidere deinde aqua ſalſa perfundere, & demum emplaſtrum apponere, ex fabarum, aut orobi farina cocta in oxymelite. Reliqua quoque tibi molienda erunt, quæ in curatione gangrænæ mox ſubiiciemus. Sed melius fuerit capita curationis eiuſmodi phlegmonoſi affectus, breuibus quibuſdam ſententiis complecti.

Capita curationis rheumatismi, id est, ex humorum influxu factæ phlegmones adhuc incipientis, & cum dolore non vſque adeo magno, affligentis.

Ex Galeno *lib. 2 ad Glauconem.*

Corpus vniuerſum congruis vacuationibus, ſed præſertim venæ ſectione, modo nihil obſtiterit, inanito. 1.

D Partem inflammatam his, quæ influentis humoris repellendi vim habeant, perfundito, ac illinito. 2.

Humorem, qui in affecto loco continetur, admotis exſiccantibus, ac digerentibus medicamentis, vacuato. 3.

Robur, ac virtutem affectæ parti, & eam circumſtantibus addito. 4.

Capita curationis eiuſdem phlegmones, quando cum grauiore dolore affligit.

Vbi inflammatio ex defluxione orta, grauiori cum dolore affligit, doloris vehementiam citra vllam noxam leuato, mitigatoue. 1.

Ergo quæ vehementer ſtringunt, aut quæ calfaciendo, & humectando relaxant, ac robur reſoluunt, ne admoueto. 2.

Sed quæ, quod influit, mediocriter ſtringendo, repellunt, & quod iam affectā partem obſidet, vacuant, inflammato loco adhibeto. 3.

Spongiam acerbo vino, aut poſca imbutam, vt fluenti humori via præcludatur, applicato. 4.

E Si hæc profecerint, & nuſquam adhuc pus appareat, mollibus, & iis, quæ aduerſus fluxiones temperantur, emplaſtris vtitor. 5.

Ex iis autem, quæ exiccare, & fluentem ſanguinem repellere citra dolorem poſſint, tanquam optima deligito. Quale eſt, quod chalcite conſtat roſaceo reſolutum. Deinde lanam puram, ex vino acerbo madentem, ſuperponito. 6.

Vbi vero pus in parte ipſa apparuerit, ſemel atque iterum ſupra dictum cataplaſma, aut potius quod ex hordei farina conſtat, admoueto. 7.

Si puris, eiuſque craſſi copia, medicamenta ſuperet, adeo vt nulla exhalationis, ſeu reſolutionis ſpes habeatur, exitum ei, quod digeſtioni non ceſſit, eo potiſſimum loco, quo eſt editiſſimum, parato. 8.

Poſt ſectionem, niſi dolor vrgeat, vulnus exiccato, ac citra dolorem detergito. 9.

Si poſt

Lib. 2. ad Glauconem.

Crocum.

Nota de hyoſcyamo.

2. Recurſus materiæ ad interiora.

3. Durities relicta.

Galeni cataplaſma, ad induratos tumores.

4. Putrefactio.

10\. Si poſt ſectionem dolor vigeat, eam fomentis primum, deinde cataplaſmate, mox humectante
11\. aliquo medicamento, aut ſaltem non ſiccante, mitigato.

Si vero pars adhuc inflammata ſit, cataplaſma ex lenticula, quod vacuat & repellit, imponito.

De carbunculo.
ἄνθραξ.
γάγγραινα.
σφάκελος.
Gangrænā & ſphacelū magnas conſequi phlegmonas.

De carbunculo, gangræna & ſphacelo, quas ſanguineas puſtulas vocant.

CAP. VII.

Carbunculi generatio & deſcriptio.
Carbunculus duplex.
Notæ carbunculi.
1 Vlcus cruſtoſum.
2 Puſtula vna maiuſcula, vel plures exiguæ.
3. Cruſta color cinereus aut niger.
4. Carnis circumpoſitæ inflammatio cum nigrore.
5 Dolor grauis.
6 Febris vehemens.
7 Nauſea.
8. Vomitus.
9. Proſtratio appetentiæ.
10. Cordis tremor.
11. Animi deliquium.
Anthrax.

POſtquam de phlegmone prima inflammationum differentia, & noſtris corporibus frequentiſſime incidente, ac vnde ſatis, quantum ad Chirurgum attinet, diſſeruimus, conſequens vitium eſt, vt primum de carbunculo, qui Græcis ἄνθραξ dicitur, deinde gangræna, & ſphacelo (quem vulgo cum Auicennæ interprete eſthiomenon appellant) dicamus. Ille enim ex ſanguinea fluxione, vti & phlegmone, ortum habet, febremque acutiſſimam infert. Hæc vero magnas phlegmonas ſubinde comitari ſolent, vt *libello de tumoribus præter naturam & pluribus aliis locis* Galenus annotauit. Itaque carbo ex influente ſanguine nigro, craſſoque, ac fæculento, eodemque feruente, atque impenſe calido, naſcitur. Cui ſi tenues quædam humiditates admixtæ fuerint, puſtulæ quædam ambuſtis conſimiles, per ſumma cutis excitantur, appellaturque tunc hæc inflammatio, carbunculus cum puſtula. Quod vitium ſane frequentiſſime incidit. Interim tamen (licet raro) & citra puſtulam, puſtulatue incipit: verum omnibus cruſtoſum vlcus fit. Dixi autem, *citra quidam puſtulatue*. Quoniam vna duntaxat aliquando puſtula maiuſcula cum hoc morbo excitatur, qua rupta, vlcus cum cruſta gignitur. Sæpe vero non vna tantum puſtula erumpit, ſed multæ exiles, velut milij ſemina, crebræ in particula reſidentes: quibus præruptis, ſimiliter cruſtaceum vlcus prouocant, quale ferramenta candentia excitant. Cæterum inter initia priuſquam puſtulæ enaſcantur, ſcaturit particulam omnino. Cruſta autem ipſa modo cinereum colorem, modo nigrorem præ ſe fert, eoque loco leuari cutis non poteſt, ſed inferiori carni quaſi affixa. Circumiacens caro in flammam, ac feruidam peruenit inflammationem, quam Græci phlogoſin appellant, & colore nigreſcit, ſplendetque bituminis, & picis modo, veluti ſi purpureo rubro, minus nitceas nigri. Talis autem eſt color bilis exacte atræ. Et hæ quidem notæ ſunt carbunculi ex ipſo affectu deſumptæ. Quibus accedit grauis & moleſtus admodum laborantis particulæ dolor, perinde ac ſi vinculis eſſet vehementer conſtricta. Neceſſario quoque qui ita ſunt affecti, febricitant, idque etiam magis, quam illi, quibus eryſipelatoſa eſt phlegmone. Quod ſi venenoſitas aliqua ſubſit (vt fere ſemper aſſolet) nauſea quoque, & frequenti vomitu, vna cum omnimoda appetitus proſtratione miſere torquentur laborantes. Sed & cordis tremor, & palpitatio, & frequens animi defectio illis adſunt. Quod vitium tunc huius ætatis Chirurgis peculiari nomine anthrax appellatur, à carbunculo quidem malignitate, & venenoſitate (vt volunt) differens. Cum tamen ἄνθραξ Græcis ſit idē, quod carbo vel carbunculus Latinis. Proinde ſuperuacaneum eſt, eorum ſigna, & curationē (quod fere omnes Chirurgi faciunt) diſtinguere, & in diuerſis capitibus de iis pertractare. Cæterum carbunculi ipſi ex cauſis populatim graſſantibus, magna ex parte oriuntur, & peſtiferam luem conſequuntur. Quocirca diligenti animaduerſione circa eos opus eſt, tantum abeſt, vt negligi debeant.

Carbunculi tuem peſtiſeram per conſequuntur.
Iudicia.
1 Carbunculus quando maxime lethalis, ſumpto à loco affecto indicio.
2. Aliud indicium a loco affecto.
3 Indicium a colore.
4. Indicium ab accidentibus.

Porro tametſi ἄνθραξ, ſeu carbunculus omnis morbus ſit acutus, periculoſus, & contagione inficiens, omnium tamen peſſimus eſt Auicennæ & maxime lethalis, qui in emunctoriis, & prope membra principalia enaſcitur. Timendum enim eſt, ne ad interiora, & partem aliquam principem, materia hæc venenoſa, quæ carbunculum excitauit, ſubito recurrat. Quod ſi acciderit, in maximo vitæ diſcrimine æger eſt, præſertim ſi mala aliquot ſigna ſe prodiderint. Quin ſola illius putida, & pluſquam lerneo tincta veneno, exhalatio, ſufficiens eſt hominem enecare. *Si circa ſtomachum ſiue œſophagum, fauceſue incidat carbunculus, ſubito* vt ait Celſus *ſpiritum ſæpe eliſit*. Minus lethalis eſt carbunculus. Auicennæ, qui primum ruber, deinde citrinus apparet. Qui vero liueſcit, aut nigricat, neminem fere non iugulat. Nullus tamen ex ſua natura non periculoſiſſimus cenſetur. Si accidentia, quæ morbum hunc comitari ſolent, plurimū remittantur, ſpes aliqua nobis promittitur: Si vero magis, atque magis ſemper intendantur, & vehementiora fiant, tum plane eſt deſperandum.

Carbunculi curatio a ſanguinis miſſione ſtatim auſpicanda.
Vena è directo ſecanda.
Perfuſio ex aqua ſalſa calente.
Arſenicum.

De curatione Carbunculi.

CArbunculi curationem (ſuppoſita conuenienti victus ratione) ſtatim ab initio (ſi nihil obſtiterit ex iis, quæ venam incidi vetant) auſpicandam eſſe à ſectione venæ Galen. præcipit *lib. meth. med. 4. & ſecundo ad Glauconem*, vultque ſanguinis vacuationem ad animi defectionem vſque fieri. Quippe quæ plurimum commodi hoc vitio laborantibus ſit allatura. Idque perpetuo eſt obſeruandum, vt vena è directo pertundatur. Venæ autem ſecandæ electio ex laborante particula (vt in curatione phlegmones dictum eſt) nobis indicatur. Quocirca ea in re conſulendus eſt à Chirurgo peritus aliquis Medicus, qui vnde, & quatenus ſanguis mittendus ſit, probe nouerit definire. Secta (vt decet) vena, ſi nihil (vt dixi) prohibuerit, alienum non fuerit eiuſmodi tumorem ſcarificare, plagis quidem (ob infeſtantis ſucci craſſitudinem) ſatis profundis, nempe quæ mediocribus (vt Galeno viſum eſt) ſint altiores. Sunt, qui præcipiant, ipſos ſcarificatus in cruſtaceo vlcere duntaxat eſſe faciendos. Ipſas vero inciſiones aqua ſalſa calente ſtatim perfundunt, ne in illis ſanguis coeat, concreſcatue, ſed foras egrediatur. Interdum etiam erodens aliquod medicamentum imponunt, cuiuſmodi eſt arſenicum, quod in ea re inter cætera primatum obtinet. Quidam vero loco ſcarificato ſanguiſugas admouent.

Cæterum laboranti particulæ (tametſi quod ad inflammationem ſpectat, refrigerantia deſideret)

A rer valide repellentia, haudquaquam admouere debent. Nec enim eiuſmodi fluxione, propter humoris craſſitiem, atque etiam malitiam auertere poteris. Et ſi quando id feceris, aliud quippiam (vt Galenus ait) quod in alio ſit corpore offendes. Atqui nec affatim allicere is humor, ipſo Galeno authore, permittendus eſt. Inquirenda igitur remedia ſunt, quæ modicè reprimendo, etiam digerere, ſeu diſſipare poſſint. Tale profecto eſt cataplaſma, tum quod ex plantagine conficitur, tum quod ex his cocta lente conſtat. Sed huic admiſcenda nobis erit mica panis, qui furno ſit coctus. Eſto autem panis (ex Galeni conſilio) nec omnino furfuris purus, nec nimium eo refertus. Huiuſmodi autem cataplaſma recentiores appellitant emplaſtrum de arnoglosſa, cuius forma apud eos eſt talis. *Recipe arnoglosſi, lentium, panis furnacei ſingulorum partes æquales, coquantur in aqua.* His gallas addidit Auicenna, qui & ad eandem intentionem probat emplaſtrum, quod conſtat duobus malis granatis coctis in aceto, aut aqua & aceto. Et hæc quidem tum partibus laborantibus, tum circumiacentibus imponunt. Huic ſententiæ accedit & Paulus Aegineta, inquiens: *Vt radicitus carbunculus educatur, dirimaque ab adiacentium commercio, malum Punicum aci-*
B *dum minutim conciſum in aceto coque, [illegible] autem imbuerit in leuorem detero, linteoque illitum induce cum [illegible] aceto illinito.* Item nucis auellanæ veteris, vel etiam non veteris medulla, carbunculos maturat, & rumpitque. Optimum autem etiam facit perpetuo circumiacentibus ipſis partibus vnguentum ex bolo Armena, roſaceo, vel myrtaceo oleo, & aceto confectum, illinere, ne ſcilicet in eo quidquam fluxionis [illegible] recurrat. Sunt qui virus ipſum, & malignum humorem in peſtilenti carbunculo, factis cucurbitulis, & medicamentis attrahentibus ad locum carbone obſeſſum euocent & alliciant. Quod ſane, & [illegible] ciendum [illegible], & minoris notæ partes [illegible] occupet, & [illegible] fluxio. Si vero valde, atque affatim valde irritat, modice reprimentibus (vt modo ex Galeno addi[illegible] eſt) [illegible] dus [illegible] eſt fluxionis impetus, ne ſcilicet ingens [illegible] dolor ex fluxione tam valente irruente in laborante particula excitetur, atque ita malum exaſperetur. Super ipſum vero vlcus cruſtoſum, vbi præ[illegible] putre membrum putreſcit, valens aliquod medicamentum, & quod vehementer exſiccet, non autem quod concoquat, & pus moueat, quando ita parte de[illegible] in particulæ foueris imponendum eſt. Cuiuſmodi eſt Andronis, Muſæ, Paſionis, vel Polyidæ [illegible] vino aliquo dulci, vel ſapa, ad ſordium craſſitudinem debebit. Cataplaſma etiam, quod ex orobi farina, & oxymelite conſtat Galeno, recte apponitur, vbi vlcus malignum, & cum putredine fuerit. In communi autem vſu eſt vnguentum vulgo Ægyptiacum nominatum. Quod ſi nec parum proficiant, ad acriora, & quæ ignis vires habeant, deueniendum erit.

C Cuius generis ſunt, radix draconculi, vel ariſtolochiæ ex aceto trita, & impoſita calx, arſenicum, & ſandaracha, & alia huiuſmodi, quæ non aliter, quam ignis adurunt. Hæc proficiunt ſatis, ſi protinus à viua corruptam partem reſoluant. Quo facto, quicquid corruptum eſt, & emortuum, protinus auellere & radicitus extirpare oportet. Cum autem ſub ipſis erodentibus medicamentis ſequatur cruſta, vndiq; à viua carne diducta, vulnus quidem, quod ex eis excitatur, vt cætera aduſta curandum eſt. Cæterum cum extremis morbis (vt inquit Hippoc.) exquiſite extrema remedia optima ſint, cogimur aliquando (victis ſcilicet malo medicamentis) malignum carbunculum, cauterio (vt vocant) actuali, hoc eſt, candente ferro extirpare. Finis autem adurendi eſt, dum ex omni parte ſenſus doloris eſt, vt recte Celſus admonuit. Poſt hæc cruſta vlceribus inducta, auxiliis ad id accommodis, reſoluenda eſt. Quod ſi ad vſtionē laborans pati tecum auertit, aliquis ex humili plebe adhibendus eſt, qui carbonem ipſum mordicus apprehenſum radicitus euellat. Quales olim erant Pylli in Italia nominati, qui vulnera ex morſu ſerpentū inflicta, in ſe iacte exugebant. Porro auulſo ſic, vel quomodocunque abſumpto carbunculo, ſinus, ceſſante
D iam inflammatione, primum deterg[illegible] deinde iam puros factos, implentibus medicamentis (quæ Græci ſarcotica vocant) curari debet. Vbi vero iam penitus fuerit impletus, nec amplius quicquam illi cauū ſit, ea, quæ cicatricem inducunt, ſimiliter reliquis vlceribus adhibere fuerit tempeſtiuum. Horum autem omnium materia *ex antidotario, & tractatu de vlceribus* requirenda eſt. Cæterum ſi non admodum ſeuiat malum, nobiſque aliquas dederit inducias, maturatur, & aperitur Auicennæ, admotis ficubus, fermento, & ſale ad inuicem mixtis. Vbi autem bis, vel ter appoſitum fuerit huiuſmodi emplaſtrum, locus omnino niger, & dehiſcens apparere ſolet. Atque tunc mundificatiuo ex apio locus detergendus erit. Medicamen quoque ex vitellis ouorum & ſale confectum, ſi ſæpius admoueatur, maturat & aperit carbunculum, vt ſcribit Theodoricus. Ad eundem finem in communi vſu eſt hodie emplaſtrum ex [illegible] farina, & ouorum luteis compoſitum. Conſolida maior, quod Græci ſymphyton appellant, [illegible] inter duos lapides contrita, [illegible] vino quodam (vt referunt) miraculo anthracem ſanat, & ex toto [illegible] vt nulla amplius deinceps curatione egeat, præterquam ea, quæ communibus [illegible] vlceribus. Miranda etiam narrant alij de ſcabioſa, nempe quod comeſta, vel ex vino pota, [illegible] tumores ad exteriora protrahit, & inſenſibiliter diſſoluit, diſcutitque.

E *Quæ cruſtas vlcerum reſoluunt.*

CRuſtas huiuſmodi carbunculi vlceribus reſoluunt, butyrum recens, axungia porci, & alia id genus pinguia. Ad id etiam mire proficit, ſubſequens emplaſtrum. Nam præterquam quod cruſtam, id eſt, eſcharam, citius multo, quam prædicta reſoluit, dolorem etiam ab acribus & adurentibus medicamentis, vel candente ferro excitatum demulcet: atque malignum ipſum ſuccum, qui carbunculum creabat potenter diſcutit. Habet autem *farinæ triticeæ, & hordeaceæ ſingulorum vncias tres. Ex quibus cum decocto maluarum, violarum & radicum althææ fit ſolidum emplaſtrum, addendo butyri, & axungiæ ſuillæ lotæ ana vncias duas, vitellos quoque duorum ouorum, qui adiici debent, quando ab igne remouentur: atque hæc omnia rurſus cum radice & foliis prænominatis diligenter contuſis, & ſubactis, ac per incerniculum tretis, admiſcenda ſunt.*

 Victus

*Sanguiſuga
ſinenda. In carbunculo nec auerti poſſe nec aperire lib. 14. Therap.*
Cataplaſma in carbunculo adhibenda.
Emplaſtrum de arnoglosſa.
Emplaſtrum ex malo Punico.
Panis.
Medulla nucis auellanæ carbunculos maturat, & rumpit.
Auxilia attrahentia.
Cura ſuper cruſtoſum imponendum.
Cataplaſma ex orobi farina & oxymelite.
Vnguentum Ægyptiacum.
Admouentia medicamenta.
Quando adurendum vſtione properandum. Finis adurendi.
P[illegible]
Auulſo vel abſumpto carbunculo, quid poſtea agendum.
Maturatiuum.
Auicenna.
Mundificatiuum ex apio.
Emplaſtrum vulgare optimum, quod ſcripſit in Pareipoſſ[illegible] Nicomeco.
Conſolida maior.
Scabioſa.
Emplaſtrum [illegible] emolliens.

Victus ratio, epithemata opiata, & alia id genus quæ cordi roborando dicata ſunt. Item vacuationes, ſi quæ neceſſariæ ſint, ad diæteticen, & pharmaceuticen omnino pertinent. Quare in iis adminiſtrandis peritus aliquis Medicus erit conſulendus. In communi autem vſu eſt apud omnes theriace, quæ ad fabæ magnitudinem exhiberi ſolet, cum aqua ſcabioſæ, vel ſi febris adſit à ſynodum acuta, & vehemens, cum aqua roſacea, vel bugloſſi: debetque à laborante aſſumi ſex horis à paſtu. Cæterum quoniam ſuperius facta eſt mentio de trochiſcis Andronis, Polyidæ, Paſſionis, & Muſæ, quos tantopere celebrat Galenus, non alienum fuerit, eorum deſcriptionem hic ſubiicere. A

Theriace.

Andronis trochiſcus hæc recipit.

Cytinorum, id eſt, florum, ſeu capitulorum mali Granati, drachmas decem, aluminis ſciſſilis drachmas quatuor, chalcanthi drach. duodecim, myrrhæ drachmas quatuor, thuris, ariſtolochiæ, gallæ ſingulorum drachmas octo, ſalis ammoniaci drachmas quatuor.

Polyidæ ſphagis paſtillus hæc continet.

*Mallicorij * pondo ſex, myrrhæ * pondo octo, aluminis ſciſſilis * pondo quinque, thuris * pondo quatuor, chalcanthi * pondo trium, fellis taurini * pondo ſex: vino dulci excipiuntur.* B

*Quod ſic * notatum denſatur, nota eſt denarij, qui pro drachma hic ponitur.*

Polyidæ paſtillus alius.

Aluminis ſciſſ. pondo denariorum trium, thuris pondo denariorum quatuor, myrrhæ tantundem, chalcanthi pondo denarium duum, cytinorum pondo denarium duodecim, fellis taurini pondo denarium ſex, aloes pondo denarium octo, vino auſtero excipiuntur.

Muſæ trochiſcus hæc habet.

*Aluminis ſciſſ. aloes, myrrhæ, chalcanthi ſingulorum pondo * ſex, croci, crocomagmatis ſingulorum pondo * tres, cytini pondo * quatuor, mulſo ex falerno facto aſſumuntur.*

De gangræna, & ſphacelo.

Gangræna quid, & vnde ortum habeat.

Gangræna peſſimus tyrannus.

Sphacelus.

Oſſium ſyderatio.

GAngrænas nominat Galenus *lib. 2. ad Glauconem*, eas, *quæ ex magnitudine inflammationum fiunt mortificationes nondum tamen integre factæ ſunt, & iam confirmatæ.* Eius mali tanta vis eſt, ac tyrannis, vt niſi celerrime ſuccurras, facile affecta pars mortis habitum repræſentet, hoc eſt, promptiſſime, vitæ ſenſus & motus extinctionem contrahat. *Vbi vero membrum ſic vitiatum, & languens, omnino ſenſu fuerit deſtitutum, ac omnino emortuum, ita vt percuſſum, vel ſectum, vel adustum, non ſentiat, quæ patitur, affectum hunc non iam amplius gangrænam, ſed ſphacelon Græci nominant.* Latini vero ſyderationem, recentiores eſthiomenon appellant, quod nomen etiam ad gangrænam extendunt. Auicenna autem eſthiomenon vocauit, quando ad partes continuas tranſit corruptio, quo nomine in re alia vtuntur Græci. Quidam affectum hunc modo herpeta eſthiomenon, modo cancrum vlceratum nominant. Accidit autem hic affectus etiam oſſibus cum carne ipſis circumdata ac circumfuſa tetros gignens ichoras, id eſt, deprauatam ſaniem generant, hoc tetro vitio carne imbuerit, ac fœtidiſſima putrilagine conſumpſerit. C

Syderatum membrum confeſtim reſecandum.

Sphaceli & gangrænæ differentia.

Ignis Sancti Antonij.

Cum itaque membrum ita ex toto, vita, ſenſu, motuque priuatum apparuerit, confeſtim ad viuum vſque, quam proxime ſanæ parti erit reſecandum. Itaque differt ſphacelus à gangræna, quod ille oſſibus etiam (vt dictum eſt) innaſcatur, nedum carni, & vaſis: hæc vero oſſibus non aduenıat: vna tamen ſpecies ſphaceli eſt, ſed proprium nomen, & ſingulare præter commune ſortita. Huiuſmodi abſolutam partis affectæ corruptionem, ſenſum penitus auferentem, vulgus Gallicum appellat ignem Sancti Antonij, alias Sancti Martialis. Alij vero (vt diximus) herpeta eſthiomenum: alij cancrum vlceratum vocant. D

Mortificatio triplex. 3.

1\.

Quomodo membra moriuntur.

Accidit autem trifariam eiuſmodi membrorum mortificatio, ſeu vitæ in membris extinctio, ac deſtructio. Vno modo, quando membrum non amplius poteſt recipere vitam ſibi à corde per arterias tranſmiſſam, propter diſſipationem, ſeu diſſolutionem miſtionis, atq; harmoniæ ipſius laborantis membri. Diſſoluitur autem ac deperit miſtio, atque harmonia partis, vel ob nimiam frigiditatem, vt aliquando contingit per hyemem validam, atque aſperam: vel ab immoderata, & inconſulte ac temere molita inflammationum refrigeratione: aut ab excedenti, ac ſupra modum vehementi caliditate, & venenoſitate inflammationum, ac malignatum (vt vocant) puſtularum. Altero modo gangrænam, & ſphacelum fieri contingit, quando vita in membro recepta præfocatur, atque extinguitur, vt nonnunquam euenit in magnis inflammationibus, quæ ita interdum venas, arterias, & poros cutis obdurant, constipantque, vt ſpiritus ibidem, prohibita in totum effluuij vaporoſi tranſpiratione, & aeris externi attractione, ſtrangulentur ſuffocenturque. Tertio modo, hæ mortificationes, & vitæ extinctiones fiunt in membris, quando prohibetur tranſitus, atque influxus vitalis ſpiritus, à corde ad membrum aliquod: idque vel propter vehementem ligaturam, vel contuſionem aliquam in vijs, ac meatibus ipſis, per quos defertur ſpiritus. Tandem. In ſumma gangræna & ſyderatio, quam Græci necroſin, & ſphacelum vocat, noſtris corporibus accidant, vel deneganta parti vitali facultate, vel natiuo eius corporis calore, ac tempeſtiue pereunte. E

2\.

3\.

Signa gangrænæ & ſphaceli.

1\.

2\.

4\.

Indicia.

Lib. 4.

Cæterum ſigna gangrænæ, & ſyderationis, in Galeno *in opuſculo de tumoribus præter naturam* ſunt hæc. Primum, quidem ille rubicolor, ſordidum, quod phlegmonis, id eſt, inflammationibus adhærat, in ipſis extinguitur: Deinde dolor, & pulſus ſeu pulſatio, hoc eſt, arteriarum motus ipſi ægro ſenſibilis, recedunt, non à bona adhuc diſpoſitione, verum ſenſu iam emortuo. Vnde membrum mox nigrum conſpicitur, molle quoque, & putridum, fœtoremque expirans, cadaueroſum efficitur. Quo fit, vt cum premitur digitis, facile cedat in profundũ, nec poſtea reuertitur, aut reſilit, imo apparet, cutis à carne ſeiuncta. Hæc autem partis affectæ mortificatio, quam Græci gangrænam appellant, tantæ eſt (inquit Paulus)

ferocita-

A *[illegible] vt niſi [illegible] omni mora præſentiſſimum auxilium ſuppetat, labrũ [illegible] moritur, [illegible] hominem ipſum iugulet.* Ac [illegible] Celſus [illegible] plane [illegible], ſed adhuc incipit, cam curare non difficillimum eſt, vtique in corpore iuuenili. & magis etiam, ſi muſculi integri ſunt, ſi nerui, vel [illegible] non ſunt, vel [illegible] affecti ſunt. Vbi vero penitus inſedit hoc malum, & iam in ſphacelum abiit, inſanabile eſt plurimumque ſub frigido ſudore moriuntur. Lib. 5

De curatione gangrænæ ex magna inflammatione [illegible] [illegible] gangræna [illegible] extirpatione.

CVm ſanguinis copia gangrænam concitet, eius curandi ratio [illegible] à copioſo & [illegible] ſanguine qui in membro laborante [illegible], vacuatione. Sed interim negligi non debent, [illegible] pharmaceuticam, venæ ſectionem (ſi neceſſaria fuerit) & cordis [illegible] pertinere [illegible], pro quibus conſulendus erit Chirurgo peritus aliquis Medicus, qui omnia [illegible], & vt res exiget, norit inſtituere. Fit autem [illegible] ſanguinis ita [illegible] occaſione [illegible] ex parte affecta emiſſio, vel vena ſecta, ſi quæ amplior, ac turgens circa eandem partem [illegible], vel [illegible] partis affectæ, vna cum ſubiecta [illegible], vel pluribus, & [illegible] diuna. Alij ad eundem finem ſanguiſugas [illegible] & venas minores proximas aperiunt. Verum profundi [illegible] ſunt ad [illegible] adeo [illegible]. Cæterum pro affectus magnitudine vel maximæ [illegible] ſunt, vel [illegible] (quas [illegible] appellant) [illegible] Quo enim [illegible] magis [illegible] Vbi autem [illegible] [illegible] vt ſanguis [illegible] egreditur. [illegible] id eſt, quod [illegible], [illegible] Franc [illegible] appellant) aut [illegible] veluti ipſo [illegible].

Curatio ſanguinea [illegible]

[illegible] Aut Medicamenta potentia [illegible]

Vtile [illegible] in die, [illegible]. Hæc enim [illegible], & [illegible] abſumuntur, [illegible] quod [illegible].

C Vbi vero [illegible], vt [illegible] quod vulgo Ægyptiacum appellatur, ex [illegible], melle & aceto, ad [illegible] compoſitum, [illegible]. Hoc enim [illegible] prohibet, ac [illegible] putrefactum quoque, ac corruptum [illegible]. Denique [illegible] quod [illegible] Vbi vero [illegible] medicamen velis apponere, [illegible], aut [illegible] aliquem ex [illegible] paulo ante memoratis [illegible] vt pote vel Andronis, vel Polyidæ, vel Muſæ, vel Paſionis, vel vnum ex iis, qui [illegible] dicuntur, [illegible], & ex [illegible], qui ob [illegible] cauſticam [illegible] [illegible], quod vocant ſublimatum, [illegible] vel [illegible], quod Galli [illegible] appellant, [illegible] Hoc enim [illegible] Quod [illegible] ſeparandum eſt [illegible]. In [illegible] autem medicamentis adhibendis, vt res [illegible] circa naturam corporis ægroti, ſicuti recte nos Galenus [illegible].

Ægyptiacum. [illegible] Aut [illegible]

D *[illegible] vehementer [illegible] medicamenta [illegible] carnem [illegible].* [illegible], vel pueri, & quicunque [illegible], & balneas amant, & in [illegible]. [illegible] eſt partium, quæ male affectæ ſunt, [illegible] corporis [illegible], aut circumiacentis, quo [illegible]. Quædam enim ſunt, quæ [illegible] neglignter [illegible] ceſtat [illegible]. Quædam [illegible] medicamentum vires, ac [illegible]. Porro [illegible] magis malum [illegible] medicamentis [illegible] inter integrum, ac [illegible]. Solent vero hæc auxilia omnia [illegible] atque tunc [illegible] vt Celſus ait. [illegible] eſt membrum, quod paulatim emoritur, abſcindere vt cætera pars corporis tuta ſit. Nam quod [illegible], veneni in modum [illegible] contactu, quod adhuc ſanum & integrum eſt, [illegible], & corrumpit. Si quando autem putrefactam [illegible] emortuam partem [illegible], vel quod in membro quopiam [illegible], vſque ad ſanum corpus [illegible], eam [illegible] ſanæ atque integræ parti adiunctam, ob maiorem [illegible], ex Galeni conſilio candenti ferro adurere conuenit. Ita enim [illegible] ſanguinis profluuium compeſces & putredinem arcebis. Facta vero adustione, porri ſucco, vel

Lib. 2 ad Glauconem.

[illegible] gangræna [illegible] abſciſſa.

Lib. 2. ad Glauconem. Lib. 4.

E (vt Paulus [illegible] porro vtendum eſt, vel aliquo ex iis quæ paulo ante [illegible]. Hæc enim ſiccant, & [illegible] putredinem, atque humorum affluxum prohibent. Vbi vero [illegible] his remedijs adhibitis, ceſſare putredo, vt cruſtæ [illegible] decidant, cataplaſmate vtendum eſt ex pane, vel hordeacea farina, vel triticea [illegible] medicamento, quod cephalicum vocant, ex melle illitum. Hæc enim detergendo, cruſtam à ſubiecta carne ſeparant. Quinetiam medicamento quod tetrapharmacum dicitur, præterea & Macedonicum [illegible], ac emolliendo [illegible] à ſubiectis corporibus deducunt. Quemadmodum & reliqua omnia quæ ad ſuppurationem perducunt. Hæc enim [illegible] quod emolliunt pus ſub cruſta conficiunt, quod eam reſoluit, ſcilicet inter carnem ſubiectam, & cruſtam ipſam interiacens. Panis quoque cum apio tritus, aut ocymo, optime cruſtas à ſanis partibus citra erotionem detergendo, detrahit. Sic & iris, vel radix panacis vel ariſtolochiæ, vel acori cum melle. Solent autem vulgo ad cruſtas reſoluendas vti butyro, aut alio quouis vnctuoſo.

Cruſtas à partibus [illegible]

Nnn 2 Vbi

Butyrum. *Emplaſtrũ Guilielmi à Saliceto.* *Lib. 1. ad Glauconem.*

Vbi vero cruſtæ exciderint, locum aceto abluunt, poſtea ſequens emplaſtrum admouent, quod ad Guilielmum à Saliceto refertur. Recipit autem *mellis ſextarium, vitellos ouorum crudos tres, aut quatuor numero, farinæ hordei ſelibram, hæc miſcentur in formam emplaſtri. Poſt biduum vero, vel triduum, vt melior fiat mundificatio, huic emplaſtro addi poſſunt drachmæ decem myrrhæ electæ.* In teneris autem corporibus ad eſcharæ ſeparationem & ſordium deterſionem, abunde ſufficit Galeno orobi farina cum melle, vel thure. His rite peractis, huiuſmodi vlcera ad ſanitatem perducenda ſunt medicamentis, quæ carnem producant, & cicatricem inducant: ſynulotica, & epulotica Græci vocant. A

Capita curationis grangrænæ & ſphaceli.

1. VItiatum ſanguinem in affecta parte impactum affatim vacuato.
2. Poſt ſcarificatus, aut ſectiones, locum affectum aqua ſalſa abluito. Deinde medicamentum putridis conſecratum inducito. B
3. Vbi inſlammatio ſe remiſerit, vnguentum Ægyptiacum ſuperimponito.
4. Si malum iis remediis non ceſſerit, id, quod inter vitiatum & integrum eſt, ferro candente adurito.
5. Quod ſi hæc omnia nihil profecerint, & iam gangræna in ſphacelum degenerauerit, membrum, quo ſic plane emortuum fuerit, vſque ad partem ſanam, ita, vt nihil prorſus putridi relinquatur, ocyſſime abſcindito.
6. Vbi quod computruit, reſecueris, vel amputaueris, quo ſecurius mali radicem euellas, ferramenta igne flagrantia adigito.
7. Poſt exuſtionem porri ſuccum, atque alia id genus, quæ ſiccant, ſtringunt, & fluxionem arcent, admoueto.
8. Cruſtam, vel medicamentis adurentibus, vel ignito ferro inductam, à ſubiectis corporibus reſoluere (ſolet enim inde ſanguinis profluuium ſequi) ne properato.
9. Cum putredo ceſſauerit, nec amplius ſanguinis profluuium reformidaueris, ea, quæ cruſtam detrahunt, applicato.
10. Vbi cruſtæ exciderint, curationem reliquis vlceribus communem adhibeto. C

Qui ſequuntur aphoriſmi, ad Medicum pertinent.

C Ad reſoluendum autem per halitum & digerendum humorem, qui in alto corpore collectus eſt, & interna [illegible] glandulas (quæ externarum ſunt cauſa) excitat, Galen. *lib. 14. Therap.* conſulit theriacem, athanaſiam, ambroſiam, & medicamentum, quod ex Cretica calaminthe eſt compoſitum. Græci diacalaminthem vocant. Cura corporis [illegible] eſt, *ex lib. 4. de ſanit. tuend.* Multa alia auxilia ad huiuſmodi affectus inſtituuntur, nempe potiones, electuaria, & etiam olea, quæ in aures [illegible]. Empyrica quoque permulta a veteribus deſcripta, & celebrata ſunt, quorum vſus mihi non probatur. Proinde non duxi illa noſtris commentariis eſſe inſerenda. Hoc vnum tamen confidenter aſſumo, Chriſtianiſſimo FRANCORVM regi, diuinitus peculiari dono eſſe indultum, vt quam plurimos ſtrumoſos (ſeu vt vocant) ſcrofularios, ſolo manuum attactu, integræ ſanitati reſtituat. Rex etiam Eduardus (vt referunt hiſtoriæ) ſolebat diuinitus ſolo tactu ſanare ſtrumoſos. Quod immortale munus iure veluti hæreditario ad reges poſteriores manauit. Nam, reges Angliæ etiam nunc tactu, ac quibuſdam hymnis, non ſine cęremoniis prius recitatis, ſtrumoſos ſanant. Atque ita quidem in omnibus ſupradictis abſceſſibus communia ſunt. Quę vero ſequuntur, particularem, ac propriam cuiuſque differentiæ curandi rationem concernunt.

Quæ per halitum digerant.

Galliarum reges diuino quodam munere ſtrumas curare.

Hanc autem curandi rationem propriam ac particularem, in hiſce abſceſſibus diuerſam efficiunt,
D atque immutant, tum materiæ, ex qua ortum habent, ſubſtantia, tum vero eorum quantitas, vel minutula, vel quæ in molem valde magnam excreuit. Ad hæc partes ipſius laborantis, atque etiam totius corporis natura. Temporis autem duratio licet non indicet curationem, indicat tamen nobis aliquando, atque innuit, qualis ſit ipſa diſpoſitio, vt Galenus annotauit *lib. 4. de morb. curandis*. Itaque tametſi a prædictis multæ ſumi poſſint curandi [illegible] indicationes ac intẽtiones, eas tamẽ quantũ ad rem præſentẽ attinet, ad ſex reduximus, quas & in ſex ſequentibus veluti canonibus expreſſimus. Quorum primus ad hunc modum habet. Pituitoſos abſceſſus, molles, & paruos, quæ lupiæ vulgo, & Arabicæ factionis principi Auicennę, glandulæ appellantur, ſi in principiis tumoribus conſtiterint, & (quia nondum inueterauerunt) tenuẽ adhuc cyſtim, id eſt, membranam, qua includuntur, habuerint, comprimito, & atterito, poſtea deſiccato. Secundus. Molles, non multum duros, neque inueteratos, more tumorum œdematoſorum (de quibus *ſupra egimus*) emollito, digerito, conſumito. Tertius. Pituitoſas eiuſmodi excreſcentias, ſaniosas, & apoſtematoſas, hoc eſt, quæ in ſuppurationem ſpectant, maturato, aperito, detergito. Quartus. Strumas, quæ ex prædictis auxiliis curationem non recipiunt, & mobiles ſunt, blandæ, morigeræ, ac tractabiles, incidito, atque extrahito. Quintus. Immobiles, infeſtas, irritatasve, ſeu vt loquuntur inſilteratas, hoc eſt,
E venis, & arteriis multum implicatas, & radicem, & intus latas, corrodito, digeritoque. Sextus: tenui, ac gracili radice innixas, deligato, ac euellito.

Quæ particularem pituitoſorum abſceſſuum curationẽ immutent.
Tempus quid inſinuet.
Sex canones
1
2
3
4
5
6

PRIMVS canon iuxta Auicennæ ſententiam abſoluetur, ſi vbi molles, ac minutos eiuſmodi abſceſſus, quos Auicenna glandulas, & recentiores lupias appellant, contriueris, ac vehementer compreſſeris, laminam plumbeam tumori ęqualem ſuperponas, & ne hinc inde labatur, arctis vinculis in medio conſtringas. Hęc enim (vt ille ait) huiuſmodi excreſcentias digerit. Primum igitur lupia tamdiu manu molliter perfricetur, vſque dum aliquantulum incaleſcat, & ſeipſa mollior quodammodo fiat: poſtea laborans particula firmiter manibus apprehendatur, & fundo ſcutellæ, aut re aliqua ſolida lignea, toties, ac tam vehementer percutiatur, vt diſpareat, & interior eius cyſtis, id eſt, membrana, qua includitur, dilaceretur;

1 Canon. Compreſsio & attritio. Lupia curatio.

Lamina plumbea.

tur, diſrumpaturue, atque ita materia ibi contenta diſpergatur. Quo facto protinus lamina plumbea ſupra locum applicetur, & faſcia duarum extremitatum, (ſeu, vt dicunt) duorum capitum, arctiſſime deligetur, nec ammoueatur ante nouem, aut decem dies. Lamina autẽ ea ſit magnitudine, (vt modo dicebatur) quæ proportione reſpondeat lupiæ. Sunt tamen, qui ante laminæ eiuſmodi plumbeæ applicationẽ, A

Vnguentum Rogerii.

vnguentum admouent *ex plumbo vſto, fuligine ſambuci, aut ficus arboris, oleo, & aceto.* Alii prius vtuntur emplaſtro *compoſito ex aloe, acacia, myrrha, olybano, ſarcocolla, adiecto aceto, vel oui candido,* quantum ad alia excipienda ſatis eſſe videbitur. Henricus ſuperponere ſolebat paruas, (vt ipſe, & alii eiuſdem farinæ chirurgi loquuntur) plagellas, ex ſtupis confectas, oui candido liquore, ſale, & alumine ſacchario inſpiſſato delibutas.

Ganglia curatio ex Philagrio.

Porro Philagrius ratione non admodum diſſimili, apud Aetium ganglia (qui nerui, vt ſupra diximus, tumores ſunt inæquales) curare ſolebat: inquit enim ad hunc modum. *A gangliis chirurgicum opus, id eſt, ſectionem arcemus, præſertim ſi in manibus, aut pedibus euenerint: ſed medicamentis tantum curabimus. Ammoniacum enim prope ignem, ad emplaſtri conſiſtentiam emollitum illinimus: deinde laminam plumbeam tumori æqualem ſuperponimus, & ne hinc inde labatur, arcto vinculo in medio conſtringimus. Iam vero diebus aliquot tranſactis, vbi prius ganglium emollitum nouerimus: nihil ægro præfati, ſtatim ſublato vinculo, dum adhuc locus incaleſcit, pollicem dextræ manus ganglio infigimus, ac reliquis quatuor digitis membro innitentibus vehementiſſime comprimimus, & ganglium confeſtim diſ-* B

Lupiam & ganglion eundem eſſe affectum.

ſoluitur. Hactenus Philagrius. Itaque ex hac curandi ratione facile eſt colligere, recentiorum lupiam, Auicennæ glandulam, & Græcorum ganglion, eundem omnino affectum eſſe: quod & præcedentes etiam eorum deſcriptiones aperte ſatis oſtendunt.

Archigenes libro 4.

Archigenes in hoc vitio calcem, vna cum adipe anſerino, & terebinthina reſina, apponi iuſſit. Idem vero & medicamine, quod lapidem achatem recipit, ſæpius vtebatur, vt refert Paulus.

Oribaſii medicamentũ emollitorium ad ganglia.

At Oribaſius eo frequenter vſus eſt, quod recipit *ceruſæ, reſinæ piceæ, olei veteris ſingulorum vnciam vnam, ammoniaci thymiamatis, galbani, ſingulorum partem mediam, ceræ vncias quatuor.* Extat idem medicamentum apud Aetium, ſed in quibuſdam pondera euariant: habet enim *ceruſæ, olei antiqui, & reſinæ piceæ, ſingulorum lib. vnam, ceræ vncias duas, ammoniaci thymiamatis, chalbanæ [id eſt, galbani] ſingulorum vnciam vnam, ceruſam cum oleo decoquito, quouſque in ſpiſſandi finem feceris, deinde tritum ammoniacum, poſtea reſinam piceam, & ceram poſtremo galbanum præmollitum commiſceto.*

Verticillum plumbeum.

Porro inſignis ille Græcæ familiæ Medicus, Oribaſius inquam, non laminam plumbeam, vt Philagrius, Auicenna, & recentiores Chirurgi, ſed plumbeum orbiculum craſſiorem, ad inſtar ſpondylorum id eſt, verticillorum, quæ fuſis mulierum appenduntur ganglio ipſo ampliorem imponebat, deligabatque. *Si quidem* (inquit) *pondere ſuo longiori temporis ſpatio, ipſum diſſoluit.* Itaque ſatius eſt multo eiuſmodi emollientibus, & diſcutientibus medicamentis vti in gangliis, ſeu (vt communiter loquuntur) lupiis curandis, quam chirurgico opere, id eſt, exciſione, præſertim cum in cruribus, aut brachiis, aut ſummis partibus oriuntur. Periculum enim eſt, ſi ea excindantur, ne particula mutila reddatur. C

Gãgliorum per chirurgiam curatio.

At quæ caput, aut frontem occupant, manu tuto curari poſſunt, hoc eſt præcidi aut euelli. Ergo ſummam cutem ſcalpello diuidito, deinde ſi parua ſunt, volſella comprehenſa ex baſi, hoc eſt, à radice excindito: ſi maiora, hamis transfixa, & ſublata, circumcirca diducito, excoriatoque, & extrahito: poſtremo ſuturis oras commungito, medicamentoque vtitor, quod cruentis vulneribus adaptatur. Sed hæc ad quartum canonem pertinent.

Diſcuſſio per digerentia medicamenta.

Secundus canon completur (vt interim taceam medicamenta pituitoſis, hoc eſt, œdematoſis tumoribus, dicata, quæ *ſupra* poſuimus ad hos etiam, de quibus nunc agimus, abſceſſibus, & herniarum omne genus, apprime, vna cum ſequentibus remediis vtilia) admotione cuiuſdam emplaſtri, quod à Galeno deſcriptum eſt, *lib. ſexto de compoſitione medicamentorum κατὰ γένη*: hoc enim vt ipſe teſtatur, per halitum digerit, & phlegmonas propulſat, valet ad ſtrumas, panos, parotidas; confert etiam podagricis, D

Gal. hanc compoſitionem acceptam refert Heræ.

& multis aliis vitiis benefacit. Recipit autem *olei veteris denarium pondo centum, argenti ſpumæ denarium pondo quinquaginta, picis ſiccæ denarium pondo quinquaginta, ladani denarium pondo viginti quinque, æruginis raſæ denarium pondo octo, galbani denarium pondo quatuor. Argenti ſpuma* (quod lithargyrium vocant) *ex oleo trita coquitur: Cum autem coeunt, id eſt, inſpiſſata ſunt, pix & ærugo immittuntur: deinde ladanum, galbanum, atque ſic in mortarium tranſfuſa ſubiguntur, & molliuntur, atque vſui reſeruantur. Quidam, vt boni coloris ſit, & fuſcum, miſcent etiam ſquammæ denarium pondo octo*: nam alioqui fit nigerrimum. Aliter inuenitur deſcriptum in Guidonis *commentariis*: nempe ſub hac forma, *Recipe olei antiqui vnc. 12 viridis æris, ſiue æruginis, drach. 14. picis ſiccæ vnc. 6. ladani vnc. 3. lithargyri vnc. 12. galbani vncias 3. miſce.*

Diachylon. Rhaſes.

Ad idem bene facit diachylon commune, & ireatum nominatum quorum formulæ & compoſitiones *in antidotario infra* deſcribentur. In diachyli autem ireati libra vna malaxanda eſt vncia 1. pulueris radicis ireos. Idem efficit diachylon magnum Meſues, cuius deſcriptio etiam *infra* habetur.

Stercus caprillum Gatini.

Sunt, qui conſulant ad digerendos eiuſmodi abſceſſus *antiquum ſtercus caprillum, cum melle & aceto ſupra ignem in vnitatem ad formam emplaſtri redactum* dolenti loco eſſe admouendum. Item *emplaſtrum ex fœnogræco, ſemine lini & braſsica, cum viſcilagine radicis althææ confectum.* Hoc etiam ſi ſuppurationis ſpes affuerit, pulchre maturat. E

Haly Abb. emplaſtrum.

Haly Abbas quoque ſubſequens emplaſtrum ad eundem vſum plurimũ commendat. *Recipe farinæ fabarum, & hordei, ana drach. 10. radicis glycyrrhizæ, radicis althææ & picis ſingulorum drach. 5. ceræ albæ, adipis anſerini, cuiuſque, drach. 10. terantur, & in vnum redigantur cum oleo veteri, & vrina pueri nõdum venerem experti, & ſupra moderatum ignem fiat emplaſtrum.*

Emplaſtrũ Auicennæ.

Aliud Auicennæ, quo Guido vtitur. *Recipe ſtercoris bubuli vnc. 2. radicis caulium, id eſt, braſsicæ, radicis capparum, ſquillæ, ficuum pinguium, ſingulorum ſemunciam lupinorum, bdellii, ana drach. 2. aceti, mellis, axungiæ ſuillæ, fæcis olei antiqui, ana, quod ſatis eſt, fiat emplaſtrum.*

Brunus & Theodoricus emplaſtrum ad ſtrumas.

In omnibus duris tumoribus Brunus hoc ſequens remedium approbauit, cuius ſententiam ſecutus eſt & Theodoricus. *Sume ammoniaci, bdellii, galbani, ſingulorum partes æquales: macerentur triduo in aceto.*

quibus

A *q* [illegible] *& ignitam* [illegible], *adlatur furfuris* [illegible] *quantum ſatis eſſe videbitur, & fiat emplaſtrum.* Rogerius hoc auxilio vtebatur ad [illegible], quas vulgo [illegible] appellant. *Accipe* [illegible] *& ſi* [illegible] *vermiculorum, ana quantum libet* [illegible] *in vino optimo, & tundantur in mortario, addendo ſulphuris viui momentum, & fiat emplaſtrum.* Quod Guidoni contigit præceptori in Monte Peſſulano, eſſe [illegible] ſæpe expertus eſt emplaſtrum, quod commendabat *ex* [illegible] *quos & limaces vocant* [illegible], *aut* [illegible] *dictorum vulgo* [illegible] *atorum, aut ex ea* [illegible] *, vt dicunt.* Imo [illegible] cochleam vnam vel [illegible], vel aliter præparatam, & [illegible] ipſis laborantibus per os [illegible] offerebat. Probe etiam ſtrumas diſcutit Paulo, *calx viua, id eſt, aqua non extincta, melle, vel gymnaſiorum ſordibus, ſeu balneorum fragmento excepta, vel oleo, vel adipe ſuillo.* Idem præſtat Aetio *ſola* [illegible] *a parietibus deraſa, & probe* [illegible], *ſuper linteolo extenſa, & emplaſtri modo applicata.* Ad id etiam efficaciter [illegible], *calcis, nitri* [illegible] *modus, cardamomi, & fœnugræci quadruplus cum melle, malagmatis modo impoſita.* Strumas quoque diſcutit [illegible] amarorum [illegible] ex oxymelite cocta, & illita. Ad idem [illegible] *bubulum ſtercus aceto maceratum, & delinitum.* Id etiam tumores [illegible] omnes inſtar cata-

B plaſmatis appoſitum, mirifice diſſipat. *Gr*[illegible] *præcipue caprificorum axungia appoſita*, omnem tumorem diſcutiunt. Hac igitur curandi ratione ſtrumis inchoantibus, & nondum inueteratis medeberis: cum in paruis, tum in iis, quarum minuum opus [illegible], medicamentis ſcilicet diſſoluentibus ac per halitum diſcutientibus. Verum primo mollire, deinde diſcutere oportet, vel vtrumque ſimul, medicamentis mixtam facultatem habentibus, efficere. Eius autem generis fere ſunt auxilia omnia ſuperius deſcripta.

Porro ſi digerentia medicamina, nihil in eiuſmodi [illegible] proficerent, vel ad ſuppurationem [illegible], vel excidendi, vel manu curandi, vt *in ſequentibus* dicetur.

Cæterum [illegible] præteriri non debet, quod a quibuſdam memoriæ proditum eſt, nempe ſtrumoſis [illegible], ſicuti & elephantiaſi, viperarum, ac ſerpentium vſum mirifice adiuuare. Item ſi laterem ad [illegible] quantitatem ſingulis diebus ieiuni potauerint. Ego ſerpentem extinctum in ollam coniicito, eamque gypſo prope oblitam, ac circumlinitam in fornacem mittito, concremati cinerem æquali [illegible] pondere miſceto, & melle excepto vtitor. Hic enim ſtrumoſis eximie ſubuenit. Aluum etiam [illegible] reddi, tenuemque victum adhiberi oportet ſtrumis laborantibus, vomitumque aſſidue prouocare,

C & per os pituitam ducere, caputque deſiccare, ac cataplaſmata [illegible] applicare, quæ mediocres puſtulas in cute excitare poſſint, veluti [illegible] radix cum polenta, ac reliqua huiuſmodi, ſinapiſmisque eiuſdem facultatis, & paluſculis vti.

Tertii canonis intentionem communiter etiam aſſequimur, vſu auxiliorum præcedentium. Omnia enim [illegible], & [illegible], ſi locum aut materiam inueniant reſolutioni contumacem, ac [illegible] materiam ipſam haud dubie maturant, & ad ſuppurationem perducunt [illegible] ſi initio, [illegible] aut ſanguini permiſta. [illegible] ad [illegible] huiuſmodi abſceſſus, [illegible] emplaſtrum compoſitum *ex farina hordei, pice, & [illegible], cum pueri impuberis vrina, in vnum corpus* [illegible]. Auicen. vero ad [illegible] caliditatis vehementiam, [illegible] decoctum coriandri præſtare [illegible]. Quod ſi [illegible] proficiunt, & fortius, atque efficacius medicamentum [illegible] *partem vnam* [illegible] *decocto.* Strumas ad ſuppurationem [illegible] medicamentum, a Paulo Ægineta lib. 4. relatum.

[illegible] drachmas decem, ammoniaci thymiamatis drach. ſeptem, viſci quercini drachmas octo, galbani drachmas quatuor [illegible], *in pila contundantur.*

D Cæterum [illegible], & ad ſuppurationem perductis, quod ex notis ipſius puris facile deprehendes, aperiri debebunt, ac detergi. Detergentur [illegible] vnguento Apoſtolorum vulgo nuncupato, quod a [illegible] eſt. Hoc enim magnæ eſt efficaciæ in ſtrumis [illegible] & vlceratis. Ad idem [illegible] Ægyptiacum Rhaſis, emplaſtrum [illegible], diachylon nominant, & diapalma, quod [illegible], quorum deſcriptiones [illegible] requiredæ. Quod ſi huiuſmodi abſceſſus locum aliquem occupauerint, in quo caries, & quædam corruptela oſſium ſubſit, aut prauam aliquam [illegible] acceſſerit, ea vlcerum curandi ratione tractentur, cum quibus affinitatem, & commercium habent.

Quod ad quartum canonem attinet, [illegible] & ſanabiles ſtrumas, manuum artificio, & chirurgico [illegible] breuiter tractabimus. [illegible] proſtratum, [illegible] ſedens [illegible] faciliu[illegible] comperetur. [illegible] detinere imperato: Deinde cutim tumori adiacentem recta, vel [illegible] obliqua ſectione incidito. Quæ enim [illegible] ſectio, prorſus [illegible] eſt [illegible] recta porrigatur. Cæterum non [illegible], neque vno impetu, totam

E cutis craſſitudinem [illegible] violenter [illegible] ſi. At [illegible] quidem tumoribus, [illegible] ſimplici ſectione facto, [illegible] cutem diuidito: in maioribus vero [illegible] abſcindito [illegible], venas & arterias paulatim, & blan[illegible] ſeparato. Poſt hæc vero [illegible], [illegible] cutis [illegible], vncinulis, ſeu hamulis diſtendito, ac dilatato, ac [illegible] digitis, & ſcalpri capulo, vel ſpathula excoriato, ſtrumamque, vbi nudata & [illegible] apparebit, penitus eximito.

Cæterum [illegible] ſeu vaſis [illegible] faciunt, ſumma attentione opus tractandum eſt, ne per [illegible] Propterea in [illegible], vnum duntaxat ſectionis labium [illegible] parietur. Cumque ab vno latere [illegible] connexio diuiditur, [illegible] idem penitus repetatur: deinde tota baſis propter neruos, & ſub-

Rogerius emplaſtrum.

Emplaſtrū præceptoris Guidonis in limacibus.

Viperarum & ſerpentū vſum, mire ſtrumoſis iuuare.

3. Tertius canonis declaratio. Suppurātia ſeu maturantia.

Pauli medicamentum ad ſtrumas maturādas. Detergētia. Vnguentum Apoſtolorū. Vnguentum Aegyptiacum. Diachylon. Diapalma.

4. Modus incidendi, & excidendi ſtrumas ex Albucaſi & Leonida.

Si ſtruma ſoeteat vaſis impleta.

& ſubiecta vaſa excidit. In ſtrumis vero, quæ circa alas & inguina contingunt, ob earum reduplicationem, ſectio tranuerſa ducitur. A

Porro in ſectione, quæ fit in ſtrumis collum occupantibus, ſumma cura adhibenda eſt, ne vel arteriæ, quas carotidas vocant, vel recurrentes neruos [illegible] violenter. Si [illegible] ſecandum diuiſo, ſanguinis profuſio tuũ opus remoretur, ac obturbet, vas [illegible] magnum admodũ fuerit, penitus (vt Paulus conſulit) abſcindito, vel [illegible] ſanguinem magno impetu prorumpat, dicata, applicato. Deinde ad inceptam opus reuertitor. Ita [illegible] ſtrumæ baſis venenum deuoret acerrime ipſum præcidito, [illegible] indice, locum pertractato, [illegible] ter ſcrutator, num & aliæ ſint ſtrumæ adiectæ, quæ [illegible] eodem, quo [illegible] diximus, modo [illegible] fuerint, extrahito. Porro modicum ſanguinis fluore facile compeſces, admotis iis, quæ facultate [illegible] exſiccandi, vt ſtupis, ſpongia, aut linamentis ex xylo, id eſt, cotone factis in aquam frigidã, vel acetum, aut in miſcellam ex vtroque, quã oxycraton vocant, intinctis, & poſtea expreſſis. Sin ſectio incruenta perſtiterit, thuris polline eam repleto, linamentaque imponito, ac pro linamentorum cuſtodia, lanam vino madentem alligato. Quod ſi vena aliqua amplior, & eſſatu digna cum radice [illegible] ſtrumæ, aut continuis excreſcentiæ pituitoſæ, connexa ſit, non ex baſi [illegible] pere, ac conſtringere conuenit, quo putredinem [illegible] periculum ſua ſponte [illegible]. Quo [illegible] linamenta poſtmodum curatio adhibenda erit. Filo autem vinculum [illegible] ſcribit, cuiuſmodi ſunt fila, quæ [illegible] nuncupantur, aut graciles chordæ teſtudinum, aut aliorum inſtrumentorum muſicorum. Quæ enim facile putreſcunt, eã cito ab iis, quæ exceperunt, decidunt. Cæterum ſi peracto opere aliquid ex folliculo, ſeu membrana materiam [illegible] uente, vel aliud extraneum quippiam remanſerit, iubet Albucaſis [illegible] vulnus primis diebus xylo, id eſt, cotone, vel alio [illegible] aqua [illegible] illas aſſumeret, hiantem ſinum implebat, primum quidem oui candido [illegible]. Poſtea vero vnguento Ægyptiaco, vel aliquo ex erodentibus, q [illegible] *de [illegible]* [illegible]. Porro in omnibus huiuſmodi operationibus apponenda ſunt, quæ dolorem leniant. Inter cætera cutem communiter admouent ſtupas oui candido liquore, & roſaceo imbutas. B

5. Quinti canonis ſcopũ ita aſſequeris, cutim cauſtico, id eſt, vrente aliquo medicamine [illegible] magnitudinis excreſcentiæ abrumpito. Verum dum id molitis, ſumma cura obſeruandum eſt, ne partes alias circumiacẽtes medicamen adurens attingat. Perbelle autem opus hoc abſolues, admoto [illegible] ex calce, aut ſapone: Hoc enim effectum ſuum intra duodecim horarum ſpatium [illegible]. Quod ſi diutius permanſerit, nihil inde tamen periculi aut incommodi ſequetur. [illegible] abrupta cute, & inducta eo in loco eſchara, id eſt cruſta, per mediam ipſius cruſtæ, abſceſſum [illegible] in longum diuidito. Incides autem verſus profundũ, ſcilicet ad viuum vſque. & in ſectione [illegible] nus, linamentum, aliquo exedente medicamento [illegible] huius generis eſt [illegible] aſphodelorum [illegible] imponito. Porro tametſi plerique valde multa admoueant, quæ poſte [illegible] *curatio* [illegible] C

nicum tamen in hac re primatum obtinet, modo quis nouerit eo recte vti. [illegible] autem ipſius [illegible] dus deſcribi non poteſt, vt *lib. 5. Therap.* Galenus annotauit. Proinde non temere eo vtendum [illegible] doquidem medicamentum eſt ſupra modum vehemens, ac violentum, [illegible] & [illegible] praua ſymptomata inducens. Adde, quod minima etiam quantitate adhibitum, mirum, & [illegible] dibilem effectũ præſtat. Communis tamen eius modus, ſeu quantitas eſt, *medietas grani [illegible] in corpore quidem robuſto, & partibus à principibus membris longe [illegible] in debilibus vero natura [illegible] principes partes ſitis, minor quantitas admouenda erit.* Vt autem in vniuerſum pronuncietur, melius [illegible] eſt, parum & ſæpius ex eo offerre, quam ſemel, & vice vna quantitatem immodicam. [illegible] tio, ſeu effectus durat tres dies integros. Quare toto eo tempore, laborans victum febricitan [illegible] debet. Membrum vero affectum, & partes circumiacentes, a [illegible] & fluxionem [illegible] deratus calor excitare poſſet, prohibendam vnguento, quod populeon appellatur, aqua [illegible] co ſolani, & aceto, aliiſque id genus refrigerantibus illini, ac perfundi debent. Quando autem [illegible] conſtabit, glandulam iam corruptã eſſe, atque [illegible] quod ex duritie & tumore cruſtæ [illegible] prehendes, tunc cruſta à viuo reſoluenda erit, admoto ſcilicet butyro loto, & momento [illegible] inſpiſſato, vel aliquo alio pingui, & vnctuoſo non ſalito, vt axungia [illegible]: vbi vero cruſta exciderit, ſi quicquam adhuc ex glandula, lupia, aut ſtruma remanſerit, id abſumendum erit erodente medicamento, vt puluere aſphodelorum, aut vnguento Ægyptiaco. At ſimul atque [illegible] more aliorum vlcerum ad cicatricem perducetur. D

6. Vt ſexti canonis ſcopum aſſequaris, vinculo ferreo, aut crinibus equinis [illegible] ſunt huiuſmodi abſceſſus, qui baſes, ſeu radices habent in anguſtum venientes, atque paulatim magis ac magis prioribus vinculis, aut nouis adhibitis, ſtringendi, donec [illegible] appareant, & ſponte ſua (vt de [illegible] ac maioribus vaſis implexis diximus) excidant. Adiuuandum autem erit vinculum aliquo [illegible] medicamento & deſiccante. Demulcendus quoque erit dolor [illegible] liquore, roſaceo, vnguento populeo, aut quouis alio doloris mitigatorio. Vbi autem ſponte deciderint funiculi, modo, quem *ſupra* explicuimus, perſanentur. E

Atque hæc in vniuerſum de abſceſſibus toto genere præter naturam conſiſtentibus, à pituita præſertim ortum ducentibus dicta ſufficiant. Poſt quæ, non ab re factum putauimus, ſi propriam, ac peculiarem meliceridum, ſteatomatum, ac atheromatum curandi rationem ſubiece[illegible]. [illegible] enim & frequentiſſime noſtris corporibus incidunt, & alias quaſdam ſub ſe tumorum præter naturam [illegible] differ-

Si vena ſtrumæ ſit annexa, quid faciendum.

Albucaſis.

Corroſio & mundificatio.

Cauſticum ex calce & ſapone.

Arſenicum.

Quantitas arſenici ſumenda.

Quãdo cruſta à viuo reſoluenda.

Ligatura & euulſio.

A differentias, nouis quibuſdã, atq; apud veteres prorſus inauditis nominibus, à neotericis appellatas, cõplectamur, vt talpam, teſtudinem, natam, & id genus alia, quæ *in præcedentibus* à nobis explicata ſunt.

De curatione atheromatis, ſteatomatis, & melicerides.

IN hiſce tribus abſceſſuum generibus, quæ frequentiſſime incidunt, ſteatomate inquam, atheromate, & meliceride, vnum commune curationis conſilium eſt, vt quod tunica illa, quam cyſtim appellant, continet, diſcutiatur, aut medicamentis totum vna cum tunica ipſa exedatur, aut ſectione auferatur.

Quædam autem ex iis tumoribus triplici hac ratione curantur, ii nimirum, qui liquidiorem humorem continent, qualis eſt meliceris: aliqui duplici tantum, vt atheroma, quod & ſectione tollitur, & medicamentis exeditur. Steatoma vero nec diſcuti, nec exedi poteſt, ſed ſola manus opera, hoc eſt, ſectione duntaxat, curatur. *Quot, & quibus modis curentur prædicti abſceſſus.*

Porro medicamentorum, quæ diſcutiendi, ac diſſipandi vim habent in huiuſmodi affectibus, materiam, inter hæc, quæ de ſtrumis ſupra edocuimus, reperies. Priuatim vero ac proprie melicerides diſſipat Paulus medicamento quod continet *vuas paſſas exemptis acinis viginti, ſquamma drachmas quatuor, parte* *Curatio per digerentia.* *Libro 4.*

B *ſementum prius nutritum imponitur.* Aliud emplaſtrum ad melicerides, quod ad Leonidam retulit Aetius, *accipit paſſularum detractis acinis libram vnam, cumini minutiſſime triti, vncias ſex, nitri vncias tres, omnia ſimul in mortario ſubacta conficito, & alligato.* Aliud eiuſdem diſcuſſorium ad melicerides: ℞. *ſalis ammoniaci, ſpumæ argenti, ceruſæ, ſingulorum libr. i. ceræ, terebinthinæ, chalbanæ, opopanacis, ſingulorum vnciam vnam: rubricæ ſinopicæ vncias ſex aceti heminam, hoc eſt, vncias ſeptem & ſemiſſem, ſpumam argenti, ceruſam, & ſal ad exactum leuorem tritum, ſimul decoquito, deinde rubricam prius ex aceto tritam iniicito, & tum vniuerſis liquabilia poſtremo omnibus ſimul confectis, ceram, terebinthinam, opopanacem & chalbanum aceto ſoluta addito, & vtere.* *Libro 15.* *Empl.* *Aliud.*

Cæterum ſi medicamentis exedentibus, quæ Græci ſeptica vocant, humorem in eiuſmodi abſceſſibus adimere volueris, eos ſicuti etiam, & ſtrumas, medicamentis adurentibus cute ſuperpoſita prius denudare expedit. è quorum numero (inquit Paulus) ſimplicius quidem eſt, quod conſtat *calce viua id eſt, aqua non extincta, ſapone, & cinere lixiuii ſtillatitio.* Aliud varium magis, quodque reconditum diu ſeruari poteſt ℞. *calcis viuæ drac. quatuor, ſphecles, id eſt, fæcula vini combuſta, nitri ſi pars ſit toſti, ſingulorum drachmas duas, minii ſeu rubricæ ſinopicæ drachmam vnam cinere lixiuii, ſtillatitio teruntur. vbi ad melleam ſpiſſitudinem reducta fuerint, ter ferue facito, vt mediocrem conſiſtentiam habeat, & proinde plumbea reponito, lixiuium ſuper diſtillans, ne citò nimium exaret.* *Curatio per exedentia.* *Lib quarto* *Aliud.*

C Ergo circumfuſam e item eiuſmodi medicamentis cruſtam inducentibus, primum abrumpito poſtquam vero cruſta deciderit, exedentia adhibeto. Erodit autem valde citra vellicationem, & morſum, quod habet *ſquamæ æris drachmas quatuor, ſandarachæ id eſt, arſenici rubri, drachmas duas, hellebori nigri tantundem cum roſaceo vtitor.* Aliud ad idem valde efficax ℞. *Ærymacorum contuſorum, teſtæ ſepiæ auripigmenti, ſingulorum æquale pondus, roſaceo miſcentur.* Sed quæ adiacent, atque in ambitu ſunt partes omnes, prius ceruſa cum oleo delinito. *Medicamentum valde exedens abſque morſu.* *Aliud.* *Aliud.*

Verum enimuero ſi tales abſceſſus chirurgico conatu, hoc eſt, ſectione curare voluerimus in ea quidem curandi ratione, ſiue pultaceus, ſiue melleus, ſiue adipoſus, ſiue cuiuſdam alterius ſubſtantiæ humor in eis contentus fuerit, vna nobis intentio perpetua eſt, vt ſcilicet tunicam, qua humor concluditur, auferamus. Sed dum hoc molimur, impenſo ſtudio cauendum eſt, vt de ſtrumis *ſupra* diximus, ne temere membrana vulneretur, aut dilaceretur, vnde humor, qui in ea continebatur, effuſus operationem impediat, & portio ipſius relinquatur. Si enim diſſecta tunica, ac humore profuſo, tumor ſubſedent, difficulter admodum tunica excoriari curarique poterit. Si vero humoris aliquid relictum ſit, periculum eſt, ne morbus reuertatur & renaſcatur, quemadmodum & ſtruma, cum portio ipſius relicta *Curatio per chirurgiam.*

D eſt. Quod ſi tale quid incidit, melius eſt, non conſuere, & exedentibus medicamentis ſupra poſitis, aut conſimilibus reliquias adimere. Cæterum ſi ſteatoma latiore ſit apice, baſi vero anguſtiſſima tenuiſſimaque, omiſſis reliquis aliis ſuperuacaneis auxiliis, totum à radice ipſa amputandum eſt. Ita enim inquit Aetius, chirurgicum opus expeditiſſimum erit, & vlcus quantitate minimum, planumque reddetur, & curatio breuiſſime abſoluetur. *Lib. 15.*

De ſcyrrhoſis tumoribus, ex atra bile creatis. CAP. XIV.

DIximus de tumoribus ex ſanguine, flaua bile, & pituita excitatis, de verrucis quoque, & iis quos ſeroſus humor, aut flatulentus ſpiritus procreauit. adhæc, de abſceſſibus, qui ex pituitoſa ſubſtantia maxime ortum habent, atque aliis toto genere præter naturam conſiſtentibus. Proinde reliquum eſt, vt de iis tumoribus agamus, quibus atra bilis, ſeu melancholicus ſuccus generationis materiam præſtat, cuiuſmodi ſunt ſcyrrhoſi, id eſt, indurati tumores, & canceroſi, quos cancros apoſtemoſos vocant.

E Itaque ſcyrrhi ſicuti & phlegmones, eryſipelatis, & œdematis, gemina eſt recentioribus Chirurgis differentia, vno ſcyrrhi nomine comprehenſa, nempe ſcyrrhus verus ſeu legitimus, & non verus atque illegitimus. *Scyrrhus duplex.*

Porro verus ſcyrrhus ſeu legitimus illis appellatur, *qui ex melancholia naturali procreatur.* Eſt autem melancholia naturalis, *boni ſanguinis fex ac veluti limoſa quadam ſuperfluitas, hoc eſt, craſſior quidem ſanguis, cuius color niger eſt, ſapor vero acerbus, vel acidus*, vt vomentibus eum non raro innoteſcit: in maſſa quidem ſanguinaria (in qua humores vniuerſi continentur) exiſtens, alendis partibus melancholicis a natura factus. Scyrrhus vero non legitimus, iuxta neotericorum placita is eſt, *qui ex melancholia non naturali procreatur.* Eſt autem melancholia non naturalis, *quæ a modo deſcripta naturali degenerat intra tamen limites ſua latitudinis permanens*, quos ſi prætergrediatur, non iam amplius, inquiunt, melancholia, ſed alius hu- *Scyrrhus legitimus.* *Melancholia naturalis quid.* *Scyrrhus illegitimus.* *Melancholia non naturalis.*

Non natura lu melancholia 4 differentia [illegible] *humor eſt frigidus, & ſiccus extra [illegible]* (vt ait Galeno [illegible]. Cæterum non naturalis melancholiæ quatuor differentiæ [illegible]

1 Bilis atra exquiſita. [illegible] Prima [illegible] quæ [illegible] tur in corpore [illegible] torretur [illegible] & putre [illegible] t [illegible] bilis [illegible] acquiſite. Talis [illegible] Galenus ex humore atro [illegible] habetque ſplendidum aliquid, velut bitumen & pix. [illegible] ſtatque [illegible]

Ex immodica aſſatione ſanguine melancholico fieri bilē exquiſitā nigram. Li. 14. ther. & lib. de atra bile. Gal. com. 31. lib. 4. Aph. Li. 14. Met. [illegible] nomina [illegible] acida [illegible] animum [illegible] adeo, vt ne muſcæ quidem [illegible] aut [illegible] quam copioſum talem, in quo nullum animans vitam peragit, vt mare, quod mortuum appellatur, [illegible] dicat Porro [illegible] gignitur huiuſmodi nigra bilis, cum ille velut ſanguinis limus, quam [illegible] naturale a [illegible] diutius [illegible] in corpore, & neque per [illegible] ſenſibilem effluxum, neq. [illegible] calum [illegible] & putreſcit. Siquidem, inquit Galenus [illegible] vbi [illegible] propter putredinem, aut feruorem inflammantem, nigram efficit bilem. Quæ quidem [illegible] eſt, [illegible] tamen caloris non expers, quemadmodum & [illegible], & [illegible] contingit aliquando dyſentericis, excernitur, ſplendidior, ac nigrior ipſo ſanguine craſſiore, & nigriore, quem humore melancholicum appellamus. Splendet enim veluti [illegible] bitumen, quod [illegible] vocant.

2. Bilis atra ex aduſtione aliorum humorum. Secunda ſpecies, ſeu differentia bilis atræ non naturalis eſt, quæ ex aduſtione aliorum humorum naſcitur, vt illa, quæ [illegible] bile vehementer [illegible]. Quæ [illegible] eſt malitiæ, vt & terram [illegible] dat [illegible] in altum attollat. Sed & multi [illegible] ipſam, non ſecus, quam vere nigram bilem, [illegible]

Sic [illegible] quoque, aut pituita in corpore vehementer incaluerint, & exurantur, efficitur [illegible] melancholicus humor, non naturalis per aduſtionem dictus, vt volunt Auicenna. Verum duæ [illegible]

Com. 29 lib. 3 Prædictionum Hippocratis. [illegible] ſpecie [illegible] Auicennæ [illegible] Galenus [illegible] bilis atræ ſpeciem, quæ ex [illegible] bile vehementer aſſata generatur, deteriorem [illegible] te, quam ea, quæ ex craſſiore ſanguine generationem habet: qui ſubſidenti in doliis vini [illegible] muria [illegible] proportione reſpondet. Hæc enim [illegible] eſt, ſed potiſſimum [illegible] tiae [illegible] cum aliquo calore abundanti præter naturam. Verum priuſquam in [illegible] atram [illegible] in vitellinam, ſecundo in porraceam, tertio in æruginoſam transit.

3. Bilis atra per congelationem vel veluti induratio nem. Tertia ſpecies melancholiæ non naturalis eſt, quæ originem ſortitur a lapidoſa quadam concretione, vt cum ab imperitis Medicis, vel Chirurgis, eryſipelata, & inflammationes (quas Græci phlegmonas vocant) aut quiuis alii tumores ex naturalibus humoribus procreati, admotis extrinſecus [illegible] vehementer refrigerantur, adſtringantur que vel cum [illegible] ea, quæ [illegible] medicamenta, applicantur. Tunc enim toto, quod [illegible] ſubtiliſſimum [illegible] quod reliquum [illegible] lapidis duritiem conſequitur, atque in melancholicum humorem vertetur.

4 Bilis atra ex admiſtione. Quarta melancholia non naturalis differentia exurgit, quando alius humor ipſi melancholiæ [illegible] Quod dum fit, aut [illegible] alterutra bilis aduſta, huic commiſcetur. Siquidem [illegible] vel [illegible] non modice particeps [illegible]

Quatuor tumorum differentias fieri ex melancholia. Ex præcedenti [illegible] colligere licet, quatuor tumorum præter naturam differentias naſci ex melancholia [illegible]

1 Verus ſcyrrhus non exquiſitus. Primo [illegible] ex melancholia naturali, quam quoque [illegible] ſanguinis [illegible] dixímus fit verus [illegible] mus ſcyrrhus [illegible] Arabes [illegible] nominant, [illegible] hoc eſt [illegible] non [illegible] non exquiſitus, qui tumor [illegible] doloris expers, non omnino [illegible] ſenſibilis. Auicennæ [illegible] appellatur. Galenus [illegible] ex humore melancholico [illegible] propter [illegible] qui de nominibus contendunt [illegible] eſſe appellandum, cum omnino ſenſus eſt expers. Cum vero nondum omnino [illegible] ſcyrrhoſum potius tumorem, quam ſcyrrhum [illegible] nominari.

2 Scyrrhus phlegmonodes, œdematodes, eryſipelatodes. Secundo ex melancholia non naturali dicta per admiſtionem tres aliæ tumorum differentiæ [illegible] ſcuntur, nempe ſcyrrhus phlegmonodes, œdematodes, & eryſipelatodes, qua [illegible] rentia, hic numerantur.

Scyrrhus exquiſitus. Tertio ex melancholia non naturali facta per lapidoſam quandam concretionem, [illegible] [illegible], id eſt, ſcyrrhus exquiſitus vel exactus, durus, qui [illegible] & omnino ſenſus [illegible] pers. Ab Auicenna purus nominatus, qui curationem non admittit.

4. Scyrrhus cancroſus. Quarto ex melancholia non naturali per [illegible] ſpecies procreantur, [illegible] vlcerati ſcilicet, quam non vlcerati, de quorum genere eſt ſcyrrhus cancroſus nominatus. Itaque ſcyrrhus proprie dictus, *tumor eſt durus, & indolens, non tamen omnino [illegible] ab humore melancholico [illegible] &*

Scyrrhus proprie dictus quid? *minime corrupto procreatus*, vt recentiores definiunt Chirurgi.

De cauſis, ſignis, & iudiciis ſcyrrhi [illegible].

Cauſæ ſcyrrhi ſequentes tres. Cauſæ ſcyrrhi, vt & aliorum tumorum præter naturam, triplices ſunt. Primitiua ſcilicet, vt eſt praua viuendi ratio, [illegible] & melancholicum ſanguinem generans, coaceruansque. Antecedens, vt ſuccus melancholicus in corpore collectus, [illegible] hepar a craſſo illo, & lutoſo ſanguine [illegible] de attractus, & extra corpus [illegible] vt debebat, expulſus. Coniuncta humor ipſe melancholicus in laborante particula impactus.

Signa

A [illegible] Guidoni ſunt tumor durus, & valenter renitens, color inter rubrum & nigrum medius: [illegible] modi color fuſcus eſt. [illegible] Medicorum, vt Galenus [illegible] pelidnon, hoc eſt, liuidam vocant. [illegible] brum laborans habet, [illegible] excernitur [illegible] Sed iam ſcyrrhus impurus & cancroſus [illegible] Hæ enim notæ, quas [illegible] ad ſcyrrhum accommodat Guido, cancri propriæ ſunt notæ apud Galenum [illegible] *imo quarto methodi*. Non [illegible] tamen ſcyrrho [illegible] venas tumentes & exaltatas non habet ſcyrrhus, vt cancer [illegible] *non raro ſcyrrhum in cancrum [illegible] eadem ſunt materia*, ſucco [illegible] melancholico. Propterea [illegible] tumor durus pertinax, [illegible] tactui reſiſtens [illegible] hebes [illegible] melancholicam [illegible] teſtantur. *Nota ſcyrrus. In meth. medendi. Guido notat cancri notas ſcyrrho. Indicia ſcyrrhi.*

[illegible] 1. 2.

[illegible] Ex his quidam [illegible] Auicennæ. Præterea huiuſmodi tumores [illegible] nonnunquam induratam [illegible] mutantur. *Fernel.* 3.

De [illegible] ſcyrrhi, non tamen [illegible] omnino [illegible]

C[illegible] huiuſmodi tumorum [illegible] qui veri ſcyrrhi, non tamen [illegible] Prima conuenientem [illegible] Secunda materiam antecedentem [illegible] præcedentem [illegible] quæ parata eſt [illegible] Tertia [illegible] & [illegible] nobis [illegible] *Tres intentiones in curatione ſcyrrhi legitimi obſeruandæ.* 1. 2. 3.

Itaque [illegible] ſcyrrho laborant, ſobriam, & moderatam, & [illegible] Ergo alimenta C [illegible] eſt, boni ſucci, & probum ſanguinem [illegible] Panem igitur triticeum, probe [illegible] in furno coctum, quique fermenti [illegible] habeat, & ſalis, quod ſatis eſt, [illegible] Oua ſorbilia [illegible] Perdices, phaſianos, coturnices, capreolos [illegible] vituli [illegible] laborantium delitias ſunto. Ex oleribus, id, quod Arabes aſpanac, nos vero nomine [illegible] ſpinaciam dicimus, lactucas item, lapatum, boraginem, & buglosſum, atque [illegible] expurgant, & puriorem reddunt, ne aſpernator. In ſumma, ea omnia, [illegible] fugito: Ea autem Galeno *libro tertio de locis affectis* [illegible] ſunt, caprina, bubulaque caro, magisque hircina, & taurina. Sed maxime aſinorum, [illegible] multo magis aprorum. Præterea [illegible] carnes ſale conditæ. Aquatilium [illegible] omnium. Ex [illegible] Quemadmodum & arborum [illegible] rubi, & rubi canini, D [illegible] lentes, inter melancholicos cibos [illegible] quorum a[illegible] Præterea vina [illegible] facile [illegible] Hæc ex Galeno hactenus. Cauendum [illegible] piper, [illegible] & [illegible] ſanguinem adurunt. *Vivendi ratio. Euchyma. Panis optimus. Vinum. Oua. Carnes. Olera. Carnes. Limaces. Piſces. Olera. [illegible] fit ex aceto & ſale. Legumina. Panis. Typham [illegible] Vinum. Caſeus. Sanguinem adurentia.*

[illegible] immoderatas exercitationes. Animi tranquillitas ac lætitia magnopere ſunt expetenda [illegible] *Animus. [illegible] Exercitatio. Inanitio.*

[illegible] nobis proponit, conſequi [illegible] Auicenna, corpus [illegible] ſi ſanguis [illegible] admodum, & craſſus apparuerit: [illegible] purgente, quod bilem atram exigat: [illegible] epithymum, [illegible] E [illegible] Græcis capnos vel [illegible] & fumaria Latinis appellatur) [illegible] lapis lazuli, qui Græcis cyaneus, Romanis [illegible] Diaſenæ, diacatholicon, hiera Rufi. Hæc enim omnes humores melancholicos [illegible] Sed [illegible] ad pharmaceuticen, & diæteticen attinent, Chirurgi metas excedunt. *2. Vacuatio materiæ antecedentis.*

His [illegible] medicæ artis profeſſionibus [illegible] ad tertium ſcopum properabimus, quem ſane nos [illegible] tumorum [illegible] non ſunt [illegible] *3. Vacuatio materiæ coniunctæ.*

Modus autem vacuationis eius proprius eſt, circa [illegible] A

Materia ſcyrrhorum caute tractanda. tamen oportet. Siquidem materia eiuſmodi [illegible] lapideam abeat, ſi temere reſoluatur. Sin vero [illegible] ne ipſa corrumpatur, & ſcyrrh[illegible] (qui de ea ante Auicennam [illegible] Galenus ac Paul[illegible]

Galenus. hementer excalfaciens ſiccat [illegible] di, atque humectat [illegible]. *Quod enim* [illegible]

Medicamenta ſcyrrhis accomoda. *morem habet, nihil omnino* [illegible] præcipiebat Auicenna, [illegible] tumores, modo emolli[illegible] tentionum [illegible] eſt, [illegible] Galeno [illegible] medicamenta [illegible] nem [illegible] remanſiſſe tamen [illegible] tionem Auicenna [illegible] ſcyrrhis ex phlegmone, [illegible] B

Rhaſis medicamentũ ad ſcyrrhos emolliendos & diſcutiendos. illis relictis, aſſum[illegible] Rhaſeli [illegible] *Almanſorem.* [illegible] tione. Rhaſis autem [illegible] ad hunc modum habet. ℞. [illegible] *partes æquales, terantur in mortario, cum oleo* [illegible] *vocant) aut de lilio. Deinde ſume mu*[illegible] *rantur omnia ſimul, donec in vnum coeant, & fiat emplaſtrum.*

Galenus cata pla ma 14 Ierap. Galenus [illegible] rem magnopere commendat *corticem radi*[illegible] malachen, [illegible] malvam vocat) *anſerino,* [illegible]

Si ſcyrrhus ad ſuppurationem ſpectet. Quod ſi [illegible] ſpectet, ſummopere [illegible] mor, materia [illegible] dam [illegible] teccan[illegible] C

De ſcyrrho illegitimo non exquiſito, ex vehementi refrigeratione [illegible] *genito.*

Scyrrhus illegitimus quomodo generetur.

QVando Medicorum imperitia, inflammationes quas Græci phlegmonas appellant [illegible] & per [illegible] gerentibus, temere [illegible] diſſoluitur, [illegible] quod vero reliquum eſt, velut congel[illegible]

Duritiei in particulis cauſæ.

1\. duritiem aſſequitur, fitque tandem affectus, quem Græci ſcyrrhum vocant. [illegible] doq; [illegible] particulam aliquam indurari propter [illegible] quam [illegible] aquoſo, vt ſupra dictum eſt, dum de tumoribus flatuoſis & aquoſis ageretur. Non [illegible]

2\. [illegible]

3\. [illegible] nem, [illegible] & porris in articul[illegible] morbis, [illegible] doloribus, procreatis. Verum [illegible] qui ex phlegmone, aut eryſipela [illegible] D commemorato [illegible] nimio refrigerato, & aſſecto. [illegible] eos non abſurde ſcyrrhos ex conſequentia procreatos nominari [illegible]

De ſignis & iudiciis ſcyrrhi non legitimi, ac propriè [illegible] *ex conſequentia creati*

Scyrrhi illegitimi, & non exquiſiti indicia.

SCyrrhi non veri, ſeu illegitimi, & non omnino exacti, notæ ſunt tumor durus, [illegible] quam ſenſus, & doloris expers, corporis colorem ad vnguem [illegible] turam [illegible] ducens.

1\. Hic nec prorſus incurabilis eſt, nec facilem ſine [illegible] admittit. Siquidem [illegible] humor, [illegible] iuſmodi vitium contrahitur, lentus, ſeu glutinoſus, craſſusque eſt, aut [illegible] nis particeps, qui particulis induratis infarctus, [illegible] ipſo ſubtiliori humiditate, quod reliquum eſt, exiccatum [illegible]

2 3\. Scyrrhus vero exquiſitus, & qui omnino [illegible] dorum [illegible] poſſit, humectandi ratione id præſtari debet. Duritiesq; [illegible] E raſino, hoc eſt, conſumata prorſus ſiccitate inſanabilis eſt: [illegible] cedat.

Scyrrhum exquiſitum curationem non admittere.

Sed & ſcyrrhi in quibus pili enaſcuntur, [illegible] & vehementer duri, [illegible] tem referunt nec ſanantur, nec vnquam permutantur, vt [illegible] Auicenna.

Scyrrhi incurabiles.

De curatione ſcyrrhi illegitimi & non exquiſiti.

Summa curandorum ſcyrrhorum.

CVrandi vero eius [illegible] indicatio eſt, vt quod præter naturam in parte [illegible] eſt, totum vacuetur. Modus tamen vacuationis eius proprius eſt, vt *in libro* [illegible] *quarto metho* Galenus annotauit.

Nam

A [illegible] opertetur. Quod ſi quis [illegible] medicamentis [illegible] Cæterum quod [illegible] ſiquidem toto, quod in eo tenuium partium [illegible] conſiſtit, velut lapis tota concreta relinquatur. Hac igitur de cauſa ad ſcirrhoſos affectus nullum vel [illegible] medicamentum idoneum eſt. Sed & [illegible] tantum, quæ cum molliendo, hoc eſt, præter quod molliant, digerere etiam commode poſſunt. Curat [illegible] tum cervina medulla, tum vitulina, cum ſevum hircinum, taurinum, pardale, & leoninum. [illegible] voluerum commendatur in primis anſerinus, quem proxime ſequitur gallinaceus & [illegible] Ammoniacum thymiama, id eſt, ſuffimen, galbanum, & bdellium vtrumque, [illegible] Scythicum, quanto videlicet eſt humentius. Styrax quoque, qui humentior eſt, & pinguis. Radix althææ, quam vulgi more [illegible] arboream malvam, quod [illegible] mala, quæ paſſim naſcuntur, folia modice ante decocta cum anſerino adipe aut gallinaceo, vel his horum facultas non ſit,

B [illegible] ad hanc intentionem apprime ſunt idonea. Prohibet autem Avicenna [illegible] & prædictis addit maſtichen, ladanum, œſypum humidum, [illegible] gymnaſii etiam, quæ ſordities balneorum appellantur [illegible] & fæces oleorum de lilio, de althanna, quod cyprinum vocant, & de cheiri, quod Græci [illegible] vero [illegible] dicitur.

Cæterum curatio, quæ per acetum adminiſtratur, vt [illegible] hoc eſt, ſcirrho iam adulto, & [illegible] ſub mollientibus partibus fuerit, vt [illegible] Galenus annotavit. Siquidem inquit aceti [illegible] modice & debito tempore vtatur, [illegible] ſeu craſſos humores [illegible] Sin vel immoderatius, vel in tempore non idoneo, tenuiores partes violenter [illegible] lapideſcere ſinit. Sed & [illegible] ipſam ner[illegible] nec ſæpe ac intermittit, nec longo tempore medicamentis, quæ ex a[illegible] cero componuntur, ad ligamenta & tendones eſt vtendum. Nam ob [illegible] Galenus Cerelli puerum, cui ex eryſipelate nimis refrigerato, & vehementer aſtricto, tumor durus [illegible] ſcirrhoſus in toto femore relictus fuerat, ita curavit. In primis femur perfudit oleo ſabino, quod omnium eſt tenuiſſimum, cuius loco hodie vtimur oleo ſambucino, quod vulgus iaſminum vocat. Poſtquam vero partem ſic fomiſſet, am-

C moniacum thymiama, hoc eſt ſuffimentum, quod pingue, & non vetuſtum eſſet, prædictis medullis, & ad [illegible] admixtum adhibuit. Poſt hæc ammoniaco pinguiſſimo, aceto acerrimo diſſoluto, circumlinit [illegible] puerum altero cruce [illegible] quo [illegible] relaxantibus, [illegible] mollioremque tumorem reddebant, & digerentibus [illegible] moderate vten[illegible] puerum curavit.

Verum in tendonibus, & ligamentis ſcirrho obſeſſis, aceto ex Galeni conſilio ad hunc modum vtendum eſt. Lapis igni candens, aceto acerrimo [illegible] potest, pyrites; [illegible] Græci mylitem vocant. [illegible] lapidi a[illegible] calido, in hoc [illegible] affecta commovendi [illegible] Oleo tamen, non [illegible] quotidie [illegible] laborans particula [illegible] haudqua[illegible] tenuium partium [illegible] eſt. Interdum autem incoquenda [illegible] Sane plurimi hac curationis ratione [illegible] tempore perfecte ſanati ſunt, adeo vt [illegible] inquit Galenus, [illegible] opus vide-

D retur. [illegible] per mollientia [illegible] tendonibus, tum in ligamentis cum ſcirrhoſi [illegible] debere [illegible] acetum eſt. De medicamentis autem, quæ [illegible] tractabimus.

Capita curationis ſcirrhi [illegible].

Scirrhum, qui reſoluta atque abſumpta humiditate in [illegible] concreuit, ſenſuq; omni- 1 [illegible] eſt, quem exquiſitum Galenus vocat, tanquam immedicabilem curare ne aggre[illegible]

Scirrho non exquiſito (qui non ſine ſenſu quidem omnino eſt, ſed [illegible] ſentit) medi- 2 camenta, quæ tepido calore ac mediocri humore prædita ſunt, hoc eſt, quæ emolliendo moderate digerant, adhibeto.

Vehementer digerentia, atq; immodice exiccantia partibus ſcirrho laborantibus ne vnquam ad- 3 moueto: [illegible] ſubtilior humiditas reſoluitur, quod vero reliquum eſt [illegible] lapideſumque effi-

E citur.

In duris, ac denſis partibus ſcirrho obſeſſis, cuiuſmodi ſunt tendones, atque [illegible] etiam in locis, ſi 4 affectus [illegible] eſt, medicamenta, quæ diſſecent atque incidant, cuius generis eſt acetum, e- moneatibus & moderate digerentibus miſceto.

Scirrhoſam quoq; partem hanc, durum ac denſam, & quamuis [illegible] diuturno ſcirrho affectum, 5 ſuper vaporem [illegible] molaris lapis, id eſt, quo frumentum molimus, igni candens, acerrimo aceto perfuſus [illegible], collocari, ſubindeque verſari iubeto.

Quin [illegible] etiam oleo aliquo tenuium partium, in quo cucumeris ſylueſtris aut althææ radix, aut 6 anethum [illegible] genus aliud incoctum fuerit, affectam partem perfundito

 Eiuſ-

Medulla.
Seua.
Adipes
Galenus 14. meth. med.
Dendromalache.
Ol. de althanna.
Ol. de cheiria.
Strigmenta gymnaſiorũ.
Oleum irinum.
14. meth. medendi.
De aceti vſu in variis ſcirrhoſi. partibus.
Lib. 2. ad Glauc.
Oleum ſabinum.
Tendonum & ligamentorum ſcyrrhoſorum curatio ex Gal. & Paul.
Lib. 14. Therap. & 2. ad Glauc.
Pyrites lapis
Lapis myſites
2. ad Glauc.
Lib. 6.

7 Eiuſmodi deſiccantia, incidentia, ac craſſos humores reſoluentia, modice, id eſt, non ſæpe nec lõgo tempore, atque opportune, hoc eſt, non inter morbi initia, & interpoſito remollientium vſu prædictis ſcyrrhoſis partibus admoueto. A

8 In ſumma, ſcyrrhos omnes, qui nondum callum contraxerunt, medicamentis, quæ commode digerendo emolliunt, curato.

9 Scyrrhoſi lienis, atque etiam iecinoris curationem, Medicorum prudentiæ committito.

De canceroſo tumore, quem vulgo cancrum apoſtematoſum vocant.

Cap. XV.

Cancri nomen ad duo morborum genera extendi.

CAncri nomen Medicis & Chirurgis æquiuocum eſt, eius enim ſignificatio ad duo morborum genera extenditur. Nempe, ad canceroſum tumorem, quem vulgo cancrum apoſtemoſum vocant, & [illegible] euidentem, hoc eſt, in ſumma corporis parte hærentem, quam abſconditum, hoc eſt, in penitioribus & latentibus corporis partibus, vt in ſede, palato, aut ſinu muliebri conditum, & ad cancrum vlceratum.

Cancer ex quo humore gignatur.

2 Porro vterque ex affectus gignitur ex atra bile, ſeu melancholico humore, hoc eſt, eiuſmodi natura ſucco, cuiuſmodi eſt fæx in vino, & amurca in oleo, vt *decimoquarto Therapeutices*, & *libro de tumoribus præter naturam*, Galenus teſtatum reliquit. Vbi autem mitior fuerit humor huiuſmodi melancholicus, B

Cancer ſine Vlcere.

latentem, ſeu occultum, vt appellant, cancrum, ſine vlcere progignit. Si vero acrior malignior que contigat, cutim erodit, & cancrum facit cum vlcere, de quo in ſequentibus dicemus, quando ſcilicet de vlceribus agemus. Hic autem ſolum ſermonem faciemus de cancro non vlcerato, id eſt, in extimis partibus conſtituto, & nondum exulcerato, qui & ipſe quandoque occultus Galeno dicitur.

Cancer cum Vlcere.

Cancroſi tumoris deſcriptio.

Eſt igitur cancer, de quo nunc agitur, *tumor durus, inæqualis, rotundus, vel ſenſu, id eſt, venis habens tumentibus turgidis, & exaltatis, line* [illegible]*, &* vt Paulus ait *colore magis quam inflammationes, nigricantibus, sed non adeo vt inflammationes [illegible] acri ſenſu ægros maxime fatigans, & perpetuo fere dolore affligens*, Græce [illegible] & [illegible] dicitur. Hanc autem appellationem huic morbo indiderunt tam Græci, quam Latini, à cancro aquatico animali, quoniam circa hunc implentur, & intenduntur venæ, cancrorum pedibus, à glomerulo corporis deſcendentibus pertinaces. Nonnulli vero inde nomen apparuit, quod diuturnum loco, quem ſemel apprehenderit, pertinaciter hæret. Adde, quod & hic tumor cancri animalis colorem repræſentat, nempe ſubnigrum. Cæterum prima cancri [illegible] rudimenta, tam confuſa interdum, exiguaque ſunt, vt vulgus ipſum latere poſſint vix enim dum adhuc incipit, ciceris aut fabæ magnitudinem æquat. Quare nihil mirum eſt, inquit Galenus, ſi vulgus tunc lateat, non ſecus profecto, quam ſtirpes, quæ è terra iam exeunt: quando hæ quoque peritis tantum agricolis agnoſcuntur. Poſtea vero in tantam molé attollitur, tamque vehementia, & magna & cæteris euidentia affert [illegible] tumor, vt nemo de appellatione ambigit, ſed nominant vno aſſenſu affectum, cancrum, quoniam (vt diximus) venæ in hoc morbo ex vtraque parte intumeſcunt, diſtenduntur que ac figuram omnino tandem cancro repræſentant. C

Cancri nota per initia confuſa atque obſcura.

Lib. 14. Therap. medend.

De Signis & iudiciis cancri euidentis & non vlcerati.

Nota cancri euidentis nõ vlcerati.

1 CAnceroſus tumor, vt ſuperius dictum eſt, durities habet, & inæqualitatem, quæ tactu facile deprehenditur. Colorem præ ſe fert liuidum, hoc eſt fuſcum, qui inter rubrum & nigrum medius eſt, Græci pelidnon vocant. Circa locum cancro affectum, aliquando quaſi puncta ſentiuntur: interdum etiam immotus eſt, interdum ſuper, & exaltatas, cæt: circumtantis pedum modo. Nonnunquam etiam in quibuſdam delitescunt. Tactusque is locus, aliis dolorem affert, in aliis eum non habet. Reminiſ quoque hæc tumoris valet, eſt Galeno 14. *Therap.* Ad hæc extraneam quandam caliditatem habet. D

Iudicia.

Cancer, ſeu carcinoma in toto genere morbus eſt grauis, & perniciosus. Vix enim vnquam propter 1 ſucceri talitem conſanescit, vtpote quod nec repelli, nec diſcuti queat, nec totius corporis purgatione cedat. Sed & tanta eius vitii eſt malignitas, vt mitiora plane contemnat remedia, illisque (vt dici ſolet) medium vnguem porrigat: vehementioribus vero, veluti carbo irritetur, excandeſcatque, atque efferatur.

2 Id vitium in qualibet corporis parte oriri conſueuit, ſed maxime, vt Celſus ait, in partib. ſuperioribus circa faciem, nares, aures, labia, & mammas fœminarum, atque earum præcipue, quæ à natura purgationem menſtruorum non habent. Sed & viris plærunque accidunt cancri, quibus alias ſæpe per mariſcas purgationes ſuppreſſæ ſunt: per has enim turbidus, ac craſſior ſanguis (vnde prima etiam hoc rudimenta accipit) expurgari à natura conſueuit. Porro cum humor ipſe melancholicus facit vitium proportione reſpondens, in particulam aliquam defluxit ibique impactus manet, interdum varices facit, aliquando vero cancrum, vtpote cum ipſe deferbuerit. Cum vero ad cutim vniuerſam expellatur, eum morbum quem elephantem nominant, vt *libro ſecundo ad Glauconem* Galenus annotauit. Eſt itaque cancer *particularis elephantiaſis*, quam vulgus male lepram appellitat. *Quanto autem* [illegible] *ex quo etiam* [illegible] *craſſior fuerit ac nigrior, tanto* (inquit Galenus) *deterior paſſio erit.* Cancer autem iam confirmatus (vt dicitur) atque inueteratus, curationem non admittit, niſi radicitus extirpetur, aut per ſectionem ſcilicet aut per vſtionem. Verum qui in penitioribus corporis partibus conſtituti ſunt cancri, tandem curationem non admittunt, vt *ſequente aphoriſmo* nos [illegible] Medicorum facile princeps Hippocrates, inquiens. *Cancros occultos omnes melius eſt non curare: curati enim cito pereunt: non curati vero longius tempus perdurant.* Experientia namque (vt in commentariis huius aphoriſmi E

Lib. 5.

Galen lib. 2. ad Glauco.

Quæ partes cancro maxime ſint obnoxiæ.

Elephantiaſis.

Aph. 38. li. 6

A [illegible] compertum eſt, omnes, qui huiuſ[illegible] cancros ſectione, aut vſtione curare tentarunt, [illegible] & breui homines interemiſſe. [illegible] curationem huiuſmodi admittunt Galeno teſtante, [illegible] corporis parte [illegible], & adeo laborantes [illegible] Chirurgi [illegible] cum radicibus [illegible]. Cæterum ex cancro [illegible] melancholico, [illegible] in vaſis deliteſcente, non vlceratus [illegible] vel irritato à medicamentis inconſulte admotis affectu. [illegible] omnes & veteres curationi [illegible] ineptum. Hic enim ad perfect[illegible] curationem [illegible] medicamenta. Atque [illegible] magis irritatur, efferatur [illegible] abeſt, vt ſub his vel mitefcat, vel conſaneſcat. [illegible] cancros non vlceratos, [illegible] inueteratos, [illegible] prohibeamus augeri, à [illegible] ſumma corporis occupantes, [illegible] aphoriſmo nos commonuit Hippocrates. [illegible] curatione manum ſubtrahentes. Quod & ſuperiore aphoriſmo nos commonuit Hippocrates. Cancros enim eos, qui ſine exulceratione [illegible] (Galeno authore) occultos nominauit. In quibus ſane exulceratione [illegible], vehemens calidi[illegible], & pulſatio.

8. *Qui cancri radicitus tolli debeant, & qui non.* *Radices cancri.*
9. *Cancer exulceratus peſsimus [illegible].*
10.
11. *Quæ notæ in cancro futuram exulcerationem portendant.*
B

Triplex curando cancro ſcopus propoſitus.

De curatione cancri non exulcerati adhuc incipientis, & nondum inueterati, ſumma corporis occupantis.

CVm [illegible] cancri non exulcerati, & adhuc recentis, [illegible] ſcopos præcipuos. Primus eſt humoris [illegible] generationem prohibere. Secundus eſt ſuccum melancholicum per totum corpus [illegible] vacuare. Tertius humorem, qui locum affectum occupat, vel repellendum, vel digerendum [illegible], ad hæc particulæ laboranti robur afferentia [illegible].

1. 2. 3.

Primus ſcopus, ſeu prima intentio, quæ eſt prohibere [illegible], ne de cætero ſuccus melancholicus in venis colligatur, [illegible] victus ratione [illegible] quæ *ſupra in cap. de cancro ſcirrho le-gitimo* nominato præſcripta eſt. Id autem [illegible] maxime, ac præcipue obſeruandum eſt, vt ijs, qui hoc affectu laborant, ea alimenta [illegible], quæ [illegible] vndiquaque humectandi vim ſortita ſunt, quæque probum ac tenuem ſuccum in corpus ingeſta, generant. Cuiuſmodi ſunt, cremor hordei, piſces [illegible] Græci [illegible], omnis generis aues, præter [illegible] paluſtres. [illegible] tamen in partis [illegible], vel ſerum lactis tuto offerri po[illegible] humectandi naturæ ſunt, veluti malua, atriplex, blitum, & [illegible] permittuntur.

1. *Primus ſcopus.* *Victus ratio tenuis ſit, boni[que] ſucci.*
C

Secundus ſcopus, qui eſt, totum corpus [illegible] melancholico, vnde vitium hoc originem traxit, repurgare, [illegible] medicamentis vacuandi [illegible], *in capite de ſcirrho [illegible]* enumeratis. Inter quæ (quod ad [illegible] attinet) [illegible] epithymum [illegible], vt Galenus [illegible] Romanum [illegible] ſuo [illegible] tertio quoque [illegible] generationem [illegible] melancholicus humor, qui in venis collectus [illegible], & cancro generationem [illegible] ſimul euacuare vix datur. [illegible] in corpore generetur, & in venis [illegible] ſimplicium aliquo [illegible] parum prohibetur) [illegible]. Deinde [illegible] exhibitione [illegible] vacuandæ dicatam, quod ex [illegible] Galeni [illegible], vel Hiera Rufi, & Auicennæ, quæ nigrum veratrum [illegible] compoſitam [illegible] totus ſic ſuccus melancholicus [illegible] in venis collectus [illegible] cancroſo obſeſſa ad naturalem [illegible] redacta. Quod ſi nihil obſtiterit, [illegible] vires permiſerint, non inutile [illegible] ſanguinem mittere, [illegible] purgare, & ſi fuerint mulieres, [illegible] non ſam quinquageſimum annum attigerint, vt *libro ſecundo ad Glauconem* Galenus nos admonuit. [illegible] indicatio omnium [illegible] Galeno, quæ vero primo loco poſita eſt, ſecundum ordinem ſibi [illegible] vendicat. *Communis [illegible] (inquit) indicatio curationis in cancro eſt humorem, vnde vitium eſt natum, [illegible] vacuare. mox vero prohibere, [illegible], ſi fieri poteſt, ne de cætero eiuſmodi ſuccus melancholicus in venis colli[illegible] ex interuallis vacuare & ſimul particu-[illegible] ne quid humorum [illegible] adeam confluat.*

2. *Secundus ſcopus.* *Humoris melancholici vacuatio,* *Epithymum,* *[illegible]* *Sensim ac blande, non ſemel atque affatim purgandum in cancro.* *Hiera Rufi.* *Hiera Auicennæ.* *Sanguinis miſsio.*
D

Lo. 14. meth. medendi.

E Tertius [illegible] quæ omnibus eiuſmodi affectibus ex fluxione creatis, communis eſt, [illegible] repellendum eſſe vel digerendum [illegible] humorem, [illegible] particulam affectam procumbunt, [illegible] repellendum eſſe vel digerendum [illegible] Porro repellendi [illegible] ne quid humorum redundantiæ [illegible] confluat. Porro repellendi [illegible] in principio quidem, [illegible] ipſo purgationis tempore, quam quod [illegible], tempus accommodum [illegible] tunc digerendi dabitur occaſio. Verum ſi [illegible] ante. [illegible] totum corpus [illegible] purgaueris, [illegible] quod applicabitur, medicamentum [illegible] tantum purgatio præceſſit, [illegible] facultatem, [illegible] ſcilicet, [illegible].

3. *Tertius ſcopus.* *Quid in principio & ſimul ipſo purgationis tempore agendum.* *Quod aptū medicamētum cancris.*

[illegible] deligenda ſibi erunt medicamenta, quæ viribus quidē ſint [illegible]. Talia enim huiuſmodi affectibus ſolum ſunt idonea. *Lo. 14. Ther.*

Nam quæ imbecillas vires habent (vt Galenus ait) nullam [illegible] efficiant, ſed vincuntur. Quæ vero valentiore ſunt facultate, vehementer quidem tenuiores, qui in venis ſunt, ſanguinis partes, vel digerunt, vel retrudunt, craſſas vero & melancholicas, quas [illegible] prius [illegible], nec euocant, nec reprimunt: quin potius eas ad ſoluendum, ac diſcutiendum contumaces reddunt. A Ad [illegible] incipientes cancros, mediocrium virium medicamenta [illegible] quæ [illegible] tem vincantur, nec propter effectus vehementiam [illegible], [illegible] ſanguinem [illegible] valeant. Adde item (vt dictum eſt) quæ omnino haud mordeant. Quandoquidem vitium magis [illegible] ab iis, quæ mordens irritatur, ac (vt dici ſolet) efferatur.

Cæterum cum materia, ex qua ortum habet cancer, magna ex parte craſſa ſit, repulſioni ac etiam reſolutioni contumax ſiue inobediens, multaque malignitatis particeps, [illegible] culum ex chirurgia timuerimus, ne curati affectus alteri [illegible] in vſu medicamentorum, ex [illegible] que metallicis (vt Galenus conſulit), acceptorum, ipſos augeri prohibeamus, & præſertim [illegible] fuerint aut iuxta Auicennæ ſententiam, eos ab vlceratione vindicemus. Ad quas intentiones libro ſecundo ad Glauconem [illegible] ſuccum ſolani, & medicamen ex pompholyge conſtans, aut quod ex chalcitide diapalma vulgo appellatum magnopere Galenus commendauit. Proinde & Theodoricus ad eam rem vnguentum [illegible] diapompholygos nominatum, quod eidem recipit *olei roſarum, ceræ albæ ana vnciam quinque, ſucci granatorum rubrorum ſolani vncias quatuor, ceruſæ lotæ vncias duas, plumbi vſti, & loti, pompholygis quæ tuthia vulgo dicitur ana vnciam vnam, thuris vnciam ſemis, miſce, fiat vnguentum.* Refert quoque Galenus *libro primo, [illegible] κατὰ τόπους, id eſt, de compoſitione pharmacorum ſecundum loca,* qui [illegible] a veteri interprete inſcriptus eſt, vnguentum quoddam ex Apollonio, ad manantia capitis vlcera, quæ Græci achoras vocant, inſtitutum: quod ad eiuſmodi cancroſos tumores apprime vtile eſſe [illegible]. Recipit autem *olei vel roſacei vel omphacini, id eſt, immaturi, heminam, quæ Græcis cotyle dicitur, quam in pilam plumbeam [illegible] cochleari etiam plumbeo agitari debet, aut piſtillo plumbeo teri, donec craſſeſcat, nigreſcatque, adeo, vt plumbi colorem referat. Deinde ſeorſum contrito, lithargyri libram vnam, ceruſæ tantundem, & cum oleo commiſceto, ac fiat vnguentum.* Porro quantum valeat facultas plumbi, præſertim combuſti, & loti in omnibus cancroſis diſpoſitionibus, ſatis ſuperque nouerunt omnes, qui de hac re periculum aliquando fecerunt, & qui attente legerunt, quæ ſcribit Galenus de plumbo (quod μόλυβδος Græce dicitur) *libro nono de ſimplicium medicamentorum facultatibus.* Ad eandem morboſam diſpoſitionem laudarunt Paulus & Auicenna emplaſtrum è cancris fluuiatilibus, præſertim ſi [illegible] cadmiæ receperit. C *Cancrorum igitur fluuiatilium crematorum, & cadmiæ partes æquas in pollinem coactum inſpergitur, aut cancrorum cinis vna cum cerato miſcetur.* Sed & idem Auicenna iubet minutos cancros, in quibus locis apprehendi poſſunt, radicitus eſſe extirpandos, excidendosve [illegible] facta vero exciſione, [illegible] craſſiorem ſanguinem circumquaque exprimendum eſſe, deinde cauterio locum eſſe adurendum. Hoc enim reliquias materiæ diſſipat & abſumit, membrum roborat, & hæmorrhagiam prohibet. Galenus etiam ante Auicennam cancros interdum per chirurgiam extirpandos eſſe permiſit, *libro decimoquarto methodi medendi,* vt de cancro vlcerato poſtea dicemus. Verum enimuero, tametſi curationem hanc, quæ per chirurgiam fit, Galenus & Auicenna permittunt: ad vitandam tamen hæmorrhagiæ & vlcerationis, imo vero & vitæ ægrotantis periculum, ea omiſſa, curandi rationem præſcriptam, quæ ſolis leuibus, & quaſi adblandientibus medicamentis fit, tanquam tutiorem, & minus calumniæ expoſitam amplecti, atque ea ſola contenti eſſe debemus. Quandoquidem, ſi eiuſmodi tumor cancroſus, qui iam in molem ingentem creuit, qua ſanis partibus coniungitur, [illegible] circumcidatur, ſtatim immodicæ profuſionis ſanguinis, propter vaſorum magnitudinem, maximeque [illegible] periculum imminet. Quod ſi itaque (inquit Galenus) intercipias, conſortio [illegible] aliæ partes afficientur, & ingenti dolore cruciabuntur. D Adde, quod exciſa carcinomata (vt Celſus ait) etiam poſt inductam cicatricem tamen reuerterunt, & cauſam mortis attulerunt. Sin eius mali radices exurere velis, neque hoc quidem ſine graui iactura vicinarum partium fiet, præſertim ſi iuxta principes partes exuſtio fiat. Itaque cancri maiores, & qui iam inueterauerint, neque ferro temere adurendi ſunt, neque ſcalpello excidendi, ſed blande potius ac leuiter (vt diximus) tractandi. Plærique enim nullam vim adhibendo, qua tollere id malum tentent, ſed imponendo tantum leuia medicamenta, quæ quaſi blandiantur, quo minus ad vltimam ſenectam perueniant, non prohibentur. Reliqua, quæ ad huius operis complementum, ſeu abſolutam de cancro tractationem attinent, *ex tractatu de vlceribus, capite de cancro vlcerato* requirenda ſunt.

Succum ſolani. — *Diapompholyges.* — *Diaphœnicũ ſeu diapalma.* — *Vnguentum diapompholyges Theodorici.* — *Apollonii medicamentum.* — *Hemina capit vncias 7 & ſemiſſem.* — *Plumbi vis mirabilis in cancroſis tumoribus.* — *Paulus li. 4. ex Archigene.* — *Chirurgia in cancris temere non adhibenda.* — *Lib. 5.*

Capita curationis cancri non vlcerati adhuc incipientis, ſumma corporis occupantis.

1\. IN cancro incipiente, & qui ex humore non admodum craſſo conſtat, nec venas valde tumentes excit, humorem melancholicum, vnde hoc genus vitii naſcitur, à toto corpore in primis vacuato. E

2\. Ergo, ſi ætas, & vires ferant, ſecta in cubito vena, ſanguinem primum, quantum res ipſa efflagitat, mittito.

3\. Deinde medicamenta bilem atram per aluum exigentia, initio blanda & mitiora poſtea vero vehementiora paulatim vim eorum augendo, laboranti exhibeto

Si

Si menſtruæ purgationes in mulieribus ante quinquageſimum annum, aut mariſcæ tum in eis, tũ in viris, ex interuallis ſanguinem fundentes, ſuppreſſæ ſint, illas modis omnibus prouocato. 4

Interim tenuem victus rationem, & quæ probum ſuccum ac minime melancholicum generet, inſtituito. 5

Si prohibere non poſſis, quo minus ſuccus craſſus & melancholicus in venis colligatur, cum ex interuallo, tum ſimplicibus tum compoſitis medicamentis vacuato. 6

Præcedentes aphoriſmi ad Medicum ſpectant: qui vero ſequuntur, ad Chirurgum.

Remedia affectæ parti ante purgationem, & in ipſo purgationis tempore repellentia: vbi vero corpus integre repurgatum eſt, digerentia, viribus mediocria, & qualitate minime mordentia, adhibeto. 7

Ergo ſolani ſuccum, vel medicamentum ex pompholyge, aut quod ex chalcite conſtat (diapalma vulgo appellatum) atque id genus alia dolenti loco admoueto. 8

Quod ſi per chirurgiam cancrum ſanare audebis, melancholico humore prius Medici conſilio repurgato, quod vitiatum eſt, prorſus excindito, & ſanguinem ſatis multum effluere ſinito, craſſioremque ex vicinis partibus exprimito, atque affectum tandem ſimiliter reliquis vlceribus ſanato. 9

FINIS LIBRI PRIMI INSTITVTIONVM CHIRVRGICARVM, DE TVMORIBVS PRÆTER naturam, Ioan. Tagaultio Vimaco Medico authore.

GENE-

GENERALIS DIVISIO VVLNERVM IN LIBRVM SECVNDVM CHIRVRGICARVM INSTITVtionum Ioan. Tagaultii Medici.

VNionis ſolutæ nomina ac differentiæ Galeno lib. quarto metho. medendi ſunt:

Trauma	id eſt,	Solutio quædam ex vulnerando in carnoſa parte relicta.
Helcos,		Vlcus, etiam in carne,
Catagma,		Fractura in oſſe.
Spaſma,		Conuulſio ſiue diſtenſio, in neruo.
Apoſpaſma,		Auulſio in ligamentis.
Rhegma,		Ruptio in muſculis.
Thlaſma,		Colliſio, vel contuſio in vaſis propriè.

Soluunt etiam continuum.

Ecchymωſis ſiue ecchymωma. — Dicitur quaſi inhumoratio, quæ fit, cum ſanguis ſubter cutem effunditur, & coit: affectus plurimum vna cum contuſione ruptioneque incidens.

Anaſtomωſis. — Id eſt, oris vaſorum apertio.

Diapedeſis. — Id eſt, tranſcolatio, ſubſultus, aut exilitio. Fit tunica ipſa vaſorum ſanguinis rarefacta, aut gracilium vaſorum ore adaperto, & ſanguine tenuato. Ad anaſtomωſin fere reducitur,

Anabroſis, ſeu diabroſis. — Id eſt, eroſio. Venis aut arteriis intrinſecus accidit, ex ſucco aliquo, cui mordens natura inſit.

Nihil refert ſi ſpeciem, vel differentiam hic dixeris.

Species ſolutionis continui apud Auicennam, fen. 2. lib. primi, ſunt.

Excoriatio, & ſacrificatio,——In cute.
Vulnus ſiue plaga,——In carne recens & cruenta.
Vlcus——In carne cum pure.
Punctura——In neruo.
Inciſio——In oſſe ſecundum latum.
Apertio——In venis & arteriis.
Sciſſura,——Secundum longum in oſſe.
Contuſio,——Numeroſa continui ſolutio in oſſe.
Attritio,——In extremo muſculi.
Ruptura,——In panniculis, & diaphragmate.
Fractura,——In oſſibus.
Et quædam aliæ.

VVLNERVM DIFFERENTIÆ.

Plagarum, ſeu cruentorum adhuc vulnerum, differentiæ Guidoni, & aliis noſtræ ætatis Chirurgis, à tribus potiſſimum ſumuntur: Nempe

1. A natura particularum, in quibus conſiſtunt.
2. Ab eſſentia ipſius ſolutionis continuitatis.
3. A propriis differentiis ipſius ſolutionis vnitatis, ex vulnere excitatæ.

1. *Vulnerum differentiæ, ex natura particularum ſumptæ.*

Vulnus in parte ſimilari.
Vulnus in parte inſtrumentaria.

Vulnus in parte ſimilari,

Molli.
Dura.
Mediocri,

Vulnerum differentia a parte ſimilari affecta.

A *Vulnus in parte ſimilari molli.*

Vulnus { in carne. / in pinguedine.

Vulnus in parte ſimilari dura.

Vulnus { in oſſe. / in iunctura.

Vulnus in parte conſimili mediocri.

Vulnus { in neruo. / in tendone. / in ligamento. / in arteria. / in vena.

B

Vulnerum differentia a parte organica affecta.

Vulnus in parte organica, ſeu inſtrumentaria.

Vulnus { in parte principe. / in parte principi ſeruiente. / in parte principi non ſubminiſtrante.

Vulnus in parte principe.

Vulnus { in corde. / in cerebro. / in iecinore.

Vulnus in parte principi parti miniſtrante.

C

Vulnus { in aſpera arteria. / in œſophago, ſiue gula. / in veſica, &c.

Vulnus in parte principi alicui membro non ſubſeruiente.

Vulnus { in naſo. / in aure. / in oculis. / in manu. / in pede, &c.

2\. *Vulnerum differentia, ſumptæ ab eſſentia ipſius ſolutionis continuitatis.*

Has & ſequentes differentias latius proſequemur in tractatu ſequenti de Vlceribus.

Vulnus { ſimplex, Id eſt, cum nullo alio affectu complicatum. / compoſitum { Id eſt, cum alio quopiam vno, multiſve affectibus conſiſtens.

D 3. *Vulnerum ſimplicium differentiæ ſumptæ a propriis differentiis ipſius ſolutionis vnionis, ſeu diuortii continui.*

Vulnus { magnum, / paruum, / breue, / longum. / latum, / anguſtum. / in ſuperficie, / profundum. / æquale, / inæquale. } Spatium, quantitas, ſeu magnitudo diuiſionis.

{ rectum. / obliquum. / retortum, / vncum. } Figura.

E

Sunt & aliæ adhuc differentiæ vulnerum, ſed extrinſecus accedentes a Galeno ſumptæ.

1. A generationis ratione.
2. A ſitu ſeu loco in eadem parte affecta.

1\. *Differentiæ vulnerum a generationis ratione.*

Vulnus { diruptum. / inciſum. / partim inciſum, partim diruptum.

Punctio

Punctio nerui. Præciſio nerui. A
Præciſio venæ. Præciſio arteriæ.

2. *Vulnerum differentiæ à ſitu, ſeu loco in eadem parte affecta.*

Vulnus
- ſecundum longitudinem.
- ſecundum tranſuerſum.
- in principio muſculi.
- in fine muſculi.
- in medio muſculi.

His accedunt & aliæ differentiæ, ſed impropriè dictæ, a complexu vulneris.

1. Cum ſymptomate.
2. Cum morbo.

1. *Vulneris differentia a complexu cum ſymptomate.*

Vulnus
- crucians ſeu doloroſum. B
- dolore vacans.
- pruriens, id eſt, cum pruritu affligens.
- cum delirio.
- cum impotentia membri.
- cum ſyncope.
- cum ſanguinis profuſione.

2. *Vulneris differentia a complexu cum morbo.*

Vulnus
- cum intemperie.
- cum phlegmone.
- cum eryſipelate.
- cum carne ſupercreſcente, &c.

Reliqua ex diuiſione de vlceribus ſunt requirenda. C

FINIS GENERALIS DIVISIONIS vulnerum.

D

E

INSTI-

A

INSTITVTIONVM CHIRVRGICARVM IOANNIS TAGAVLTII MEDICI. IN QVO GENEratim de plagis ſeu cruentis vulneribus

B tractatur.

LIBER SECVNDVS.

Quid vulnus, quæ ſint ſpecies ſolutæ vnitatis, quot vulnerum differentiæ, & à quibus ſumantur.

CAP. I.

VLNVS (vt recentiores definiunt Chirurgi) *ſolutio eſt continuitatis recens, cruenta, ſine pure, ſeu putrefactione, in particulis mollioribus extrinſecus incidens.* Hanc vnionis, continuitatisve ſolutionem non modo Auicennæ interpretes, ſed & omnes communiter plagam etiam appellant. Cæterum in hac definitione *ſolutio continuitatis* (quæ & vnitatis diuortium, & diuiſio appellatur) generis locum ſibi vendicat: quippe quę communis morbus ſit, tum ſimplicibus (quas & ſimilares vocamus) tum compoſitis ſeu organicis particulis. Primo tamen ac magis propriè ſimilaribus particulis conuenit atque attribuitur, quam compoſitis. Reliqua, quæ in de-

C finitione ſubnectuntur, differentiæ rationem habent: nempe *recens, cruenta* ſiue *ſanguinolenta, ſine pure* ſeu *putrefactione*, quæ omnia ad differentiam vlceris poſita ſunt: quod quidem iuxta recẽtiorum placita, *tam antiqua eſt vnitatis ſolutio ſiue diuiſio, cum putri quadam humorum colluuie ſeu putrefactione, & abſque ſanguinis profuſione.* Poſtrema definitionis particula, vtpote *in partibus mollioribus facta ſiue incidens*, adiecta eſt propter fracturas, quæ in duris partibus, cuiuſmodi ſunt oſſa, contingunt.

Vulneris definitio. De huiuſmodi vulneris examinatio. Genus. Galen. lib. 1. de morb. & ſympt. Auicen. 4. & 3 col. Differentia. Item quod.

Porro iuxta hanc generalem particularum corporis humani diuiſionem, quidam chirurgiam bimembrem fecerunt. Alia enim eſt (inquiunt) quæ in carne, alia, quæ in oſſe ſuas operationes exercet. Carnis enim nomine muſculos, neruos, venas & arterias etiam intelligunt. Quæ omnia ſub mollibus & mediocribus particulis alii comprehenderunt. Dictionem *extrinſecus* in fine definitionis adiecimus, ad differentiam ſolutionis vnitatis, quæ fit a cauſa interna.

Cæterũ ſolutionis continuitatis multæ ſunt ſpecies, *in ſecunda fen primi canonis* Auicennæ enumeratæ. Vulnus, inquam, vlcus, apertio, ſciſſura, exciſio, punctura, inciſio, fractura, contuſio & id genus alia. Quorum deſcriptiones & differentiæ ſuis locis addentur.

Solutæ vnitatis variæ ſpecies, apud Auicen.

Nomina autem ſolutæ vnitatis apud Galenũ ſunt ἕλκος, id eſt, vlcus, quod in carne eſt: [illegible],

D id eſt, fractura in oſſe. [illegible], id eſt, conuulſio ſiue diſtentio in neruo. [illegible], id eſt, auulſio vel diuulſio in ligamento. [illegible], id eſt, ruptio in muſculis. [illegible], id eſt, colliſio vel cõtuſio in vaſis propriè. Solaunt etiam continuum [illegible] ſiue [illegible], id eſt, ſanguinis ſubter cutem effuſio, & co.tas, plurimam vna cum contuſione, ruptioneque incidens, de qua latius *in ſequentibus* dicemus: [illegible], id eſt, oris vaſorum apertio, quatenus facit ecchymo. in [illegible], id eſt, tranſcolatio, ſubitus, aut exilitio, quæ ad anaſtomoſin redacitur: [illegible], id eſt, eroſio, quæ & [illegible] dicitur. Porro non adeo magna, atque anxia cura ipſorum nominum habenda eſt, modo res ipſa, de qua agitur, intelligatur. Itaque ſæpius nomen vnum pro altero ponitur. Vulnus enim & vlcus apud eos, qui Græcorum libros in Latinum ſermonem conuerterunt, idem omnino ſignificant, modoque vnum, modo alterum pro re eadem vſurpatur. Apud eos vero, qui Arabica Latina fecerunt, vulnus & vlcus, aliquid inter ſe diſcriminis habent. Hi namque vulnus vel plagam appellant, vbi nondum eſt pus: vlcus vero, vbi iam pus adeſt. Et ſane qui Græcos ſecuti ſunt, rectius, quam qui Arabes ſunt imitati, cenſuerunt.

Nomina ſolutæ vnitatis in Gal. li. 4. metho. medenæ.

Vulnus & vlcus pro eodem.

Vulnerum ſiue vlcerum duæ ſunt duntaxat primæ ac maximæ differentiæ Galeno, *in quarto libro Therapeutices.* Omne namque vlcus ſiue vulnus, vel abſente cauſa, quę ipſum excitauit, conſiſtit, vel efficientem

E ipſam cauſam ſecum annexam habet. Solutionis autem huius, ſiue continuitatis ſpecies, ſed præſertim vulneris, potiſſimæ ac præcipuæ ſuæ differentiæ a tribus Guidoni, ac illius ætatis Chirurgis deſumuntur.

Vulnerum duæ differentiæ primæ. Differentias vulnerum a tribus potiſſimum ſumi.

Primo à natura particularum, ſiue à locis affectis, in quibus conſiſtunt. Quędam enim (vt *libro tertio artis paruæ* refert Galenus) fiunt in partibus conſimilibus, ſiue homœomeris: quædam vero in organicis, ſiue inſtrumentariis. Aliæ item in mollibus particulis, aliæ in duris, aliæ vero in mediocribus, id eſt, iis, quæ inter duras & molles ambigunt.

1 A natura partium. Diuiſio partium.

Quę in particulis mollibus contingunt: aliæ quidem ſunt in carne, aliæ in adipe ſiue pinguedine. [illegible]

Earũ vero, quæ in duris fiunt partibus, aliæ oſſium ſubſtantiam occupant, [illegible]

 Denique

Denique quæ in mediocribus particulis incidunt, quædam in neruis, tendonibus, & ſyndeſmis, id A
eſt, nerueis ligamentis ſiue copulis. quædam in venis & arterijs conſiſtunt.

Quæ autem organicas partes inuadunt, aliæ in principalibus membris fiunt, vt in corde, cerebro & hepate: aliæ vero in ijs, quæ principibus ipſis particulis ſubminiſtrant, vt in aſpera arteria, œſophago ſiue gula, & veſica: aliæ item in non ſubſeruientibus ipſis principijs ſeu principalibus membris, vt in auriculis, pedibus, manibus, oculis, naſo, & id genus alijs.

Differunt quoque vulnera ſiue plagæ, pro telorum ac rerum, à quibus inferuntur varietate, vt *in ſequentibus* dicetur.

2 Ab eſſentia morbi.

Secundo ſumuntur differentiæ ſolutionis continuitatis, ſed præſertim vulnerum ab ipſius morbi eſſentia, vt Galenus docuit *libro tertio methodi medendi*. Quædam enim ſolutio vnitatis ſimplex eſt, quædam vero compoſita. Ac ſimplex quidem appellatur, ſi nec morbus vllus, nec ſymptoma ſimul adſit cũ ipſa. Compoſita vero, quando duos vel plures affectus ſecum adiunctos habet, vt à Galeno ſcriptum eſt *libro quarto Therapeutices*: quod & *in ſequenti capite*, ac rurſus *in tractatu de vlceribus* dicetur. Scribit autem ad hunc modum Galenus *loco nuper citato. Omne vlcus (ſiue vulnus) aut ſolum eſt, ipſum (per ſe nullo nec cum eo ſimul inuadente, nec ipſum præcedente, aut ſequente alio affectu, aut cum alio quopiam vno, multiue conſiſtit. Quorum alij non modo ſtatim ab initio vlcus excitarunt, ſed etiam nunc maius efficiunt. alij eius, ſine quo non, vt ad curandi opus rationem obtinent.* B

3 Differentia ſumpta a natura vulneris.

Tertio deſumuntur vulnerum differentiæ à proprijs differentijs ipſius ſolutionis vnitatis ex vulnere excitatæ. Cæterum propriæ eiuſmodi differentię ſumuntur rurſus ab ipſa vulneris natura, vt Galenus nobis indicauit *libro tertio methodi medendi*. Nempe à ſpatio ſeu quãtitate diuiſionis, vt à magnitudine & paruitate, ęqualitate & inęqualitate, profunditate & ſuperficie, breuitate & longitudine. Item à figura, vt à rectitudine & obliquitate. Ad hæc à generationis ratione, vt quia totum ſit inciſum, vel totum diruptum, vel pars inciſa, pars dirupta. Et ab id genus alijs, quæ fuſius *in tractatu de vlceribus*, qui huic proxime ſequitur, explicabuntur.

Galenus 3. Therap. Indicationem quæ a morbo ſumitur, principium tantũ eſſe methodi, quæ de medendo inſtituitur. Cognitio, quæ habetur per ipſius rei naturam, quæ perpendat. Morborum verus curator quis. Primum artis opus eſſe, Sciregno, an ſperare poſſit, quod deſtinat. Lib. 3 meth. medendi. Solutæ continuitatis cauſæ vniuerſales. 2. Haly. Externas cauſas curationem nõ indicare, ſed affectum. Res præſentes eſſe curationem, non abſentes. 3 methodi ſtatim ab initio.

Porro ab huiuſmodi differentijs, iudicia, curandi indicationes, auxilia quoque, & modus curationis omnino deſumuntur, vt ex *ſequentibus* manifeſtum euadet. Itaque non ſatis eſt, primas illas indicationes, quæ ex affectibus deſumuntur, nouiſſe. Hæ namque principium tantum ſunt, & (vt ſic dicam) carcer, vnde medendi ratio prouenit. Nulla autem prorſus ipſius medicinæ artis portio, aut certe nec magna, nec propria, aut ratione digna, ſed quæ etiam, (vt *tertio Therapeu.* ait Galenus) plebeis ſit communis, & nota. Non ergo ſatis eſt noſſe, quid ex prima indicatione agendum ſit, ſed & particulares indicationes diligenter conſiderandæ ſunt. cuiuſq; ſcilicet particulæ ſubſtantiam æſtimando, tum actionem tum vſum ſitumque. A quibus procedens, non ſolum, quod ſanari non poteſt, præuidebis: ſed etiam, quod recipere ſanitatem poteſt, de inueniendis ei remedijs facile deliberabis. Solus igitur is merito morborum eſt curator, cui facultas eſt illa remedia inueniendi, ex quibus perfici poſſit, quod à prima indicatione ſuggeritur. Eritque hoc ipſum primum artis opus, vt intelligas, (per ne ne id, quo tendis, debeas, an ſecus. Eius autem rei duplex cognitio eſt Galeno, nec poteſt addi ratio tertia. Altera per experientiam, cui longo vſu eſt opus. Altera per ipſius rei naturam, quam ratione quadam, & methodo diſquirimus, perpendendo ſcilicet non modo corporis vniuerſi, ſed etiam afflictæ particulæ temperamentum, & reliqua, quæ modo diximus. C

De cauſis vulnerum. CAP. II.

TAmetſi Galenus *libro ſecundo de morbis & ſymptomatis* omnis ſolutæ vnitatis (quæ morbus eſt omnib. partibus communis) cauſas ſummatim in duas reuocat: *aut enim*, inquit, *extrinſecus irruunt, aut ex ipſo corpore oriuntur*: recentium tamen vulnerum, prout huiuſmodi: id eſt, quatenus recentes ac cruentę plagæ ſunt, cauſæ cenſentur, quęcunq; extrinſecus adueniẽtia vulnerare, perforare, incidere, abrumpere, contundere ac diſtendere poſſunt. Has autem vulnerum cauſas ſpeciatim expreſſit Haly Abb. *ſermone quarto regalis diſpoſitionis*, dum ait: *Vulnera fiunt, vel a corpore inanimato, vt enſe, baculo, lapide, aut alio ſimili: aut ab animato, vt venenatorum animalium punctura, aut ferarum morſu.* Ex quibus aliæ rurſus ſumuntur vulnerum differentiæ. Quandoquidem alia inciſiones, alia contuſiones, alia vero morſuræ dicuntur. A quibus etiam curandi indicationes nobis ſuggeruntur, per accidens tamen. Demonſtratum namque eſt à Galeno *libro quarto methodi medendi*, nullam externarum, velut (vt nunc loquuntur) primitiuarum cauſarum curationis indicatricem eſſe, ſed huius indicationem ab ipſo affectu initium habere. *A nullo enim*, inquit, *eorum, quæ adhuc non permanent, indicatio ſumi eius, quod ex vſu ſit, poteſt.* Verum quoniam ad eum affectũ noſcendum, qui omnino tum rationem, tum ſenſum lateat, ſæpe cogimur de externa cauſa inquirere, opinatur vulgus, hanc quoq; ſanationis rationem indicare, quod plane ſecus eſt. Nam quod adhuc non eſt, vt cauſa externa, curationem non deſiderat. Quippe rei præſentis tantum eſt curatio, vt eius, quod futurum eſt prouidentia. Quod ſi id, quod amplius non eſt, curationem non poſtulet, neq; ſane ab eo vlla ſumi poteſt curandi indicatio: Siquidem abſurdum ſit, (vt Galenus ait) aliud eſſe, quod curandi rationem præſcribat, aliud, quod curetur, & econtra. Nihil igitur ad curationis indicationem conducit externa cauſa cognita, ſicuti nec tempus ipſum, ſed ad præſentis duntaxat affectus (qui noſtram fugit notitiam) cognitionem. Quare dicere indicationem curationis ab externa cauſa, quæ vulnus excitauit, deſumi, omni modo eſt abſurdum. Quod enim nec nunc lædit, nec læſurum timetur, id ab vtroque artis munere, tum eo, quod curat, tum eo, quod prouidet, excellit. Itaq; (vt breuiter dicam) vbi præſentis affectus nihil latet, nulla iam externæ cauſæ, ſicuti nec temporis, eſt vtilitas.

The margin letters D and E stand beside "partibus communis" and "futurum eſt prouidentia" respectively.

De ſignis

A

De ſignis & iudicio vulnerum. CAP. III.

NOtæ vulnerum non aliunde petendæ ſunt, quam ex iudicio ſenſus, ſed viſus maxime. Iudicia vero ſeu ſigna prognoſtica ipſorum, ſicuti etiam & omnis ſolutionis continuitatis, deſumuntur ex ſubſtantia, vſu, atque actione affectæ vniuſque particulæ. Et præterea ex propria ipſius diſpoſitionis ſiue affectus eſſentia. Item ex ſymptomatis, quæ vulneribus ipſis accedunt, vt *ex ſequentibus* patebit.

Notæ & iudicia vulnerum vnde petantur.

ITAQVE iudicat Galen. *libro quarto Therapeutices*, quod magna & grauia vulnera non mediocre afferant periculum. Trifariam autem vulnera ipſa, vt reliqua omnia vitia, grauia magnaque redduntur. Nempe vel propter affectæ partis præſtantiam ſiue præcellentiam, vel propter affectus magnitudinem, vel propterea, quod ſunt cacoethe, id eſt, maligna, contumacia ac rebellia. Hinc vulnera, quæ in capita accepta ſunt, aut intra thoracem, intraue etiam peritonæum penetrauerunt, non paruum periculum adducunt, potiſſimum ſi quid interiorum vna ſit vulneratum.

Vulnera trifariam magna & grauia redd.

QVINETIAM cacoethe eſſe, quæcunque in articulis accepta vulnera ſunt, id quoque (vt Galenus inquit) omnes fere ſciant: empirici quidem ex ſola ipſa experientia. Qui vero corporis naturæ B ſcientiam comparare ſtuduerunt, ex ipſa vulneratarum partium natura. Vbi tendines, & nerui, & carne vacua, atque oſſea loca ſunt, hic doloris, vigiliarum, conuulſionis, & delirii periculum inſtat. Ad hæc vulnera, quæ adeo magna ſunt, vt ſuturis indigeant, aut ſi non his, certe deligatura, periculo non vacant. Cuiuſmodi ſunt ea, quæ principales muſculos per tranſuerſum penitus diuidunt, magnaſque venas, neruos & arterias, atque etiam medullas ipſas diſcindunt, ac contundunt. Primum nempe partis læſæ præſtantiam hoc aphoriſmo nobis expreſſit Hippocrates: *Veſica diſciſſa* (id eſt magno atque profundo vulnere diuiſa) *aut cerebro, aut corde, aut ſepto tranſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale eſt.* Tertii vero, vtpote cacoethis, mentionem fecit ille idem *aphoriſmo* ... *vbi tradit eos, quibus tumore in vlceribus apparent, non admodum conuulſi, neque inſaniunt: verum his de repente euaneſcentibus, quibuſdam conuulſiones & diſtentiones fieri*, quando ſcilicet vulnera à tergo inciderint: quibuſdam vero inſaniam vel lateris dolorem acutum, vel ſuppurationem, cum ſcilicet in partibus anterioribus, quæ venoſæ ſunt, atque arterioſæ, vulnera contigerint: vel inteſtinorum difficultatem (quam ſanguineam nominant) ſi tumores ſunt rubicundi, id eſt, ſanguinei. Idem mox ſubiungit, *quod ſi in vulneribus prævalidis, ſiue fortibus & prauis, tumor non appareat, malum eſt ingens*, hoc eſt, noxa eſt magna. Etenim C in his ſuſpicari licet materiam, quæ vulneribus decumbere aſſolet, auerti ac tranſmutari in ſedem aliquam principem. Vulnera autem praua hic appellari ab Hippocrate (vt Galenus ait *in commentario*) exiſtimandum eſt, quæ ſunt in capitibus aut finibus muſculorum & maxime neruoſorum. Nam in capitibus muſculorum, muſculis nerui adnaſcuntur, ex finibus autem tendones oriuntur. Cæterum nomine periculi in præcedentibus, intelligitur mors, vel totius corporis, vel particularis membri, quæ quidem vitæ eſt priuatio: aut (vt dicunt) maleficium, aut læſæ partis impotentia perpetua & inexpugnabilis, hoc eſt, priuatio ſenſus ac motus, ac propriæ actionis ipſius: adeo, vt non amplius membrum aut particula corporis proprie nuncupetur, ſed denominatiue (vt aiunt) & æquiuoce, veluti lapideus oculus, aut æreus: vt voluit Ariſt. *libro ſecundo de anima, & quarto Metheo.*

Vulnera in articulis cacoethe, &c.
Lib. 14. Therap.
Vulnera, quæ ſutura indigent, periculo non vacare.
Præſtantia partis.
18. Lib. 6.
Aph. 65 li. 5.
Tumores de repente detumeſcētes, malum portendere.
Aph. 66 li. 5.
Praua vulnera.
Nomine periculi quid ſignific.

PORRO iudicii huiuſmodi vulnerum cognitio, apprime neceſſaria eſt cuicunque Chirurgo, ſed et maxime, qui ex decreto magiſtratus, ſuper acceptis vulneribus in prolabito conflictu, ac illicita pugna iudicium rectum ac æquum ferre compellitur. Itaque ante omnia ſcire debet Chirurgus, quæ vulnera lethalia ſint, ac inſanabilia, quæ difficilem curationem habeant, quæ promptiorem. *Eſt enim prudentis hominis* (vt recte nos admonet Celſus) *primum eum, qui ſeruari non poteſt, non attingere, nec ſubire ſpeciem* D *eius, vt occiſi, quem ſors ipſius peremit. Deinde vbi grauis metus, ſine certa tamen deſperatione eſt, indicare neceſſariis,* id eſt, familiaribus & amicis periclitantis, *in difficultatem eſſe rem, ne ſi victa ars malo fuerit, vel ignoraſſe, vel feſelliſſe videatur. Sed vt hæc* (inquit) *prudenti viro conueniunt, ſic rurſus hiſtrionis eſt, paruam rem attollere, quo plus præſtitiſſe videatur.* Cæterum (vt ad propoſitum reuertamur) ſcire oportet ex mente Galeni *in commentario aphoriſmi paulo ante citati, Veſica diſciſſa*, &c. vulnerum quædam eſſe valde, & ex neceſſitate lethalia: quædam vero non ex neceſſitate, ſed magna ex parte talia eſſe: contra vero quædam omnino ſanabilia, quædam vt plurimum.

Vtilitas huius doctrinæ prognoſticæ vulnerum.
Lib. 5.

LETHALIA ſunt ex neceſſitate ac inſanabilia, quæ cordis ſubſtantiam penetrant. Hæc enim protinus hominem è vita tollant. Quandoquidem corde ſic percuſſo, totus ſanguis, ita imperante natura, affatim ad ipſum, veluti ad præcipuam vitæ arcē confugit, ac ex omnibus corporis partibus vt læſæ parti ferat ſuppetias, tranſmittitur: vnde maxima ſtatim fit ſanguinis profuſio, quam & ſpirituum reſolutio mox conſequitur, vel in percuſſo viſcere tumor præter naturam, maxime autem phlegmone excitatur: vel tanta fit ſanguinis collectio, obſtructioque tam inſignis, vt vitalis ſpiritus in corpus vniuerſum, vt oportebat, amplius diffundi non poſſit. Quo fit, vt venis & arteriis langueſcentibus, palleſcente vultu & E frigido, maliſque odoris oborto ſudore, extremiſque partibus frigidis apparentibus, matura mors ſequatur. Cor enim neque ſolutionem continui diu, neque (vt inquit Auicenna) apoſtema vita permanente, perferre poteſt.

Vulnera ex neceſſitate lethalia.
Cordis vulnera cur lethalia.

SED & mortem etiam afferunt ineuitabilem, magna ac profunda vulnera ſubſtantiæ cerebri, iecinoris, diaphragmatis, ſtomachi ſeu œſophagi, ventriculi, aſperæ arteriæ, id eſt, *ulmonis*, lienis, cyſtis felis, [illegible] quoque, & tenuium inteſtinorum, præſertim eius, quod ieiunum appellatur, atque id genus a[illegible] membrorum principalium, aut ipſis principalibus membris ſeruientium, miniſterio quidem, ceu ad vitam neceſſario. Ideo autem vulnera eiuſmodi lethalia ex neceſſitate dicuntur, quoniam nullus ex eis ſeruatur vnquam, mortemque concinnant inexcuſabilem, vt *in ſequentibus* demonſtrabitur.

1 primi ca. 5.
Cerebri vulnera.

Serua-

Seruari etiam non poſſunt Celſo, quibus in ſpina medulla percuſſa eſt, & quibus circa fauces grandes A
venæ, vel arteriæ præciſæ ſunt.

Vulnera magna ex parte lethalia.

VVLNERA vero ea non ex neceſſitate, ſed ſecundum plurimum mortalia dicuntur, quæ ad regionem prædictarum partium perueniunt, vel eas leuiter ac ſuperficietenus duntaxat attingunt, non autem præalte adiguntur, nec effatu digna ſunt. Adhæc quæ in capite muſculorum accepta fuerunt. Ob id autem mortalia vt plurimum, at non ex neceſſitate dicuntur, quoniam vulneratis, niſi rite tractentur, prorſus ex eis commoriendum ſit. Si vero in nullo peccatum ſit, illos interdum ſanari contingit. Hinc

Guido. Historia.

Guido ſe quendam vidiſſe affirmat, qui in parte poſtica capitis vulnus acceperat, ex quo parua quædam portio ſubſtantiæ cerebri exierat (vt ex memoriæ læſione cognitum eſt) & tamen is à tali vulnere conualuit, reſtitutaque eſt illi ex integro poſt curationem vulneris, memoria. Non tamen, aſſerit, illum ſuperſtitem permanere potuiſſe, ſi tota vna cellula ſeu totus vnus ventriculus, per vulnus exiuiſſet. vt de quodam Cellario refert Theodoricus.

Com 18. lib. 6. aph.

Sed nec Galenus etiam aſſirmat in illo adoleſcente, quem vulneratum vidit Smyrnæ in Ionia, viuente adhuc præceptore ſuo Pelope, aliquid ſubſtantiæ cerebri ademptũ fuiſſe, ſed duntaxat eum vulnus effatu dignum accepiſſe, in altero anteriorum ventriculorum cerebri: quos ob id geminos natura condidit, vt ſi alter ipſorum læſus fuerit, reliquus adhuc ſubſeruiat. Sed & hoc tanquam admirabile, ac ſtupendum quoddam, incredibileque ſpectaculum, ſeu naturę miraculum B

Adoleſcens ex vulnere cerebri conualuit.

narrat idem Gale. *lib. octauo de vſu partium corporis humani.* ipſumque adoleſcentem tandem ſanatum fuiſſe refert, Dei potius, vt credebatur, voluntate, quam arte. *Quod ſi* inquit, *ambo ventriculi ſimul fuiſſent vulnerati, ne temporis quidem momentum uiuere potuiſſet.* Vnde colligit idem geminitatis (vt ſic dicam) quorundam organorum neceſſitatem. Cerebrum itaque inſigniter, & ad ventriculos vſque vulneratum ſanari, rariſſimum eſt, & pene incredibile, vt *in com. 18. li. 6. aphoriſ. ſuperius citati*, Galenus aſſeuerat: vbi verum eſſe ſcribit, quod magna vulnera, quæ commouerit Hippocrates non male diuiſiones & præciſiones in prænominatis particulis mortem afferunt ineuitabilem. fatenturque omnes, quod vulnera, quæ vſque ad aliquem ventriculorum cerebri penetrant, proculdubio interneceant, mortemque afferunt præproperam.

18. Lib. 6.

Vulnera cerebri cur lethalia.

PORRO vulnera cerebri, & membranarum ipſum obuoluentibus (quas Græci *μήνιγγας* vocant) ideo lethalia ſunt, quoniam ad læſionem ipſius cerebri & membranarum ipſum continentium, ſequitur læſio & interdum abolitio actionis muſculorum thoracis, & aliorum membrorum reſpirationi ſubſeruientium. Horum autem actione deperdita, perire ſimul reſpirationem neceſſe eſt. Vnde cordis C quoque temperamentum ſoluitur. Quo fit tandem, vt etiam animalis ipſius neceſſario ſequatur interitus, vt *lib. quinto de locis affectis* ſcribit Galenus. Cerebro igitur læſo inſigniter, aut meningibus ipſum continentibus diſceſſis, homini atque omni animalium prorſus commoriendum eſt.

Hepatis vulnera.

GVIDO à Cauliaco aſſerit, hepatis vulnera etiam circa fibras ipſius non admodum tamen profunda, nec cum ablatione alicuius portionis ſubſtantiæ ipſius glutinari, & prorſus ſanari. Qua in re Galenum ſecutus eſt, qui *in commentario decimo octauo libri ſexti aphoriſ.* haud quaquam veritati conſentanea eos dixiſſe refert, qui non ſolum vulnera, quæ in ſumma iecinoris parte conſiſtunt, ſanari poſſe affirmabant, ſed & profunda quoq; in fibris eius facta, imo & fibras ipſas abſciſſas. Cauſa autem, ob quam vul-

Cur hepatis vulnera magna ex parte ſint lethalia.

nera iecinoris magna ex parte lethalia ſunt, eſt, *quia propter defectum nutritionis cor languet ac emoritur, atque ita tandem deperit animal, ſed non ſtatim.* Quandoquidem ob vitium hepatis imbecillitatem, ſine alimento permanens, diutius etiam ſufficere poteſt. vt Galenus eſt author *libro quinto de locis affectis* ſic inquiens: *Vbi iecur affectum eſt, tum ob inediam moriuntur animalia verum per longa temporum ſpatia, in huiuſmodi affectibus vitam producere ſolent.* Sed de intemperie & morbis in compoſitione hoc loco potius agit Galenus, quam de vulnere. Si autem vulnera hepatis magna, ac profunda ſint, venaque porta dicta iecinoris cauo com- D
muniſ, vel concaua ab ipſius gibbo prodiens, diſſecta fuerit, larga ſanguinis profuſione moriuntur, qui ita ſunt vulnerati priuſquam vulnera agglutinentur.

Vulnera diaphragmatis quando inſanabilia.

VVLNERA quoque diaphragmatis, prorſus incurabilia ſunt, maxime ſi in parte eius neruoſa fiant. Hac enim parte exangue eſt, adhæc in continuo eſt motu. Quæ duo ſane prohibent, ne labra vulneris agglutinentur, coaleſcantve. Neruoſa namque corpora ſemel diuiſa, nunquam coeunt, ea præſertim, quæ in iugi, ſeu perpetuo ſunt motu, cuiuſmodi eſt ſeptum tranſuerſum. Quippe tametſi dici ſolet, quod vulnera, quæ ſananda ſunt vtiq; quietem requirunt, non ſolus tamen motus diaphragmatis, etiamſi ſit perpetuus, vulneris agglutinationem impedit, ſed & neruoſa quoque cum ipſa ſubſtantia. Quod abunde teſtatur Galenus his verbis. *Tranſuerſi ſepti vulnera, in carnoſis quidem partibus ſubinde coaluiſſe ſunt viſa, eius motu non obſtante. Quæ vero in neruoſis eius hærent, inſanabilia ſunt.* Sane difficilis grauiſque curatio eſt etiam eorum, quæ in carnoſis ſunt partibus, ſi has iam phlegmone occupauit. Accidit autem hæc curandi difficultas ob eam rem, quod in ea vulnera ſanies deſluat, quæ impedimento eſt, ne labra ſolutæ vnitatis coaleſcant.

Neruoſa ſubſtantia, & motus agglutinationem impediunt. Lib 5. meth. medendi.

Pulmonis vulnera.

VVLNERA autem, quæ pulmonibus incidunt, ideo curatu ſunt difficillima, imo magna ex par- E
te inſanabilia, quoniam promptiſſime phlegmonem excitant, quæ ſi ſemel occupauerit, exigua (inquit Galenus) vulneris glutinandi ſpes eſt. Adde, quod ea, quæ ſanandis vlceribus idonea ſunt medicamenta, contingere illa integris [illegible] ibus non poſſunt. Accedit præterea & illis ſanandi difficultas, quod reſpirando mouentur, & [illegible] lacerantur.

Trachiæ arteriæ vulnera.

CAETERVM vulnera tracheæ, id eſt, aſperæ arteriæ effatu digna, & maxime quæ cartilagineam eiuſdem ſubſtantiam occupant, raro etiam ad ſanitatem perducuntur. Particula enim hæc dura eſt & exanguis, aſſiduaque per vulnus fit reſpiratio, quæ ſane impedimento eſt, quo minus labra coaleſcant.

MAGNA

A *MAGNA* quoque œſophagi vulnera, inter exitialia atque inſanabilia numerari ſolent, tum ob
cibi ac potus per eum tranſitum, qui ſane agglutinationem prohibet, tum quod eiuſmodi vulnera (vt
Galenus ait) medicamentis duntaxat in tranſitu fruuntur, ſicuti & quę in ore, ſeu orificio ventriculi cō-
ſiſtunt. Verum his, quæ ori ipſius ventriculi inſident, ſenſus quoq; acumen ſanationi obſtat.

Oeſophagi vulnera.
Li. 6. meth.

IVGVLARES venæ quas & organicas vocant grandi vulnere percuſſæ, ægre & raro curatio-
ni cedunt. tum quod larga ſanguinis profuſione, hominem vitali ſpiritu exhauriant: tum quod ligaturā
ſtringendo ac ſiſtendo, ſanguini neceſſariam, propter imminens ſuffocationis periculum ſuſtinere non
poſſint.

Venarum iugularium vulnera.

VENTRICVLI diſciſſiones & tenuium quoque inteſtinorum, ſed omnium maxime ieiuni,
matricis, renum, veſicæ, & folliculi fellis, modo, quo ſupra diximus, ob id lethales ſunt, quod hæ omnes
particulæ neruoſæ ſint & exangues, per eaſque vitioſarum ac ſuperuacanearum humiditatum tranſitus
fiat. Adde, quod earum vſus perpetuo vitæ conſeruandæ eſt neceſſarius, nedum vtilis. Adhæc medica-
menta his locis penitioribus non poſſunt commode admoueri. Porro per verbum *diſciſſiones*, magna (v-
ti ſuperius diximus) ac profunda vulnera intelligimus, & ad ſinum vſque interiorem longe lateq; pene-
trantia, qualia eſſe cernuntur in iis, quæ penitus ſunt exciſa. Hac autem dictione ex induſtria vſi ſumus,
B ne quis putet, vulnus quodcunq, in prænominatis partibus exitiale eſſe atque inſanabile. Ventriculus
namque & tenuiora inteſtina, quia non parum participant carnoſa ſubſtantia, ſi in ſumma parte dunta-
xat vulnerata ſint, ſæpenumero agglutinantur, & velut collato fœdere in robur ſubſtantiæ corpulentæ
concordi concretione coaleſcunt. Sic & veſicæ ceruicem, ſiue collum quotidie ſanari videmus, cum ex
ea lapis extrahitur, quoniam ex parte carnoſa eſt. Idem & de aliis partibus iure credi poteſt, ſi per ſumma
corporis, ſeu ſubſtantiæ earum vulnus duntaxat acceperint.

Ventriculi vulnera.
Ieiuni Matricis.
Renum.
Veſicæ.
Cyſtis fellis.
Gal. comm. 18. lib 6. aphoriſ.

VERVMENIMVERO ieiunum inteſtinum vulneratum omnium maxime inter tenuia
incurabile eſſe omnia à Galeno & à Paulo prædicatur tam propter vaſorum, quę in eo ſunt, magnitudi-
nem multitudinemque. tum quod tunica prætenuis neruoſaque exiſtat. Adde quod & bilem ſynceram
hoc inteſtinum ex cholagogis poris recipit vniuerſam, & omnium maxime iecori vicinum habetur.

Ieiuni vulnus cur inſanabile.
Lib. 6. Tha.
Lib o c 40.
Gal lib 3 de vſu partium

LIENIS vulnera, cum munus habeat toti corpori apprime vtile ac prope neceſſarium, ſitque (vt
nonnulli dixerunt, veluti alterum hepar, periculoſa ſunt, non adeo tamen, vt aliarum modo dictarum
C particularum.

Lienis vulnera.

HI quoque in præcipiti ſunt, in quibus vſque ad cauitatem membrorum intus conditorum vul-
nera perueniunt. Hæc enim vt plurimum lethalia ſunt, tum quia aer externus & nos ambiens, per ea nō
alteratus ingrediens, internas partes non parum offendit: tum quia per eadem internus exhalat ſpiritus,
quo ſic expirante & euaneſcente, virtutis robur inſigniter offenditur & diſſoluitur, multoque imbecil-
lior redditur. Accedit huc, quod huiuſmodi vulnera haud commode detergi poſſunt: quodq; ea tandē
degenerant in fiſtulas & empyemata, id eſt, purulentas collectiones excitant: vnde & mors ipſis vulne-
ratis demum accidit. Signa autem, quibus prædictarum partium internarum vulnera deprehendi poſ-
ſint, tedioſæ prolixitatis vitandæ gratia, in hac vulnerum vniuerſali methodo, conſulto prætermiſimus.

Vulnera penetrantia.

CAETERVM vulnera & puncturæ, quæ in capite muſculorum fiunt, vbi nerui, tendones, & li-
gamenta fere carne nudantur: item quæ tribus digitis a iunctura diſtant, & quæ prope tempora accepta
ſunt, magna ex parte lethalia exiſtunt. Nerui vero & tendonis punctura, propter ſenſus vehementiam,
& quoniam hæc pars principio, id eſt, cerebro continuatur, prompta eſt ad neruorum conuulſionem
excitandam ac tum præſertim, cum nihil extrorſum expirat, obcæcato cutis vulnere: vt Galenus anno-
tauit *in opuſculo* cui titulum fecit *περὶ τρόμου*. Proinde huiuſmodi punctio mortem acceſſit. Noxa enim,
D quæ cerebro illata eſt, ſtatim communicatur organis reſpirationi ſeruientibus, vt iam *ſupra* dictum eſt.
Quocirca *quinto libro aphoriſmorum* ſcripſit Hippocrates, *Conuulſio ex vulnere lethalis eſt*. Non quidē (vt Ga-
lenus ait *in comment.*) ex neceſſitate, ſed admodum crebro *lethalis* enim nomine hic, vt & in plærisq; a-
liis aphoriſmis, vſus eſt Hippocrates pro *periculoſa*, & ad mortem [illegible]pius perducente. Fiunt autem ex vul-
neribus conuulſiones ſiue ſpaſmi, ratione ſubſequentis ea inflammationis, vbi neruoſas partes attigerit.
Et primum quidem videntur conuelli, quæ è directo ſunt partium inflammatione laborantium: deinde
ſit poſtquam & principium attigerit paſſio, ad totum extenditur corpus.

Vulnera in capite muſculorum.
Nerui & tendonis punctura.
Spaſmus ex vulnere lethalis ad eſt, valde periculoſus.
Spaſmo ex vulnere cauſa.

MEMBRA autem particularia ex accepto vulnere iudicantur emortua, quando principes ac
maiores venæ, arteriæ quoque & oſſa, á quibus vitam, nutricationem & fulcimentum accipiebant, pe-
nitus exciſa ſunt & deſtructa: incipiuntque liueſcere ac nigreſcere, mortis habitum induere, ac cadaue-
ris formam repræſentare, non ſecus, quam in gangræna, & ſphacelo, vt videre eſt in exectione brachio-
rum & tibiarum.

Vulnera membrorum particularium quando ipſis mortalia.

IVDICANTVR itidem membra ad vſum à natura inſtitutum fore inepta, & perpetuo impoten-
tia, quando nerui, tendones, & ligamenta (quos Græci ſyndeſmos vocant) penitus ſunt abſciſſa & de-
E ſtructa, ſuamq; protinus actionem perdunt, ac reſiccari & tabeſcere incipiunt.

Vulnera quando membra impotentiam afferant.

VVLNERA ea omnium tutiſſima ſunt, & omnino (vt dicunt) ſanabilia, quę in euchymis, id eſt,
boni ſucci corporibus, & in locis carnoſis accepta ſunt, vbi & nerui pauci & venæ, & arteriæ non multæ
reperiuntur. Adhęc quæ diuiſionis magnitudinem non habent, hoc eſt, longitudinem, latitudinem, aut
profunditatem non multam. Periculum enim facit, vulnus quodcunq, magnum eſt. Ratio autem ob
quam hæc vulnera tutiorem habent curationem, omniumq, minime formidanda ſunt, eſt quoniam ea
nec febris, nec praua aliqua ſymptomata ſequi conſueuerunt, modo ſaltem recte, & vt res expoſtulat,
tractentur. Quocirca recte ac prudenter feceris, ſi in tuis aſſertionibus, ſeu (vt dicūt) depoſitionib. hoc
prefatus fueris, atq; etiam addideris, *dummodo nihil aliud ſuperuenerit, quod nec impræſentiarum apparet, nec in
talibus accidere ſolet.*

Vulnera tutiorem curationem habentia.
Cornel Celſ.

Vulnera vt plurimum ſanabilia.

VVLNERA autem, quæ vt plurimum ſanabilia dicuntur, mediamque inter duo dicta extrema (nempe omnino ſanabilia, & ex neceſſitate lethalia) naturam ſortiuntur, ea ſunt, quæ in capite muſculorum carnoſorum longe à iuncturis & temporibus: item quæ in caluaria, quam Græci *κρανίον* nominãt, thorace & ventre incidunt. Hæc enim ſi rite atque ex arte tractentur, adhibeaturq; diligens cura, & laborans obedientem ſe præſtiterit, in nullo propriæ indulgens voluptati, exteriora que omnia rite adſint apparata, curationem indubie recipere poſſunt. Si vero in iis peccatum ſit, eorum curationem intercipi contingit, hominemq; tandem ad interitum deduci. Proinde cum de illis ferre iudicium volueris, huius rei mentionem (vt nomini tuo conſulas) te facere oportet. A

Formula ferendi iudicium de vulneratis in ſcripto.

CAETERVM ſi coactus fueris à magiſtratu, ſuper aliquo vulnere ſententiam ferre, eiuſq; euentum, quantum ars permittit, prædicere, in primis annotandum tibi eſt, in ſchedis tuo chirographo obſignandis, quod ex mandato ipſius magiſtratus, vulneratum inuiſeris, & vulnus ſeu vulnera omnia, ſi plura fuerint, diligenter & accurate inſpexeris. Deinde vulnus, aut vulnera nomine expreſſo ac proprio, vna cum affecto loco exprimere debes. Poſtremo tuæ cenſuræ cauſam ac iudicii per te lati, rationem te ſubiicere oportet. At vero interim te admonitum velim, ne iudicium tuum in hac re præcipites, ſed mature, prudenter, ac circumſpecte omnia definias. Quandoquidem (vt ait ille) *omne in præcipiti vitium ſtetit.* Et vt à ſeniore illo Hippocrate bonarum artium primario authore ſcriptum eſt, *iudicium eſt difficile.* Itaq; tametſi terminus vltimus vulnerum ſit quadrageſimus dies: primus vero intra ſeptem dies conſiſtat, & medius (iuxta formam & naturam acutorum morborum) ad decimumquartum protendatur, in ſuſpectis nihilominus ac dubiis vulneribus, expectandus eſt dies ſeptimus, priuſquam aliquid de illis decernas, aut iudices. Solent enim vt plurimum intra id tempus apparere accidentia, tum bona, tum mala, quæ poſt accepta talia vulnera ſuperuenire conſueuerunt: febris, inquam, ſyncope, mentis alienatio ac perturbatio, ſpaſmus & id genus alia. Sed & interim diligenter conſiderandæ ſunt virtutum actiones, ex pulſu, lotio, vomitionibus, & aliis id genus, quæ foras excernuntur. Contemplari etiam oportet laborantis appetentiam, tollerantiam, vultum ſiue faciem, & conſimilia. Ex iis itaq; & conſimilib. præſagus, quę ab Hippocrate & Galeno memorię prodita ſunt, diligenter perpenſis & examinatis, robur virtutis, morbi magnitudini conferes. Deinde tacitus apud te omnia recolliges, vt pręſagire poſſis ac iudicium ferre, num moriturus ſit ęger ex accepto vulnere, an tandem conualiturus. Qua in re caute ac prudenter te geres. Nec eſt, quod dicas *ſi non fuiſſet vulneratus, nunquam interiiſſet,* quantumuis in victus ratione peccaſſet. Sed nec ſatis fuerit, ſi dixeris, *vulneratum mortem nunquam oppetiiſſe, ſi ſuo conſuluiſſet ac omnia feciſſet ſecundum rationem.* ſcriptumque eſſe ab Hippocrate, *quod non ſolum Medicum præſtare ſe oportet opportuna facientem, ſed & ægrum & aſſidentes &c.* Quandoquidem non ſolum famæ tuæ conſulere, & te ab obloquentium calumnia vindicare debes, ſed nihil etiam vel dicere coram magiſtratu, vel ſcripto annotare, quod cedat in damnum, vel detrimentum laborantis & conſanguineorum, aut liberorum eius, culpam omnem ſic in eum reiiciendo. Eorum namque, quæ fortuito contingunt, tametſi nulla ſit ars præſeruatrix, eſt tamen ars aliqua curatrix. Siquidem vt variis periculis noſtra corpora expoſita ſunt, ita & modis plurimis, vbi in ea inciderint, ſeruari poſſunt. Itaque, vt ſcribit Auicenna *libro quarto de extractione ſagittarum,* licet vulnera quædam ſua natura lethalia ſint, non tamen ob id relinquendus eſt vulneratus abſq; auxiliis: quin omnia aggredi ac tentare debet Chirurgus, quæ ex arte & ſecundum rationem fieri poſſunt, dummodo ſaltem ab aſſidentibus amicis & conſanguineis ipſius ægrotantis obnixe rogatus fuerit, ac de futuro recepta coram eis, anteq; vulneratum attingat, præſagiuerit, vt ſe ab indoctorum & oblocutuleiorum calumnia & maledicentia vindicet. Plæriq; enim præter ſpem Medicorum modo quodam mirabili, ac ſtupendo mortem interdum euadunt, ac ſanitati reſtituuntur. Igitur cũ ſępe etiam præter expectationem quædam eueniant, aggredienda eſt. Quod ſi vulneratum ipſum omni auxilio deſtitutum relinqueremus, & inde mors ſequeretur, impii ac inhumani merito & diceremur & haberemur. Sed iis omiſſis, reliqua vulnerum iudicia proſequamur.

Aphor. 1.

Terminum primum, medium & vltimum vulnerum.

Aphor. 1. B

Auicenna. C

Vulneratos non eſſe relinquendos ſine auxilio.

Plurima in morbis præter expectationem contingere. D

Vnionem in partibus organicis ſemel diuiſis eſſe impoſſibilem.

IGITVR pręter hęc te noſſe oportet, quod vnio in partibus inſtrumentariis, ſemel cõtinui diuortium perpeſſis eſt impoſſibilis, vt Galenus aſſerit *libro artis medicinalis capite nonageſimo.* Cuius aſſertionis ratio eſt, quia abſciſſis omnino poris ſeu meatibus, venis, inquam, neruis & arteriis, per quos veluti per canales quoſdam, alimentum, ſenſus & vita, in ipſum membrum organicum diffundebatur, prompliſſime expirant, exhalantve, tum ſpiritus, tum virtutes, ob ſubſtantiæ ſcilicet, quam habent, tenuitatem (quod non contingit in animalibus iis, quę imperfecta vocantur, atq; etiam in plantis ipſis) non autem propter impotentiam aut repugnantiam medicamentorum, vt recte aſtruebat Haly *in commentario loci nuper ex Galeno citati.* Ad hæc vnio in parte carnoſa poſſibilis eſt, etiam iuxta primam intentionem, vt dicunt. In oſſe vero ex ſecunda duntaxat intentione. Vocatur autem hic prima intentio, quando partes diuiſæ atq; inuicem diſtantes, rurſus vniuntur & coaleſcunt, vt prius vnitæ erant, idq; abſque medio aliquo heterogeneo, ſed ratione quadam ac beneficio nutrimenti, facta ſcilicet modica quadam conuerſione ipſius alimonia in carnem omnino vniformem, & conſimilem priori. Secunda vero intentio hic intelligitur, quando ea, quę diuiſa ſunt, & vnionis diuortium perpeſſa, alia quapiam interueniente ſubſtantia, ceu glutino quodam alligantur, atque inuicem coniunguntur. Porro huiuſmodi medium, cuius interuentu partes oſſis fracti ſeu diuiſi alligantur, agglutinãtur ve, Latine callus, Gręce vero porus ſarcoides nominatur. Qui quidem ex ſucco paulo craſſiore fit, quam is, ex quo os concreſcit. Cauſa autem, propter quam fractum os nequeat coaleſcere, prima ſaltem intentione, eſt ipſius oſſis durities cum *mollium tantum corporum* (vt Galenus ait) *in vnum coeundi ſit habilitas* vt tum in externis videre licet, nullo nec lapide cum lapide, nec teſta cum teſta coeunte: tum vero in nobis ipſis. Altera cauſa eſt imbecillitas facultatis alteratricis, quæ altrix nuncupatur (oſſa enim particulæ ſunt exangues ac frigidæ) E

Callus.

Porus ſarcoides.

Quare os fractum nõ coaleſcat.

1

2

non

A non autem inopia materiæ ſeminalis ſeu ſpermaticæ, vt quidam putauerunt. Oſſa namque præſens ſemper habent alimentum ſpermaticum, quod quidem attrahunt & in ſuam conuertunt ſubſtantiam, ac ſibi aſſimilant. Nerui autem, venæ & arteriæ, inquit Auicenna, Galeni authoritate fretus *in quinto Therapeutices*, mediam ſortiuntur naturam inter carnem & oſſa. Neque enim tam facile coeunt, vt caro, neque tam difficile conglutinantur vt oſſa. Siquidem eorum natura mediocritatem obtinet inter mollitiem & duritiem. Proinde de vnienda eorum ſectione vtique deſperandum non eſt, vbi tum ipſa ſit parua, tum hominis corpus natura molle: ſi vero ſectio magna fuerit, & in duro corpore, nulla prorſus eius glutinandi ſpes eſt. Vnde Galenus *loco nuper citato* ad hunc modum ait: *Videtur autem experientia quoque ipſa tantum, id ſcribere. Cum & in pueris & in mulieribus, propter corporum humiditatem & mollitiem, eam* [arteriam inteingi] *videram glutinari, & in vno iuuene agreſti, cui exigua erat inciſa. Qui autem eam inciderat*, inquit ille, *Medicus quidem iuuenis erat, & operum artis parum peritus, venam ſe inciſiſſe putabat. Cum enim brachium hominis, venam inciſurus, deligaſſet, contigit attolli velutin globum arteriam, atque ita hanc pro vena diuiſit.* Hanc autem inciſionem Galenus curioſe coniunxit, conglutinauit, & perſanauit. Verum parua ſane (vt dictum B eſt) inciſio erat. Quod ſi vtique magna atque eſſatu digna fuiſſet, nulla certe ratione perſanari potuiſſet. Quod Hippocratis teſtimonio confirmatur *ſexto aphoriſmorum* ſic inquientis: *Cum diſciſſum fuerit os, aut cartilago, vel neruus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur neque coaleſcit*. hoc eſt, neque talis aliqua regignitur ſubſtantia, qualis abſciſſa eſt, neque vnquam diſciſſi corporis labra agglutinantur. In hoc autem aphoriſmo, vox *diſciſſum* diuiſionis magnitudinem ſignificat. *Diſciſſa namque* (vt Galenus ait *in comment.*) *diuiſionem habent vſque ad finem peruenientem.*

Nerui venæ & arteriæ interdum diuiſæ coeunt.

Arteriam inciſam aliquando coire.

Aph. 19.

Diſciſſa quæ dicantur.

CÆTERVM nihil aduerſus prædicta pugnat obiectio, quæ de oſſibus puerorum afferri poſſent, quod ſcilicet coaleſcere poſſint, vt *libro artis medicinalis* Gal. aſſerit. quia mollitiem habent & virtutis robur, ob propinquitatem ſuæ natiuitatis. Sed nec prius aſſerta infirmat, quod de dentibus obiici ſolet, quod ſcilicet renaſcantur, non ſolum in pueritia, ſed etiam in aliis ætatibus. Quoniam non generantur (inquit Albertus) ex materia ordinata, ſed ex *ſuperfluitate non quidem a virtute prima conformatrice, ſed nutritoria inducente actum generatiua*. Poſtremo indicat Hippocrates, *ſexto libro aphoriſmorum*, quod *vulnera in corpore eorum, qui aqua inter cutem laborant, non facile ſanantur*. Non prius enim curantur vulnera, aut vlcera, quam ad cicatricem perducantur. Non poſſunt autem ad cicatricem perduci, niſi ſufficienter exiccentur: quod non factu eſt facile in iis, quos aqua inter cutem male habet, ob humiditatis immoderan- C tiam, vt docet Hippocrates *in libro de vlceribus*. & Auicenna his verbis: *Solutio continui, & vlceratio, & id genus alia, facile ac citius curationem recipiunt, cum in particulis ſunt, quæ bona prædita ſunt temperatura. Contra vero ſi in membra cacochymia inciderint, plurimum renituntur curationi, nec niſi tempore longo poſſunt ad ſanitatem perduci. Sed multo adhuc difficilius curantur, quando corporibus eorum incidunt, qui vel hydrope laborant, vel lepra* [*id eſt, elephantiaſi*] *aut aliqua alia praua temperatura.* Præterea *in quinto aphoriſmorum* Hippocrates ſic ait: *Vlceribus frigus quidem mordax, cutim obdurat, dolorem in ſuppurabilem facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulſiones, distentiones.* Adhæc iudicatur, quod inſignes cōtinui ſolutiones male curatæ, præſertim circa iuncturam, macielm inducant ſequenti particulæ. Et hoc quidem propter obſtructionem & virtutis debilitatem, vt iam ſemel dictum eſt, & *infra* adhuc dicetur.

Oſſa puerorum fracta coaleſcere.

Albertus Bononienſis. Dentes vnde renaſcantur.

Auicenna.

Plurima adhuc alia præter ſupradicta, iudicia diligenti animaduerſione obſeruanda ſunt, quæ in *ſequentibus* & *in tractatu de vlceribus* (quod tam his vulneribus ſint communia) recenſebuntur. Itaque finem his de vlceribus iudiciis imponemus, ſi quæ de iis docte, breuiter, atque ornate ſcripſit Celſus, ſubtexuerimus. Hæc enim vice anacephalæoſis & compendii erunt eorum fere eorum, quæ de iudiciis vulnerum hactenus dicta ſunt, verba ipſius hæc ſunt: *Seruari* inquit, *non poteſt, cui baſis cerebri, cui cor,* D *cui ſtomachus, cui iecinoris portæ, cui in ſpina medulla percuſſa eſt: cuique aut pulmo medius, aut ieiunum, aut tenuius inteſtinum, aut ventriculus, aut renes vulnerati ſunt, cuiue circa fauces grandes venæ, vel arteriæ præciſæ ſunt. Vix autem ad ſanitatem perueniunt, quibus vlla parte pulmo, aut iecinoris craſſum* (quod Græci *παρέγχυμα* vocant,) *aut membrana, quæ continet cerebrum, aut lienis, aut vulua, aut veſica, aut vlla inteſtinum, aut ſeptum tranſuerſum vulneratum eſt. Hi quoque in præcipiti ſunt, in quibus vſque ad grandes, intus que condituſ venas in alis, vel poplitibus mucro deſcendit. Periculoſa etiam vulnera ſunt, vbicunque venæ maiores ſunt, quoniam exhaurire hominem profuſione ſanguinis poſſunt. Idque euenit, non in alis tantum, atque poplitibus ſed etiam in his venis, quæ ad anum teſticulosque perueniunt. Præter hæc malum vulnus eſt, quodcunque in alis, vel feminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos eſt. Item quodcunque muſculum, aut neruum, aut arteriam, aut membranam, aut os, aut cartilaginem læſit. Tutiſſimum omnium, quod in carne eſt. Et hæc quidem loco vel peiora, vel meliora ſunt. Modo vero periculum facit quodcunque magnum eſt.* Hactenus de iudiciis vulnerum.

Lib. 5.

Quæ vulnera inſanabilia ſint Celſo.

Quæ vulnera difficilem curationem habeant.

Periculoſa vulnera.

Malum vulnus.

Quæ vulnera tutiorem habeant curationem.

De curatione vulnerum in vniuerſum. CAP. IV.

E OMnium ſolutionem continuitatis, ne dum vulneris communis quidem curandi indicatio, ſeu (vt dicunt) intentio, & vnitio, vt Galen. ait *libro artis medicinalis cap. nonageſimo.* Et ea quidem eſt prima indicatio omnibus nota, ab eſſentia ipſius affectus deſumpta, quæ præcipit atque inſinuat, contrarium per ſuum contrarium propellendum eſſe. Hæc autem prima ac generalis indicatio perficitur à duobus, nempe à natura, tanquam à præcipuo agente, & cauſa effectrice, adiuta ſuis virtutibus, & alimento conuenienti. & à Medico tanquam ipſius naturæ miniſtro, quatuor intentiones ſibi inuicem (quod aiunt) ſubalternatas in animo habente, dū opus ſuū exercet, vt curationis finē propoſitum tandem aſſequatur.

Communis ſoluta vnitatis curandi indicatio.


Intentiones in curandis vulneribus obſeruandæ.

1. 2. Prima iubet extrinſecus incidentia (ſi qua forſan labris vlceris intercidant) amouenda eſſe. Secunda
3. præcipit applicanda eſſe extrema diſtantium partium. Tertia docet, ea in vnum iam commiſſa & co- A
4. acta, ita conſeruare. Quarta ſuadet ipſam partis læſæ ſubſtantiam tueri, ac ſalubrem ſeruare. His & quin-
5. ta non abſurde ſuperaddi poteſt, quæ docet, accidentia vulneribus ſuccedere conſueta, corrigere ac propulſare.

1. *Prima intentio.* Primam intentionem aſſequemur dilatando vulnus, ſi non ſatis dehiſcat, aut ſi eius labris aliquid intercidat extraneum, vt puta vel oſſis particula aliqua pungens & aſpera: aut telum aliquod infixum, vt ſagitta, vel mucro, vel aliquod aliud extrinſecus incidens: cuiuſmodi ſit ſpina vel arundo. Atque vbi ſatis diducta fuerint labra vulneris, digitis, aut volſella, vel forcipe aut alio id genus inſtrumento a te, vt res expoſtulat, excogitato, quod infixum eſt, aut labris vlceris intercidit, apprehendi debebit, & leniter, ac (ſi fieri poſſit) citra dolorem euelli, vt *in ſequentibus* docebitur.

DE SAGITTIS, PLVMBEIS GLANDIBVS, ET GLOBIS FERREIS, ac quibuſcunq; aliis telis, è corpore extrahendis.

Corpus multifariam vulneratum. B



De ſagittis & quibuſcunq; aliis telis e corpore extrahendis.

1. Inſtrumentorum inuentio. 2. Modus inueniendi inſtrumenta. VT ſagittas aut quæuis alia tela in corpus defixa, ſecundum rationem, & ex arte poſſis eximere, inueniendum tibi primũ eſt, quo inſtrumẽto id queas efficere. Modus autem inueniendi inſtrumenta, habetur ex contemplatione naturæ ac diuerſitatis tum læſarum particularum, tum rerum defixarum. Itaque ex horum duorum, partis ſcil. læſæ, & rerum infixarum, accurata cõſideratione & cognitione, tertiũ ſtatim ſe offert: *3. Modus extrahendi.* nempe modus euellendi tela in corpus infixa, qui certe varius & multiplex eſt, vt ex *ſequentib.* patebit.

Cæterũ tametſi diſcrimina, ſeu differentiæ telorum ac rerum infixarum, propemodum ſint infinitæ, nec ſcriptis facile mandari poſſint (proinde & formæ proiectorum ab hoſtibus, diligenter à Chirurgo perquirendæ ſunt) Auicen. tamen conatur eas omnes *Sex telorum differentiæ.* differentias ad octo redacere. Has autem ſenario numero placuit nunc complecti. Itaq; differunt tela, quæ noſtris corporibus infiguntur, materia, figura, magnitudine, numero, habitu, viribus. C

A materia ſumpta differentia. Materia quidem quatenus ea, quæ imponuntur, & haſtilia vocantur, aut lignea ſunt, aut arundinea. Ipſa vero tela aut ferrea ſunt, aut ærea, aut ſtannea, aut plumbea, vel cornea, vitrea quandoq; aut oſſea: quinetiam arundinea, aut li- *Differentia ſumpta à figura.* gnea conſpiciuntur. Figura autem euariant, quatenus alia ſunt rotunda, alia angulosa, nempe triangula; D Alia ſulcata, alia triſulca, hoc eſt, tribus ex partibus acie prædita. Nonnulla item ſunt ſpiculata, ſeu ſpicu- *Spiculatorũ diſcrimina.* lis cincta, quæ vulgo barbulata vocant: nonnulla ſpiculis carent. Atq; ex ſpiculatis, hæc poſteriora ſpectantibus, ſeu retro vergentibus ſpiculis munita ſunt, vt dum extrahuntur, contra defigantur. Illa in anteriora vergentia habent ſpicula, vt propulſata idem faciant, h.e. infigantur & lanient. Sunt etiam quædam, quibus vtroq; verſum, fulminis inſtar, ſpicula extant, vt & dum extrahuntur, & dum intruduntur propelluntur ve corpus dilanient, & in obiecta infigantur. Sunt item, quibus ferrum quibuſdam cardinibus ſeu verticulis ita mouetur, vt ſpicula in impulſione contracta, in extractione explicentur atq; ita *Telorum diſcrimina ſumpta a magnitudine.* telum extrahi prohibent. Magnitudine quoq; variant tela, quatenus alia magna ſunt, vt trium digitorũ longitudinẽ expleant: alia parua, vt vnũ digitum æquent: alia vero medium inter hęc locum occupent. *Numero.* Numerus etiam in his diuerſitatem affert, quatenus nonnulla ſimplicia ſunt, nonnulla compoſita. Tenuia ſiquidem quædã ferramenta, ſiue ferrea fiſtula ipſis imponuntur, ac ſi innexa ſunt, vt in teli euul- *Habitu.* ſione facile lateant, & in imo relinquantur. Habitu differunt tela, quatenus alia ferrũ acutum ligno ſeu haſtilibus habẽt infixum, alia concauũ, ita vt haſtile in ferri tubulum inſertum habeant: atq; hoc alia fir- E *Viribus.* miter, alia negligentius, vt dum euelluntur, relictũ intus remaneat. Viribus demũ & facultate differunt, quatenus veneno quædã ſunt oblita, h.e. venenata: alia vero minime. Atq; hæ quidẽ ſunt telorum differentiæ. *3 Inſtrumenta tela atq; cuſtum alia rebus extrahendis accommoda.* Nunc de inſtrumentis, quibus tela, & res extraneæ noſtris corporibus infixæ extrahuntur, dicendũ eſt. Nam de ſedibus, in quas tela ipſa penetrarunt, poſtea agemus, dum ſcil. de modo euellendi tela alia infixa, ſumpta à ſede affecta indicatione, commentabimur. Itaq; inſtrumenta, quæ à telorum aliorumque infixorum differentiis, & à particularum, in quas penetrarunt varietate, excogitantur inueniunturque, licet valde multa ſint, octo tamen apud Guidonem, & recentiores Chirurgos ſunt magis communia.

Quomodo plumbea glans aut globus à ferentariis, & leuis armaturæ militibus emiſſus, extrahatur.



A Primum ſunt forcipes ſeu, vt vulgo loquuntur, 1.
tenaculæ Auicennæ, quæ denticulatæ ſunt, & capita
habent ad inſtar limæ. 4. *fen. lib.* 4. 2.

Secundum ſunt forcipes Albucaſis, in modum
roſtri auis, etiam denticulatæ.

Tertium forcipes in modum cannæ ſiue arundi- 3.
nis, aut ſcriptorii calami concauæ, quas vulgo tenaculas
cannulatas vocitant, ad ſagittas ſpiculis cinctas (quas
barbulatas nominant) extrahendas accommodæ. 4.

Quartum eſt terebellum inuerſum, quod in ferri
infixi tubulum (quam doliam appellant) imponitur:
vbi autem hic tubulo immiſſum ferrum apprehenderit,
leuiter ferro ſequaci educitur. 5.

B Quintum inſtrumentum eſt, terebra in longum
porrecta, dilatandis oſſibus (quibus tela firmiter inhæ- 6.
rent) apprime idonea.

Sextum exciſorius culter, ad amplificanda carnis
vulnera, quo facilius infixa eximantur. 7.

Septimum eſt propulſorium inſtrumentum, quod
geminum eſt, nempe cauum, & ſolidum ſiue ſurdum:
illud fœminam, hoc marem appellant. His tela protrudimus, donec ab altera parte apprehendi & extrahi
poſſint. 8.

Octauum eſt in modum arcus illius, quem vulgo baliſtam vocant. Hoc autem ictum telum excutitur, aut (vt *in ſequentibus* dicemus) extrahitur. Horum autem aliquot formulas in *ſequentibus* depictas inuenies.

Modus extrahendi tela infixa duplex. *1. Attractio.* *2. Propulſio.*

C Cæterum extrahendorum telorum, quæ illata à corporibus non [illegible], modus eſt duplex, per attractionem vnus, alter per protruſionem ſeu impulſionem. Attractio fit ab ea parte maxime, qua venit telum, ſed interdum etiam ab ea, in quam tetendit. Protruſio autem ſeu propulſatus fit in partem oppoſitam ei, ex qua venit, infixumque eſt. Horum autem modorum indicationes deſumendæ ſunt, tum ab ipſis telorum generibus, quæ *ſupra* commemorauimus, tum ex illis ſedibus, in quas illa penetrarunt. De quibus mox dicam, ſi communia quædam præmiſero in extrahendis telis ſedulo obſeruanda.

Communia quædam in extrahendis telis ſedulo obſeruanda.

Si itaque telum in conſpectu ſit, ſic vt ſe habet, protinus extrahendum eſt: ſin occultatum eſt, ita faciendum Hippocrates præcipit. *Corpus vulnerati (ſi tamen fieri poterit) in ea figura conſtitui debet, in qua erat eo tempore, quo vulnus accepit, atque ita, quo tetenderit telum ſpecillo explorandum eſt. Si æger id non poteſt, iacens ſaltem ita debet collocari, vt quam proxime fieri poteſt, ad eam figuram accedat.* Si telum aliquod defixum pri- 2.
mis conatibus commode ac ſalubriter euelli non poſſit, ibi eouſque dimittere debes, donec circumpoſita caro emarceſcat putreſcatque. Deinde intermiſſum opus aggredere, telum ipſum, quod infixum eſt, modo huc, modo illuc agitando, ac manibus vel forcipibus leuiter ipſum contorquendo. Ita enim leuius multo ac facilius telum extrahes, vt recte præceperunt Auicenna, Brunus & Albucaſis. Quan-
D quam aliter viſum ſit Henrico. Hic enim voluit ſtatim ac ſine mora, tela quocunque modo fixa extrahi.

Si armatus homo telo ictus fuerit, nec poſſit leuiter, ac facile telum manibus euelli, vulneratum pro- 3.
tinus ſuis armis exui iubeo, & rite apparatis omnibus, quæ ad opus eiuſmodi conducere videbuntur, emiſſoque ac prolato (vt *ſupra* dictum eſt) præſagio, forcipe communi apprehenſum telum (prætertim ſi ſagitta eſt) ipſum leuiter contorquendo extrahito. Quod ſi communi hac forcipe nihil promoueris, fortiores admitto. Si telum carni infixum retro, hoc eſt, ea parte, qua venit, recipiendum ſit, nec 4.
aliter educi poſſit, amplificanda ſcalpello aut nouacula plaga eſt, quo facilius id ſequatur, quoque minor oriatur inflammatio: quæ maior quidem fit, ſi ab illo ipſo telo, dum redit, corpus laniatur. Item ſi ex alia parte vulnus aperitur, laxius eſſe debet, quam vt telo poſtea tranſeunte amplietur. Summa autem vtraque parte ita habenda cura eſt, ne neruus, ne vena maior, ne arteria incidatur. Quod ſi horum aliquid detectum fuerit, excipiendum hamo retuſo eſt, abducendumque à ſcalpello. Vbi autem ſatis inciſum eſt, telum eximendum eſt. tum quoque eodem modo & eadem cura habita, ne ſi in eo, quod eximetur, aliquid prædictorum lædatur. Si autem telum ita firmiter oſſi inhæſerit, vt nulla vi extrahi poſ-
E ſit, terebello (vt vocant) directo diuiſionem amplificabimus, ac modo infra ſcripto telum liberabimus.

Conſilium Celſi.

Telo à corpore euulſo, non alia eſt vulneris medicina, quam quæ eſſet, ſi corpori telo nihil inhæ- 5.
ſiſſet. Ergo vulnus ipſum, vt & cætera alia vulnera, tractari ac curari debet, hoc vno addito, quod qui ab infixo telo alteratus eſt ſanguis, exprimi ac educi debet, vt vulnus ipſum à putrilagine vindicetur. Ac perfundi quidem debet oleo calente, maxime ſi doloris adeſt ſuſpicio. Si inflammationem experiatur, ad eam tollendam intinctis lanis, fomentis, cataplaſmatis & conſimilibus vtemur. Si vero inflammatione vacauerit, ſiccum (ſi opus fuerit) adhibitis, impoſitoque medicamento, quod cruentis ſtatim vulneribus inici ſolet, curandum eſt.

Cæterum his communibus prælibatis, tempeſtiuum eſt, propria quędam de telorum extractione ſubiiciamus: & quando ac quomodo attractione vel propulſione, ſit vtendum, ſumpta primum (vt propoſitum eſt) indicatione ab ipſorum telorum generibus ſeu differentiis, dein ab ipſis ſedibus affectis. Itaque tela, quæ iaci ac vibrari ſolent, magna ex parte ſunt vel oblonga & anguſta, cuiuſmodi ſunt ſagittæ: vel lata, vel rotunda, aut anguloſa, vt plumbea glans: vel ferrea, vt lapis aut ſimile aliquid, quod perrupta cute integrum intus inſedit. Telum ſi oblongum eſt & anguſtum, cuiuſmodi ſagitta eſt, & facile in corpus conditur, & altiſſime inſidet. Sæpius itaque alia parte, quam qua venit, ſagitta educenda eſt: præcipueque, quia fere ſpiculis cingitur, quæ magis laniant ſi retro, quam ſi contra trahuntur. Si inde aperta via caro diduci debet, ferramento ad ſimilitudinem facto Græcæ literæ Ψ. Deinde vbi apparuerit, ſi mucroni arundo inhæret, propellenda eſt ſagitta, donec ex altera parte apprehendi & extrahi poſſit. Si iam illa arundo, inquam, ſeu haſtile decidit, ſolumque intus ferrum eſt, mucro vel digitis apprehendi, vel forcipe atque ita educi debet. Neque alia ratio extrahendi eſt, vbi ab ea parte, qua venit euelli magis placuit. Nam ampliato vulnere, aut arundo ſi ineſt, euellenda eſt: aut ſi ea non eſt, ferrum ipſum. Porro eximetur ferrum vel terebra inuerſa, in tubulum (quam doliam vocant) immiſſo, vel forcipe, qua dentes atque eorum radices euelluntur: vel ferramento, quod à telo extrahendo belulcum Græci vocant: aut alio quopiam inſtrumento ad id accommodo. Nonnunquam etiam carnem prius incidentes, ſi vulnus inſtrumentum non recipit. Quod ſi ſpicula apparuerunt, eaque breuia & tenuia ſunt, forcipe ibi comminui debent, vacuumque ab his telum educi. At ſi ea maiora valentioraque ſunt, fixis ſcriptorius calamis, vt conſulit Celſus, contegenda ſunt, ac ne quid lacerent, ſic euellenda. Alii ſpicula ipſa forcipibus ſeu tenaculis (vt vocant) cannulatis apprehendunt, atque ita telum eximunt. Quod ſi telum ſpiculis vtroque verſum ſpectantibus cinctum in neutram partem ſequitur, incta ipſam alia incіſione patefaciendus locus eſt, niſi vena aut tale aliquid impediat: atque inde ferrum vndequaque explicatum modeſte ac ſine vlla vulſione tollendum. Quidam etiam ſpicula eiuſmodi fixis calamis ſeu exiguis arundinibus, prius contegunt, ne quid lacerent, deinde ita euellunt, ea ſcilicet parte, quæ eductioni magis congruere videbitur. Latum vero telum ſi conditum eſt, ab altera parte educi non expedit, ne ingenti vulneri, ipſi quoque ingens vulnus adiiciamus. Euellendum ergo eſt genere quodam ferramenti, quod Diocleum craplaticum Græci vocant, quoniam authorem Dioclem habet: quem inter priſcos, maximoſque Medicos fuiſſe memoriæ proditum eſt, vt Cornelius Celſus annotauit *libro ſeptimo capite quinto.* Tertium quoddam genus telorum eſt rotundum, vt diximus, aut anguloſum, vt lapis, plumbea glans, aut ſimile aliquid, quod ex funda aut tormentis bellicis mittitur, & perrupta cute integrum in corpus deſigitur ac latet. Tela autem eiuſmodi intus condita eſſe his notis deprehendes. Moles aſpera atque inæqualis (ſi contrectetur) ſubeſſe ſentitur. Plaga ſeu diuiſio non omnino in rectum tendit, ſed & maior etiam ac amplior apparet: caro item contuſa liuidaque cernitur. Dolor præterea cum grauitate quadam inſtat. In omnibus his, latius vulnus aperiendum, idque, quod ineſt ea, qua venit, aut vncis aduerſaue ſcalpelli parte, aut vulnerario ſpeculo recipiendum eſt, aut denticulata forcipe ſi fieri poteſt, & eam vulnus admiſerit extrahendum. Quod ſi telum infixum ſic intus lateat, vt nullo modo reperiri poſſit, aut non ſatis commode extrahi, tantiſper dimittendum eſt, donec natura ipſum protrudat aut manifeſtet. Interdum vero tela infixa integra, intus cicatrice obducto vulnere citra noxam aliquandiu delituerunt: Deinde longiore temporis ſpatio partem eam abſceſſu occupante ac dirupto exiliere: quo facto vulnera mox ad ſanitatem perducta ſunt, ea illis curatione adhibita, quæ aliis debetur vulneribus. Quod multis contigiſſe vidit Albucaſis, vt refert *parte ſecunda ſuæ chirurgiæ.* Hactenus de telorum extractione ſumpta ab ipſorum differentiis indicatione nunc de re eadem dicemus, ſumpta ab ipſis affectis ſedibus indicatione.

Methodus eximendi tela ſumpta indicatione ab ipſorum differentiis.

Sagitta ſæpius antrorſum educenda.

Si ſagitta ſpiculis cincta eſt.

Latum telum ab ea parte, qua venit, extrahendum.

Rotundum telum aut anguloſum

Tertium genus telorũ ea parte, qua venit, extrahendũ.

Tela interdum diu in corpore deliteſcere: perſanato vulnere.

A

B

C

D

Itaque ſedes, in quas tela penetrarunt, vel caro ſunt, vel oſſa, vel articulus. Atq; in iis quidem partibus, vel alte telum inſedit, vel in ſummo duntaxat, aut ſaltem non admodum alte, & citra medium infixum eſt. Adhæc vel membrum vnum duntaxat telo ictum eſt, vel particulæ plures ſimul confixæ ſunt, ita vt particula vna telo traiecta, alteri affigatur. Igitur ſi in ſumma carne telum impactum eſt, aut certe magnas venas & loca neruoſa non tranſiit, nihil melius eſt, quam qua venit, id euellere. Similiter etiam quod alte inhæſit, obiectæ vero partes, id eſt, quæ ex directo reſpondent, ſi ce[illegible] vulnerentur, vel ex ſanguinis profuſione vel ex aliorum membrorum conſenſu, & conſortii lege periculum inueh[a]nt, euulſione, qua parte infixum eſt, eximi debet. Illud autem digitis, vel ipſius teli arundine ſeu haſtili (quod plærunque ligneum eſt) [illegible] extrahemus. In quibus vero alte telum in carne infixum eſt & plus eſt, hoc eſt, longius ſpatium, per quod telo reuertendum, quam quod perrumpendum eſt, iamque venas neruoſue id pertranſiit breuiter cum parum admodum integræ carnis ex aduerſa parte ſupereſt: neque aliquid obſtat, quo minus contra mucronem incіſio commode fieri poſſit, melius eſt aperire, quod ſupereſt: eaque propulſatu telum educere. Nam & propius petitur, & tutius euellitur, & in maiore membro, ſi medium [illegible] tranſiit, facilius ſaneſcit, quod pertuſum eſt, quia vtrinque medicamento fouetur. Protrudi autem debet, vel haſtili ipſo, ſi inhæreat: vel ſi exciderit, propulſorio inſtrumento, cauo quidem vel ſolido (quod & ſurdum quidam vocant) prout res exigit. Porro ſi telum acumen (quod [illegible] vocant) habeat (hoc autem ſpecillo deprehendimus) propulſorii inſtrumenti fœminã: ſi vero tubulum ſeu cõcauitate habuerit, marẽ demittemus, atq; ita ferrum inſerto inſtrumento protrudemus, quoad educi faciliſſime poſſit. At ſi etiam in oppoſita ſeu vlterius telum proceſſerit, nec ea parte ipſum poſſit extrahi, qua infixũ eſt diuiſis iis, quæ oppoſita ſunt, per illa ipſum eximemus, vel euellẽtes, vt dictũ eſt, vel per eã partem, in quã tetendit, vt modo diximus,

Methodus extrahendi tela infixa ſumpta a ſede affecta indicatione.

Si telum in ſumma carne infixum eſt.

Si telum altem carne inſedit.

Si telum in oppoſita procesſerit.

E

pro-

A propellentes, ſumma cura [illegible] monuimus ſemper habita, ne vel neruum, vel tendinem, vel maiorem venam aut arteriam [illegible]. Turpe ſiquidem eſt, dum telum extrahimus, maiorem noxam inferre, quam telum ipſum effecerit.

Si telum oſſi inhæſit.

Si telum oſſi inhæſerit, [illegible] attrahendo ipſum exquirere tutum eſt. Eo autem vſque mouendum eſt, donec is locus laxetur [illegible] mucronem momordit, & tum vel manu vel forcipe telum extrahendum eſt. Quæ ratio in dentibus quoque euellendis eſt: & vix vnquam ita telum non ſequitur, ſed ſi morabitur, excuti quoque telum aliquo ferramento poterit. Quidam tenaculis (vt vocant) ſeu forcipibus alligant arcum, quam [illegible] baliſtam nominant & [illegible] bene ſtabilito, intentum ipſius [illegible] neruum ſeu chordam remittunt, & ita telum extrahunt. Quod ſi telum altius in oſſe deſederit, quod cognoſcimus, ſi firmiter id infixum, nulla vi moueatur aut [illegible] excotorio cultro, oſſe, quod iuxta eſt, [illegible] priùs perforato, telum ipſum extrahemus. Sunt, qui ab eo foramine terebra facto ad ſpeciem literæ [illegible] telum os [illegible] quæ diducuntur, ad telum ſpectent: quo facto, id neceſſe eſt labet, & facile [illegible]. Quod remedium vltimum eſt. Alii terebram in rectum ac longam porrectam, quæ illis directa vocatur, [illegible] rimas conniuentes, & telum B infixum mordicus prehendentes, diducunt atque ita facile, quod infixum eſt, extrahunt.

Si telum in articulo ſe inter duo oſſa demerſit.

Si telum altius in oſſe demerſum ſit.

Inter duo vero oſſa, ſi per ipſum articulum telum penetrauerit, circa vulnus duo membra faſciis habendis deliganda, & per [illegible] in diuerſas partes diducenda ſunt, vt tendones, ligamenta & neruos diſtendant. Quibus extenſis laxius inter oſſa ſpatium eſt, vt ſine difficultate telum recipiatur. Sed illud quoque [illegible] eſt, ſicut in aliis locis ſeu particulis ſupra monuimus, ne quis neruus, aut vena, aut arteria, a telo lædatur, dum extrahitur, eadem ſcilicet ratione, qua [illegible]. At ſi particulæ plures confixæ [illegible] eſt, ſi [illegible] quod telo traiectum [illegible] vero cauſa, brachium thoraci [illegible] particula, aut [illegible], hoc modo faciendum eſt. Si non per totum [illegible] penetret ſagitta aut haſta, [illegible] exteriore parte, perinde atque in vno fieri conſueuit, [illegible] extrahemus. Sin penitus [illegible] tranſfixæ fuerint, dimidia ligni parte ſerra reſecta [illegible] ligni partes quam [illegible] euellemus.

Si particulæ plures confixa fuerint.

Si venenato telo quis ictus eſt.

Porro ſi venenato quoque telo plaga facta eſt, iiſdem [illegible] ſi fieri poteſt, etiam feſtinantius actis, adhibenda curatio eſt, quæ vel epoto veneno, vel a ſerpente aut quouis alio venenato animante C ictis adhiberi ſolet. Cæterum quod ad chirurgiam attinet, totam carnem, quæ veneno iam mutata eſt, ſi [illegible] poteſt, præſecemus. Agnoſces autem eam, quod à ſana carne multum diuerſa ſit. Pallida [illegible] ſublimida & veluti mortua apparet. Sin carnem totam à veneno immutatam circumcidere non poſſis, non [illegible] circa vulnus ſcalpello incidere, hoc eſt, ſcarificare, quo plus [illegible] extrahatur. Deinde venenum admota vulneri cucurbitula, extrahendum eſt. Si cucurbitula [illegible] vas, quod idem poſſit. Si ne id quidem eſt (quod tamen vix incidere [illegible]) [illegible] adhibendus eſt, qui vulnus exugat. Sed illud, ne intereat, ante debebit attendere, qui vulnus exugerit, ne quod in gingiuis, palatove aliave parte oris vlcus habeat: hoc pacto [illegible] hominem vulneratum præſtabit. Siquidem *venena* (vt Celſus ait) *non guſtu, ſed in vulnere nocent*. Verum priuſquam hæc aggrediamur, telum ipſum, vti docuimus, eximendū erit.

Venena non guſtu, ſed in vulnere nocere.

A [illegible] tradita eſt methodus de telis e corpore extrahendis.

[illegible] Nicoderi [illegible] & inſuſurrationes, quas & coniurationes vocant, quæ à Theodorico & Gordonio [illegible] pendem facio, vt quæ meræ nugæ ſint, & Chriſtianum hominem [illegible].

Propolis. Emplaſtr. ab Auicenna infixa ſta[illegible] extrahens.

Hoc idem & Paul. Aegi. teſtatur.


D Medicamenta autem [illegible] extrahendis infixis dicata ſunt, ſubinde Guido vſurpare ſolet in ſpinis [illegible] fragmentis, ſurculis & oſſium [illegible] eximendis: atque frequenti [illegible] ab Auicenna deſcriptum, inter cætera præſtantiſſimum eſſe [illegible]. Recipe autem *fermenti, mellis optimi, aut alucarum ſordis.* quæ Græce propolis dicitur) [illegible] *quart. vnum, ammoniaci quart. ſemis, olei quart. vnum: ex quibus omnibus* [illegible], quod loco, cui fixum intus inhæret, ſuperponitur. Rogerius aſſerit multiplici experimento comprobatum, quod *radix arundinis contuſa cum melle & appoſita* [illegible] dolore extrahat. Pleraque alia [illegible] ſcripta, quæ vim habent attrahendi [illegible], cuiuſmodi ſunt, [illegible] *ammoniacum, ariſtolochia, ran[illegible] & id genus alia.*

SEQVVNTVR FORMVLÆ ALIQVOT instrumentorum, quæ telis extrahendis idonea ſunt.

E FORCIPES DENTICVLATÆ AD EVELLENdum ſpinas, oſſicula aſpera & pungentia, aculeos quoque & mucrones infixos, aliaque id genus acuta.


Forcipes Albucaſis ſub hac duplici formula depictæ reperiuntur in variis exemplaribus. Hæ autem ſunt ſecundum Guidonis inſtrumentum.

Hos






A



Hoc genus forcipis roſtrum coruinum quibuſdam appellatur, alijs ſerpentinum inſtrumentum: quod ad ſecundum Guidonis inſtrumentum pertinere videtur.

B


1.



1.

Alia forma forcipis denticulatæ, ad eoſdem vſus vtilis & apprime idoneæ: ad quos & duæ aliæ præcedentes forcipum differentiæ.

2.



2.

Aliud forcipis genus ad globos educendos, & tela ſpiculis cincta, obuerſaſque cuſpides habentia, vulgares chirurgi barbatula vocant. C

3.



3.

Inſtrumentum ad extrahendum ferrum infixum, tubulum habens arundine ſeu haſtili vacuum, hoc vti poſſumus loco quarti inſtrumenti Gui. quod terebram inuerſam appellat.

D


4.



4.

Terebra directa, quod quintum eſt Guidonis inſtrumentum, ad amplianda oſſa, quibus tela inhærent.

5.



5.

Formula forficis exciſoriæ, ad amplianda vulnera in carne accepta, quo facilius infixa eximantur. Hoc ſextū eſt Guidonis inſtrumentum. E

7.





6.

6.

Formula impellentis caui, quod & propulſorium fœmina dicitur. Hoc ſeptimum eſt Guidonis inſtrumentum.

7.

Formula impellentis ſurdi, quod & propulſorium mas appellatur. Hoc etiam ad ſeptimum Guidonis inſtrumentum refertur.

De

A

De ſecunda intentione curationis vulnerum.

SEcundam intentionem in curandis vulneribus (quæ eſt *commiſſio diſſidentium ſeu diſtantium partium coniunctio*[a]) aſſequimur per orarum adductionem ſeu labiorum vulneris inuicem diſtantium attractionem & applicationem, membrum ipſum læſum, quam fieri poterit leniſſime, tractando. Diſſidentium namque coniunctionem ſeu agglutinationem (vt Galenus ait) præcedit neceſſario orarum adductio. Quæ autem diducta ſunt, in idem adducuntur, aut vinculo ex duobus initiis circundato, aut ſutura aut fibulis (quas Græci ἀγκτῆρας vocant) impoſitis, aut horum quibuſdam, aut omnibus. Quod ſi vulnus (vt propoſuimus) ſimplex ſit, hoc eſt, ſolum continui in carne diuortium, cum quo neque affectus vllus, neque ſymptoma vllum adſit, nec valde magnum ſit, ſola faſcia orbiculatim circundata, diductæ partes committendæ ſunt: Ita enim vulnus proculdubio coibit, & citra aliquam aliam extrinſecus adhibitam curam coaleſcet. Huius autem conditionis & coaleſcentiæ effectrix cauſa ſola certe eſt natura. At ſi magnum vulnus ſit, adeo vt diductæ partes in totum, atque exacte prædicta deligatura committi nequeant, ſuturis ipſæ adducentur. Deinde vbi ſic deligatæ aut ſuturis adductæ fuerint, glutinatoriis præſidiis vtemur, quæ collectam humorum ſubluuiem deſiccare & conſumere queant: aliam vero ne induat: pro-

B hibere. Plaga autem ea ſui potiſſimum debet, quæ in molli parte accepta eſt, maximeque ſi deciſſa auris ima eſt, vt Celſus ait, vel imus naſus, vel frons, vel bucca, vel palpebra, vel labrum, vel circa guttur cutis, vel venter: vix enim iis partibus deligaturam vulnus admittit[b]. Si vero in carne vulnus eſt hiatque, neque in vnum oræ facile attrahuntur ſutura[c] quidem aliena eſt, imponendæ vero fibulæ[d] ſunt (ἀγκτῆρας Græci nominant) quæ oras paulum tamen contrahunt, quo minus lata poſtea cicatrix ſit: fere autem fibulę latius vulnus eſſe patiuntur.

[a] Diſſidentium coniunctio.

Lib. 3. Ther. Triſtantiam diſtantes oras vulneris in idem adduci.

Vulnus ſimplex ex ſola partium commiſſione agglutinari poteſt.

[b] Deligatura.

[c] Sutura.

[d] Fibula.

De tertia intentione.

TErtius ſcopus, qui in curando ſimplici vulnere Chirurgo proponitur, eſt, vt *diductorum ora, ita vt in vnum per adductionem coniuncta ſunt, conſeruentur & maneant*[a]. Conſeruabuntur autem optime huiuſmodi extrema, quæ in vnum coacta ſunt, iiſdem fere auxiliis, quibus & in idem adducta ſunt: nempe, decenti ligatione, appoſito membri ſitu & ſuturis, ſi neceſſariæ videbuntur. Porro ſtatim ſimul manent, & agglutinantur, quæ commiſſa ſunt. alia enim per ſe, alia ope aliorum ſubſiſtunt ac manent. Per ſe quidem, quæcunque ſecum concreſcunt ac coaleſcunt: aliorum ope, vt ea, quæ colligantur, & quæ glutino

C aliquo tenentur: ac quæ concreſcunt, coaleſcuntve, omnino mollia naturaliter ſint oportet. Talis ſane eſt inquit Galenus, tum caro ipſa, tum quæcunque carnea ex ipſa conſtitutione ſunt. Quæcunque vero dura ſicca ſunt, eorum diuiſæ partes coire ſimul nequeunt, alienum enim terminum nequaquam admittunt: ſed glutinum aliquod vinculumve, quo commiſſa maneant, requirunt. Et talium quidem ſanatio in ſequentibus præcipietur. Nunc de iis, quę per ſe vniri poſſunt, inceptum ſermonem peragamus; & quomodo vulnus ligari conueniant, primum dicamus.

[a] Commiſſionum conſeruatio.

Dupliciter coniuncta manere, quæ committuntur.

Quomodo vulnus ligari conueniat.

DEligaturæ modi ſeu differentiæ tres ſunt apud Auicen *fen. quarta lib. quarti.* Nempe incarnatiua expulſiua & retentiua. ita enim eius interpretes, & recentiores Chirurgi eas nominant.

Incarnatiua[a], quæ magis proprie agglutinatoria diceretur, recentibus tum vulneribus, tum fracturis accommodatur. Debet autem faſcia in hoc genere deligaturæ, à duobus initiis verſus medium eiuſdem circumuolui, & principium deligaturæ fieri ex parte aduerſa loci vulnerati, ducendo, atque iniiciendo alterum faſciæ principium verſus partem ſuperiorem membri, alterum verſus inferiorem. Ea vero

D latitudine eſſe debet faſcia ipſa, vt ſemel iniecta, non vulnus tantum, ſed vſque ad aliquid vtrinque etiam oras eius comprehendat, quantum videlicet videbitur neceſſarium. Si ab altera parte caro magis receſſit, ea melius attrahitur. Si æque, ab vtraque tranſuerſa comprehendere oras debet: aut ſi id vulneris ratio non patitur, media primum iniicienda eſt, & tum in vtramque partem ducatur. Cæterum arctior eſſe debet ligatura ſuper locum læſum, quam in partibus adiacentibus. Cauendum tamen ſemper eſt, ne vel nimis arcta, vel nimis laxa ſit. Quandoquidem quæ laxior eſt, non continet, quod autem non continetur, elabitur: At vero quod vehementius eſt aſtrictum, dolorem premendo excitat, & proinde fluxionem prouocat, & phlegmonem accerſit, quandoque etiam gangrænam. Danda igitur opera eſt, vt vtriuſque incommodo vtriuſque ſtatuamus commodo. Ita fiet (vt Galenus ait) ſi quod nimium eſt, declinabimus. Ligando nec adeo arctare deligaturam debebis, vt iam comprimat: nec adeo remittere, vt laxa ſit. Et vt ſummatim dicam, *deligaturæ terminus ſit bona laborantis tolerantia.* Cæterum extrema faſciæ acu aſſuenda ſunt. Nam nodus inquit Celſus vlcus lædit, niſi tamen longe eſt. Et ſi neceſſitas deſideret, plures faſciæ iniiciantur, & modo, qui *ſupra* dictus eſt, reuoluantur. Itaque hoc deligandi modo vulneris labra ad amuſſim committuntur, & quo minus circa vulnus excitetur phlegmone (cuius ſecuritatem in

E primis habere oportet) prohibetur: vt *libro ſexto meth. ſic* Gal. annotauit. Sunt, qui pannum lineum duplicatum adaptant vulneri, & ſtringendo acu deſuper aſſuunt. Hæc de prima ligaturæ differentia.

Secunda deligaturæ differentia, quæ expulſoria[a] dicitur, antiquis vlceribus & ſinibus (quos cauernoſa vlcera vocant) proprie dicata eſt, hoc enim commodi præſtat illis, quod à fundo ad os collectum humorum colluuiem extrudit, & ne quid amplius in locum affectum confluat, valde prohibet. Hæc autem fit faſcia ab altero tantum principio reuoluta, incipitque ab inferiore parte membri laborantis, vbi inferior eſſe debet. Ab hinc ad ſuperiorem partem facta circumuolutione, eamque dilatatam ſolummodo, diſpenſatur, ſi ſaltem os, per quod ſanies emanat, ad ſuperiorem partem porrectum ſit. Interdum enim

Triplex genus deligaturæ.

[a] Incarnatiua ſeu agglutinatoria deligatura.

Lib. 6 meth. Sic deligandam eſſe faſciam, vt & contineat, neque aſtringat.

[a] Expulſoria deligatura.

Deligatura expulſoria ſemper ab inferiore incipiendum.

Lib. 5 meth. medendi.

inferius ſpectat. Voco autem hic partem ſuperiorem cum Galeno, quæ verſus cor, aut hepar vaſorum radices ſpectat. Rurſus radicem vaſis appellamus priorem eius partem, quæ iecinori propior eſt, vel etiam cordi. Porro huiuſmodi ligatura adaptari ſolet membris inæqualibus, id eſt, quæ non ſunt æqualis craſſitudinis, cuiuſmodi ſunt tibiæ, ſcindendo faſciam ipſam, ſingulo quoque palmi interuallo: & eam valide acu aſſuendo, ab ea parte maxime, quæ gibba eſt, ſeu, vt dicunt, arcuata: laxe vero à parte altera dorſali. Hoc autem genus ligaturæ vtiliſſimum eſt in antiquis vlceribus, varicibus, & tibiarum inflationibus. A

Deligatura retinens.

Deligatura, quæ retinet medicamenta, accommodatur membris, in quibus non poteſt fieri arctatio ſeu ſtrictura, neque alia deligatura, vt in collo, & ventre atque omnibus abſceſſibus & diſpoſitionibus dolorificis. Hæc autem perficitur linteolo ſeu faſcia vnicum finem ſeu (vt dicunt) caput habente: vel quæ ſit multorum capitum ſeu brachiorum, prout res exigit. Atque eius deligaturæ principium, ſuper locum affectum inicietur, & in parte oppoſita, vel nodus, vel potius ſutura fiet. Talis autem deligatura leniter & citra dolorem, cum appetet tempus, ſolui debet. Quod ſi linteola nimis adhæreant, ea tantiſper vino madefacito, donec facile ſeparari poſſint: faſcia vero ad vulnus deligandum, lintea aptiſſima eſt Galeno *libro ſexto Therapeutices*, quæ nec nimium mollis, nec nimium dura ſit. Quod enim molle nimium eſt, & algę ritu fragile, non tuto continet: Quod vero durum nimis eſt, premendo offendit. Sit igitur ex panno veteri, non tamen nimis detrito, ſuaui, leni & mundo: eaque latitudine & longitudine, quam natura partis deſiderat. Vt ſi humerus tibi deligandus ſit, faſciam, quæ latitudinem ſex digitorum habeat, aſſumes: at ſi femur, quinque: ſi tibia, quatuor. ſi brachium, trium digitorum. Si vero digitus ligari debeat, vnius digiti latitudine faſcia aſſumenda erit. Eius vero longitudo ſit pro ratione numeri iniectionum, hoc eſt, pro neceſſitate reuolutionum. Hoc igitur vt & multa alia, quæ ſcriptis mandari non poſſunt, Medici ac Chirurgi ingenio, quod (vt Damaſcenus ait) tum artem, tum naturam operantem magnopere adiuuat, committitur. Sed & ad hoc non parum confert, cognitio conformationis ipſius particulæ laborantis, vt *quarto Therapeutices* Galenus his verbis expreſſit: *Deligare* (inquit) *commode ægram particulam non poſſis, niſi prius vel ex figura, vel poſitura, vel vtriſq; indicationem ſumpſeris*. Hactenus de modo deligandi. Nunc de qualitate, & modo ſuendi. B

Quæ faſcia vulneri deligando aptiſſima.

De ſutura in vulneribus facienda.

Sutura triplex.

TRiplex ſutura communiter fieri ſolet in vulneribus; agglutinatoria, quam incarnatiuam vocant: ſuppreſſoria ſanguinis: & labiorum in vnum adductorum, ad tempus conſeruatrix. Sutura incarnatiua omnibus his plagis ſeu vulneribus in molli parte acceptis, competit, quorum labra ſic inuicem diſſident, vt ſola ligatura in vnum adduci non poſſint, & quibus nihil iam extraneum inter ipſas oras intercipitur. Sed & recentia eſſe debent vulnera, quibus hoc genus ſuturæ accommodatur: vel ſaltem ſi vetera fuerint ac dura, calloſaque labra habuerint, per ſcarificationem aut cutis ablationem, ſanguine emiſſo renouata. Hæc autem fit quinque modis. Primo, filo forti, æquali & læui, cuiuſmodi eſt ſericum in communibus ſaltem vulneribus, primum punctum faciendo in medio diuiſionis vulneris, deinde alterum in medio ſpatio vtriuſque lateris, & ita deinceps procedendo, vt inter duo quæcunque puncta, punctum intercedat, donec vulneris labra rite commiſſa fuerint. Itaque neque nimis rara, neque nimis crebra ſutura eſſe debet. Si enim nimis rara eſt, non continet: Si nimis crebra eſt, vehementer afficit. Quia quo ſæpius acus corpus tranſiuit, quoque plura loca iniectum vinculum mordet, eo maiores inflammationes (inquit Celſus) oriuntur. Sic igitur ſutura oras iungat, vt ne ipſæ quidem inter ſe ex toto contingant. Quod ſcilicet, ſi quid intus humoris concreuerit, ſi qua emanare ac effluere poſſit. Solent autem communiter vnius digiti tranſuerſalis ſpatium inter iniecta vincula relinquere. Porro acus longa ac læuis eſto, cuſpide triangulari, cauda vero excauata, vt in ea filum recondatur, & tranſitum acus non remoretur. Ita enim mitius corpori inſidet. Cæterum cannula habeatur feneſtrata, cui incumbat ac innitatur altera pars labri vulneris, ne ſcilicet huc atque illuc euagetur, dum acus intromittitur: & vt per feneſtellam videri poſsit, quando acus pertranſierit. Atque vbi iam acus traiecta fuerit, vna cum filo trahatur. ſed interim vulneris labrum, quod prope filum eſt, ſpecillo huic parti applicato, veluti fulcimento, & adminiculo innitatur, ne dum filum extrahitur, labrum etiam conſequatur. Ligetur autem primo duabus inuolutionibus, ſecundo vna duntaxat, deinde filum ſcindatur, aliquantulum remote à nodo. C D

1. Vſus ſuturæ agglutinatoriæ. Modi quinque ſuturæ agglutinatoriæ. 1. Lib. 5. Acus qualis eſſe debeat.

2\. *Secundus modus ſuturæ agglutinatoriæ.*

Secundo modo fit ſutura incarnatiua ſeu agglutinatoria, acubus, aut pinna cum acu introducta. hac autem vtimur in magnis vulneribus & profundis, in quibus labra plurimum inter ſe diſtant. Atque tot numero acus imponendæ ſunt, cum filo in eas intromiſſo, quot neceſſariæ videbuntur. Filum autem circa eas reuoluendum eſt, eo modo, quo mulierculæ facere ſolent, dum ſuas acus ſuper manicas aut capitia aſſeruant, atq; hoc modo relinquuntur vſq; ad vulneris conſolidationem.

3\. *Tertius modus ſuturæ agglutinatoriæ. Anſa.*

Tertio modo fit ſutura hæc agglutinatoria dicta, veruculis æqualibus ex ſtupis vehementer contortis & gracilibus, ad modum ſcriptorii calami, vel feſtucæ, longitudine fere medii digiti. Quod ſi velimus ſuturam longo tempore perdurare, pinna ſeu ſcriptorius calamus loco ſtuparum, aſſumi debet: fit autem ad hunc modum. Vtraq; vulneris ora traiici debet acu filum ducente. Deinde facto per idem foramen recurſu ex ea parte, qua venerat, recipienda eſt. ſic quidem vt anſa vna remaneat ea parte, qua remeauit. In qua alterum veruculi extremum imponendum erit. Poſtea fines amborum filorum, euntis, inquam, & redeuntis, conſtringito, & ſuper alterum veruculi caput ligaturam facito, ibique fila reſcindito & veruculum hoc pacto vſq; ad perfectam vulneris coitionem relinquito. E

Quarto

A Quarto eiuſmodi ſutura fit, fibulis (quas Græci [illegible] nominant) diſiunctas atque hiantes vulneris oras committendo. Sunt autem fibulæ ipſæ vel maiores vel minores, pro ratione partis vulneratæ: ab vtraq; vero parte recuruæ: figaturq; hamus vnus in altero vulneris labro, & verſus alterum ducatur, in quo & alter hamus infigatur, vt facere ſolent, qui pannos tundendo apparant. Hæ autem (fibulæ inquam) quibus hiantis plagæ oras ſic connahimus, nullam vim deſiderant, ſed eatenus vtiles ſunt, quatenus cutis ducentem quaſi ſua ſponte ſubſequitur. 4. *Quartus modus ſuturæ agglutinatoriæ.*

Quinto modo diductæ vulneris oræ committuntur, pannis vtrinq; admotis, qui figuram triangularem referant, & ea ſint magnitudine, quæ membro læſo congruere videatur. Qui ſuturæ modus, in us maxime locis conuenit, in quibus volumus cicatrices, facta vulneris agglutinatione, non apparere, vt in facie. Panni autem eiuſmodi, viſcoſo linimento ac pertinaciter adhærente oblini debent, quod recipiat *puluerem ſanguinis draconis, thuris, & maſtiches, ſarcocollam, picem, & pollinem, id eſt, farinam volatilem molendinariam: Quæ omnia cum oui candido liquore ſubigi debent, & in vnitatem redigi.* Atque vbi linimenti formam ea iam induerint, ſupra dictos pannos extendi debent, qui vtrinque poſtea ad latera vulneris, ad pollicis vnius diſtantiam ſupra vulneratam partem agglutinandi ſunt. Vbi autem hæc panni fruſtula ſic linimento oblita, deſiccata fuerint, ingenioſe & vt oportet conſui debēt. Quo facto vulneris labia coibunt & agglutinabuntur. 5. *Quintus modus ſuturæ incarnatiuæ.* B

Sutura ſanguinem ſupprimens, fit acu filum trahente, traiectis oris vulneris vtriuſque per modum reuolutionis, vti pelles conſui ſolent. Ea autem vtimur, quando alia non datur vti, propter magnum ruentis ſanguinis impetum, accepto in venis vulnere. Sed & hæc vtilis eſt ad tranſuenda inteſtina, cum ſauciata ſunt ad panniculos quoq; vulneratos & loca carne deſtituta. Verum non admodum tutus eſt hic conſuendi modus. Quandoquidem diſrupto puncto vno, cætera relaxantur. 2. *Sutura ſanguinem ſupprimens.*

Sutura, quæ labiorum in vnum attractorum eſt conſeruatrix, fit vt & reliquæ aliæ: verum non æque arcta eſſe debet. Eo enim duntaxat nomine fit, vt ſimul maneāt, quæ commiſſa ſunt, tantiſper, dum vulnus coaluerit. Competit autem huiuſmodi ſutura vulneribus in carne, aut molli parte acceptis, in quibus magna facta eſt dilaceratio & carnis deperditio. Hac enim facta vnionis diuortio, ſeiunctæ partes in vnum adducuntur, quo citius coaleſcant. His etiam vulneribus recte accommodatur, è quibus in poſterum aliquid extrahendum eſt. 3. *Modus ſuturæ tertiæ.*

C Illud autem de ſuturis ac fibulis in vniuerſum diligenter obſeruandum eſt, vt illis nunquam vtamur, antequam vulnus intus purgatum ſit (niſi cum magna ſanguinis profuſio ſupprimenda eſt) ne quid ibi concreti ſanguinis relinquatur. id enim & in pus vertitur, & inflammationem mouet, & glutinari vulnus prohibet. Sed ne linimentum quidem, quod ſupprimendi ſanguinis cauſa inditum eſt, inibi relinquendum eſt. nam id quoque inflaminat. Comprehendi vero ſutura vel fibula, non cutem tantum, ſed aliquid etiam ex carne, vbi ſuberit hæc oportebit, quo valentius inhæreat, neque cutem abrumpat. Vtraque optima eſt (vt voluit Celſus) ex acia molli, non nimis torta, quo mitius corpori inſidat. Sed neque rara nimis, neque nimis crebra (ob *ſuperius* adductas rationes) ſutura aut fibula inijcienda eſt. Neutra etiam vim vllam deſiderat, ſed eatenus vtilis eſt, qua cutis ducentem quaſi ſua ſponte ſubſequitur. Cæterum tunc appetit tempus remouēdæ ſuturæ, cum ea, quem deſideramus effectum præſtiterit. Modus autem remouendi talis eſt. Specilli caudam, id eſt, anguſtum mucronem, filo ſuppoſito, filumque ipſum mox abſcindito. Poſtea latum ipſius ſpecilli mucronem, labro vulneris, per quod filum educitur, ſuperpoſito. Ita enim pulchre vitabis, ne quid filum euellendo laceretur. *Lib. 5.* *Tempus & modus remouendæ ſuturæ.*

De modo conficiendi puluillos & eorum vſu.

D Tempeſtiuum autem eſt vt de pulullis (qui vulgaribus chirurgis plumaceoli nuncupantur) aliquid obiter dicamus. hi enim ad multa vtiles ſunt. Quandoquidem diſſolutas ac diductas partes fulciūt & comprimunt: membri, quod ſuæ vnionis diuortium patitur, genuinum calorem fouent & conſeruant. Denique à graui moleſtoque vinculorum ac faſciarum pondere, vulneratam particulam tuentur. Fieri autem quondam ſolebant ex pluma inter duos pannos candidos & mundos conſuta, vnde & nomen illi à veteribus inditum eſt. Verum quoniam eos ſubinde mutare & innouare (quod valde tædioſum erat) cogebat neceſſitas, magis poſtea placuit eiuſmodi pulullos ex ſtupis canabinis conficere, præ[illegible] Fiunt etiam interdum ex lana vel xylo, quod cotoſ[illegible]tum diligenter ac ſtudioſe pexi, emundatiſque. Plærique autem hodie loco pulullorum, panniculos admouent læues, id eſt, non aſpe[illegible] duplicatos aut triplicatos: alij vero ſpongiam adaptant. Porro duo vel tres pluresve, prout res expo[illegible], apponuntur. Quandoque quidem ſicci ac nullo madentes liquore. nonnunquam verò imbu[illegible] candido, vel vino, vel poſca, id eſt, oxycrato: aliquoties etiam oleo, iuxta ipſius diſpoſitionis ex[illegible]. Inueniuntur autem huiuſmodi pululli ex triplici differentia, quod ad figuram attinet. Alij [illegible] triangularem, alij rotundam, alij vero quadratam habent. Qui figura conſtant triangulari, glutinandis vulneribus (vt placuit Auicennæ) ſunt dicati. Ita autem diſponi debent: vnus ex vtroque latere oræ [illegible] ſeu labrorum vulneris, conſtituatur ita, vt ſuper plagam, inter ſe iungantur lateribus. Qui rotundam habent figuram, ſicci alijs ſuperponuntur, natiui caloris particulæ læſæ conſeruandi gratia, & vt ſanioſam proluuiem ac ſordidos ichores in ſe recipiant. Sed qui quadrati ſunt, ideo apponuntur, vt partem læſam à faſciarum & vinculorum iniurijs vindicent. *Vſus pulullorum.* *Ratio nominis.* *Materia pulullorū.* *Numerus.* E *Figura.* *Triangulares.* *Rotundi.* *Quadrati.*

De penicillis ſiue turundis (quas tentas vulgo appellant) & linamentis formandis, deque eorum vſu multiplici. A

In quibus vulneribus vtendum turundis & linamentis.

TVrundas ſeu penicilla & linamenta (quæ & lichinia vocant) maximo eſſe vſui in curandis vulneribus, & præcedentia luce clarius oſtendunt, & omnibus in aperto eſt. Proinde quando, quomodo, & ad quos fines illis ſit vtendum, Chirurgo haud quaquam eſt ignorandum. Adhæc, ex qua materia & qua figura formari debeant. Itaq; illis vtimur in octo præſertim caſibus.

Primo cum vulnera vel amplianda ſunt, vel detergenda, vel cum aliquid ab eorum fundo vacu-
1. andum eſt; vt in profundis vulneribus, in quibus neceſſum eſt alibi vulnus aperire, vt ex fundo & ſinu ipſius, ichores, id eſt, ranioſa colluuies inibi collecti vacuentur.

2. Secundo illis cogimur vti, in cauis vulneribus, in quibus neceſſaria eſt carnis deperditæ regeneratio.

3. Tertio in vulneribus alteratis ab aere, & ſordidis, quæ deterſione egent.

4. Quarto in vulneribus contuſis.

5. Quinto prædictorum vſus vtilis eſt, in vulneribus, quæ cum phlegmone, aut quouis alio tumore B
præter naturam fatigant.

6. Sexto in vulneribus, quæ per morſus fiunt. Talia namque vulnera non ſunt feſtinanter agglutinanda, & ad cicatricem perducenda. Quin potius longo tempore aperta & hiantia manere debent. Quandoquidem *morſus fere omnis* (vt Celſus ait, *quoddam virus habet, quod foras ſemper euocandum eſt, non intro repellendum, nec occluſo vulnere intus relinquendum*. Sed de his fuſius *in ſequentibus* dicetur.

Lib. 5 Omnem fere morſum habere quodda virus.

7. Septimo turundis & linamentis vtimur in vulneribus, in quibus per ſanandis circa oſſa manus admouenda eſt.

8. Octauo in vulneribus, quæ iam vetuſtate in vlcera defluxionibus ſcaturientia degenerauerunt. Porro in omnibus aliis reliquis vulneribus inducendæ cicatrici ſtudemus abſq; eiuſmodi turundis & linamentis. Aduertendum autem eſt, in iis diuerſitatem non paruam eſſe, pro ratione finis, cuius gratia fiunt & admouentur: fiunt autem interdum, vt diximus, ad detergendas ſordes vulnerum atque tum ex panni non aſperi, & præſertim veteris, laciniis, vel floccis euulſis formãtur: Nonnunquam vero ideo C
fiunt & in vulnus immittuntur, vt ipſum hians & apertum maneat, & tunc quidem ex ſtupis bene pexis & à ſordibus rite emundatis, vel ex prædicti panni fruſtulis efformantur: vel etiam ex xylo (quem cotonem vocant) vt Rhaſes facere ſolebat. Sed & ex canna ænea, vel argentea perforata fiunt penicilli ad eundem finem: vt verbi gratia, in naribus ad aeris inſpirationem, & in altis vulneribus, vt ſanies & purulenta colluuio, per hanc velut emiſſarium feratur & foras egrediatur, nõ autem intus retineatur. Quandoque etiam hæc, linamenta, inquam, & penicilla plagæ inſeruntur, vt ipſius os magis dehiſcat & amplietur, fiuntque tunc aut ex ſpongiolis vehementer compreſſis & intortis, aut ex radice gentianæ. hæc enim dum multum humorem, quo ſcatet vulnus, combiberint, turgeſcunt, & ita magis hiantem plagam reddunt. Cæterum forma linamentorum æqualis eſſe debet, turundarum vero inæqualis, in modum clauiculi lignei, quem Latini impagem vocant, ne ſcilicet intro labantur. Hæc autem aliquoties quidem ſicca, quandoque vero quopiam delibuta vnguento admouentur, prout res ipſa exigit. Reliqua, quæ ad eiuſmodi operationes ſpectant, medentis conſilio & ſolertiæ committuntur.

Vſus & materia turundarum & linamentorum.

Tenta cannulea.

Impages, cheuille.

De quarta intentione curandorum vulnerum.

D

4. Subſtantia partis conſeruatio.

QVarta intentio in curandis recenter acceptis vulneribus eſt, particulæ læſæ ſubſtantiam conſeruare, ac prohibere, ne ipſa dolore vel phlegmone, aut aliquo alio prauo ſymptomate (quod vulneribus ipſis accidere ſolet) infeſtetur. Hunc autem ſcopum aſſequimur, admotis emplaſtris & linamentis ex oui candido, & aliis huiuſmodi refrigerantibus, vt recte docuit Rhaſes primis ſaltem diebus. Poſtea vero vino ſtyptico particula perfundenda, & figura aptiſſima collocanda eſt. Apertio quoq;, eaque interdum ex aduerſo in vulnerata parte molienda eſt. Neceſſaria etiam eſt nonnunquã ſanguinis miſſio, item & purgatio: vt mox docebitur. Sed & proba victus ratio (quam ſtatim præſcribemus) in primis eſt obſeruanda, ſi quartum hunc ſcopum cupis aſſequi.

Porro nihil aduerſus hæc, quæ commentamur, pugnat, quod pleriq; obiiciunt, vulnera ſcilicet, in quantum vulnera, iis tam variis, tamq; multiplicibus auxiliis non indigere. Hoc enim dictum ſolum locum habet in paruis occaſionibus & eucratis, id eſt, bono habitu præditis corporibus. In magnis vero occaſionibus, & in plethoricis corporibus, vel vitioſo ſucco refertis, neceſſum eſt ad prauorum ſymptomatum (quæ recentibus vulneribus ſuperuenire conſueuerunt) præcautionem, prædictis vti auxiliis. E
Quod Galenus innuere videtur *lib. ſexto methodi medendi*, his fere verbis: *Fingamus quempiam ad nos venire, cui tantum cutis acu ſit puncta, hunc hominem, ſi is ſit, cui facile [ob bonam corporis habitudinem] vlcera ſanentur, etiamſi citra medicamentum, nudoq; membro ad opera conſueta dimittas, nihil ſentiet mali: ſin ex eorum numero ſit, qui difficulter ſanentur (quia ſcilicet vel plethoricus ſit, vel vitioſo ſucco prematur, vel acru ſit ſenſus, vel horũ quibuſdã, omnibus ne prematur) primum quidem dolebit, poſt etiam tum pulſu particula infeſtabitur, tum phlegmone* Porro in omni membro carnoſo, quod ſuæ vnionis ſolutionem patitur, nerui, venæ, & arteriæ reperiuntur, quæ praua quædã accidentia inducere poſſunt. Nempe dolorem, phlegmonem, ſanguinis profuſionem, cõuulſionem, & id genus alia. Quibus ſumma diligentia medentem occurrere oportet. Occurret autem facile ſi ea

Galen lib. 6. methodi.

A ſi ea præſenſerit & præcognouerit, vt *primo libro præſagiorum* teſtatus eſt Hippocrates, ad hunc modum ſcribens. *Nihil perinde Medico conducibile eſt, quam vt futura præſentiat.* ita enim, vt Galenus locum hunc interpretans ait, de longinquo obuiam it malis.

De ſanguinis detractione in vulneribus.

OMnis recens facto vulneri (*niſi in ventre ſit*) *expedit* (inquit Galenus) *ex ipſo ſtatim ſanguinem plus minus e... re. Quippe hoc modo phlegmone minus tentabitur, tum vlcus ipſum, tum quæ circumpoſita ſunt.* Itaq; ... Medicum imitatorem eſſe oporteat, non naturæ tantum vt ſubinde nos monet Hippocrates, ſed etiam eorum, quæ cum ſua ſponte veniant, conferunt. In recenter autem acceptis vulneribus, præſertim magnis & præualidis expedit (vt diximus) ſanguinem effluere. hic certe ſi minime vel minus, quam par ſit effluxerit, quod deeſt ipſi, adijcias oportet, ſanguinem ſcilicet ex vena detrahendo. — *In vulnerib. præmaturam ſanguinem mittendum eſſe.*

Porro trifariam vulnera, vt & reliqua omnia vitia magna graviaque redduntur, vt Galenus in *libro quarto methodi medendi*: nempe vel propter affectæ partis præſtantiam, vel propter affectus vim ſeu B magnitudinem, vel propterea quod ſunt cacoethe, id eſt, maligna. Cuiuſmodi ſunt quæcunque in articulis accepta vulnera ſunt. Hæc enim doloris, vigiliarum, conuulſionis, & delirii periculum afferunt. Quod ſcilicet ibi tendones & nerui & carne vacua, atque oſſea loca ſunt. Vulneris igitur magnitudo, vna cum virium robore mittendum ſanguinem indicat: quanquam qui vulneratus eſt, proſus redundantiæ ſanguinis ſit expers. Quo fit, vt in artis operibus etiam, quamuis ſola ſanguinis abundantia, ipſius detractionem conſulunt. Porro nos ſanguinem detrahimus, in recentibus & nuper acceptis vulneribus, nec ſolum ne plus ſatis, aut circumpoſita loca, vt ſuperius dictum eſt, phlegmone tententur, ſed vt etiam ... cohibeamus, & nimium profluuium impediamus. Hi enim ſunt præcipui ... Cæterum ſi perpetuum eſt, quod ab ... in recenter illatis vulneribus. Hippocrate (vt Galenus ait) didicimus, *incipientem ... fluxionem ad contraria trahendam, & reuellendam: ſe fixam vero iam in laborante particula vacuandam e ... a particula, quæ affligitur, vel à maxime vicina. In promptu nobis & de ſanguinis detractione colligere nunc ... principio hac e longinquo, poſtea ab ... exulceratis partibus ſit emolienda.* Modum vero ſeu quantitatem vacuationis, tum ex redundantiæ modo, tum ex copia ſanguinis, qui è vulnere effluxit, metieris. Adde ex ætate, natura, tempore anni, regione & conſuetudine. & ante hæc ex ipſa laborantis virtute. Venæ autem ſecandæ electio ex laborante particula indicatur. Vt ſi vulnus in capite, collo aut facie acceptum ſit, humeralis in cubito vel manu, ſecanda eſt. Si ea non cernitur, media, quæ ex ea detracta eſt. Interiorem vero (quam baſilicam vocant) incidere vtile eſt iis, quibus inferiores collo partes vſque ad renes & vmbilicum vulneratæ ſunt. Hac non comparente, certe media, quæ ab ipſa diducta in iuncturæ appareat flexura, diuidenda eſt. *Verum vena* (vt Galenus ait libro de phlebotomia) *particulæ ... propria eſt, obſcurior fuerit, & ad mediarum aliquam ... eidem accedat, omnino tibi conandum eſt, vt eam, quæ à propria diducitur, potius incidas.* Eſt vero & quæ inferiores ſunt, cubiti iunctura, eas ſcilicet, quæ in vlna exiſtunt, nihil ſecare prohibeat, vbi nimirum quæ in cubito ſunt, non appareant. Sed eas certe, quæ in rectum ſunt, id eſt, è directo ſitæ, & à venis quas in cubito, ... diductæ. Porro quemadmodum prædictæ omnes partes, vbi ne vulneratæ fuerint, vt ſanguinis ob cauſas ſuperius adductas, egeant detractione, in cubito ſecta vena ... vt dictum eſt, atque renibus inferiores ſunt, illis, quæ per poplites & malleolos decurrunt. At perpetuo quidem ... dum reuellere ſtudes, aut vacuare & phlegmonem prohibere, vena, quæ è directo eſt, ſecanda venit. Manu tamen vulnerata ... & ea iam incipiente phlegmone, laborante D ſanguine valente: ac nimis copioſe in eam irruente ... quæ è directo eſt, reuulſionis gratia ... ſcarificandum erit. Altero vero crurum ſic ex vulnere male habente, reliquum crus ſcarificabis, aut in eo poplitis aut malleoli venam ſecabis, vel certe potius (vt conſulit Aetius) ex brachio, quod è directo eſt, ſanguinem detrahes. Si autem renes, vel partes illis adiacentes, recens vulnus acceperint, quod ſanguinis emiſſionem deſideret, vel propter ipſius affectus magnitudinem, vel ne phlegmone tententur, vena in cubito interior incidi debet, tametſi renes ipſi ambigant quibus potius, ſuperioribus ne an inferioribus attribui debeant, vt Galenus annotauit *libro de curandi ratione per ſanguinis miſſionem*. Verum illud certum eſt, plus ſanguinis ad ipſos ex ſuperioribus partibus, quam ex inferioribus confluere. Non negauerim tamen, quin & ex cruribus ſanguis commode detrahi poſſit. Cæterum in hac re tam ardua, tamque magni in arte medendi momenti, nihil vnquam moliri debet Chirurgus citra periti alicuius Medici conſilium, vt iam alibi ſemel atque iterum monuimus.

Lib. 4 meth. ex Hippoc.

Vulnera tripliciter magna redduntur.

Quæ ſanguinem mittendum indicent in vulneribus.

Sanguis cur in recenter acceptis vulneribus mittatur.

Lib. 4 meth. medendi.

Se fixam violenter trahendam, ad contraria ſemel tendendum.

Modus vacuationis ex quibus indicetur.

Vena ſecanda electio, ex parte vulnerata indicatur.

Vena poplitum & malleoli quando ſecanda.

Semper e directo ſecanda vena.

Aneriſma manus & ab altero crure.

Si renes aut partes circumpoſitas vulnus acceperint.

De purgatione in vulneribus molienda.

E SI vulneratus aluo fuerit aſtricta, ea indita glande aut clyſteri iniecto ſubducenda eſt: vel caſſia aut manna, aut aliquo eiuſmodi leniente medicamento per os accepto, elicienda. Porro ſi vitioſi ſucci in vulnerato corpore ſubſit abundantia, vel vulnus præualidum ſit puro etiamnum exiſtente corpore & citra cacochymiam, iis lenibus modo dictis auxiliis nequaquam contentus eris, ſi ſaltem Hippocratem ducem ſecutus fueris, & eius interpretem Galenum: ſed fortioribus pharmacis purgationem per aluum molieris. Scribit namque Hippocrates, & poſt eum Galenus ... reuulſionem moueant, purgationem per aluum iis vulneribus valde vtilem eſſe, quæ in capite ſunt accepta, item quæ in ventre & articulis. Præterea in iis, quæ ſcinduntur, aut deliganturm id eſt, quæ adeo magna ſunt, vt ſuturis indigeant, aut ſi non his, certe deligatura. Sic autem ad verbum ſcribit Hippocrates: *Purgatio per aluum pleriſque* vlceri-

Aluus quando ducenda in vulnerib.

Purgatio quando in vulneribus neceſſaria.

Hip. in li. de vlceribus.

vlceribus prodeſt. Præterea vulneribus, quæ in capite ſunt accepta, item quæ in ventre, tum inferiore tum ſuperiore (qui ſub thorace eſt) & articulis: Adde his, in quibus oſsis caries impendet. Præterea quæ ſinuntur & exeduntur, & quæ ſerpunt, & reliqua, quæ vlcera diuturna reddunt, etiam quæcunque deliganda ſunt, per aluum purganda ſunt. Hunc itaque locum hunc Hippocratis exponens, vt Galenus ait, *Hiis itaque verbis clare docuit Hippocrates, vlceribus omnibus & vulneribus, quotics prauaſ&a ſunt, purgationem eſſe vtilem.* At quæ purgantia medicamenta, quæ Galeno & Hippocrati in vſu erant, multo ſunt vehementiora (vt ex eorum ſcriptis conſtat) quam vel caſſia, vel manna, vel etiam rhabarbarum, quæ priſcorum ſeculo ignota fuerunt. Si ergo illos imitari voluerimus, fortioribus medicamentis corpora non modo in diuturnis vlceribus, ſed in recentibus quoque vulneribus repurgabimus. Quanquam ea non probentur recentioribus Medicis, ob eas cauſas, quas mox ſubiungemus. Meminit autem *eo loco* Hippocrates ſeorſum eorum omnium, propter quæ non modo vulnera ac vlcera, ſed etiam reliqua alia omnia vitia grauia magnaque redduntur. Nempe præſtantiæ partis, cacoethiæ, & magnitudinis affectus.

Morbi magnitudinem indicatricem eſſe purgationis adhibendæ in vulneribus.

Purgationis igitur in vulneribus adhibendæ, duæ potiſſimæ ſunt, veluti & miſſionis ſanguinis, indicationes. Nempe morbi magnitudo (quam omnium primus adinuenit Hippocrates) & vitioſi ſucci abundantia, quod Galenus *quarto methodi medendi* his verbis expreſſit: *Purgatio non in ſola vitioſi ſucci abundantia conuenienter ſuſcipitur, ſed ſicut miſſio ſanguinis, vel propter ipſius abundantiam, vel propter morbi magnitudinem, ita purgatio, & propter abundantiam alterius cuiuſquam ſucci, & propter vim morbi adhibetur.* Igitur cum in vulnerato corpore vincit ſanguis, eius redundantiam venæ ſectione ſtatim vacuabis. Cum vero ſuccorum vitium abundat, pharmacum adhibebis, quod ad flauam bilem vel atram, vel pituitam educendā vim habet. Sed & per vomitum quandoque vacuationem molimur in ipſis vulneribus, ſi ſaltem Galeno aſſentimus. *Siquidem*, inquit, *fluxio valenter irruat, reuellere ad contraria ſtudebimus, vtique ſi in ſuperioribus vulnus conſiſtat, per inferna purgantes. Sin autem in inferioribus ſit, ſuperiorem ventrem vacuantes. At ſi iam fluxio reſiſtit atque in membro inhæſit, deriuare per vicina magis expedit.* Quibus verbis nos docet Galenus, purgationem interdum adhiberi in recentibus vulneribus, reuulſionis ad contrarium (quam Græci antiſpaſin vocant) gratia. Quæ etiam conuenienter ſuſcipitur, tametſi nulla in corpore ſubſit vitioſi ſucci abundantia, quā vacuare intendamus.

Duæ purgationis in vulneribus adhibendæ indicationes. 1. Vis morbi. 2. Succorum abundantia. Vomitus in vulneribus vtilis. Li. 4. Ther. cap. Scopus alius purgationis in vulnerib. Antiſpaſis.

De potionibus, quæ vulneratis exhiberi conſueuerunt.

QVanquam autem Galenus & Hippocrates purgationem in vulneribus, per valida etiam medicamenta, quæ ſuis temporibus in vſu erant, adhibendam eſſe præcipiant. Nos tamen eiuſmodi valentib. medicamentis in recentib. vulneribus nec vti cōſueuimus, nec cuiquā vtendū eſſe cōſulimus. Sicuti neq; alijs potionib^9, quas nōnulli recens vulneratis propinant. Quandoquidē purgantia iſtiuſmodi medicamenta, & pocula (vt ſic dicam) vulneraria, quæ communiter offeruntur, facultate calida ſunt, & appetentia. Proinde & ſanguinem commouent, & hæmorrhagiam concitant, vulnuſq; ad inflammationem atque abſceſſus diſponunt. In diuturnis tamen vlceribus, fiſtuloſis & canceroſis, illis audacter vtimur. Adhæc cum ſanguis in interaneis in grumos concreuit, & cum purulenta colluuies, in pectore collecta eſt. In glandulis quoque interioribus, ſtrumis ac herniis ſeu (vt dicunt) crepaturis, vt ſuis locis dicetur, quandoque purgationem concedimus. Qui tamen Guidonem præceſſerunt Chirurgi, vt Rogerius & quatuor illi famati magiſtri, in omnibus indiſcriminatim vulneribus itidem & in fracturis omnibus potiones offerebant, confectas ex rubia ſeu erythrodano, quam vulgo rubeam maiorem vocant (ex qua plus quam ex cæteris aſſumunt) tanaceto ſeu athanaſia, cannabe, braſſica rubra, myrrhide, (quæ ſpecies eſt geranii, vulgo herba Roberti nuncupata) geranio altero, qui noſtris herbariis pes columbinus appellatur, ſymphyto, quam aperta ſignificatione (licet non ſatis concinne) poſteriores Latini conſolidam vocant, plantagine, cynogloſſo, hoc eſt, lingua canis, pimpinella, elatine, quæ piloſella vulgo nominatur, caryophyllata & consimilibus. Ex quibus quidem ſuccum exprimebant, vel ea in aqua, vino & melle decoquebant. Et vno quoque die ex ſucco aut decocto ipſorum, quantitatem ſeſcunciæ, id eſt, vnciæ vnius & ſemis, mane ieiunis offerebant. Super vulnus vero mane etiam & veſpere, folium braſſicæ rubentis macerſum apponebant, & facta decenti ligatura, mane ruſſum & veſpere ipſum commutantes, ita relinquebant. Aſſerunt autem eiuſmodi Empirici vnum, quod ego plane ridiculum iudico: Nempe quod ſi potio aſſumpta vomitione reiiciatur, ſiniſtrum quid portendi. Si vero eam ventriculus continuerit, & talis per plagam egrediatur, qualis per os aſſumpta eſt, fauſtum ac bonum quoddam omen portendi. Sed hæc, ſi diis placet, vera ſunt. Cæterum in maiore adhuc errore verſantur, Theodoricus & Henricus, qui recenter vulneratis, præſertim in capite & pectore fortiſſima quædam & calidiſſima pigmenta (ita enim vocant potiones quaſdam ex melle, vino & puluere res multas vehementer calidas recipiente compoſitas) cum quibuſdam exorciſmis, ſeu adiurationibus propinabant, aut ex iiſdem rebus veluti pulticulam conficiebant, quam in modum emplaſtri ſuper linteolum extenſam vulneri apponebant.

Valentia medicamenta purgantia in vulnerib. recentibus ſuſpecta eſſe.

Potio in vulnerib. confectarum a quibuſdam exhiberi ſolita. Herba Robertina. Modus & tempus potionis exhibendæ. Fabuloſum.

Error. Theo. & Henrici. Vide Theod. lib. 2. ſuæ chirur. ca. 3.

De ratione victus in vulneribus, & continui ſolutione, obſeruanda, a Medico præſcribenda.

VVlneratis primis ſeptem diebus (intra quos vt plurimum ſecuri eſſe ſolent à febre & inflammatione) victum tenuem & parcum, frigidum quoque & humidum, præſertim ſi iuuenes & plethorici fuerint, atque ambiens calidus, inſtituito.

Victus tenuis.

Vinum omnibus, dum febris, dum inflammatio eſt, interdicito.

Vinum.

A carnibus duris & valentibus, piſcibus magnis & prauum ſuccum generantibus, pane non fermentato (quem azymum vocant) male ſubacto & improbe cocto, eos arceto.

Carnes.

Caſeum,

A Caſeum, præſertim ſalſum & veterem, fructus fere omnes, allia, cæpas, ſinapi, ſalſa omnia & acria, nec non ſpecies omnes aromaticas, ne guſtent, admoneto. *Caſeum. Fructus, &c.*

[illegible] [illegible] pullos atq; aniculas, quæ in dumetis verſari ſolent, aqua roſarum alteratas: ptiſanam hordeaceam, quam vulgo hordeatum & hordeum mundatum appellant, item lac amygdalinum, & quod auenatum vocant, ita quoque carnium ſimplicia, aut cum ouis præparata, illis in cibum permittito. *Auicula. Ptiſana hordeacea.*

Ex oleribus lactucam, portulacam, boraginem, (quæ bugloſſum eſt hortulanum) præterea olus, quod Arabes aſpanar, nos vero nomine parum mutato, ſpinachium & ſpinargium dicimus, & alia id genus illis concedito. *Olera.*

Aqua cocta illis potus eſto: ſed in aqua cibarius panis, qui Græcis ſyncomiſtos appellatur, vel plurimum furfuris habens, ſordidus dictus, maceratus fuerit. Vel eius aquæ ſimplicis loco, cremor ptiſanæ, aqua hordei, vel (ſi debiles aut ſenes fuerint) vinum aliquod ſtypticum, id eſt, auſterum, quod craſſæ ſit ſubſtantiæ, plurima aqua dilutum: aut ſi tenue concedatur, illud ſit oligophoron, id eſt, parum aquæ ſuſtinens. *Aqua pro potu.*

Breuem ac frugalem illis cœnam imperato. *Cœna.*

B Leuem frictionem, ſed his partibus, quæ longius abſunt á vulnere, adhibeto. *Frictio.*

Vt quieſcant, iubeto. *Optimum enim ſæ* (inquit Celſus) *medicamentum quies eſt.* Moueri autem & ambulare alienum eſt, ſed his præſertim, qui in inferioribus partibus vulnerati ſunt. *Quies. Motus.*

Vt venerem ſummopere deuitent, ſubmoneto. Item iram, contentionem, & omnes vehementes animi motus. *Venus. Affectus animi.*

[illegible] vbi vulneratus á phlegmone & abſceſſu fuerit affectus, pleniore victu tuto vti poteſt, & ad priorem victus conſuetudinem paulatim redire. Vtatur igitur tunc vino aliquo generoſo, & carnibus probi [illegible] [illegible], & naturam, hoc eſt, vires refocillantibus. Cuiuſmodi ſunt carnes gallinarum, [illegible] & veruecum, ſeu caſtratorum arietum, & quæ eius generis ſunt. Quod autem talis victus ratio vtilis ſit, & accommoda vulneratis, ex eo comprobatur, quoniam virtutem fulcit & corroborat, neque febrem commouet. Sed nec phlegmonas, nec hæmorrhagiam concitat, ac præter hæc alimentum vtile & conueniens ſubminiſtrat. Proinde hanc ſummopere commendant, in recens acceptis vulneribus, tam celebres Medici, vt Galen. Haly, Rhaſes, Auicenna: tum etiam recentiores Chirurgi, Brunus, inquam, Gulielmus á Saliceto & Lanfrancus, á quorum ſententia & opinione deſciuerunt, Theodoricus & Henricus, qui ab initio diætam vinoſam & calidiſſimam vulneratis præter rationem [illegible]. Aiebant enim vulneratorum imbecillam virtutem protinus firmandam ac roborandam [illegible] vini potione commode præſtari. Quorum nimium ſententiæ in totum aduerſatur Galenus *libro primo aphoriſmorum, commentario quarto*, ſic inquiens: *In ægrotantibus raro accidit, vt robur corporis maturè [illegible] accepimus ſtudeamus. Magna vero ex parte properamus in longis quidem morbis fouere vires: in acutis vero paulatim debilitatas conſeruare.* Et ſubdit. *Nam ſi eas tales, quales accepimus properemus in ijs ſeruare vel etiam augere, ſemper addemus ad morbum.* Quibus verbis aperte docet Galenus, non ſemper vires in ægris augendas eſſe aut roborandas, ſed ſatis eſſe interdum, ſi eas conſeruemus & fulciamus. Niſi forſan adeo [illegible] & proſtratæ fuerint, vt quæ ab illis ſumitur indicatio, cæteris alijs indicationibus ſit præferenda. Quod [illegible] in omnibus vulneribus non contingit. Adde, quod vbi contrariæ, & ex aduerſo pugnantes inter ſe fuerint indicationes, committendum non eſt, vt dum alteri nimium ſis intentus, alterius omnino obliuiſcaris, ſed vtriuſque memor, quoad licebit, miſcere eas oportet, vt *libro ſeptimo methodi medendi* Galenus noſ [illegible]. *Quod [illegible] tum [illegible] vbique memoria tenere [illegible].* Vnde & circa finem octaui præduli *methodi* ſic inquit. *Ergo tum exercitatum in omnibus, tum natura prudentem eſſe Medicum conuenit: quo cuiuſque indicationis poteſtate diligenter conſiderata, omnibus inter ſe collatis, vnam idonei victus ſummam, quæ laboranti ſit commoda, comparet.* *Vulnerati á vino per initia abſtineant. Vires in morbis non eſſe augendas, ſed duntaxat fouendas & ſeruandas. Therap. 7. Gal. 8 meth.*

C

D

Itaque, vt ſemel dicam, vulneratis per initia vſque ad diem ſeptimum (intra quod tempus fere ſolet phlegmone in locis vulnere affectis excitari) vini vſus interdici debet. Niſi tamen ex largo ſanguinis profluuio viribus deſtituti, intermorientes appareant. Tunc enim ante vllam curationem (vt Celſus ait) vino [illegible] ſunt, quod alioqui inimiciſſimum vulneri eſt. [illegible] vero die ſeptimo, illis (ſi nihil aliud [illegible]) [illegible] vinum modicum & aqua multum dilutum, exhiberi poteſt. Nam ſi ad hũc vſque diem nec phlegmone [illegible], nec dolore afficiatur, [illegible]. Atq; hæc de quarta intentione, quæ [illegible] particulæ arbitrantiam conſeruandam [illegible], dicta ſufficiant. *Vini vſum eſſe interdicendum vulneratis vſque ad diem ſeptimum.*

De quinta intentione, quæ Medico Chirurgico proponitur, in curandis vulneribus, quæ eſt ſymptomatum correctio.

1 QVintam intentionem, quæ eſt accidentium ſuperuenientium correctio, & profligatio, aſſequimur, remedia cuique propria prout res deſiderat, admouendo. Symptomata autem ſeu accidentia, quæ [illegible] [illegible] euenire poſt accepta vulnera & ſolutam vnionem, hæc fere ſunt: Dolor, phlegmone, [illegible] ſeu intemperies, febris, pruritus, conuulſio, paralyſis, ſyncope, mentis alienatio ſeu delirium, [illegible] atque impotentia membri vulnerati. Itaque vulnera nunquam ad integram curationem perduci poſſunt, niſi eiuſmodi ſymptomata prius abigantur. Symptomata enim, quæ magnitudine ſuperant [illegible], ordinem curationis ſæpe peruertunt, immutant atque interpellant: vt *libro primo ad Glauconem*, [illegible] *methodi medendi* Galenus annotauit. Itaque operæpretium duximus, de horum ſingulis ordine, & continua ita ſerie pertractare, á dolore ſumentes initium. *Symptomatũ correctio. Symptomata, quæ vulneratis accidunt. Symptomata interdum curationem peruertere.*

De ſedando dolore in vulneribus. A

Dolor phlegmonas & fluxiones concitat.
Dolorem ſedantia in vulneribus.

DOlor omnis, præſertim vehemens, etiamſi purum ab excrementis totum corpus fuerit, fluxionis cauſa eſt. Particula namque, quę dolore affligitur, ſuccum atque in vulnere ſanguinem maxime ad ſe trahit, copioſiorem ſcilicet, quam ut illi ex vſu ſit: vnde & phlegmone in ea frequenter excitatur. Proinde ſumma cura protinus adhibenda eſt, vt dolor deinde ſedetur, ac in totum, ſi fieri poteſt, ſedetur. Dolorem autem commode ſedamus in vulneribus, aut ſaltem mitigamus, ſi ad particulam læſam fotu, vel ex roſaceo, ſi præſto affuerit, vel ſi eius copia non adſit, ex oleo communi, quod modice incaluerit. Quibus ſi oui candidum vel potius luteum, vbi magna non fuerit inflammatio, ſeu vehemens caliditas, adiiciatur, præſtantius adhuc auxilium efficies, neque ita vulnus in ſpirabis. Quod ſi tam vehemens dolor extiterit, vt neceſſitate coactus fueris, aliquantulum vulneratam ac dolentem particulam ſtupefacere, oleum papauerinum admoueto. Et ſi maior cogat neceſſitas, opii momentum vel mandragoræ (vt quidam recte conſulaverant) adiicies. Quin et ipſi celebres magiſtri ad eum finem laudant radicem violam, triticum & axungiam porci exceptam. Theodoricus plurimum commendabat emplaſtrum ex foliis maluæ coctis, & in mortario contritis, cumque furfure cribratura commiſtis. Quod ſi roſacei momentum prædictis adieceris, melius adhuc medicamentum reddideris. Medulla etiam panis triticei in aqua feruenti macerata, ad ſedandos dolores (vt ſupra diximus) efficaciſſima eſt. Porro ſi dolor admodum vehemens eſt, nec vllis quibus vtimur generoſis auxiliis mitigetur, neruum tunc læſum eſſe ſignificatur. Proinde tunc ad ea, quæ poſtea ad vulnera neruorum ſcribuntur, tibi recurrendum erit. Sed de iis, quæ dolorem leniunt, iterum ac multo fuſius *libro ſexto* agemus.

Emplaſtrum Theodorici.
Roſaceum.
Medulla panis. B

De curatione aduerſus vulnerum inflammationes, & abſceſſus.

Inflammatio quibus maxime vulneribus accedat.
Lib. 5. 9. meth.

INflammatio in vulneribus tum maxime timenda eſt, cum vel os, vel neruus, vel cartilago, vel muſculus læſionem accepit, aut vbi parum ſanguinis pro modo vulneris fluxit. Ergo quoties quid tale erit, ſanguinem maturę ſupprimere non oportebit, ſed pati fluere, dum tutum erit: adeo vt ſi parum fluxiſſe videatur, mitti quoque ex brachio debeat, vtique (inquit Celſus) ſi corpus iuuenile & robuſtum, & exercitatum eſt: multoque magis, ſi id vulnus ebrietas præceſſit. Quod ſi muſculus læſus videbitur, præcidendus erit. Nam percuſſus punctuſve, præſertim in eius capite mortiferus eſt: præciſus vero per tranſuerſum, ſanitatem recipit hoc eſt, ab inflammatione & conuulſione vindicatur. Aliquis tamen ex particulæ motibus vitiabitur. Verum melior eſt (vt Galenus ait) læſio, quam mors. Sic & neruum punctum ſæpe cogimur tranſuerſum præcidere, quoties ſcilicet vel conuulſiones, vel deliria, vel ambo magna ægreque ſanabilia ſuperuenire vulnerationi cernimus. C

Melior eſt læſio quam mors.

Porro ſi iam inflammatio, aut tumor aliquis præter naturam in vulneribus concitatus fuerit, curari debebit iuxta methodum *ſuperiore libro* à nobis traditam, in quo de tumoribus præter naturam abunde diſſeruimus. Cæterum tametſi pro locorum differentia (vt *libro primo de locis affectis* Galenus ait) curationem quoq; variari contingat: Auicenna tamen omnibus indiſcriminatim partibus à capite ad pedes, emplaſtrum hunc ab eo commendatum admouet, quod conſtat *malo Punico dulci, incocto in vino ſtyptico, & poſtea in mortario ſubacto atque in emplaſtri formam redacto.* Cæterum ſi enatus tumor, nec repellentibus, nec per halitum digerentibus medicamentis ceſſerit, pus mouentia ſeu maturantia admouenda erunt. Cuiuſmodi ea ſunt, quæ ad maturanda apoſtemata ſupra retulimus. Huius rei gratia iubet Rogerius fieri totum ex maluis, abſynthio, arthemiſia & farina triticea, vino incoctis, quibus & mellis momentum adiiciendum eſt, axungiæ vero quod ſatis eſſe videbitur. Quod ſi pus per vulnus non vacuetur, aliud loco commodiore illi moliendum erit emiſſarium.

Emplaſtrū Auicennæ ex malo Punico dulci.

De tollenda in vulneribus intemperie, quam diſcraſiam vocant. D

Si calida adſit intemperies.

SI flamminea quædam citra humorum affluxum diſpoſitio, quam diſcraſiam calidam vocant, vulnus occupauerit (quod ex rubore & veſicatione facile deprehendes) affectum locum infrigidare oportet, non hyoſcyamo quidem, aut mandragora, quoniam plus iuſto refrigerant: ſed roſis potius & plantagine, atq; vnguento albo, quæ præter id, quod deſiccant, moderate etiam refrigerant.

Si frigida intemperies vulnus obſederit.
Horum ſimpl. deſcript. ex lib. 6. requirenda ſunt.

Si autem frigida intemperies locum obſederit (quam mollities & cutis liuidus color oſtendunt) ipſum excalfacies, non reſina vel pice, aut aſphalto, quod dæmonis ſtercus appellant: ſed vino & vnguento nigro, aut fuſco, vel eo, quod baſilicon vocant. Quod ſi eiuſmodi ſymptomata vulnus ſeu plagam degenerare faciant in vlcus, recurrendum erit ad ea, quæ de vlceribus *ſequente libro* traduntur.

Porro ſi humida vel ſicca affuerit intemperies, ſuo quoq; contrario profliganda erit. Et ita de compoſitis intemperiebus ages, vt *ſuo loco poſtea* dicetur.

Si febris vulnerato accederit.

Quod ſi febris vulneratum apprehendat, victu refrigerante, qualem in calidis pręter naturam tumoribus deſcripſimus, laborans vti debet. Sed accerſendus erit huius rei gratia peritus aliquis Medicus, qui & congruam illi victus rationem præſcribat, & reliqua ad febrem auxilia ex arte inſtituat, habita ratione ætatis, temperaturæ, regionis, temporis, conſuetudinis, & id genus aliorum. Cæterum ne febris quidem ipſa terrere debet, ſi in magno vulnere, dum inflammatio eſt, permanet. Illa vero pernicioſa eſt Celſo, quæ vel leui vulneri ſubuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet, vel ſi neruorum rigor, aut diſtentio, quæ ex vulnere orta eſt, eam non finit. E

Lib. 5.

De ſpaſmo, id eſt, conuulſione vulneri accedente.

SPaſmos Græce, conuulſio Latine eſt, vbi nerui atque muſculi præter voluntatem conuelluntur, in eamq; diſpoſitionem veniunt, quam etiam in motibus ſecundum arbitrium factis aſſumpſerunt. Per hunc

A bus eius affectum, actio nequaquam ablata eſt, vt eſt in paralyſi, ſed ſolum immutata ac vitiata, vt abunde teſtatur Galenus libro *quinto de ſymptomatum cauſis*, ad hunc modum ſcribens, ſi Græca ſaltem Latine [illegible]. *Conuulſio neruorum, muſculoſque ad eundem cogit affectum, in quem ab animali facultate, cum naturalem habitum ſeruarent, ducebantur. Si igitur voluntarius motus intentio neruorum verſus principium, id eſt, cerebrum, muſculorum abſtrahente [illegible] ſuper[illegible]ſtat, ita conuulſio quoque accidere ſolet. Nam & ſpiritus inflare potens in ipſis generatur, & complures etiam affectus, qui illos intendere queant, quemadmodum phlegmone.* Itaque ſpaſmus ſiue conuulſio, *motus eſt deprauatus, voluntaria facultati motrici accidens, a ſolo morbo* vt ibidem ait Galen. (*in morboſa diſpoſitione proueniens*). Proinde & neruoſa eſt ægritudo, qua mouentur lacerti, id eſt, muſculi ad ſuum principium, & extenſioni ſunt inobedientes: vt *tertio canonum* annotatur ab Auicenna. Neque enim ad ſyndeſmos, id eſt, copulas ſeu ligamenta conuulſio, ſicut neque paralyſis proprie refertur: ſed (vt Galenus ait *tertio de locis affectis*) eorum neruorum, qui voluntatis imperio obediunt, affectio eſt. Auerthoes ſpaſmum definiunt, cum membra ſic contracta ac rigida facta ſunt, vt neque flecti neque extendi quouis modo poſſint.

Spaſmus quo modo fiat Galeno. *Spaſmus quid.* *Conuulſionem ſolum morbo [illegible].* *Auic. 3. tertio can. proprie.*

B Porro omnes conuulſionis cauſas ſeu affectus omnes, qui conuulſionem pariunt, Galenus & Hippocrates in duo capita reuocarunt: nempe in plenitudinem & inanitionem, corporum videlicet neruoſorum, [illegible] motus pertinentium. [illegible] phlegmone, id eſt, inflammationes, plenitudini [illegible] & ardentiſſimæ febres, inanitioni. *Sed nerui, & corpora omnia* inquit Galen. *tendi poſſe [illegible] declarant muſica inſtrumenta. Etenim rumpuntur chordæ, ſiue in humidum vapor[illegible] intentæ etiam, dum chordis inſtrumenta collocauerim. Proinde hu[illegible] laxare ſolent. Sed quomodo ab ſicco aere tenduntur chordæ, vt rumpi [illegible] humidus ſit: Nempe humor madefaciens [illegible], vt in tumorem præter naturam attollantur, [illegible] arefaciens [illegible] contrahit, ita [illegible] chordas & trahit & extendit. Si lora quoque cum ad ignem excitantur, contrahi tendique videntur.*

Lo. 5. de ſympto. cau. & 3. de locis affe. *Duæ in vniuerſum conuulſionis cauſæ Gal. & Hippo.* *3. tertio de locis affectis.*

Tertium caput ſeu tertiam cauſam addit Auicenna, *quæ tametſi materia haudquaquam, ſaltem per initium proportione reſpondeat, noxam tamen* (inquit) *contriſtantem cerebrum adducit.* Proinde nerui hanc ſeu moleſtam quippiam relegantes, contrahuntur & ad ſuum recurrunt originem, adnituntur que interturbantem cauſam ipſam expellere. Qui Barbaram ſectantur medicinam, ſpaſmum non proportionatum ad materiam nominant: quia ſcilicet non accidat ob materiam, quæ implere aut inanire partes neruoſas poſſit, ſed praua potius aliqua qualitate. C Tribus igitur modis fit conuulſio, inanitione, repletione ſeu plenitudine, & copatiendi ſocietate, hoc eſt, cerebro lege commercii patiente, & alteratis per continuationem partibus, vt contingit in conuulſione, quæ fit ab ictu feræ cuiuſdam venenatæ.

Tertia cauſa conuulſionis addita ab Auicenna. *Conuulſionem tribus modis accidere.*

Primus modus, qui ſcilicet fit propter euacuationem ſeu inanitionem, accidit in ſuperfluis purgationibus, & in copioſis atque immoderatis ſanguinis profuſionibus: quem conuulſionis modum (ſiquidem accepto vulnere accidert) malum ac periculoſum eſſe teſtatur Hippocrates *hoc Aphoriſmo: Vbi ſanguis plurimus fluxerit, ſingultus aut conuulſio ſuperueniens, malum.* Crebro enim mortem afferunt. In magnis quoque ac vehementiſſimis doloribus, & adurentibus (vt dictum eſt) febribus, ac colliquante putrilagine, hic conuulſionis modus euenire conſueuit, malum ſane maximum & pene inſanabile, vt Galenus annotauit *in commentario [illegible] aphoriſmi* Hippocratis. *Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quam febri conuulſionem.*

1 *Aph 3 lib. 5.*

Secundus conuulſionis modus fit propter inflammationem & alios tumores præter naturam D (quos *[illegible]* vocat Hippocrates) in vulneribus derepente diſparentes ſeu euaneſcentes, vt *in fine quinti Aphoriſmorum* hac ſententia teſtatus eſt idem Hippocrates. *Quibus tumores in vulneribus apparent, non conuelluntur maxime* (id eſt, non admodum, ſeu non valde ſpaſmo corripiuntur) *neque inſaniunt. Verum his [illegible], derepente quidem a tergo ſiue retro conuulſiones & diſtenſiones fiunt.* quoties ſcilicet (vt in commentario ait Galenus) vulnera pone, id eſt, à tergo infeſtant. Immoderata quoque frigiditas neruoſis partibus adueniens, hoc conuulſionis genus inducit: neruos enim in vnum cogit, ſtipat, cohibet atque replet. Quod & *hoc aphoriſmo* expreſſit Hippocrates. *Frigidum, conuulſiones, diſtenſiones, liuores, rigores febriles* inducit (ſcilicet vel affert.) Sicut enim nequaquam conueniat, neruos ipſos ſeu ipſorum neruorum ſubſtantiam, ab [illegible] calore diſſolui, ſic neque plus nimio, & vltra modum conuenientem refrigerari, ſubſtringi & [illegible].

2 Secundus conuulſionis modus ex repletione. *Frigus conuulſionis cauſa.* *Aph 17 lib 5.*

Tertius conuulſionis modus dolore excitatur, cuius communis cauſa eſt authore Platone *in Timæo*, pathos præter naturam, violenter & affatim incidens. *Ab his enim* (inquit Hippocrates Platone vetuſtior) *quæ naturam mutant ac corrumpunt, dolores excitantur.* Hac quidem vocula (*corrumpunt*) & celeritatem & vehementiam tranſmutationis indicans. E Porro vehementes eueniunt in tactu, (qui inter reliquos ſenſus dolore maxime afficitur) á naturali habitu tranſmutationes, ob violentum calidi frigidique occurſum atque ob eas res, quæ contundere, ſecare, pungere, extendere aut erodere poſſunt. Quippe res huiuſmodi dolorum cauſæ reputantur. Neruoſarum igitur partium punctura, acres quoque & mordaces humores, aut venenoſa aliqua qualitate præditi, in vulneribus modum hunc tertium conuulſionis ſubſtantiam diuellendo excitant.

3 Tertius conuulſionis modus ex compatiendi ſocietate. *Doloris cauſa.*

Quod de punctura diximus, teſtatur Galenus *libro artis medicinalis capite nonageſimo ſecundo*, ſic inquiens: *Nerui vero & chordæ punctura, propter ſenſus vehementiam, & quoniam hæc pars principio, hoc eſt, cere-*

Cauſa conuulſionis ex conſenſu cerebri facta.

cerebro continuatur, prompta eſt ad neruorum conuulſionem excitandam. At tum præſertim, cum nihil extorſum expirat, obcæcato cutis vulnere. Hactenus Galenus. A Acres autem, æruginoſos, & venenoſos ſuccos per conſenſum, & velut quadam partium conſpiratione conuulſionem inducere, oſtendit Galenus *in commentario huius aphoriſmi Hippocratis: Conuulſio ex elleboro lethalis eſt.* Verum conuulſionem iſtam, quæ accidit iis, qui ab elleboro albo (hunc enim ſimpliciter elleborum nominare conſueuit Hippocrates) purgati ſunt, non abſurde ad ſecundum genus conuulſionis (quod fit ex inanitione) quiſpiam adduxerit. Quandoquidem humores ipſi acres & mordaces vim habent exiccandi atque inaniendi. Contigit autem & propter ipſam euacuationem citra mordentes ſuccos, iis, qui ſupra modum perpurgantur, conuulſionem aduenire. Fit enim ob pharmaci, ſeu purgantis medicamenti functionem, vim atque efficaciam, vt ex neruis humiditates attrahantur, & ita reſiccata violentius ipſorum neruorum ſubſtantia conuulſio enaſcatur. Sed & per vomitiones, quas veratrum epotum concitat, accidit morſus ratione conuulſionis fieri, ex conſenſu videlicet communicatuque, & velut quadam partium conſpiratione: nempe perpeſſis ac diſtentis neruis, qui ventriculi oſtiolo ſeu orificio conſentiunt. Sic quoque in vulneribus conſortii lege contingit ſubinde conuulſionem fieri, excitato neruoſis corporibus (à quibus motus ſecundum electionem perficitur) dolore. Sunt autem neruoſæ partes, motui voluntario ac ſecundum electionem & deſiderium facto, ſeruientes, nerui, ligamenta, muſculi & tendones. B *Hæc* igitur, & potiſſimum nerui, vbi ingenti aliquo dolore afficiuntur, cerebrum (quod eſt neruorum omnium communis origo, vt in arbore caudex ramorum) huius noxæ conſors ſtatim efficitur, fitque (vt dixi) propter compatiendi ſocietatem conuulſio, quam non debemus, exiſtimare fuiſſe ab Hippocrate prætermiſſam. Etenim conuulſionem, quæ infeſtat primaria ratione explicuit, dum fieri conuulſionem vacuatione ſeu inanitione repletioneque ſanxit.

Conuulſio ex elleboro, Aph. 1. lib. 5.

Purgans medicamentū interdum conuulſione inducere.

Partes motus voluntario famulantes.

Cæterum ex præfatis conuulſionibus, quædam ſunt vniuerſales, quædam vero particulares. Vniuerſalis conuulſio dicitur, quando noxa cerebro communicatur, & ad ipſum peruenit. Vbi autem noxam illam ſenſerit, tanquam moleſtum aliquid, vehementi conatu eam nititur expellere: In quo quidem conatu neruos ipſos & alia neruoſa corpora contrahit, & conuellit. Particularis vero conuulſio fit, quando noxa non peruenit ad cerebrum, ſed in particula affecta remanet, ipſam contrahens atque incuruans.

Conuulſio duplex.
1 Vniuerſalis.
2 Particularis.

Ideo autem conuulſiones vniuerſales dicuntur, quia maiorem partem membrorum occupant. Quod quidem dictum eſt ad differentiam epilepſiæ, quam comitialem morbum vocamus. Hæc enim C partes omnes apprehendit, atque ideo conuulſio totius corporis ſeu omnium corporis partium merito dicitur, non iugis tamen ac perpetua (vt in emproſthotono & opiſthotono, atque tetano, id eſt, neruorum rigore videre eſt) ſed quæ ex temporum accidit interuallis, hoc eſt, quæ interpolata eſt atque intermiſſa, cum mentis ac ſenſuum oblæſione, in quo & à iam dictis conuulſionum generibus diſcriminatur. Accidit namque, vt is, qui comitiali morbo conciderit, neque videat, neque audiat, neq; vllo ſenſu quicquam percipiat, ac ne conſequi quidem poſſit quid factum ſit. Siquidem cum memoriæ viribus ratio quoque læditur, vt *lib. 3. de locis affectis* Galenus annotauit. Hæc autem in ſpaſmo, de quo nunc agitur, minime ſolent accidere. Cæterum accuratius atque exquiſitius conuulſionis differentias, cauſas & generationis ipſius rationem ac modum perquirere, alterius eſt ſpeculationis. Proinde ad præſens ea conſulte omittemus. Satis enim Chirurgo nunc fuerit, ſi quæ de conuulſione diximus, probe intellexerit: ſi & tum communia, tum particularia differentiarum ipſius ſigna cognouerit, ac periculoſo huic ſymptomati (ne accepto vulnere aliquando eueniat) proſpicere atque occurrere poſſit, & iam præſens remediis topicis, accommodis, & ex arte inſtitutis profligare.

Vniuerſales conuulſiones Morbus comitialis.

Quo differat ſpaſmus ab epilepſia.

D

De ſignis ſpaſmi.

COmmunes conuulſionis notæ ſunt, ægra ſeu difficilis membrorum dimotio, colli tenſio, labiorum contractio ac ſi vellet ridere: maxillarum, dentium & gutturis aſtrictio ſiue ſtrictura: oculorum & totius faciei (vt dicunt) tortura ſeu peruerſio.

Communes notæ conuulſionis.

Si conuulſio ex inanitione apprehenderit, non repente, ſed paulatim ac poſt morbos corpus extenuantes, omnemque eius humiditatem aſſumentes, accidere ſolet. Vt, exempli gratia, poſt largos ſudores aut vomitiones immoderatas, aut alui deiectiones copioſas, aut immodicas ſanguinis profuſiones. Item poſt famem, vigilias, ſollicitudines, motus tum multos, tum vehementes, aridas æſtuantesque febres. Cum enim hæc, & alia (ſi quæ ſunt) id genus, conuulſio ſubſequitur, cauſam eius eſſe ariditatem ex inanitione recte putaueris, vt Galenus annotauit *libro tertio de locorum affectorum* notitia.

Signa conuulſionis ex inanitione.

Si vero ex ſanis alicui repentina ſuperuenit conuulſio, ob repletionem eam fieri neceſſe eſt. & maxime quidem, ſi id viri euenire ſic repente conſpexeris, temulento cuipiam, ac omnino pleno homini, qui videlicet in otio degit. Item ſi poſt tumores aliquos præter naturam ſubito deletos, atque (vt paulo ante dictum eſt) euaneſcentes, vel poſt frigiditates condenſantes, atq; in vnum neruos cogentes, tandem E aliquem ſic repente conuelli contigerit: equidem nerui replentur a frigidis & glutinoſis humoribus, ex quibus etiam nutriuntur, vnde conuulſionem patiuntur. Itaque his præcognitis ac diligenter perpenſis, haud difficile inuentu fuerit vtrum ab ariditate, quæ eſt humidæ eſſentiæ defectus, & vacuatione ſeu inanitione: an ab humoris plenitudine, quæ egeſtati ſeu inopiæ & inanitioni aduerſatur, & ab Hippocrate repletio nominata eſt, affectus ipſe prodierit.

Nota conuulſionis ex repletione.

Spaſmum autem, cui propter compatiendi ſocietatem, hoc eſt, cerebro conſortii lege, ſeu (vt dicitur) per conſenſum affecto, enaſcitur in vulneribus, iis notis deprehendes: A cauſis externis excitatur cum dolore, morſu & moleſtia affligit, ac crudeliter laborantem excruciat.

Spaſmi ex conſenſu cerebri nota.

A *De Spaſmi iudiciis ſeu præſagiis.*

SI conuulſionis noxa membris ſpiritalibus, ac reſpirationi ſubſeruientibus communicetur, tum ſcilicet, ægri ſalutem eſſe deploratam, ac ſubitam mortem futuram. *Præſagia.* 1

Spaſmus abſolutus, ſeu (vt dicunt) confirmatus, præſertim ſi ex inanitione eſt, & neruorum ſiccitate, prorſus incurabilis eſt. Abſoluta enim ſiccitas & prorſus conſummata, inſanabilis eſt Galeno *lib. met. medendi ſeptimo.* *2 Conuulſio ex conſumata ſiccitate.*

Quod ſi ex ſiccitate non prorſus adhuc conſumata conuulſio enaſcatur, interdum (ſed vix ac non facile) curationem admittit. Longum enim tempus (vt in *commentario ſequentis aphoriſmi* Galenus ait) exigitur ad ſiccitatem remouendam. At qui morbi acuties ac vehementia tempus non expectat, quin cito vires diſſoluit, & ſubito exitium affert. *3 Conuulſio ex ſiccitate non prorſus abſoluta.*

Quæ vero ex repletione fit conuulſio, ſanabilis eſt per euacuationem. Repletioni enim contraria eſt euacuatio. Quod & ſequēti aphoriſmo innuebat Hippocrates: *Febrem conuulſioni superuenire melius eſt, quam febri conuulſionem.* Febris enim conuulſioni ex repletione ſuperueniens, humores frigidos & glutinoſos, ex quibus orta eſt ipſa conuulſio, ſolita eſt magna ex parte excalfacere, attenuare atque diſ-B ſoluere. *4 Conuulſio ex repletione Aphor. 26. lib. 2.*

Si vero ex febribus aduenientibus totum corpus exiccetur, & neruis deinde ex ſiccitate conuulſio accidat, hoc maximum (inquit Galenus) eſt malum, & pene inſanabile. *5 Conuulſio ex febribus aduenientib.*

De Curanda conuulſionis methodo.

POſtquam de differentiis, cauſis, ſignis & iudiciis conuulſionis, abunde ſatis tractatum ſit, par eſt, vt deinceps eius curationem exequamur. Eſto igitur illud primum ac commune præceptum in omni conuulſione obſeruandum: *Partes, quæ contrahuntur conuelluntur ue, valenter continendæ ſunt, & inordinatis reſiſtendum motibus.* Oleo in hunc vſum eas perfricare oportet ex liliis confecto, vel ſi eius copia non ſit, oleo communi, tum aquam mulſam aſſumere. Eos vero, qui ex manitione citra febrem conuelluntur, hoc pacto curabis. Oleo, aut certe hydrelæo calido, partes conuulſas primum foueto. Deinde ſi nihil prohibet, etiam ad lauacrum deducito, temperatoque ſolio vtitor cum oleo & frictione leniſſima. Iuuat quoque in calidum oleum totum deſcendere, vel in aquam calidam dulcem, in qua humectantia quædam & le-C nientia decocta ſint. Vt ſunt capita, & extremitates agnorum, hœdorum, vitulorum & arietum pinguiũ: item maluarum ac violarum folia, althææ radices, ſemen cydoniorum, & id genus alia, adiecta olei parte tertia. Sunt, qui ad eundem vſum iubent laborantes ſæpius in labrum lacte caprillo aut bubulo plenum deſcendere: atque vbi caldarium, ſeu lauacrum egreſſi fuerint, oleis humectantibus, vt oleo violaceo & amygdalarum dulcium, ſi illa non adſint, oleo communi optimo: ſi ne id quidem ſit in promptu, adipe non vetuſtiſſimo, gallinæ præſertim, hœdi aut vituli, ceruicem & ſcapulas, & ſpinam, iuncturas quoque & muſculorum capita perfricant. Quidam autem infra ſcripto linimento totam ſpinam, iuncturaſque omnes vtiliter linire conſueuerant. *Recipe olei violarum vncias quatuor, olei amygd. dulcium, pinguedinis gallinæ, medullæ crurium vituli ana drachmas ſex, pinguedinis vituli & hœdi ana drachmas decem: Bulliant omnia ſimul in decoctione maluarum, radicum althææ & ſeminis cydoniorum vſque ad conſumptionem ipſius decoctionis, deinde coletur, & fiat linimentum.* Porro frictio cum omnibus in homine vertebris vtilis ſit, tum iis præcipue, quæ in collo ſunt, cum manus & brachia conuulſio maxime inuadit. Quod ſi febris adſit non humectantia modo, ſed refrigerantia quoque ſint hydrelæo, id eſt, miſcellanea ex aqua & oleo decoquenda erunt. Cuiuſmodi ſunt folia ſalicis, hordeum contractum, violæ, nymphæa (quod nenuphar appellant) *Vnctiones.* *Linimentũ.* *Si febris adſit ſpaſmo.* *Obſeruāda in omni conuulſione curanda.* *Curatio cõuulſionis ex inanitione.* *Fotus.* *Balnea ex oleo & hydraleo.* *Humectantia & lenientia.*

D aut eius farinæ quopiam aliquo. Ergo die noctêque (eſt enim grauis, admodum importunus acutuſque morbus conuulſio) interpoſitis tamen quibuſdam breuibus interuallis iis remediis, hoc eſt, fotibus, balneis & vnctionibus vtendum eſt. Dum ea intermittuntur, imponendum malagma aut cataplaſma aliquod eſt, ex eiuſmodi humectantibus & lenientibus, iiſdem (ſi res expoſtulet) & refrigerantibus, contra quam in conuulſione, quæ ex plenitudine ortum habet. Hæc enim vacuantia ac digerentia, calefacientia quoque, & (cum ex humore procreata ſit) ſiccantia deſiderat, vt mox dicemus.

Cæterum qui ex ſiccitate (quæ inanitionis eſt comes) conuelluntur, nutriendi ſunt ſorbitionibus ex chondro & alicâ, ſi febris non adſit: ex lacte aut hordeato, aut à pullis mollibus, vel agniculis, vel hœdis tenerioribus iure alio pro aſſumpto itemq; quis ſorbilibus. Vinum quoque tenue & aquoſum, quod facile per corporis membra diſtribuatur, illis exhibebimus, aut ſaltem cum ſuis iuſculis, vt ea promptius penetrent, temperabimus, niſi tamen febris acceſſerit. Tunc enim ptiſanæ cremor magis offerendus eſt, ſomnusque accerſendus. Hic enim præterquam quod vires omnes reparat, plurimum etiam humectat. Vigiliæ vero cum ex iis ſint, quæ maxime euacuant & exiccant, conuulſionem ex ſiccitate accerſunt. *Alimenta in conuulſione ex ſiccitate facta idonea.* *Somnus conciliandus*

E Hæc rigandi, fundendi etiam ſunt clyſteres, ex lacte, & ex eodem conficienda gargariſmata. Itaque (vt ſemel dicam) in hoc conuulſionis genere, curandi methodus vnicum habet ſcopum, nempe humectationem. Quem certe (ob *ſuperius* adductam rationem) non facile eſt aſſequi. Ægrius namque curantur, quæ in humido ſiccoque habentur alterationes, quam quæ ex calido & frigido conſiſtunt. Hæc enim maxime actiuis qualitatibus corriguntur. Illarum vero curatio imbecillis, & (vt ſic dicam) magis materialibus & paſſiuis qualitatibus perficitur, potiſſimumque cum humectandum eſſe requiritur, vt *libro ſeptimo ſuæ methodi* Galenus nos edocet. Si tamen vlla ſpes curationis eſt, in ſupra memoratis remediis conſiſtit. Itaque etſi malum hoc fere ſit immedicabile, cum tamen ſæpe etiam præter expectationem quædam eueniant, curatio venit aggredienda. *Ex 7. meth. medendi.*

De Cu-

De curatione conuulſionis ex plenitudine.

IAm vero ſpaſmum ex humiditate & plenitudine curabis per euacuantia. Vacuare autem oportet, & á toto corpore, & ab ea parte, quæ conuellitur. Porro à toto corpore plenitudinem vacuamus, duobus potiſsimum auxilijs, nempe ſanguinis miſſione & purgatione. Sanguinem mittemus maxime, in quibus vel multus ſanguis abundat, vel phlegmone conuulſionem excitauit, etiamſi laborans prorſus redundantiæ ſanguinis ſit expers, modo nihil obſtiterit eorum, quæ ſanguinem mittendum dehortantur. Venæ autem ſecandæ electio ex laborante phlegmone ac conuulſione, particula tibi indicabitur. Modum vero ſeu quantitatem vacationis inuenies, tum ex redundantiæ modo, tum ex reliquis, quæ in ſectione venæ ſpectanda & æſtimanda ſunt: Nempe ex ætate, natura, tempore anni, conſuetudine, regione, cœli ſtatu, & ante hæc, ipſa laborantis virtute. Cæterum ſic vt oportet, facta per ſanguinis detractionem, totius corporis vacuatione, & humorum influentium auerſione, mox phlegmones curationem aggredieris. Cuius (vt & omnium aliorum tumorum, qui præter naturam conſiſtunt) ſi iam facta eſt, caput ſeu ſcopus præcipuus eſt, infeſtantis humoris vacuatio. Cum etiam phlegmone dupliciratione (vt Celſus ait) á natura recedat, & quod pars ipſa multo ſanguine ſit referta, & quod eadem ſit calidior, vtrique vacuationis indicatio, refrigerationis indicationem vincit. Quod ſi adhuc in generatione eſt, in hac prior vacuatione eſt, confluentis ad affectum locum ſanguinis inhibitio. Sed de hac *alibi* abunde dictum eſt. Vbi vero corpus vel flaua bile, vel atra, vel pituita, vel ſeroſis humoribus refertum fuerit (quem habitum Græci cacochymiam nominant) tum purgatione, quę cuique ſuperanti ſucco ſit accommoda, vacuationem moliemur. Verum enimuero, quoniam conuulſio ex humiditate ſeu plenitudine, qua ſæpe etiam repente capiuntur, magna ex parte à pituitoſis humoribus craſsis, glutinoſiſque in ipſa neruoſarum partium ſubſtantia infarctis, procreari ſolet, eius potiſsimum, quæ ab hac cauſa ortum habet, curationem ſubijciemus.

Vacuatio a toto corpore

Sanguis in quib. mitti debeat.

Quæ in mittendo ſanguine obſeruanda.

Purgatio quando adhibenda.

A

B

Ergo quæ crudos, craſſos & viſcoſos humores potenter euacuant medicamenta (inter quæ primas obtinent, hiera picra & agaricum) hac conuulſione laborantibus exhibeto.

Clyſteribus acribus eorum aluum ſubducito.

Peſſis & ſuffitibus in mulieribus (ſi occaſio detur) menſes euocato.

Gargariſmatis, apophlegmatiſmis, & errhinis ſeu ſternutatorijs actionibus, pituitam per os & nares educito.

Abunde repurgato corpore, ceruicem, axillas, & inguina, oleo liliorum, coſtino, ſpicato, laurino, & ex pulegio, addito caſtorei, & euphorbij momento, inungito: & lanam mollem ac ſuccidam ſacto litu ſuperimponito.

Rogerius ad eiuſmodi ſpaſmum, ſequens vnguentum inſtituit, quod & Theodoricus approbauit.

Curatio conuulſionis a craſsis & viſcoſis humoribus.

C

℞. *olei muſcellini vnc. vnam, petrolei ſemunciam olei communis & butyri ana vncias quatuor, ceræ vnciam vnam, ſtyracis calamithæ, ſtyracis rubræ, ſingulorum drachmas duas & ſemis: maſtiches, olibani, gummi hederæ, ana vnciam ſemis. ex iis omnia, quæ liqueſcere poſſunt, igni admoueantur: alia vero trita, & in puluerem redacta, ſuperinſpergantur: poſtremo addatur ſtyrax, & fiat vnguentum ex quo moderate calefacto, ceruix, & collum totum, ac vniuerſa ſpina dorſi inungatur.* Sunt, qui iubeant eodem aut conſimili vnguento, totum corpus inter duos ignes, aut in hypocauſto, nudum hominem conſtitutum, vel ſi æſtas eſt, in ſole inungi. Porro huic vnguento vſus eſt alibi Theodoricus addidiſſe herbas, quæ ingrediuntur compoſitionem vnguenti, quod aragon nominatur, & alterius, quod Agrippæ tribuitur, quorum deſcriptiones extant apud antidotarium Nicolai. Et præter hæc addit oleum de caſtoreo, & pinguedinem ex limacibus rubris aſſumptam. Vocabatque tunc eiuſmodi vnguentum alabaſtrinum, quod ſane neruorum contractionibus apprime eſt vtile & accommodum. Conducunt etiam magnopere ad ſpaſmum eiuſmodi, oleum vulpinum, laurinum, rutaceum, ſicyonium, chamomelinum, de iunipero, de terebinthina. Item oleum benedictum, & oleum philoſophorum. Ex iis itaque & conſimilibus, frictio, omnibus in homine vertebris, vtiliſsima eſt. Iuuat etiam nonnunquam totum hominem in labrum illis calidis oleis plenum deſcendere. Sed & hypocauſta ſiue thermæ & ſtuffæ (vt vocant) ſiccæ, quæ ex ſuffitu rerum deſiccantium fiunt, aliaque id genus, quæ ſudores euocant, & ſuperuacaneas corporis humiditates reſoluunt atq; abſumunt, cerebroque, & neruis robur afferunt, circa finem, & corpore iam, vt oportet, repurgato, mirum in modum cōferre credantur. Quod ſi & febris huic ex plenitudine cōuulſioni superuenerit, modo hæc fuerit ephemera, ſalubre admodum eſt: frigidos enim (vt *ſupra* diximus) & glutinoſos humores, quibus nerui ipſi conuulſi replentur, calfacit, extenuat, atq; diſſoluit, quod curationi eius ſpaſmi caput eſt. Itaq; ſi ſua ſponte febris in hoc genere conuulſionis non enaſcatur, eam ex induſtria quadam acceſſunt & exuſcitant, idque per exhibitionem confectionis anacardinæ, ad quantitatem nucis auellanę. Alij ad eundem finem offerunt caſtoreum, & aſſam fœtidam, vel opopanacem addita mellis portione dupla. Mithridatium quoque, & theriace in hoc affectu mire proficiunt: Neruos enim roborāt, & crudos ſuccos concoquunt, attenuantque, eo ſcilicet nomine, quod excalfaciant. Cauendum vero præcipue frigus eſt: ideoq; in eo conclaui, quo cubabit æger, ignis continuus eſſe debebit, maximeq; tempore antelucano, quo præcipue frigus intenditur. Vinum per initia præſertim, guſtandum non eſt, ſi quidem huius vſus tum præcipue periculoſus eſt, eo potiſsimum nomine, quod fluxionem prorītat. Vini loco aqua mulſa exhibenda eſt, in qua decocta ſit ſaluia, & radix acori, cum momento nucis muſcatæ. Victus tenuis, primis ſaltem diebus, conuulſis à plenitudine inſtituatur, idemq; calfaciens & exiccans. Hactenus de curatione conuulſionis ex plenitudine.

Vnguentum Rogerij.

Olea ſpaſmo ex plenitudine conferentia.

Febris conuulſionis ex plenitudine ſuperueniēs bonum.

Mitridatiū.

Theriaca.

Frigus conuulſis nocuum.

Vinū quando & quare conuulſis interdicendum.

D

E

A *De Curatione conuulſionis ex compatiendi ſocietate.*

CÆterum conuulſio, quæ fit propter conſenſum, & velut quadam partium conſpiratione ſeu compatiendi ſocietate, ſi ex dolore excitata eſt, per anodyna, & dolorem ſedantia curationem recipiet, vt in *ſequentibus* dicetur, cum de vulneratis agetur. Si vero ex morſu ictuue alicuius venenoſi animantis, conuulſio oborta ſit, theriaca parti affectæ ſuperimponenda erit, & cucurbitula defigenda, vel cornua quædam, quibus nonnulli cucurbitularum vice vtuntur. His enim, quæ citra calefactionem ex alto vehementius extrahunt, totam eius, quod infeſtat & dolorem creat, ſubſtantiam vacuabis. Sunt autem & qui ore ſuo virus extrahunt, ægræ videlicet particulæ (vt *ſuperius* dictum eſt) admoti, ipſamque labiis complexi. Si autem accidat conuulſio, ob morſum oris ventriculi (quod proprie ſtomachus appellatur) ab acri aliquo, mordaci & erodente humore excitatum, vomitus ſtatim concitandus eſt, poſt quem ventriculus roborandus erit, tum iis, quæ extrinſecus admouentur, tum iis, quæ intro aſſumuntur iuxta periti alicuius Medici conſilium. Porro in omni conuulſione à quacunque cauſa ortum habeat, cerebrum in primis roborandum eſt. Caput igitur abraſis crinibus oleo liliorum fouendum erit. Iuuat & eodem oleo, ceruicem, totamque dorſalem ſpinam, axillas quoque & inguina inungere. Hoc enim ſpaſmo, præſertim humido, eſt dicatiſſimum. Hora paroxyſmi bonum eſt, laborans contineat inter dentes baculum ſalicis, ne os exacte claudatur, & lingua à dentibus dilaceretur. Vltimum eſt, ſi nihil aliud fieri
B poſſit, neruum, aut muſculum, ex quo conuulſio orta eſt, tranſuerſum præcidere, vt Galenus & Rhaſes conſuluerunt: præſtat namque vnius particulæ actionem amittere, quam totius corporis (Melior quæ, vt Galenus ait) læſio, quam mors. Itaque hoc pacto conuulſionem quidem ſanaueris: aliquam tamen ex particulæ motibus vitiaueris. Vt autem ei, quod vrget, & vnde primum maximeque homini imminet periculum, ſuccurramus, cogimur ſic nonnunquam alium inſanabilem affectum relinquere.

Curatio conuulſionis ex compatiendi ſocietate.
Dolor.
Morſus vel ictus venenatorum.
Morſus oris ventriculi conuulſionẽ excitat.
Cerebrum in omni conuulſione roborandum.
Muſculum aut neruum interdum per tranſuerſum eſſe præcidendum.
Læſionem quam mortẽ potius optandam.

De paralyſi ex vulnere.

PAralyſis, id eſt, neruorum reſolutio, latus vnum aut alterum, vel partem quampiam, non autem corpus totum infeſtans: interdum etiam vulnera, & contuſiones inſequitur, ſed capitis maxime & totius ſpinæ dorſi, vt multis exemplis Galenus aperuit *libro de locis affectis tertio*. Porro an paralyſi ipſa, quæ ex vulnere accidit, partes, quæ è regione vulneris ſunt, vel potius oppoſitas inficiet, ad præſens dicere omittemus. Eſt autem paralyſis *neruorum relaxatio ſeu mollificatio, cum priuati motu ſenſuque motus non quidem to-*
C *tius*, vt dictum eſt, *ſed vel lateris vnius duntaxat, vel priuata alicuius particulæ*. Quo fit, vt is affectus ſit conuulſioni contrarius: in hac enim durities adeſt cum motu deprauato ac permutato: durities autem mollificationi ac relaxationi eſt contraria. Vnde Galenus *libro tertio interiorum affectorum* [illegible] *inquit: tum omnes pariter nerui, tum ſentiendi tum mouendi vim amiſerint, apoplexia huiuſmodi affectio nominatur. Vbi vero alteri lateri aut dextro aut ſiniſtro id accidit, paralyſis, & reſolutio nominatur, eius ſcilicet partis, in qua cõtigit affectus, interdũ dextræ, interdum ſiniſtræ. Quod ſi in aliquo membrorum idem euenerit, eiuſdem membri reſolutio* [illegible] *netur. Nam & tota manus & totum crus interdum reſoluitur, atque ſolus in crure pes, & quæ ſub genu ſunt.* [illegible] *ter proportione dicendum eſt*. Hactenus Galenus: ex cuius verbis colligere licet, paralyſim aliam eſſe vniuerſalem, aliam vero particularem. Vniuerſalis ea eſt, quæ alterum latus totum aut dextrum aut ſiniſtrum occupat. Particularis vero, quæ priuatim alicui duntaxat particulæ accidit. Sic & de ſpaſmo per analogiam dici poteſt nempe quod alius ſit vniuerſalis, alius vero particularis.

Paralyſis ex quibus vulneribus excitetur.
Paralyſis quid.
Paralyſin affectum eſſe conuulſioni contrarium.
Paralyſis vniuerſalis.
Paralyſis particularis.

De cauſis & ſignis paralyſis.

D

CAuſæ paralyſis atque eiuſmodi ablationis ſenſus & motus, geminæ ſunt: nempe internæ & externę ſeu extrinſecus aduenientes. Externæ cauſę reſolutionis neruorum, ſunt caſus ab alto, percuſſio, inciſio, ſectio, compreſſio vel conſtrictio, frigiditas violenta & vehemens, vicinæ partis phlegmone, vel ſcirrhus, & id genus alia, quæ extrinſecus euenientia, vel continuum ſoluunt ſeparantue, vel ſpirituum vias occludunt, & facultatis animalis delationem impediunt. Internæ autem cauſæ ſunt humores craſſi & viſcoſi, neruos cerebri aut ſpinalis vocatæ medullæ (quæ ipſius cerebri vicaria eſt) obſtruẽtes. Neruorum .n. corporib. ita obſtructis & craſſior.b. redditis, animalis facultatis (quæ ſenſum & motũ præſtat) in membra delatio impeditur. Cæterum anxie diſquirere, quo pacto per neruorum reſolutionem, ſeu paralyſin, interdum ſenſus duntaxat, interdum motus, nonnunquam ambo ſimul pereant, & alia multa ad rem propoſitam attinentia, nequaquam præſentis ſunt ſpeculationis. Satis enim fuerit Chirurgo ſi præter ea, quæ iam de paralyſi dicta ſunt, ſedem primario affectam, & à qua noxa orta ſit, ſimul que diſpoſitionem eius cognouerit. Niſi enim hæc (inquit Galenus) accurate cognouerimus, nequaquam eas
E partes, quibus vel ſenſus vel motus vitiatus eſt, recte curabimus.

Porro ipſam affectam ſedem ex anatome facile ipſi deprehendemus. Nam cum ex ea cognouerimus neruos, qui per faciei partes ſparſi ſunt, à cerebro dimitti, ſi earum aliqua, ſimul cum toto corpore reſoluta eſt, haudquaquam nos latere debet, reſolutionis diſpoſitionem in ipſo cerebro conſiſtere. Vbi vero partes, quæ ad faciem attinent, incolumes ac illæſæ permanſerint: hæ autem, quæ ſub ea ſitæ ſunt, vniuerſæ reſolutæ fuerint, ſpinæ initium tunc affici cenſendum eſt. Ex ipſa enim anatome didicimus, quod omnes animantis partes ſub ceruice poſitæ (quæ à conſilio & voluntatis imperio moueri poſſunt) neruos habent, qui eas moueant, procedentes ex ſpinali vocata medulla. Quod & iis verbis Galenus teſtatus eſt *lib. quarto de ſymptomatum cauſis: Si ſpinæ principium lædatur, ſola partes capitis, quoad vixerit ani-*

Cauſa externa paralyſis
Interna cauſa paralyſis.
Nota cerebri primario affectum paralyſis ex lib. 3. de locis affectis.
Nota paralyſis initio ſpinæ affecto.

SII *mans,*

manu, & ſentire & mouere poſſunt. Quod ſi cerebro ipſi neque cerebro accideret, qui ſic affecti fuerint, is omnium partium & motum & ſenſum illico deperdunt. Atque eadem quoque ratione, ſi toti corpori conuulſio acciderit, eundem ſpinæ locum, nempe initium affectum eſſe declarat, faciei partibus omnino ſeruatis illæſis. Quod ſi hæ quoque afficiantur, cerebro noxam iam illatam eſſe oſtendunt. Ad hæc nouimus ex corporum diſſectione, neruos, qui pectus mouent, ex ea ſpinæ parte, quæ in ceruice eſt, ortum deducere. Quocirca vox perit omnibus, quibus ea ſpinæ pars, quæ in ceruice eſt, fuerit affecta. Ipſa vero ex tranſuerſo inciſa, ſi tota fuerit diſſecta, omnes, quæ ſub ipſa ſunt corporis partes ſenſu motuque priuari neceſſe eſt, vtpote ſuſcipiente ſpina à cerebro, vim tam ſentiendi, tum mouendi pro arbitrio. *Præterea in anatomia* (inquit ille) *vidimus, vbi per tranſuerſum ſpinæ inciſiones ad medium vſque duntaxat, ſecundum longitudinem ſpina ipſa ſecaretur, non omnes ſuppoſitas corporis partes, ſed eas duntaxat quæ e regione ſectionis erant, reſolutas. Dextras quidem, dextra ſpinæ parte diſſecta, ſiniſtras vero, vbi reliqua pars eſſet inciſa.* Itaque (ſubiungit Galenus) *manifeſtum eſt, quod circa primum ſpinæ proceſſum facta aliqua diuiſione, per quam cerebri facultas, quominus ad ipſam perueniat, prohibetur, omnia inferiora membra, dempta facie, ſenſu, motuque priuabuntur. Vbi vero media duntaxat eius proceſſus pars fuerit affecta, non omnes inferiores partes reſoluentur, ſed vel ſiniſtræ duntaxat, vel dextræ. At vero ſpina in inferiori loco affecta, nempe ſub ea neruorum propagine, quibus thorax attollitur, idque vel ob luxatam aliquam vertebram, vel alio quouis modo (vt vulnere ſi quidem ingens fuerit) affectus partes inferiores omnes, ſubito & ſentiendi & mouendi facultate priuantur. Si vero non ita vehemens fuerit affectus, ſtuporem inducet. Atque ii mortem effugiunt, quandoquidem ſpiratio in eiſis ſeruatur. At quibus quinta ſpinæ vertebra vulnerata, aut quouis alio modo affecta eſt, eorum manus omnino, & ſenſum, & motum amittit. Quibus vero ſexta, iis non in totum ſentiendi mouendique facultas (in manibus) perit: quippe prima brachii partes illæſa ſeruantur. Id vero multo magis, ſi ſeptima ſpinæ vertebra fuerit affecta. Octauæ vertebræ affectus perquam exiguam (hac vero inferiorum nullam) penitus noxam manibus inducere poſſunt. Maximam vero noxam ex læſa hac vertebra ſentiunt, thorax, & reliquæ partes inferiores. Itaque ii hoc pacto ex anatomia, neruorum ad ſingulas partes venientium principia didiceris, perquam difficile earum vel ſenſum, vel motum deperditum curabis, reſtitueſue. Porro humorem peccantem, ac paralyſin committentem deprehendes ex propriis cuiuſque humoris notis. Cauſas vero externas ſeu euidentes facile cognoſces ex relatu & iudicio laborantis.*

Gal lib. 4 de ſym. cau. & lib. 3. de loc. affect.

Lib. 3 de loc. affect.

Ex lib. 4. de ſym cau.

Si quinta ſpinæ vertebra afficitur. Si ſexta vertebra affecta eſt, vel ſeptima.

De Iudiciis ſeu præſagiis paralyſis.

1\. *Paralyſin affectum eſſe ægre ſanabilem.*

PRæſagire ac iudicare de paralyſi, à quacunque occaſione ortum duxerit, deque omnibus neruorum affectibus, quod ægre admodum ſanabiles ſunt. Nerui enim ipſi pauco admodum natiuo calore participant, qui curationis membrorum opifex eſt, & cauſa effectrix potiſſima. Proinde veriſſimum etiam eſt, quod vulgo dici ſolet, nempe *paralyſin in ſenibus perquam difficile curari*, hi enim natiuo calore (qui robur eſt facultatis nos gubernantis) propemodum ſunt deſtituti. Quod Hippocrates his verbis expreſſit *Senibus parum calidi innati ineſt.*

2\. *Senes vix vnquam à paralyſi liberari.*

Quam ſententiam veram eſſe teſtatur Galenus, ſiue quis ad qualitatem ſermonem referat, ſiue ad ſubſtantiam *Tremor & febris ſi paralyſi ſuperuenerint, bonum*: febres namque neruorum reſolutionibus (vti & conuulſionibus ex repletione) aduenientes partim quidem ſuperfluam diſſoluunt humiditatem, partim vero, concoquunt frigiditatem, quæ duæ ſunt Medicis in curanda paralyſi (vti & ſpaſmo ex plenitudine) remediorum intentiones. Ad hæc *paralyſis quæ ab ictu, vel caſu non vehementer neruos atterente, contundenteque excitata eſt, curatu non admodum eſt difficilis*, vt contigit illi Pauſaniæ Syroſophiſtæ cuius meminit Galenus *in fine libri tertii de affectorum locorum notitia.* Cum enim Romam aliquando veniſſet, dum per viam deferetur, vehiculo excidit, atque in dorſi initio læſus eſt: vnde ſecundum duos minores ſiniſtræ manus digitos, atque medii partem mediam, ſenſum in primis quidem difficilem habuit, poſtea male curantibus Medicis, ſenſum omnino amiſit. Huic autem remedia, quæ illi imperiti Medici digitis fruſtra adaptauerant, læſæ parti, hoc eſt, initio ſpinæ, Galenus ipſe (vbi mali occaſionem intellexit) ſtatim adhibere iuſſit, atque ſic vir ille celeriter ſanitati eſt reſtitutus. Quæ vero ab inſigni atque effatu digna neruorum contuſione vel diuiſione oritur particularum reſolutio, prorſus inſanabilis eſt. Soluta enim in illis continuitas, nunquam (vt dictum eſt) perfecte curatur. Recte quidem & conformiter ad Galeni ſententiam Auenzoar aſtruxiſſe viſus eſt, ſubitæ mortis periculum imminere, ſi nerui anhelitus, hoc eſt, reſpirationi ſeruientes, aliquibus vulnerati, aut quouis alio modo inſigniter affecti fuerint: in ipſis enim ſtatim perit reſpiratio. Quo fit, vt præfocati repente moriantur. Quomodo enim ablata reſpiratione (quæ actio eſt vitæ neceſſaria) diutius viuere poſſent? Si membrum reſolutum non imminuatur nec emarceſcat, colorque eius non immutetur, ſpes aliqua curationis ſubeſt. Si vero contabeſcat & gracileſcat inſigniter, colorque natiuus pereat, atque à ſeipſo plurimum euariet, malum portendit.

3\. *Tremor & febris ſi paralyſi ſuperuenerint bonum.*

4\. *Paralyſis ab ictu, vel caſu.*

Pauſ. ſophiſta vehiculo excidit, vnde paralyſin in digitis contraxit.

5\. *Paralyſis ex vehementi neruorum contuſione vel diuiſione.*

6\. *Paralyſis neruorum reſpirationi famulantium.*

De Paralyſi ex vulneris curatione.

7\. *Nota paral. curabilis an incurabilis.*

In curanda paral. diætetica & pharmaceutica opus eſſe.

IN curanda neruorum reſolutione (quæ paralyſis dicitur) ex accepto vulnere, vel cauſa alia extrinſecus incidente oborta, præmiſſa totius corporis vacuatione, vel per purgantia medicamenta, vel per ſanguinis detractionem, vel per vtrumque vires exigit: factis item, vt decet, humorem in partem reſolutam influentium auerſionibus, præſcriptaque victus ratione congrua (quæ omnia periti alicuius Medici conſilio fieri debent) topicis remediis aduerſus illam ſedulo pugnare debet Chirurgus. Itaque cum duabus in hoc affectu profligando Therapeutices, id eſt, curandi facultatis partibus, opus ſit: nempe ea, quæ victu & quæ medicamentis, tam intro aſſumendis, tum foris admouendis medetur: eam

hic ſolam

A Hic ſolam curationem exequemur, quæ medicamentis foriníecus admouendis, perficitur: ne qui Chirurgiam profitentur, diæteticam & pharmaceuticam (quæ peritiſsimũ & rationalem Medicum deſiderant) turpiter in magnam laborantis perniciem (vt plerique hodie adſolent) abutantur. Cæterum cum multa variaque præſidia, foriníecus in curanda paralyſi ex vulnere, aut alia quauis externa cauſa ſuſcitata admoueri ſoleant, vt emplaſtra, cataplaſmata, vnguenta, illitus, fotus, cucurbitulæ, & alia id genus: Guido tamen vno liquore longe optimo, & ad effectum eiuſmodi fine ſymptoma profligandum efficaciſsimo contentus erat: quod quidem ex Ioanne illo Meſue, viro in familia Arabum doctiſsimo, ac in re medica Euangeliſta à quibuſdam nuncupato, deſumpſit, eo loci, vbi de cordis paſsionibus agit. Eo autem liquore illinere ſolebat Medicus ille Arabs ceruicem, totamque ſpinam dorſi, atque etiam affectam ipſam partem illam. Confert namque hoc pacto mirifice roborandis membranis ſpinalem medullam obuoluentibus, ſubſtantiæ ſpiritali, qua viuimus, neruis quoque & oſsibus. Proinde paralyſi, omnibuſque neruorum ægritudinibus, cordis palpitationi & tremori, atque etiam manifeſtæ laſsitudini, mire, ac ſupra humanam opinionem prodeſt. Adde, quod nullum medicamentum eo præſtantius inueniri poteſt, vbi cor celeri, teſtimonio eget refectione ac refocillatione ſi ſaltem ipſi Meſuæ credimus. Cæterum
B eſt, quod cum ipſo Meſue vehementer admiremur, priſcos illos tum Medicos, tum philoſophos integros, & rerum naturæ peritiſsimos nullam in ſuis ſcriptis eiuſmodi inunctionis ſpinæ mentionem feciſſe: cum vix aliud tam præſtans auxilium inueniri aut excogitari poſsit, ad vitæ ſubſtantiam conſeruandam. Nouiſti namque (vt ſatis opinor) ex anatome, ſpinam dorſi in homine eſſe veluti carinam nauis, & fundamentum reliquorum oſsium, imo vero & principium. Noſti præterea, ſub hac, veluti ſolido quodam propugnaculo & muro tutiſsimo, dorſalem ipſam medullam conditam eſſe, quæ cerebri quidem germẽ eſt & expanſio, duorumque corporis neruorum principium: per quos velut internuntios corpus vniuerſum tranſmittit, primum quidem & maxime motum, cum hoc autem etiam & ſenſum. Adde, quod in ſpondylis dorſi, qui ſpinam ipſam conſtituunt, mira natura prouidẽtia eſt ornata ſunt quædam ſubtilia foramina, per quæ vaſa, ſpiritum, & ſanguinem deferentia (venæ inquam & arteriæ) intro quidem, foras vero nerui ipſi, ſenſum & motum in corpus vniuerſum comportantes, feruntur. Quo fit, vt ſpina ipſa ſit veluti platea, ſeu via quædam publica, non modo neruorum, ſed & venarum & arteriarum. Proinde & ſpirituum ac virtutum. Ad hæc, non ignoras magnam ipſam venam concauam dictam, eidem &
C arteriam aortam vulgo nuncupatam, iuxta ſpinam ipſam totam repere, ſed & partium ſpinalium eſt veluti ſubſternaculum, & (vt quiſpiam dixerit) veluti lectus aliquis. Atque (vt Meſue inquit) medullam continet veræ * humiditatis. Multas ergo eaſdemque bonas, atque præcipuas vtilitates intentiones cumulabis ex inunctione ipſius dorſalis ſpinæ, quam veteres ipſi tum Medici tum philoſophi, vel prorſus ignorantes neglexerunt, vel eam nobis inuiderunt, cum ne verbum quidem in eorum monumentis de ea ſcriptũ inueniatur, vt Meſue teſtatus eſt. Porro liquoris illius tam eximij atque ad tam multa vtilis compoſitio & conficiendi ratio apud præfatum authorem talis eſt.

*Rec. gummi myrrhæ electæ, aloes hepaticæ, ſpicæ nardi, ſanguinis draconis, thuris, mumiæ, * opobalſami, bdellij, carpobalſami, ammoniaci, ſarcocollæ, croci, maſtiches, gummi Arabici, ſtyracis liquidæ † ana drach. duas, ſandali electi, ſucci caſtorei, ana drachmas duas ſemis, muſchi drach. ſemis, terebinthinæ optimæ ad pondus omnium pulueriz anda pulueriz entur, & omnia miſceantur cum terebinthina, reponantur que in furnibulo ſeu deſtillatorio, quod alembicum vocant, & illa ingenio ac lento igne, vt decet, deſtillentur. liquorem autem per deſtillationem ſublimatum, vaſe vitreo ſerua excipe.* Hic liquor proxime accedit ad verum ſuccum balſami. Guido à Cauliaco quandoque huic pretioſo liquori addebat herbas dicatas paralyſi, & tum generoſius atque efficacius multo (vt ipſe teſtatur) experiebatur auxilium.

D

De ſyncope ex vulnere.

SYncope (definitore Galeno *libro duodecimo Therapeutices*) eſt *præceps virium lapſus, qui immoderatas euacuationes, angentes dolores, vigilias principiorum intemperiem, atque animi vehementes affectus ſequi conſueuit*. Ea autem ſyncope, quæ in vulneribus accidit, magna ex parte creatur, vel ex immodica ſanguinis profuſione, vel ex vehementi dolore. Hanc proximam eſſe cognoſces, tum ex arteriarum pulſu elangueſcente ac deficiente, tum ex pallido vultus colore, tum ex motu totius corporis ignauo, ac difficili, ſed præcipue palpebrarum & partium extremarum, tanquam illis erigendis, aut attollendis non poſsit virtus motrix ſufficere: ſed & frigidi, circa collum maxime, & faciem, ſudores, ſyncopen iam pulſare fores teſtantur, ſymptoma ſane minime negligendum. Quandoquidem celeriter interdum hominem rapit, eſtque quaſi via ad mortem, imo (vt vulgo dici ſolet) eſt veluti quædam parua mors. Proinde ſumma cura aduertendum eſt, ne in hoc tam periculoſum ſymptoma vulneratus incidat. Ergo laborantem quibus poteris modis conſolator.

Hominum turbam ne ſuo anhelitu conclaue nimis excalfaciant, & laborantem ſua præſentia deterreant, procul arceto. Sed & antequam ea prematur, qui vulneratus eſt, panis fruſtulum, vino optimo, aquæ roſaceæ momento, diluto, illi ſugendum exhibeto: atque etiam vt ex vino ipſo modicum bi-
E bat, ipſe iubeto. *Vinum namque omnibus ſyncope vexatis vtile eſt*, vt libro duodecimo Therapeutices his verbis Galenus innotuit: *Vinum tamen, quod & calidum natura ſit, & deductionem in corpus promoueat omnibus, quos ſyncope vexabunt, opitulare conueniet. Conſtat autem ex vinis ea deligenda eſſe, quæ & flauo & fuluo colore, & ſubſtantia tenui, & ætate vetera. Talia enim virum & boni odoris continuo fuerint. Cæterum amara præ vetuſtate vina ne iungito.*

Porro ſi iam ſyncope, qui vulnus accepit, vexetur, eius faciem aqua roſacea, vel frigida, vel vtriuſque mixtura, adiecto etiam minimum aceti (ſi placet) momento irrorabis, ac etiam ipſa valide in illam, la-

Margin notes:
- De localibus remediis in paralyſi ex vulnere adhibendis.
- Liquor balſamitis Meſue dotes.
- Spina dorſi ſicuti carina nauis.
- * Alias humanitatis.
- Liquor balſamites Ioan. Meſue longe optimus & ad multa vtilis, ſummo.
- * Aliud exemplar habet opopanacis.
- † Alias ij. drach. ſemis.
- Syncope quid.
- Syncope in vulneribus vnde.
- Syncope proximè inſtantis nota.
- Syncope parua mors.
- Quibus remediis ſyncope prohibenda ſit.
- Vinum omnibus ſyncope vexatis ſuccurrit.
- Vini in ſyncope delectus.
- Si iam ſyncope præſens ſit.

borantis faciem dico, proijcies: aut ſaltem naribus aquam roſaceam & acetum admouebis, vt ſcilicet ſuaui eorum odore, animam illorum reuoces. Pilos, & aures vellito, extrema fricato, alapis illorum genas cædito, & proprio nomine alta voce illos vocato, ac cætera facito, quæ in hoc ſymptomate Medici fieri præcipiunt. A

De deſipientia, ſeu delirio accidente in vulneribus.

Delirium quid & Galeno, & Auic. Cano. 3.

OMne delirium (vt Galenus ait *libro quinto de ſymptomatum cauſis*) *deprauatus eſt principis facultatis motus, à prauis ſuccis aut cerebri intemperie ortum habens.* Interpreti Auicennæ alienatio dicitur. Porro tametsi eiuſmodi deſipientiæ, ſeu mentis alienationes, ſymptomata ſint modo primogenia, id eſt, primario ac proprio cerebri affectu euenientia, modo ſecundaria, hoc eſt, cerebro compatiendi ſocietate, ſeu (vt dici ſolet) per conſenſum laborante: Hic tamen nunc de ſolo eo delirio, quod conſortij lege, ſeu per conſenſum accidit in vulneribus & percuſſionibus articulorum, ſermonem faciemus. Talia namque vulnera (vt *ſuperius* diximus) doloris, vigiliarum, conuulſionis & delirij periculum afferunt. Cæterum eiuſmodi ſymptomatis (delirij, inquam, in cacoethis vulneribus euenientis) generatio perſimilis eſt ei, quæ per ſuffuſiones oculorum accidit, à ventriculi diſpoſitionibus ortum trahentes, vt Galeno viſum eſt *libro tertio de locis affectis*. Quemadmodum enim ventriculus, cerebro ſuas affectiones compatiendi quadam ſocietate tranſmittit, idque propter neruorum à cerebro, ad os ventriculi deſcendentium magnitudinem: per quos etiam ſenſus huic particulæ, quam vlli reliquarum corporis partium acutior eſt. B

Lib. 4. Ther. Cau. 4. deli. rij in vulneribus.

Neruoſis partibus inflammatis, delirium accidere.

Delirium ex ſiccitate fieri.

Itaque neruoſis partibus inflammatis, cerebro noxa promptiſſime communicatur, atque ex illis promptius, quam ex alijs quibuſuis partibus delirium ſuperuenire ſolet, idque aſcendente ad caput interdum per continuas partes, ſolo calore: interdum vero ſpiritu vaporoſo vel fumoſo aut fuliginoſo. Hæc autem omnia, quæ uel delirium aut phrenitidem inducunt, ſiccandi pollent facultate Auicennæ: quippe quæ multo eodemque acri calore participent. Quo fit, vt delirantes irrequieto fere motu agitentur. Vnde Galenus *libro decimotertio Therapeutices* ad hunc modum ait: *Ergo cum humor, qui in capite redundat, frigidus eſt, in eo ſoliditas, immobilitasque hominem opprimunt: Cum calidus eſt, perpetuus potius motus, vna cum rationis noxa. Accidit enim, velut demonſtratum in libris de his eſt, ex frigore ſegnitia: ex calore, immodicus motus, ex humoris vero vitio, dementia.*

De Delirij ex vulnere curatione. C

Vapores à cerebro auertendi.

Dolor ſedandus.

Caput delirantium oxyrhodino perfundendum.

Cerebrum refrigerandum.

Radix bryoniæ.

SI delirium, ſeu mentis perturbatio, poſt vulnus acceptum, hominem apprehendat, huius rei gratia ſtatim accerſendus & conſulendus erit peritus aliquis Medicus, qui potu, frictionibus & deligaturis partium extremarum & maxime pedum ac tibiarum, clyſteribus quoque huic rei accommodis, fumos ac vapores vitioſos à capite deorſum protinus reuellere ſtudeat, vt recte præcepit Auicenna, itidem & cæteri, qui hac de re ſcripſerunt. Quod autem ad Chirurgum attinet, læſæ particulæ dolor ex toto, ſi fieri poteſt, ſedandus eſt. Vtile eſt etiam alapis genas laborantis percutere, vt ipſe ad mentem ſeu rationis ſanæ facultate redeat. Galenus *libro decimotertio Therapeutices* caput delirantium in principio perfundendum eſſe oxyrhodino pulchre nos admonuit. Vapores enim & humores à capite tunc repellendi ſunt. Cum vero in ſummo incremento ſunt deliria, perfuſiones ex papauerum capitibus (conſilio eiuſdem) applicabimus. Odorem quoque ex rebus frigidis naribus obijciemus: ac nares ipſas intus, vel frontem ex ſimilibus medicamentis inungemus. Quippe ſopire (inquit) ac ſtupefacere principem facultatem oportet: cerebrum etiam licet, quod ſupra modum incaluit, refrigerando. Sanitati magna ex parte reſtituuntur Auicennæ, qui per dies aliquot radicem bryoniæ, id eſt, vitis albæ, vel bibunt (ex liquore aliquo refrigerante & humectante) vel cum cibo quopiam eius ſaporem obtundente comedunt. Cæterum de pruritu, duritie atque impotentia læſæ particulæ, quæ interdum vulneratis accidunt, *ſuo loco alibi* dicetur. D

De vulnere in carne accepto & eius differentiis.

CAP. V.

Vulnus quid Galeno.

Vulnus quid ab ad recentiores Chirurgis.

Diuiſio vulneris.

VVlnus proprie Galeno *libro tertio methodi medendi*, vnitatis eſt *ſolutio, ex vulnerando in carnoſa parte relicta, eademque* (vt recentiores addiderunt) *cruenta & citra putrefactionem*: hic autem vulnus latius accipimus, nempe pro recenti plaga non modo in carne, ſed etiam in neruis, venis, arterijs, tendonibus, membranis, cartilagine & oſſibus facta. Itaque primum de eo vulnere, quod in carnoſa ſubſtantia acceptum eſt, diſſeremus.

Cæterum eiuſmodi vulnus aut ſimplex eſt, & citra ſubſtantiæ deperditionem, aut cum aliqua ſubſtantiæ amiſſione.

Vulnus ſimplex, & quod ſine deperditione fit ſubſtantiæ, aliud profundum, aliud ſummo tenus factum, ſeu in ſummo reſidens eſt. aliud vero vtriuſque particeps, vt cum pars vna diuiſionis per longitudinem factæ alte deſcendit, altera in ſummo corpore hæret, quod inæquale Galeno dicitur. aliud item magnum, aliud paruum, tum dicitur, tum vero eſt. Quæ omnes differentiæ à quantitate ſeu ſpatio diuiſionis ſumptæ ſunt. E

Vulnus, quod cum deperditione eſt ſubſtantiæ, aut fit cum amiſſione cutis ſolius, aut cum ablatione cutis, & carnis ſubiectæ ſimul. Porro eiuſmodi vulnera vel ſimplicia ſunt, & ſine vllo affectu aut ſymptomate: vel accidentia habent, quæ rationem cauſæ non obtinent (tunc enim vlcera dicerentur difficile ſanabilia, de quibus *in ſequentibus* dicetur) ſed ſolum rationem habent, ſine quo non, vt *ſuperius* annotauimus ex Galeni *libro quarto Therapeutices*. Cuiuſmodi ſunt intemperies, dolor, phlegmone, pruritus, & alia *paulo ante* commemorata. Non magnopere autem curo, ſi prædictæ huiuſmodi differentiæ diſpoſitiones aut effectus dicantur potius, quam differentiæ vel contra.

Quan-

A Quanquam Galenus *libro tertio methodi medendi* anxie ſatis diſquiſiuerit, quænam ſint propriè vlcerum ſeu vulnerum differentiæ, & quæ aliorum affectuum complexiones. Hoc enim parum nunc mihi conferre videtur ad vulnerum curationem. *Commoda namque morborum curatio, non ex nominum, ſed rerum recta opinione contingit*, vt ſcribitur *primo methodi medendi*.

Cæterum de cauſis, ſignis & iudiciis vulnerum, quatenus vulnera ſunt, abunde ſatis in præcedentibus dictum eſt, *in capite* ſcilicet *vniuerſali*. Proinde iis prætermiſſis vulnerum in carne acceptorum curationem iam aggrediemur.

De Curatione vulnerum ſimplicium in carne ſummòtenus acceptorum.

Specialis & præcipuaque intentio curandi vulneris in carne accepto vnam eſſe.

VVlnerũ eiuſmodi curatio præter iam dictas quatuor, aut quinq; intentiones communes, vnã ſpecialẽ præcipuamq; habet: nempe ſanguinis profuſionẽ cohibere. Quod ſane intelligendũ nempe ſi nimis immoderaatetque affatim effundatur, vt recte interpretatus eſt Auicenna. *Satius enim eſt* (inquit) *ipſum* B *fluentẽ ex vulnere ſanguinẽ, non omnino, ac ſtatim ſupprimere, ſed ſi nimis abunde prorumpat, eius duntaxat impetũ moderate infrenare oportet*. Moderata namq; ſanguinis ex recenter accepto vulnere vacuatio non parum ſæpe multis profuit. Quandoquidem & phlegmonas, & obſtructiones, & febrẽ ſubinde fieri prohibuit. Quæ quidem ſymptomata atque id genus alia, vulneribus (niſi diligenter prouideris) ſuperuenire ipſiuſque ſolutæ vnionis conſolidationem & curationem magnopere impedire conſueuerunt. Atque illud fuit Hippocratis præceptum, quod & à Galeno refertur & probatur *libro quarto methodi medendi*: *Fit enim* (inquit Hippocrates) *effluente ſanguine vulnus ſiccius, proinde & ſanius. Nam ſiccum* (vt idem ait) *ſano vicinus eſt, humidum vero non ſano*. Porro ſi tantus fuerit ruenti ſanguinis impetus, vt cum iis, quæ ſiſtendo ſanguini in vulneribus communiter admoueri ſolent, cohiberi non poſſit, iis remediis ſupprimendus erit, quæ *in capite de vulneribus venarum poſtea* dicentur.

Hippocras.

Cæterum tametſi in genere dictum ſit, quomodo curandorum vulnerum intentiones perfici debeant, modus tamen ſpecialis, quo in carne perfici debeant, *in ſequentibus* dicetur. Huius autem inuentio habetur ex differentiis vulnerum *ſupra* commemoratis, ad hunc modum. Vulnus illud ſimplex dicitur Galeno, Hippocrate & aliis Medicis quod ſolum conſiſtit, hoc eſt, quod ſine deperditione eſt ſubſtan-C tiæ, nec vllum alium affectum aut ſymptoma adiunctum habet. Vulnus igitur ſimplex non erit, ſi quæ vulnerata eſt particula, fluxione vexetur, ſi malo ſucco vitioſa ſit, ſi omnino extra naturalem temperiẽ fuerit, ſi vlla cauitas adſit, ſi aliqua cutis amiſſio facta fuerit. Itaque vbi ſimplex vulnus, quodque ſolum conſiſtit in carnoſa particula, non adeo ſaltem magnum, incidit, diſſidentium labiorum commiſſionẽ ſeu coniunctionem, quæ ſola decenti fit ligatura, vinculo ſcilicet ex duobus initiis circumdato, expoſtulat Galenus *libro tertio Therapeutices*. *Quæ enim* (inquit, de ſimplici vlcere loquens) *diſſident atque inuicem diſtant ſi in idem adamuſſim componas, citra omnem reliquam extrinſecus molitionem coaleſcunt*. Nempe ſicuti in cauis vlceribus, vt caro producatur, ita in ſimplici vlcere, vt oræ ipſæ ſecum coaleſcant, atque agglutinentur, ſola certe natura cauſa eſt. Diductorum igitur labrorum coitionem ſeu agglutinationem præcedit neceſſario ipſorum coniunctio, atque in idem adductio. Idem omnino ſentit de hac re Rhaſes, quod & Galenus: vſus tamen communis obtinuit, vt recentibus huiuſmodi vulneribus oui candidum (quod albumen vocant) aliquandiu agitatum, & leui ſtupa exceptum admoueatur. Nec ab re profecto: cum & ſanguinis profluuium ſupprimet, dolorem ſedet, refrigeret, & phlegmonas fieri prohibeat, non ſolum in oculis, ſed & in omnibus locis exulceratis, vt Galenus eſt author *libro vndecimo de ſimplicium medi-* D *camentorum facultatibus*.

Quod vulnus ſimplex & quo ſit eius curandi ratio.

Vulnus non ſimplex.

Vulnus ſimplex ſola re tantum agglutinationem.

Galenus.

Oui candidum, quare vulneribus admoneatur.

Ante omnia vero cauendum eſt, ne dolor incidat. Quandoquidem dolor (vt iam ſæpe dictum eſt) & fluxionem prouitat, & phlegmonem excitat. Quomodo autem dolorem ſedare oporteat, *in præcedentibus* ſatis eſt explicatum. Porro eiuſmodi oui candidus liquor ante tertium diem amoueri non debet. Nam vt Galenus ait, parua vulnera eiuſmodi naturæ ſunt, vt poſt orarum adductionem & commiſſionem, ſeu coniunctionem, vnius diei, aut duorum dierum ſpatium adhuc requirant, quo probe fiat vnio & agglutinatio. Quod ſi vulnus hoc pacto non agglutinetur, curandum erit, vt *in ſequentibus paulo poſt* dicetur.

Lib. 3. The.

De vulnere magno, percuſſim diuiſo in ſummo reſidente, hoc eſt, ſuperficiali, & minime profundo, in quo non ſola ſufficit deligatura ad oras ipſius applicandas, & coniungendas.

SI vulnus in ſuperficie corporis acceptum, ad tantam magnitudinem percuſſim, cæſimue diuiſum eſt, vt ſola deligatura oræ ipſius nec adduci, nec committi poſſint: ſutura aut fibulis (quas Græce ἀγκτῆρας E vocant) eas ipſas disiunctas oras adducendas, & coniungendas eſſe, præcepit Galenus *libro tertio methodi medendi*. Atque hac ſola partium diſſidentium coniunctione vulnus glutinatur. Apud recentiores tamẽ Chirurgos fere omnes inualuit conſuetudo, vt his vulneribus apponatur puluis ruber, quem incarnatiuum & conſeruatiuum vocant. Recipit autem *partes duas thuris, & ſanguinis draconis partem vnam*. Albucaſis addit tres partes calcis viuæ. Cuius ſententiæ ſuffragatur & Lanfrancus. Guido autem loco calcis viuæ, bolum Armenam adiicit. Haly Abbas vero ſantalos appoſuit. Sunt, qui puluerem hunc rubrum appellatum, labiorum vulneris agglutinatiuum & ſuturæ conſeruatiuum, hoc modo componunt. *Recipe boli Armenæ, terræ ſigillatæ, ſingulorũ ℥ ſex, thuris, maſtiches, ſarcocollæ, ſingulorũ ℥ duas ß, ſingulorũ drachmã vnam ß, tragacanthi piſti, ſanguinis draconis, ſingulorũ drachmam vnam, farinæ hordei, farinæ fabarum, ſingulorum drachmã ß*. Sed interim ſummopere cauendum eſt, ne vel pilus, vel oleum, vel quippiam aliud in medio adducto-

Medicamentum commune aptum vlceribus.

 tum

rum labrorum vulneris interueneat. Nam tunc eiuſmodi vulnus ſola diſſidentium partium coniun- A
ctione glutinari non poteſt. Hæc enim, quæ ſic interiacent, tam vnionem diſpellunt, & etiam, quæ co-
pulandæ ſunt partium, coalitum impediunt. Ex prædictis autem ſingula, tum oui candido liquore ag-
itari poſſint, donec in corpus vnum coeant, quod glutinis inſtar lenteſcat. Poſtea vero ſtupa [illegible] ex-
cipiendum erit medicamentum, & ita vulneri admouendum: ſupra quod & aliæ ſtupæ ſolo oui albo
imbutæ, & intra pannum lineum eodem madefactum liquore, inuolutæ, apponendæ ſunt. Sed & ſupra
vulnus nulla alia intercedente materia, pannus aliquis tenuis, prædicto imbutus liquore, admoueri de-
bet, ne ſcilicet dum remouentur ſtupæ, ſuturæ iam factæ puncta abrumpant, aut dilacerent. Quod ſi lo-
ca circum vulnus à ſiccitate, roſaceo inungerentur, factum bene exiſtimauerim. Hoc pacto enim ipſam
partem iam à dolore & inflammatione vindicabis. Qualis autem ſutura aut deligatura, quales item pul-
uilli ex eiuſmodi ſtupis facti, hiſce vulneribus per cæſionem cæſimue in ſuperficie acceptis, atque in conſpe-
ctu apparentibus conueniant, & quo pacto fieri debeant, *in præcedentibus* abunde ſatis dictum eſt. Cæte-
rum primus eiuſmodi apparatus vſque in diem quartam mutari non debet, niſi forte dolor aliquis ve-
hemens ſuperuenerit, aut ſymptoma aliquod moleſtum incideret.

Quæ cruento vulneri primum appoſita ſunt ante diem tertiũ remoueri no debent.

Porro ſi poſt quartum diem tranſactam vulnus non coaluerit, vino aliquo ſtyptico calente ablué- B
dum erit. Deinde ſtupæ prædicto vino imbutæ, & expreſſæ, ſupra vulnus ipſum apponendæ & alligandæ
erunt: quas & quotidie mutari oportebit. Intra enim dies paucos hoc modo vulnus agglutinabimus &
perſanabimus, Galeno etiam nobis atteſtante *lib. 4 Therapeutices*, vbi Theſſalum arguit, qui vulnera in mul-
tos menſes, & interdum in annum, aut etiam longius tempus protrahebat & incurrere ſinebat: quæ alio-
qui paucis diebus, vt ſex, aut plurimum ſeptem, curari potuerant.

Quæ à quartum diem fieri debeant.

Primus apparatus.

Itaque primus apparatus recte decenterque fit, cum ouorum candido liquore & puluere illo ru-
bro cuius paulo ante meminimus. Hic enim & ſanguinis profluuium infrenat atque inhibet, dolorem
ſedat, & phlegmonem creari vetat.

Secũdus apparatus.

Vinum optimum vlcerũ medicamentum.

Galenus lib. 3. meth. medendi.

Secundus apparatus optime fit cum vino, vt *ſupra* dictum eſt. *Vinum namque* (vt Galenus ait *libro tertio methodi medendi*) *omnium vlcerum, quæ vlcus eſt* (id eſt, quod citra aliam cum ea implexam diſpoſitionem relictum, tantum conſiſtit) *optimum eſt medicamentum*. Quod hac ſequenti ratione conuincitur. *Vulnus omne, quà vulnus eſt, ſiccari, atque aſtringi deſiderat, præſertim ſi magnum extiterit. At ſi vinum, quale ſupra eſt memoratum, nempe album, auſterum, hæc duo commoda præſtat vulneri. Vinum igitur omnis vulneris, quà vulnus eſt, optimum eſt medicamentum*. Maior eſt Galeni, *libro nuper citato*, vbi ait: quod eo tempore, quo diuiſæ vlceris ſeu vulneris par- C
tes, rite ſunt coniunctæ, medicamento opus eſt, quod particulam ſiccet, & modice aſtringat: vt & ſi qua
ſanies iam ſubſit, hanc conſumat, & ſi qua in vacuum locum fluxura eſt, hanc prohibeat. Proinde medi-
camentum glutinatorium plus ſiccet oportet, quam quod carnem producit: nempe ordine ſecundo.
Minor vero ita deducitur. Vinum, vt Galenus eſt author *libro tertio ſimplicium medicamentorum*, ex ſecun-
do ordine eſt excalfacientium: ſed quod admodum vetus eſt, ex tertio, ſicut muſtum, quod vocant, ex
primo. caliditati autem eius proportione reſpondet ſiccitas. Proinde vinum ipſum, pro naturarum ſua fa-
cultatum, quibus ratione ætatis pollet, diuerſitate, ſiccat, deterget, & agglutinat. Non autem humectat & re-
frigerat extrinſecus ſibi admotum, vt Theodoricus ſibi hoc æſtimabat. Atque id planum eſt, quod Ga-
lenus refert *libro quarto Therapeutices*, ex ſermonis Hippocratis ſententia melius: *Vlcera madefacere, id eſt,
abluere quæcunque ea fuerint niſi vino non oportet*. Tum cauſam ſubnectens, ait: *Nam ſiccum, ſanum eſt: humidũ
vero, non ſanum*. Hinc Arnaldus dicere ſolebat, quod [illegible] & recentia vulnera aqua ardente (quam &
aquam vitæ nuncupant) abluta, celerrime ad ſanitatem perducantur: quippe quæ integraliter deſiccet.

Vinum pro ætatis ratione diuerſa pollere facultate.

Hippocrat.

Aqua vitæ.

Poſt hanc autem ablutionem quidam rubeum ſiccum puluerem, qui in hoc caſu magnæ eſt efficaciæ,
vulneri inſpergunt. ℞. *myrrhæ drachmas tres, aloes hepaticæ drachmas quatuor, thuris drachmas duas, miſce & fiat
puluis*. Sunt, qui poſt amotionem primi apparatus, emplaſtra, & vnguenta admouent, quæ in promptu ad D
hanc rem parata habent, ac ſtatim ſtupas ſuperponunt. Galenus autem in re propoſita, plurimi facit em-
plaſtrum, quod nigrum appellant: Auicenna vero vnguentum de lino, quod tamen magis dicatum eſt
carni regignendæ, quam agglutinationi labiorum vulneris. Guido à Cauliaco in hac re vti conſueuerat
vnguento, quod conſtat prædicto puluere rubro, remiſſo cum terebinthina lota. Quidam vero tere-
binthinam ipſam, cum prædicto puluere commixtam, & (vt dicunt) incorporatam, ſtatim per initia
cruentorum vulnerum admouent, atque in diem quartum relinquunt. Hæc enim oras vulneris coire
facit, & ſuturam eo nomine conſeruat. Sed horum omnium atque aliorum multorum ad hanc rem per-
tinentium formulæ & compoſitiones, *in antidotario* deſcribentur.

Puluis optimus.

Emplaſtrũ nigrum.

De vulnere profundo & occulto, ſine amiſſione ſubſtantiæ in carne accepto.

VVlnus in profundum penetrans & reconditum, ſubinde ſutura, & decenti ligatura curationem re-
cipit. Si autem hoc modo curari non poſſit, vel ſcilicet quia partes, quæ diſtantes ſunt, exacte ad
imum vſque (ob nimiam diuiſionis profunditatem) ſibi coniungi non poſſint, vel potius quia in fundo
collecta ſit ſanies, aut pus, cui nullus patet efflaxus, ipſum per effluxionem, Galeni conſilium ſecuti, cura-
bimus. Ipſam vero effluxionem tum ex eiuſdem, tum ex contrarij loci diuiſione & ſitu, ſeu figura partis
accommoda amoliemur. Porro ſitum parti vulneratæ accommodum, ſeu congruam poſitionis figuram E
intelligimus, quando plagæ hiatus, quem orificium vocant, ſemper deorſum ſpectat, fundum vero ſur-
ſum, ita vt ſanies ex ipſo vulnere prona & libere effluat. Itaque ſi vulneris figura non ad ſuperiora exten-
ditur, ſed ad ima vergit, nec ſutura, nec fibulis, nec deligatura, partes diſtantesque omni ex parte adamuſſim
committi, ac ſibi applicari poſſint, atque in profundo ſiſtatur ſanies: niſi prius ad efflaxum ipſius vitiati
humoris ſectionem feceris, nihil vnquam proficies, ſiue carnem generare, ſiue agglutinare volueris.

Vulnus quãdo per effluxiones curãdum.

Sectio in parte oppoſita quando facienda.

Ver

A Vbi vero conuenientem poſitionis figuram vulnus in parte laborante ſeruauerit, ſiue id ex natura vulneris, ſiue ex induſtria contingat, ſectione noua opus non eſt, vt *libro ſecundo ad Glauconem* Galenus nos edocuit. Itaque refert *eo loci*, ſe ſinum in coxa enatum, figura ad ima vergente, ſine vlla ex aduerſo diuiſione curaſſe. Cum enim ſinus ipſe verſus genu quidem terminaretur, os vero altius, circa mediam ſcilicet femoris regionem conſiſteret: iuſſit molle ceruical popliti laborantis ſubiici, vt inferiorem ſitum haberet inguen, quam genu. Hac igitur conueniente poſitionis figura in læſa parte ſeruata, facile per os ichores, & purulenta colluuies, elabebantur & effluebant. Idem quoque & in brachio fieri poteſt. Quandoquidem ſi os vulneris ad partem ſuperiorem vergat, ita brachium collocandum erit, vt ipſum orificiũ deorſum ſpectet. Atque tum ſine alia facta ex aduerſo ſectione, vulnus poterit ad ſanitatem perduci. Non ſecus quidem, ac ſi os prope cubitum eſſet, vulnere in ſuperiora tendente. Quod ſi hac conueniẽti ſitus figura, particula læſa collocari non poſſit, nec ex vulnere ipſo ſanies elabi: ex aduerſo ſectio molienda erit. Quod & hac ſententia iterum Galenus confirmauit *circa finem libri tertij methodi medendi: Si*

Sinus in femore curatus, citra ſectionem ex aduerſo.

B *vulnus* (inquit) *cauitatem alte reconditam ſubeunte habet, conſiderare oportet, vtrum ea in ſuperiore parte ſit, ita vt ſanies ex ea prona effluat: an in inferiore, ſic vt illic ſiſtatur. Prius igitur aut eſt [illegible] patet, eadem, quæ aliorum curatio eſt. Cui vero non eſt, huic [illegible] ſimulamur effluxum oportet. Eius autem* [illegible] *moliendi duplex ratio eſt,* [illegible] *vbi exprimente deligatura nihil promouemus* [illegible] *alias tota cauitate ſecta, alias in ſundo tantum aperta. Quando vero harum alterutra ſit [illegible], docebit tum locorum ipſorum natura, tum vero vlceris magnitudo. Sin tamque ea loca ipſa dubiam* [illegible] *cem* [illegible] *periculoſam ſectionem faciant, & vlcus magnum fuerit, in ſundo aperire magis expedit. Sin contra ſe habent* [illegible] *Del gatto vero eius incipiat* [illegible] *vt dictum eſt ſuperne ſiniatur infra, vbi ſcilicet patet effluxus.* Hactenus Galenus.

Cæterum in tali diuiſione, quæ ex aduerſo fit, Brunus ſyphunculos, hoc eſt, tubos, ſiue turundas concauas (quas cannulatas vocant) ex vtraque parte imponit. Guido vero, dum hãc moliebatur ſectionem, ſolebat vti ſetone (vt vocant) quia melius (inquit) ſordes detergit, & totum pertranſit ſpatium, minoremque infert dolorem. Ipſum autem intromiſſorio ad formam acus facto immittebat, vel baſtulam ligneam in cauum vulneris imponebat, & ſuper eam cutis ſectionem faciebat. Deinde ſectione facta, mundificatiuum aliquod medicamentum leui ſtupa, aut panno exceptum ſuperponebat, quod bis in die mutabat.

Brunus. Guido.

C

De cauo vulnere, cum amiſſione ſubſtantiæ cutis vtriuſque & carnis ſubiectæ tantum, non etiam oſſis.

CAP. VI.

IN cauo vulnere non ipſa modo perit cuticula (quam Græci epidermida vocant) verum etiam reliquæ cutis ſuppoſitæ, natura vniuerſa, & ſubiectæ carnis portio aliquando non exigua. Quo fit, vt geminus in eo curandi finis ſit propoſitus, vnitio ſcilicet & repletio: quoniam & affectus geminus eſt: nempe vlcus ſiue vulnus, quod eſt vnitatis ſolutio & cauitas, quæ ex amiſſa aliqua animalis propria ſubſtantia eſt contracta. Itaque continui diuortium vnitionẽ, cauitas repletionem deſiderat. Verumenimuero quoniam in propoſito vulnere vnire non poſſumus, quæ diſſident, niſi prius cauitatem impleuerimus, ordinem curationis à cauitatis impletione ordiri neceſſe eſt. Omnis namque, quæ præter naturam eſt, cauitas, impleri poſtulat, quare & quæ in carnoſa etiam accidit parte. Ipſa vero impletio inueniendorum remediorum finis, quo tenditur, eſt, quem vel idiota vel priuatus quiſque etiam nouit. At vero, vt, quæ impleant, inuenias, & multa ratione opus eſt, & multiplici particularium indicatione, & methodo rationali exacta. Longe itaque à ſcopo aberrant, qui vnum id ſibi ad cauum vlcus ſanandum ſatisfacere putant, ſi ſciant, quod carne ſit implendũ. Non enim in hoc curandi ratio conſiſtit, imo in eo inueniendo, quod carne ſit impleturum.

Vera Hippocratica [illegible] methodus ſanandi caua vlcera.

Duæ indicationes [illegible] in curatione [illegible]. Lib. 3 meth. [illegible] in curando cauo vulnere proponuntur.

D

Cæterum particulares indicationes, ex quibus inuenire licet, quæ cauitatem vulneris impleant, ſunt quatuor. 1.

Prima ex ipſius vulneris ſubſtantia ſumitur. 2.

Secunda ex ipſius ægri temperamento, non corporis modo vniuerſi, ſed etiam affictæ particulæ. 3.

Tertia ab iis, quæ coniugata & annexa dicuntur, cuiuſmodi ſunt particulæ laborantis intemperies & circumdantis nos aëris temperies.

Quarta ex contrarietate indicationum, vt cum læſa particula contrario eſt temperamento cum toto, hoc eſt, cum corpore vniuerſo. 4.

Talis ſiquidem ordo indicationum ſtatuitur à Galeno *libro tertio methodi medendi* in curandis vulneribus omnibus, ne dum in cauo. Porro nomine indicationis ſubſtantiæ vulneris, hoc loco intelliguntur indicationes differentiarum maxime propriarum ipſius vulneris: de quibus abunde *ſupra* diſſeruimus, & *in ſequenti tractatu*, qui de vlceribus inſcribitur, locupletius adhuc diſſeremus.

E

Itaque prima ſanandi caui vulneris indicatio, nobis inſinuat, carnem eadem ſpecie cum ea, quæ periit, regignendam eſſe. Impleri enim non poterit, quod cauum eſt (vt prima curandi indicatio vniuerſalis poſtulat) niſi ſubſtantia omnino ſimilis ei, quæ periit, regignatur. Atqui carnis gignendæ materia ſanguis eſt: opifex vero ſeu effectrix cauſa, ipſa natura. Verum non ſatis eſt *ſanguinem* dixiſſe, niſi etiam & *bonum* (inquit Galenus) addiderimus. Erit autem ſanguis, qui influit, & ex quo regignenda caro primordium habet, bonus, ſi nec qualitate, nec quantitate vitioſus fuerit. Sed nec ſatis etiam hoc loco fuerit *naturam* dixiſſe, niſi etiam *quorum natura* ſit adiectum, & *vbi*. Conſtat autem, quod ſubiectorum corporum, quibus ſuperinduci caro debet, natura ipſa gignendæ carnis opifex

1. Prima indicatio.

Sanguinem bonum materiam eſſe gignendæ carnis.

Naturam ſubiectarum partium, opificem eſſe carnis regignendæ.

opifex ſit. Porro rationem opificis habere non poterit natura ſubiectarum particularum, quibus deficiens caro reſtituenda eſt, niſi iuſtum & minime vitiatum calidi, frigidi, humidi ac ſicci temperamentum obtineat. Siquidem ex horum temperatura, cuiuſq; corporis natura conſiſtit. A

In omni cauo vulnere duo ſpectanda.

In omni igitur cauo vulnere, duo illa primum conſideranda ſunt: nempe quod ſubiectum eſt, iuſtane temperie ſit, id eſt, an ſecundum naturam ſe habeat: Et præterea ſanguis, qui influit, bonusne an modicus ſit. Fingamus igitur & ſanam eſſe partem ſubiectam, & ſanguinis (qui gignendæ carnis materia eſt) confluxum citra vllum, vel in quantitate vel qualitate vitium. Iis ſane ita ſe habentibus, nihil eſt præterea, quod obſtet, quo minus prima carnis generatio proſpere contingat, idq; nullius externi medicamenti ope. Quippe cauſis ambabus, vnde naſcitur, præſentibus, nulloq; extrinſecus, quod impediat, obſtante, non poteſt prohiberi carnis generatio.

Hypotheſis.

In carnis generatione, duplex prouenire ſolet excrementum.

Verum in ipſa primæ carnis generatione duplex (vt Galenus ait) prouenire excrementum neceſſe eſt: alterum quidem craſſius, alterum vero tenuius. Quod & in omni qualitatis alimenti mutatione contingere ſolet. Hoc autem (tenuius inquam) in vlceribus recentibus, quæ hic vulnera appellamus, Latinis ſanies, Græcis ichor nominatur. Illud vero (quod craſſum eſt ſcilicet) nobis ſordes dicitur. Ac ex tenui quidem excremento vulnus humidum redditur, ex craſſo ſordidum. Eoque duplicibus medicamentis eget: vtique vt humidum eſt, ſiccantibus; vt ſordidum, expurgantibus. Ergo cum nullo vnquam tempore natura ceſſet, certe nec tempus vllum erit, in quo non ambo hæc in cauo vlcere colligantur. Quare nec tempus vllum erit, in quo non vtrumque medicamenti genus deſideretur: vtique & quod ſiccet, & quod expurget. Verum non ſatis adhuc fuerit, cuiuſmodi quidem genere eſſe medicamentum debeat, inueniſſe, vt iam Hippocratica veraque methodo inuentum eſt. Sed & ſpecies aliqua inuenienda eſt, quæ eiuſmodi vulneri ſit accommoda, & ſtatuto ordine graduve circumſcripta, vt carnem producere poſſit. Non omne namque medicamentum, quod ſiccandi & detergendi pollet facultate, carni producendæ eſt aptum, ſed quod modice: nempe primo ordine tum ſiccare, tum detergere poſſit. Quippe quod ſuper hunc fuerit, ita vt non modo humoris, qui influit, redundantiam conſumat: ſed etiam affluentem ſanguinem populetur, id refici carnem (vt Galenus inquit) ceu materiem eius abſumens prohibebit. Itaq; præſenti negotio aptiſſima ſunt thuris lachryma, & hordeacea & fabacea, & erui farina, & iris, & ariſtolochia, & cadmia, & panax, & pompholix, quæ vulgo tutia dicitur. Omnia vero hæc tum maioris minoriſque diſcrimine inter ſe diſſident, tum alia eorum ſimplices qualitates vincentes habent, alia compoſitas. Siquidem *ariſtolochia & panax, tum cæteris plus ſiccant, tum natura magis calent: hordeacea fabarumque farina, multo his minus ſiccant, nec vllum calorem obtinent. Thus modice calet, minus tamen illis ſiccat: adeo vt quaſdam corporum naturas omnino non ſiccet. Erui farina & iris, horum atque ariſtolochiæ & panacis, medium locum tenent.* B C

Sanies.
Sordes.
Medicamentum carnis producendæ idoneum.
Ex 3. meth.

2.
Secunda indicatio curandi caui vulneris.
Duas eſſe primarum indicationũ differentias.

Secunda indicatio curandi vulneris caui, quæ (vt ſupra dictum eſt) tum ex corporis totius, tum ex particulæ laborantis temperamento ſumitur, inſinuat nobis, medicamenta vel calidiora, vel frigidiora, vel humidiora, vel ſicciora ipſi vulneri eſſe admouenda: nempe pro natura ac temperamento, & totius, & afflictæ particulæ. Scire namque licet (vt Galenus ait) duas eſſe primarum indicationum differentias, quarum vna ab eo, quod ſecundum naturam ſe habet: altera vero ab eo, quod præter naturam eſt, ſumitur. Porro quod ſecundum naturam ſe habet, ſui cuſtodiam indicat, & propterea quæ ſimilia ſui ſint poſtulat. Quod vero præter naturam eſt, ſui ablationem deſiderat: proinde & contraria requirit: *Perit enim quidque in contrarium, & a contrario.* Igitur vulnus quidem (quia præter naturam eſt) quo eſt humidius, eo ſane medicamento, quod magis ſiccet, indiget. Corporis vero natura (propterea quod ſecundum naturam eſt) quanto eſt humidior, tanto quod minus ſiccet, medicamentum poſtulat. Proinde ſi qua ſunt in diuerſis corporibus vulnera vlcerave, quibus par adſit humiditas: quod in ſicciore corporis temperamento conſiſtit, vtique magis ſiccari poſtulat: quod in humidiore, hoc ſane minus, quo natura (inquit Galenus) naturæ intereſt. Siquidem productam carnem, ei, quæ præfuit, ſimilem eſſe oportet. Vbi igitur priſtina ſiccior fuit, nouellam quoque ſicciorem fieri conueniet. Quare vberius hæc ſiccari poſtulat: quantoque magis ſicca fuerit, tanto quod admouetur medicamentum, magis ſiccam facultatem habere debebit. At in humidiore natura, tanto rurſum iis, quæ minus ſiccent, medicamentis eſt opus, quanto caro ipſa minus eſt ſicca. Quo fit, vt thus (quod cum temperatis & mediis naturis conſentit) in quibuſdam tum vlceribus, tum naturis, pus quidem mouet, carnem non producit: in quibuſdam etiam carnem producit. In humidiore namque natura ſiccare & producere carnem poteſt, in ſicciore non poteſt, imo humectat ac ſuperatur à natura, proinde & putrefacit. Præterea in modice humidis vlceribus, tum recentibus (quæ hic vulnera & plagas appellamus) tum diuturnis & iam inueteratis, carnem efficere poteſt, quippe quod moderate deſiccet. In iis vero, quæ prahumida ſunt (quod non ſatis deſiccet) prorſus non poteſt. D

Lib 3 meth. medendi.
Thus in quibus tum naturis tum vulneribus carnem producat.

3
Tertia indicatio curandi vulneris caui.

Tertia indicatio nobis inſinuat, inueniendum eſſe remedium, quod proportione & ſtatuto quodam ordine graduve, ipſis affectibus, qui ſimul cum ipſo vulnere incidunt, reſpondeat: illoſque ipſos affectus prius ſummouendos eſſe, quam ipſum vulnus carne implere tentemus. Itaque ſi intemperies vulneri acceſſerit, atque exulcerata vulneratave caro, vel prius etiam ex quauis occaſione, vel ipſo vulnerationis tempore, iuſto calidior frigidiorve effecta: vtique medelam exigit, quæ non modo moderate ſiccet, ſed etiam in tantum calfaciat refrigeretve, inquantum ſubiecta caro à naturali ſuo habitu receſſit. *Fieri enim non poteſt* (inquit Galenus) *vt in vlcere, vel carnis productio, vel ſinus impletio, vel agglutinatio, vel cicatricis inductio (quæ omnia naturæ ſunt opera) recte vnquam cedat, niſi ſubiecta caro pro naturali modo ſe habeat. Quocirca legitimi vlceratarum ſeu vulneratarum partium temperamenti maior tibi ſolicitudo erit, quoties eas vel carne implere, vel glutinare, vel cicatrice inducere ſtudes.* Itaque congruis atque opportunis auxiliis, ad- E

Lib 3. meth.

uerſus

uerſas illos, qui cum vulnere incidant, affectus, pugnare oportet, priuſquam vulneris ipſius curatio-
A nem aggrediamur. Velut igitur ſi phlegmone vna cum vulnere eſſet, nemo vulnus ipſum vel carne im-
plere, vel glutinare, vel cicatricem inducere, attentare debet priuſquam illa diſcuſſa ſit. Ad eundem
etiam modum etiam, ſi ſine phlegmone ſola laborat intemperies, nullam horum fore prius ſperandum, nus
quam illa fit ſanata. Quod ſi hæc ita, vt dictum eſt, ſe habeant, nimirum etiam conuenit circumdantis nos
aeris temperiem.

Siquidem vt tertio methodi Galenus ait *velati medicamentum quoddam, utique pro corporibus noſtris fit ...
... calore vel frigore ... temperatur. Danda igitur opera eſt, vt medicamenta ...
... Hippocrates In calidioribus anni temporibus ... quod ... ſit, medic...
... inquit ... verum eſt ... theorema ... Quæ ...
... ſunt quæ præter naturam ... contrariorum ... ſi modo ... in illa ... ſeruant ...
... ſunt ...* anni tempora, & etiam regiones, cum Galen.
Porro ambientis nomine hoc loco, & præſentes status, ſeu anni tempora, & etiam regiones, cum Galen.
B intelligimus.

Quarta indicatio particularis in ſanando cauo vulnere obſeruandas, ſumitur ... *vt ſuperius* dictum
eſt a contrarietate indicationum non quidem earum, quæ in diuerſis temporibus percipiuntur, ſed ea-
rum, quæ in vno, eodemque tempore, partis curationis ſubinde offeruntur. Vt exempli gratia, ſi ægri
temperamentum multo ſit humidius, particula vero ipſa qua laborat, ſiccior, aut contra, quod ſi ſit hu-
midior, & totius temperamentum ſiccius. Pari modo in calore & frigore, quod continuo temperamé-
to ſit pars cum toto. Diuerſa ſane in his eſt ea, quæ à patiente particula accipitur, indicatio, ab ea quæ ex
... natura. Itaque hæc particularis indicatio quæ quartum in ordine poſuimus, intimat nobis, me-
dicamentum vel humidius vel ſiccius, vel calidius, vel frigidius, aut prout res poſtulabit medicæ tempe-
ratura deligendum ... vulneri admouendum. Statuamus igitur clarioris doctrinæ gratia, totum corpo-
ris laborantis temperamentum humidius eſſe, eoque medicamenta deſiderare, quæ minus ſiccent ... partem
vero ægram particulam ex earum numero eſſe, quæ ſicciores ſunt, quales ſunt ea, quæ minus carnoſa
conſpiciuntur. Cuius generis ſunt, quæ circa digitos & articulos habentur: præterea quæ circa aures &
nalum, oculos & dentes ſunt: ac, vt ſemel dicam, vbi cartilagines & membranulæ & ligamenta,
& neruuli ſunt: adeps vero & caro, vel omnino nulla eſt, vel perquam exigua. In hac ſiquidem hypotheſi
C ſi quanto ægri temperamentum multo eſt humidius, tanto particula multo ſit ſiccior, nec adiiciendum, nec
detrahendum pharmaco quicquam eſt, ſed tale adhibendum, quale ſi vlcus valuerit, in medij tempe-
ramenti particula contigerit. Sin ſiccior debito particula fuerit, quam corporis temperamentum multo
eſt humidius, vtique in tantum intendi ſiccitatem medicamenti conueniet, quantum particulæ tempe-
ramentum, totius temperamentum excedit. Veluti ſi quatuor numeris ſit pars exulcerata medio tem-
peramento ſiccior: ægri vero natura gradibus tribus humidior: manifeſtum eſt particulam quæ nunc
vulnerata exulcerataue eſt, ſiccius vno gradu deſiderare medicamentum, quam pars, quæ ſit temperata
cæteris partibus. Sed vt hæc omnia coniectura ſola cognoſci poſſunt, ita longa in ſo... naturis &
medicamentorum facultatibus contemplandis exercitationem poſtulant: nec eſt præterea, quod de in-
dicationibus, quæ à calido & frigido ſumuntur, dicatur. Quandoquidem ad portionem dictorum in-
telligi poſſunt. Vides ne igitur clariſſime quod hoc theoremate ſit opus, qui probe ac certa methodo
curare vulneris cauum voluerit.

Nam poſt prinuentum eſt, humorem omnino huic vitio meſſe, vtque ſiccans medicamentum
parandum indicant. At quoniam ipſorum ſiccantium quædam magis ſiccant quædam minus, partium ex vul-
D nerum diuerſitate partim ex ægri natura, quod expediret eſt deſumptum. Itaque, non modo ſi ... corporis na-
tura meditatus ſit oportet, quiſquis commode & ex arte ſanare vulnus eiuſmodi ſtudet, verum etiam di-
ligenter ſpeculationem omnem de medicamentis didiciſſe, tum ſiccantium, humidique corporum tempe-
ramenti notas callere. Adhæc tum ambientis temperies (quæ vtique tum ad præſentes ſtatus, ſeu anni tem-
pora, tum vero regiones extenditur) tum partium naturæ, tum indicationum inter ſe pugnantium ...
varietas, eidem conſideranda ſunt. Verumenimuero Theſſali & pleriique alij Medici, qui etiam ...
hodie imitantur, iſta quidem nec inquirunt, nec norunt. Sed iuxta prouerbium, mali ſutoris modo, vno
calopodio omnes calceant, nullo naturarum aut partium, aut id genus aliorum facto diſcrimine.

Cæterum apud recentiores Chirurgos in curando hoc vulnere, communis hic modus obſeruari
ſolet. Stata iam ſanguinis profuſione & parte affecta ab inflammatione & dolore vindicata, vino calen-
te vulnus abluitur. mox ipſo perluto ac deſiccato, puluis aliquis carnem regenerans, aut vnguentum na-
liquod ſarcoticum admouetur. Itaque linamenta iis ſarcoticis, quorum *libro ſexto* abunde meminimus)
imbuta aut conſperſa, in ſinum vulneris demittuntur. Poſt hæc ſtupæ aridæ, vel quæ vino maduerint,
ſuperponuntur.

E Ac demum quæ medicamenta approbe continere poſſit deligatura adhibetur: atque
æſtate bis, hyeme ſemel duntaxat, auxilia eiuſmodi permutantur. Porro eiuſmodi medicamina, quæ
vulnerum atque vlcerum cauitates implent, mediocriter citraque morſum abſtergentia ſunt, vt *libro
quinto ſimplicium medicamentorum* Galenus annotauit.

De vulnere impleto ſiue æquali. CAP. VII.

CÆterum vbi vulnus purgatum impletumque carne fuerit, æquale tunc ſiue æquabile, latum, pla-
num, atque impletum nominatur. Hoc autem cicatricem tantum induci poſtulat. Porro vt ad cica-
tricem perducatur, amiſſam cuticulam, quam epidermida Græce vocauimus, deſiderat.

Hanc

Circum lan... ... ... temperiem in curandis vulneribus maxime ſpe... ... ...

Quo nomine ambiens intelligantur.

4.
Quarta indicatio curandi vulneris cauì.

Hypotheſis ... ...

Error ... ...

... ...

Praxis communis.

Methodus inducendi cicatricem.

Cutem eandem ſi esse cum ea, quæ periit regigni non poſſe

Hanc igitur tum regignere, tum ſibi vnire oportet. Verum cum ex ſemine ortum habeat cutis, talis omnino, qualis erat, quæ periit, prorſus regigni non poteſt: ſimile quiddam tamen cuti, & quod eius officium ſuppleat, reſtitui poteſt: non tamen plane cutis. Quando igitur vt cutis regeneretur fieri omnino nequit, quod ſupereſt, efficere eſt tentandum: nempe inſtaurare aliquid, quod cuti deperditæ ſimile ſit, & carni ſit veluti naturale aliquod tegumentum. Id enim eſt vulnus iam repletum plenumque redditum, ad cicatricem ducere. Qui finis eſt, quem nunc hic prætendimus. Huius itaque efficiendi ratio hæc eſt. Portio quæpiam ſubiectæ carnis nuper genitæ & reſtitutæ (ea ſcilicet, quæ ſummo tenus euidenter apparet) ſic alteranda eſt, vt non amplius caro permaneat, ſed veluti cutis euadat. At quo pacto, inquies, ita alterabitur: profecto alicuius alterantium qualitatum ope. *Ergo (vt Galenus ait) quoniam cutis carne ipſa tum ſiccior eſt, tum etiam denſior, ſi carnem ſiccabimus & aſtringemus, cuti etiam perſimilem reddemus.* A

Lib 7 methodi medendi.

Et hæc quidem eſt medicamenti, quod cicatricem inducit, ſumma. Verum ea non ſatisfacit: nam & glutinatoria tum ſiccabant, tum etiam aſtringebant, ſicuti & epulotica, id eſt, cicatricem inducentia. Adiiciendum ergo eſt, quo ordine gradiue ſiccare debeant medicamenta, quæ cicatricem inducunt, quemadmodum & de ſarcoticis & glutinatoriis fecimus. Id autem ex ipſa rerum ſubſtantia facile inuenies. Epuloticum namque, id eſt, cicatricem inducens medicamentum, non modo qui influit, humorem (vt glutinatorium) ſed eum quoque, qui in ipſa carne ſubiecta continetur, conſumere debet. Quo fit, vt multo profecto ſiccius, quod cicatricem inducat, quam quod agglutinet, medicamentum eſſe conueniat. B

Epuloticorũ facultas.

Tres gradus deſiccantiũ medicamentorum in curatione vulnerum ſtatuendos eſſe. Sarcotica. Agglutinatoria.

Itaque tres gradus deſiccantium medicamentorum, in curatione vulnerum neceſſario ſtatuendi ſunt. Nempe ſarcoticorum, id eſt, carnem regignentium, quorum facultas ex primo ordine eſt deſiccãtium. Agglutinatorium, quæ ſecundo gradu, vel etiam tertio reſiccant. Et epuloticorum, hoc eſt, cicatricem inducentium, quæ ſiccandi facultate prædicta adhuc ſuperant. Hæc enim non accidentalem modo & confluentem (quæ præter naturam eſt) humorum redundantiam deſiccare ac conſumere debent: ſed eum quoque humorem, qui ſecundum naturam eſt, & in ipſa (vt dictum eſt) ſubiecta carne continetur. Quod & ſequentibus verbis Galenus teſtatus eſt: *Glutinaturo* (inquit) *vnum id propoſitum eſt, vt eius, quod præter naturam eſt, redundantiam conſumat. Qui cicatricem inducit, non hoc modo, verum etiam vt ei, quod ſecundum naturam ſe habet, aliquid deradat.*

Epulotica propriedicta quam facultatem habeant.

Priuſquam igitur vulnus cicatrice poſſimus obducere, eo vſque reſiccanda caro eſt, donec calli ſimilitudinem induerit, & cuti ſimilis euaſerit. Quod ſane per ſe primario ac proprie, hoc eſt, peculiari facultate, medicamenta effecerint, quæ aſtringendi modice facultatem habent: & eiuſmodi quidem, vt plurimum frigida ſunt & ſicca. Cuius generis reputantur, galla immatura, malicorium, id eſt, mali Punici ſeu Granati cortex, balauſtium, qui flos eſt ſyluestris Punicæ, fructus ſpinæ Ægyptiæ, vel eius loco acacia, rhus ſeu ſumach, & eius generis vniuerſa, quæ modice aſtringunt atque deſiccant. C

Cicatricem per accidens inducentia. Cathaeretica

Per accidens vero & ſecundario carnem alterando, & calli inſtar indurando, cicatricem etiam inducunt calida medicamina, quæ carnem detrahere ac colliquare ſunt nata, Gal *lib. quinto ſimplicium*, cathæretica, id eſt, detractoria dicuntur, vulgo autem conſumptiua. Cuius generis ſunt chalcitis, & æs vſtũ non lotum: quod enim lotum eſt, vere eſt epuloticum: & æris ſquamma, myſi, & fiſſum alumen, & quod vulgo vitriolum appellatur: quæ prædictis vere epuloticis, id eſt, primario, & ex ſua facultate cicatricem inducentibus, multo ſunt valentiora. Miſy quidem & calcitis præcipue. Mitior autem æris ſquamma: atque etiam hoc mitius æs vſtum: quod etiam ſi lauabis, vtique (inquit Galenus) minus mordens medicamentum habebis. Itaque ſi quando iis vti ad cicatricem inducendam in aliorum penuria cogimur, parciſſime ipſis vtemur: largius enim admota, mordicant colliquantque carnem, & vlcus cauum efficiunt. Summum igitur tantum ſpecillum, hoc eſt, ſpecilli cuſpidem, in ea ad exactiſſimum læuorem tuſa dimittemus, ac poſt velut tenuiſſimum quendam pollinem, partibus, quæ cicatrice induci poſtulant, leuiter eas contingentes imponemus. Quod ſi illa etiam aduras, vt minus acria, ſic ad cicatricem inducendam, reddes magis apta: ſi vero etiam laues, adhuc fient mitiora. Sed de his locupletius atque accuratius dicemus *in antidotario, & in tractatu de vlceribus.* D

De cicatricibus reparandis in vulneribus.

DEformes atque indecoræ cicatrices, teneræ quidem adhuc, & recentes inſtaurantur Rhaſi, admoto diachylo aut lithargyro (vt vocant) nutrita.

Ad corrigendas cicatrices nigras

Cicatrices nigras tollunt oleum, in quo radix bryoniæ tum candidæ, tum nigræ incocta ſit, dum ſuccum reddat impoſitum: calamintha ex vino cocta, argenti quoque ſpuma cum roſaceo albo lota.

Ad craſſiores & inueteratas.

Craſſiores vero & iam inueteratæ reparantur, oleo balſamite appoſito, vel radice cucumeris ſylueſtris (quem aſininum vocant) trita & appoſita. Quod ſi his aut ſimilibus non tollantur, id totum, quod ſupereminet atque excreſcit, cultro raſorio reſcindendum eſt, vel cauterio amouendum. Cruſtam vero reſolues admoto gallinæ aut anatis adipe, vel etiam maſtiche. Hæc quidem in vſu agenda cenſent recentiores Chirurgi. Verum Cornelius Celſus ſtultum eſſe exiſtimat, ſi vel excreuit cicatrix, vel concaua eſt, decoris cauſa rurſus & dolorem & medicinam ſuſtinere. Alioqui, ait, res vtrique ſuccurri patitur. Siquidem vtraque cicatrix exulcerari ſcalpello poteſt. Si medicamentum aliquis mauult, idem efficiunt compoſitiones hæ, quæ corpus exedunt. Cute exulcerata, ſuper eminentem carnem exedentia medicamenta conficienda ſunt: ſuper concauam, implentia, donec vtrumque vlcus ſanæ cuti æquetur, tum cicatrix inducatur. E

De vul-

A *De vulnere ſupercreſcentem carnem habente, quam Græci hyperſarcoſin vocant.*

C A P. VIII.

VVlnus quod hyperſarcoſin, id eſt, ſupercreſcentem carnem habet, morbus eſt ex eo genere, quod in quantitate magnitudineue partium ſpectatur, quemadmodum & cauitas erat, de qua paulo ante egimus. Ergo veluti vulnus cauum, non vnum eſt vitium, ſed pariter cauitas & vulnus. Ita vulnus aut vlcus, quod ſupercreſcentem carnem habet, non vnus eſt morbus, ſed ſimul caro ſupercreſcens, & vulnus vlcuſue. Prior morbus, qui inſtrumentarius eſt, (nempe magnitudo, quæ præter naturam eſt) primam indicationem (quæ veluti meta eſt inueniendorum remediorum) nobis inſinuat: ipſius ſcilicet exuberantis, & præter naturæ modum excreſcentis ablationem. Alter vero morbus, qui communis eſt, (nempe ſoluta vnitio) coniunctionem indicat.

Vlcus ſupercreſcentem carnem habens non vnum eſſe morbum.

Porro ipſa agglutinatio ſeu diſſidentium coniunctio, vti & carnis generatio, naturæ quidam opera, vt *prius* diximus, perficitur. At ſupercreſcentis carnis detractio, nullum quidem, inquit Galenus, naturæ opus eſt, ſed ſolis medicamentis, ſeu medicamentorum ope perficitur, quæ vehementer exiccent &
B natura acria ſint: cuiuſmodi ſunt atramentum ſutorium, quod Græcis chalcanthum dicitur: chalcitis ſeu vitriolum, ſpongia, radix aſphodelorum, hermodactyli, ſtupæ minutim inciſæ, linamenta è panniculo carpta, muria aceto imbuta & reſiccata: vnguentum viride, & id genus alia tum ſimplicia, tum compoſita, quæ ex *libro ſexto* ſunt requirenda.

Carnis detractionem medicamentis perfici, nō opera naturæ lib 3. met.

Cæterum id vnum ſemper fideli memoria obſeruandum moneo: nempe pro diuerſis corporum & partium temperamentis, varianda eſſe remedia. Eadem enim medicamenta quibuſdam naturis carnem excreſcentem inſumunt, aliis vero cicatricem inducunt, aliis ſolum glutinatorium munus præſtant. Eiuſmodi namque medicamenta, quæ carnem minuunt (ſeptica Græcis, impropria quidem appellatione dicuntur) proxima ſunt, tum iis, quæ valenter detergunt, tum iis, quæ cicatricem inducunt. Sic vt non pauci interim (inquit Galenus *libro tertio methodi medendi*) per errorem medicamentum, quod carnem minuit, vel pro eo, quod ſordem detergeret: vel pro eo, quod cicatricem induceret, accipiant. Exempli gratia, miſy & chalcitis (quæ inter cicatricem inducentia annumerauimus) ſi naturæ humidæ appli-
C cabis, potius carnem demere, quam cicatricem inducere deprehendes. Adde, quod inter eiuſmodi ſeptica, quæ carnem tenellam vulneribus atque vlceribus ſupercreſcentem colliquant & abſumunt: quædam valentiora ſunt, quædam imbecilliora & mediocria. Quocirca nonnulla mediocres carni ſupercreſcentias exedunt. Alia vero maximas hyperſarcoſes, id eſt, carnis immodicas excreſcentias minuunt, & ad vſque penitiora cruſtis obducunt. Cuius generis eſt, quod recipit *calcis viuæ, ſquammæ æris, & mannæ thuris pares modos.* Sed de iis quidem adhuc locupletius *libro ſexto* dicetur: quare ad reliquas vulnerum differentias properandum eſt.

Septica dicta carnem minuentia.

De vulnere contuſo ab aere alterato, dura calloſaque labra habente, cruciante, & phlegmone, aut alio præter naturam tumore impluuto, C A P. IX.

VVlneris (vt in præcedentibus demonſtrauimus) qua vulnus eſt, ſanatio, mediocris ſiccatio eſt. At vulneris, quod cum alio affectu coniunctum eſt, (cuius videlicet præcedere curationem oportet) eius curatio, vt vulneris ſolius non eſt, ſed prior illius affectus, qui cum vulnere conſiſtit, ſecunda vero ipſius vulneris. Nam ſiue phlegmone quæpiam, ſiue nigritia, ſiue ecchymoſis, ſiue eryſipelas, ſiue tumor, qui
D œdema dicitur, vlceratam vulneratamue carnem obſederit, primum eius molienda curatio eſt. At vero quod vulnus interim non ſolum non commode curatur, ſed multo etiam maius redditur, id neminem, inquit Galenus, latere puto. Itaque ſiue contuſa fuerint circumpoſita vulneri loca, ſeu phlegmone, aliuſve tumor præter naturam in his conſtiterit, propria eius affectus ſanatio inuenienda nobis eſt: illud pro certo habentibus, fieri non poſſe, vt vulnus ſanetur, niſi locus, in quo conſiſtit, prius ſit ſanatus.

In eiuſmodi igitur vulneribus, ſuppoſito communi regimine phlebotomiæ, purgationis & diætæ (quandoquidem hi affectus præterquam quod vulnera ipſa ad cacoethiam præparant, fluxionem etiam in vnum locum dolentem excitant, auocantque, tametſi etiam corpus nec ſanguine, nec vllo ſuccorum vitio redundet) topica ſeu localis curatio communis eſt, agglutinationem prohibere, & fluxionem arcere.

Quocirca recte mihi feciſſe videberis, ſi in contuſo, cruciante & phlegmonoſo vulnere, ſtatim per initia, loca circumiacentia illueris, vel roſaceo, vel myrtino oleo, vel vnguento, quod conſtat *bolo armena, & oleo & aceto.* Supra vero dolentem partem oleum aliquod admoueas, quod vel leniendi, vel molliendi, vel maturandi vt res exigit, vim habeat.

Vulneris contuſi curandi ratio.

E Ponamus igitur carnoſam aliquam particulam telo tum cæſam, tum contuſam eſſe: huic ſine ira ex Hippocratis ſententia medendum eſt, vt quam celerrime ſuppuret. Neceſſe enim eſt, carnes ſic contuſas putreſcere, & in pus verti. Poſtquam vero ſic per quandam putreſcentiam in pus verſæ fuerint, liquari, & tandem nouam carnem naſci. Adde, quod hac curandi via & ratione obſeruata, minus (eodem Hippocrate authore) phlegmone vrgebitur, caro ipſa ſic cæſa contuſaque. Duæ igitur intentiones in curando vulnere contuſo nobis proponuntur: nempe ſuppuratio, & nouæ carnis generatio. Porro cum ſuppuratio cum quadam fiat putreſcentia, & omnia, quæ putreſcunt, Galeno authore, ex calido & humido ſic afficiantur, nimirum quæ calfaciant humectentque, hiſce contuſis vulneribus, atque adeo omnibus iis affectibus, quibus moueri pus expedit, admonebimus: Cuiuſmodi ſunt maluæ coctæ, radix althææ, tetrapharmacum, panis triticeus, hordei farina ex aqua & oleo: itemque panis

Hypotheſis.

Gemina intentio in vulnere contuſo proponitur.

Lib 4. The.

panis ex aqua & oleo. Præterea fomentum multæ calidæ aquæ hæc enim & ſimilia omnia, quæ ſic calfaciunt & humectant, celerrime pus mouent: Horum autem materiam copioſam habes *libro præcedente de tumoribus præter naturam* & *in antidotario*: item *libro quinto de ſimplicibus*. Verum enimuero non fuerit alienum, hic vnum atque alterum compoſitum medicamentum ſubijcere, quod ad ſuppurationem in propoſito vulnere beneſaciat. A

Emplaſtrũ Ex Auicen. fe 3 quarti. ℞. *radicis althææ, cucumeris agreſtis, ſingulorum vnciam ſemis, origani agreſtis, hyſſopi ana manipulũ ſemis, florum chamæmali, ſeminis lini, ana pugillum vnum, ficus pingues nr. ſex: vuas paſſas pari numero vna bulliant, ac tandem in preſſis ac diligenter tuſis, adde galbani, myrrhæ, ſtyracis liquidæ, œſypi, ana drachmam vnam ſemis ſanguinis draconis, adipis porci, ana vnciam ſemis. componatur malagma.*

Conducit plurimum ad eandem intentionem aſſequendam, & *infra* ſcriptum medicamentum, *Emplaſtrũ.* in formam emplaſtri redactum. *Accipe foliorum maluarum & violarum ana manipulum vnum, radicis althææ libram ſemis: decoquantur in iure carnium abſque ſale, poſtea ſubigantur in mortario & cribro incernantur, ex cribratura cum prædicta decoctione & farina hordei, ac tritici, ana quantum ſatis eſſe videbitur, fiat emplaſtrum ſolidum ſiue malagma, addendo butyri & olei communis ſingulorum vncias tres, vitellos duorum ouorum, & croci momentum.* Hoc autem & vt præcedens malagma ſuper vulnus & contuſam carnem dandum eſt. In ipſo vero vulnere imponi debet digeſtiuum (vt vocant, ex terebinthina reſina, & ouorum luteis.

Digeſtiuum vulneri imponendum.

Detergentia quando admouenda. Cæterum perducto ad ſuppurationem vulnere, his, quæ pus mouent, relictis, ad purgantia & detergentia transeundum erit, vt ſunt tincta in melle linamenta, mundificatiuum ex apio, & id genus alia, quæ *in antidotario* deſcripta inuenies. In omnibus autem eiuſmodi vulneribus, recte inditur turunda melle roſaceo, aut vnguento Apoſtolorum nuncupato, imbuta. Supra vero id purgans detergenſue medicamentum, ſtupæ aridæ dandæ ſunt: adaptandaque eſt deligatura, quæ admota medicamenta probe retineat, donec perfecte expurgatum vulnus fuerit. *Tum demum autem purum vlcus eſt*, inquit Celſus, *cum rubet ac nimium neque ſiccum, neque humidum eſt. At quodcunque ſenſu caret, quod non naturaliter ſentit, quod nimium aut aridum, aut humidum eſt, quod aut pallidum aut albidum, aut liuidum, aut nigrum eſt, id purum non eſt.* B

Stupa arida Cor. Celſ. lib. 5

2 intentio curandi vulneris contuſi. Purgato, vt decet, vulnere, carne ipſum implere oportet, quæ ſecunda erat in curando hoc contuſo vulnere intentio. Carnem igitur modo, quo *ſupra* diximus, generare oportet, & iam impletum vlcus ad cicatricem perducere. Quem ſcopum facile aſſequeris, ſi turundam indies paulatim imminueris. Ita enim ſolius naturæ opera, ac citra vllum medicamentum vlcus carne implebitur, & cicatrice obducetur.

Si caro contuſa multũ ſit lancinata. Quod ſi caro multum eſſet dilacerata & ſutura vtilis videretur, conſuatur laxa quadam ſutura, labia retinente. At ſi labra vulneris ab ambiente alterata fuerint, ac dura calloſaque appareant, ſcalpello illa (modo nulla alia obſtiterit diſpoſitio) corium amouendo, renouare oportebit: deinde conſuere. C

Si labra vulneris fuerint dura & calloſa.

Si contuſa caro in gangrænam degeneret. Porro ſi cæſa contuſaque caro enumeratis modo auxilijs ad ſuppurationem perduci non poſſit, videaturque in gangrænam ac partis corruptelam degenerare (quod ex tarda difficilique maturatione & fuſco, liuido, aut nigro loci affecti colore deprehendes) vnguentum Ægyptiacum nominatum, *capite de curatione gangrænæ* deſcriptum, aut aliquod aliud ſimile medicamentum, quod ad eiuſmodi corruptionem & mortificationem ſit idoneum, protinus erit admouendum.

Quod ſi alia quædam ſymptomata vel affectus, huic contuſo vulneri ſuperuenerint, vt dolor, phlegmone aut quiuis alius tumor præter naturam, aduerſus illa congruis (quæ *ſuo loco* dicta ſunt) remedijs erit pugnandum.

De ecchymoſi ſiu ecchymomate, id eſt, ſanguinis ſubter cutem effuſione & coitu, quod vna cum contuſione ruptioneque, cute integra manente, hoc eſt, non vulnerata incidit.

CAP. X.

Ecchymoſis quid. ECchymoma, id eſt, ſanguinis ſubter cutem effuſio & coitus, *ſolutæ continuitatis genus quoddam eſt, quod plurimum* vt libro quarto methodi ait Galenus) *vna cum contuſione, ruptioneque incidit*. Quocirca non fuerit à propoſito alienum, ſi propter affinitatem, quam habet cum prædicto vulnere, pauca non obiter de eo dicamus. Itaque incidit interdum hoc vitium, cum ſola contuſione, citra carnis muſculoſæ in profundo hærentis corpore, ruptionem, quod Græci rhegma appellant: vt ex violento ictu vel graui caſu. Aliquando vero cum ſola ruptione, abſque etiam contuſione carnis (quod Græcis ſarcothlaſma & thlaſma dicitur) conſiſtit: vt cum motu quopiam valente, & conſertim facto, citra graue aliquod extrinſecus incidens, caro diſrumpitur. Nonnunquam etiam cum vtroque, vt cum graui ac duro quopiam corpore, quod extrinſecus ſuperinciderit, vel caſu ab alto, non modo carnoſæ muſculorum partes, ſine cutis diuortio contunduntur, ſed etiam ex diſtentione violenta, & conſertim facta abrumpuntur. Tunc enim venis exiguis, in ea ſic contuſa ac rupta carne diuortium expertis, ſanguis exilit, vnde ipſum ecchymoma ſub cute collectum naſcitur. Cuius apparentes notæ ſunt, tumor mollis & tactui cedens, liuidus & magna ex parte indolens. D

Ecchymoma à quibus occaſionibus excitetur.

1.

Ecchymoſis mota. Fit autem aliquando ecchymoſis, & ex oris vaſorum apertione, quam anaſtomoſin vocant, & ex ea, quæ à nonnullis diapedeſis dicitur, id eſt, transcolatio, exilitio vel tranſmiſſio, aut ſubſultus. E

Anaſtomoſis vnde excitetur. Porro accidit anaſtomoſis propter tum vaſis imbecillitatem: tum ſanguinis, qui ad os eius impetu ruat, copiam. Adhæc ob acrem quampiam, quæ illi extrinſecus incidat, qualitatem.

Lib 5 thera.

Diapedeſis vnde oriatur. Diapedeſis ex tunica quidem ipſa rarefacta, ſanguine vero tenuato oritur. Accidere præterea interim poteſt, & ex gracilium vaſorum ore adaperto. Verum de ea tantum ecchymoſi nunc agitur, quæ contuſionem vel ruptionem conſequitur.

Hanc igitur ecchymoſin propter ſolutam vnitatem affatim factam, dolores & ob ſanguinis in profun-

A profundo concurſum, abſceſſus nonnunquam inſequuntur, qui magna ex parte per halitum digeruntur. Species autem ecchymomatis ſunt hypopia, quæ Romani ſugillata vocant, & liuores ex ictu prouenientes, Græcis hypoſphagmata nuncupata, quæ & interpreti Auicennæ veſtigia percuſſionis: Latinis vero proprie vibices dicuntur. *Species ecchymomatis.*

Ecchymoma, quod cum magna ac violenta contuſione incidit, periculo non vacat. Solet enim frequenter (ſi negligitur) non modo afflictæ particulæ, ſed & corporis totius corruptionem afferre. At ſi forſan in contuſione, quæ cum ecchymoſi conſiſtit, cutis à carne ſeiuncta maneat pendula, raro vel nunquam agglutinatur. Proinde ſatius eſt, eam præſcindere, & exiccantia medicamenta admouere vel abſque deligatura, locum ſic excoriatum relinquere. Aer namque ambiens cutis ipſius inſtaurationem non mediocriter adiuuat. *Indicia de ecchymomate.*

De Curatione ecchymomatis, quod vel contuſio, vel ruptio excitauit.

CÆterum quoniam *ecchymoſis ſeu ecchymoma plurimum* (vt Galenus ait) *vna cum contuſione ruptioneque incidit, idcirco in ipſo curando plures erunt indicationes obſeruandæ. Semper enim pro affectuum numero etiam medendi* *Lib. 14. met.*
B *dendi indicationes respondent.*

Prima indicatio eſt, fluentem ad locum affectum materiam vacuare & auertere. Quod optime quidem fit, authore Auicenna, venæ ſectione, quam omnes etiam artis periti in hoc affectu imperant, quamuis corpus mundum, hoc eſt, purum ab excrementis fuerit. *1. indicatio in curanda ecchymoſi obſeruanda.*

Secunda intentio eſt, dolorem ſedare & parti læſæ, ne fluxionem excipiat, robur afferre, rebus frigidis & ſtypticis eam perfundendo atque illinendo. Vnde Rhaſes & Lanfrancus partem eo vitio laborantem, inungebant roſaceo, & poſt vnctionem puluere myrtillorum reſpergebant, ac mediocri deligatura ſtringebant. Verum enimuero in communi vſu obſeruatum eſt, vt permixta oui candidum roſaceo permiſtum, loco dolenti, ac ſic affecto, admoueatur. *2. intentio.*

Tertio, curationis conſilium eo dirigere debemus, vt ſanguinem ipſum totum, qui ſubter cutem effuſus eſt, diſſipemus ac reſoluamus, idque confeſtim, priuſquam nigreſcat, & in grumos ſeſe cogat. Quod factu quidem haud difficile erit, ſi & ſanguis effuſus tenuis, & prope ſummam cutem, non autem in profundo ſitus fuerit. Quod ſi diſcuti non poſſit, tum [illegible] digerentibus medicamentis, tum ſcarificationibus educendus erit, & ſi nihil hæc promouerint, affectus eo[illegible] more abſceſſuum curandus erit. Itaque ſanguinis ſic per contuſionem ruptionemque diſperſi, diſſipatio & vacuatio ecchymomatis eſt, quia ecchymoma eſt, propria curatio: vt *libro quarto methodi medendi* his verbis Gal. teſtatus eſt. *Sane (inquit) ecchymoſis omnis vacuationem pro remedio curationis indicat.* *3. intentio.* *Propria ecchymomatis curatio.* *Omnem ecchymoſin vacuationem indicare.*

C Quæ calfacientibus huic, & modice ſiccantibus medicamentis eſt opus (quale eſt ex nigris populis acopon). Quippe quæ vehementer ſiccant, digerunt illa quidem in principio euidentius, quam quæ ſunt imbecillia, cæterum nonnihil ipſius vitij ſcirrhoſum, difficileque curatu relinquunt. Curandum vero eſt, vt ruptis, quæ in profundo hærent corpore, hæc tum vires habeant magis intentas, tum ipſa magis acria, magiſque diſſipantia ſint, tum (vt ſemel dicam) tanto efficaciora quanto magis a cute ad profunda ecchymoma receſſit. In talibus ſane nec cucurbitæ vſus ſit [illegible], id enim [illegible] violentam attractionem, à Medicis excogitatum. Verum enimuero, [illegible], ex quibus ſanguis exiguus contuſione, per [illegible] fine, vt Galeno & Paulo viſum eſt, nonnihil ex aſtringentibus, quæ digerunt, id miſcere oportet. Conſtat, nulli ve[illegible] aliquando deſtitutione requirunt, vt ad naturalem [illegible] reducantur, & ne noua materia ob dolorem [illegible], ad locum contuſum delabatur. Quando profundum ſola digerente vim haberet medicamentum in principio applicatum, non modo ſola, quod [illegible] digereret, ſed & per contuſionem aliquid [illegible], quo contuſis venulis contineatur, expellendum, vt teſtis eſt Galenus *libro quinto de compoſitione medicamentorum ſecundum locos.* Quando autem [illegible] venulæ ſe [illegible], circa [illegible] ad ſola digerentia medicamenta venire [illegible]. Porro in quibus ſic modice aſtringentium [illegible], nec non per halitum digerentium miſcere conuenit, perſpicuum eſt, imbecilliora primum debere aſſumi, validiora autem inueteratis, & iis, quæ nigreſcunt [illegible]. Ad inueterata igitur ecchymomata, Paulo etiam authore radicula illita prodeſt: quippe diſcutit ea, vbi erodere ceperit: vel ipſius radiculæ ſuccus cum micis panis inductus. *Cucurbitulæ vſus in quibus ecchymomatis vtilis.* *Ecchymomatis per initia nonnihil aſtringentium diſcutientibus admiſcendũ.*
D *Ad inueterata ecchymomata. Lib. 4.*

Cæterum ex moderate digerentibus, quæ vulgo reſolutiua domeſtica vocant, hæc ſequentia ſex auxilia in communem vſum veniunt. *moderata digerentia.*

Primum conſtat vino, melle & ſale. 1.

Secundum farina hordei, calaminthe, & vino conficitur. 2.

Tertium recipit ceram, & cuminum. 3.

Quartum fit ex floribus chamæmeli, meliloti, ſtœchade & cumino, omnibus in vino decoctis. 4.

Quintum ex maluis, furfure, abſynthio, cumino aut anetho, aqua vel vino incoctis. 5.

Sextum fit ex farina hordei & fœnigræci, croco & momento auripigmenti, omnibus quidem aqua calaminthæ incoctis. 6.

Solent & potiones quædam inſtitui, quæ ſi aſſumantur, ſanguinem concretum & extra vaſa effuſum (vulgo mortuũ vocant) diſſipare ac reſoluere creduntur: cuius generis eſt ea, quæ conſtat bdellio, coſto, centaurio & ſyrupo acetoſo, atque huic aliæ quædam conſimiles, quas in caſu ab alto, offenſione & violento membrorum tractu ac diſtentione, offerri conſueuerunt. *Potiones, quæ in ecchymoſi à recẽtioribus propinantur.*

Cum autem totum ecchymoma digeſtum per halitum eſt, ſiccare iam vehementius ruptum ipſum permittitur, ac deligatura coniungere omniaque in ſumma facere, quæ, vt vlcus coaleſcat, effi- *Si totum ecchymoma per halitum digeſtum ſit.*

 ciant.

Cur quæ non prius fuere, subinde dolorem renouent.

ciant. Ergo ſi euocatum celeriter totum ecchymoma [illegible] coaleſcet rupta ipſa caro. Sin longiore A ſpatio ſordes multa ſubnaſcens, medium inter [illegible] ris labra ſpatium occupabit, ita vt iam coire ruptio non poſſit. Atque inde adeo fit, vt qualibet leui de cauſa, [illegible] ſui admoneant: nam ſiue quis obtigerit, ſiue parum concoxit, ſiue febri laborauit, ſiue ſe vehementius fatigauit, eiuſmodi illico particulis dolet. Non enim (vt *modo* dictum eſt) inde in coiere ruptionis labra, ſed tantum prope ſunt admota. Quo fit, vt leui momento ea facile ſeparentur, & medius inter ipſa locus ſuperuacuo humore repleatur. Ecquid, quæſo, aliud, quam aſſiduè nouum ecchymoma creatur, & primo illi (cum videlicet primum caro eſt rupta) perſimile? niſi quod ex tenui magis ſanie nunc conſtat: cum in principio è ſanguine ecchymoma eſſet. Ideoque facilius etiam nunc, quam prius ſeu per initia digeritur.

Cæterum quomodo curari debeant, ſugillata, liuores aliaque id genus accidentia, quæ contuſiones, graues caſus & offenſiones conſequuntur, aliquando forſan *alibi* dicetur. Hactenus de vulneribus, quæ in carne maxime per tela inferuntur. Sequitur vt de his dicamus, quæ morſu fiunt.

De vulnere ex morſu vel ictu animalium, tum venenatorum, tum aliorum non ita noxiorum illato, & præſertim de morſu canis rabioſi.

CAP. XI.

DE Vulneribus, quæ ex morſu punctuue animalis inferuntur, & præſertim canis rabioſi, aut alicuius B venenatæ feræ vel beſtiæ, quidam memoriæ pauca tradiderunt. Quippe quæ non adeo frequenter accidant, & ſi aliquando inciderint, ſoleant ruſtici ac plebei homines neglectis Chirurgis ac Medicis, medicamentum præſens ad hæc ipſa conficere, *ex allio, cæpa & oleo* quod cataplaſmatis modo vulneri imponunt. Adde, quod exquiſite de his tractare, magis ad Medicum (quem phyſicum appellant) quam Chirurgicum, non quod ad vulnus ſpectat, pertinet. Itaque qui abſolutam eorum cognitionem habere deſiderat, ex Arabicæ familiæ ſcriptoribus, Auicennam, Rhaſem, & Rabi Moiſem: & ex recentioribus Barbaris, Henricum legit oportet, qui de omnibus fere venenis ſubtiliſſime tractauerunt. Sed multo his doctius atque accuratius de eiuſmodi morſibus & ictibus venenatorum animalium ſcripſerunt, Aetius Antiochenus, Paulus Aegineta, Cornelius Celſus, Actuarius, Oribaſius, & ante hos omnes adhuc Dioſcorides. Quos omnes, ſi velis hac in re poteris conſulere, aut vnum ſaltem ex illis, quem placebit, deligere. Tantum enim *hoc loco* vniuerſalem vulnerum ex morſu punctuue illatorum, curationem referemus, atque eam duntaxat adhuc, quam maxime Chirurgia molitur.

Qui præſertim authores tum recentes, tum veteres de venenatis vulneribus ſcripſerunt.

Morſus ac punctus animalium duplices.

Itaque morſus animalium punctuſue, duplici conſtant differentia: alij enim ſunt venenati, alij vero minime.

Virulenti.

Venenati dicuntur, qui à virulentis beſtiis inferuntur: cuiuſmodi ſunt, rabioſus canis, ſerpentes, C peregrinæ angues, ſcorpio, baſiliſcus, draco, vipera, coluber, mus araneus, phalangium, aſpis, & id genus aliæ virus eiaculantes feræ.

Morſus non venenati.

Contra vero non venenati morſus dicuntur, qui ab animantibus non ita virulentis imprimuntur infiguntur ue: cuiuſmodi ſunt canes domeſtici, ſimia, homo, equus, ſues, tam domeſticæ quam ſyluestres felis in domibus oberrans (quem nominant elurum) & ſimilia.

Ictu quoque hominum corpora lædunt, veſpæ, apes, muſcæ, culices, pulices & cimices. Sed qui à veſpis & apibus punctus infiguntur, plus noxæ ac doloris inferunt, interdumque Chirurgi operam deſiderant.

Morſum omnem quoddam virus habere.

Morſus hominum, quando ſint maligniores.

Omnis autem fere morſus (ſi Cornelio Celſo credimus) *habet quoddam virus*. Paulus non addubitat, ipſius etiam hominis morſus cum virulentis beſtiis conſcribere. *Siquidem* (inquit) *maligniores multo cæteris aliis viteri, hus apparent, præſertim ſi, qui morſum intulit ieiunus fuerit, anteaque legumina pro cibo ſumpſerit atque in primis lenticulam*. Ea propter, quæcunque communiter in aliis virulentis morſibus vel ictibus commemorantur ac proſunt, eadem quoque in his morſibus extrinſecus per initia adhibere conueniet, exceptis nimium acribus & cauſticis, id eſt, adurentibus. D

In quibus conſpirent, & vicissim diſſideant virulenti morſus & non venenati.

Cæterum morſus ipſi ac punctus, tam venenatorum & lethalium, quam non virulentorum, in quibuſdam, quod ad rationem curandi attinet, conſpirant & in quibuſdam euariant. Conueniunt, quidem in eo, quod neque deſiccantia neque repellentia, neque cicatricem inducentia (quorum natura aſtrictoria eſt, & deſiccatoria) deſiderant, quin potius attrahentia, dilatantia, relaxantia, atque emollientia ſtatim ab initio expoſtulant. Tam hi etiam, quam illi ſedulo repurgari appetunt: ac demum poſtquam vlcera probe fuerint repurgata, cicatrice obduci. In hoc autem differunt, quod morſui non venenato abunde ſatisfaciunt, domeſtica (vt vocant) attrahentia & maturantia. Cuius generis ſunt cæpæ & allia, tam agreſtia, quam ſatiua, cocta, trita, & cum fermento, oleo & ſale mixta. Si vero vulnus morſu aut ictu virulentum in aliquod animans homini intulit, quæ vehementer etiam trahunt, ne virus interna ſubeat, & ad cor ſerpat (cuius deſtructionem ex ſuapte natura ſemper appetit) ſtatim erunt admouenda, vt cucurbitula loco prius ſcalpello inciſo, & emplaſtra quædam valide virus extrahentia, quæ ſtatim E ſubiungemus. Deinde candenti ferro (ſi patitur locus) vulnus adurendum eſt, aut cauſtico ſaltem aliquo medicamento ac vehementer exedente vtendum. Eiuſmodi enim vulnera omnia lethalia ſunt, & præſentem ſæpe perniciem (ſi protinus non ſuccurritur) afferunt. Proinde & extrema illis, iuxta Hippocratis conſilium) adhibenda ſunt remedia. Adeoque vt membrum, quod ſic à lethali ac virulenta fera, vel morſum vel ictum eſt, interdum præcidere ſeu amputare conueniat. Quemadmodum Galenus memoriæ prodidit, vinitorem quendam à vipera morſum, vbi feram agnoſceret, confeſtim læſum digitũ falce abſcidiſſe, atque in totum ſic periculo liberatum.

Venenum ſemper cor petere.

Vinitor morſu à vipera digitum amputauit.

Morſuum ac punctuum venenatorum nota.

Porro venenatos morſus aut ictus, punctuſue iis ſequentibus notis deprehendes: Vulnus infixum

A valde dolet, punctionis & mordicationis ſenſus vehemens, in affecta parte perſentitur: Vulneris atq; affecti loci color perit, ac mutatur: aut enim rubet atque inflammatur, aut liuet vel nigricat. Laborans grauibus angitur moleſtiis, ac totus ardet: corpus totum eius ipſius, qui vel demorſus, vel ictus eſt, ita nonnunquam obſtupeſcit, ac talem (vt ſic dicam) obdormitionem ſentit, vt tangentem non ſentiat. Verum nihil fere in iis perpetuum eſt. Neque enim dolor ſemper adeſt vehemens aut atrociter moleſtans, in omnibus eiuſmodi ferarum ac beſtiarum venenatarum ictibus, aut morſibus: ſed in quibuſdam [illegible] mulus eſt, vt in morſu canis rabioſi. Nec enim protinus infeſtum quicquam, vbi mox mordent (vt inquit Dioſcorides) infligit, niſi vt vulnus dolorem, hoc eſt, ſtatim qui [illegible], vbi morſu exçandeſcens rabie canis in partem aliquam vulnus intulit, nihilo plus doloris aut moleſtiæ ab initio afferre videtur, quam non rabioſus.

Sed & qui à ſcorpionis ictu dolor accidit, modo decreſcit, modo intenditur: ac nunc feruor, nunc frigus, tum percuſſum locum, tum corpus totum viciſſim inuadit, vt Paulus annotauit & vt breuiter dicam, ſua cuiuſque animantis morſibus & ictibus propria ac peculiaria ſigna ſunt, vt videre eſt apud Dioſcoridem, Paulum, Aetium, Cornelium Celſum & alios, qui de venenatis hiſce beſtiis [illegible] atque accuratius ſcripſerunt.

B Cæterum aliis venenatis beſtiis (quod apud nos rariſſime ſint) prætermiſſis operæpretium non abre duximus, ſi vnius rabioſi canis particulatim meminerimus. Siquidem hoc animal & fœcunditati proventu, id eſt, frequens & contubernale homini, ac domeſticum eſſe conſueuit. Adde quod & ipſe ſæpius corripitur ac perit, ab eoque difficile caueri poſſit. Inde periculum incurrunt homines [illegible], niſi multis & conuenientibus vſus fuerit præſidiis. Plerunque autem flagrantiſſimis æſtibus [illegible] rabiem efferatur. Interdum etiam per frigora maxima, vt [illegible] memoriæ mandarit.

Iam vero rabioſus potum & eſcam auerſatur, ſiti premitur, neque tamen bibit: anhelat [illegible] non parum, nodique exerta lingua, aures inclinat, largam ſpumantem pituitam [illegible] & ore profert: mutus in totum eſt, & veluti inſanus, vt ne domeſticos quidem ignoſcat: torue & ſolito [illegible] intuetur in omnes [illegible] ſine latratu irruit, & nullo diſcrimine beluas & homines, moroſius [illegible] atque [illegible] ſi ad oritur. Vbi autem momorderit, ſtatim quidem nihil moleſtiæ, vt prius diximus, infert, præterquam ex vulnere dolorem. Exinde autem (nempe temporis progreſſu) morbus ille, qui ab aquæ metu, hydrophobia Græca eſt voce appellatus, exoritur. *Miſerrimum ſane*, inquit Celſus, *genus morbi, in quo ſimul æger & ſiti, & aquæ metu cruciatur, quo oppreſſis in anguſto ſpes eſt.*

C Porro magna ex parte circa quadrageſimum fere à morſu diem, ſolet hic morbus hydrophobicus ingruere: quibuſdam & poſt ſex menſes: aliquos [illegible] etiam & poſt [illegible]. Sunt & qui poſt annum vnum, vel etiam duos interdum, à morſu [illegible] morbum hunc contraxiſſe teſtentur. Narrant & aliquos poſt ſeptennium hoc aquæ metu [illegible]. Quo fit, vt qui à cane rabido morſi ſunt, non valde tuti diu eſſe videantur. Non enim ſtato demum tempore poſt morſum aquæ pauor exoritur. Itaq; quoniam non confeſtim à morſu huiuſmodi aquæ metus [illegible] canem, qui momorderat, non fuiſſe rabie percitum, [illegible] & proinde [illegible] properarunt. Atque hoc pacto ipſimet huius mali authores, [illegible] huic affectioni cauſam dederunt. Hac autem vſus probatione [illegible] rabioſus ſit canis, nec ne, qui momordit: *Iuglandibus nucibus contuſis & accurate [illegible] tur & poſt à circumlinatur, ſequenti die ablata gallinaceo aut gallinæ in cibo apponitur [illegible] fame autem vrgente, ſi eas vorauerint, rem attentius conſiderato. Nam ſi cani [illegible] ac ſuperſtites aues [illegible] comederint, permanebunt, ſi contra rabie correptus [illegible] tunc ad vulneris dilatationem properandum erit. Iterum que poſt paucos dies eadem ex [illegible] rint gallinacei, tunc vulnus ad cicatricem perduces, nullum iam veritus periculum.* Huiuſmodi [illegible] pertinentis, author quondam fuiſſe putatur Oribaſius, vt refert Paulus.

D Cæterum hydrophobiam, id eſt, aquæ metum, Græcorum aliqui ex immodica [illegible] dixerunt: quaſi in contrarium habitum [illegible] penitus humida eorum ſubſtantia: verum [illegible] antiquæ medicinæ grauis author [illegible] eſſe teſtatus eſt, [illegible] ni eius cum humore illo ſiſtitiq. [illegible]. Itaque non ſecus, quam reliquos melancholicos & [illegible] mientes, ſcimus alios alia timere: [illegible] etiam ſentire videntur, qui dicunt canis [illegible] imaginem, in aquis opinari eos ſe videre, eoque metu territos aquam fugere. [illegible] *vitio ſunt occupati, nullum* inquit Paulus *præter quam vnum aut alterum ſeruatum [illegible]* [illegible] que non à rabioſo cane morſos, ſed ab homine quodam morſo rabiente [illegible], & aquam [illegible] tum adeptos [illegible] vt refert Dioſcorides, *ſuperaſſe ac ſuperuixiſſe quendam affirmat.* [illegible] *nem in quo aliqui [illegible] idem vitium incidiſſe & [illegible] fatentur.* Moleſtiſſimum [illegible] atque, & dum [illegible] occupauit, inſanabile eſt hoc morbi genus. Ante tamen huius occupationem, multi etiam, quos canis momordit, ſeruati ſunt.

E Euenit autem hic morbus hydrophobicus, cum neruorum diſtentione, vel conuulſione, totiuſq; corporis rubore, præſertim faciei cum ſudore & languore quodam, ſuique faſtidio & domeſticorum ignorantia. Aliqui auræ ſplendorem & aquam fugiunt, & dum vident & dum [illegible] mouentur. Nonnulli etiam omnem humorem auerſantur, & horrent, alij ſine vlla doloris intercapedine vexantur. Sunt etiam, qui canum more latratus edant, & obuium quemque dentibus impetunt, morſuque ſuo alios [illegible] veneno labefactant. Miſerrimum ſane, vt iam diximus, & moleſtiſſimum morbi genus.

Cæterum vnicum eo oppreſſis remedium eſſe ſcribit Cornelius Celſus *lib. quinto ſuæ medicinæ* nempe non opinantem in piſcinam non ante ei prouiſam proiicere. Et ſi natandi ſcientiam non habet, modo

Alter, cum canis rabioſi per initia nihil moueat, ita aſſerere, præterquam ex vulnere dolorem.

Scorpionis ictus, quæ ſymptomata inuehit.

Canes quo pacto rabie corripi.

Canes quibus in temporibus rabiem sentientes & prodant.

Hydrophobia.

Horrorem aut metum aquæ multi præ ceptum conſiderauit, quo tempore habere.

[illegible]

Hydrophobia vana.

Pauci eorum aut aquæ metu laborant, ſanari.

Dioſcor.

Theminon ab hydrophobia liberatus.

Hydrophobia nota.

Corne. Celſ. remedium contra aquæ metum.

 merſum

merſum bibere pati, modo attollere. [illegible] quoque aqua ſatietur. Sic enim (inquit) ſimul & ſitis, & aquæ metus tol[illegible] [illegible], ne infirmum corpus in aqua frigida vexatum, neruorum diſtentio [illegible] [illegible] protinus in oleum calidum dimittendus eſt. Sed iam tempeſtiuum eſt, communem [illegible] omnium vulnerum (vt ſumus polliciti) curationem aggrediamur. A

De Communi aduerſus omnes morſus & ictus virulentos curatione.

VIrulentorum omnium animantium morſus aut ictus, non nimium diſtantem curationem deſiderant, quamuis in ea multum antiqui variarunt, vt in ſingula genera beſtiarum ſiue animantium, ſingula medendi genera præciperent, atque aliis alia. Sed in omnibus eadem valde multa maxime proficiunt. Itaque quæ ad hanc communem medendi rationem attinent, primum exponemus: deinde curſim perſtringemus, quæ ad peculiarem priuatamque eorum curationem pertinent, quos rabioſi canes (quod frequentiores apud nos ſint, quam aliæ virulentæ beſtiæ) momorderint.

Geminam eſſe curandi rationem in omni morſu aut ictu venenato.

Igitur in omni morſu vel ictu animalis, quod venenum vibrat, gemina eſt Galeno *libro decimo tertio methodi medendi*, curandi indicatio: nempe virulenti ipſius liquoris vacuatio, & eius, quod dolorem creat alteratio. *Sane (inquit) virus eiaculatum vacuant, tum extractoria medicamenta omnia, tum quæ citra calefactionem vehementer trahunt, veluti & cucurbitulæ & cornua quædam, quibus nonnulli cucurbitularum vice vtuntur. Sunt autem & qui ore ſuo virus extrahant, ægra videlicet particula admota, ipſumque vulnus labijs complexi. Huc ſane pertinet & cauterium & medicamenta, quæ cauterii ſimiliter eſcharam efficiunt. At hæc omnia totam eius, quod infixum eſt, [illegible] tiam exinaniunt. Alterum auxiliorum genus eſt eorum, quæ qualitatem per contrariam qualitatem alterant. Si nimirum exhibitum virus nobis vehementem calorem æger vel in ipſo demorſo loco, vel in toto corpore ſentiat, auxilia refrigerantia. [illegible].* B

1. Virus in corpus morſu vel ictu eiaculatum quibus auxiliis vacuetur.

2. Alteratio eius, quod dolorem creat.

Hactenus Galenus. Eius autem compendioſam dictionem, & vniuerſalem methodum ſic interpretamur. Inter ea, quæ virus è profundo euocant, primo medicamenta enumerat, quæ caſtaciendi facultate prædita ſunt: deinde cucurbitulas & cornua: poſtea vero oris ſuctionem: & poſtremo vſtionem, quæ vel ferro vel medicamentis fit. Itaque de his ſingulatim nobis dicendum eſt, quo res peruia magis cuique euadat, ac modus vſus eorum neminem lateat.

Aduertendũ.

Id vnum autem in primis omnes ſcire volo, ea, quæ modo ex Galen. retulimus auxilia, & id genus alia, quæ mox ſubiungemus, ſi primis diebus prætermiſſa fuerint, fruſtra poſtmodum adhiberi. Non enim virulentam illam materiam, quæ iam ad intima, neglecta curatione, penetrarunt, ſatis euocare poſſent. Quare nulla vtique adiectionis eorum foret vtilitas, ſed inaſſum corpora doloribus ſtrenerentur. Inter ergo principia morſus aut ictus illati, hæc & ſimilia afferenda erunt. Sed & priuſquam hæc quæ ſic venenum extrahunt atque eliciunt, admoueantur, ſupra vulnus membrum id, quod vel demorſum vel ictum eſt, deligandum erit, non tamen nimium vehementer, ne torpeat. Hac enim deligatura impedies, ne tam ſubito virus interna ſubeat. C

Membrum demorſum ſupra vulnus deligandum.

Oris ſuctio.

Itaque ſi leuior morſus aut ictus eſt, oris ſuctio apprime conuenit. Homo igitur aliquis ſtatim adhibendus eſt, qui vulnus exugat. Sugentem vero oportet ieiunum non eſſe, ſed & cibo ſumpto [illegible], & vino os colluiſſe, poſtea exiguum olei in ore continere, ſicque exugat, & expuat venenum. Cauere etiam oportet, ne qui vulnus ſic exucturus eſt, internam aliquam oris partem exulceratam habeat. Siquidem venena (vt ſupra ex Celſo retulimus) non guſtu, ſed in vulnere nocent. Sed & locus ipſe priuſquam exugatur, ſpongia in aquam calidam immerſa, fouendus ac proluendus erit. Alij vulnus abluendum aqua cenſent, in qua decocta ſunt chamæmelum, & ſylueſtris lapathi radix. Sunt, qui gallinarum aut aliarũ [illegible] podicem vulneri admouent, ad virus exugendum. Quod ſi quæ applicatæ fuerint volucres, moriantur, venenum extractum eſſe, ſuſpicentur. Poſt hæc vero cinis aceto ſubactus, pro cataplaſmate imponatur: Maxime autem ad hanc rem conducit, cinis ſarmentaceus, id eſt, ex lignis vitis, vel ficulneus aut laureus. Qui ſi non adſit, eo, qui haberi poteſt, vtendum eſt, diligentia (inquit Aetius) ad hoc potiſſimum adhibita, vt inflammatio in loco excitetur, & materiæ ad motum prouocentur. Sal quoque his vulneribus, præcipueque (ſi Celſo credimus) quod canis fecit, medicamentum eſt, ſi manus vulneri imponatur, ſuperque id duobus digitis verberatur. Exſaniat enim ac ſalſamentum quoque recte ſuper id vulnus deligatur. Porro in omni morſu tam venenato, quam non venenato, Dinus hoc vnguento vtebatur: *℞ [illegible] nigræ, axungiæ veruecinæ, olei antiqui ana quart. vnum, galbani vnciam vnam, fiat vnguentum.* D

Venena non guſtu ſed in vulnere nocere.

[illegible] morſus canis rabidi optimum medicamentum.

Vnguentum Dini.

Morſibus vero aut ictibus venenatis magnis, ac vehementioribus commode illinuntur, *cepe cum ſale [illegible], & ſtercora. Item iuglandes nuce cum allio ſale & melle.* Emplaſtra quoque, & cataplaſmata ex [illegible] *& alijs medicamentis calfacientibus quæ vehementem trahendi vim habent*, apparata. Plurima enim ex his non modo virus [illegible] potenter eliciunt, ſed & vulneris oras præſertim in rabidi canis morſu, laxas ac [illegible]. Neque enim permittendum, vt hæc cito coeant, aut committantur. Præter optimorem [illegible] Aetio, ex viperis theriace Andromachi, emplaſtri modo impoſita, & compoſitum hoc ſequens [illegible] quod recipit: *℞ ſpumæ argenti, ceruſæ, [illegible] ſingulorum libram vnam, olei veteris [illegible] trientem, [illegible] quatuor, galbani etiam trientem, ceruſam, argentum [illegible] & oleum coquito, donec non inquinent manus, deinde liquefacta adiecto, vnito, & ſeruato* reponito ad omnem [illegible] & ad abſceſſus & tubercula mammillarum, panos, ſinus, fiſtulas, parotidas ad miraculum enim (inquit) diſſipit ipſas. Vtitor & ad carbunculos. Arcet vehementer inflammationem, & raro citra magnam commoditatem, & efficaciam adhibetur. Porro in magnis quoque ac vehementioribus, tum ictibus, tum morſibus potens eſt hoc ſubſequens emplaſtrum, quod acrioris eſt potentiæ: E

[illegible] ad [illegible], ſiue magnos & vehementes morſus & ictus venenatos.

Emplaſtrũ. Aetij.

℞. gal-

A ℞ *galbani, ſagapeni, opopanacis, aſſæfœtidæ, myrrhæ, piperis, ſulphuris ſingulorum ſemunciam; ſtercoris columbini, & anatis ana vncias duas, calaminthæ, mentaſtri ana vnciam vnam. diſſoluantur gummi in vino, & in vnum miſceantur omnia cum melle, & oleo antiquo, & fiat emplaſtrum.* *Guid. emp. acriora potentia.*

Plæraque alia tum ex veteribus, tum ex recentioribus adduci poſſent, quæ vel commorſam vel ictam partem vehementer calfacere & vellicare poſſunt: proinde & venenum euocare. Verum quoniam iterum de hac re dicemus *libro ſexto*, hæc abunde ad præſens ſufficere putamus. Interim tamen monemus cum Eraſiſtrate, vt *incognita peregrina & inuſitata vitentur*: Cuiuſmodi ſunt fel elephanti, oua crocodili, & conſimilia, quæ difficile, niſi regia facultate peruestigari poſſunt. Adde, quod neque frequenti obſeruatione (vt Dioſcorides ait) hæc ſufficiens experimentum præſtiterunt, quo noſtra fides iis obſtringatur. Iam vero tempeſtiuum eſt, vt de cucurbitulis & cauteriis dicamus: vtriſque enim etiam virus è profundo euocamus. *Cucurbitula.*

Ergo ſi vehementior morſus eſt, cucurbitulam cum largiori flamma ad vulnus affigito. Sed ante circumſtantia loca altioribus vlcuſculis (ſi id membrum patitur) ſcarificato, quo plus vitiati iam ſanguinis extrahatur, & vt ſanguinis illius corrupti vacuatio obſiſtat, ne venenum membratim inſinuetur. Attrahetur enim pluribus quaſi canalibus & foras euocabitur, vna cum ſanguine & ſpiritu ipſius virulentæ
B beſtiæ venenum.

Si cucurbitula non eſt, quod tamen vix incidere poteſt, tum quodlibet ſimile vas, quod idem poſſit vt caliculus vel pultarius (vt inquit Celſus) oris compreſſioris.

Optime autem auxiliantur, ſi ſtatim in principio poteſt amotas cucurbitulas ſuper vulnus imponantur, & conuoluantur animalia parua diſcepta, hoc eſt, per medium diuiſa, intus adhuc calentia, veluti ſunt gallinaceus pullus, ſed mas præſertim, hœdus, agnus, & porcellus. Sic vero calida eorum caro ſtatim percuſſo loco imponenda eſt, vt pars interior corpori iungatur: venenum enim exugunt, & dolores leniunt. Fere autem inter cætera animantia magis placent gallinarum pulli: quippe qui calidiore natura præditi ſint, argumento, quod deuoratum inſigne virus eliquent, & aridiſſima quæque ſemina conſumant. Item nonnunquam arenas, lapilloſque, quos faucibus inſinuarint, diſſoluunt. Itaque animantis calore ſpiritus ictæ partis impetum capeſſens, venenum exigit. *Animalia parua diſcerpta & viuentia morſui admota. Gallinarum pulli.*

Porro à maioribus canis rabioſi morſibus, abſcedentes carnes, hinc auferre, & labia acie ſcalpelli circûſcribere, ac prehenſam hamo carnem amputare oportet: ſi modo tamen locus neque neruoſus, ne-
C que muſculoſus eſt. Hæc itaque carnis circinatio, ſeu circumſcriptio, & ſectio, ſcarificatione longe potentius opitulantur. Quod ſi locus carnis circumſcriptionem, & ſectionem non admittat, cucurbitulæ (vt diximus) cum largiori flamma affigendæ ſunt. Nec vero maiora hæc vulnera in demorſis à rabioſo animante, ita vereri oportet, vti minora, & vlcuſculis cutis ſimilia: maiori namque vulnere copioſus ſanguis emanans, poteſt nonnihil virulenti liquoris exhaurire quod in minoribus non accidit. *Abſcedentes carnes amputandæ. Maiora vulnera in demorſis à rabio ſo cane minus verenda, quam minora.*

At vero & vſtio, contra ipſos virulentos morſus, aut ictus, cum locus neruoſus non eſt, & tuto inuri poteſt, expeditiſſimum cenſetur auxilium, vtpote cum ignis cætera viribus præſtet: ſimul quod virus domet, ipſiuſque vires hebetet, & penitus ferri, hoc eſt, ad intima illabi non patiatur, ſimul quod pars ignem experta, deinceps non vilem, nec indecoram loci inſtaurationem efficiat, manente diutius exulceratione. *Vſtione expeditiſſimum eſſe auxilium.*

Si vero vti non poteſt, Cornelio Celſo authore, ſanguinẽ homini mitti, non alienum eſt, tum vſto quidem vulneri ſuperimponenda, quæ cæteris vſtis ſunt. Ei vero, quod expertum ignem non eſt, ea medicamenta, quæ vehementer exedunt, & ſi laborans patitur, quæ adurunt, & cruſtas vlceribus inducunt. *Sanguinis miſsio.*

Cæterum animaduertendum, ex eo tempore, cum cruſtæ (ſeu igne, ſeu adurentibus medicamen-
D tis inductæ fuerint) deciderint, ne vlceris oræ coaleſcant, & cicatrice obducantur. Sed ſi fieri poteſt, ad longum præfinitum tempus vlcerationes, & ſordidas adhuc, & inflammationem minantes, prorogari conuenit, quo viroſa materies ſemper effluat, non autem intus contineatur, & ad intima ſe inſinuet. Id autem optime præſtabit, inditum iis (vlcerationibus inquam) ſaſſamentum & ſylueſtre allium detritum item cæpæ, & id genus alia. *Vlcerationes ex morſu virulento in longum tempus prorogandas eſſe.*

Si vero (quod perſæpe accidit) ante dies præfinitos, cicatrices coirent committerenturque, manum poſtulabunt. Namque eas diducere, carnemque ſcalpello circinare, aut iterum inurere expediet. Vbi vero propoſitum tempus præterit, vlcus ad cicatricem perducendum erit. Quandoque etiam (vt ſupra diximus) haud importunum fuerit, partem ictam, ſi commode ſectionem non reſpuat, vt ſunt extrema, amputare: præſertim ſi fera, quæ momordit, aut ictu vulnus impreſſit, lethalis ſit, & ineuitabile periculum afferat, cuiuſmodi ſunt ſerpentes omnes, vt aſpis, ceraſtes, vipera, & conſimiles. *Membra demorſa aut icta amputanda.*

De vulnere, cum profuſione ſanguinis, ex venis, & arteriis.

CAP. XII.

E POſtea quam vulneribus, quæ carnoſis partibus incidunt, abunde ſatis determinatũ eſt, nunc tempeſtiuum videtur Galeni doctrinam atque inſtitutum ſequentes, de iis vulneribus dicamus, quæ in arteriis & venis fiunt. Ergo ſi cui arteria venaue magna vulnerata eſt, & copioſum ſanguinis profluuium continuo ſuperuenit, & glutinari id vulnus, difficile quidem etiam in vena eſt, in arteria vero non ſolum difficile, ſed etiam quod fieri (ſicut nonnullis Medicorum eſt viſum) omnino fortaſſe non poſſit. Dicendum ergo de vtriſque eſt, vulnere, inquam, in arteria, aut vena accepto, & hæmorrhagia, ac prius quidem de ſanguinis profluuio, quippe quod magis vrgeat: ſecundo vero loco de ipſius vulneris agglutinatione, ac curatione. *Gal. lib. 5 metho. meden.*

Profuſionis ex vena, vel arteria cauſa.

Sane profluit ex vena, vel arteria, ſanguis, aut tunica earum diuiſa, aut reſerato earum ore (Græci ἀναστόμωσιν vocant) aut (vt ſic quis dicat) tranſcolatas, ſiue tranſmiſſas, vt in diapedeſi. Verum quoniam in duabus poſterioribus cauſis ſolent magis Medici, quos phyſicos appellant, accerſi: hic duntaxat agemus de ſanguinis effuſione, quæ ex prima cauſa ortum habet, & vulnera conſequitur, hæc namque ad Chirurgum magis videtur pertinere. A

Differentiæ.

Cæterum ſanguis profunditur interdum ex arteria, interdum ex vena, atque ex earum quidem aliquando vna duntaxat: nonunquam vero ex pluribus, iiſdémque, vel maioribus, vel minoribus. Sed & ſanguinis eruptio accidit ex eo interdum vulnere, quod cum amiſſione fit ſubſtantiæ: aliquando vero ex eo, in quo nihil ſubſtantiæ deperditum eſt: Interdum etiam cum eroſione: interdum vero citra eroſionem, quæ Græcis διάβρωσις dicitur. Item quandoque iam profluit ſanguis, & quandoque poſtea fluxurus eſt. Interdum quoque cauſa huius profluuij ſanguinis apparens eſt, quæ in vena aut arteria diuortium facit, cuiuſmodi eſt ſagitta, telumue aliquod, aut eroſio præſens, & non ex vulnere excitata. Hæ itaque ſunt differentiæ præcipuæ, profuſionis ſanguinis in vulneribus, à quibus curandi indicationes deſumuntur.

Diabroſis.

Cauſa.

Porro cauſæ fluoris ſanguinis, ex diuiſione tunicæ venarum, aut arteriarum, ſunt, vulneratio, contuſio, ruptio, eroſio. Quæ autem vulnerant, ea ſunt acuta, atque ad ſecandum habilia: cuiuſmodi ſunt ſagittæ, & gladij. Quæ contundendo ſoluunt, ea grauia duraque ſunt, vt ſunt lapides, aut quæpiam grauis moles. Quæ rumpunt, omnia id tenſionis interuentu faciunt: Tenſionem autem efficiunt intentior actionis vehementia, ſucci abundantia, non vtique virium reſpectu, ſed quæ cum à vaſe ſuo non continetur: etiam caſus ab alto, & graue quippiam durumque incidens. Eroſio autem venis & arterijs interna ſecus ſaltem accidit, ex ſucco aliquo, cui mordens natura inſit, vt eſt bilis flaua vel atra ſuperaſſata. Ex iis itaque manifeſtum euadit, quod venæ, vel arteriæ vulnerari non poſſint, quin cutis & caro vulnerentur. Proinde ſuppreſſo iam ſanguine, glutinandi, ſeu (vt dicunt) incarnãdi indicationes, ab ipſis (carne, inquam & cute) ſumendæ ſunt, vt in ſequentibus dicetur. B

Profuſionis cauſa interna.

Diſcretio, quando ſanguis ab arteria, & quando a venis emittatur.

Signum venæ, atque arteriæ inciſæ, eſt ſanguinis profuſio. Quod ſi ſanguis cum impetu ac ſaliendo profliat, & tenuis ac flauus feruenſque appareat, arteriam diuiſam eſſe ſignificatur. Si vero craſſior & nigrior conſpiciatur, ac quiete, ſine pulſu, & citra ſaltum effundatur, iudicium eſt, ipſum à vena effluere.

Prognoſtica. Aphor. 3. li. 5.

Hæmorrhagia, id eſt, ſanguinis profluuium, omnium calculo ac iudicio periculoſa eſt: Niſi enim conſiſtat ac ſupprimatur, mortem affert ineuitabilem. Quippe quod ſanguis (vt dici ſolet) naturæ ſit theſaurus. Ad hoc ſyncope, conuulſio, delirium, ſingultus in hæmorrhagiis malum portendunt, vt Auicenna poſt Hippocratem annotauit. C

Porro ſubit admirari, quod Arnaldus ſcriptis prodidit. Nempe arteriam per tranſuerſum diſſectã, promptius coaleſcere, & agglutinari, quam ſi ſecundum longitudinem eſſet diuiſa.

De Curatione profuſionis ſanguinis ex vulnere.

CApita methodi, qua ſanguinis profluuia, quæ ad manum ſunt, curantur, duo traduntur à Galeno, quibus Auicenna tertium addit. Vt igitur omnium fiat mentio, hæmorrhagia trifariam ſiſtitur.

Modi tres ſiſtendæ hæmorrhagiæ.

Primo iis, quæ fluxionem auertunt, tum deriuando, tum reuellendo: ſecundo infrænantibus atque intercipientibus fluxionem: & tertio, topicis, id eſt, localibus auxiliis.

Auertentia. 1.

Porro ex iis, quæ ſanguinis profluuium auertunt, tam à venis, quam arteriis ſanguinem fundentibus (huic enim hæmorrhagiæ propriæ debentur auertentia eiuſmodi auxilia) quædam id efficiunt citra vllam extra corpus vacuationem: alia vero cum euacuatione. Citra vacuationem, fluentem è vaſis ſanguinem auertunt & alio trahunt, cucurbitulæ ſiccæ ſeu læues, & cum flamma admotæ, frictiones, & ligaturæ, primum in propinquioribus partibus factæ: deinde in remotioribus. Auertitur autem ſanguis cum euacuatione, atque ad alia membra conuertitur, tum ad proxima deriuatus, tum ad cõtraria reuulſus vena in ea parte inciſa, quæ profuſioni è directo reſpondet, quæque ipſis membris ſanguinem fundentibus coniuncta eſt. Itaque *hæc* (inquit Galenus) *Hippocratis inuenta ſunt.* Omnis ſcilicet immodicæ vacuationis, communia remedia. *Deriuatio ad latus & ad vicina fit: reuulſio ad contraria, non tamen ſemper ad remotiſſima,* vt falſo quidam putauerunt. Illam parocheteuſin, hanc antiſpaſin Græci vocant: Antiſpaſis igitur id eſt, reuulſio, in iis, quæ ſupra ſunt, omnibus, deorſum ſemper agitur: ſurſum, in iis, quæ ſunt infra. Præterea a dextris ad ſiniſtra, ſicut ab iis rurſus ad illa. ſimiliter ab iis, quæ intus habentur, ad ea, quæ foris ſunt: contraque ab his ad illa. Itaque ſi reſolutus adhuc æger non ſit, vena (vti diximus) in eo loco ſecanda erit, quæ profuſioni ſanguinis e directo reſpondet, & vulneratæ parti coniuncta eſt, ſiue deriuare, ſiue reuellere ſtudueris. Vbi autem paululum detraxeris, mox vnam horam intermittens, rurſus modicum quid detrahes: poſt iterum, atque iterum, pro laborantis viribus, vt Galenus conſulit *libro quinto Therapeutices methodi.* Sed de hac ſanguinis in vulneribus detractione, latius *alibi ſuperius diximus.* D E

Lib. 5 meth. medendi.

Parocheteuſis.

Antiſpaſis.

Quæ ſanguinem ſiſtant incraſſando.

Quæ ſupprimant ſtupefaciendo.

Quæ refrigerando fluere prohibeant.

Cauſæ ſanguinem infrænantes, atque eius fluxum intercipientes, quædam ſunt incraſſantes ac inſpiſſantes, vt lentes, oryza, iuiubæ, cotonea mala, quæ Græci κυδώνια vocant, & in vniuerſum fructus omnes ſtyptici, hoc eſt, auſteri, in hunc vſum offerri ſolent in omnibus ſanguinis profuſionibus. Aliæ vero ſunt ſtupefacientes, veluti aqua frigida, tum epota, tum circa locum, ex quo profluit ſanguis, proiecta. Non autem ſupra vulnus ipſum: *vlceribus* enim *frigidum mordax.* Item res omnes, quæ inſigniter refrigerant, ſicuti & ſyncope, ſeu animi deliquium, in quo propter ſanguinis ad interiora reuocationem, totus corporis habitus refrigeratur, & ſanguis ſiſtitur, vt *loco nuper citato* Galenus annotauit, ad hunc modum ſcribens: *Porro confluere prohibetur ſanguis & propter animi deliquium, & cum ad contraria reuellitur, & cum*

A *ad vicina deriuatur : & per refrigerationem, tum corporis totius, tum vero præcipuè ipſius partis affli-ctæ. Hac enim ratione, etiam frigida pota, ſæpe hæmorrhagias ſuppreſſit; idem facit & frigida foris infuſa.* Sed & *quinto Aphoriſmorum in iis frigido vtendum* eſſe præcipit Hippocrates, *vnde fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, non ad ipſa* inquit, *ſed circa ipſa, vnde influit.*

Topica, hoc eſt, localia, remedia, quibus ſanguis cohibetur, tametſi numero octo ponantur ab Auicenna, ea tamen nunc ad quinque redaximus. Primum genus auxilij fit per ſuturam: ſecundum per linamenta, quos *μότος* Græce vocant, vel per penicillum ſiue turundam, quod aiunt: tertium remediũ eſt totius vaſis ſanguinem fundentis præciſio: quartum deligatura, & vinculum: quintum eſt adustio per candentia ferramenta, vel per cauſtica medicamenta.

3. Topica auxilia. Quinque auxiliorum genera localia quibus hæmorrhagia ſupprimuntur in vulneribus.

Primus modus coercendi ſanguinem, qui per ſuturam fit, his maxime vulneribus competit, in quibus nulla facta eſt ſubſtantiæ deperditio. Tunc autem commode fit ſutura, cum vulnus ipſum à ſanguine concreto, qui thrombos Græce dicitur, integre eſt repurgatum. Itaque hoc peracto, ipſius vulneris labra in idem adducenda ſunt, noſtrarum manuum opera: vbi ſic ad manum vulnus ſe exhibet, postea conſuantur, ſutura quidem communi, vel ea, quam pelliones facere ſolent, præſertim ſi magno im-B peta ſanguis prorumpat. Dum autem ita ſuitur vulnus, ſatis alte acus in carnem demittenda eſt. Poſt hæc puluis aſtrictorius ſuperponendus erit: Deinde ſtupæ oui candido liquore, & puluere illo aſtringente, cuius *in ſequentibus* fiet mentio, imbutæ, ſuperimponendæ erunt. His rite peractis, membrum affectum deligandum erit, & ſitu appoſito collocandum. Appoſitus enim vulneratæ partis ſitus, inter hæmorrhagias remedia Galeno cenſetur. Quod autem modus is ſupprimendi ſanguinem, vtilis ſit, ex eo manifeſtum euadit, quod labra vulneris prius hiantia, & ad inuicem diſtantia, in vnum adducuntur, & inter ſe committuntur, locus affectus refrigeratur, & aſtringitur. Quæ omnia in hoc affectu Galenus deſiderat, *libro quinto ſuæ methodi medendi.* Sed & ſæpe aſſerit Auicenna *in quarto*, neceſſarium eſſe, vt carnis vulnera conſuantur. In quo etiam Theodoricus, & Henricus conſentiunt. Dicunt tamen plurimi, Galenum nõ præcipere venarum, arteriarum, & inteſtinorum vulnera, ſuenda eſſe, quippe quod dura nimis, & exanguia ſint, atque ideo agglutinari, & in priſtinam vnionem coire non poſſint. Verum *pace illorum* inquit Guido, *dixerim, non innuit Galenus, ſuenda eſſe venarum & arteriarum vulnera, quod ſi id tacuit, certe affirmaſſe videtur. Quinimo & litera ipſius Galeni, quod dicimus, plane innuere videtur, quæ ſic habet: Neque enim ſuere fas eſt, arte-*C *riæ, venæue vulnus, veluti dixerunt, qui nullam à vulnerata partis ſubſtantia, naturaque ſumi indicationem aiunt. Sed tu (ſubaudi) per regulam oppoſitorum, nos, qui ſumimus indicationem à ſubſtantia, & natura partis vulneratæ, ſuimus eas. Quod ſi non ſeorſum ac ſeparatim, coniunctim ſaltem cum carne admodum peritoneo,* id eſt, vt peritonæum *ſuere conſueuimus.* Atque ita ſi non iuxta primã intentionem coeant, atque agglutinentur, ſaltem iuxta ſecundam (vt *ſuperius in ſermone communi* diximus) coibunt.

1. Sutura ſanguinem coercens. Situm partis ad hæmorrhagiam plurimum conducere.

An venarũ & arteriarũ vulnera ſuenda. Lib. 5 meth. medendi.

Secundus modus ſupprimendi ſanguinem, qui fit, per linamenta, & vulneribus, in quibus aliqua eſt ſubſtantiæ deperditio, potiſſimum accommodatur, ita perficitur. In primis vulnus ipſum puluere aliquo, qui aſtringendi facultatem habeat, reſpergito, deinde linamentis, vel ſtupis hiantem plagam oppleto, ſiccis quidem primum: deinde ſi hæc parum proficiunt, aceto, vel iis medicamentis, quæ ſanguinis ſupprimendi facultatem habent, madefactis: ſupraque ſpongiam ex aqua frigida expreſſam imponito, ac manu ſuperpoſita, eam comprimito, vel alligato: & poſt hæc membrum appoſite (vt *ſuperius* dictum eſt) collocato.

2. Secundus modus ſupprimendi ſanguinem.

Qui ſane modus ſiſtendi ſanguinem apprime vtilis eſt, vt *loco paulo ante citato* teſtatur Galenus, ſic inquiens. *Obſtruetur vaſis ſanguinem fundentis oſculum, & ſanguine ipſo concreto, qui thrombos Græce dicitur, & iis,*D *quæ foris illi imponuntur cuiuſmodi ſunt linamenta, quos μότος Græce vocant, & medicamenta ea, quæ idcirco quod ex ſe ita craſſa ſue ſubſtantia conſiſtant, meatus obſtruunt, Græci emplaſtica vocant.* Horum autem optima ſunt eidem, quæ ex thura reſina, & farinæ triticeæ tenuiſſimo polline, & gypſo, aliiſque id genus ſunt confecta, oui candido macerata, & cum leporinis pilis impoſita.

Quomodo obſtruatur os vaſis.

Tertius modus ſiſtendi ſanguinem, qui fit, totum vas ſanguinem fundens, per tranſuerſum præcidendo, competit maxime venis, & arteriis, quæ in profundo ſitæ ſunt, vt idem Galenus eſt author. *Cogimur* inquit, *non modo arterias, ſed etiam interdum venas totas præcidere, vtique tranſuerſas.* Incidet autem huius neceſſitas in iis, quæ ex profundo loco recta aſſurgunt, præſertimque per anguſtas, vel principes particulas.

3. Tertius modus ſiſtendi ſanguinem. Lib. ſ the.

Quippe ita retrahitur ex vtraque parte, pars vtraque celaturque, ac integitur, ſuperiacentibus corporibus vulnus. Poſt hæc, puluis aliquis ſanguinem cohibens, ſuper vulnus imponendus, & ſtupæ, vel ſpongia medicamentis facultatem ſupprimendi ſanguinem habentibus, imbuta, ſuperalliganda erit, & figura particulæ vulneratæ accomoda, adhibenda.

Quartus modus ſupprimendæ profuſionis ſanguinis, qui fit funiculo vaſi ſanguinem fundenti circumpoſito, competit præſertim arteriis, quæ in penitioribus deliteſcunt. Itaque ſi alia auxilia profluuio vincuntur, arteriæ nudandæ ſunt, vt Auicenna præcepit, & hamo apprehenſæ, mox vinculo aliquo gracili, vt filo ſerico excipiendæ, ac fortiter ſtringendæ ſunt. Poſt hæc medicamentum agglutinans, ſiue incarnatiuum, vulneri apponendum erit, & membrum faſciis, vt oportet, deligandum, ſituque appoſi-E to collocandum.

4. Quartus modus ſupprimendæ hæmorrhagiæ.

Porro vinculum ipſum radici vaſis erit iniiciendum, vt *libro quinto methodi* Galenus nos admonuit. Tutius autem eſt iuxta eiuſdem Galeni ſententiam, vtrumque facere, funem quidem radici vaſis circumdare, & quod deinceps habetur, id eſt, inde procedit, præcidere. Radicem vaſis vocat hic Galenus, priorem eius partem, quæ vel iecinori propior eſt, vel etiam cordi. Hæc (inquit) in collo, ab inferiore eſt parte in brachiis, & cruribus, à ſuperiore.

Radix vaſis quæ.

In ſingulisque reliquarum partium, prout ex diſſectione intelligere licet. His ſi peractis, implendum carne vulnus quamprimum eſt, priuſquam funiculus à vaſe decidat. Niſi enim producta caro prius locum, qui circa præciſam arteriam eſt, impleuerit, ſi locus aliquis vacuus ſuperfuerit, vtique quod Græci aneuryſma dicunt, ſequitur. A

5. Quintus modus ſiſtendi ſanguinem. Lib. 5. thera.

Quintus modus, excretionis ſanguinis ſiſtendæ, qui per aduſtionem fit, qua cruſta (quam Græci eſcharam vocant) inducitur, maxime competit venis, ſuæ vnionis diuortium ab eroſione perpeſſis, Galeno ipſo authore ſic ad verbum inquiente: *Maximam autem neceſſitatem, vel cruſtificis, id eſt, cruſtam inducentibus medicamentis, vel ignitis ferramentis vtendi animaduertis, vbi ex eroſione putreſcentis alicuius profluuium ſanguinis concitatur.*

Hic itaque modus ſiſtendi ſanguinem perficitur, tum candentibus ferramentis, tum medicaminibus cruſtam inducentibus, quibus cum calore aſtringendi facultas ſit coniuncta. Cuius generis ſunt chalcantos, id eſt, atramentum ſutorium, miſy, & chalcitis, ſeu quod vitreolum vulgo appellatur, itaque tam vſtis, quam non vſtis. Quæ autem ex calce viua, id eſt, non extincta conficiuntur, valentiora quidẽ his ſunt: cæterum quia aſtringendi vim non habent, cruſtæ, quæ ab ipſis fiunt, citius excidunt. Hærent autem diutius, quæ ab aſtringentibus: quod vtique longe eſt vtilius. Quippe ita prius in baſi, ſeu in imo earum caro ſupernaſcitur, efficiturque vaſis profluentibus veluti operculum, donec venæ agglutinatio facta ſit. *Vnde nec noſmet* (inquit Galenus) *præcipites eſſe, veluti nonnulli ſunt, ad cruſtas detrahendas oportet, vbi hæmorrhagiæ periculum imminet.* Si enim properes illas reſoluere, ac deiicere, tantum inde accidit interdum ſanguinis profluuium, vt vix cohiberi poſſit. Quocirca præcipiebat Auicenna, aduſtionem faciendam eſſe, ferramentis vehementer ignitis, & valenter in profundum adactis, quo craſſæ ac profundæ eſcharæ fiant, quæ nec facile ſeparentur atque excidant. Hinc Theodoricus cruſtificis, ſeu cauſticis omnibus medicamentis præferebat arſenicum, quod vocant ſublimatum: nec ſane immerito. Nam & protinus omnem ſanguinis profuſionem ſiſtit, & altam ac diutiutius hærentem cruſtam inducit. Horum autem medicamentorum cruſtam inducentium materia, ſuo loco, nempe *lib. ſexto* explicabitur. Porro ipſa ferramenta igne flagrantia, ex aceto aut vino (vt recte quidam conſulunt) reſtinguere oportet. B

Arſenicum ſublimatum optimum ad hæmorrhagiam præſidium.

Modus alius ſupprimendi ſanguinem, qui ſtatim fluxurus eſt.

Cæterum alius quidam ab iis modus eſt peculiaris reprimendi ſanguinem, qui tametſi nondum adhuc profluat, mox tamen fluxurus eſt: vt cum ſagitta, telumue aliquod corpori infixum, extrahendum eſt. Itaque cum hæc occaſio nobis occurrit, puluilli tres aut quatuor apparandi ſunt: rotundi quidem, & circa medium (vt ſic dicatur) feneſtrati perforatiue, medicamine aliquo ſanguinem coercente delibuti. His ergo rite ſic apparatis, ipſius teli infixi ſtipitem, ſeu haſtile, per foramen immitto, ipſoſque puluillos circa haſtile ſtringendo, miniſter aliquis, ſupra vulnus comprimat. Medicus vero ipſe vulneratius ſagittam, vel aliud quoduis telum infixum extrahat. Exempto telo puluilli ſunt adæquandi, ita vt nullum amplius foramen in illis pateat, & ſupra vulnus comprimendi: dein alij non pertuſi ſupra illos apponendi. C

Præcepta quædam, de ſupprimendo ſanguine obſeruanda.

Hi igitur ſunt modi, quibus ſanguis à venis, & arteriis vulneratis profluens cohibetur, qui vt arte, & ratione fiant, ſequentia præcepta obſeruanda ſunt.

Digitus comprimens.

Primum eſt Galeni *libro quinto Therapeutices methodi*, qui *in omni fluore ſanguinis ex vulnere* iubet, *vt is qui vulnerato aſſiterit, illico digitum ſuper os vulnerati vaſis imponat, blande innitens, ac ſine dolore comprimens. Quippe ſimul* (inquit) *tum ſanguinem ſiſtet, tum eum concreſcere in vulnere facit.* Thrombos enim, id eſt, ſanguis concretus, ex iis eſt auxiliis, quæ hæmorrhagiam ſiſtunt, ſicuti & linamenta quos μοτοὺς Græci appellant, & medicamenta ea, quæ iidem emplaſtica dicuntur. Ideo autem thrombus ſanguinem ſupprimit, quia vaſis ſanguinem fundentis oſculum obſtruit, vt *paulo ante* diximus.

2. Pulnelli.

Secundum documentum eſt, quod in omni ſanguinis ex vulnere profuſione, poſt admotionem pulueris aſtrictorij tres aut plures, vt videbitur, panni linei, aut ex ſtupis pulnelli, oxycrato primum madefacti, & poſtea expreſſi, medicamento ſanguinem ſupprimente, imbuantur, vulneri agglutinentur, & ſupra ipſum alligentur. D

3. Deligatura.

Tertius canon eſt eiuſdem Galeni, qui per deligaturam docet ſupprimere ſanguinem, ſic inquiens: *Alligandum autem id ſoris cum faſcia eſt, ex tenui linteo, cuius faſciæ primi quatuor, quinqueue amplexus ipſi profluenti vaſi iniiciantur. Ab hoc vaſis radicem verſus, ducentur, in quibus videlicet partibus radicem verſus ducere licet: Licet autẽ fere in omnibus, præterquam cerebri membranis.* Hac quidem deligatura (vt inquit Auicenna) quod confluit, reprimitur, & vena ſanguinem fundens, conſtringitur.

4. Appoſitus vulneratæ partis ſitus.

Quartus canon in ſupprimendo ſanguine obſeruandus eſt, vt membrum, à quo ſanguis profluit, ſitu appoſito collocetur. Vnde Galenus *libro quinto methodi medendi* ad hunc modum ait: *Præter omnia iam dicta, inter hæmorrhagias*, id eſt, profuſionis ſanguinis *remedia cenſetur, & appoſitus vulneratæ partis ſitus.* Porro appoſitus fuerit eidem Galeno, vulneratæ particulæ ſitus, ſi ad geminum hunc finem ſit directus. Nempe, vt & dolore pars careat & ſurſum ſpectet, cuſtodito tamen in hac ſitus figura modo, ne dolor incidat. Si vero vel prona ſpectet, vel doleat, non ſolum profluuium non ſiſtetur, ſed etiam ſi non ſit, prouocabitur & inflammatio augebitur, præſertim ſi pars dolore infeſtetur: cum *nihil quidem æque ſanguinis profluuiũ excitet, inflammationeſque augeat, ac dolores.* E

5. Deligatura ante diem tertium minime ſoluenda.

Quintum documentum ab eodem Galeno præſcriptum eſt, quo cauetur, ne ante diem tertium deligatura ſoluatur: vbi autem illam tertio ſolueris die, ſi tuto adhuc medicamentum emplaſticum, & ſiſtens ſanguinem, vlceri adhæreat: aliud rurſus ſuper ipſum accommodabis, ac veluti linamentum, id quod ex pilis factum inhæſit, madefaciens, deligabis: ita, vt initio deligaſti. Sin prius ſua ſponte reiecerit linamentum, radicem vaſis digito blande comprimens, ne videlicet quippiam confluat, hoc quidem ſuſpenſa manu, ac ſenſim adimes: atque alterum impones.

Quod

A Quod etiam eodem, quo & primum (ſi neceſſitas exigat) imbues medicamento, vel oui candido liquore cum roſaceo ſubacto, vel vino craſſiorem & ſtyptico. Ad hunc modum, quoad eius obducetur, ac minuetur vas, curare debebis: vtique à principio ad finem vſque (vt *ſupra* dictum eſt) particulam ſupinam ſeruans.

6. *Laborans oculos claudat aut loco ob ſcuro contineatur* *Aut luna.*

Sextum præceptum in larga ſanguinis profuſione obſeruandum eſt, vt laborans oculos clauſos contineat, aut loco obſcuriore reponatur, ne vel proprium ſanguinem vel rubrum quippiam videre poſſit. Atque illi aſſeueratione affirmetur, quod ſanguinis profluuium ceſſerit & iam adhuc ſi reliquus fluat, magno ipſius commodo id fieri: atque ita contraria imaginatione, vires naturales ipſius roborantur.

Hinc dicebat Auicenna, quod *grauiſſimum accidentium animalium, mouentium imaginationem ſit motus ſanguinis, & conſecutio eius qui paratus eſt eum cum multum intentus fuerit, ad conſiderandum rem illam.*

Medicamenta ſanguinem ſuppr imentia

Cæterum tempeſtiuum eſt, vt ſubijciamus medicamenta, quæ ſiſtendi ſanguinem vim habent: ſtatutum enim erat nobis *poſtremo loco* de iis dicere. Itaque primum, atque omnium optimum eſt, quod à Galeno deſcribitur *lib. quinto methodi medendi.* Quo etiam ad cerebri membranarum hæmorrhagias vti, ſecuriſſimum eſt. Item ad colli vulnera, ipſarum que venarum iugalium, quas ſphagitidas vocant, retentum &

1. *Gal. medicamentum ſanguinem ſupprimens.*

B harum ſanguinem citra vinculum prohibet. Verba autem Galeni hæc ſunt: *Thuris partis vna, aloes partis vnius ſemiſſi, miſceatur. Mox cum vſus ſit tempus illi, tantum huius pulueris cum oui candido liquore quod ſatis ſit, quo mellis reddat craſſitudinem: Hoc deinde leporis mollißimo pilo excipitur, deinde tum vaſi ipſi, tum vlceri totali ſimiliter imponitur.* Alligandum autem id forinſecus faſcia, ex tenui linteo, modo, quo in tertio canone ſupra dictum eſt. *Hoc autem medicamento* (inquit paulo poſt Galenus) *multifariam vtor, alias vt dictum eſt duplum thuris aloe admiſcens, alias pari modo ambobus vtens: alias paulo ſuperante aloen thure, aut etiam plus ſolo, ad nondum duplo; etiam manniam pro thure aliquando iniiciens.* Porro, conſtat in duris corporibus, plus aloes eſſe immiſcendum, in mollibus plus thuris.

2. *Auicennæ puluis.*

Secundum medicamentum ſumitur ex dictis Auicennæ, quod & ab omnibus Chirurgis approbatur. habet autem ad hunc modum: ℞ *boli Armeni, ſanguinis draconis, thuris, aloes ſuccotrini partes portiones, terantur in puluerem,* qui apponatur, vt dictum eſt.

3. *Bruni medicamentum.* *Galla combuſta* *Symphyton.*

Tertium medicamenti genus eſt Bruni, qui ipſum deſumpſit ex *libro diuiſionum* Rhaſis, & ex Albucaſe. Recipit autem *calcis viuæ* (quæ ſola, vt *ſupra* diximus, ſanguinem cohibet & ſiſtit) *ſanguinis draconis,* C *gypſi, aloes, thuris, vitrioli ſingulorum æquas portiones, redigantur in puluerem, & cum oui candido liquore, & tela araneorum miſceantur, donec in corpus vnum coeant,* & ſuperponantur. Eſt, qui plurimum commendat gallam combuſtam, maceratam in vino & aceto, tritamque & ſuper arteriam admotam. Alij in huiuſmodi pulueribus ſymphyton addunt, quod poſteriores conſolidam vocant.

De Curatione vulneris in vena.

Lib. 5. meth.

SVppreſſo ſanguine, qui ex vulnere profluebat, ad propriam ipſius vulneris curationem mox accedendum eſt, vt *ſuperius* eſt annotatum. *Porro tametſi* (vt Galenus ait) *ſanatu difficilior ſit arteria, quam vena, non tamen eſt medicamentorum admodum diuerſus in vtraque vſus, imo ſpecie plane idem, maioris minoris que ratione variant. Quippe tanto ſiccioribus medicamentis eget arteria, quam vena, quanto ipſa eſt ſuapte natura ſiccioris temperamenti, quam vena.* Ergo quod venæ inſedit vulnus, vbi ad manum eſt, & citra ſubſtantiæ deperditionem eandem deſiderat curationem iis, quæ in carne accidunt. Nam ſiue ex recenti ictu factum ſit, id agendū eſt, vt medicamentis iis, quæ enhæma vocant, coeat: ſiue ex eroſione, quæcunque dicta de rebellium vlcerum curatione ſunt, ea prius ratione diſcernenda, mox vt opere perficiantur, tentanda. Quinetiam

Curatio vlcerum in vena.

D vbi vinculo vas ſis complexus, aut medicamentis ſanguinem ſupprimentibus, aut ferramentis ignitis vſus, ita, vt facta fuerit ſubſtantiæ deperditio: illudque tibi curationis propoſitum reſtet, vt quæ circa vulneris vlcerisue labra ſunt, carne impleas: iiſdem omnino medicamentis vtendum erit, quæ in methodo ſinuoſorum ac cauorum vlcerum ſunt deſcripta.

De vulneribus neruorum, tendonum & ſyndeſmorum, id eſt, ligamentorum.

CAP. XIII.

Differentiæ vulnerum partium neruoſarum.

VVlnus neruoſarum partium, Auicennæ *libro quarto ſuæ medicinæ,* & Galeno *libro ſexto methodi medendi,* quandoque punctim, quandoque cæſim fiunt: Eadem interdum ſine contuſione, interdum vero cum contuſione accepta ſunt. Ex puncturis autem, quædam hiant atque apertæ ſunt, quædam clauſæ, atque occluſæ manent, adeo vt earum ora ſic conniueant ac inter ſe coeant, vt conſpectum effugiant. Porro ex diſſectionibus, hoc eſt, iis, quæ in neruoſis partibus cæſim fiunt, vulneribus, aliæ per tranſuerſum, aliæ per longitudinem inflictæ ſunt. Atque ex harum vtriſque, quædam fiunt ſine amiſſione ſubſtantiæ carnoſæ, quædam vero cum deperditione ipſius ſubſtantiæ carneæ, cute etiam, quæ neruum tegebat, diuiſa, adeo vt neruus nudus appareat. Adhæc nerui tranſuerſim vulnerati, quandoque non ex toto ſed duntaxat ex parte diſſecti, quandoque vero toti præciſi ſunt. Atque in omnibus iis vulnerationibus E quandoque dolor ingens, & inflammatio, & conuulſio accidunt, quandoque vero non. Itaque ab iis nuper commemoratis vulnerum differentiis, curationis indicationes ſumuntur.

Cauſæ.

Omnium eiuſmodi vulnerationum cauſæ ſunt ea, quæ incidunt, pungunt ac penetrant & contundunt, vt *in ſuperioribus* (vbi ſcilicet de cauſis vulnerum in vniuerſum diſſeruimus) oſtenſum eſt.

Signa & iudicia.

Cæterum ex *præcedentibus* conſpicuum euadit, quod neruus vulnerari non poſſit, quin cutis & caro ſolutionem continui, & vulnerationem etiam patiantur.

Neruo-

Neruum conuulneratum eſſe teſtantur, dolor ingens, læſio & motus, & ſi in loco neruoſo vulnus A
acceptum eſt. Sed ab hoc poſtremo, coniecturalis ſolum nota deſumitur.

Quæ ſymptomata quiſ affectum ex neruorum vulnere obſeruantur.

Neruis vulneratis aut punctis ex ſentiendi, quod obtinent, acumine, inflammatio & dolor immodicus accidit. Quare & febres & conuulſiones his oboriuntur, quibuſdam & delirium, ob neruorum cum cerebro commercium. Interim vero in aliis quoque particulæ affectæ locis, inflammationes, & abſceſſus ſuper ipſum neruum conuulneratum, quod cohæreat, ſolent accidere. Ita quidem indicatur Galeno *libro tertio artis medicinalis*, vt *in ſuperioribus* annotauimus.

Tumor in neruorum vulnere.

Si in vulneribus neruorum tumor apparuerit & poſtea diſparuerit, conuulſionis ac delirij periculum imminet. Hinc de tumoribus, qui vulneribus ſuperueniant, loquens Hippocrates *libro quinto Aphoriſmorum*, in vniuerſum omnes illos tumores damnat, qui derepente detumeſcunt. Sed & ingens malum portendi ibidem aſſerit, cum vulneribus prauis (qualia ſunt, quæ in capitibus aut finibus muſculorum, & maxime neruoſorum fiunt) tumores omnino non adueniunt. *Si in vulneribus* (inquit) *fortibus, & prauis tumor non appareat, ingens malum. Sequenti* quoque *aphoriſmo*, qui pars eſt antecedentis, docet Hippocrates, tumores omnes prauis maxime vulneribus, cuiuſmodi ſunt ea, quæ neruoſis partibus illata ſunt, ſuperuenientes, quicunque molles ſunt, optimos eſſe, contrarios vero prauos. *Molles* (inquit) *boni, crudi vero mali.* Vbi crudum tumorem vocat, durum atque renitentem, qui opponitur molli. Adhæc, *neruo per tranſuerſum vulnerato, ſed non omnino diſſecto, maior conuulſionis metus impendet, quam ſi totus præciſus eſſet*: phlegmone ſcilicet à deſectis fibris, ad non ſectas communicata: cæterum conuulſione, ab ipſis non ſectis excitata. At ſi totus quidem neruus præciſus ſit, metus prætereà nullus inſtat, nec periculum vllum ſequetur: debilis tamen particula manebit, vt *prius* dictum eſt, cum de ſpaſmo ageremus. B

Crudus tumor quis dicatur Hippo. Galen lib. 6. Therap.

Meminiſſe præterea oportet, quod *frigidum, partium neruoſarum vulneribus magis ſit mordax, quam iis, quæ carnes occupant.*

Ligamenta vulnerata valentiſſima tolerare remedia.

Neruea ligamenta, ſiue copulæ, quos ſyndeſmos vocant, cum ſimillimam habeant tendonibus ſpeciem, valentiſſimorum remediorum Gale. *ſexto Therap.* vim tolerant: quippe quod nec ad cerebrum pertingant, & ſenſu careant. Nam nerui omnes, alij quidem ex ipſo plane cerebro ortum habent, alij ſpinali interueniente medulla. Tendones quoque, quoniam compoſitam ex neruo ligamentoque ſubſtantiam habent, quatenus nerui participes ſunt, eatenus ex cerebro oriuntur. Cæterum minus ſaltem, quam ipſi nerui conuulſionem accerſunt.

Syndeſmus vero vulneratus, ſi is eſt, qui ab oſſe ad os permeat, ac duorum oſſium coniunctio eſt, C
& maxime ſine periculo eſt & ipſum quibuſlibet ſiccans medicamentis, nihil hominem offendes. Sin is, qui in muſculum ſe inſerit, quanto eſt neruo & tendone minus periculo opportunus, tanto vtique, niſi rite, hoc eſt, caute, & diligenter curetur, reliquis ſyndeſmis magis terrere debet.

De Curatione vulnerum partium neruoſarum.

Ingenti dolori primo ſuccurrendum.

CVratio vulnerum eiuſmodi partium neruoſarum, communis eſt, cum ea, quæ & vulneribus partium carnoſarum accommodatur: hoc vno tamen excepto, quod ſymptoma illis ſuperueniens, nempe dolor, primo Medici ſollicitudinem (cum nimis contriſtat) ad ſe conuertit. Ita tamen, vt vniuerſales ac communes illæ intentiones ſupra memoratæ, haud prorſus interim negligantur. Hæ autem numero erant quatuor. Prima quidem extranea, quæ vulneris labris intercidunt, remouere. Secunda, vulneris labra diſſidentia committere. Tertia, commiſſa atque in vnum coniuncta ſeruare. Quarta, particulæ læſæ ſubſtantiam conſeruare. Cæterum quomodo has intentiones aſſequamur, ex differentiis iam *ſupra* enumeratis plane cognoſcemus. Ergo à ſimpliciori exordium ſumentes, de nerui punctura primum dicemus. D

Puncti nerui curatio. In nerui punctura vulnus diu apertum ſeruandum eſſe.

In nerui puncti curatione neque vnitionem moliri ſtatim oportet, neque coacta ſeu in vnum coniuncta conſeruare: Quin potius cutis quidem vulnus apertum, inglutinatumque cuſtodire. Itaque infixa duntaxat (ſi quæ neruis inhæſerint) extrahenda. & particulæ oblæſæ ſubſtantia ſeruanda. Porro qua ratione defixa euellenda ſint, abunde *in præcedentibus* oſtendimus. Reliquum eſt igitur, vt quomodo læſæ particulæ ſubſtantia ſeruanda ſit, & ab ingruentibus iniuriis vindicanda, aperiamus.

Symptomata neruis punctorum comitantia.

Cæterum partis ipſius laborantis, hoc eſt, puncti nerui ſubſtantiam optime ſeruabis, ſi, & dolori (qui ob exactum atque excellentem partis affectæ ſenſum vehementiſſimus excitari ſolet) ſedulo ac mature occurreris. & phlegmonem fieri prohibueris. Quæ duo ex neceſſitate (niſi obſtiteris) nerui punctorum conſequuntur, & conuulſionem ſubinde accerſunt, vt *in præcedentibus* iam annotauimus.

Quatuor intentiones in curanda nerui punctura obſeruandæ.

Vt autem geminum hunc ſcopum aſſequaris, hoc eſt, dolorem ac inflammationem prohibere poſſis, quatuor intentiones rurſus tibi erunt diligenter obſeruandæ. Prima erit recta vitæ inſtitutio. Secunda, materiæ antecedentis ſubtractio: ne ſcilicet ratione doloris confertim ad locum affectum confluat. Tertia corpus à conuulſionis noxa vindicare: Quarta dolorem ſedare, & æruginoſam ſaniem educere. Et hæc quidem punctaræ nerui propria eſt, & maxime peculiaris. Aliæ vero tres, omnibus neruorum vulneribus ſunt communes. E

1. Viuendi ratio.

Quod ad primam intentionem attinet, præcipit Auicenna, vt cui neruus punctus eſt, victum in extremo tenuiſſimum ſeruet, iuxta eam formam, quam *ſuperius* expreſſimus, dum in vniuerſum de vulneribus tractaremus. Locus, in quo cubabit æger, tepidus eſſe debebit, vt Celſus nos admonuit. Lectulus vero mollis, vt Galeno & Auicennæ placuit. Sed & collocari quoque membrum quod ictum eſt, ratione certa debet. Optimum etiam medicamentum laboranti quies eſt: moueri enim & ambulare, niſi ſanis alienum eſt. In quiete igitur ac lectulo molli hominem continere oportet.

Vtau-

A Vt autem ſecundam intentionem aſſequi poſſis, ſequendum omnino tibi eſt Galeni conſilium, qui *libro ſexto methodi medendi*, iubet in neruis punctura, corpus totum ſanguinis miſſione minuendum eſſe, vtique ſi virtus robuſta fuerit, & nihil aliud obſtiterit: etiamſi nulla etiam adſit in corpore nec labor ante ſanguinis redundantia. Morbi enim magnitudo ac doloris vehementia, corpore etiam plethorico non exiſtente, hoc genus auxilij (vt antea diximus) plærunque deſiderat. Cæterum in hac per [illegible] nem vacuatione, ſeruanda ſemper erit locorum admittas, vt frequenter admonuimus. Si vero vitioſis ſuccis repletum corpus ſit, protinus congruo medicamento illud purgabis. Frictio quoque recte adhibetur, ſed his partibus, quæ longius abſunt à vulnere.

De tertia indicatione abunde ſatis dictum eſt *in præcedentibus* vbi de conuulſione vulneribus ſuperueniente tractauimus. Itaque ſi puncto neruo, vel quouis modo vulnerato, aut etiam contuſo ſpaſmus acciderit, aut eius metus ingruat, protinus caput, collum atque vniuerſam dorſi ſpinam, oleo liniorum vel communi calente fouebis. Porro ſi in partibus ſuperioribus, vt manu vel brachio id genus vulneris neruus acceperit, præter iam commemoratas partes, axillas quoque vberi in oleo calenti delinies. Si vero punctus aut quouis modo vulneratus neruus extiterit, qui in crure habentur, bubones hoc inguina, pubes & loca vicina, largo oleo ſtatim erunt imbuenda. Tum per totam ſpinam ad collum, & caput vſque aſcendendum. Sed & tendones & ligamenta, ac loca ipſi vulneri vbiuis inato propinqua eodem modo fouenda ſunt, vt *ſexto libro methodi medendi*, Galenus facere nos edocuit.

B

Cæterum neruorum vulneribus, ſed maxime punctis initio ſtatim perperam à principio curatis, maxime omnium inflammatio & putredo ſuperueniunt. Ergo cum nerui vulnerati iam inflammatione tentantur, & putreſciunt farinam hordeaceam aut fabaceam, aut potius eruinam in aqua lixiua aut oxymelite, vel ſyrupo acetoſo decoctam, loco phlegmone occupato & putreſcenti ſtatim illinere oportet. Non autem tritceam farinam aut eius generis cataplaſmata, quæ particulam putrem efficiant. Imo vero neque aquam calidam adhibebis.

Hæc enim tametſi reliquis inflammationibus, quas phlegmonas appellamus, ſit accommodatiſſima (vt quæ eas valde mitiget) vulneratis tamen neruis eſt infeſtiſſima. Ab humectantibus namque, & calefacientibus medicinis, putredo huiuſmodi affectibus comparatur. Quod ſi vehemens inflammatio cum maximo dolore infeſtauerit, eruinam farinam aut fabaceam, cum optima ſapa addito pauco limo aceto, decoctam illinito, prius tamen parte affecta, oleo calido affatim perfuſa. Tanta vero interdum ex eiuſmodi punctura, & neruorum vulneribus oboritur putrefactio, vt ferro candenti vel cauſtico aliquo medicamento (cuiuſmodi eſt Ægyptiacum) eam adurere cogamur.

C

Haly Abb. & Auicenna ad eiuſmodi phlegmonas, & gangrænas, ſeu putredines, emplaſtro ex metallicis, & aceto præparato vtebantur, cuius compoſitio *libro tertio de compoſitione medicamentorum κατὰ γένη* à Galeno ſub hac verborum ſerie deſcripta eſt.

℞ ceræ pondo vnc. ſex, olei ℥ nouem, miſyos pondo ℥ ſex chalcitidis denarij pondo vnius ſquammæ æris pondo vnc. duas & ß thuris pondo, ℥ ß galbani pondo vncia. Quæ liquari poſſunt, hoc eſt, cera & galbanum liquefacta, metallicis in aceto acri prius accurate tritis, ſuperfunduntur. Hoc pharmacum ignorauit Galenus, quis compoſuerit, neque apud vllum hoc modo citatum vnquam vt ipſe teſtatur, comperit. Eadem tamen præſtare, quæ & alia quædam odorata ſimul & ſumptuoſa, quæ *paulo ante* recenſet, affirmat. Recentiores autem eo medicamento vti non conſueuerunt, ſed illo potius, quod conſtat farina hordei, fabarum & orobi, in lixiuio ſtillaticio (vt prius diximus) decoctis. Quippe quod à Galeno & Auicenna in ſtrune ſit celebratum & frequenti experientia, optimum ad hanc rem à multis comprobatum. Addit autem in decoctione Auicenna, mel & acetum.

D

Quod vero ad quartam intentionem conſequendam attinet, quæ neruorum quidem puncturæ magis propria eſt, Galenus *libro ſexto methodi medendi*, valde multa pharmaca recenſet, ab ipſo excogitata, & deorum quadam prouidentia, vt ipſe teſtatur, inuenta. Quæ vulneri impoſita, ad vtrumque nata ſunt comparata, tum vt dolorem mitigent, tum vt exitum ſaniei patefaciant. Tutius vero fuerit, in neruis acu aut paxillo, aut quopiam tali compunctis, præſertim ſi in altum receſſum vulnus, hoc eſt, punctura deſcenderit, & conſpectum effugiat, cutim etiam in vulneris orificio aperire ac latius incidere, quo melius ſanies efflüat, & commodius ad profunditatem loci medicamentorum vires perueniant. Porro alijs vero cauterio cutem ipſam aperiendam eſſe magis placet. Galenus in id genus puncturis orificium duabus in cutem ſectionibus rectis diuidere iubet, *libro tertio de compoſit. medicamentorum ſecundum genera*. Itaque niſi oræ anguſtiorum eiuſmodi punctuum aperiantur, conuulſionis periculum magis imminet. Quippe quod obcæcato ita cutis vulnere, nihil à profundo extrorſum exprimet. Facta autem cutis apertione, exiccandum mox vulnus eſt, ſubſtantia aliquatenus, quæ vſque ad ima nerui offenſi poſſit penetrare, vt *libro artis medicinalis* Galenus nos admonuit. Cuius generis eſt oleum Sabinum præſertim vetus, quod tanquam vtiliſſimum ad præſentem curationem, *libro ſexto methodi medendi*, & *tertio de compoſit. medicamen. κατὰ γένη*, idem author deligit. Vitandum autem (conſilio eiuſdem) omnino eſt, oleum crudum ὠμοτριβὲς vel ὀμφάκινον dupliei nomine Græce dicitur: & quod denique vim habet aſtringendi, cuiuſmodi licet oleum myrtinum, tribus ſaltem primis diebus. Hoc enim per halitum non digerit, ſed obſtruit & perſpiratum prohibet. Præſtat igitur, neruos punctim ictos, oleo tenui adiectione protinus calente perfundere, quale dulciſſimum eſt, quod longe melius erit, ſi duos aut tres annos tranſegerit.

E

Sed neque Sabinum etiam ipſum oleum, quamuis ſit tenuiſſimum, aut aliud quodlibet ſimile, vt eſt ſabinum (quod vocant) frigidum admouendum eſt, ſed calens: frigidum nanque præterquam quod neruis aduerſatur (vt *quinto Aphor.* expreſſit Hippocra.) tenues quoque meatus

Materia dolentis ſubtrahenda. Sanguinis miſſio. Purgatio. Frictio. 3.

Conuulſionis præcautio.

Si nerui vulnerati phlegmone occupentur aut putreſcant.

Aquam calentem vulneratis neruis eſſe infeſtiſſimam.

Exemplum ex metallicis ad gangrænas, & putredines.

4. Dolori ſedando, et aperiendo. Puncturæ dilatatio.

Oleum Sabinum.

Omphacinum vitandum.

Frigidum, [illegible] non admouendum.

Si dolor vehemens adeſt.

meatus obſtruit, & ipſos anguſtiores efficit: calidum vero digerit ac dilatat, doloreſque magis demulcet. Si vehemens dolor laborantem diſcruciat, oleum ex vitellis ouorum commode adminiſtratur. A

Medicamenta quibus vſus eſt Gal. in neruis punctim vulneratis.

Ad eandem quoque intentionem in neruis punctim vulneratis, Galenus ſæpe vſus eſt terebinthina reſina, medicamento ſane apprime idoneo: per ſe quidem in pueris & mulieribus, & generaliter iis, qui molli eſſent carne, cum euphorbio vero emollita, in duris corporibus. Non ſecus autem & propoli, non per ſe modo, verumetiam cum euphorbio molliens, vſus eſt, & ſi nonnunquam duriora contigerint, cum oleo quodam tenuiore.

Lib. 6 meth. medendi.

Remediorū per methodū inuentionē præcedere debere deinde hanc experientia confirmare.

Quin (ſubiungit) *& ſagapeno in duris corporibus ſum vſus, vtique cum oleo & terebinthina id miſcens. Sed & opopanace ad eundem modum, quo & ſagapeno. Mihi vero & lachryma Cyrenaica non inutilis fore videbatur, ſi quis emplaſtrum ex ea faciat cuiuſmodi eſt, quod nos ex euphorbio compoſuimus. Verum* (inquit) *nondum id experientia quemadmodum reliqua omnia comprobauimus. Quippe præcedere oportet eam, quæ a vera methodo proficiſcitur, remediorum inuentionem: huic vero experientiam ad certiorem etiam fidem ſubſcribere. Siquidem ex tali methodo etiam ſulphur, quod neque ignem expertum, neque lapidoſum ſit, ſed omnino tenuium partium, ei, cui neruus vulneratus eſſet, conducturum ſperauimus. Tantum eius* (ſulphuris inquam) *tenui oleo miſcentes dum quod ex vtriſque miſtum erat, ſordium haberet craſſitudinem. In valentioribus vero durioribuſque corporibus etiā ad mellis craſſitudinem redegimus, ſic quoque ſumentes. Nam id quoque comprobatum experientia eſt.* Hactenus Galenus. B

Auenzoar.

Cuius ſententiam approbat Auenzoar, huiuſque rei periculum ſe aliquando feciſſe teſtatur. Quæ autem de lota calce ſubdit Galenus, neruis denudatis magis conuenire videntur: Quare *in ſequentia* ea reſeruamus.

Cæterum paucis quibuſdam interiectis refert Galenus ſe compoſuiſſe emplaſtrum ex *cera, reſina terebinthina pice & euphorbio*, ad hanc intentionem longe optimum, quo & plurimi ſua ætate, felici ſucceſſu vterentur.

Emplaſtrū Galeni.

Recipiebat autem *ex cera partem vnam, ex terebinthina & pice, vtriuſque partis vnius dimidium* (ſicut quod ex vtriuſque conſlabatur, ceræ par eſſet) *ex euphorbio vero, ceræ partem duodecimam, etiam plus aliquando, vbi ſcilicet valentius efficere id in animo. Licet quoque interim & plus ſit quod ex terebinthina & pice eſt, quam cera. Licet* rurſus & alterum eorum tantum ceræ admiſcere. Quin etiam in penuria terebinthinæ reſinæ (quæ vix apud nos reperitur) abietinam, Galeno etiam authore, commode admiſcebis. Emplaſtro vero aliquo ex *prius* memoratis appoſito, lanam mollem oleo calente madefactam ſupra decenter alligabis. Igitur vt ſummatim atque vniuerſim dicamus, quæ in punctim nerui curatione obſeruanda ſunt, Galenum ita *ſexto*

Gal. li. 6. methodi med.

libro Therapeutices ſcribentem audiamus: *Vulnerati nerui curatio medicamenta poſtulat, quæ & tepidum calorem excitent, & valenter* (ſine moleſtia tamen) *diſcutiant. Tum quæ ex ſubſtantiæ ſua natura, & trahendi vim habeant, & tenuium ſint partium.* [illegible] C

Et rurſus ibidem, *In pharmacis autem huc omne conſilium direxi, vt eſſet eorum facultas, tum tenuis, tum modice excalfaciens & quæ admodum ſiccare citra dolorem poſſet. Cum ſola hæc trahere ex profundo ſaniem, neque contractare neque demorſa particula poſſit. Porro cum permagna humanorum corporum* (vt alibi Galenus ait) *ſit differentia, tum in temperamentis, tum ætatum mutationibus, inſuper vitæ ſtudiis, nulla ratione quod pro medicamentum omnibus conuenire poteſt. Quamobrem duo in promptu habeto, alterum valentius ex omnibus generis compoſitum, alterum mitius, quæ inuicem mixta dum vſus poſtulat per multa inter hæc iuxta menſuræ quantitatem conſtitues.*

Lib. 3. κατὰ γένη. Vide reliqua apud Galenum.

De neruis cæſim vulneratis.

SI autem neruus non punctim, ſed plane cæſim vulneratus fuerit, diligenter conſiderandum eſt, quo pacto facta vulneratio ſit, vtrumne per tranſuerſum neruum, an ſecundum longitudinem eius. Tum vero quantum interuenientis, ſeu præiacentis cutis diuiſum ſit. Adhæc ſpectandum etiam eſt, num totus neruus diſſectus ſit, an non ex toto præciſus. Huiuſmodi namque vulnerum differentiæ, curandi rationem non euariant, vt ex ſequentibus euadet manifeſtum. D

Hypotheſis.

Itaque ſi cutis, quæ interueniebat, ſectio, non ſatis pateat, ampliori diuiſione aperienda eſt, vt iam *in præcedentibus* admonuimus. Proponatur igitur primum ſatis eſſe cutis adapertum, non ita tamen hiare vulnus, vt neruus ipſe inciſus ſenſui nudus adhuc appareat. Sane huiuſmodi nerui ſciſſura, ſiue per directum, ſiue per tranſuerſum facta diuiſio ſit, vltra communes tres iam intentiones dictas in punctura obſeruandas, tres adhuc alios ſcopos, ſiue intentiones habet. Prima eſt, vt in loco vulneris magis decliui turunda aliqua indita, & ſuauis blande imponatur. Secunda, vt aliquod medicamentum anodynum, ſeu mitigatorium, & vt vocant, incarnatiuum, neruis dicatum, vulneri ſupponatur. Tertia, vt lana mollis ſuccida, vel oleo calente delibuta, deſuper blande alligetur. *Ego non ita exacte vulneris ora committenda ſunt, & glutinanda, quin emiſſarium aliquod relinquatur, quo collecta ſanies effluere poſſit.* Hæc enim ſi in profundo retineatur, neruis putrefactionem ac corruptionem inducet, atque ita conuulſionem etiam inuehet.

3 intentiones particulares.

1.

3.

2.

Turunda.

Eam ob rem profuerit (primis ſaltem) turundam aliquam mollem, digeſtiuo ex terebinthina, oui luteo & croci momento illitam loco vulneris, vt dictum eſt, decliuiori molliter immittere, donec nullum amplius phlegmones, aut conuulſionis periculum timeatur. Medicamentum autem his neruorum, ac etiam tendinum vulneribus, cæſim, non punctim acceptis, expeditiſſimum, apprimeque idoneum eſſe creditur, quod vnguentum ex vermibus vulgo nuncupatur. ℞. *autem centaureæ minoris, linguæ canis lanceolatæ, quæ plantago, & minor piloſella, conſolidæ maioris & minoris, ana M. vnum: vermium terreſtrium quos lumbricos appellamus, lib. ſemis: olei communis libram vnam: vini libram vnam & ſemis, ſubigantur ſimul, & ita ſeptem diebus nutriantur ſeu* (vt loquuntur) *fermententur. Deinde illis addantur ſepi arietis a pelliculis emundati, libra vna: picis nigræ, reſinæ ana quart. vnum: gummi ammoniaci, galbani, opopanacis in aceto diſſolutorum* E

Vnguentum ex vermibus.

[illegible] ana

A *ana drachma quinque ſimul omnia moderato igne decoquantur vſque ad vini & aceti conſumptionem, & colentur: Vbi vero hæc pene refrixerint, adde terebinthinæ quart. ſemis, thuris, maſtiches, ſarcocollæ ana drachmas tres, croci drachmas duas: ſpatula agitentur in mortario, & fiat vnguentum.* Porro longe alia multa medicamenta paratu etiam faciliora, hiſce neruorum diuiſionibus valde accommoda referuntur à Galeno *libro tertio de compoſitione medicamentorum ſecundum genera, & ſexto methodi medendi.* Cuiuſmodi eſt, quod ex oxymelite & fabarum farina, vel eruorum, vel lini, vel ciceris, vel lupinorum amarorum, vel hordeacea farina, cataplaſma conficitur. Item pix liquida fermento temperata atque vulneri impoſita. Eruorum quoque, aut alia ex prædictis farina, fermento permiſta. Imo & interim fermentum ipſum ſolum. Quinetiam oxelæum ſolum, quod calfacit, modo acetum abunde acre & vetuſtum ſit. Propolis quoque recens, liquida & pinguis vulneri impoſita, ſæpe præſidio fuit: interim quidem per ſe, interim fermento commiſta. His itaque præſidijs ad neruorum vulnera, tam in agris, quam in vrbibus, felici admodum ſucceſſu, Galenus ſæpe vſus eſt, non ſolum in his, quos iam phlegmone prehenderat: ſed etiam, vt refert, protinus ab initio. *Cataplaſma* *Pix liquida.* *Oxelæum.* *Propolis.*

In ſumma oportet medicamenta omnia, quæ neruorum vulneribus tam cæſim, quam punctim inflictis, ex vſu futura ſunt, ea pollere facultate, quæ & modice calfacere, id eſt, tepidum calorem, & veluti ex ſole ſuauem excitare & valenter, citra dolorem tamen, ſiccare poſſit. Tum ea quoque eſſe ſubſtantiæ natura, quæ ex alto ſaniem atque humores educere ac digerere valeant. Atque ex iis minus moleſta eſſe conſueuerunt, quæ liquida ſunt, vt Galenus etiam annotauit *libro tertio de compoſitione medicamentorum ſecundum genera.* Super eiuſmodi vero medicamenta, lana mollis ſuccida, vel oleo calente reſperſa apponenda eſt, & leniter obſtringenda. Cæterum quoniam frigus cum omnibus, tum vero maxime neruorum vulneribus infeſtiſſimum eſt, plurimum conferet lanam ipſam ſuperpoſitam permanere calidam, ſiue oleo tantum, ſiue oxelæo quoq; imbuta fuerit. fiet hoc ſi aliæ lanæ ſiccæ vellera aut panni calidi ſubinde mutati, extrinſecus circumponantur, & æger intra tectum, ſi modo hyems fuerit, ad quintum vſque vel ſeptimum morbi diem ſeſe contineat. Nam ſi eo vſque phlegmone non tentetur, vacetque prorſus dolore & nullam ſentiat tenſionem, in poſterum (inquit Galenus) tutus erit. Atque hæc de neruo cæſim vulnerato in vniuerſum ac generaliter dicta ſunt, ſiue per tranſuerſum ſiue per directum ſeu longitudinem neruus diuiſus ſit. Quæ vero ſequuntur, peculiariter de neruo per tranſuerſum vulnerato dicuntur. B *Qualia in vniuerſum medicamenta eſſe debeant neruorum vulneribus accommoda.* *Lana mollis ſuccida.* *Lib. 3. κατὰ γεν.*

C

De neruo per tranſuerſum caſo.

AT ſi neruus per tranſuerſum vulneratus ſit, non tamen ex toto præciſus, maior conuulſionis metus impendet: inflammatione ſcilicet, vt *ſupra* diximus, à diſſectis fibris ad integras & non ſectas ſuccedente, cæterum conuulſio ne ab ipſis non ſectis excitata. Huic itaque memoratis *prius* auxilijs quam citiſſime occurrendum eſt.

Æger in quiete omnino, & ſtrato molliſſimo continendus æger eſt, pluriimoque oleo aſſatim & aſſidue inguina, ſpina, axillæ, collum, & caput perfundendum. Cæterum in hoc vulnere largius ſanguis mittendus eſt, & victus tenuior adhibendus, quam in neruo per directum inciſo. Quod ſi conuulſio iam ſuperuenerit, & nulla conuenientium medicamentorum vi remittatur, reliquæ fibræ, quæ integræ remanſerant, præcidi debent. *Si enim totus neruus præciſus ſit, nullum quidem præterea* (vt Galenus inquit) *conuulſionis periculum ſequetur, debilis tamen particula manebit.* Verum læſio, quam mors, potius optanda. Hoc pacto quibuſdam in priore inferioreque femoris parte, per tranſuerſum percuſſis, reliquum tendinis amputauit Galenus, vt tutius iſ reddet curatio. Porro ſi tranſuerſa hæc diuiſio, tam inſigniter alta in muſculo facta ſit, vt deligatura nihil prodeſſe poſſit, non dubitabis, muſculi diſtantes mutuam partes præſertim ſi vulnus recens fuerit futuris altioribus contrahere, cura tamen ſemper adhibita, ne ab acu neruus vel tendo compungatur. Carnoſa namque ipſa muſculorum pars, dum acu ſuitur, periculo vacat. Nerui vero aut tendines, non mediocri periculo conſauntur. Horum quidem omnium Galenus nobis author fuit *libro tertio de compoſit. medica. ſecundum genera* ad hunc modum ſcribens: *Contemplatus (inquit) gladiatorem quendam ex his quos equites nominant, tranſuerſam diuiſionem in priore ac inferiore femoris parte habentem, tam que ſatis altam: tum vulneris labrum intuitus, ſurſum alterum reuulſum, infra alterum quaſi ad patellam detractum, non dubitaui diſtantes inuicem muſculorum partes, futuris contrahere curatione illa, quæ Græce à latitudine ἐπὶ πλάτος dicitur, ne ſolida. Itaque veritus tendines ipſos conſuere, denudatis prius illis, ſic altioribus futuris vſus ſum, haud ignarus, carnoſam ipſam muſculorum partem periculo vacare. tendines vero non item. quanquam hoc nullum ex præceptoribus facientem viderim.* Has autem futuras in eiuſmodi vulnere, ideo non ſuperficie tenus, ſed altius moliri conuenit, ne quæ imo ſunt, inconglutinata dehiſcant. *6. methodi. Item 11.* *Lib. 3 κατὰ γεν.* D *Hiſtoria de gladiatore in femore vulnerato.*

Reliqua vero, quæ ad vulneris curationem attinent, hic quoq; ſunt eadem, etiam ſi totus neruus præciſus ſit. In ſolo itaque per tranſuerſum accepto vulnere, eodemque inſigniter alto, cum deligatura nihil prodeſſe poteſt, ex ſola futura curatio abſoluitur. Etenim in vulneribus iuxta membri longitudinem factis, deligatura vulnerati muſculi partibus mutuam contrahendis ſufficit Galeno. Cæterum ſutura decenter facta, biduo conſutum vulnus fouendum erit roſaceo, in quo lumbrici terreſtres prius decocti fuerint, ac ſupra puluis aliquis, qui ſuturam contineat, aſpergendus erit, cui parem ipſorum lumbricorum deſiccatorum, & contritorum portionem, ſi lubet, adiicies. Quidam enim memoriæ prodiderunt, eiuſmodi terræ inteſtina contrita, neruiſq; diuiſis impoſita, protinus mirum in modum prodeſſe, vt *libro ſimplicium vndecimo* Galenus refert. Sunt, qui & centaurium areſactum & contritum etiam inſpergunt. Medicamen enim eſt admodum deſiccatorium, mordacitatis expers, quodq; ſi glutinatorijs & deſiccatorijs miſceatur, vlcera maligna, & cacoethe ſanare creditur. Quin & ipſius herbæ re- E *Cur futura alta eſſe debeant.* *Lumbrici in roſaceo decocti.* *Centaurium.*

 centis

centis illitu, magna vlcera glutinantur: vetuſta quoque, & quæ ad cicatricem ægre perducuntur, eodem A
modo vtentibus, cicatrice obducuntur Galeno *libro ſeptimo de ſimplicium medicamentorum facultatibus.* Refert Dioſcorides, & *quodam in loco* Auicenna, quod carnes minutim inciſæ coaleſcant, ſi cum centaurio maiori decoquantur. Eidem quoque centaurii maioris radix recens, aut arida ante madefacta, vulnera conglutinat & coniungit. Sed iam tempeſtiuum eſt, vt de nudato neruo dicamus.

Radix centaurii maioris.

De Neruis caſim vulneratis & nudatis curatione.

NVdato neruo, omnis curationis conſilium huc tibi dirigendum eſt, vt minima cum eroſione ſicces. Proinde ſi neruus non punctim, ſed plane cæſim vulneratus fuerit, cute etiam, quæ interueniebat, diuiſa, adeo vt nudus appareat, nullum iam ſupra commemoratorum medicamentorum, quæ ex euphorbio ac ſimiliter acribus, emplaſtri ſpecie fiunt, applicabis. Nudatus namque vehementiorum ipſorum vim ferre nequit, ita vt cum interpoſita cutis erat, tulit. Optime igitur eo caſu feceris, ſi & calcem & pompholygem, ac metallica omnia, reſinas quoque, olea, mel & ceram, quæ eiuſmodi medicamentis, nudato neruo ac diuiſo apprime idoneis, miſcenda ſunt, elueris: quo ſcilicet citra eroſionem vllam ſint ſiccatura. Quippe *medicamentis omnibus* (vt Galenus inquit) *quæ lauerіs, acris mordensque humor eluendo detrahitur.* Tunc igitur præſtantiſſimum erit, calcem æſtatis tempore in diebus canicularibus ſub ſole, aqua ſalubri & dulciſſima ſæpius elotam & exiccatam, plurimo optimoque roſaceo admiſtam apponere. Congruit & hoc caſu medicamentum, quod è pompholyge (vt dictum eſt) elota, fit: largiore itidem ac probatiſſimo roſaceo ſalis omnino experte ſolutum, liquatumve. Salubre quoque medicamentum eſt, & quod ex melle optimo ſub emplaſtri ſpecie componitur. Solui vero & id roſaceo oportet, quod tum reliquis conditionibus ſit optimum, tum ſalis omnino expers, vt ſcilicet minima cum eroſione ſicces. *Nihil* enim *aere*, vt diximus, *nudato neruo*, quæ pars eſt ſuapte natura ſenſu vegetiſſimo, *vnquam admouendum eſt.* Si vero robuſtus ſit, qui vulnus accepit, & cui corpus ſit à ſuperuacuis humoribus mundum, in hoc tas eſt, etiam valentioribus remediis nonnullis vti, vt paſtillis, ſeu trochiſcis ex Polyida authore, ſapa calida ſolutis, & in linamentum illitis. *Id autem vel in primis* inquit Galenus *ſemper habendum curæ eſt, ne vnde ex iis, quæ vulnus contingent frigidum ſit.* Quandoquidem ipſa laborans particula, & ſenſilis maxime eſt, & principum corporis partium primati (nempe cerebro) continua, & temperamento ſuo frigida. Quare tum omnium occaſione, & ex facili à frigido offenditur, & ſuam offenſam cerebro impertit.

Nudatus neruus vehementiorum medicamentorum vim ferre non poteſt.
Lib 6. meth. & 9. ſimplicium.
Calx elota cum roſaceo.
Medicamentum ex pompholyge.
Emplaſtrũ ex melle.
Neruo denudato nihil aere admouendum.
Lib 6. meth.
Nihil frigidum nudato neruo admouendum.

Ad iam dicti vero paſtilli vſum, prope etiam accedit & medicamenti vis, quod *διὰ χαλκίτεως* Galeno nominatur, vulgo autem diapalma. Hoc ergo medicamine ſi trochiſcos Polyidæ ad manum non habemus, vti tuto poterimus. Paſtilli autem Polyidæ ex *quinto libro de compoſitione pharmacorum* ſecundum *locos* ſunt requirendi, quorum ſi copia non eſt, Andronis, vel Faſtionis, vel etiam Galeni paſtillus erit ſumendus, quorum compoſitiones *libro ſuperiore cap. de carbunculo* deſcripſimus. Cæterum vulnus cum oleo non perfundendum non eſt, præſertim cum nunc memoratis paſtillis curatio ſuſcipitur. Nam oleum eorum viribus aduerſatur, & ſordidum vlcus reddit. *Neque enim parum intereſt* inquit Galenus *nudo ne neruo oleum, an per interpoſitam cutem admoueas.* Abluenda igitur a vulnere ſanies erit, molli lana ſpecie llo ciet re inuoluta, in ſapa tepida intincta, & mox expreſſa. Quod ſi omnia bene atque ex animi ſententia ſucceſſerint, etiam vino dulci, non acri & mordaci, vulnus commode poteris madefacere. Eo autem iam penè ad cicatricem ducto, etiam vtile fuerit album tenue, & quod Græci oligophoron vocant. *Aqua vero ſitam, ob cauſam ſuperius adductam ſicuti & relaxans cataplaſma ſemper in neruo nudato deuitabis.* Blande etiam aliquando iter vulnus (ſi neceſſitas viget) deterges vnguento ex vermibus facto, vel aliquo alio detergenti medicamento, quod recipiat *mel probatiſſimum, terebinthinam & farinam hordei aut fabarum*, vel alio ex iis, quæ in *antidotario* habentur. Nonnulli pro comperto habent, quod ſi diſſecti nerui capita ſeu extremitates candenti ferro, carne vitata, leniter attingantur, optime poſtea conglutinari. Poſtquam autem neruum denudatum contexeris, linamenta extrinſecus circumducere oportet, ex medicamento (inquit Paulus) quod anguſtis vulneribus faciat: nempe eo, quod ex euphorbio præparatur, aut ſimo columbarum, ita, vt etiam ſanas partes ampliter comprehendat.

Diapalma.
Paſtilli.
Oleum nudato neruo, & vulnerato non eſſe admouendum.
Sanies quib. abluenda.
Aquam nudato neruo aduerſari.
Deterſorium medicamentum.
Candens ferrum.

De neruorum contuſione.

NEruorum contuſionem promiſcuam cum ecchymoſi, ſeu carnium contuſione habere generationem facile nobis inſinuat ſimilis vtriuſque affectus curatio. Itaque illic digerentibus & adſtringentibus medicamentis vtebamur, hic vero etiam ſiccantibus & aſtringentibus nobis vtendum eſt, præſertim dum cutis vna cum neruo contuſa exulcerataque eſt. Si vero abſque cutis ſimili affectu neruus quidem contuſus eſt, huic auxilia, quibus euocandi ac digerendi facultas ineſt, aſſerenda ſunt.

Neruorum contuſio promiſcuam habet cum ecchymoſi tũ generationis tum curationis rationem.

Contuſo igitur neruo, ſi cutis ſimul contundatur & vlceretur, fabarum lomentum oxymelite dilutum, aut ſi magis ſiccare voles, erumam cum ſapa & modico aceto illines. Quod ſi amplius adhuc ſiccare deſideras, irim quoque illyricam, vel eam, quam vulgo florentinam vocant, immittes. Recentiores E
in hoc affectu per initia roſaceum cum omni candido liquore admouent, & mitigato dolore laborantem particulam fouent vino tepefacto, quod craſſæ ſit ſubſtantiæ, & aſtrictionis particeps.

Si cum neruo cutis contuſa ſit.

At ſi vna cum cõtuſione dolor infeſtet picem, liquidam cataplaſmati è farina fabarum adiicies, & vbi ſimul bene decoxeris, calens medicamentum applicabis.

Si dolor vna cum contuſione infeſtet.

Vniuerſi autem corporis curatio eadem eſt cum ea, quam *paulo ante* docuimus.

Verum ſi neruus quidem contuſus ſit, cutis vero nihil quod ſenſui appareat, à natura receſſerit, oleo calente diſcuſſorio, quale anethinũ eſt & rutaceũ, irinum quoq; & amaracinum, continue locum irrigabis perfundesve, & lana oleo madefacta fouebis, ac totius corporis curá prædictis ſimilem adhibebis.

Si neruus contuſus ſit, cutis vero nequaquã.

Porro

A Porro ſi neruus totus ſit præciſus, metus præterea nullus (vt *paulo ante* diximus) inſtat, nullum enim inde periculum ſequi poteſt. Membrum tamen ea parte debile efficietur, præſertim ſi diſſectus neruus inſignis magnitudinis fuerit. Curatio vero eius communis eſt cum ea, quæ aliorum eſt vlcerum.

Si neruus totus ſit præciſus.

De vulneribus oſſium. Cap. XIV.

TRadita vulnerum carnoſæ ſubſtantiæ, venarum, arteriarum, & neruoſarum partium curandi ratione, nunc de vulneribus oſſium nobis agendum ſupereſt. Cæterum tametſi omnis continuitatis ſeu vnitionis ſolutio in oſſe Galeno *ſexto methodi medendi, & paſſim alibi*, Græce proprio nomine catagma quod Latinis eſt fractura dicatur, recentiores tamen tum Medici tum Chirurgi, fracturam vocare conſueuerunt, ſolam eam oſſis diuiſionem, quę ſine inciſione à violentia quadam, vt ruptura extrinſecus accidente fit, de qua *in ſequentibus* latius dicetur. Vulnus vero oſſis appellare ſolent *præciſionem enſe, aut quopiam alio ſimili incidente, vel in profundum penetrante factam*, de qua in præſentiarum dicere ſtatuimus. Huiuſmodi autem præciſio quandoque (vt nunc loquuntur) eſt totalis, quandoque partialis.

Fractura quid.

Vulnus oſſis.

B Cæterum cum os ipſum vulnerari non poſſit, quin caro & venæ & aliæ ſuperiacentes particulæ etiam vulnerentur, ſæpenumero ex oſſium vulnere, peſſima quædam ſymptomata excitantur. Nempe profuſio ſanguinis, dolor vehemens, conuulſio & ſyncope. à quibus & agendorum etiam indicationes ſumendæ ſunt.

Ex oſſium vulnere prauæ oborta ſymptomata.

Porro cum notæ vulnerum oſſium, ſenſui ſint ſatis conſpicuæ, his prætermiſſis iudicia ſeu præſagia ſubiiciemus, quæ tam ab ipſis veteribus, quam recentioribus, ſcriptis mandata ſunt.

Itaque iudicat Galenus *libro artis medicinalis* & rurſum *tertio & ſexto methodi medendi*, quod oſſis ſoluta ſemel partium continuitas nunquam poſtea adamuſſim & per ſe inſtaurari poſſit: præſertim vero in iuuenibus & adoleſcentibus & viris, multoque minus adhuc in ſenibus. Poteſt namque os illud tantum vnitionem per ſe & ſine alterius ope recipere atque in idem ad amuſſim coaleſcere, quod abunde molle eſt, cuiuſmodi conſpicitur in puerulis. Alterius tamen ope, vt ſubſtantiæ cuiuſdam interuentu, ceu glutino quodam, oſſa ipſa quantumuis etiam dura ſiccaque ſint, concreſcunt glutinanturve. Vocant autem glutinum hoc, ſeu ſubſtantiam illam interuenientem, cuius beneficio ſeparatæ oſſis particulæ ſecum agglutinantur colliganturque, Gręco vocabulo poron ſarcoidem, id eſt, callum carnoſum. Huius prognoſtici ratio ſuperius adducta eſt, vbi de iudiciis vulnerum in vniuerſum agebatur.

Iudicia.

1 *Puerorum oſſa diuiſa per ſe coaleſcere.*

C

Hippocratis oraculum eſt *libro ſeptimo Aphoriſmorum*, caſum prauum eſſe, oſſe nudato, carnem circumſtantem videri ab eryſipelate apprehenſam. *In oſſis* (inquit) *exutione*, hoc eſt, nudatione, *eryſipelas malum*. Sed hic caſus vt Galenus ait *in commentario* oſſibus ita patientibus raro ſuperuenit.

2 *Eryſipelas in oſſis nudatione malum.*

Adhæc, *frigidum nudatis oſſibus*, eiuſdem Hippocratis teſtimonio, *eſt infeſtiſſimum*: partes enim ſunt exangues, ac natura ſua frigidiores. Quæcunque autem tales in animalibus partes ſunt, citius ac magis a frigido offenduntur, vt *libro quinto Aphoriſmorum* Galenus annotauit, *commentario decimo octauo*.

3 *Nudata oſſa à frigido magnopere offendi.*

Si magna oſſa, veluti eſt os, quod proprie brachium & humerus dicitur, vulgo autem os adiutorii, & vtrumque focile, ſiue os tibiæ, maius, inquam, & minus, illud eneme, hoc perone Græcis dicitur, tota præciſa ſint, adeo vt medulla egrediatur, vulnus tale periculoſum admodum eſt, & magna ex parte membrum, quod ita præciſum eſt, emoritur. In tam inſigni namque inciſione, nerui, venæ & arteriæ maiores, quæ vitam, ſenſum atque alimentum particulæ iam ſic affectæ prius miniſtrabant, omnino præciduntur. Quanquam non defuerint aliqui, qui Auicennam perperam intelligentes, auſi ſint oppoſitum plane aſſerere. Inquit autem ad hunc modum Auicenna. *Et quod dicitur de inciſione medullæ, quod interficit, eſt intentio, in qua nuda eſt veritas. Habet enim medulla lenitatem & viſcoſitatem, & non inciditur.* Quod dictum ſic accipiendum eſt: quod nullus vnquam interierit ob præciſionem medullæ oſſium, quanquam membrum ſic percuſſum tandem contabeſcat, & emoriatur: ob eam ſcilicet, quam *nuper* adduximus, cauſam. Cum vero dicit, *medullam non incidi*, hoc intelligendum, cum os frangitur, non autem cum totum exciditur. Quis enim addubitat, cum os totum præciditur & medullam quoque ſimul excidi poſſe.

D

4 *Magnorum oſſium præciſionem cum exitu medullæ periculoſam admodum eſſe.*

Cæterum ſummopere cauendum eſt, ne aliquid oſſis vulnerati ſubito ac magna vi extrahatur. Nam ſi ita fit, vix à fiſtula, conuulſione, delirio & febre, laborans tutus erit, vt Auicenna nos commonuit *libro quarto ſui medicinæ*. Proinde ſatius eſt extrahenda ad tempus relinquere, & medicamento aliquo attractoriam facultatem habente, naturam adiuuare, quam ſic ea ſubito & magna violentia eximere, vt *ſupra* etiam monuimus, cum de telis è corpore extrahendis ageremus.

5 *Oſſis vulnerati fragmenta, nec ſubito nec magna vi euellenda.*

De Curatione vulneratorum oſſium.

E

IN curandis oſſium vulneribus, ſicuti & in fracturis atque aliarum partium ſoluta continuitate, finis ſeu ſcopus ſaltem primus ac generalis vnus eſt: nempe vnitio. Quod ſi is per affectarum partium ſiccitatem (vt *paulo ante* diximus) perfici non poſſit, reſtat alter, vt alterius ſcilicet cuiuſdam interuentu diſſidentes oſſis vulnerati partes glutinentur. Vt autem finem hunc ſecundum poſſis aſſequi, quatuor alii ſcopi tibi proponuntur obſeruandi, & ſuo ordine exequendi.

Quatuor ſcopi in curatione vulnerum oſſium obſeruandi.

Primus eſt, vt iis, quæ infixa ſunt, & oſſium ſtuſtulis (ſi quæ ſint) exemptis, partes inuicem diſtantes in vnum adducantur, & vt commiſſæ iam ſeu coniunctæ maneant, vulnus in carne acceptum, ſuturis altioribus ac validioribus contrahendum eſt.

1

2. Secundus eſt, vt præſidia, quibus huic affectui rite mederi poſſis, prudenter deligas. A

3. Tertius, vt deligaturæ modus decens adhibeatur. Nempe talis, vt commode vulnus tractari ac curari poſſit, citra omnimodam eius ipſius deligaturæ remiſſionem & ademptionem.

4. Quartus, vt poſtquã à phlegmone iam tuta eſſe videbitur laborans particula, victus poro gignendo aptiſſimus inſtituatur.

Primus ſcopus. Cæterum quomodo primus ſcopus attingi poſſit, iam *in ſermone vniuerſali de vulneribus ſuperius* dictum eſt. Quod autem eiuſmodi ſuturæ in carnoſis partibus factæ, in propoſito affectu ſint ex vſu, hinc manifeſtum euadit, quoniam diſiunctas vulneris partes in vnu adducunt, ad ductas vero coniunctasq; haud amplius diſſidere patiuntur, ac præter hæc partis ſubſtantiam tuentur. Vices enim deligaturæ & ferularum tenent prohibentque, ne circumfluus aer plagam temere ſubintret, & os ipſum alteret ipſiq; noxam inferat, quod magnopere vitandum eſt. Atque hæc omnia in propoſito caſu ſunt vtiliſſima. Permittendum igitur, vt vulnus mox carne impleatur atque caro ipſa medicamentis exiccatoria facultate præditis, ita obduranda eſt, vt tandem calloſa fiat, & porus gignatur. Itaque ſi aliquid ex ipſius oſſis ſubſtantia deperierit, eiuſmodi cauitas ad vnguem impleri non poteſt, ſed inſanabilis remanebit, vt *libro tertio methodi medendi* Galenus nobis eſt author. B

Secundus ſcopus. Secundum autem ſcopum hoc modo aſſequeris. Sutura decenter facta, turundam in locum vulneris decliuiorem imponito, vt per hoc emiſſarium oſſis fruſtula (ſi adſint) vel ſanies aut purulenta colluuies educi & expurgari poſſint. Sed & puluerem ſuturarum (vt vocant) conſeruatiuum ſuperponito, quem primis diebus cum oui candido liquore remiſcebis. Poſtea vero agglutinatorium commune ex puluere illo, quo omnes paſſim vtuntur, terebinthinæ permiſtum ita, vt in vnum corpus coeant, ſuperaccommodato, vel aliquod aliud ſimile ex iis, quæ incarnatiua vocant, prout res expoſtulabit. *Myrrha.* Ergo turundulam melle roſaceo, quod puluerem glutinatorium ex myrrha exceperit, illitam, indito. Myrrha enim Auicennæ, carne nudata oſſa veſtit & operit. Itaque ſi os exutum nudatumve appareat, prædicto puluere, & linamentis ex optimis pannorum laciniis confectis, ipſum aperito munirove. Deinde emplaſtrum vel ſtupas, aut pannos lineos vino calente delibutos, ſuper applicato.

Tertius ſcopus. Cæterum tertius ſcopus in curando oſſium vulnere propoſitus, ita abſoluetur. Cum os totum præciſum eſt, facta in primis (vt dictum eſt) ſutura, totum membrum, vt Rhaſes præcepit, excepto vulnere, duplici panno obuoluito. Pannos autem eiuſmodi, primis quidem diebus oui albore, ſequentibus vero vino calido, tum auſtero, tum nigro, imbuito. Et faſcia longa ac lata iuxta membri magnitudinem & figuram deligato. Ea enim longitudine & latitudine faſcia ipſa eſſe debet, quam vulneratæ partis conformatio deſiderat. *Deligaturæ modus in vulnerato oſſe.* Vt autem conueniens ſit eiuſmodi deligatura, eius principium iuxta meliorem laborantis particulæ incipiat. Ab hinc facta ad ſuperiorem partem circumuolutione, vbi prope vulnus ventum erit, faſciam ex aduerſo plagæ circumducito, atque eam verſus corpus non comprehenſo vulnere, quouſq; ſatis erit, diſpenſato. Mox faſciam vertendo, eam ſuperne deorſum ducito. Atq; vbi iam ad locum vulneris eam deduxeris, in partem vulneri oppoſitam, ſupra priorem aliam circumuolutionem, circumductus inucito, eoſq; ita diſpenſato, vt vbi vnde initium accepit, deligatura terminetur, & vulnus minime coopertum remaneat. Porro faſciæ ſic reuolutæ extrema acu ibidem erunt aſſuendæ. Deinde ferulæ duæ vel tres (ſi vulnus in artubus acceptum eſt) læues ac politæ, membri læſi figuræ ac magnitudini accommodę iniicientur, quę lęſam partem ita fulcient, vt vulnus minimè contegant. Has autem faſcia deligabis, nec prius ſolues quam vulnus percuratum fuerit: niſi tamen dolor, vel eo loci excitatus pruritus, aut inflammatio nos ad id compellat. Quibus quidem ſymptomatis modo, quo *in ſermone vniuerſali* diximus, ſuccurrendum erit. Vulnus vero extrinſecus ſtupis contegendum eſt, & faſcia deligandum, quæ ſingulis curationibus ſolui debebunt, cum aliæ ſupradictę faſciæ maneant: deinde vulnus detergi, exſiccari, & more aliorum vlcerum curari debebit. *Quod autem* (inquit Galenus) *noui inuentum eſt gloſſocomion, quo maxime tempore gignendi calli vtimur, laudandum id quidem, quantum aliud quiduis eiuſmodi machinarum, ducimus.* D

Quartus ſcopus. Porro quod ad quartam intentionem attinet, quo tempore callus gignitur, nutriendum corpus eſt cibis boni ſucci, & qui multum nutriant, ex quibus prouenire ſuccus ſoleat, non ſolum bonus, ſed etiam tenax, ex quo fieri callum maxime expedit: de quo plura *in ſermone de fracturis*. De duritie autem, *Lib. 6.* quæ diuortium continui ſequitur in fractura, quam Græci catagma vocant, fuſius etiam *alibi* dicetur.

FINIS LIBRI SECVNDI INSTITVTIONVM CHIRVRgicarum, de plagis, ſeu cruentis vulneribus, Ioan. Tagaultio Doctore Medico authore. E

GENE-

GENERALIS DIVISIO VLCERVM, IN LIBRVM TERTIVM CHIRVRGICARVM

inſtitutionum Ioann. Tagaultii Medici.

VLcus,

1. Simplex, { Id eſt, cui nec vllus affectus alius, nec ſimptωma vllum coniungitur.
2. Compoſitum,——Seu cum alio affectu, aut ſymptωmate complexum.

1. *Vlceris ſimplicis, ac ſolum conſiſtentis differentiæ.*

Veræ ac propriæ,——Hoc eſt, à natura vlceris acceptæ.
Extrinſecus accedentes,——Et non à ſubſtantia rei deſumptæ.

Vlceris differentiæ veræ, ac maxime propriæ, atque à ſubſtantia rei acceptæ, ſumuntur.

A figura ipſius vlceris, Ab ipſis dimenſionibus, { Hoc eſt, à diuiſionis magnitudine, ſpatio ſeu quantitate, &c.

Vlceris differentiæ à figura.

Vlcus { Rectum. Obliquum. Pampini modo retortum. Hami ritu vncum,

Vlceris differentiæ a magnitudine & ſpatio ipſius diuiſionis.

Vlcus {
Magnum, Paruum. } Longitudo, & latitudo.
In ſummo reſidens, Profundum. } Altitudo.
Æquale, Inæquale. } Differentiæ ſunt etiam in alto.
Magnũ & profundum.—Longitudo, & altitudo.
Sub magno comprehenditur longum, & latum: ſub paruo, breue & anguſtum.
Quę differentiæ ſunt à dimenſionibus ſumptæ.

Vlceris ſimplicis differentiæ extrinſecus accedentes, & non à ſubſtantia rei, hoc eſt, a natura ipſius vlceris acceptæ, ſumũtur.

Quæ a generationis modo, & ratione ſumuntur differẽtiæ, magis ad vulnus pertinent quam ad vlcus.

A tempore.
A parte affecta.
A ſitu, ſeu loco in parte affecta.

Vlceris differentiæ à tempore.

Vlcus recens.
Vlcus inueteratum.

Vlceris differentiæ à parte affecta.

Similari.
Organica.

Vlceris differentiæ a parte ſimilari affecta.

Vlcus { In cute. In carne. In arteria. In vena, &c.

Vlceris differentiæ a parte organica affecta.

Vlcus { Auris. Narium. Oculorum. Oris. Faucium. Pulmonum, &c.

Vlceris differentia à ſitu in parte affecta.

A

Vlcus.
- In conſpectu.
- Sub cute conditum,& non apparens.
- In principio,in fine vel medio muſculi.
- In ſupernis partibus.
- In infernis partibus.
- Secundum longitudinem.
- Secundum latitudinem.
- Secundum tranſuerſum.

> *Non ſunt propria differentiæ, ſed verius complicati affectus.*

2. Vlceris compoſiti differentiæ ſumuntur à complexu ipſius.

Vlcus cũ
- Symptomate.
- Morbo.
- Sua cauſa.
- Sua cauſa,& morbo.
- Sua cauſa,morbo & parte affecta.

B

Vlceris differentia à complexu cum ſymptomate.

Vlcus
- Crucians.
- Dolore vacans.
- Purum.
- Sordidum.
-Anioſum.
- Cruentum.

Vlceris differentiæ a complexu cum morbo.

Vlcus
- Dyſcratum,id eſt,cum intemperie.
- Phlegmonoſum.
- Eryſipelatoſum.
- Gangrænoſum.
- Canceroſum.
- Putridum.
- Cauum.
- Supercreſcens.
- Phagedænicum.

C

Vlceris complexus cum ſua cauſa.

Vlcus
- Spondaneum.
- Ab animali venenoſo.
- A ſimiæ morſu.
- Ab hominis morſu,&c.

Vlceris complexus cum ſua cauſa,& morbo.

Vlcus
- Cacochymum,id eſt,vitioſo ſucco obſeſſum.
- Cacoethes,id eſt malignum.
- Rheumaticum,id eſt,fluxione vexatum.
- Arroſum.
- Siniioſum.
- Ab atra bile.

D

Vlceris differentiæ a complexu cum ſua cauſa,morbo,& parte affecta.

- Eroſio.
- Caries.
- Eſthiomenus.
- Sphácelus.
- Dyſenteria.

FINIS DIVISIONIS GENERAlis vlcerum.

E

INSTI-

INSTITVTIONVM CHIRVRGICARVM IOANNIS TAGAVLTII DOCTORIS MEDICI. DE VLceribus in vniuerſum.

LIBER TERTIVS.

Quid ſit vlcus vulgo apud Chirurgos, & eius definitionis interpretatio.

CAP. I.

Diximus libro ſuperiore de cruentis vulneribus, ſeu de ea continui ſolutione, quæ in carnoſa parte ex vulnerando recens facta eſt, ac relicta. Nunc tranſeundum ad id vnionis etiamnum in carnoſa ac molli ſubſtantia factum diuortium, quod nec recens eſt, nec cruentum; ſed iam inueteratum, & in quo vna vel plures conſiſtunt diſpoſitiones, quæ vnionem vel conſolidationem remorantur, atque impediunt: ex quibus ſanioſa & purulenta quædam colluuies putredoque excitatur. Vocant autem vulgares Medici & Chirurgi tale vnionis diuortium, ſeu continui ſolutionem, communiter vlcus. Quanquam vulnus & vlcus fere paſſim apud probatos authores pro re eadem ſumantur: nempe pro diſſolutione vnionis in parte carnoſa. Quæ ſiue recens ſit, ſiue antiqua (quatenus ſaltem ſolutio tantum vnitatis eſt) eandem ſanationem (vt Galenus ait) ſemper deſiderat. Cuius vtrique propoſitus finis vnus eſt, nempe vnitio, vel agglutinatio, vel coitio, vel continuatio, quæ eadem ſunt. Itaque diſcrimen, quod à tempore ſumitur, nihil plane proprium indicat Galeno. *Nam recens* (inquit) *vetus ve vlcus nihil indicat.* Quanquam indicare videtur nonnullis, ſed hi ſeipſos fallunt. Non abs re, tamen factum putauimus, ſi recentium ac vulgarium medicæ ac chirurgicæ familiæ ſcriptorum morem iam ab omnibus receptum ſecuti, diſcrimen inter vulnus (quam & plagam vocant) & vlcus poſuerimus. Vlcus quidem cum ipſis appellantes continui ſolutionem in ſubſtantia carnoſa & molli, in qua vna vel plures cõſiſtunt diſpoſitiones, vnitioné ſeu agglutinationem fieri impedientes, ex quibus ſanies & purulenta quædam colluuies ac putrilago excitatur. Apud interpretem autem Auicennæ, vlcus ita breuiter definitur. *Solutio continuitatis in carne, quando iam continet ſaniem & pus*, nominatur vlcus. Cæterum in hac vlceris definitione, ſolutio continuitatis, locum generis obtinet, cuius ſpecies *libro ſuperiore* de vulneribus abunde recenſuimus. Reliquæ vero definitionis particulæ pro differentia appoſitæ ſunt. In ſubſtantia quidem carnoſa, ſiue in carnoſis & mollibus particulis ad diſcrimen corruptionis oſſium, quæ proprie vlcus non eſt, ſed caries & corruptela, quæ teredon Græce dicitur. Quæ autem ſubnectuntur, ad differentiam vulnerum addita ſunt. Vulnus enim recens & cruentum, quatenus ſaltem vulnus eſt, & quantum nominis ratio indicat, ſolutio eſt continui, ſimplex ac per ſe conſiſtens, hoc eſt, nulli alteri affectui, aut præcedenti, aut ſequenti coniuncta, qui eius curationem, nempe agglutinationem (quam ſolum deſiderat) remoretur & impediat. Vlceris vero nomine communiter in chirurgia eam vnionis ſeu continui diſſolutionem ſtatim mandamus, quæ non ſimplex ſit, vt vulnus; ſed quæ aliis diſpoſitionibus, eius curationem impedientibus, ſeorſumque ac per ſe nonnunquam conſiſtere valentibus, complexa ſemper atq; annexa reperiatur, vt in differentiarum enumeratione clarius innoteſcet. Quo fit, vt *vulnus generaliter, ſi ad vlcus conferatur, ſimplicis ac minime compoſiti affectus rationem obtineat. vlcus vero* (quo de hic agimus) *compoſitus ſemper affectus intelligatur.* Non imus tamen inficias, quin & vulnera propriis quibuſdam diſpoſitionibus, quæ neceſſario illis accidunt, complicari poſſint: vt verbi gratia, magnitudini & paruitati, rectitudini & obliquitati, æqualitati & inæqualitati, profunditati & reſidentiæ in ſummo, & ita de aliis, quæ vulnerum diſcrimina ſiue differentias conſtituunt: generalem tamen vulnerum, quatenus vulnera ſunt, curationem parum aut nihil euariant, vt *ſuperiore tractatu de vulneribus* diximus. Itaque vulnus magnum & paruum, rectum & obliquum, æquale & inæquale, in ſummo reſidens & in profundo penetrans, longum item & breue, recens & inueteratum, veræ ac propriæ ſunt ſimplicis ſoliuſque vulneris, & cui nullus alius adiunctus ſit affectus, differentiæ: ſicut etiam & vlceris, quod ſolum conſiſtit, vt *in ſequenti capite* dicemus. Porro in definitione vlceris ex Auicenna *ſuperius* adducta, per ſaniem & putredinem, ſordities, ſquammæ & cruſtæ (quas Græci eſcharas vocant) etiam intelliguntur, quæ in ipſis vlceribus contingere poſſunt. Itaque Auicenna, & qui eum ſecuti ſunt, vulnus & plagam vocant, vbi nondum eſt pus: vlcus vero, vbi iam pus adeſt. In qua ſententia

Vlcus quid vocetur chirurgis vulgaribus.

Vulneris ſeu Vlceris finis.

Vlceris definitio.

Vlcus quid Auicennæ.

Definitionis Vlceris examinatio.

Vlceris nomine quid intelligatur in chirurgia.

Vlcus quo a vulnere differat.

Vulneris atque Vlceris propria differentia.

Cornelium Celſum eſſe latinum fere Hippocraté.

fuiſſe quoq; videtur Cor. Celſ. Latinus fere Hippoc. *lib. 5. ſuæ medicinæ*, vbi recentem & cruentam adhuc plagam vulnus appellat: vlcus vero, cum iam vetuſtas occupauit ſiue extrinſecus quidem per vulnera inciderit, ſiue intrinſecus corrupta aliqua corporum parte naſcatur. Quid autem ſit ſanies, quid pus, quid ſordes, poſtea dicetur. A

De differentiis vlcerum, & à quibus ſumantur. CAP. II.

Vlcerum differentiæ vnde ſumãtur.

VLcerum differentiæ ſumuntur quibuſdam à tribus potiſſimum: nempe à cauſis ea excitantibus, membris & accidentibus, ſeu diſpoſitionibus cum eis complicatis. Alii vero breuitati ſtudentes eas à duobus duntaxat deſumunt, vtpote à cauſis & ſymptomatis, atque etiam affectibus ipſis, quibus complicantur; ea quidem, quæ à membris ſiue laborantibus particulis ſumuntur diſcrimina, omnino prætereuntes: quippe quæ ad particularem, non autem ad vniuerſalem de vlceribus tractationem pertineant. Adde, quod & in *tractatu de fiſtula*, id eſt, ſinu, qui occalluit, de iis obiter agetur. Dicemus tamen *hic* & de iis nonnihil.

Vlcerum differentia à cauſis.

Differentiæ, quæ à cauſis ſumuntur, ſaltem communiores, & magis propriæ, hæ communiter ſolent à Chirurgis aſſignari, vlcus virulentum & corroſiuum, ſiue comedens: vlcus ſordidum, rhyparon Græci vocant. & putridum ſiue putrefactum, quod Græci ſepedona appellant: vlcus cauernoſum & profundum, vlcus fiſtuloſum, vlcus canceroſum. B

Differentia vlcerum ab affectibus, quibus complicantur.

Differentiæ autem, quæ ab accidentibus, ſiue ſymptomatis & affectibus, quibus ipſa vlcera complicantur, fere communes atq; æquiuocæ ſunt, & ipſis vulneribus, primo tamen & magis propriè (vt recentibus placet Chirurgis) de vlceribus, quam de vulneribus dicuntur. Hæ autem ſunt; vlcus cum intemperie, quod Græce dyſcratum vocant; vlcus crucians, ſiue doloroſum; vlcus cum tumore aliquo præter naturam, quod apoſtematoſum nominant, vlcus contuſum, vlcus ſupercreſcens cum carne molli & ſuperflua, *ὑπερσαρκοῦν* Græci appellant, Auicennæ interpres carnem additam ſuper vulnera, vlcus durum ſimul & tenebroſum; vlcus canceroſum & gangrænoſum; vlcus cauum; vlcus carioſum, id eſt, cum oſſe corrupto; vlcus cum varicibus; vlcus cacoethes, id eſt, malignum & ægre ſanabile, atque id genus alia.

Affectus cũ vlcere complicati.

Cæterum multæ ex *ſupra* commemoratis differentiis, veræ vlcerum differentiæ nõ cenſentur Galeno, ſed aliorum affectuum cum vlcere complexiones: cuiuſmodi ſunt vlcus canceroſum, gangrænoſum, ſupercreſcens, putrefactum, cauũ, & cum tumore aliquo, vt vlcus phlegmonodes, eryſipelatodes. Putredo namque, gangræna, phlegmone, eryſipelas, cancer & reliqua id genus, ex morborum ſunt genere: nempe affectus præter naturam, actionem vitiantes, qui ſeorſum ac per ſe conſiſtere poſſunt. *Quod enim conſiſtere ſeorſum, & per ſe poteſt, id nullius vnquam* (inquit Galenus) *alterius fuerit differentia.* Eſto igitur hoc tibi veluti præceptio ac regula, qua diſcernere liceat, differentiane alicuius affectus aliquid ſit, an alterius affectus complexum. C

Vlceris complexus cum ſymptomate. Vlceris complexus cum ſua cauſa & morbo.

Sed & alio rurſus modo vlcus crucians ſiue doloroſum, & vlcus ſordidum, ceu quædam vlceris differentiæ dicuntur, cum tamen veræ aut propriæ differentiæ non ſint, ſed complexus potius ſymptomatis cum vlcere. Dolor namq; & ſordes ex ſymptomatum ſunt genere. Pari modo & cum dicitur cacochymon vlcus, id eſt, vitioſo ſucco obſeſſum, aut fluxione vexatum, quod rheumaticum Græce Galeno dicitur, aut virοſum, id eſt, quod exeditur cauſa cum affectu copulatur. Talia igitur multa pro differentiis vlcerum Chirurgis & Medicis vulgaribus vſurpantur, quæ reuera differentiæ non ſunt, ſaltem apud Galenum, ſed alterius diſpoſitionis complicationes ſeu affectus compoſiti.

Vera ac propria vlceris differentia vnde ſumãtur.

Simplicis igitur ſoliuſq; vlceris differentiæ veræ ac propriæ, ab ipſa vlceris natura ſumuntur. Vlcus autem ſimplex hic cum Galeno appellamus, quod ſolum conſiſtit, id eſt, cui nec vllus affectus alius, nec ſymptoma vllum coniungitur. Simplex igitur non erit ſi quæ exulcerata eſt particula, vel fluxione vexetur, vel malo ſucco vitioſa ſit, vel omnino extra naturalem temperiem fuerit, vel vlla cauitas adſit, vel ſi aliqua cutis amiſſio contigerit. D

Itaq; differentiæ, quæ ab ipſa vlceris natura ſumuntur, vel maxime propriæ ſunt, & à ſubſtantia rei acceptæ, vel extrinſecus accedentes.

Vlcerum differentia maxime propria. Figura. Quantitas. Dimenſio.

A ſubſtantia rei capiuntur, quæ à figura & à diuiſionis magnitudine ſeu quantitate ac dimenſione, ſiue ſpatio ducuntur. A figura vt vlcus rectũ, vlcus obliquũ, vlcus circulare ſiue rotundum, vlcus retortum, vlcus vncum. A diuiſionis magnitudine ſiue quantitate, vt vlcus magnum, vlcus paruũ. Ex dimenſionibus ſiue ſpatiis, vt vlcus longum, vlcus breue, vlcus latum, vlcus anguſtum, vlcus ſublime ſiue ſuperficiale, id eſt, in ſummo reſidens: vlcus profundum, vlcus æquale, vlcus inæquale.

Vlcerum differentia extrinſecus accedentes. Tempus. Modus & ratio generationis. Situs.

Extrinſecus vero accedentes vlcerum differentiæ ſumuntur à tempore, & à generationis ratione: item ex eo, quod totum vlcus parsve vlceris conſpectum fugit, vel conſpiciendum ſe præbet, hoc eſt, à ſitu in parte affecta. A tempore quidem, vt vlcus recens, vlcus inueteratum. Ex generationis ratione, vt vlcus inciſum, vlcus diruptum, vlcus partim inciſum, partim diruptum. A ſitu in parte affecta, vt vlcus in conſpectu ſiue euidenter apparens; vlcus intus conditum ſiue non apparens, idq; in toto vel in parte: item vlcus in principio muſculi, vlcus in fine muſculi, vlcus in medio muſculi. E

Locus affectus.

Cæterum quæ ex loco affecto ſumuntur vlcerum differentiæ (ſi tamen differentiæ cenſendæ ſunt) non vtique, vt Galenus inquit, à propria ipſorum natura, vt præcedentes deſumuntur. Loci autem, in quibus conſiſtunt vlcera, ſunt partes ſimilares & organicæ. Igitur ſi à locis, in quibus eſt vlcus, differentias cenſeas, hoc modo fiet diuiſio, vlceris a loco affecto vlcus in parte ſimilari, vlcus in parte organica ſiue inſtrumentaria. Rurſus vlceris differentias à parte ſimilari affecta, hoc pacto diuides: vlcus in vena, vlcus in arteria, vlcus in cute, vlcus in muſculo. Cenſetur enim muſculus pars ſimilaris, ſaltẽ ad ſenſum.

Diffe-

A Differentiæ vero à parte organica affecta eiuſmodi ſunt; vlcus auris, vlcus in faucibus, vlcus in aſpera arteria, vlcus pulmonis, vlcus pectoris, vlcus in pene, vlcus in ſede, & ſic diſcurrendo per ſingulas corporis partes, quas inſtrumentarias vocamus. Atque hæc complexa & abſoluta eſt ſimplicis ſoliusque vlceris, & cui nullus alius adiunctus ſit affectus, in ſuas differentias diuiſio, quæ à propria ipſius natura ſumitur. Quod ſi affectus aliquis ſeu diſpoſitio, quæ ſeorſum (vt diximus) & per ſe conſiſtere poſſit, vt phlegmone, gangræna, putredo, vlceri adiungatur, ab eo (vt *ſupra* diximus) ſumi non poſſunt vlceris differentiæ, ſaltem vere & proprie dictæ.

Verum enim vero quoniam ab ipſo etiam Galeno *locis ſexcentis* dictum eſt, non oportere de nominibus contendere, ſi quis putreſcens vlcus, & quod exeditur, & quod gangræna, & quod eryſipelate affligitur, & cancroſum, & ſinuoſum, & callosum, & cacoethes, & dolens, & indolens, atque id genus alia, vlcerum differentias nominauerit, non erit cum eo contendendũ, modo rectam illis curationem adhibeat. Vocabunturque vlcerum differentiæ, ſumptæ ab eo, cum quo complicantur. Nempe differentię à complexu cum morbo, differentiæ à complexu cum ſymptomate, differentiæ à complexu cum ſua cauſa; & ſi quæ ſint aliæ. *Non eſſe de nominibus contendendum.*

B *De cauſis vlcerum.* CAP. III.

VLcerum cauſas in vniuerſum geminas tantum Chirurgorum poſteritas ſtatuit, nempe antecedentes ſeu præcedentes, quæ Græcis *προηγούμεναι* dicuntur: & cõtinentes ſiue coniunctas, quæ *συνεκτικαὶ* Græce appellantur. Procatarcticas namque, hoc eſt, prægreſſas & euidentes, ſeu primitiuas illis minime tribuunt. Quippe quæ dum carnem incidunt, diſrumpunt aut laniant, aut quouis alio modo continui ſolutionem in ea efficiunt, nequaquam primo ſtatim occurſu ſaniem aut pus, aut ſorditiem (quæ neceſſario vlcera comitari arbitrantur) cieare aut excitare poſſunt. Quanquam conſequuto quodam id præſtare valeant, nempe corporeas atque antecedentes cauſas commouendo.

Itaque vlcerum antecedentes cauſæ ſunt, cacochymia, id eſt, ſuccorum vitium cum ſcilicet ſola qualitate peccant humores, non etiam quantitate, atque eorundem prauorum ſuccorum, ſiue humorũ in corpore exiſtentium nimis exuperans copia, qui corporis ipſius particulas arrodere, & tandem corrumpere poſſint. Porro eiuſmodi ſuccorum prauitas, aut ex deprauata victus ratione generatur, aut totius corporis vel alicuius notæ membri, vt hepatis aut lienis vitio contingit, vti *plerunque locis* Galenus no- *Vlcerum cauſa antecedentes.*

C bis teſtatum reliquit.

Cauſæ vero continentes, ſiue coniunctæ vlcerum dicuntur intemperies illæ, quas malitias complexionam vocant, in vulneratis particulis ex cauſis *προηγουμέναις* ſiue antecedentibus modo dictis, vel etiam ex ipſis vulneribus aut abſceſſibus, aliisve præter naturam tumoribus (ſed malignis præſertim) ruptis & apertis excitatæ. Quemadmodum enim ex herpete, tum miliari, qui Græcis cenchrias dicitur: tum etiam eſthiomeno, id eſt, exedẽte, qui ex bile fit craſſiore & acriore, vlcus corroſiuum ſiue erodens generatur: ita ex anthrace ſeu carbunculo præſertim venenoſo (quod vlcus eſt eſcharoſum) rhyparum, id eſt, ſordidum, & ex abſceſſibus profundum & concauum, ſiue cauernoſum procreatur. *Cauſa vlcerum continentes.*

Itaque tres hi ægre ſanabilium, rebelliumque vlcerum modi videntur. Primus, qui ex intemperie ſubiectæ carnis prouenit. Secundus, qui ex vitio confluentis fit ſanguinis. Et tertius, qui ex menſura ſeu copia, vel quantitate confluentis naſcitur, vt *libro quarto methodi medendi* Galenus annotauit. Qui & aliter *eodem* diuiſionem poſſe fieri tradit: nempe ægre ſanabilium rebelliumque vlcerum, alia propter vlceratæ carnis intemperiem, alia ob confluentem humorem talia fieri. Tum intemperiem rurſus ipſam bifariam diducit, cum alias in qualitate ſola naturæ modum egreſſa ſubdita caro ſit, alias etiam cum acceſſorio quoq; iam tumore. Iam ipſum confluxum bipartito etiam ſcindi, nempe in confluẽtis ſucci, tum qualitatem, tum quantitatem. *3 modi ægre ſanabilium vlcerum.* 1. 2. 3.

D

Quatuor igitur erunt in vniuerſum contumacium, & ægre ſanabilium vlcerum modi: nempe ſola ſubiectæ carnis intemperies, quam & diſcraſiam vocant: intemperies cum acceſſorio tumore, humor influens, aut vitioſus, aut multus. Humor namque, qui copioſior in partem vlcere laborantem influit (tãetſi vitioſus non ſit) ſanationem vlceris (quod in eo excrementa cieat) moratur, atque in longum tempus protrahit.

Cæterum quintum modum adiecisse videtur Galenus *in commentario huius aphoriſmi* Hippocratis: *Vlcera quæcunque annua ſunt, &c.* nempe paſſionem oſſis corrupti in loco vlcerato. Vbi n. caro, quæ oſſi ſuperiacet patienti, adhibitis vt oportebat idoneis medicamentis exiccata, contraxerit cicatricem, ſtatim quidem vlcera ſanitati reſtituta videtur. Rurſus vero paulatim aliqua influente ſanie ex oſſe corrupto, in parte penitiore iterum affuerit inflammatio, & puris generatio conſequitur, à quo cicatrix eroditur, caro verò exulceratur. *Hippocrates*

E Subdit autem Galenus *loco nuper ex quarto libro Therapeutices methodi citato*, interim dictorum affectuum ſiue diſpoſitionum, aut aliquos, aut etiam pariter omnes miſceri, atque ita multas ac diuerſas vlcerum differentias iam *ſupra* commemoratas enaſci. Porro tradenda eſt medendi methodus, non omniũ ſimul, ſed cuiuſque ſeorſum, quod *in ſequentibus* faciemus, à ſimplicioribus quidem exordium ſumentes, vt eorum curatione tradita, compoſitorum ſanationis methodus facilius ac melius intelligatur.

Cæterum quoniam paſſim cum de vlceribus tractamus, voces hæ, *ſanies, pus, virus, ſordes* & id genus alia, nobis occurrunt, non ab re factum putabimus, ſi *hoc loco* quid apud Chirurgos & Medicos ſignificeat, quoq; inter ſe conueniant & diſſideant, paucis aperiamus. Sanies proprie Latinis *is tenuis humor* eſt, *qui Græcis ἰχὼρ dicitur*, qualis exit ex vulnere nec recenti, nec iam ſeneſcenti, ſed inter vtrumque tempus *Sanies quid.*

Qui-

Saniei ſpecies duæ Celſo. *In aliquibus exemplaribus non ἰχὼρ legitur, ſed ὑδρὼς.* *Melicerta.* *Sanies vulgo pro pure male uſurpata.* *Virus.* *Sordes.* *Sanies.* *ἰχὼρ.* *Puris generatio.*

Quibuſdam ichωr ſanguinis ſanies interpretatur. Saniei duæ ſunt ſpecies apud Celſum, Græcis diſtinctæ nominibus, quarum vna ἰχὼρ, altera μελικηρία nominatur. Ichωr tenuis, ſubalbidus ex malo vlcere exit, maximeque vbi neruo læſo inflammatio ſecuta eſt. Melicerta craſſior & glutinoſior, ſubalbida, melli que albo ſubſimilis fertur. Hæc quoque ex malis vlceribus, vbi nerui circa articulos læſi ſunt, & inter hæc loca maxime ex genibus profluit. Apud recentiores autem, & plebeios iſtos medicos ac chirurgos (quibus nuſquam fere vllius vocis proprietas, & quæ rei naturæ conueniens ſit, ſeruatur) ſanies communiter pro eo, quod Latini appoſite pus vocant, vſurpatur. Genus tamen interdum ſaniem etiam faciunt ad ſordem, virus ſeu virulentiam, purulentam colluuiem, quam Græci πύον, Romani pus vocant. Nomine enim ſaniei, latius ſumpto vocabulo, omnem humiditatem præter naturam alteratam intelligunt. Itaque ſi tenuis ſit humor, qui exit ab vlcere, virus ſeu virulentia: ſi craſſior, ſordes: ſi vero mediocris, generis appellatione, illis ſanies nuncupatur. Et hæc quidem in vlceribus (vt aiunt) copioſa, in cauis vulneribus pauca reperitur. Igitur ſanies proprie vulgaribus medicis & chirurgis idem, quod pus Latinis, & πύον Græcis: Celſo vero genus eſt, duas ſub ſe (vt modo diximus) ſpecies continens, Græcis diſtinctas nominibus, quarum vna ἰχὼρ, altera μελικηρία dicitur. At Latinis Galeni interpretibus, vbi paſſim Græce ἰχὼρ ſcribitur, *ſanies* vertitur. B

Cæterum quod πύον Græcis, & Latinis pus proprie nominatur, ex ſanguine vel carne contuſa ortum habet. In eius autem generatione, ſeminalia quædam, vt quiſquam dixerit, fit tranſmutatio ſiue alteratio. Etenim cum tres in animalium corpore fiant alterationes, vt *libro quinto ſimplicium* Galenus docuit, vna plane ſecundum naturam eſt, cum videlicet cibus in ventre coquitur, aut in viſceribus & vaſis, qui inibi generatur ſuccus, vnde rurſum pars vnaquæque nutriatur. Altera contra plane præter naturam, nempe in putreſcentibus omnibus. Atque hæ quodammodo inuicem ſibi contrariæ ſunt. Tertia ex vtraq; mixta, & media eſt, partim ſecundum naturam exiſtens, partim præter naturam.

Itaque tranſmutatio ſeu alteratio, quæ pus generat, medium inter optimam (quæ nutritio eſt partium animalis) & ſimpliciter malam (quæ cum putrefactione fit olida) locum obtinet. Neq; enim à ſolo calore præter naturam, neq; à ſolo calore ingenito, & ſecundum naturam, plane vincente, fit ſuppuratio ſeu puris generatio, ſed mixtus quodammodo ex vtriſq; eſt calor inflammationis, quæ dum ad ſuppurationem connectitur, dolores, extenta ſimul ac calefacta præter naturam inflammata particula: & febres principio, id eſt, corde concalefacto, excitantur. Atque hæc duo quidem contingunt ex quadam C veluti ebullitione atque exuſtione ſanguinis, qui vbi ex toto exuſtus fuerit, reſiduum eius fit pus, quemadmodum & lignorum exuſtione cinis, vt Galenus teſtatum reliquit *in commentario huius aphoriſmi* Hippocratis: *Dum pus conficitur, &c.* Ex iis igitur manifeſtum euadit, quid ſit pus, quomodo generetur, quæ ſit eius cauſa efficiens & materia. Nunc quid ſit virus ſeu virulentia, & ſordes apud chirurgos, paucis aperiamus.

Virus.

Virus ergo illis ſeu virulentia eſt *ſuperfluitas ſubtilis, ex abundantia humorum aquoſorum generata.* Quæ (inquit Guido) duplex eſt, calida & frigida, ſeroſa & rubicunda.

Sordes.

Sordes autem eidem, eſt *ſuperfluitas quædam craſſior, ex humoribus craſſiorem ſubſtantiam habentibus procreata:* quæ quidem eſt triplex, *quædam enim* (inquit) *eſt ſpiſſa, inæqualis, coagulata & alba: quædam vero nigra, & alia velut fæx, cinericea.*

Porro quod illi virus appellant, Galeno Græce ἰχὼρ, Latinis ſanies dicitur.

Sanies ſiue virus quid. Lib. 3. meth.

Eſt autem ſanies ſiue virus (vt verbo vno dicatur) *tenuius illud excrementum in vlceribus, quod ea humida reddit, ſicuti ſordes craſſum,* quod vlcus rhyparon, id eſt, ſordidum efficit.

Quemadmodum enim vt Galenus inquit omnem qualitatis alimenti mutationem, alterũ craſſius, alterum tenuius excremẽtum ſequitur, ita & in vlceribus, præſertim cauis, duplex excrementum prouenire ſolet: nempe tenuius, quod Latine ſanies, Græce ἰχὼρ appellatur, & craſſius, quod ſordes dicitur. Ac ex tenui quidem excremento vlcus humidum redditur, ex craſſo ſordidũ. Quo fit, vt vlcus ipſum duplicibus egeat medicamentis, vtique vt humidum eſt, ſiccantibus: vt ſordidum iis, quæ expurgant. Sed hæc alterius ſunt contemplationis. D

Pus mediũ eſſe inter ſaniem & ſordem. *Boni ac mali puris nota.* *Pus.* *ἐλαιώδες.* *Mala ſaniei nota.*

Cæterum mediam quodammodo ſubſtantiam ſortitur pus, inter tenuem & craſſam, ſi ſit laudabile atque optimum eſt. Optimum autem eſt (vt ſcribit Hippocr.) album, leue, æquale ac quam minime fœtidum ſit. At illud malum eſt Celſo, quod multum tenue dilutumque apparet, magisque ſi ab initio tale eſt: itemque ſi colore ſero ſimile, ſi pallidum, ſi liuidum, ſi fæculentum eſt. Præter hæc ſi male olet.

Porro genus quoddam puris eſt apud eundem Cornelium Celſum, Græca dictione ἐλαιώδες appellatum, quod in magnis (inquit) vlceribus ſeneſcentibus apparet, tenue, ſubalbidum, quaſi vnctum, colore atq; pinguitudine oleo albo non diſſimile.

Sanies autem mala eſt, multa, nimis tenuis, liuida, aut pallida, aut nigra, aut glutinoſa, aut mali odoris, aut quę & ipſum vlcus & iunctam ei cutem erodit. Melior non multa, modice craſſa, ſubrubicunda, aut ſubalbida. E

Itaq; ſpes ſanationis in his vlceribus maior eſt, ex quibus melioris generis quæque prædictorum proueniunt. Sicuti & eius vulneris expedita magis curatio eſt, ex quo ſangis bonus fluxit.

Eam ob rem, bonitatis atq; malitiæ notæ, in horum ſingulis diligenter à Chirurgo perpendendæ ſunt, vt & deprehendere & pronuntiare poſſit, quæ vlcera inſanabilia ſint, quæve facilem aut difficilem curationem habeant. Quę res non parui ſane eſt momenti, vt chirurgus ipſe, & ſe aliis admirabilem pręſtet, & calumniam deuitet. Atq; hæc de pure, ſanie ac ſorde dicta ſufficiant. Nunc autem dicendorum ordo poſtulat, vt vlcerum ſigna, ac etiam iudicia ſubiiciamus.

Nota

A *Notæ ſiue ſigna, quibus vlcerum differentiæ dignoſcuntur, ex eorum definitionibus petita.*

CAP. IV.

VLceris cuiuſque ſuæ ſunt propriæ notæ, quibus vnum ab altero diſtinguitur. Hæ autem ex ſingulorum definitionibus petendæ ſunt. Quocirca præcipuarum *ſupra* memoratarum differentiarũ breuiſſimas definitiones hic obiter recenſere operæpretium eſſe duximus. Quod dum facimus, non tam verba, quam rem ipſam lectorem ſpectare volumus. Maluimus enim communibus, & ab omnib. Chirurgiæ profeſſoribus iamdudum receptis vti definitionibus, licet aliquando rudibus, plebeis, & non ita elegantibus quam per ſe ſatis obſcuræ, verborũ lenocinijs, & tetriore ſtylo tenebras offundere: craſſam tamen illam & ſupinam barbariem, quantum nobis licuit, vbiq. deuitauimus.

Ergo vt ſemel dicamus, vlcus virulentum eſt, *in quo virus, hoc eſt, tenue quoddam, ac liquidum excrementum, quod ſaniem propriè Latinè appellari diximus, citra eroſionem abundat.* Alio nomine ſanioſum dicitur. Vlcus, *quod ſua malignitate ſiue malitia, partis, quam iam occupauit, erodendo atq. interdum eſcharam* (quam acris mordaxque ſuccus ad ipſum confluens excitat) *gignendo maius atq. amplius redditur efficitur*, corroſiuum ſiue arrodens nominatur. Quod *ſi eius malitia adeo creſcat, vt non modo vlceratas atq. corruptas carnes, ſed etiam ſanas abſumat depopuleturq.*, vlcus iam depaſcens appellabitur. Græci omnes Medici νομὴν hunc affectum,
B Galeno etiam teſte nominant, propterea, quod pergere paſcendo id vitium ab ægris particulis ad eas, quæ integræ ſint, ſoleat, atque harum ſemper aliquid ægris adijcere. Cuius ſpecies eſt phagedæna, *ambulatiuum vlcus* appellant, quod huc atque illuc ſerpendo, cutim ac ſubiectam carnem, ſed extimam tantum ac ſuperficialem depaſcitur, ac rodit. Nunquam enim eiuſmodi vlcus in penitiora penetrat: quo fit, vt vlcus in ſummo reſidens, minime autem profundum, dici merito debeat. Vlcus ſordidum eſt Galeno, *quod craſſiore illo, ac viſcoſo, caterue excremento, quod ſordem appellauimus*, Græci rhyparon vocant. Recentiores vero aliter definiunt, nempe, quod cruſtas aliquas habet craſſas, ſeu (vt loquuntur) groſſas, aut carnem aliquam mollem, craſſam & ſuperfluam. Vlcus putre ſiue putridum dicitur, *ex quo vapor aliquis graueolens, ſeu, vt aiunt, fumus quidam fœtidus & cadauerolus exſpirat atq. attollitur, perſimilis illi, qui à putreſcentibus ac corruptis iam carnibus effertur*: habetque ſemper annexam ſibi ſorditiem, atque extraneam caliditatem cum humiditate ſuperflua, & plerunq. febrem. Hoc à ſordido differre volunt ſola malitiæ ac fraudulentiæ intentione. Cauernoſum vlcus appellant, *cuius orificium ſtrictum eſt atque anguſtum: profunditas*
C *vero latior, & ſenſum effugiens ſiue occulta, multoſq. anfractus habet & cuniculos, ac vias, hinc inde diſcurrentes, citra tamen calloſitatem & duritiem.* Sunt, qui & appoſito nomine cuniculoſum ipſum appellant. Fiſtuloſum vlcus à nuper deſcripto cuniculo ſeu cauernoſo vlcere non differt, *niſi quod meatus illos anfractuoſos & ſinuoſos calloſos habet & duros.* Vlcus canceroſum eſt *viſu horrendum, fœtidum, labra habens dura, craſſa, tumida atque inuerſa: colore inter rubrum & nigrum medio, vtpote ſuſco aut liuido: ad hæc circa locum vlceratum venæ quædam liuidæ apparent exaltatæ & turgidæ, craſſo & nigriore ſanguine plenæ.* Vlcus dyſcraton, ſiue vt vulgo dicant, dyſcratiatum, eſt, *in quo quædam δυσκρασία, id eſt, intemperies ſeu mala quædam qualitas præter naturam dominatur*, vt caliditas immoderata, vel frigiditas aut humiditas, vel ſiccitas, aut plures ex illis ſimul. Nominatur autem propriè nobis vlcus cum intemperie. Vlcus crucians ſiue doloroſum appellatur, *quod laborantem atrociter moleſtat, eſt*, vt ait Guido à Cauliaco, *in quo ſenſibiliter res contraria reperitur*, Græce ἐπώδυνον & ὀδυνηρὸν dici poteſt. Vlcus rheumaticum Galeno dicitur, *quod aliunde fluentes humores vetat ſaneſcere.* Vermiculoſum vlcus appellatur, *quod vermibus ſcatet*, ſcolecodes à Græcis dicitur: horum autem vermium opifex eſt putredo. Vlcera cacoethe Galeno & Græcis omnibus Medicis dicuntur, *quæ omnibus rite debitis factis, ſanari tamen non poſſunt, propterea, ſcilicet in particula laborante ſiue vlcerata, malignitas quædam adſit cæca, & nobis occulta, ea ſanari prohibens.* Nos eiuſmodi vlcera, maligna, contumacia, rebellia ve atque ægre
D ſanabilia dicimus. Varicoſum vlcus nominatur, *quando in partibus eo ſuperioribus venæ quædam eminentes ac turgidæ, craſſo ſanguine, aut vitioſo aliquo ſucco oppletæ apparent* (varices vocant) *quæ, ſi vlceri fluxionem ſuppeditant, atq. ita ſaneſcere ipſum vetant.* Apoſtematoſum vlcus nuncupant, *in quo tumor aliquis præter naturam eſt, ab humore quopiam procreatus*, vt phlegmone aut eryſipelas. Cætera ſatis ex præcedentibus innoteſcunt.

Vlcus virulentum. Vlcus corroſiuum ſiue arrodens. Vlcus depaſcens. Nome. Phagedæna. Vlcus ſordidum. Lanfrancus ſic definit. Vlcus putridum. Vlcus cauernoſum. Vlcus cuniculoſum. Vlcus fiſtuloſum. Vlcus canceroſum. Vlcus dyſcraton, ſeu dyſcratiatum. Vlcus crucians. ἐπώδυνον. Vlcus rheumaticum. Vlcus vermiculoſum. Vlcus cacoethes. Varicoſum. Vlcus apoſtematoſum.

De vlcerum prognoſtico, ſiue iudicio. CAP. V.

VLcera (inquit Hippocrates) *quæcunque annua ſunt, aut etiam diuturniora, os abſcedere eſt neceſſarium, & cicatrices cauas fieri.* Quæcunque vlcera (vt Galenus ait *in commentario huius aphoriſmi*) longo tempore manent, vel cicatrice nullo modo adueniente, vel ſi facta ſit, rurſus reſoluta, nihil videlicet Medicis in curatione delinquentibus, cacoethiam, hoc eſt, malignitatem quandam oſtendunt, difficulterque ad ſanitatem perducuntur. Id autem accidit vel propter influxum vitioſorum humorum, vel propter diſpoſitionem in membro ex humoribus in id confluentibus, proceſſu temporis contractam, vel ob aliquem vitiatæ ac corruptæ tibiæ oſſis affectum. *Vlcus omne* (vt ſcribit Auicenna) *quod poſteaquam carne impletum eſt, & cicatrix illi induci debet, ſubito renouatur, periculum eſt, ne in fiſtulam degeneret. Eidem mala vlcera iudicantur dura & quæ ad viridem aut nigritiem vergunt.* Eiuſmodi enim color natiui particulæ vlceratæ caloris extinctionem innuit.

Vlcera (vt idem Arabs ait) *frigida albedine & mollitie dignoſcuntur*, & præſertim ſi calidis iuuentur. Calida vero ad ruborem declinant, & frigidis gaudent, ſed & tactu etiam diſcernuntur. Itaque horum vtraque agnoſces, partim colore, partim tactu, partim (vt Galenus inquit) laborantis ſenſu. Quippe alias vſtionem ſentire ſe fatentur, alias manifeſtum frigus in particula: gaudentque vel frigidis medicamentis vel calidis, & alijs quidam rubor leuis inſidet, alijs color magis albicat. Siccis quoque atque

Aph. 45. lib. 6. Vlcera annua & diuturna. Fen. 4. cap. Vlcus ſæpe renouans. Vlcera dura, viridia aut nigra. Vlcera frigida. Calida vlcera. Lib. 4. Therap.

atque humidis vlceribus ſuæ ſunt propriæ notæ, quæ tactu maxime deprehenduntur. Hic namque ſenſus ſicca atque humida, & quæ eas qualitates conſequuntur, duritiem ſcilicet & mollitiem, aſperitatem & lenitatem, experitur. Ad hæc *ſi maligna vlcera totius corporis colorem repræſentent*, vt verbi cauſa, candidum, purpureum aut fuſcum, vel citrinum, *vitium aliquod de ſtatu dignum hepatis, atque inſignem, anguſtiis ab iis ſuccis procreato, corruptelam ineſſe ſignificant.* A

Vlcera totum corporis colorem repræſentantia.

Aliud. *Vlcera, quæ aliis morbis ſuccedunt, ægre ſanabilia ſunt.*

Aph. 4. li. 6. Vlcera circum glabra.

Aliud. *Vlcera circumglabra praua ſunt*, hoc eſt, cum videris pilos à circumiacentibus vlceri locis defluere, vel cutem ſquammulas è ſumma parte dimittere, ſcito ac iudicato, tale vlcus prauum eſſe. Prauos namque humores, ſeu malignos ſuccos ad partem vlceratam tunc confluere ſimile vero eſt, qui vehementer vlcus erodant. Itaque eiuſmodi maligni ſucci, neque radiculas pilorum omnes abolere queunt, nec exulceratum locum ad cicatricem perduci, ac ſoliděſcere patiuntur. Cum autem pili, qui prius deciderant, in iis, quæ circiter vlcus ſunt ſedibus, renaſcuntur, bono indicio eſſe ſolent.

Vlcus ante morbum, vel in ipſo morbo enaſcens.

Aliud. *Vlcus, (vt primo lib. prædictionum* ſcribit Hippocrates) *ſiue ante ægritudinem, ſiue in ipſo morbo natum eſt, diligenter obſeruari debet. Nam ſi moriturus æger eſt, aridum & liuens, aut pallidum ante mortem apparet.*

Aliud. *Vlcera in quibus poſt longam ſaniei, ſeu virulentiæ emiſſionem pus laudabile apparere incipit, bonum nobis portendunt.* Siquidem & naturæ robur, & materiæ obedientia notatur. Quæ autem ſint puris optimi ac laudabilis notæ, *in præcedentibus* dictum eſt. B

Vlcera in quibus partibus pericoloſa.

Aliud. *Vlcera, quæ in extremitatibus muſculorum dorſi, vel tibiarum aut brachiorum ſunt, periculo non vacant* Auicennæ. *Valde etiam periculoſa eidem cenſentur, quæ interna membra occupant, aut ad ea vſque perueniunt.*

Vide Hippo. apud Galen. li. 4. Thera.

Aliud. *Quibus vlceribus ante abſolutam deterſionem, ſarcotica, id eſt, carnem producentia medicamenta adminiſtrantur, mala ac ſuperflua caro in illis generatur. Quæcunque vero probe & opportune expurgata ſemper ad ſectum promouentur, his caro,* inquit Hippocrates, *magna ex parte non ſupercreſcit, nam iis perſpicua ſunt.*

Vlcera rotunda.

Aliud *Vlcera in orbem circumducta, hoc eſt, rotunda, peſſima* vt de vulneribus dictum eſt, *eſſe ſolent ac tarde magnoque negotio ad cicatricem perducuntur.* Proinde pueros ſubinde in perniciem trahunt. Itaque tutius conſilium Chirurgorum eſt, vt cauterio figura illa orbicularis aboleatur, & lineæ modo quantum fieri poteſt in rectum diducantur.

Artuum Vlcera.

Aliud. *Artuum ſiue extremarum partium vlcera, vt pedum aut manuum, ſæpenumero phlegmonæ, aut alios eiuſmodi præter naturam tumores in adenoſis partibus ſeu glandulis* quas Græci adenas vocant *accerſunt atque excitant, præſertim vero vbi corpus plethora laborat.* Hæ enim partes quoniam imbecilliæ ſunt & raræ, facile tendantur fluxionibus. Sic igitur fit, vt & propter vlcus, quod in manus aut pedis digito ſit, eiuſmodi glandulæ in inguinibus & alis, tum intumeſcant tum phlegmone occupentur, cum defluentem ad vitioſos artus ſanguinem, aut alios quoſuis humores priores acceperint, & exceptos ob eam, quam habent, laxitatem & raritatem retinuerint. Quin etiam in collo & ſecus aures ſæpenumero glandulæ his, quibus in collo capite, vel aliqua vicina parte vlcus eſt natum, intumeſcunt. *Nominant autem* (inquit Galenus) *ipſos adenas, cum ſic intumuerint bubones.* C

Colli & capitis Vlcera. Bubones.

Si auxilia profuerint aut nocuerint.

Aliud. *Cum medicamenta vlceribus adhibita conferunt, aut ſaltem nihil nocent, argumentum eſt, ea rite ac decenter adminiſtrata eſſe. Cum vero noxæ aliquid afferunt, & vlcus humidius reddunt aut ſiccius, calidius aut frigidius, indicium eſt, ea non eſſe præſenti morbo idonea.* Eruntque magis deſiccantia aut humectantia, calidiora aut frigidiora, prout res poſtulabit, deinceps admouenda. Quod ſi ex admotis vlcus etiam mollius redditur, aſtrictoria ſtatim erunt adiicienda.

Si Vlcus erodatur.

Ceterum ſi vlcus eroditur, & profundius efficitur, ſedulo aduertendum eſt, num id ex acrium ſuccorum vitio, & vlceris malignitate accidat, an ex facultate medicamentorum (quæ admouentur plus quam oportet detergentium. Hæc enim vlceratam particulam arrodendo, multam ſaniem procreant, & vlcus humidius reddunt. Quo fit, vt imperitos Chirurgos atque improuidos ſæpenumero fallī contingat, qui dum putant vlceris cacoethia, id eſt, malignitate, eiuſmodi ſanioſam colluuiem, ſeu vt ipſi loquuntur, virulentiam atque ſuperfluam humiditatem prouenire, quæ adhuc efficacius detergēt, ſuperant admouere, atque ita profundius & magis cauum vlcus, imo vero & calidius, ac etiam interdū phlegmonodes efficiunt. Hinc eroſionis ac mordicationis ſenſum laborantes perſentiſcunt. Sed hæc non minus ad curandi rationem pertinere videntur, quam ad ſigna prognoſtica, de quibus nunc agimus. D

Nota.

Ventum meridionalem officere Vlceribus.

Porro inter cætera, quæ magis officiunt vlceribus, ventus eſt (vt Guido à Cauliaco annotauit) meridionalis, atque ambientis humiditas caliditati adiuncta. Hæc enim vlceribus putredinem inuehunt: ſiquidem quæ putreſiunt omnia, ex calido & humido ſic afficiuntur. *Hinc fit* inquit, *vt tibiarum vlcera Auinione, ægrius ac difficilius multo curentur, quam Pariſiis. Contra vero accidit in capitis vulneribus.* Cæterum quemadmodum plurima vulnerum iudicia, vlceribus etiam communia ſunt ita & vlcerum, de quibus modo diſſeruimus, iudicia permulta vulneribus adaptari poſſunt. Quocirca quæ in iudiciis vulnerum dicta ſunt, vlceribus conuenientia, huc reuocanda erunt.

E

De curatione vlcerum in vniuerſum. CAP. VI.

Duo ſpectanda in curatione vlcerum.

IN curatione vlcerum duo nobis ſpectanda proponuntur, nempe ipſius vlceris, qua vlcus eſt, contemplatio, & vlceris cum ſua cauſa aut ſymptomate aliquo, aut alia quauis diſpoſitione complicati, aut etiam hanc vel illam particulam occupantis conſideratio. Omne enim vlcus (vt *ſupra* diximus) aut ſolum eſt, ipſumque per ſe, hoc eſt nullo alio affectu, vel cum eo ſimul inuadente, vel ipſum præcedente aut ſequente; aut cum alio quopiam vno, multisve conſiſtit. Quorum alii non modo ſtatim ab initio vlcus excitarunt, ſed etiam nunc maius efficiunt, alii eius, ſine quo non, vt ad curandi opus, rationem obtinent.

Ceterum vlcus omne, qua vlcus eſt, vnam communem habet curandi indicationem. Siquidem vt

Galenus

A Galenus ait: *Vlceris, quod vlcus est, sanatio, mediocris siccatio est.* Hæc autem indicatio communis etiam est vulneribus curandis, quæ saltem vulnera sunt, id est, plagæ vulnerando acceptæ. Sed hoc discriminis habeat, quod hæc minori, illa (quod humidiora sunt) maiori deficcatione indigent. *Vlceris sanationem mediocrem eſſe ſiccationem.*

Verum enimuero vlceris, quod cum alio affectu coniunctum est, cuius videlicet præcedere curationem oportet, eius curatio, vt vlceris solius non est, sed prior illius affectus, secunda vlceris. Nam siue phlegmone quæpiam, siue erysipelas, siue tumor is, qui œdema dicitur, siue nigritia, siue ecchymosis vlceratam carnem obsederit, primũ molienda eius curatio est. Quod si valentior aliqua intemperies (quæ imbecillitatis affectæ partis causa esse solet) exulceratæ carni adsit, huic nimirum primo medendum erit. Vbi autem intemperiei affectam iam sanaueris, exulcerationis postea affectum sanabis. Ita quoq; & varices, qui sæpe supra exulceratum locum sunt, prius sanabimus, vt deinde mox vlcus sanemus. Cæterum nulla harum curationum (inquit Galenus) ipsius est vlceris, sed alterius cuiusquam affectus, qui vlcus vel gignit, vel certe souet. Porro *duplex in eiuſmodi cum vlcere complicatis diſpoſitionibus conſilium eſt*, ipsi Galeno *libro quarto methodi medendi*: nempe *vt vel eiuſmodi a toto corpore prorſus eximas, vel incommodum, quod in-* *In tollendis diſpoſitionibus cum vlcere complicatis duplex conſilium.*

B *ferunt, vincas. Verum hoc* (inquit) *vbi exiguum plane affectum eſt, fieri licet: vbi magnum eſt, duci ad cicatricem vlcus prius non poterit, quam illis affectibus remedium attuleris.* Talium igitur vlcerum, quæ sic cum aliis affectib. complexa sunt, quatuor sunt particulares curandi intentiones. *Particulares in curandis vlceribus ſcopi.*

Prima vitæ rationem, sanandis eiusmodi vlceribus accommodam præscribit. 1.

Secunda materiam antecedentem auertit & intercipit. 2.

Tertia symptomata siue accidentia, & dispositiones, quæ cum vlceribus complicantur, corrigit & summouet. 3.

Quarta correctis & profligatis iis dispositionibus, quibus vlcera complicantur, ea more vulnerum concauorum sanorum præcipit. 4.

Cæterum primam & secundam intentionem assequimur, humores copia aut praua qualitate noxios, quibus laborantis corpus scatet, quiq; in partem vlceratam influunt, tum corrigendo, tum vacuando & auertendo, fluxionemq; ipsam intercipiendo. *De primo & ſecundo ſcopo.*

Porro auxilia, quibus commode succorum abundantiam, & vitium tollimus, corrigimus atque auertimus, sunt venæ sectio, purgatio, proba victus ratio, cauterium, vomitio, & id genus alia. Fluxiones

C vero intercipimus ligaturis, perfusionibus, & epithematis: item vnguentis ex bolo Armena, atque aliis refrigerantibus & astringentibus, de quibus *in ſermone de tumoribus præter naturam* abunde dictum est. De iis autem sic Galenus *libro quarto methodi medendi*, vbi maligni succi & exulceratis curationem pertractat, ad verbum scribit. *At que vero & maliſucci, qui ad exulceratam partem confluit, vt vlcerati quidem eſt, ſanatio eius hic dicetur. Vt malignus ſuccus eſt aut copia redundans, in proprium ipſorum locum tradabitur. Cum ergo, qui exulceratis partibus influit ſuccus, nec multo plus iuſto, nec multo deterior ſit, auertere hunc rogerisq; conueniet, a ſtrictis ſcilicet, refrigerantibusq; in particulis, quæ ante exulceratam ſunt. Inchoanda quoque deligatio eſt a laborante ipſa particula, deducendaque verſus ſanam, veluti in fracturis eſtiam præcepit Hippocrates. Talis enim deligatura meatus aſtringit, per quos materia ad particulas vlceratas influit. Sed & quæ vlceribus illis admouentur pharmaca, ſiccent valentius oportet, quam ea, quæ ſimplici admouentur vlceri. Quod ſi ſic compoſitaque medicamentis influxus ne ceſſat, cauſa eius inueſtiganda eſt, atque hæc prius adimenda. Ac ſi quidem ob partis, quæ fluxum recipit imbecillitatem id fiat, huic nimirum medendum eſt. Fuerit autem vlcerata quoque partis propria quædam curatio. Sin propter ſanguinis copiam vitioſumve ſuccum, vel corporis totius, vel aliquius ſuprapoſitarum partium, illa ſcilicet prius ſunt corrigenda. At imbecillitas quidem partis, propter quam plus iuſto ſuccorum illi influit, omnino ab intemperie prouenit, non tamen ab omni. Eoque fit,* *Si ſuccus, qui influit, nec copioſus ſit, nec malignus.* *Si fluxio fiat ob partis imbecillitaté.*

D *vt exulcerata caro nonnunquam intemperata tantum ſit, non autem imbecilla, nonnunquam vtrumque, & intemperata, & imbecilla. Quippe imbecillitatis affectæ partis, valentior intemperies cauſa eſt.* Quomodo autem curari debeat illa dyscrasia siue intemperies, mox *in ſequentibus* dicemus. Cæterum qua ratione, quibusue modis fluxiones, quæ vel á toto corpore, vel à membro quopiam in particulam vlcere laborantem irruunt, intercipere atq; auertere oporteat, *ſupra in tractatu de tumoribus præter naturam* abunde dictum est. Quare ne eadem itentidem vbiq; repetamus, ex *eo loco*, quæ ad rem præsentem attinent, requirenda erunt. *Valentiorem intemperiem cauſam eſſe imbecillitatis partis.*

Tertia intentio, quæ symptomata & dispositiones, quæ cum vlcere complicantur, corrigit ac summouet perficitur, prout cuiusq; symptomatis, & affectus cum vlcere complicati natura requirit ac desiderat. Porro (si Galenum sequimur) tradenda est medendi methodus, non omnium simul, sed cuiusque seorsum. Itaque Galenum ipsum imitantes, exordium sumamus ab intemperie, quæ cum vlcere complicatur, corrigenda, de qua ad hunc modum scribit *libro de morbis methodo curandis quarto.* *Tertium ſcopus.* *Lib. 4. met. medendi.*

De vlceris dyſcrati, id eſt, cum intemperie iuncti, curatione.

Cap. VII.

E

C*Arnis intemperies ſi ſqualens ſiccaque videtur, aqua temperata fouens humectansque corriges. Quoties autem eo remedio vteris, eſto tibi perfuſionis humectationisque meta, vt cum primum rubeſcit attolliturque particula, moles, tum deſinas. Quippe ſi vltra perfundis, quod attraxiſti, id euocabis. Itaque nihil profeceris. Quinetiam medicamentorum humectandi facultas plenior eſto, quam vt in ſana carne præceptum eſt. Si vero humidior, quam pro naturali habitu caro fuerit, contraria ratio ineunda eſt: ac medicamentorum facultas ad ſiccum transferenda: aqua vero nullatenus admouenda. Imo ſi lauandum vlcus videtur, vinum aut poſca, aut decoctum auſteræ cuiuſpiam herbæ preparandum. Eodem modo & calidiorem, quam par eſt, carnis habitum refrigerabis, & frigidiorẽ calefacies. Agnoſces vero* (inquit) *horum vtrumque, partim colore, partim tactu, partim laborantis ſenſu. Quippe alias vſtionem ſentire ſe* *Squalentis ac ſiccæ intemperiei curatio.* *Humidioris intemperiei curatio.* *Caloris & frigoris nota.*

 fatentur,

ſatentur, alias manifeſtum frigus in particula gaudent, que vel frigida medicamenta vel calida. Et alias quidem rubor A
leuis inſidet, alias color magis albicat. Breuiter, *quæcunque partes vlceratæ per intemperiem aliquam a naturali habitu receſſerunt, earum ſanationem per ea, quæ contraria viribus ſunt, fieri omnino eſt neceſſe*, calidam vtique intemperiem (vt dictum eſt) refrigerando, ſiccam humectando, frigidam calfaciendo, humidam ſiccando. Quod ſi frigidior humidiorque locus ſit, calfaciendo pariter ac ſiccando, & in aliis ad eundem modum, vincentem videlicet qualitatem, contraria ſemper oppugnans. Atque vbi intemperiei affectum iam ſanaueris, deinde etiam exulcerationis affectum ſanabis. Non aliter plane nunc curata intemperie, quam ſi citra vlcus incidiſſet. Quo manifeſtum fit, non eſſe vlceris, ſed intemperiei propriam omnem eiuſmodi curationem, quæ tamen vlceris ipſius ſanationem omnino præcedere debet. Siquidem fieri non poteſt, vt in vlcere vel carnis productio, vel ſinus impletio, vel agglutinatio, vel cicatricis inductio, recte vnquam cedat, niſi ſubiecta caro pro naturali modo ſe habeat. Hæc autem recte ſe habuerit, ſi quod reliquis etiam omnibus eſt commune, proprium temperamentum tueatur. Ergo ſi ex alterata caro ratione calidior frigidiorve effecta fuerit, vtique medelam exigit, quæ in tantum calfaciat refrigeretve, in quantum ipſa á naturali ſuo habitu receſſit. Subiectæ namque carnis affectus, eius rationem obtinet ad id, B quod efficitur. Quippe ex hac (vt Galenus inquit) & per hanc, tum, quæ diſſident, glutinantur, tum quæ caua ſunt, carne implentur. Itaque temperatam eſſe ſubiectam carnem, ad vlcera tum glutinanda, tum carne implenda prorſus oportet.

Curationem fieri per contraria.

Carnem recte ſe habere, ſi proprium ſeruet temperamentum.

Vlcus cruciatus.

Dolor quoque vnum eſt ex ſymptomatis, quæ vlcerum curationem remorantur & impediunt. Quocirca ſi vehemens aliquis dolor vlceratæ parti incidat, protinus hic aut tollendus erit, aut ſaltem, quoad licebit, demulcendus. Dolor enim præſertim vehemens, vires proſternit & fluxionem prouocat, proinde & vlceris ipſius curationem prohibet. Itaque tametſi quæ vlceratis particulis ad doloris ſedationem admouentur, vlceri adaderſentur, quoniam tamen ex doloris vehementia plerunque imminet laboranti periculum, & propriam vlceris curationem moratur, neglecto ad tempus vlcere, dolori tanquam vrgentiori primum maximeque intendendum eſt. In complicatis namque affectibus, id, ex quo primum maximeque homini imminet periculum, quodque magis accelerat & vrget, primum curari atque auferri debet. Cæterum quibus auxiliis dolor mitigari aut ſedari poſſit, *in duobus libris ſuperioribus* copioſe ſatis dictum eſt, diceturq; iterum *in antidotario.*

In complicatis affectibus vrgentiore ſemper primum ſuccurrendum eſſe.

C

De vlcere cum tumore particulæ. Cap. VIII.

CÆterum ad eundem quoque modum, & partium, quæ cum aliquo præter naturam tumore exulceratæ ſunt, earum prius ſanandus tumor eſt: fieri enim non poteſt, vt vlcus, tumore manente, ad ſanitatem perducatur. Quocirca omni ſtudio laborandum eſt, ne phlegmone aut quiuis alius tumor in loco vlcerato excitetur: quod ſi id prohiberi non poſſit, remediis dicatis curari debebit, vlcere tamen interim non neglecto. Quæ autem omnis præter naturam tumoris curandi ratio ſit, *in præcedentibus* fuſiſſime dictum eſt. Nunc quantum eius rei coniunctum cum vlcerum curatione eſt, obiter ac compendioſe tractabitur.

Lib. 1.
Phlegmonoſi vlceris curatio.

Compendiaria igitur obſeſſarum phlegmone partium vlceratarum curatio, per id genus præſidia obitur Galeno, quę ſane vel affectum protinus tollunt mouentve: vel ſi quid exiguum, quod adhuc appareat, reliquerint, alterum medicamentum acre, quod educere pus queat, requiritur: vel ſi tenuis circumpoſita cutis ſit, veliſque celerius explicatam aegrum, ſectio petenda eſt. Quod ſi cataplaſmate *ex hordei farina, aqua & oleo*, quod calfaciat humectetque illinantur partes vlceratæ, quæ phlegmone infeſtantur, lenientis (vt D Galenus ait) tractatio eſt, non medentis & contra malum pugnantis. Id enim non ex prima ratione fit, hoc eſt, vt remedium affectus, ſed vt ſymptomatis mitigatio. Siquidem ipſius phlegmones remedia (vt author eſt Hippocrates) ſiccatorium ſunt vitium. Itaque ſi inflammatio vlcera aut etiam vulnera adhuc recentia obſideat, vius eſt medicamentorum, quæ deſiccant, atque inflammationem arcent. *Ex liquidis igitur* (inquit Paulus) *laudatiſſimum eſt vinum, deinde poſca. Si vero ſordes quoque cum inflammatione occupent, mulſa diluta conuenit.* Ex iis autem medicamentis, quæ ſiccandi poteſtate prædita ſunt, communiter quidem conferent, inflammationibus dicata, quæ *in tractatu de tumorib. præter naturam* deſcripta ſunt, ſi oleoſa acriaque excipias: priuatim autem hoc proficit. *Malum punicum dulce, vino in modum tritum, illinatur.* Mirabile nimirum, & (vt Paulus ait) multiplici vſu commendatum eſt remedium: facit etiam tum ad capitis, tum naturalium vlcera, tum etiam ea, quæ toto corpore excruciant oculorumque inflammationes.

In inflammato vlcere quo vtendum.
Vinum.
Poſca.

Malum Punicum dulce.

At ſi eryſipelas aut eiuſmodi quippiam vlceri acceſſerit, iis vtendum erit præſidiis, quæ aduerſus illa *ſuperius* ſcripta ſunt.

Vlcera cum contuſione facta, ad ſuppurationem ducenda.

E

De vlceris contuſi curatione. Cap. IX.

GAleni ex Hippocratis teſtimonio ſententia fuit, *vlcera omnia, præter ea, quæ contuſa ſunt, ſiccari oportere. In iis vero, quæ cum contuſione facta ſunt, quam celerrime pus mouendum eſſe.* Siquidem neceſſe eſt carnes ſic contuſas putreſcere, vt noua tandem caro gignatur. Pus autem ipſum ſiue carnis contuſæ ſuppuratio, cum aliqua putreſcentia fit. Porro quæ putreſcunt, omnia ex calido & humido ſic afficiuntur. Proinde fit, vt ea, quæ calfaciunt & humectant, omnibus his affectibus, quibus moueri pus expedit, ſemper admoueamus. Cataplaſmata igitur ex *hordei farina, aqua & oleo*: item quæ ex *pane aqua & oleo* componuntur, conueniunt. Præterea fomentum multæ calidæ aquæ & tetrapharmacum, ſeu quæ calfaciant humectentque, & pus quam celerrime moueant, vlceribus contuſis recte adhibentur.

Cataplaſmata ſuppuratoria.
Aqua calida.
Tetrapharmacum.

Sed

A Sed præſtat ipſius Hippocratis verba ſubiicere: *Quodcunque vlcus* (inquit) *caſim percuſſum ve acuto telo eſt diuiſum, medicamentum enhæmum & ſiccans aliquod, quod ſuppurare vetet, admittit. Sin caro aliquo telo tum contuſa, tum cæſa ſit, huic ita medendum eſt, vt quam celerrime ſuppuret. Nam & minus phlegmone vigebitur, & neceſſe eſt carnes, quæ contuſæ cæſæque ſint, putrefactas, & in pus verſas liquari poſtea nouam carnem naſci.* His itaque verbis aperte nos docet Hippocrates, vlcera, quæ ſine contuſione accepta ſunt, quam maxime ſiccare: His vero, quæ cum contuſione facta ſunt, quamprimum pus mouere. Porro eorum, quæ puri mouendo aptiſſima ſunt, materiam *in ſermone de tumoribus præter naturam*, & *in antidotario* copioſam reperies. Sed & de iis etiam *ſupra* tractauimus, vbi de vulneribus contuſis meminimus. [Hippocrates]

De carne in vlceribus ſupercreſcente, quam Græci hyperſarcoſin nominant, tollenda.

CAP. X.

CAro in vlceribus ſupra, quam par eſt, excreſcens, medicamentis exiccantibus tollitur, è quorum ſane numero ſunt diphryges (cuius tria ſunt genera apud Dioſcoridem) inſperſum aut cataplaſmatis inſtar inductum, ſquamma æris omniaque teſtacea combuſta. Item echini, hoc eſt erinacei vtrique, tam terreſtres quam marini, cum toto corpore concremati. Verum hæc non admodum eximie, ſed modice B ac mediocriter duntaxat purgant, & ſupercreſcentia compeſcunt. Aſiæ vero petræ flos longe validius id muneris obit, atque hoc magis adhuc ſori, chryſocolla, chalcitis, myſi. Quæ ſi combuſta fuerint, minus vellicant ac rodunt. Item æris flos, qui chalcanthos Græcis vocatur. Cæterum ærugo his adhuc omnibus valentior eſt. Sales autem concremati carnes cum humore flaccidas conſumunt, ac liquefaciunt. Sic etiam linamenta è panniculo diſcerpta, muria acriori imbuta, & denuo reſiccata atque impoſita, mediocres carnium ſupercreſcentias liquefaciunt atque exedunt. At maximas carnium excreſcentias aduſque penitiora cruſtis obducunt. Fauſtiani paſtilli, triti atque inſperſi. Item medicamentum, quod recipit *calcis viuæ*, id eſt, aqua non extinctæ, *ſquammæ æris, & mannæ* (quæ mica eſt thuris, concuſſu ſeu attritu elita) *pares modos*, hoc eſt, partes æquales. Porro Fauſtini paſtilli, id eſt, trochiſci, Paulo Æginetæ *libro ſeptimo* ad hunc modum deſcribuntur: ℞. *Auripigmenti drachmas duodecim, ſandaracha* (quæ rubrum eſt auripigmentum, & à natura magis excoctum) *drachmas ſex calcis viuæ drachmas octo, charta combuſta drachmā: myrti baccarum ſucco vel decocto excepta in paſtillos redigito.* Sed de eiuſmodi ſupercreſcentem carnem compeſcentibus, & abſumentibus iterum *in antidotario* dicemus. Ad hanc autem intentionem in communi vſu eſt C vnguentum Ægyptiacum nominatum. [Diphryges. Squamma æris. Echini. Aſiæ lapidis flos. Sales concremati. Medicamentum ad maximas hyperſarcoſes. Fauſtini paſtilli. Vnguentum Ægyptiacū.]

Cæterum dum hæc cauſtica atque erodentia medicamenta admouentur, partes, quæ in circuitu ſunt, refrigerantia deſiderant, nec ſcilicet in partem vlceratam ex roſione, calore & dolore, humorum fluxio aduocetur. Deinde cruſtę vlceribus inductę reſoluendæ erunt, & vlcus ad ſanitatem perducendū.

De Vlceris cum duritie, & decoloratione labrorum curatione. CAP. XI.

CVm labra tantum vlceris decolorata duraue pluſculum fuerint, excidenda ea ſunt (Galeno authore) ad ſanam vſque carnem. Auicenna autem decolorata eiuſmodi duraque vlceris labra ſcarificanda eſſe præcipit & ab eis ſanguinem, admotis etiam cucurbitulis, extrahendum. Sanguine autem, quod ſatis eſſe videbitur, educto, ſpongiam ſiccam, hoc eſt, nullo liquore madentem, ac poſtea etiam medicamenta quædam reſiccantia ſuperimponere iubet. Sed & de iis ante Auicennam ad eundem fere modū ſcripſerat Hippocrates: qui certe nihil omnino eorum, quibus ad vlcerum curationem eſt opus, omiſiſſe videtur. Hic enim non ſolum vlcerum (ipſo etiam Galeno teſte, quæ citra alium affectum conſiſtunt, ſanandorum rationem inuenit (vt quæ in ſiccando, vt *ſupra* dictum eſt, conſiſtat) ſed etiam priuatim per D ſpecies affectuum cuiuſque. Siquidem vel liuidum, vel nigrum, vel rubrum conſpicitur, ſcarificando ac ſanguinem emittendo. Mox ſpongiam ſtatim ſicciorem magis, quam humidiorem, hoc eſt, ſiccam potius, quā humefactam, ſuperimponendo. Poſt hæc vero etiam ſiccantia remedia applicando. Ab his, ſi res poſtulet, rurſus ſanguinem auferendo: Ac mox iterum talia peragendo, donec parta omnino ſanitas ſit. Quod ſi labra vlceris dura, calloſaque appareant, etiam ea excidendo. Cum vero amplius progreſſus huiuſmodi affectus eſt, deliberatio incidit, excidendum ne omne id ſit, quod præter naturam vitiatum, an ſpatio potius curandum proculque dubio eſt, ægri animum hoc caſu conſulendum eſſe. Aliqui enim longiori tempore curari citra ſectionem malunt: aliqui quiduis ſubire, dummodo citius ſanentur, ſunt parati. Cæterum excidere (vt poſtea Galenus ait) res eſt promptiſſima, maius vero quippiam atque artis egens, medicamentis ſanare. [Exciſio Galeno. Scarificatio. Auicenna. Hippocrates. Lib 4 Ther.]

De Varicum cum vlcere complicatarum curatione.

CAP. XII.

VAricum ſuperiacentium, hoc eſt, ſupra exulceratum locum exiſtentium occaſione, contumax ad ſa-E nandum ſæpe vlcus redditur: quippe quod ex his humiditas aliqua ad exulceratas partes defluat. Eas igitur (vt *ſupra* dictum eſt) prius ſanare oportet, vt deinde mox vlcus ſanemus.

Igitur varices, qui cruribus & alibi, quam in teſticulis prouenire ſolent, hoc modo ex Hippocratis atque Actii Antiocheni, & Pauli Æginetæ ſententia curabis. Primo in cute, vaſi elato ſeu venæ in faſtigium tumefactæ, hoc eſt, varici adiacente, ſimplicem ſectionem ſcalpello per longitudinem facito. Ita leniter tamen, vt venam ſi in verticem elatam non diuidas, & ſcalpello penetres, ſed ſola cutis incidatur. Ducta ſic leniter in cute ſectione, oras vulneris hamulis diducito, & membranulas, cultro ad ramicē aquotum accommodo, lentim ac blande excoriato. Mox venam detectam nudatamue, & à circumiacentibus corporibus vndequaque explicatam, volſella aut obtuſo hamo attrahito, ac ſuſpenſam teneto. [Varicum curatio.]

Deinde acum duplex linum ſeu lineum funiculum duplicem trahentem ſubiicito, ſubterve transmittito: linūq; habenulam amputato, ſic vt duo funiculi efficiantur. Tum venam dilatatam, non aliter, quam in phlebothomia fieri ſolet, ſcalpello per medium diuidito, ac ſanguinis quantum ſatis eſſe videbitur, detrahito. Deinde altero funiculo ſuperiorem vaſis partem conſtringito, crureq; eleuato, ſanguinem, qui in ipſo apparebit, manuum expreſſu euacuato. Quod vbi factum fuerit, venam ab altera parte lino altero rurſus deuincito. Partem vero illam venæ, quæ inter duo vincula eſt, vel ſtatim excindito, vel manere ſinito, vſque dum putrefacta ſua ſponte cum funibus excidat. Peracto opere, ſicca linamenta in plagam inſerenda ſunt, ſpleniumque œnelæo, id eſt, vino, cui oleum adiectum ſit, madens ſuperimponendum ac deligandum eſt. Tum linamentis medicamento aliquo ad pus faciendum apto, imbutis, curatio proſequenda erit, cætera, quæ reliquis vlceribus communia ſunt, peragendo. Sed interim quies ægro imperanda, ſeruato acclini membri decubitu; ne ſi decliue iaceat, humores ad ipſum confluant. A

Pranſo autem magis, quam ieiuno & parum pleno potoque, item concalefacto, & (vt Paulus voluit) loto, dieque calido potius, quam frigido, venam eiuſmodi (ſi dictis Hippocratis auſcultes) ſecabis atque ex ea ſanguinem mittes.

Si varix crus occupauerit. Itaque ſi varix crus (vt magna ex parte ſolet) occupauerit, loto prius (vt præcepit Paulus) homine, funiculum ſuperiori femoris regioni circumdato, ac vt ambulet, iubeto. Inde venam ita repletam, atramento ſcriptorio aut collyrio notato, iuxta eius ſitum trium digitorum ſpatio aut paulo ampliori interpoſito. Deinde reclinato ſeu decumbente ægro, cruſque ipſum extendente, alterum vinculum paululum ſupra genu iniicito, ac mox, qua atramenti nota eſt, ſectionem facito, & reliquam curationem (vt *ſupra* modo adnotauimus) proſequitor. B

Euulſio varicum. Quidam ex veteribus funibus ſiue vinculis minime vtebantur, ſed venam vel ſtatim, vbi à carne abſoluta erat, & vndequaque nudata, excindebant, vel ab imo etiam adhærentem violenter extrahendo abrumpebant. Alii vero vſtionem eligentes, digitalibus interuallis innixa cauteria vaſis admouent: *Vſtio.* Atq; vbi cruſta exciderit, vlcuſq; incarnatum & cicatrix inducta fuerit, locū roborant. Verum omnium tutiſſimus Chirurgiæ modus eſt, quem ſupra diximus.

Lib. 6. cap. 5. Porro varices in imo ventris ſuborientes, conſimiliter tractandi ſunt. Illi item, qui in temporibus exiſtunt, ea ratione, quam in angiologia ſiue exemptione venarum docuit Ægineta, tolluntur. Atq; hæc ſatis de varicum curatione, quantum ſaltem præſens locus poſtulat.

De vlcere verminoſo. Cap. XIII. C

Ad vlcerum vermes. VT vermes, qui vlceribus procreantur, arceas, primum quidem eſt, vt humiditatem putredinemque eorum opificem, tollas. Itaque vermes in vlceribus exortos interficiunt, & putredinem ſimul auferunt, ſuccus & decoctum abſynthii & agrimoniæ, vel centaurii, vel marrubii: calamenthi quoq; officinarum (quod primum genus eſt calaminthæ Dioſco.) ſuccus, iugiter inſtillatus, atque id genus multa, quæ etiam aurium vermes enecant. Priuatim autem ad vermes, qui vlcera infeſtant, commendatur Archigeni & Theodoro medicamentum, quod recipit *ceruſæ & polii parem menſuram, cum pice liquida illitum.* Conducit etiam magnopere *linamentum ſaliua ieiuni hominis illitum & applicatum.* Hoc vermes etiam in auribus perimit, & concolores cicatrices reddit, vt teſtatur Aetius.

De vlceris dirupti, & cum oſſis corruptione complicati, curatione. Cap. XIV.

VLcerum nonnulla cicatrice obducta, poſtea tempore haud ita multo interiecto, denuo inflammatione tentantur, rurſumq; ſua ſponte & per ſe rumpuntur, & à continuitate ſua diſcedunt. Oſſe enim quopiam ſubſtrato male affecto, hoc eſt, vitiato & corrupto, circumdata ac ſuperiacens caro, ex facili quidem interdum ad cicatricem ducitur, & ſana ex toto, ad vnguemque reſtituta eſſe videtur, verum curſu humoris valido, paulatim ex oſſe in alto cōtabeſcente ac putreſcente, tum inflammatio, tum pus oboritur, quod cicatricem lacerat ac diſrumpit. D

Oſſis vitiati nota. Cæterum vitiati ac corrupti oſſis ſigna hæc ſunt. Primo fere pingue fit, deinde vel nigrum, vel carioſum. Quæ ſuper natis (vt Celſus ait) grauibus vlceribus aut fiſtulis, hiſq; vel longa vetuſtate, vel etiam cancro occupatis, eueniunt.

Qua oſſium ſquammas excidere faciant. Quæ nam igitur horum vlcerum curatio erit? certe eatenus exiccare, quatenus ſquamma affecti oſſis exciderit. Oſſium autem ſquammæ facile excidunt, *ſi agreſtis papaueris, & ficus arboris foliis cum polenta læuigatis, atq; ex vino illitis* ipſius oſſis ſinus concauos repleueris, aut *alteros* (quem Græci hyoſcyamum dicunt) *ſemen & atramentum ſutorium pari pondere contrita* impoſueris. Sed & *peucedani radix contrita*, ſubito ſquammas oſſium remouet, ac ſeparat. Squammas etiā oſſium breui detrahit, & nouā probamq; carnem deſuper renaſci facit, ſequens medicamentū, quod admirabile vocat Auicenna: *Empl. Auic.* *Recipit* autē *ariſtolochiæ, ireos, myrrha, aloes, corticis plantæ panacis* [ex qua fit ſuccus opopanax dictus] *canabil* (quod apud Arabes genus eſt cuiuſdā terræ rubræ minutæ, vt arena, & Galeno ac Græcis eretrias, vt puto, dicitur) *aduſti, ſcoriæ æris, corticis pini, ſingulorum portiones æquas, melle omnia excipiūtur, & fiat emplaſtrum.* Oportet autē ante omnia vitiatum ac corruptū os nudare, vlcere exciſo, & ſi latius eius corrupti oſſis vitiū eſt, quam vlcus fuit, carnem ſubſecare, donec integrum os vndiq; pateat. Oſſe autem ſic nudato, totum id, quod pingue & corruptū eſt, candente ferramēto ſemel iterumve (vt res exigit) admoto adurendū eſt, vt ex eo ſtatim ſecedat. *Canabil. Terra eretrias.* E

Oſſis corrupti raſura. Aut certe eradendū, donec iam aliquid cruoris oſtendatur, quæ integrioris & minime corrupti oſſis nota eſt. Neq; alia facienda ſunt, vbi caries nigritiesve in ſummo oſſe eſt. Siquidem id vel paulo diutius eodem ferramento adurendum vel radendum eſt. Porro qui id hoc, inquit Celſus, audacter imprimere ferramentū debet, vt & agat aliqd & maturius deſinat. Finis eſt, cū vel ad albū os, vel ad ſolidū ventū eſt.

Albo

A Albo namque finiri ex nigritie vitium, ſoliditate quadam ex carne manifeſtum eſt. Accedere etiam cruoris aliquid integro *ſupra* dictum eſt. Cæterum ſi caries alte deſcendit, per terebram vrgenda crebris foraminibus eſt, quæ altitudine vitium æquent. Tum in ea foramina demittenda ferramenta ſunt, donec inde ſiccum os ex toto fiat. Simul enim poſt hæc & reſoluetur ab inferiori oſſe quodcunque vitiatum eſt, & is ſinus carne replebitur, & humor, aut nullus poſtea feretur, aut mediocris. Sin autem nigrities eſt, aut ſi caries ad alteram quoque partem oſſis tranſit, oportet excidi. Sed quod totum vitiatum eſt, totum eximendum eſt. Si inferior pars integra eſt, eatenus, hoc eſt, vſque ad ſubiectam partem oſſis integram, quod corruptum eſt, excidi debet.

Si caries alte deſcendit.

Sunt, qui poſt abraſionem cauterium admouendum eſſe ſuadent: nec immerito ſane. Nam ſi corruptela oſſis ex humiditate excrementoſa & ſuperuacanea, ipſius oſſis ſubſtantiam labefactante ortum habet (vt certe magna ex parte habet) nullum præſentius aut tutius remedium excogitari poteſt, ipſa vſtione ſeu cauterio (vt vocant) actuali. Hoc enim decenter admotum, & cito, & tuto, in ſummo quoque & in alto (non ſecus, quam ignis ipſe actualis) deſiccat.

Vſtio.

Poſt vſtionem vero ferro candente factam roſaceum calidum infundunt. Guido autem à Cauliaco poſt vſtionem cauterio (vt dicunt) actuali (quod in hoc affectu magnopere probat) decenter factam, roſaceum oui candido liquore permiſtum, tribus primis diebus admouet: triduo vero alio ſequente, loco albuminis, luteum oui (quod vitellum appellant) rhodino, id eſt, roſaceo commiſcet: Poſtea butyrum cum melle roſato infundit. Sed præſtat eius verba *hoc loco* ſubiicere. *Ego, inquit, poſt cauterium pono oleum roſarum cum albumine oui per tres dies, & per alios tres dies cum vitello oui, & poſtea butyrum cum melle roſato. Et deſuper continuo vnum de mundificatiuis vſq; ad oſſis exfoliationem, & poſt cum puluere emplaſtri dicti,* hoc eſt, ex Auicenna ſuperius commemorati, *incarno, & conſolido.*

B

Quæ poſt vſtionem facienda.

De vlceribus dyſepulotis inueteratis, & iis, quæ cacoethe, & chironia dicunt.

CAP. XV.

VLcera, *quæ ad cicatricem ægre ducũtur*, Galenus Græce dyſepulota nominat. Quæ vero *ægre ſanabilia, doloſa, malefica ſiue maligna, contumacia, rebelliaue* dicimus, eidem & Græcis aliis, qui de re medica ſcripſerunt authoribus, cacoethe nominatur. *Hæc* quoque, præſertim *inueterata, & quæ vix cicatricem recipiunt*, alii chironia appellarunt, ceu Chirone medicinæ peritiſſimo indigentia: alii telephia, quod in tali vlcere Telephus conſenuerit.

Dyſepulota. *Cacoethe.* *Chironia.* *Telephia.*

C Galen. *lib. quarto de compoſitione medicamentorum ſecundum genera*, vlcera cacoethe diuidit penes vehementiæ differentiam in maligniora, ſeu præter modum malefica, & mediocria ſeu moderatiora: Atque hæc quidem imbecillioribus, illa vero valentioribus remediis curari præcipit. Illa autem non mediocriter, ſed maxime maligna contumaciaque vlcera, Aſclepiades atque alii veteres (vel ipſo Galeno teſte) chironia proprie nominabant. Cæterum Cornelio Celſo authore, chironium vlcus appellatur, *quod & magnum eſt, & habet oras duas calloſas, tumentes:* exit ſanies non multa, ſed tenuis. Odor malus, neque in vlcere, neque in eius tumore eſt. Nulla inflammatio, dolor modicus eſt, nihil ſerpit, adeoque nullum periculum affert, ſed non facile ſaneſcit. Interdum tenuis cicatrix inducitur: deinde iterum rumpitur, vlcuſque renouatur, & maxime in pedibus & cruribus. His ſimilia ſunt, quæ Auicenna ægre ſanabilia, & occultam quandam nobis proprietatem habentia nominat. *Hæc enim* (inquit ille) *neque putrida ſunt, neque corroſiua, neque ambulatiua, ſed ſunt vnius diſpoſitionis plana, claudentia ſeſe, & recidiuantia ſæpe, hoc eſt, cicatricem frequenter ducentia & rurſus ſæpe ſe aperientia & renouantia.*

Chironii vlceris deſcriptio ex Cornelio Celſo.

Auicenna.

Porro multæ ac variæ ſunt cauſæ, quæ eiuſmodi malignorum, contumacium atque ægre ſanabilium vlcerum cotionem & ſanationem remorantur & impediunt. Nempe fieri aliquando poteſt, vt labra exulceratæ partis calloſa & dura, cauſa ſint, quo minus ſaneſcat vlcus. Poteſt etiam cauſa eſſe intemperies, vel quæ citra tumorem præter naturam in vlceratis partibus conſiſtit, vel quæ cum tumore quidem aliquo coniuncta ſit. Poteſt & varix ſuperiacens, vel lienis auctior & male affectus, vel in iecinore vitiũ aliquod. præterque hæc omnia, imbecillitas ægræ partis, quæ (vt Galenus ait) ipſa quoque intenſa quædam eſt intemperies, vlceris curationem in multos menſes protrahere. Quinetiam vitioſus in toto corpore ſuccus (cacochymiam vocant) maxima cauſarum eſt, quæ incommodare vlceribus poſſunt, & ea diuturna contumaciaque efficere. Vexat ſane non minus vlcera, atque ea curatu difficilia reddit, ſuccorum æquabiliter ſe habentium exuperantia, quam plethoram appellant. Quæ omnes cauſæ, & ſi quæ ſint aliæ, in duas (vt *ſupra* docuimus) reuocari poſſunt. nempe in carnis ſubiectæ intemperiem, & humorem confluentem.

D

Variæ cauſæ, propter quas non ſaneſcat vlcus. *Labra calloſa.* *Intemperies.* *Varix.* *Lienis aut iecinoris vitium.* *Imbecillitas partis.* *Cacochymia.* *Plethora.*

Itaque ſi eiuſmodi vlceribus dyſepulotis, id eſt, ægre cicatricem admittentibus, maleficis, contumacibus atque inueteratis, aliquando mederi velis, neceſſe eſt cauſas, quæ illa creant, primum ſummoueas atque abſcindas: deinde maligni ipſius vlceris curationem aggrediaris. In morbis namque omnibus nedum vlceribus, in quibus effectrix cauſa adhuc manet, ab hac inchoanda curatio eſt. Magna igitur attentione inſpiciendum venit, num corpus totum cacochymum vel plethoricum exiſtat, vel lien, aut iecur male afficiatur, vel labra vlceris dura, & calloſa ſint. Item num aliqua inſignis ſubſit partis vlceratæ intemperies, aut etiam varix aliquis ſuperiacens fuerit, cuius occaſione contumax ad ſanandum vlcus redditur.

E

Ergo ſi totum corpus cacochymia aut plethora laboret, prius expurgare vacuareque expedit, quã medicamentum vlceri admoueas. Si vero lien aut iecur male afficiatur, his prius prouidere, deinde ad vlcus curandum venire oportet. Ad eundem modum & varices, qui ſæpe ſupra exulceratum locum ſunt, prius (vt *ſupra* docuimus) tollendi ſunt, deinde mox vlcus ſanandum. Intemperies quoque atque imbecilli-

c[illegible]tas, quam ſæpe inſignis quædam parit intemperies, antequam ad vlceris curationem accedamus, corrigenda erit. [A] [illegible], quod fluxionis in partem vlceratam decumbentis eſt cauſa, atq; ægre ſanabile vlcus reddit, prouidendum, ac ſi fieri poteſt, medendum prius erit. Deinde maligni ipſius vlceris & contumacis curationem aggredi oportebit.

Malignorũ & contumacium vlcerũ ſummus curationis ſcopus.

Itaq; malignorum & difficulter cicatricem recipientium vlcerum, curationis ſummus ſcopus eſt, valida citra demorſum exiccatio. Hæc enim ab aliis vlceribus hoc vno diſſident, quod medicamenta citra demorſum atque eroſionem vehementer exiccantia deſiderant. Quæ enim mordendo vlcus, & manifeſtam in eo exaſperationem excitando, dolorem inferant, fluores, hoc eſt, humores vlceratis partibus influentes irritant, & phlegmonas concitant.

Mordacia medicamẽta quid efficiant.

Duo alii ſcopi ad ſummum & generalem ſcopum aſſequendum neceſſarii. 1 Repellendum, quod influit. 2. Digerendum, quod iam parti imbibit.

Talis igitur pharmacorum materia, quoad eius fieri poteſt, ad dyſepulota, id eſt, ægre cicatricem admittentia, & cacoethe, id eſt, maligna vlcera, inuenienda eſt, vnde vlcus citra mordicationem & dolorem ſiccescat. Hæc autem non [illegible] inuentu facilis ſtatim videbitur, ſi attentius rem ipſam fueris contemplatus. Vt enim generalem hunc ſcopum, nempe validam vlcerum deſiccationem aſſequaris, duo tibi alii ſcopi proponuntur: vnus vt id, quod influit, regeras repellaſve, ſi talem, qui vlceratis partibus [B] influit ſuccus, nec multus plus iuſto, nec multo deterior ſit: alter, vt quod affectæ parti inhæret, infixumque eſt, diſcutias. Atque hæc contrariæ vires præſtant. Siquidem influxum reprimunt, quæ ſunt aſtringentia pharmaca: digerunt, impacta iam exceptaque trahendi poteſtate prædita. Porro quæ aſtringunt, vt plurimum exaſperant, atque hac occaſione moleſta ſunt. Trahentia vero ac digerentia ex alto humiditates, non citra acrimoniam id efficiunt. At acrimoniam dolor aliquis neceſſario ſequitur, vlceratam partem erodens. Atque ſic propter dolorem, quem exaſperantia erodentiaque concitant, humores vt *paulo ante* dicebamus, vlceratis partibus influentes irritant, & vlcus phlegmone obſideri vndique contingit. Ex quibus ſane dictis colligitur, vlceribus dyſepulotis, id eſt, cicatricem difficulter recipientibus, præſidia inueniri non poſſe, & multo minus adhuc malignis, quæ Græca dictione cacoethe [illegible], ſæpius vocamus. Quid ergo nobis agendum erit, vt talia vlcera cacoethe & dyſepulota dicta, ad integram ſanitatem perducantur.

Medicamẽta dyſepulotis & malignis vlceribus ſanandis accommoda.

Deligenda ſane erunt pharmaca, quæ vtraque vi & facultate, nempe aſtrictoria & digerente polleant, atq; ita, quod influit, repellant, quod vero iam affectæ parti inhæret, diſcutiant. His itaq; mixti facultate præditis medicamentis vlcera, de quibus nobis in præſentia ſermo eſt, citra eroſionem & demorſumve, vt res expoſtulat, deſiccabis. [C] Cæterum tametſi medicamentum ex ambobus compoſitum, erodente puta & aſtringente, neceſſario validum exiſtit, ſordes tamen, & humiditatis copia id genus vlceribus incumbens, veluti propugnacula quędam vlceratis particulis facta, eroſionem valentibus pharmacis adimunt ſoluuntque. Porro artificio hac in re potius, vt videtur, [illegible] debebit Medicus, quam experimento inniti: nempe quod ſciat rationalis Medicus, vlcus non alia medicamentorum virtute curari, quam dum affecta pars eam ſiccitatem conſequatur, quam in naturali ſtatu [illegible] poſſidebat. [illegible] intelligimus, vbi neque tenuis amplius ſanies influat, neq; pus producitur. Hanc autem [illegible] vlcera nanciſcentur, quo dicebamus modo ſiccescentia, hoc eſt, aſtricta diſcuſſaque. Dein ſi ſiccata quidem fuerint, verum ſordida adhuc appareant, deterſoriis pharmacis repurgantur. Cæterum cum in manifeſto conſtet omnibus in artis operibus exercitatis, *[illegible]*, Medicus diligenter attendere debet, quem effectum medicamentum vlceri adhibitum, quotieſcunq; ipſum ſoluerit, in particula vlcerata præſtiterit, quantum ſcilicet humiditatis in vlcere deſiccauerit, vel ſi etiam ſordes adſit, quantum inde abſterſerit. Sed & animum aduertere oportet, vtrum vlcus, carne, quæ ſubeſt, exeſa, ac colliqueſcente, ſordidum euaſerit, an quia medicamen ſordibus auferendis aptum [D] requirat, impoſitum vero tale non ſit. Quod nimirum Medicis etiam bonis (Galeno atteſtante) exiſtimatis, nonnunquam impoſuit, ac noſtris quoq; Chirurgis quotidie adhuc imponit. Vbi enim vlcus poſt vnam aut alteram medicamenti appoſitionem ſordidius conſpexerint, ſtatim non cogitantes, [illegible] ex eroſione pharmaci accidere, ad abſterſorium valentius [illegible] ſe conferunt, vnde iterum vlcus eroſum ex æquo ſordidum, vel etiam magis adhuc altera ſolutione viſitur. Carne enim id fœdatur, à medicamento colliquata. Nam ita in prauam ſaniem degenerat. Quicquid autem in his ipſis tenuioris ſubſtantiæ eſt, à pharmaco diſſlatur, reliquum ibidem vlceribus infixum, ſordes ipſis redditur.

Lib. 4 comp. ſecundum genera.

Diligenter conſiderandũ, vnde ſordes in vlcere enata ſit.

Non vnum eundemq; medicamentũ omnib. corporibus mederi poſſe.

Libro quarto [illegible].

Quæ in curandis malignis vlceribus præcipue conſideranda.

Cæterum cum ampla ſit latitudo vtrinq; in eo, quod alterum vlcus altero magis minuſve dyſepulotum malignumq; ſit, corporaque omnia, quibus mederi cogimur, non eandem omnino temperaturam ac diſpoſitionem habeant, ſed alia vitioſo ſucco, alia plethora laborent, quædam dura & robuſta ſint, quędã vero tenera & mollia, atq; ad ſentiendum inſigniter habilia: fieri nõ poteſt, vt vno eodemq; medicamẽto omnib. indifferenter dyſepulotis & malignis vlceribus, quæ varia corpora occupantibus, medeamur: ſed tantũ medicantiũ pharmacorũ, vt Galen. ait, eſſe numerũ oportet, quantas ipſorum quoq; vlcerũ exiſtunt. Ergo in curãdis eiuſmodi vlceribus ægre ſanabilibus, ſuppoſita eorũ natura, & maiori cuiuſq; [E] minoriſve a naturali habitu receſſu, laborantis cuiuſq; corporis habitus ac diſpoſitio diligenti animaduerſione erit cõſideranda. Deinde cuiuſq; medicamenti tã ſimplicis, quã compoſiti, vis & facultas adamuſſim ediſcẽda: Quę ſcil. deſiccant, non tamẽ vlceris ſordes abſtergunt. Item quę abſtergunt quidẽ, non tamen probe deſiccant, ac quæ vtrunq; etiam poſſunt efficere. Sed & accurate proſpiciendum eſt, ex quoto quodq; medicamentum ordine exiſtat, hoc eſt, an imbecillum, an moderatum, an validum. Atq; in vnoquoq; ordine maioris minoriſve ratio attendenda erit. Quod maximũ Galeno [illegible], inter ea, quę ad horũ vlcerũ curationẽ pertinent, neglectui tamen [illegible] pleriſq; medicinalis materię ſcriptorib. Nam hi ſolas vniuerſales ipſius vires dicere ſtuduerunt, inter quos ſuit & Dioſcorides, quẽ nunc eorũ,

Dioſcorides.

qui

A qui in eadem quaſi arena deſudarunt, hoc eſt, de medicinali materia ſcripſerunt, ſecundum eſſe, vel Galeni ipſius teſtimonio quicquam dicerent. Sed & qui compoſita medicamenta tradiderunt, de iis indeterminate, & citra diſtinctionem ſcripſerunt. Neque enim virtutem ipſius medicamenti an ſcilicet validiſsimam an moderatum vel imbecillum [illegible], expoſuerunt: neque difficultatis aut malignitatis latitudinem ipſorum vlcerum, [illegible] corporum vlcere laborantium expreſſerunt: qua nimirum diſtinctione omiſſa [illegible] Medicos & Chirurgos interdum bene, interdum male, ipſis pharmacis, quæ poſteris [illegible], vti contingit, adeoq; nonnunquam ſcopum minime aſſequi, interim ab illo errare, [illegible] Itaque non multi tum veteres, vt Andromachus, Crito, Aſclepiades, quam recentiores [illegible] accuſandi veniunt, qui ſine vlla diſtinctione remedia ſcripſerunt ad dyſepulota, id eſt, cicatricem difficulter recipientia, item ad cacoethe, id eſt, malefica, ſeu maligna & contumacia vlcera plurima [illegible] ſunt virtute tamen longe diuerſa. Siquidem nonnulla horum vehementiora ſunt, alia moderatiora, [illegible] vero imbecilliora. Adde, quod & alia vlcera vt diximus, magis [illegible] dyſepulota, & difficiliam [illegible] ſunt. Sed nec corpora omnia eius generis vlceribus laborantia, eandem prorſus (vt paulo ante dicebamus) naturæ ac diſpoſitionis reperiuntur. Quare neque

Qui de medicamentis indeterminate & citra diſtinctionem ſcripſerunt, erroris occaſionem aliis dediſſe.

B eadem omnino medicamenta deſiderant. Itaque ad maligniora vlcera, & corpora duriora ac robuſtiora, valentioribus vtendum erit remediis, ad mediocria vero, & molliores ac delicatiores corporum habitus, imbecillioribus. Merito igitur (vt *in initio quarti libri de compoſitione medica. κατὰ γένη* ſcribit Galenus) omnes, qui vnum duntaxat medicamentum, vlceribus malignis cicatricem inducere promittentes habent, ſucceſſu crebro fruſtrantur. Nam duo minimum quæ idem pollicentur, eandemque facultatem oſtendunt, diuerſa alioqui [illegible] non ſimpliciter maiorisque, verum vt inquit ille, maximi ac minimi [illegible] in prompta [illegible] conuenit, qui omnia id genus vitia curare propoſuerit. Nos itaque deinceps [illegible] ſimplicia, deinde compoſita recenſebimus, ac etiam ſeriatim enumerabimus, quæ vlcera de quibus nobis hic ſermo eſt, citra demorſum, & manifeſtam exaſperationem exſiccare poſſunt. Cæterum cum varie (vt iam ſæpius dictum eſt) inter ſe differant, in eo, quod magis minusve ſiccent, expreſſam eorum mentionem faciemus, quæ valide ac vehementer, quæ moderate, & quæ obſcurius ſeu imbecillius exiccent. à metallicis, Galenum ſecuti, incipientes. quibus etiam terræ ſpecies annumerantur.

Ordo dicendorum.

Siccant igitur modice lemnia ſphragis ſiue lemnium ſigillum, ita quidem cognominatum ob impreſſam illi ſphragida, hoc eſt, ſigillum Dianæ ſacrum, nos & terram ſigillatam eam vocamus. Et cadmia,

C quam [illegible] & cathimiam nuncupant. Hæc autem pluribus deinceps diebus ſub canis feruore ex aceto [illegible] aut vino plane giluo, & ſubſtantia pellucido, facultatem acquirit magis ſiccantem. Quod ſi ex [illegible] ſiccataque reponatur, vlceribus valde etiam magnis, Galeno & Aetio commode inſpergitur. Valentius cadmia & lemnio ſigillo, hoc eſt, terra ſigillata, pharmacum eſt chalcitis, quæ ſpecies eſt vitrioli, apud Arabes colcotar, chalcadis & zegi nuncupata combuſta in cadmiæque morem trita, atque [illegible] redacta, & poſtea exiccata. Nam cruda, hoc eſt, ignem non experta, tanta pollet efficacia, vt [illegible] inducat. Lota quamuis vſta minus deſiccat, minuſque mordax reperitur. Perſimile quoque medicamentum eſt ærugo [illegible], quæ & æris ærugo etiam dicitur, & vulgo hodie ab omnibus viride [illegible] autem [illegible] medicamen eſt, ſicuti & chalcitis, quæ ignem non experta eſt. [illegible] chalcitis [illegible] etiam aſtringit, & ea multo magis adhuc chalcanthum, id eſt, [illegible] metalla maxime ſiccat. Miſy autem & ſori chalcitidi genere [illegible] radice producta. Itaque [illegible] quæ ſub vitrioli genere [illegible] ratione differunt. Stibi ac ſtibium, quod Græcis στίμμι,

Moderate ſiccantia ſimplicia.
Lemnium ſigillum.
Cadmia.
Chalcitis.
Colcotar.
Chalcadis.
Zegi
Aerugo.
Chalcanthum.
Miſy.
Sori.

D vulgo autem [illegible] antimonium [illegible], magis quam ſori deſiccat & aſtringit. Porro diphryges appellatum pharmacum, vlceribus ægre humiditatis vitio ad cicatricem venientibus aptiſſimum eſt. Valde enim deſiccat, tametſi modice mordax ſit. Alumen præter acrem tum qualitatem, tum potentiam, vim habet aſtrictoriam: quas tamen [illegible] fortiores, & chalcitis cruda, & chalcanthum, id eſt, atramentum ſutorium repræſentat. Omne quoque aluminis genus vlcera ex [illegible] deſiccat, & generoſe aſtringit: Vnde nemo (inquit Galenus) ſolis his ad vlcera vtitur, ſicut nec cruda chalcitide & ærugine: vſta vero & hæc, & miſy vſta ſunt [illegible] mordacitatem [illegible] remittunt, verum minus ſiccant. *Illud enim [illegible] communne eſt quod [illegible] cruſis [illegible], ad maturæ interit.* Quamobrem [illegible] & lotis vtique [illegible], [illegible] muneribusq; præſertim candidis, imo etiam & viris, qui cute alba vtuntur, & molli carne nati ſunt [illegible]. Item in eis, qui ad ſentiendum habiles admodum ſunt, & plethora vitioſoque ſucco laborant. Talium enim corpora facile ex morſu, ſeu [illegible] phlegmonem acceſſunt. Itaque cum permulta corpora, quibus mederi cogimur, vnam quandam diſpoſitionem habeant, qua vehementem commorſum ferendo non ſunt, tutius eſt lotis, quam nõ lotis vti.

Diphryges.
Alumen.
Exſiccant metalica per combuſtionem edomata.
Tutius eſſe lotis metallicis quã non lotis vti.
Sarcocolla.
Ichthyocolla.
Chryſocolla
Plumbum combuſtũ.
Scoria plumbi.
Cataſtura.
Squamma ferri.
Squamma æris.
Batitura æris.

E Cæterum alia præter hæc metallica *ſuperius* commemorata, plurima adhuc ſimplicia ſunt pharmaca, quæ malignis vlceribus curandis ſunt idonea. Sarcocolla namque, & ichthyocolla, id eſt, gluten piſcium [illegible] magis adhuc chryſocolla, quam [illegible] appellant, tali facultate prædita ſunt. Huc etiam [illegible] faciant plumbum combuſtum, plumbique recrementum, quod *σκωρίαν μολύβδου* Græci vocant, & [illegible] ſiccat & ferri ſquamma, præcipue [illegible], id eſt, partis ipſius ſquammæ ſubtilis [illegible], ex malleorum percuſſionibus decuſſa, quæ Græce [illegible], vulgo [illegible] quod ſiccat, etiam abſtergit purgatque, Galeno & Aetio, [illegible] quod [illegible] præſtare non poſſunt. Itaque *ſi non omnia medicamenta [illegible] contumacibus [illegible]*, mirum (Inquit Galenus) videri

Oſtracodermorum teſtæ concrematæ. Vitrum combuſtum. Galla omphacitis. Malicoriũ. Cortex capparis. Affatim exiccantia. Terra eretrias. Cambil.

vid.bus, citra eroſionem ea deſiccari, ſicut vbi buccinorum purpurarumque, oſtreorum [ſepiarum] aliorumq; id genus oſtracodermorum piſcium teſtas concrematas, & (vt addit Aetius) lotas adhibuerꝭ. Vitrum combuſtum leniter ac ſine morſu exiccat, hinc dyſepulotis, id eſt, cicatricem difficulter admittentibus, non item malignis ac rebellibus conducit: quippe minus exiccat, quam illa requirunt. Cæterum galla omphacitis, hoc eſt, immatura: & malicoria, id eſt, mali Punici cortices ſeu putamina, cremata & arida appoſita, ad malefica & quæ male coaleſcunt vlcera, efficaciſſimum medicamentum deprehenditur. Hæc enim non ſolum ſiccandi, ſed etiam aſtringendi poteſtatem habent. Cortex etiam capparis tritus & aridus, malefico & putrido vlceri vtiliſſime imponitur Aetio. Malum terræ, quod Græci ariſtolochiam appellant, iris, acorum, arthemiſia, panacis radix, argemone, chamæleontis nigri radix, cyperum, dracunculus & gladiolus affatim exiccant Galeno. His euidentius adhuc centaurium & polium: quibus paulo imbecillior eſt terra nomine eretrias, quæ Auicennæ & aliis ſectæ Arabicæ ſcriptoribus cambil nominatur. Talis ſane medicamẽtorum ſimplicium, ad dyſepulota vlcera, maligna ac contumacia, materies exiſtat, quibus & humorum fluxionem intercipere, & locum vlceratum valenter, citra demorſum tamen atque eroſionem, exiccare poſſis. Quomodo autem ſimplicibus eiuſmodi medicamentis ſiccis modo commemoratis, in vlceribus ad cicatricem ægre venientibus, & malignis vtendum ſit, ex Galeno & Aetio requirendum eſt. A B

Vnguentum Auicennæ longe optimum. Aerugo vel æris ærugo, eſt viride æris. Lib 4. de compoſit. medic. κατὰ γένη.

Porro ex his ſupra memoratis ſimplicib. pharmacis, Galenus *libro quarto de compoſitione medicamentorum ſecundum genera*, varias remediorum formulas, nempe cerata, vnguenta, emplaſtra, & pulueres cõficit, quæ ad eiuſmodi maligna, & ægre ad cicatricem venientia vlcera, mire proficiunt. Ex cuius quidem ſcriptis Auicenna formulam vnam medicamenti deſumpſit, quam magnopere Guido à Cauliaco, & illius ætatis Chirurgi celebrarunt. Recipit autem *cadmiæ, aluminis, chryſocollæ, id eſt, glutini auri, ſingulorum partes octo, floris æris, qui ſua ſponte ex ære proſilit, & corticis æris, hoc eſt, æruginis, quæ in officinis viride æris nominatur, & Græcè ἰὸς ξυστὸς, vſtorum ana partem vnam; gummi cupreſſi, partes quatuor; ceræ, olei roſacei, aut myrtini ana quantum ſatis eſſe videbitur, fiat vnguentum.* Cæterum, cum vnum omnibus medicamentum vt frequenter dictum eſt, commode adaptari non poſſit, tutiorq; ſit leniorum pharmacorum vſus, mordaciorum vero periculoſior, compoſita medicamenta diſtinctè *hoc loco* deſcribam, quæ ad dyſepulota, id eſt, cicatricem difficulter recipientia, inueterata, contumacia, maligna, & chironia vlcera, ex Galeni ſententia bene faciunt: primumq; mitiora ac moderatiora referam: deinde validiora, ac potentiora ſubnectam. C

Andromachi emplaſtrum ad vlcera dyſepulota, id eſt, ægre ad cicatricem venientia, ſed nondum maligna, quod probatur Galeno.

R. *Diphrygis denarium pondo quatuordecim; argenti ſpumæ, denarium pondo quadraginta, ceræ denarium pondo quinquaginta trium, olei myrtei pondo vncias decem. Miſce fiat emplaſtrum.*

Aliud eiuſdem generis mitiſſimum & leniſſimum.

R. *Floti plumbi denarium pondo duum, ſpodii denarium pondo quatuor, cadmiæ tantundem, diphrygis denarii pondo vnius: Ea omnia excipiantur terebinthinæ denariis ſex, & fiat emplaſtrum.*

Aliud cicatricem obducens, imbecillius autem, quam vt cacoethe perſanet.

COmpoſitio hæc capit *molybdenæ, id eſt, plumbaginis drachmas quinque & viginti; diphrygis drachmas quatuor; ſorios [aut vitreoli] drachmas duas & ſemiſſem, miſyos toſti drach. 2. terebinthinæ drach. 9. ceræ & myrtei vtriuſque drachmas decem.*

Porro in omnibus eius notæ pharmacis, illa, quæ liquari poſſunt, liquefacta & refrigerata, deinde raſa ſiccis diligenter in puluerem redactis admiſceto. Nam ſi liquida ipſis affundas, ſæpe fient grumi ceræ modo, maxime cum frigus fuerit. In ſole feruenti ſi miſtura fiat, licet ea ſuperfundere: mouendo vehementer rudicula primum, deinde cochleari. Præſtat autem in hiſce omnibus (inquit Galenus) rudiculam palmæ eſſe ramuſculum. D

Aliud medicamen epuloticum, id eſt, cicatricem ducens optimum, quod διὰ λαδάνου, id eſt, ex ladano inſcribitur, ad Critonem relatum, calloſis, veteribus, & curatu difficilibus vlceribus apprime idoneum.

R. *Picis aridæ denarium pondo viginti quinque, æruginis raſæ denarium pondo octo; æris combuſti denarium pondo quinque, ſquammæ rubræ denarium pondo octo; ladani vncias tres; vini optimi ſextarium ſemis*, quod capit vncias duodecim Oribaſio. Conuenit etiam hoc medicamentum prætumidis vlceribus, & cauis. Deligatum vero membrum in diem quartum continendum eſt. Argenti ſpumam in oleo coquito, donec aliquam ſpiſſitudinem accipiant: deinde ſquammam æris, æruginem, dum confluxerint, vt colorem bonum acquirant, mox picem adiicito: Poſteaquam refrigeratum fuerit, ladanum ex vino tritum. obſeruans, ne ex hoc adiecto, efferueſcat. Poſtremo ſupra moderatum ignem vnita confundito ſubigitoque. E

Mediocre medicamentum ad moderate maligna vlcera idoneum.

ACcipe *æris combuſti, & æruginis vtriuſque vnciam vnam; aluminis ſciſſi, vel ſciſſilis* (quod vulgo in officinis alumen de pluma appellatur) *ſemunciam; ceræ vncias duas ſemis*: hoc pharmacum temperatum eſt, & medium facultate. Porro minus mordebit medicamentum, leneque prorſus efficietur, ſi loco aluminis ſciſſilis diphrygem acceperis, & æruginem combuſtam appoſueris. Quod ſi expurgare ſordes ſtatueris, æris ſquammæ ſemuncia addetur. *Hæc autem pingui cera & recenti excipienda ſunt.* Quod ſi ſiccior paulo fuerit, quam vt commemorata excipiat, temperandum eſt oleo myrteo, quo molleſcat: vel melino, quod oleum de cydoniis appellant: vel ricinum, quod vulgo in officinis oleum de cherua nominatur: vel

omotribes

A omphacinum vel oleum vetus. Aut ſi omnino nihil oleoſum medicamento adhibere placet, laricem reſinam admiſceto: cuius ſi copia non eſt, terebinthinam aſſumito.

Aliud validius medicamentum ad chironia vlcera, id eſt, non mediocriter, ſed maxime maligna contumaciaque ex Aſclepiade.

R. *Aeris ſquammæ & æruginis raſæ vtriuſque pondo vnc. ij. ceræ ſelibram, hoc eſt, vncias ſex, reſinæ laricis, vel ſi eius* copia non eſt *terebinthinæ pondo vnc. & ſemiſſem. Ea quæ liquari poſſunt, aridis aſſundantur. Quibus accepto accurate molitis vtitor.* Item platyſma hoc eſt, linteum latum, cui emplaſtrum illitum ſit, exiguum ſoli affectæ parti, vt vlcus tantum comprehendat, iniicito. Platyſma.

Cæterum ambientes particulas, pharmaco, quod phlegmonem arceat, circumdare oportet, atque inter curandum tertio quoque die ſoluere expedit, deinde fomentis mitigare, ipſumque emplaſtrum, quod à latitudine platyſma vocatur, abluendo emollire, ac rurſum (vt iam ſupra diximus) imponere, donec cicatricem inducere incipiat. Porro mediam ac (vt Galenus ait) ſymmetram habebit temperiem, vt etiam modice maligna curet, ſi non tripla, vt in præcedenti deſcriptione, ſed quadrupla ceræ portio metallicis,
B ſquammæ ſcilicet & æruginis commiſta fuerit. Sed moderatius id (ut ait) extiterit, ſi quincupla adiiciatur, vt nondum cacoethe, ſed ægre cicatricem ducentia perſanet. Itaque cum auxilium ad aliquid ſpectet, ac mollius pharmacum ad moderatiora cacoethe, id eſt, malefica magis quam vehementius conducat, ſatius fuerit, in vlceribus non ita malignis & contumacibus, ceram quadruplam vel quincuplam amborum ſimul metallicorum eſſe, vt recte Galenus admonuit.

Aliud pharmacum vehemens & mitigatorium ad cacoethe, Andromachi.

R. *Ceræ tyrrhenicæ* (vel eius loco pinguis & recentis, optimæ) *drachmas octo, ſeui taurini, terebinthinæ, plumbi vſti, ſingulorum drachmas quatuor; linamentis excepto vtitor.*

Ad deſperata vlcera, quorum ſcilicet curationem plerique aggreſſi non abſoluerunt, ſed tanquam ab inſanabilibus deſtiterunt, emplaſtrum admirandum, cui, Galeno authore, cum propter alia, tum quoniam longo experimento probatum eſt, multum confidere oportet.

R. *Sorios* (cuius loco vitriolum ſumi poteſt) *drachmas viginti quatuor, aluminis ſciſſilis* (quod vulgo alumẽ
C de pluma nominant) *calcis viuæ, malicorii,* (id eſt, corticis mali granati) *ſingulorum drachmas ſexdecim; thuris, gallarum immaturarum, vtriuſque drachmas viginti duas, ceræ drachmas centum viginti, ſeui vitulini,* vel ſi eius copia non ſit, *veteris ſuilli, quam axungiam vocant, drachmas centum ſexaginta, olei veteris heminam,* hoc eſt, vncias nouem. Aetius aſſumit olei antiqui libram vnam.) *Arida trita, & tenuiſſimo cribro excuſſa, denuo ſimul terito. Quæ deinde his, quæ liquari oportet, liquatis & ab igne remotis permiſceto. Cum hæc omnia probe vnita fuerint, alumen tum, ſori, calcem, ſingula prius è vino aſtringenti trita adiicito, & vtitor.* In codicẽ Græco Galeni & Aetij hæc pondera reperiuntur. Heminã Græcam cotylẽ dictam, continet olei vncias 9. Simi 10. mellis 12.

Dum Galenus medicamentum hoc conficeret, oleum & adipem quadraginta annorum adiiciebat, atque ita ſemper diuturna vlcera, præter modum maligna ac deplorata * opinione melius ſanauit. Eius autem generis ſunt ea, à quibus pars affecta in tam vitioſum ac deprauatum habitum ducitur, vt ſanguinem probe etiam coctum, qui ad eam nutriendi cauſa defertur, mutet corrumpatque, vel id, quod influit, adeo cacochymum exiſtit, vt etiamſi pars nihil paſſa fuerit, ab illo certe ipſo ſolo erodatur. Hoc itaque medicamento, quod noxium eſt, tranſmutatur atque diſcutitur. Satius autem fuerit, cacochymiã prius conuenienti medicamento expurgare, deinde (vt ſupra monuimus) vlceris curationem aggredi. Oleum & adipem annorum 40. * Opinione melius, id eſt, melius, quam homines opinabantur.

Aliud Galeni, ad chironia vlcera in mollibus corporibus.

D

R. *Ceræ libram vnam: ceruſæ vncias octo, roſacei libram vnam. ſalis ammoniaci vncias quatuor: ſquammæ æris vncias duas: thuris, aluminis, æruginis, malicorii, calcis viuæ, ſingulorum vnciam vnam, quæ liquari debent, liquata & frigefacta, aridis è vino tritis admiſceto, atque placidiori igne decoquito.*

Cæterum innumeræ propemodum aliæ formulæ compoſitorum medicamentorum ex veterum ſcriptis à Galeno *libro quarto de compoſitione medicamentorum ſecundum genera* recenſentur, quæ ad dyſepulota, cacoethe, inueterata & chironia vlcera perſananda apprime idonea ſunt. Ex illo igitur libro, velut è ſylua quadam remediorum, rationalis quiſque Medicus, & qui methodum ab eo illic traditam attente didicerit, idoneam vlceri, quod curandum ſuſcepit, remedii formulam ſibi deligere poterit, atque hac ſolus vti ſciet. Porro nonnullas eaſdemque ex ipſis præcipuas, exempli gratia hoc loco aſcripſimus, quo magis lectori ad manum eſſent, & in particularibus non vniuerſalibus ſolis contentus, exerceretur. Sed iam tempus eſt, quartam curandorum vlcerum in vniuerſum intentionem proſequamur.

Quarta igitur intentio curandorum vlcerum cum aliis diſpoſitionibus complicatorum, quæ ablata, & (vt loquuntur) rectificata diſpoſitione agglutinationi ſeu conſolidationi repugnante, loci vlcerati Quarta intentio curandorum vlcerum.
E curationem nos aggredi debere ſuadet, iiſdem omnino intentionibus & modis perficitur, qui ſupra dicti ſunt *in curatione vulnerum concauorum*, in quibus ſubſtantiæ aliqua deperditio facta eſt. Proinde methodus ac curandi ratio, quæ illic à nobis tradita eſt, in memoriam reuocanda erit. Itaque cum tanta ſit curationis vlcerum, cum vulnerum atque etiam apoſtematum curatione communitas ac conuenientia, nil mirum, ſi Galenus multis locis eorum tractationem ac doctrinam communicauerit.

Cæterum his ita ad vmbilicum deductis, tempeſtiuum eſt, de propriis ac (vt dicunt) famoſis vlcerũ differentiis pertractemus, inter quas primum ſe offert vlcus, quod virulentum & corroſiuum appellitant.

Depra-

De propriis ac (vt loquuntur) magis ſamiliaribus vlcerum differentiis, & primo de vlcere virulento & corroſiuo, quod Græci nemodes, id eſt, exedens appellatur.

CAP. XV.

QVid ſit vlcus virulentum ſeu ſaniosum, & vlcus corroſiuum ſiue arrodens, quid item ambulatiuum & depaſcens ſiue manducans, quod Græci νομὰς appellant, & quomodo hæc inuicem diſſideant, in definitionibus differentiarum vlcerum abunde eſt expoſitum.

Causa. Excitantur autem eiuſmodi vlcera à prauis humoribus, ſed præſertim biliosis, acribus, & mordacibus, qui propter aduſtionem cacoethiam quandam, hoc eſt, malignitatem acquirunt. Atque hæc magna ex parte oriuntur poſt herpetas & pruſientes puſtulas, quas acris & biliosus humor excitauit: atque etiam poſt vulnera, quæ mordacibus medicamentis exacerbata atq; irritata fuere.

Curatio vlceris exedentis. Cæterum vt ad perfectam ſanationem perducantur eiuſmodi vlcera, triplici egent auxiliorum genere, ſicuti & pleraq; alia: nempe victus ratione proba, conuenienti purgatione, quæ ſucco prauo, acri, & eroſionem in affecta particula excitanti, ſit accommodata, & localibus remediis.

Hypotheſis ex li. 4. ther. Agatur igitur, eſto aliquis, qui ſanus quidem ſit, hoc eſt, omnia naturæ munia inculpate exerceat, ſed ex ſcabenda derepente quapiam particula, velut brachio, puſtulæ inflammatæ excitantur, mox eadem ipſa particula iterum atq; iterum pruritu vexetur, puſtulaq; diruptâ vlcus decolor, & inæqualiter eroſum generatur, atq; hæc in tribus quatuorve diebus à principio inciderant. Hac itaque hypotheſi poſita, dicat mihi hoc loco quiſpiam, quo nam pacto ſanare huiuſmodi vlcus conueniat? Certe, vt eius curationem feliciter aſſequaris, in primis qualis ſit totius corporis tali vlcere laborantis affectus, ſtatim tibi erit conſiderandum. Inuenies namque tum ex vlceris ipſius ſymptomatis, id eſt, accidentibus, tum ex notis, quas

A purgatione incipienda curatio. totum corpus præ ſe feret, eiuſmodi generis ſuccum, qui redundat. Atque hunc [illegible] Galeni conſilium ſequutus, idoneo purgante medicamento protinus educes, nec profecto, dum totus hominis cubitus affectum quendam contumacem rebellemque curationi contraxit, quemadmodum facere ſolebant Theſſali ſectatores, ipſius videlicet præceptum medicus obſeruantes. *Præceptum namque ab omnib. fere* (inquit Galenus) *antiquis Medicis, quicunque ratione quadam ac methodo de vlcerum curatione ſcripſerunt, cauſas, quæ illa creant, abſcindendas eſſe, atque profecto vt cæterorum omnium morborum.* Itaq; hoc tibi tanquam com-

Commune de digerentibus præceptum. mune præceptum eſto, omnino in omnibus morbis, nedum vlceribus, in quibus efficiens cauſa adhuc manet, ab hac inchoandam curationem eſſe. Hinc recte monebat Galenus *libro decimotertio meth. di medendi*, digerentia, hoc eſt, reſoluentia, ſeu diſcutientia medicamenta, nequaquam particulis quibuſdam applicanda eſſe, vbi redundantia in toto corpore aut ſuperiacente particula ſubeſt. Quippe quod hæc ſic admota, implerent potius, quam educerent. Itaq; tunc à totius corporis, aut ſuperiacentis redundantiæ nat-

Particularis curatio vlcerum arrodentium. tentis particulæ ſuperiacentis vacuatione incipiendi curatio eſt. Deinde ſe corporante auxilio vtendum. Facta igitur totius corporis, vt decet, vacuatione (vt factum quondam eſt [illegible] in Romana quadam illuſtri muliere, quæ herpetem eſthiomenum, id eſt, exedentem, in malleolo primum habebat, qui tandem ad bubones vſque aſcenderat) ad curationem particularis affectus, hoc eſt, ipſius vlceris arrodentis deueniendum erit. Ergo ſi particulam exulceratam atque arroſam, ſupra modum calefactam videris, ipſam

Aqua aluminoſa [illegible] ſiccantia. ſtatim frigidis ſtypticis deſiccantibus refrigerabis. Commode autem feceris, ſi vlcus ipſum, & particulam totam vlceratam aqua aluminoſa abluens: hæc enim ablutio magno vſui talibus vlceribus eſſe ſolet. Quippe quæ influentes humores potenter repellat, & ſiccandi facultatem obtineat, vt author eſt Auicenna. Poteris etiam affectum locum irrigare, vel aqua plantaginis & roſarum, vel aqua, in qua ferrum candens extinctum fuerit, aut etiam decocto cyperi, myrobalanorum, cupreſſi, plantaginis, malicorii, balauſtii, quod flos eſt mali Punici ſyluestris, & conſimilium. Vt autem ab ingruentibus deſtillationibus, ſeu ab iniuria influentium humorum, vlcerata particula vindicetur, optimum fuerit, circumiacentes partes vnguento ex bolo armena illinere. In medio vero vlceris, puluis aliquis, qui vim deſiccandi habeat, apponendus erit, vt ex lithargyro, plumbo vſto, pompholyge, quæ vulgo tutia dicitur, antimonio, quod ſtimmi & ſtibium Græci dicunt, ære combuſto, corallio, lapide hæmatite, ſpodio, lotis. Atque etiam ſidiis, id eſt, corticibus mali granati, myrobalanis, & id genus aliis. Item panni [illegible] lacini in linamenta formatæ, ſiue plagulæ, quæ & ſplenia Græcis dicuntur, vnguento albo Rhaſis vel [illegible], aut vnguento, quod ſextam partem lithargyri recipiat, in quo omnes conſentiunt, vel vnguento, quod diapompholygos nuncupatur, ſupra vlcus ipſum dandæ ſunt. Cæterum ſupra eiuſmodi pulueres, ac linamenta vlceri impoſita, puluillus, ſeu puluinus aliquis, quem plumaceolum vocant, poſca aquoſa imbutus, adhibendus erit: deinde conueniens deligatura, quam experimentem nominant, cuius *ſupra in tractatu de vulneribus* meminimus. Guido à Cauliaco in talibus vlceribus ſolebat poſt lotionem abſque aliquo [illegible], hoc eſt, nullo alio adhibito auxilio, imponere laminam plumbi tenuem perforatam, in qua virtus arſenici viui, cum aqua plantaginis erat mixta, & ſupra deligatura expulſiua; quod non eſt (inquit) fas loqui propter idiotas. Itaque *tria hæc remedia, id eſt, lamina cum aqua aluminoſa, & deligatura decenter facta, miram ac fere incredibilem vim habent, in ſanandis eiuſmodi vlceribus.*

Bolus armena.
Puluis exsiccatorius.
Horum vnguentorum formula & compoſitiones lib. 6 deſcribuntur.
Nota de plumbea lamina.

Deligatura duplex. Porro deligaturam talem eſſe conueniet, quæ ad vſum magis, quàm ad elegantem formam conducat: hæc autem duobus modis fit, nempe vel vnico vinculo ſeu faſcia vna, vel duabus. Itaque ſi vna tantum faſcia fuerit, principio eius versus ſuperiorem vlceris partem ſtatuto nectenda erit, ſiue ſura, ſiue genu, ſiue malleolus, ſiue cubitus, ſiue manus ſummitas, aut alia quæuis pars laborauerit. At ſi duabus faſciis vti malueris, quemadmodum in tractatu [illegible] docet, altera à parte affecta, hoc eſt, ab ipſo vlcere, ad ſuperiorem regionem feretur, altera deorſum prius ducetur, mox in ſuperiore parte deſinet, eo videlicet loco, quo prior incepit. Cæterum præter reliqua commoda, quæ ex hac deligatione proueniunt,

A niunt, illud etiam accedet: quod vlcera, quæ ob rotunditatem coaleſcere nequeant, oblonga reddentur. Solutio autem non ſingulis diebus, ſed alternis facienda eſt. Neque ſolutione vlcus aqua [illegible], ſed molli linteolo, puro & ſicco, ſanies detergenda.

Deligatio alternis diebus ſoluëda.

Quod ſi partes vlceri adiacentes inflammari videantur, & iam phlegmonodes [illegible] tent, præſtat ſane, exterius plurimo ſpatio liquidum medicamentum illinere oportet, quale eſt Galeni pharmacum, hoc eſt, e palmulis confectum, vel aliud quod ſimile, non quidem quo vnque contingit dilutum, ſed [illegible], quantum imbibi poterit. Sitque oleum, quod admiſcetur, refrigerans & aſtringens: cuiuſmodi ſunt myrteum, & melinum. Quod ſi hæc non adſint, omphacinum, & [illegible] nominatur [illegible]. At ſi duritie circa partes vlceri adiacentes apparuerit, tum pharmacum ſeu emplaſtrum e palmulis, oleo veteri, aut irinimo, quod officinæ oleum de [illegible] nominant, diluendum eſt. Futurus que [illegible] ſuperponere [illegible], quo ipſum ex medicamentis repellentibus [illegible], quo ſi quid vel [illegible] pareſt, [illegible] ſtatim integratur. Atq; id maxime, cum in cute vlceri obductum, ſuperponi [illegible] habebit. Quod enim magna eſt, ac ſanguinem nec colore tabidum, nec probum, ſed [illegible] & nigrum [illegible] continere videtur, excidendum, vt *prius* diximus, [illegible]

Si partes adiacentes inflammentur.

Si durities [illegible]

B que eſt.

Cæterum ſi vlcera conſueta ad nos [illegible] medicamenta contemnunt, indieſque magis atque magis [illegible] roſio ſerpat, & augeatur, corpus ſubinde à vitioſis ſuccis repurgandum eſt, continens [illegible] ſtatim (vt vocant cum [illegible] & [illegible] atque arrodens, inuſtione ſeu cauterio (vt loquuntur) actuali ab [illegible] menda & deterenda veneri, modo laborans id genus auxilii tutum, atque vtile, cæteriſque aliis longe præſtantius, non refugiat. Quod ſi ferrum candens ob timiditatem, aut delicatam [illegible] naturam [illegible], atque [illegible] noluerit, medicamenta acriora, & quæ [illegible] vires habeant, admouebis, cuiuſmodi ſunt pars [illegible], aut Paſionis, *in tractatu de tumoribus præter naturam* deſcripti vel trochiſci [illegible], quæ calidicon nominantur, quorum [illegible] ac deſcriptiones [illegible] referuntur. His etiam attractionum ſcriptorum, quod & meaniſtum vocant, magna [illegible] admonetur. Quod ſi hæc parum profecerint, arſenicum, quod ſublimatum nominant, modica tamen, vt *alibi* dictū eſt, quantitate, tuto adhiberi poteſt. Locus autem ambiens, hoc eſt, circumpoſitæ vlceri partes, interim refrigerantibus perpetuo muniendus erit, ne tam vehementibus admotis præſidiis fluxio irritetur. Porro ſi ne his quidem tam potentibus auxiliis malum aliquando victum fuerit, nec cito ipſa depaſcens

Si ferro tantum cedat medicamenta.

[illegible]

Paſtilus [illegible]

Arſenicum.

C quouis modo ſiſti poſſit, membrum amputare neceſſarium eſt, vt voluit Auicenna.

De ſordidis & putridis vlcerum curatione. CAP. XVI.

QVid ſit vlcus ſordidum, quod Græci [illegible] vocant, quid item putre, ſeu putrefactum vlcus dicatur, *ſupra* definiuimus. Porro ſordidam, & putrefactam vlcus Guidoni dicitur, *quod ſui malitia vt* eius verbis vtar *putrefacit membrum, demittendo viſcoſitatem, aut carnem mollem ſiue* (inquit) [illegible] *fœtidam, a qua fumus eleuatur fœtidus, & [illegible]* Ac tale quidem vlcus fraudulentum etiam appellant. Cæterum ſi eius malitia vlterius progrediatur, & ſerpat, in ſphacelum (quem vulgus eſthiomenum vocat) degenerat, & homini vitam adimit.

Vlcus ſordidum & putre.

Vlcus fraudulentum.

Horum autem vlcerum cauſæ ſunt ſucci praui, crudi, ſanguinis naturam quodammodo reſipiſcentes, hoc eſt, ſanguinei, qui [illegible] venenoſitatem, atque malignitatem quādam [illegible] magna ex parte [illegible] maleficos, ſiue anthracas, abſceſſus, & vulnera male curata, [illegible].

Cauſa vlcerum putriū & ſordidorum.

Porro talium vlcerum curatio conſiſtit in proba victus obſeruatione, & euacuationibus accommo-

D dis, quibus corpus vniuerſum ab excrementis atque a natura alienis humoribus expurgetur. Vbi autem iam purum ab excrementis [illegible] atque a natura alienis humoribus corpus vniuerſum tibi apparuerit, tum particulariter [illegible], hoc eſt vlcerata [illegible], ſcarificationibus, hirudinibus, atque epithematis ſiue fotibus a corruptis [illegible] occupantibus, vindicanda erit, vt recte præcipit Auicenna. Poſt hæc vero propriam [illegible] vlceris curationem aggrediemur. Sordes igitur primo tibi abluendæ erit, aut hydromelite [illegible], aut marina aqua, vel, ſi eius copia non eſt, [illegible]. Deinde mundificandum vlcus, vnguento vulgo Apoſtolorum dicto, aut eo, quod Aegyptiacum nominatur. Poſt hæc, quidam deſuper adhuc dandum eſſe monent mundificatiuum aliud *ex [illegible] ſucco, melle roſaceo, myrrha, & farina hordei* compoſitum, & circumiacentes vlceri partes, vnguento ex bolo armena illinunt, ac ſupra cætera prædicta puluillos, ex ſtupis canabinis ſtudioſe pexis, aut ex lineis pannis [illegible] aquoſa, quod oxycratum vocant, imbutos apponunt, atque alligant. Si vero ſordes in putredinem aut corruptionem degeneret, locus abluendus erit [illegible], vt voluit Guido, aqua cineris, vel ſaponis. Deinde emplaſtrum ex *carnis [illegible] farina [illegible] & ariſtolochia longa*, non autem rotunda, *& [illegible]*, omnibus ex vino coctis & cum melle [illegible], ſuper accommodandum eſt. Ad eandem intentionem Auicenna ſub-

Curandi ratio.

Sordis ablutio.

Vlceris mundificatio.

Si ſordes in putredinem degenerat.

E ſequens medicamentum deſcribit, multa vt affirmat experientia comprobatum. Concipit *tragacanthæ rubricæ [illegible] ana drach. ſex, thuris, gallarum, ana drach. quatuor, ceræ & olei ana quod ſufficit ſatis.* Aliud ℞ *[illegible] partes duodecim, chalciti* (quod & colcotar Arabes appellant) *partes decem, tragacanthæ partes nouem [illegible] in aceto, & ex eis fiat linimentum.* Ac ſemper quidem vnguentum ex bolo in ambitu vlceris, vt *ſupra* monuimus, apponito: deſuper vero ſtupeos puluillos oxycrato madefactos.

Emplaſtrū Auicennæ.

Linimentum.

Porro ſi vlcera eiuſmodi depaſcentia putridaque, eouſque feritatis & malitiæ deuenerint, vt partes adiacentes magis atque magis ſemper erodant, ac ſine modo in illis corruptelam excitent, vehementiſſimis medicamentis (quale *ſupra in curatione malignorum vlcerum* recenſuimus) indigebunt.

Imo

loco vero frequentes inuſtiones, atque etiam exciſiones aliis e... neceſſarie, ita, vt quicquid vitiatum A
ac corruptum eſt, prorſus extirpetur, & vera, ac ſana dumtaxat ... relinquatur, quam ex natiuo ... colore, & ſanguinis bonitate, facile deprehendes. Inter cætera ... medicamenta acria, quæ ... à corrupto ſeparant, & in hoc affectu celebrari ſolent, ... efficacitatem
Arſenicum ſublimatū. quotidiano experimento deprehendi ... arſenicum, quod ... vocant, vt aliquoties alibi admonuimus. Hoc enim conteſtim malum ſiſtit, & idque ... dolore. Quod ſi medicamentis ... malum non ceſſerit, membrum ipſum ... vlcere affectum cogimur abſcindere, vt cætera pars tuta ſit. Id autem ... nunquam tentandum eſt, niſi dum cætera præſidia nihil proficiunt, & malo ... vt alibi admonuimus.

De profundo & cuniculoſo vlcere, quod & ſinus Latinis dicitur. CAP. XVII.

Vlcus cauernoſum. VLcera cuniculoſa, ſeu cauernoſa *ſupra appellauimus, quorum orificia ſtricta ſunt, profunditas vero in latum ſe diffundit, & ſenſui occulta eſt, multos interdum anfractus habens, modo rectos, modo obliquos, citra duritiem tamen & callum.* Atque hoc vno a fiſtula diſſidet, quamuis promiſcua turba, eiuſmodi vlcera omnia cuniculoſa, fiſtulas nominent. cum tamen fiſtula *proprie vlcus ſit, altum, anguſtum, & calloſum,* Galeno, Cel. Aet. B
Fiſtula quid. *Sinus quid.* & Paulo.

Eius differētia multiplices. Itaque quod *profundum & cauernoſum vlcus* recentiores Chirurgi appellant, id Latini appoſite ſinū, Græci colpon nominant. Fit autem, cum adiacens vlceribus cutis, diutius ſubiectis corporibus non coaleſcit, glutinaturque. cuius multæ ac variæ ſunt differentię, nimirum ex cauernarum magnitudine, ſitu, figura, ac numero deſumptæ. Aut enim breues ſunt, aut alte penetrantes iuxta carnem deſinentes, aut ad oſſa, vel cartilaginem ſubeuntes, ſurſum, deorſum vel ad latus tendentes, recti aut flexuoſi, ſimplices ac duplices, triplicesve. Galenus autem eorum differentias, quia a poſitionis figura ſumuntur, meminit: ve
Quæ ſinuū differentia curandi rationem euariens, & quæ non. qui præcipue curandi rationem immutent. Si enim magnus, ſiue paruus ſit, breuis, vel altus, aut iuxta ſuperficiem conſiſtens ſimplex vel duplex, triplex ve fuerit, eadem ſemper eſt eorum curandi ratio. At ſi vel ſurſum, vel deorſum, vel ad latus, vel intro ad oſſa tendit, curationem variat. Cum enim ſurſum tendit, facile per eius os ſaniosa colluuies atque ipſum pus effluit. Cum vero deorſum vergit, intus retentum pus, aut ſanies, contiguas partes erodit. Quare niſi facto ex aduerſo, vt ſtatim dicetur, emiſſario, nihil omnino profeceris, ſiue carnem generare, ſiue glutinare velis. Cum vero ad latus declinat, aut ſurſum vergit, aut intro fertur, ſed ita locari pars affecta poteſt, vt libere ſanies aut pus e ſinu effluere poſſit, C
inciſione ex aduerſo facta opus non eſt. ſed de his adhuc *in ſequentibus.*

Cauſa ſinuum. Cæterum cauſæ eiuſmodi ſinuum, ſeu cuniculoſorum vlcerum, ſunt abſceſſus, ſiue ſuppurantes affectus tardius dilecti, & vulnera perperam curata. Pus namque longo nimis ſpatio in ſuppurato abſceſſu, aut in profundo vulnere, quod non rite expurgatur, retentum ac deteriſcens, malignitatem, & veluti acrem atque erodentem quandam naturam acquirit, & cuniculos tandem molitur, qui difficile admodum carne impleri, & glutinari queunt. Ad affectam namque particulam, quæ iam imbecillitatem contraxit, vndique ex circumiacentibus ac vicinis partibus, imo vero & ab vniuerſo corpore, ſuperuacanei humores confluunt, atq; ita ægre ſanabile redditur vlcus.

Sinuum differentia quibus deprehenduntur Indicia. Differentiæ cuniculorum, ſeu cauernularum eiuſmodi vlcerum deprehenduntur ſurundis (quas tentas vocant) & ſpecillis ſiue conti... quæ probæ vulgo dicuntur) argenteis, vel plumbeis, aut alia conſimili materia factis, in ipſos cuniculos leuiter ac blande immiſſis. Item minutis quibuſdam, atque exilibus radiolis, & cereis candelis, necnon & coloratis quibuſdam iniectionibus. Color vero materiæ, quæ ab ipſis cauernulis & ſinubus egreditur, qualitatem eius manifeſte inſinuat: ſi enim tenuis fuerit & loturæ carnis perſimilis appareat, candam eſſe haud temere eam iudicabis. At ſi candida videtur, & ... D
ſa, indubie frigida erit.

Sed & ſanei puriſue bonitas, & paucitas, doloris quoque & tumoris, qui prius aderant, pr..., ſinum carne impleri, & glutinari demonſtrant. Si vero contraria his aſſuerint, glutinationem ... adhuc fieri, nobis indicant. vt Galenus his verbis nobis teſtatum reliquit *libro ſecundo de ratione cura... ad Glauconem: An vero* inquit) *alta ſinus partes coaluerint, ex manante ſanie deprehendes, ſi ea multa vel ... cruda ſit. Præterea ſi neque in ipſo, ... dolor ſentiatur, nec tumor appareat, ſed totus locus æqualis ſit, ... expers. Quod ſi puris probe cocti portio exigua in ore conſpicitur, multo magis de glutinando ſinu ſperandum eſt.* Hactenus de ſinuum differentiis, cauſis, & iudiciis dicta ſufficiant. Itaque tempeſtiuum eſt, vt eorum curationem aggrediamur, & qua poterimus breuitate, nunc proſequamur.

De ratione curandi ſinus, ſeu vlceris profundi & cauernoſi, non tamen adhuc calloſi.

In curando ſinu geminum eſſe ſcopum. CVm ſinus, quo de hic agimus, vlcus ſit cauum, & profundum, geminus in eo curando ſcopus ... medenti proponitur, vnitio ſcilicet & repletio. Vlcus enim quia vlcus eſt, vnitionem: cauitas vero repletionem deſiderat. At quę diſſident, vniri non poſſunt, niſi prius cauitatem ... vlcere, vt ... coniuncta ſit, impleuerimus. Ordo igitur curationis poſtulat, vt à cauitatis repletione ordiamur. Sed cauitas rurſus carne impleri non poteſt, niſi laborans particula & iuſto temperamento prędita ſit & ... ipſe omnino purus & ab omni ſorde immunis extiterit. Itaq; ſi vel phlegmone, vel eryſipelas, vel ... na, vel intemperies aliqua ſimplex aut compoſita partem affectam obſederit, manifeſtum eſt ... quis illos affectus prius ſanauerit, implere cauum vlcus non poterit. Fieri enim non poteſt (vt *libro tertio methodi medendi* Galenus inquit) vt in vlcere vel carnis productio, vel ſinus impletio, vel agglutinatio, vel cicatricis inductio, recte vnquam cedat, niſi ſubiecta caro pro naturali modo ſe habeat.

Adh...

A Adhæc cum in ipſa nouæ carnis generatione, duplex prouenire excrementum neceſſe ſit, alterum quidem craſſius, quod ſordes proprie appellatur: alterum tenuius, quod Græcis ἰχὼρ, nobis vero ſanies dicitur. ac ex tenui quidem hoc excremento, vlcus humidum redditur, ſicuti ex craſſo ſordidum: duplicibus ſane medicamentis ſinuoſum vlcus egebit, antequam carne repleatur: nempe vt humidum eſt, ſiccantibus, vt ſordidum expurgantibus ſeu detergentibus. Ordo igitur ſanationis à ſorde expurganda in curando ſinu incipiet, quod videlicet nec glutinari nequaquam, nec carne impleri poſſit, priuſquam purum, hoc eſt, deterſum & à ſordibus rite expurgatum fuerit. Vbi vero iam ab omni alio affectu immunis, & purus ab excrementis ſinus fuerit, tum primum agglutinantibus medicamentis vtendum erit. Hæc autē nec detergunt nec expurgant, vt ſarcotica, id eſt, carnem generantia, ſed contra prorſus (inquit Galenus) ſubſtantiam omnem in idem cogunt. Cuiuſmodi facultatem habent medicamenta ea, quæ auſtera & aſtringentia vocantur. Hæc enim ſiccant tantiſper, dum humoris redundantiam, qui ſecundum naturam exhalant. Sed de iis *alibi* fuſius a nobis dictum eſt. Pone ergo in eadem particula ſinu occupata, intemperiem aliquam, vel phlegmonem, aut conſimilem affectum, & cauitatem, & vlcus, & ſordem ſimul conſiſtere: ordo curationis expoſtulat, vt primam phlegmonem aut intemperiem, ſecundo loco ſordē,

In noua carnis generatione duplex prouenire excrementum.

Vlcus ſinuoſum duplicibus egere medicamentis.

Agglutinantium facultas.

Hypotheſis.

B tertio cauitatem, & quarto vlcus perſanes. Siquidem iuſta ſubiectæ carnis temperies, cauſæ rationem habet, vt quæ concreſcere ſecum, quod vlceratum eſt, faciat, & cauitatem impleat. Puritas vlceris, rationem eius, ſine quo non. Atque hanc ſordes interpellans, curationem moratur. Habet vero & ipſa cauitas ad vlcus, rationem eius, ſine quo non, vt *libro tertio Therapeutices* Galenus annotauit. Quando, inquit, *niſi cauitas prius impleta ſit, induci cicatrice vlcus non poſſit.* Atque hæc in vniuerſum dicta ſint de ratione curandi ſinus, quod & vlcus profundum, & cauernoſum noſtri Chirurgi appellant. Cui magna ex parte complicari ſolent, quæ *ſupra* commemorauimus. Hac igitur vniuerſali methodo præmiſſa, particularem ipſorum ſinuum differentiarum (quas curandi rationem variare diximus) ſanationem ſubiungamus.

Conſtituatur igitur in primis ſinus ad ſuperiorem partem porrectus, ita vt eius orificium deorſum ſpectet, talis certe non adeo multum negotii in ſanando faceſſet. Quandoquidem per os eius facile ſanies effluet, atque ideo prompte conglutinabitur, adhibitis ſaltem iis, quæ ſtatim dicentur, auxiliis. Sed neque cum ad latus declinat, aut intro fertur, aut etiam deorſum vergit, inciſione ex aduerſo facta opus erit, ſi pars ipſa afflicta ita locari poſſit, vt libere ſanies è ſinu emanare queat. Itaque ponatur, ſinus artus a-

C liquos, nempe cubitum, aut femur occupare, poterit vtique decliuis figuratus, citra diuiſionem ex aduerſo factam coaleſcere. *Etenim, in cubito cum ore gibbero vicina ſunt, ſummam manum elatam protendens, ſinum ad efluxionem inuitabis. Sic & in femore ſi ſinus deorſum vergat, & ad genu terminetur, os autem ipſius ſublime ſupra femoris medium ſit, poplitis mollem puluinum ſubiicies, quo demiſſius inguen, quam genu poſitum ſit.*

Si ſinus orificium deorſum ſpectet.

Inciſio ex aduerſo, quando in ſinu fieri debeat, & quādo non.

Ex Paulo, & Galeno ad Glauconem.

Cæterum ſi ſinus deorſum vergat, ad latus declinet, vel intro feratur, & ſitum affectæ parti cōmodum dare non poſſis, quo libere ſanies effluat, nihil vnquam promouebis, ſiue carnem generare ſiue glutinare velis, niſi prius collectioni purulentæ effluxum molitus fueris. Intus enim retenta ſanies contiguas partes erodet. Porro ſanioſæ illi colluuiei effluxum bifariam moliri poteris, Nempe vel facto tantum in imo ſinus vulnere, vel tota cauitate diſſecta. In imo, ſeu radice ſinus fit ſectio, ſi vlcus magnum fuerit, & locus totus ſine periculo ſecari non poſſit. Præſtiterit autem ſemper, ſi nihil obſtiterit, totam ipſius ſinus cauitatem diſſecare, quam ex aduerſo plagam facere. Ita enim facilius ac citius multo, ad ſanitatem vlcus perducetur. Tota igitur cauitate diſſecta elychniis, & pannorum lacinus in linamenta formatis, congruiſque medicamentis expurgandus, atque reſiccandus erit ſinus, vt tandem caro regignatur, cauitas impleatur, & ad perfectam ſanationem, modo, quo *ſupra de altis & cauis vulneribus* docui-

Bifariam effluxum moliri poſſe ſanies, aut puris ſinu.

D mus perducatur. Cæterum priuſquam ex aduerſa parte diuiſio fiat, purulenta colluuies ſinenda eſt magna ſatis copia in fundo ipſius ſinus colligi, quo ſinus parietes magis attenuentur, atq; ita melius ſpecillum, ſupra quod ſectio fieri debet in cauitatem demittatur, ſinu ſcilicet ex puris copia diſtento, & ampliore facto. Specillum autem ipſum, quod ſic in ſinum immittitur, leue, hoc eſt, minime aſperū eſſe debet, ac vnctuoſo aliquo (vt citra dolorem immitti poſſit) illitum. Adhæc parte poſteriore perforatum eſſe decet in modum acus, vt in eo imponi poſſit cento aliquis (vt vocant) ex ſtupis canabinis, aut aliqua gracili faſcia, aut certe funiculo quopiam molli, vt canabino, factus. Inciſione autem facta, dolor, qui per eam excitatus eſt, ſedādus erit, & impetus profluentis ſanguinis, oui candido, ac pilis aliisq; id genus ſupprimendę ſanguinis profuſioni dicatis auxiliis compeſcendus. Poſt hęc autem cento alius, quando opus erit, detergente aliquo medicamento imbutus, indendus erit, atq; vt id commodius fiat, alteri, qui ſinum adhuc occupat, aut alligetur, aut alligabitur. Poterunt & elychnia ſeu linamenta in mundificatiuo aliquo tincta, in ſinum ipſum imponi, ſuperque, atq; in ambitu danda ſunt, quæ mox *infra* dicemus.

Quod multa puris copia ſinenda ſit colligi in fundo ſinus, priuſquam ex aduerſo diuidatur.

Specillum, quod in ſinū immittitur, quale eſſe debeat.

Porro ſi neq; in imo ipſius ſinuoſi vlceris plaga commode fieri poſſit, neq; cauitas tota diſſecari, ſinus totus eluendus erit collutionibus, primum quidem deterſoriis, ſi inhærentem ſaniem ſubeſſe ſu-

E ſpicaris: deinde ſarcoticis, id eſt, carnem generantibus: poſtea vero ad glutinans medicamentum tranſcendum erit. Proinde Galenus *libro ſecundo de ratione curandi ad Glauconem*, ſinum ipſum nunc melicrato ſolo, id eſt, mulſa, nunc quidem puro vino, nunc vero mulſo, eluendum eſſe monet. Itaque ad detergendam, expurgandamque ſinui inhærentem ſaniem, melicratum præferendum eſt. Sed præſertim in ſinu, cuius os deorſum ſpectat, per quod ſanies libere effluat. Huius namque ſinus profunditatem totam, ad glutinationem aptam (vt Galenus inquit) ſola reddere poteſt iniecta mulſa. Ad purgandum vero ſimul & roborandum, vbi ſcilicet adhuc aliqua leuis cuiuſdam ſordis derelictæ ſuſpicio eſt, vel ipſo etiam Aetio authore mulſum eligimus. At vbi carnem iam in ſinu mediocriter regenitam, omnino puram eſſe

Si neq; aperiri in imo, neq; cauitas tota diſſecari poſſit.

Sinus, quibus liquoribus abluendus.

Melicratū.

Mulſum.

Mulſum. Vinum ſub auſterum. Oxymeli. Aqua aluminoſa.

coniecerimus, & glutinationem quærimus, vino puro ſubaſtringente ſinum ipſum eluemus. Vinum A enim eiuſmodi, quod medium eſt inter dulce & aſtringens, leuiter glutinat. Si autem cruentus ſorduſque ſit humor, qui e ſinu excernitur, oxymeli (Aetio authore) cæteris præſtat. Auicenna & quidam alii ſinum, præſertim malignior em, & vehementer ſordidu detergunt, & eluunt, aut lixiuio, aut marina aqua, aut etiam aluminoſa, quæ in hoc affectu præſtantiſſima eſt. Hæc enim præterquam quod potenter ſordes abluit, à parte quoque affecta fluxionem arcet & repellit. Albucaſis Chirurgus inſignis vnguentum Ægyptiacum, cum aqua & melle liquatum, in ſinum, eiuſmodi detertionis & corrigendæ malignitatis gratia, immitti iubet. Galenus quoque, vbi ſinus ipſe, aut ſitus, aut alterius cauſæ occaſione, ſordidior aut humidior eſt, medicamenta, quæ valentius, quam mulſa detergent, & detergant, admouenda eſſe ſuadet. Cuiuſmodi eſt medicamentum ex combuſta charta compoſitum, quod ad hunc modum temperatur. ℞. ſquammæ, gallæ, myrrhæ, ſingulorum pondo denarium octo, ſandarachæ, arſenici, elaterii, id eſt, ſucci cucumeris agreſtis ſingulorum pondo denarium, 4. thuris pondo denarium trium, atramenti ſutorii (quod Græci chalcanthum vocant) tantundem, chartæ quantum ſatis eſt ad inducendum colorem. Debet autem exigua eiuſmodi medicamenti portio largo roſaceo miſceri, quo & eius vehementia remittatur, B & per anguſtum foramen, in ſinus profundum, per fiſtulam aut æneam aut corneam, recto ductu foratam, poſſit inici. Iniecto autem medicaméto, vlceris os linamento concerpto claudendum eſt, ne id reflaat: niſi enim diutius maneat, exſiccare non poterit.

Si vlcus ſinuoſum calidum fuerit.

Si frigidum.

Cæterum ſi vlcus calidum fuerit, hoc eſt, calidam intemperiem ſibi adiunctam habuerit, & virus ab ipſo ſinuoſo vlcere manans, rubrum & lotutæ carnis recenter mactatæ perſimile appareat, non alienum fuerit, ipſum abluere melicrato, hoc eſt, aqua mulſa recenti, in quo lenticula, hordeum, roſæ, & balauſtium incocta fuerint. Si vero vlcus frigidum ſit, & ſanies tenuis & aquoſa conſpicitur, mulſa, in qua incocta ſint, marrubium, abſynthium, pimpinella, & myrrha, eluendum eſt.

Idem medicamentum deterſorium, ſarcoticum & glutinãs. Sarcoticorũ facultas. Glutinantium finis. Epuloticorum finis.

Porro vbi ſic ab omni ſorde putros ſinus effecerimus, carne replentibus medicamentis (ſarcotica Græci vocant) ſi caui ſaltem fuerint, deinde glutinantibus, & tandem cicatricem inducentibus, ſimiliter reliquis vlceribus vtendum erit. Carne autem replent, quæ humiditatem ſiccant, & ſordem detergunt. Itaque idem medicamentum primario atque per ſeſe ſordis deterſorium Galeno appellatur, altero vero ſignificatu ſarcoticum & glutinans. Quippe quod tali impoſito medicamento, vlcera carne replentur ac coeant. Opus enim ipſorum proprium eſt (vt alicubi ſcripſit Galenus) affectam partem C recrementis vacuare, ne videlicet ſanies carnis generationem glutinationemque impediat. Sarcotica igitur detergendi etiam vim habent, ſed omnis roſionis ſeu morſus expertem. Finis autem glutinantium eſt, nullam inter coitura ſubnaſcentem humiditatem permittere. Glutinatorio namque (vt tertio methodi Galenus ait) vnum id propoſitum eſt, vt eius, quod ſecundum naturam eſt, redundantiam conſumat. Epuloticorum vero, id eſt, cicatricem inducentium medicamentorum finis eſt, non hanc totam ſubnaſcentem ac redundantem humiditatem impedire, ſed etiam nunc conſiſtentem, eius, quæ mox cicatricem ducent, conſumere: adhæc callo obducere, & aſtringendo indurare. Sed de iis in antidotario fuſius dicemus.

Si cauus ſinus carnem requirat.

Enhæma.

Ergo (vt ad propoſitum reuertamur) ſi cauus ſinus carnem requirat, primum medicamenti, quod charta conſtat, aliquid paululum cum multo roſaceo miſceri conuenit. Deinde carpto linamento os obturari. Inde emplaſtrum Iſis aut Machæronis, aut ſimile quoddam, vna cum roſaceo cerato liquidiore ſolutum, inicitur. Vbi vero mediocriter carne repletus eſt ſinus, aliquid ex glutinantibus medicamentis, non vehementer ſiccantibus adhibendum eſt, quod creſcentem tenellam carnem blande & ſine morſu cogat, non aliter ac ſi recens ac cruentum vulnus curaretur. Curatur autem hoc mollibus, blandis, minimeque dolorem excitantibus medicamentis, qualia ſunt enhæma, D quorum opus ſeu facultas eſt coniungere, & diuiſas partes conglutinare, vt in priſtinam vnitatem particula reducatur.

Cirrha, & phæa medicamenta. Auicen.

Multa (inquit Galenus) *eiuſmodi medicamenta inueniuntur, alia quidem ex bitumine confecta, vocanturque, neſcio qua ratione, vt idem ait, emplaſtra Barbara: alia vero, quia fului & fuſci ſunt coloris, cirrha, & phæa nominantur, ex argenti ſpuma & ærugine liberaliter decocta.* Horum autem medicamentorum mixturas, Galenus, Paulus, & Celſus docent. Sed præſtat de hac re interpretis vulgaris Auicennæ verba ſubiicere: *Ad incarnandum* (inquit) *oportet, quod medicinæ ſiant currentes lauatiuæ, cum viſcoſitate aliquante, & iniiciantur in eis cum clyſteriis, & immittantur cum elychniis & tentis. Et nos quidem iam experti ſumus emplaſtrum Apoſtolicum, id eſt, Apoſtolorum, & centauream, quando cum ea implentur, & eſt mirabilis valde. Succedit huic ſymphyton, deinde iridis Illyricæ radix, poſtremo eruis farina, & id genus alia, quæ glutinandi facultatem habent.*

Medicamentum incarnans & glutinans.

Porro ſequens medicamentum, quod in frequenti eſt vſu apud Chirurgos, miram vim habet in glutinandis ſeu incarnandis eiuſmodi vlceribus. ℞. *aqua decoctionis hordei libram vnam, mellis roſati vnc. tres, ſarcocollæ drach. duas, myrrhæ, thuris ſingulorum drachmam vnam; vini odoriferi vnc. ſex: Coquantur omnia ſimul vſque ad tertias, id eſt, vſque ad conſumptionem tertiæ partis. Quibus & addi poteſt aliquando aliquid aloes.* Cæterum E poſt glutinantis medicamenti impoſitionem, ſola ſpongia noua ex mulſo iuxta Galeni conſilium circumponenda eſt, quam fieri poteſt molliſſima.

Modus deligandi ſinus poſt glutinatoriis medicamenti impoſitionem.

Eius autem deligatura à ſinus fundo incipiat, & eius ore finiat: faſciarum vero ſpiræ ſiue circumflexus, ſinus profundum ſine dolore arctent, ac paulatim vſque ad os eius elaxentur, eidemque (oſtium inquam ſinus) indatur medicamentum molle, circumducto forinſecus emplaſtro ad os ipſius ſinus forficibus diſciſſo, vt ſanies effluere poſſit. Effluet autem è ſinu ſanies, ſuppoſito aliquo alio paruo emplaſtro ad ſolutionem vſque, quam tertio quoque die faciens, hoc ipſum tanquam operculum circumpoſitum auferes, relicto eo, quod totum ambit ſinum, medicamento.

Ideo

A Ideo autem tertio quoque die, aut certe citius aut tardius, prout res eſſe poſtulabit, demenda ſpongia eſt, ac paruum emplaſtrum, quod ſuperpoſitum erat, vt ſi qua humoris colliquantis in ore ſinus collecta ſit, vacuetur, exploremuſque an altæ ſinus partes coaluerint an minime, quod ex manante ſanie vt docet Galenus deprehendetur. Scilicet ea multa vel pauca, cocta vel cruda ſit. Itaque altas ipſius partes coaluiſſe demonſtrat, pus coctum ac paucum, præſertim ſi neque in ipſo ſinu dolor ſentiatur, nec tumor appareat, ſed locus totus æquabilis ſit, ſiccus ac doloris expers. Cumque ſpongiam rurſus impoſueris, rurſusque (vt diximus) alligaueris, poſtero vel tertio die ſoluito, vt dictum eſt, ſemper linteolum ſinus ori admotum permutans, quod eodem emplaſtro illitum, totum os ambitu cingat. Neque vero omnino appreſſum (vt Galenus admonet) eſſe debet, ſed ita, vt per id tota ſanies vacuari poſſit. Itaque cum ſecundo vel tertio quoque die (vt iam ſemel atque iterum dictum eſt) ſpongia, vel paruum emplaſtrum eximitur, conſiderandum, multa ne an pauca, cruda an cocta materia ad os vlceris affluxerit: Deinde expers ne ſit, an particeps doloris locus affectus, & an tumor remanſerit, aut diminutus ſit. Altas enim ſinus partes coiiſſe teſtatur, pus coctum ac paucum, præcipueque ſi dolor & tumor non adſint. Contra multum & crudum, & cum fœtore, & loci humiditate, dolore & tumore, nondum coaluiſſe ſignificant.

Tertio quoque die ſpongiam, ac paruum emplaſtrũ eſſe demenda.
Lo 2 de arte curat. ad Glauc.
Nota coitionis altarum ſinuum partium.

B Neque vero (vt ſcribit Galenus) ſi primo vel ſecundo die tenuis quædam ſanies ex ſinu manet, de glutinatione omnino deſperandum eſt. Sæpe enim vis medicamenti affectæ particulæ admoti, ex ipſa cute & ſubiecta carne tenuem humiditatem vehementer exprimit, quoties eius, qui curatur, corpus ita affectum eſt, ſiue ex natiua temperie, ſiue mala victus ratione. Hac humiditate expreſſa, loca mediocriter reſiccata glutinentur. Quod ſi tertio aut quarto ab initio die, ſanies cruda in ore apparuerit, ſcito (inquit idem) ſinum non eſſe glutinatum. Quare affecto loco medicamentum, quod vehementer quidem exiccet, ſed nec mordeat, nec cutem contrahat, circumponendum eſt. Cuiuſmodi Galeni medicamentum eſt, quod à fului colore cyrrhon dicitur, ex concoctis metallicis, oleo ricinino, quod oleum de cherua appellant, & aceto ſine cera confectum. Hoc enim medicamentum (vt idem Galenus teſtatur) ſine morſu vehementer exiccat. Cuius compoſitio & vſus ex *libro ſecundo de compoſitione medicamentorum κατὰ γένη* requiri debent. Guido à Cauliaco iubet poſt glutinantis medicamenti impoſitionem, deſuper apponenda eſſe emplaſtra & pannos, aliquo, quod habeat (vt eius verbis vtar) rectificare illa, illitos. Cuiuſmodi ſunt emplaſtrum *διὰ χαλκίτεως* nominatum, quod à palma Græce *φοινίκινον*, & vulgo diapalma appellatur. Item emplaſtrum (inquit) nigrum vel flauum cum gallis: & mel coctum cum puluere thuris,

Cyrrhon medicamentum.
Guido a Cauliaco.

C myrrhæ, & aloes: vel quædam horum, vel omnia ſimul: & vinum ſtypticum craſſum, quod groſſum vocat. Poſtea ligare præcipit, vt docet Galenus *libro ſecundo ad Glauconem*. Paucis autem interiectis ſubdit, de tenta (vt loquitur) hæſitaſſe multos, vt Henricum, & præceptorem ſuum Bononienſem, quod ſolida non ponatur, qua ſaniem (inquit) in loco retinet: ſed canulata, aut duplicata, vt ſanies continue valeat exire: & ſpongia ſuper orificium ponatur, vt ſanies trahatur exterius ſugendo. Spongia namque ideo circundatur atque alligatur, vt exiccet, manantemque è ſinu ſaniem excipiat, alioqui partem eroſuram, aut pruritum excitaturam. Imbuta autem (vt *ſupra* diximus) mulſo ſpongia ſit, vt detergat: mollis, ne aſperitate lædat: noua vero, vt aqua marina adhuc imbuta partem affectam deſiccet. Hactenus de ratione curandi vlceris alti, anguſti & cauernoſi, non tamen calloſi. Nunc ordo poſtulat, vt de calloſo vlcere, ſeu callo obducto ſinu, quam fiſtulam nominant, dicamus.

Spongia qualis eſſe debeat.

De fiſtula. CAP. XVIII.

CVm pus in abſceſſibus ſic exederit particulam, vt continentia à ſubiectis ſeparet ac diducat, dein eo quomodocunque euacuato, diſtantia inter ſe priſtinum ſtatum recuperare nequeant, affectio eiuſmodi

D ſinus appellatur Galeno *libro de tumoribus præter naturam*. Quem ſi quis (ait ille) non ſtatim curet, callo obducitur, diutiuſque temporis progreſſu fiet, nec conglutinare ipſum cum ſubiectis ubi poſſibile eſt, vocaturque tunc hic affectus proprie fiſtula, de qua nunc dicere inſtituimus. Eſt igitur fiſtula (quam Græci ſyringa nominant) *arctus oblonguſque, & calloſus ſinus, aliquatenus indolens, qui magna parte ex abſceſſibus parum dextre curatis, oritur*: ſed & ex aliis nonnunquam vlcerum generibus ac ſinubus perperam curatis naſcitur. Hæc autem nomen accepit ab arundinearum fiſtularum tralatione, vt Paulus annotauit. Quãdo quidem in eis cauitas quædam deprehenditur, arundinum cauitatibus ſimilis.

Sinus.
Sinum degenerare in fiſtulam.
Fiſtula quid.

Fit autem fiſtula in omni fere parte corporis, habetque quædam (vt Celſus ait) in ſingulis locis propria, ſed de communibus hic dicemus.

Differentiæ igitur fiſtularum plures ſunt, ſicuti & ſinuum, quæ ex ſitu, figura, numero, magnitudine, & aliis id genus ſumuntur. Siquidem aliæ ſub cute extenſæ ſunt, aliæ altius penetrant: aliæ rectæ, aliæ flexæ & tortuoſæ ſunt: aliæ intra carnem deſinunt, aliæ ad oſſa, aut cartilaginem penetrant: aut vbi neutrum horum ſubeſt, ad interiora perueniunt. Aliæ neruos attingunt, aliæ venas aut arterias occu-

E pant. Aliæ præterea ſimplices ſunt, aliæ duplices tripliceſve, ab vno ore intus orſæ, quæ tres fiunt, aut etiam in plures ſinus diuiduntur. Aliæ deinde facile, aliæ cum difficultate curantur. Atque etiam (inquit Celſus) quædam inſanabiles reperiuntur.

Fiſtularum differentiæ multiplices.

De ſignis fiſtularum.

FIſtularum dignotiones ſumendæ ſunt ab his, quæ ſecundum eſſentiæ rationem ipſis inſunt, atque etiam iis, quæ conſequuntur, accidentibus & effectibus.

A ſubſtantialiter quidem inhærentibus, vt ab illo (inquit Guido) corio calloſo, & à forma fiſtulæ inſtrumentalis & factitia. Calloſitas namque cum forma fiſtulari, eſſentialis eſt differentia ipſius fiſtulæ.

Fiſtularum notæ a quib. petantur.

Eſſentiales fiſtularum differentiæ. Quib. notis deprehendatur, ſimplex ne ſit fiſtula, an multiplex.

Ab accidentibus vero & effectibus, vt à virulentia illa horribili, quæ aliquando ab ipſa fiſtula effluit, emanatve. Item à dolore, qui in ea modicus eſſe ſolet, niſi dum partes, quæ iuxta neruum ſunt, occupat. A

Cæterum ſimplices ne fiſtulæ ſint, aut in plures partes diducantur, cognoſci poteſt ex modo puris: Cuius ſi plus fertur, quam quod ſimplici ſpatio conuenit, plures ſinus calloſos eſſe manifeſtum eſt. Corporis quoque inquinatio docet, num in plures partes fiſtulæ penetrarint. Quia ſæpe cum quis aliter decubuit, aliterque membrum collocauit, pus ferri, quod iam deſierat, incipit: teſtaturque non ſolum, alium ſinum eſſe, ex quo deſcendat, ſed etiam in aliam corporis partem eum tendere. Cumque fere iuxta ſint caro & neruus, & aliqua neruoſa: quales fere tunicæ, membranæque ſunt: genus quoque puris docebit, num plures ſinus intus diuerſa corporis genera perroſerint: Siquidem ex carne (inquit Celſus) pus leue, album, copioſius fertur. At ex neruoſo loco coloris quidem eiuſdem, ſed tenuius, & minus. Ex neruo pingue, & oleo non diſſimile. Cuius ſententiæ refragari videtur Aetius, ſic de nerui fiſtula inquiens: *Humor inde delatus tenuior eſt, ei ſimilis, qui ab oſſibus defluit, non quidem oleaginus, aut pinguis, ſed ſanioſus & glutinoſus.* Sed & ex aliis notis, quam ex pure, deprehenditur nerui fiſtula, nempe dolore: ſtuporis enim punctioniſque ſenſum incutit. Deinde motus, qui ab eo neruo perfici ſolet, deterior apparebit. Sed in ſpecillo attactu (inquit Aetius) moleſtus acutuſque ſenſus redditus, rem manifeſtiſſime iudicabit. At fiſtula locum erodente, ſi vena ſuberit, plurimus craſſusque ſanguis effunditur. Sin arteria aperiatur, tenuis & flauus cum multo ſpiritu ſtridoreque exibit. Ante omnia autem (vt recte conſuluit Celſus) demitti ſpecillum in fiſtulam conuenit, vt quo tendat, & quam alte perueniat, ſcire poſſimus. Simul etiam protinus humida, an ſiccior ſit: quod extracto ſpecillo patet. Si vero os in vicino eſt, (id quod diſci poteſt ſic, iam nec ne eo fiſtula penetrauit) quatenus nocuerit. Nam ſi molle eſt, quod vltimo ſpecillo contingitur, intra carnem adhuc vitium eſt: Si vero magis id renititur, ad os ventum eſt. Ibi deinde ſi labitur ſpecillum, nondum caries eſt: ſi non labitur, ſed æquali innititur, caries quidem verum adhuc leuis eſt. Si inæquale quoque & aſperum ſubeſt, vehementius os exeſum eſt. At cartilago vbi ſubhæſit, ipſa ſedes docet, peruentumq; eſſe ad eam, ex renixu patet. Cæterum ſi obliquæ fuerint fiſtulæ, flexumque aliquem, vel plures habuerint, vt ſpecilli apex progredi nequeat, virgulam plumbeam, ſtanneamve conflabimus, aut ceream potius candelam allumemus, qua iter perrentemus. Cum enim flexilis admodum ſit, ad fiſtulæ figuram facile accommodabitur. Hactenus de ſignis fiſtularum: nunc de iudiciis. B

Lib. 5. — *Aetius.* — *Nerui in fiſtula erroſi nota.* — *Vena atque arteria eroſa ſigna.* — *Fiſtula ſpecillo maxime exploranda.* — *Os, in carioſi nota.* — *Oris que fiſtula quomodo exploranda.*

Fiſtularum iudicia, ſeu prognoſtica. C

Lib 7. Cornelius Celſus. lib 5.

Fiſtulæ ſi altius penetrant, vt ad vltimas demitti collyrium non poſſit, ſi tortuoſæ atque anfractuoſæ ſunt, ſi multiplices; maius (inquit Celſus) in manu, quam in medicamentis præſidium eſt: minuſq; operæ eſt, ſi ſub cute tranſuerſæ feruntur, quam ſi rectæ intro tendunt. Expedita quoque curatio eſt in fiſtula ſimplici, recenti, intra carnem, adiuuatque, ipſum corpus, ſi iuuenile, ſi firmum eſt: inimica contraria his ſunt: Itemque ſi fiſtula, os, vel cartilaginem, vel neruum vel muſculos læſit, ſi articulum occupauit: ſi vel ad veſicam, vel ad pulmones, vel ad vuluam, vel ad grandes venas, arteriaſve, vel ad inania, vt guttur, ſtomachum, thoracem, penetrauit. Ad inteſtina quoque eam tendere ſemper periculoſum ſæpe peſtiferum eſt. Quibus multum mali accedit, ſi corpus vel ægrum, vel ſenile, vel mali habitus eſt. Ægre (inquit Paulus) conſaneſcit in ano fiſtula, quæ orificio caret, tum quæ deliteſcit, & in os terminatur, multifariamque fiſſa eſt. Sed ex his quidem colliguntur fiſtularum ſedes, ſpatia, & noxæ. Præterea an ſimplices hæ ſint, an multiplices & in plures partes diductæ. Hactenus igitur de fiſtularum differentiis, ſignis, & iudiciis. Deinceps vero de medicamentis ad eaſdem conferentibus diſſerere oportet.

Paulus.

De fiſtularum curatione in vniuerſum.

Ratio curandi vniuerſalis.

IN primis genus victus conueniens, & quod ſubſtantia & qualitate, cauſis, quæ fiſtulæ conſolidationem impediunt, aduerſatur, inſtituito. Deinde corpus vniuerſum à ſuperuacaneis, & noxiis humoribus (illis tamen prius, ſi ita res exigit, expulſioni paratis) idoneo cathartico medicamento purgato Mox potionibus roborandis ac deſiccandis interioribus partibus accommodis, fiſtulam ad conſolidationem præparato. D

Potiones fiſtulis idoneæ.

Cæterum tametſi potiones multæ ad hanc intentionem à variis authoribus deſcriptæ ſint, duæ tamen ſunt, quæ frequenti vſu & felici ſucceſſu à recentioribus Medicis probatæ ſunt. Prior ad hunc modum habet, ℞. *Agrimoniæ partes tres; plantaginis partes duas; foliorum oliuæ partem vnam, ſcindantur minutim & contundantur, poſtea in vino albo coquantur, & fiat colatura*, de qua quolibet die ſub aurorã cyathus vnus adminiſtretur. Altera Recipit *oſmundæ* (quæ filix mas eſt Dioſcoridi) *partes tres; gentianæ partes duas; centaurii partem vnam, coquantur in vino albo, & fiat potio, quæ vt prior adminiſtretur.* Hæc poſtrema etiam valde efficax eſt in oſſium corruptorũ expulſione. Ego autẽ optime factũ exiſtimauerim, ſi in prædictis decoctionib. nonnihil ligni Guaiaci, vel Indici (quod lignũ ſanctum, & palmam ſanctã appellant) aliquot horas maceretur, poſtea moderato igne leuiter decoquatur, & ex colatura, quantum aſſidenti Medico ſatis eſſe videbitur, mane bibendum offeratur. Atq; hæc regimen (vt loquuntur) vniuerſale concernunt. E

1.
2.

Guaiacum lignum ſanctum.

Ratio curandi particularis.

Quod autem ad topica pertinet auxilia, & regimen (vt vocant) particulare, quatuor ſunt ordine peragenda.

1. Primum quidem fiſtulæ orificium, ſi non ſatis hiet, hoc eſt, ſi nimis ſtrictum fuerit, imo vero & ſinus ipſe fiſtularis vſq; ad fines eius, ſi fieri poſſit, dilatari debet.
2. Secundo loco callum eximere, fiſtulamq; auferre, atq; omnino deſtruere conuenit.
3. Tertio poſt exemptum (quocunq; modo id fiat) callum, ſordities detergenda veniet.
4. Quarto vbi purus iã ab omni ſorde ſinus videbitur, ſimiliter reliquis vlcerib. ad ſanitatẽ perducetur:

nempe

A nempe glutinatoriis, ſeu (vt loquuntur) incarnatoriis medicamentis, & epuloticis, id eſt, cicatricem inducentibus, atque etiam (ſi carnis aliqua fuerit amiſſio) ſarcoticis, id eſt, carnem generantibus pharmacis.

Ergo ſi nec aduri ferro, nec incidi cõmode poſſit fiſtula & eius os, aut ſinus totus, ſiue vnus ac ſimplex, ſiue multiplex fuerit, nondum ſatis pateat, immiſſo collyrio aliquo, ſeu vt vocát tenta ampliari ac dilatari debebit. Materia autem ad conficienda collyria, dilatandis eiuſmodi fiſtulis, & ſinubus non calloſis idonea, ſunt radices gentianæ, & maliterræ (quam ariſtolochiam Græci nominant) radix item bryoniæ, hoc eſt, vitis albæ, & dracontii ſeu dracunculi, præſertim maioris, qui ſerpentaria officinis, & Romanis veteribus colubrina nuncupatur. Sed inprimis huic negotio accommoda ſunt fruſta ſpongiæ contorta & valde impreſſa. Ex his igitur fiant collyria ſiue penicilla (quas tentas vocant) altera quidem parte tenuia, altera paulo pleniora. Atque ea parte, qua tenuia ſunt, demitti oportet in fiſtulam, ſed filo ſemper appendice, vt tutius, ſi altius deſcenderint, & promptius, ſi nimis hæreant, extrahi poſſint. Demittenda autem horis duodecim, aut certe plus, aut minus, donec ſatis late dehiſcat fiſtula.

1. Sinum fiſtulæ ampliare. Malum terræ.

Cæterum orificio fiſtulæ atque eius ſinu, ſi opus fuerit, dilatatis, ipſius deſtructio, prorſus molienda B eſt. Hanc autem trifariam fieri conſueuit. Nempe vel medicamentis acrioribus, & callum exedentibus, vel inciſione ſinus, & vſtione, vel inciſione citra vſtionem, cum calli euulſione. Ergo ſi recens fuerit fiſtula, aut non adeo multum antiquata, nec etiam admodum profunda aut flexuoſa, & chirurgiam, hoc eſt, ſectionem & vſtionem, prorſus recuſet æger, medicamenta callum exedentia adhibebimus: Deinde remoto callo ad curationem reliquis vlceribus communem vertemur. Itaque callos elidunt atque eximunt, quæ ex Galeno, Paulo, Aetio, Cornelio Celſo, & aliis recentioribus Chirurgis ſubiungam. Spongia [illegible] contorta & fiſtulis impoſita, earum callos eximit. Item veratrum nigrum, duobus tribusve diebus [illegible]. Alixa e amurca cocta, & in colluitionem adhibita. Ad idem elaterium, id eſt, ſuccum cucumeris agreſtis, ſeu (vt vocant) aſinini, terebinthina exceptum in collyria cogito, impoſitoque, vel laſerpitii radicis ſuccum infundito. Id, quod ſequitur, etiam callos conſumit Paulo Aeginetæ ℞. *Aeruginis drachmas duodecim, ammoniaci drach. 2 excepta aceto in longum inducantur, & fiant penicilla.* Hoc medicamentum expeditiſſimum atque ex primis eſſe ad callos eximendos, ex præcepto Megetis, nobis teſtatum reliquit Aurelius Cornelius Celſus. Verum exemplaria omnia eo loci corrupta ſunt. Pro drachmis enim duodecim habent tantum denarios duos. Plurima eius generis collyria, hoc eſt, fiſtulis C callos exedentia, à modo nominatis authoribus deſcribuntur, ex quibus quiſque, quæ ſuo propoſito magis conducere videbuntur, poterit deligere, & in vſum aſſumere. In communi autem vſu apud recentiores Chirurgos ſunt collyria ſiue penicilla ex trochiſcis aſphodelorum, quorum deſcriptionem habes *in antidotario.* Item ex calce & ſapone. Adhæc, quæ auripigmento, hoc eſt, arſenico illinuntur penicilla, neminem vnquam fefellerunt, vt præter quotidianam experientiam recentiorum fere omnium ſcripta teſtantur.

2. Fiſtulæ deſtructio ſeu mortificatio. Trifariam fiſtulas deſtrui. 1. Callos exedentia. Locus in Corne. Cel. emendatus. Trochiſci aſphodelorum. Arſenicum.

At vero ſi fiſtulæ multos & valde anfractuoſos altoſque cuniculos habeant, ita vt in eos collyria [illegible], prout res exigit, indi non poſſint, eadem ex aceto aut liquore aliquo ad rem accommodo per auriculariam clyſterem intro infundenda ſunt, vt ſcilicet per omnes multiplices ipſius fiſtulæ anfractus penetrent. Maxime prodeſt in antiquis fiſtulis, & admodum calloſis ſequens mixtio. ℞ *Vnguenti Aegyptiaci, [illegible] drachmam dimidiam, lixiuii vncias quatuor, aquæ roſarum vnc. 2. arſenici ſcrup. 1 aquæ plantaginis [illegible] ad tertiæ partis miſſe.* Iniecto medicamento, fiſtuloſi vlceris os, linamento [illegible] aut quouis alio claudendum eſt, ne id effluat. Niſi enim D aliquandiu maneat, nullum effectum [illegible] dignum præſtare poterit.

Ad antiquas & valde calloſas fiſtulas.

Si autem duplices aut multiplices eiuſmodi fiſtulæ, breues, intraque carnem ſint, eadem etiam medicamenta, quæ callos elidunt, arida in calamum ſcriptorium coniici poſſunt. Calamus igitur ori fiſtulæ aptandus eſt, poſtea in eum inſufflare oportet, vt ea medicamenta intus compellantur.

Siquando vero longior (inquit Celſus) & tranſuerſa fiſtula eſt, demiſſo ſpecillo, contra principiũ huius incidi commodiſſimum eſt, & collyrium vtrinque demitti. Aqua fortis Alchymiſtarum (idem [illegible]) in eiuſmodi tortuoſis, atque labyrinthi modo flexuoſis fiſtulis, mirifice prodeſt. Hæc enim (inquit Guido ex ſententia Arnaldi à villa noua) omnes fiſtulas mortificat & diſrumpit. Secundus modus abolendi fiſtulas eſt, qui primum per inciſionem totius cauitatis fit, deinde per adultionem, quæ vel cauſtico medicamento, vel ferro candenti & ignito inducitur.

Si fiſtula longior & tranſuerſa ſit. Aqua alchymiſtarum. 2. Secundus modus abolendi fiſtulas.

Cæterum quæ in magnas arterias, vel neruos vel tendines notatu dignos, aut membranam coſtas ſuccingentem, aut aliquam principalem particulam deueniunt, vel nequaquam (vt *ſupra* diximus) vel certe cum multa artificioſaque diligentia ac prudentia attingendæ ſunt. Reliquis vero hunc in modum manum admoliemur. Primum quidem tentabimus, an rectæ ſint, vel obliquæ, demiſſo intro (*vt paulo an-* E *te monuimus*) ſpecillo, vel cerea candela. In quibus autem duæ pluresve oræ habentur, quæ ſpecillo aut conſimili inſtrumento tentari minime poſſint, ita notantur. Clyſtere in ſinum per vnum os liquorem compellimus, exque tranſitu eius in reliqua ora, facile deprehendimus, vna ne, quæ multas oras habeat, an multæ fiſtulæ ſint. His ita exploratis, ſi in ſummo fuerit ſinus, atque is anguſtus ſpecillo demiſſo explicandus eſt, ſupraque id accommodata figura, ſcalpello incidendus. Si flexus reperiuntur, hi quoq. ſimul ſpecillo & ferro perſequendi ſunt. Idemque faciendum, ſi plures ſe quaſi ramuli oſtendunt. Vbi ad fines fiſtulæ ventum eſt, diuiſim vlceri imponenda ſunt penicilla, oui candido liquore imbuta, quę labra ſolutæ continuitatis diſtendant, & inuicem coire non ſinant. Poſtera die locus adurendus erit, vel

Argentum viuum ſublimatum.

Si fiſtulæ ſub cute intro tendant.

ferro candente, vel cauſtico, ſeu adurente aliquo medicamento, nempe vel puluere aſphodelorum, vel A arſenico, aut alio conſimili, quod facultatis ſit cauſticæ ſine vrentis. Auicenna hydrargyrum, id eſt, argentum viuum ſublimatum admouet, quo efficitur, vt nihil corruptum, nihil calloſum, nihil denique, quod præter naturam ſit, in vlcere remaneat, quod non omnino deſiccetur, elidatur, & abſumatur. At ſi nó ſumma occupauerint fiſtulæ, & ſub cute non tranſuerſæ ferantur, ſed rectæ intro tendant, vbi quàm profundiſſime poteſt, & quatenus licet, inciſus fuerit ſinus, orbiculatim totum callum, modo, qui nuper dictus eſt, fieri poſſit, auferemus. Quod ſi aliquid ex eo relictum fuerit, adurente id medicamento abſumemus. Si autem multum ſit, quod ex callo remanſit, nec medicamento cedat, candentibus ferramentis adurendum eſt. Cæterum ſuperponenda ſunt, atque in circuitu ſemper admouenda, quæ refrigerent & reprimant. Nam fere quæ circa fiſtulam ſunt (vt Celſus ait) aliquid habent inflammationis.

Quid poſt adustionem & reſeccationem fiſtulæ agendum ſit.

Mortificatæ fiſtulæ ſignũ.

Signum autem, quo dignoſcimus, medicamentum acre atque adurens, ſuum effectum, quod ſatis eſt, induxiſſe, eſt vlceris elatio ſiue tumefactio, ac trium dierum mora, vt communis vſus habet. Itaq; aduſta, & vt oportet reſeccata fiſtula, mitigatorio aliquo medicamẽto primis diebus vtitor, vt oleo cum B ouiluteo miſto. Deinde ea, quæ cruſtas, ferro ignito aut adurente medicamento inductas, reſoluunt ac deiciunt, admoueto: cuiuſmodi eſt butyrum, aut aliquod aliud ſimile pingue ac vnctuoſum, à quorum vſu non prius deſiſtito, quam cruſtæ deciderint, & in pus conuerſæ fuerint. Mortificatæ autem fiſtulæ euidens argumentum eſt, cum pus, quod ante multum & crudum apparuerat, nunc paucum & coctum viſitur.

3. Tertius modus abolendi fiſtulas.

Vera fiſtulæ curatio.

Tertius modus abolendi fiſtulas eſt, qui per inciſionem fit ſine cauterio, vel actuali (vt vocant) vel potentiali. Itaque facta, quemadmodum *ante* proditum eſt, inciſione vſq; ad fines ſeu fundum ipſius fiſtulæ, callus totus vel vnguibus, vel acie ſcalpri, vel cultro raſorio, id eſt, nouacula [illegible] debet, ita vt locus, ſeu ſinus ipſe purus, & ab omni ſorde mundus appareat. quod viuæ ac probæ carnis præſentia deprehenditur, vt docuit Auicenna. Et hæc vera eſt fiſtulæ curatio, quam ſtatim, ſi nihil obſiterit, aggredi debemus, quoties fiſtula nobis ſananda & abolenda proponitur.

Cæterum dilatata fiſtula, [illegible] in totum abolita, detergentibus, ſi quæ ſordes adhuc ſupererſit, & ſarcoticis, ſiue incarnantibus medicamentis vti nos oportebit: qui poſtrema duo ſcopi erant in ſanandis fiſtulis propoſiti. C

3. Deterſio.

Medicamentum fiſtulas repurgans ac detergens.

4. Carnis generatio.

Lib. 14.

Medicamentum callum exterens & incarnans.

Aliud fiſtulas incarnans.

Medicamentum ad fiſtulas longe optimum.

Aliud Aetii.

Ergo callo fiſtulæ eliſo atq; abſumpto, ſi ſordes aliqua ſubſit, mulſo vel aqua, in qua eruum coctũ ſit, ſic vt huic quoque mellis paulum adiiciatur, locum abluito, vel ſequenti medicamento repurgandis fiſtulis, poſt remotum callum longe accommodatiſſimo vtitor. ℞. *Terebinthinæ in aqua vitæ ablutæ vnc. 3. ſucci apii, ſucci cynogloſſi,* quod Romani linguam canis appellant, *ſingulorum drach. 6. mellis roſacei colati, eiuſquantitatem, ariſtolochiæ rotun. drach. 2. farinæ lupinorum [illegible], coquantur ſucci & terebinthina cum melle roſaceo, vſque ad conſumptionem medietatis ſuccorum, deinde reliqua commiſceantur. Si prædicto medicamento [illegible] thurio, myrrhæ, ſarcocollæ, radicis peucedani aridæ & tritæ, ſingulorum momentum adieceris, optimum incarnans medicamentum effeceris,* modo ex ea turunda illinatur. Aliud Aetii Amideni experimento probatum, callum exterens & incarnans. *Radicum liliorum crematarum cinere fiſtulam repleto, & callus excidet, quo ablato, inſulaceam herbam ſumito, arundinibus ſe implicantem, flore candido, foliis hortenſi phaſeolo ſimilibus: qua areſacta, vſta & trita, fiſtulam repleto, & incarnabitur.* Aliud aridum Mageſtriani ab eodem relatum, fiſtulas incarnans. *Chamæleontis nigri radicem pini corticem thus maſculum, ariſtolochiam longam pari pondere terito, fiſtulæq; mulſa ablutæ aridum applicato.* Sequens quoq; collyrium, à quodam Chirurgo noſtri temporis vſurpatum fiſtulam agglutinat, inſigniter deſiccat, & affectæ parti robur addit. ℞. *Aquæ vitæ vnc. duas, vini maluatici vnc. vnam;* D *mellis roſacei drachmas decem, myrrhæ, radicis peucedani tritæ, vtriuſq; drach. duas, ſarcocollæ, aloes hepaticæ vtriuſq; ſeſquidrachmam, id eſt drach. vnam & ſemiſſem, miſceantur, deinde bulliant omnia ad ignem moderatum vnico feruore, & per auricularium clyſterem, quam ſyringam vocant, iniiciantur in fiſtulam.* Aliud ad fiſtulas vſq; ad oſſa attingentes, ex Aetio. *Squammæ æris, æruginis, ammoniaci, thymiamatis portiones æquas ex aceto terito & paſtillum, id eſt, trochiſcum conflato. Deinde collyria, hoc eſt, turundas, fiſtulæ æqualia formato, & imponito.* Quomodo autem oſſi vitiato & corrupto medendum ſit, *in præcedentibus* diximus. Hæc igitur de fiſtulis dicta ſufficiant: ſupereſt, vt de cancro vlcerato dicamus.

De cancro exulcerato. CAP. XIX.

CAncrorum (*vt in tractatu de tumorib. præter naturam* diximus) alii cum exulceratione, alii citra vlcus fatigant. Ac de his quidem, qui ſine vlcere moleſtant (quos Hippocrates latentes, nominauit) abunde à nobis *ſupra* dictum eſt. Itaque præſens locus poſtulat, vt de iis diſſeramus, qui exulcerati ſunt, & adeo laborantes affligunt, vt interdum illis manum admoliri (ægris etiam vltro id efflagitantibus) cogamur. E

Cæterum quibus locis maxime accidant cancri tam vlcerati, quam non vlcerati, ex quo humore potiſſimum gignantur, & á quibus cauſis excitentur, quibus notis deprehendantur, qui ex illis curationem recipiant, & qui non, atque in totum, quid de illis præſagiendum ſit, fuſiſſime a nobis explicatum eſt, vbi de canceroſis tumoribus, qui citra vlcus inuadunt, egimus. Reliquum eſt igitur, vt compendioſam exulcerati ipſius cancri curationem deſcribamus. Sed priuſquam id agimus, non alienum fuerit eius notas in memoriam reuocare.

Signa cancri vlcerati.

Itaq; in cancro vlcerató, præter dolorẽ, duritiẽ tumoremq́, vlcera eroſa, ac inæqualia cõſpiciuntur, plurima ex parte ſordida, labris prætumidis, aſpectu horrenda, & concreta humorum colluuie ingrata.

Quæ

A Quæ vero (inquit Paulus) pura videntur, ſiculenta, liuida, atque interdum etiam ſubrubra & cruenta apparent: ſanies inde manat continuo, tenuis, aquoſa, nigra, aut fulua, grauiter olens.

Ergo ſi eiuſmodi affectus chirurgiam, hoc eſt, manus operam deſiderat, a vacuatione humoris melancholici curatio auſpicanda eſt. Deinde totum carcinoma, ſi locus patiatur, prorſus reſcindendum, ſic vt nulla ſuperſit radix. Sinemuſque ſanguinem effluere, nec ſtatim eum inhibebimus. Imo preſſis vicinis partibus, etiam ac melancholicum ſanguinem exprimemus. Poſtea alijs vlceribus ſimiliter curabimus. Hæc curandi ratio tradita & probata eſt *lib. 14. meth. The.* Cuius verba hoc loco ſubiicere placuit: *Cæterum* (inquit) *ſi quando cancrum per chirurgiam curare audebis, cœpiſſe quidem a vacuando per purgationem melancholico humore oportebit: vbi vero totum, quod affectum eſt, prorſus excideris ſic vt nulla ſuperſit radix, ſines effluere ſanguinem, nec propere eum inhibebis, imo [illegible] potius vicinas partes exprimes ex his craſſiorem ſanguinem: Mox alijs vlceribus ſimiliter curabis.* Hactenus Galenus. Sunt, qui exciſo carcinomate, & craſſiore ſanguine ex circumſtantibus partibus expreſſo, ferramentis igni flagrantibus locum adurunt. Alij cum partem aliquam corporis carcinoma eiuſmodi, quod cum vlcere eſt, occupauit, hoc ſi locus non refragetur circumcidi opus eſſe tradunt, dein viuo tenus aduri, tritaque cantharides ex albumine & optimo oleo ſuperponi. Alij vero à
B ſectione, & vſtione, quæ fit igni aut ferramento, abſtinentes, corroſione valida ex adurentibus medicamentis facta vitium hoc totum extirpant, & deſtruunt.

Porro medicamenta eiuſmodi ſi quando adhibenda ſunt, valentis admodum facultatis eſſe debent. Nam vt ſcribit Hipp. *extremis morbis, extrema remedia adhibenda ſunt.* Tanta autem eſt huius vitij malignitas, vt mitiora plane contemnat remedia. Inter cætera autem, præſtantiſſimum ac tutiſſimum auxilium in hoc affectu à Guidone à Cauliaco prædicatur, arſenicum ſublimatum, cuius egregias dotes, *ſupra* [illegible] commemorauimus, & *in ſequentibus* adhuc celebrabimus. Hoc inquit Theodoricus, cancrum lupum [illegible] hoc eſt ſphacelum ſeu ſyderationem, noli me tangere, fiſtulam, & omnes tales peſſimos morbos prima die occidit & extirpat. Cæterum magna locorum circumſtantium, interim dum admouetur, cura ſemper habenda eſt, ne ſcilicet ea ipſa inflammatione atque humorum confluxu occupentur. Quod incommodum facile deuitabis, ſi partes illas vicinas, & carcinoma cingentes, bolo armena, & id genus alijs, illeueris. Sed & modo legitimo, ſeu iuſta quantitate quam coniectura tantum artificiali rationalis definit Medicus, adhibendum eſt arſenicum ipſum ſiue arſenicum vt vocant, ſublimatum. Vbi autem effectum, quem deſideras, præſtiterit quod ex loci inflatione ſiue tumore, & mora
C triduana, deprehendes, dolor mitigandus erit, & cruſtæ caſus, modo, quo *ſupra* docuimus procurandus. Cancro vero ſic penitus extincto, ac radicitus extirpato, vlcus ipſum, quod remanſit, ſimiliter alijs cauis vlceribus curabis.

Carcinoma autem prorſus extinctum agnoſces, ſi proba & ſana caro apparuerit, ſi & nulla virulenta proluuies ſe in parte affecta oſtenderit, nullaque amplius graueolentia, eorum, qui proxime aſtát, nares offenderit.

Cæterum ſoli illi cancri etiam cum vlcere conſiſtentes, curationem eiuſmodi, quæ vſtione vel ſectione fit, admittunt, qui in ſummo corporis parte hærent, quique adeo laborantes fatigant, vt ipſi vltro (inquit Galenus) Chirurgiam [illegible] & ſimul in talibus partibus conſiſtant, quas reſecare & excidere vna cum [illegible] [illegible] curandi ratio non ſine graui ægrotantis periculo (vt *ſupra de cancro non vlcerato* [illegible]) temere adhuc in talibus adhibenda non eſt. Itaque ſi in penitioribus corporis [illegible] conſtituti ſunt cancri huiuſmodi, aut in talibus quidem conſiſtant, quas nec [illegible] nec [illegible] poſſis, vel [illegible] principibus membris vicina occupent, vel laborans ob [illegible] genus [illegible] non poſſit, aut for-
D ſan (quia nimis timidus ſit & puſillanimis) extrema [illegible] non velit. Adhæc ſi ex hac curandi ratione deterius aliquod malum ſequeretur: breuiter ſi periculum ex chirurgia, id eſt, ſectione aut vſtione timeamus, nec curari affectus aliter poſſit, [illegible] prohibeamus, proba imprimis victus ratione & commodis vacuationibus, ſolíſque lenibus & quaſi adblandientibus medicamentis vtentes a vehementibus vero & acribus (quibus malum hoc veluti cribro irritatur, & excandeſcit) prorſus abſtinentes. Ergo imprimis [illegible] victus ratio eſt, quæ tenuis ſit, bonumque & minime melancholicum ſuccum generet. Quod [illegible] & ſiccitatem excedentem [illegible] non poſſit, quin etiam [illegible] melancholicus in corpore ſanguis procreetur, cibis refrigerantibus [illegible] quibus [illegible] intemperies paulatim emendetur. Conueniunt itaque in hoc affectu ptiſanæ cremor, lactis [illegible] vinum pauciſſimum & aquoſum, piſces ſaxatiles, atque omnis generis aues, præter quas [illegible] oleribus malua, atriplex, blitum, cucurbita, atque id genus alia. Acrium eſus & repletio omnis vitanda. Sed & [illegible] ille ſuccus, qui in venis colligitur, ex interuallo vacuandus erit, interdum purgante medicamento, interdum, niſi quid prohibeat, venæ ſectione. In mulieribus quoque, ſi quidem liceat per ætatem, menſes euocandi, atque etiam in viris
E hæmorrhoides, ſi eas pati conſueuerint, prouocandæ. Loco autem affecto imponenda remedia ſunt, quæ dolorem leniant, & ita ipſum ſedare poſſint, vt nihil redundantiæ humorum amplius excipiat: quæ item refrigerent & exiccent, minime vero mordeant aut irritent. Cuiuſmodi ſunt ſolani ſuccus, vel aqua deſtillata, cum ſucci copia non eſt; plumbum vſtum & oleum, vnguentum album, vnguentum ex lithargyro & plumbo vſto, item medicamentum, quod ex pompholyge vel chalcite conſtat, aut alia id genus [illegible] & [illegible] camphoratæ, ſimiliter & ſucci in mortario plumbeo [illegible] ad [illegible] Laminæ quoque plumbeę maximo & pene incredibili [illegible] exulceratis [illegible] Modus autem vſus ſucci ſolani, quod medicamentũ eiuſmodi affectibus vtiliſſimum eſſe ſcribit Galenus, talis erit. *Solani ſucco linteum molle duplicatum imbuito,*

Ratio curandi cancros exulceratos.
Vacuatio.
Exciſio.
Vide Paulũ libro.
Vſtio.
Cantharides.
Corroſio.
Carcinoma mitiora contemnere remedia.
Arſenicum ſublimatum.
Legitimi effectum arſenici nota.
Extincti carcinomatis nota.
Qui nam cancri vlcerati vſtione aut ſectione depellent.
Quibus cum ſit duntaxat a dolore [illegible].
Vera curatione omiſſa.
Victus ratio in cancro vlcerato obſeruanda.
Succum melancholicum ex interuallo eſſe vacuandũ.
Quæ loco affecto imponenda.
Succus ſolani.
Lamina plumbea.
Modus vſus ſucci ſolani.

& loco à ſecto impoſito. Extrinſecus lanam molliuſculam eodem ſucco madentem linteo circundato, atque hæc ne ſic- ceſcant, eodem ſucco ſubinde irrigato. Hoc remedium loco dolenti inductum ſine dolore ac moleſtia, inquit Paulus, exulceratis cancris ſubuenit. Plurima medicamenta compoſita à Galeno, Paulo, Celſo & Aetio, ad hunc vſum conſcripta ſunt, ex quibus duo hæc ſelegimus. *Argenti ſpumam & ceruſam in plumbea pila, cum oleo roſaceo in ſole tantiſper contrito, dum plumbi colorem, vnguentum, quod ex his fit, acquiſiuerit.* Aliud, quod magnopere probo, recipit *plumbi vſti & eloti, pompholygis, thuris, ſingulorum vncias quinque; abſynthii vnciam vnam; olei roſacei ſelibram, id eſt libram ſemis: ceræ ſeſcunciam, id eſt, vnciam vnam ſemis; ſucci ſolani, quod ſufficit ad vnguenti craſſitudinem.* Inſigniter autem leniunt, ſolanturque plurimum in ipſis exacerbationibus, & cruciatus tempore malua aut althæa, quam biſmaluam appellant, in mulſo ſubacta liquefactave, & roſacei paululo leuigata, inſtarque cataplaſmatis illita. Adhæc cataplaſma *ex ficubus aridis, meliloto,* quam Latini ſertulam campanam vocant, *ruta, thure, buniade herba,* id eſt, napo, *diligenter cum oleo contuſa.* Lenit item cataplaſma, quod conſtat *palmularum dactylis in paſſo decoctis, quibus adiecta ſint ouorum lutea polentaque.* Adhæc quod ex papauere cum coriano factum eſt, aut polygono aut ſeri, hoc eſt, cichorio: hæc quidem in doloribus vſui ſunt. *Multi,* inquit Guido, *mitigant eius fraudulentiam & lupacitatem,* (ita enim loquitur) *cum pecia ſcarlati, & appoſitione carnium gallinarum.* Hinc vitium hoc ideo lupum appellari vulgus putat, quoniam carnes vnius gallinæ ſi apponantur, quotidie fere abſumit & deuorat. Quod ſi forſitam eiuſmodi gallinaceæ carnes vel ſimiles illi pro pabulo non offerientur, carnes ſibi proximas, ceu lupus quidam famelicus, ad eandem quantitatem depaſceretur & exederet. Quidam huic malo veluti adblandiuntur, admoto puluere ſtercoris humani, & anethi igne concrematorum. Item appoſitis quibuſdam herbis, vt *ſcabioſa, trifolio, verbaſco,* id eſt, tapſo barbato, *& herba robertiana* nuncupata, quæ quibuſdam myrrhis Dioſcoridis eſſe putatur. Cæterum vtcunque res habeat, commemorata nuper remedia, (quoniam fere temperata ſunt) ſi magnopere non proſint, nocere ſaltem non poſſunt.

Vnguentum ad cancros vlceratos.
Aliud longe optimum.
Malua.
Althæa.
Cataplaſma leniens.
Aliud.
Aliud.
Cancer vlceratus cur quibuſdam lupus appelletur.
Herba Roberti.

A

B

FINIS LIBRI TERTII CHIRVRGICARVM INſtitutionum de vlceribus. Ioanne Tagaultio Doctore medico authore.

C

D

E

GENE-

A

GENERALIS DIVISIO FRACTVRARVM, IN LIBRVM QVARTVM INSTITVTIONVM

B

chirurgicarum, Ioannis Tagaultii Medici.

F*ractura, quæ Græcis κάταγμα dicitur, differentia.*

- Simplices,
- Compoſitæ.

Simplices fracturæ differentiæ, plures ſunt:

Aliæ enim fiunt
- καυληδὸν, ῥαφανηδὸν, σικυηδὸν, id eſt, ad Caulium, Raphani, Cucumerum fractorum ſpeciem ac ſimilitudinem, per tranſuerſum.
- σχιδακηδὸν, id eſt, quaſi aſſeris modo per longitudinem.
- Εἰς ὄνυχα, id eſt, in vnguis formam.
- C Αλφιτηδὸν, id eſt, ad ſimilitudinem farinæ vel pollinis, quando ſcilicet os in multas tenues partes confringitur.
- κατὰ ἀπόθραυσιν, id eſt, iuxta abruptionem: fit, cum pars oſſis per ſuperficiei abruptionem detrahitur, ac recedit.

Compoſitæ fracturarum differentiæ, ſeu potius implexus cum aliis morbis & ſymptωmatis.

Fractura
- Cum vulnere.
- Cum inflammatione.
- Cum gangræna.
- Cum dolore.
- Cum pruritu.
- Cum fragmento oſſis eminente.
- Cum contuſione.
- Male ferruminata.
- D Cum callo nimium excreſcente.
- Cum nimia calli ſiccitate, & duritie,
- Cum ſuperflua calli humiditate.

Sunt & aliæ fracturarum differentiæ Albucaſi, & recentioribus Chirurgis, à locis, in quibus conſiſtunt, deſumptæ, quæ tamen proprie differentiæ dici non debent,

vt Fractura
- In caluaria.
- In maxillis.
- In naribus.
- In clauiculis.
- In ſpina dorſi.
- In coſtis.
- In ſcapulis.
- In humero.
- E In brachio, id eſt, cubito & radio.
- In femore.
- In crure ſiue tibia.
- In patella ſeu rotula genu.
- In digitis, tum pedum tum manuũ.

FINIS DIVISIONIS GENERALIS Fracturarum.

A

INSTITVTIONVM CHIRVRGICARVM IOANNIS TAGAVLTII DOCTORIS MEDICI, DE FRACTVRIS.

B

LIBER QVARTVS.

Quid fractura, & quæ ſint eius differentiæ. CAP. I.

QVandoquidem tribus libris ſuperioribus, de vitiis chirurgiæ ſubiectis, quæ carnoſis & mollioribus corporis partibus accidunt, abunde ſatis dictum eſt, ordo iam poſtulat, vt de aliis, quæ oſſibus contingunt, hoc eſt, fracturis & luxationibus, diſſeramus: hæc enim Chirurgiæ generi etiam ſubiiciuntur. Ac primum quidem de fracturis agemus, quas etiam Hippocrates luxationibus antepoſuit. Eſt igitur fractura, vt in vniuerſum dicatur, *vnitionis ſiue continuitatis ſolutio quæcunque in oſſe*, quam Græci proprio nomine & omnibus ſuæ gentis hominibus noto, catagma vocant, vt Galen. *6. meth. medend. & pleriſque locis* teſtatum reliquit. Paulo vero Æginetæ, atque aliis poſterioris medicinæ Græcis ſcriptoribus, fractura oſſis eſt *diuiſio, aut ruptura,* C *aut præciſio, deciſiove*, à violentia quadam extrinſecus irruente accidens. Guido à Cauliaco, & alii quidam ætatis illius Medici fracturam definiunt, *continuitatis ſolutionem in oſſe*, non à qualibet re factam, ſed ab ea tantum, quæ contundit. Vt vera ſit (inquit) prima differentia ſolutionis oſſis, quod quædam eſt inciſa, quædam contuſa: oſſium enim diuiſionem, quæ inciſione fit, non fracturam, ſed oſſis vulnus appellant.

Fractura quid. κάταγμα. Paulus.

Guido à Cauliaco.

Cæterum plures fracturarum eiuſmodi differentiæ ſunt: aliæ namque ſimplices ſunt, aliæ compoſitæ. Ex ſimplicibus quidem aliæ ſunt, quæ fracti oſſis partes iam prorſus ſepararunt, caſq; cauledon, raphanidon, atque etiam ſicyedon factas Græce dicunt, hoc eſt, ad caulium, raphani & cucumerum fractorum ſpeciem ac ſimilitudinem. Manifeſtum autem eſt, eiuſmodi oſſium diuiſionem tranſuerſim per craſſitudinem fieri. Hæc quibuſdam virgalis & tranſuerſalis nominatur. Aliæ vero fiunt ſchidacidon, quaſi aſſeris modo: hæ autẽ per longitudinem magis fiunt, dicunturq; oblongæ oſsis fiſſuræ. In iis non omnino ſeparantur à ſe partes ſic affecti oſsis, ſed veluti per rectitudinẽ finduntur. Præter has aliæ quædam ad ſimplices numerantur fracturæ differentiæ quarum aliæ Græcis dicuntur fieri, ὡς ὄνυχα, id eſt, ad inſtar vnguis, aliæ alphitidon, id eſt, ad farinæ vel pollinis ſimilitudinẽ: Aliæ κατὰ apothrauſin, id eſt, iuxta refractionem, ſeu, vt alii interpretantur, abruptionem. Fractura quæ ὡς ὄνυχα, id eſt, in vnguis formam fit, fiſſura eſt oſsis, quæ cum aliqua in parte recta ſit, in extremo tamen lunata euadit. D Atque hæc etiam calamidon, id eſt, arundinatim ab aliquibus nuncupatur. Alphitidon ad ſimilitudinem farinæ vel pollinis dicta, eſt cum os in multas tenues partes confringitur, quæ & ipſa caryedon, id eſt, nucatim, à quibuſdã vocatur. Apothrauſis, quæ & apocope dicitur, id eſt, abſciſio ſeu præciſio, eſt, cum pars oſsis per ſummitatis rupturam, ſeu ſuperficiei abruptionem detrahitur, ita vt pars ea, quæ detracta eſt, & receſsit, ſupereminear, vt fere fit, cum ſquamula ab oſſe reſoluitur. Cæterum hæ fracturarum differentiæ curioſe nimis (vt Galenus inquit) atq; ambitioſe, à Medicis Hippocratis iunioribus, iis propriis nominibus interpretatæ ſunt. Non contenti enim fuerunt oratione, os, quod varie ſeu multifariam ſit fractum, explicaſſe. Ab huiuſmodi autem appellationibus, omnino abſtinuit Hippocrates, ſed quoad fieri licuit, vſitatiſsimis vtens nominibus, oratione interpretari non eſt grauatus, non has modo fracturarũ differentias, verumetiam quæ in capitis oſsibus eueniunt. Breuiter duæ potiſsimæ ſunt fracturarũ differentiæ ſimplices Galeno, á quibus curandi indicationes ſumuntur, nempe quæ per tranſuerſum, & quæ per longitudinem facta eſt. Cornelius Celſus tertiam addidit, quæ ſcilicet oblique fit. *Omne, inquit, os modo rectum vt lignum in longitudinem finditur; modo frangitur tranſuerſum; interdum obliquum.* E

Simplices fracturæ differentiæ. Fractura ſchidacidon facta. Aliæ fracturarum differentiæ.

Fractura Vulgaris. Fractura alphitidon facta. Fractura κατ' ἀπόθραυσιν facta.

Duas eſſe potiſſimas fracturarũ differentias ſimplices.

Cæterum oſsis fracturæ, nonnunquam carnis quoque vulnus accedit, ſed potiſsimum cum oſſa multifariam fracta ſunt, ſæpe etiam dolor ingens, & interdum inflammatio. Contingit etiam aliquãdo, vt aliud os ſuper aliud efferatur, & ex oſſe male ferruminato ac commiſſo, veluti tophaceus aliquis nodus relinquatur. Horũ autem affectuum & ſymptomatum cum oſsium continuitatis ſolutione complexus, compoſitas fracturæ differentias, iuniores Medici vocauerunt, cum tamen proprie differentiæ non ſint. Quandoquidem quod ſeorſum & per ſe conſiſtere poteſt (vt alibi ex Galeno diximus) nunquam alterius erit differentia: Vulnus autem, dolor, inflammatio, & id genus alia ſeorſum, & per ſe conſiſte-

Compoſita fracturæ differentia.

Meth. 3.

A conſiſtere poſſunt: Proinde vera fracturarum differentiæ, & à propria ipſarum natura deſumptæ, nec tot vera ſunt, nec recte dici poſſunt. Quod ſi quæ à loco quoque, ſeu parte, in qua eſt fractura, differentias cenſeas, veluti ſi nares, aures, maxillæ, coſtæ, claniculæ, caluaria, ſpina dorſi, humeri, brachia, femora, crura, digiti, fracturam patiantur, fuerint profecto & ipſæ fracturarum differentiæ Albucaſi: non vtique à propria ipſarum natura, ſicuti neque præcedentes deſumptæ, ſed à locis, in quibus conſiſtunt. Verum enim vero quoniam ab iis omnibus *ſupra* commemoratis agendorum ſumuntur indicationes, donemus eas cum recentioribus Medicis & Chirurgis differentias appellari.

De cauſis, ſignis, & iudiciis fracturæ in vniuerſum. CAP. II.

CAuſæ fracturarum internæ nullæ ſunt, externæ vero ea omnia, vt breuiter dicam, quæ contundere vel diuidere oſſa poſſunt. Quæ contundunt, ea dura grauiaque, & mole non exigua ſint oportet vehementique impetu deferri ac irruere. Oſſa frangunt, quę vulnerando incidunt, item caſus ab alto, præſertim ſi onera ſuperiora ſint, nec admodum cedant. Fractura quoque oſſibus interdum accidit ex circumtortione in luctantibus: aut ſi tibia ſinistra Dioclis, exempli gratia, Socratis cũ eo luctantis per tranſuerſum ſup- *Cauſa.*
B poſita ſit, ita vt vtraq; eius capita, & iuxta pedem, & iuxta genu deorſum vehementer deprimantur, os proculdubio tibiæ ipſius Dioclis, præſertim ſi infirmum ſit natura, hoc luctationis genere medium diſrumpetur, ſeu ſi mauis, frangetur. Id quod in lignis quoq;, quæ a nobiſipſis circumtorquentur, videre licet. Si enim lignum aliquod neq; magnum, neq; validum, ſed paruum & imbecillum ſupra femur tuum impoſitum, ex vtroq; capite deorſum vehementer manibus vrgeas, ſtatim id in media parte frangi aſpices.

Signa autem oſſis fracti, & præſertim per tranſuerſum atq; in artubus, hæc fere ſunt. Tactu oſſis partes [illegible] reperiantur, membri figura inæqualis percipitur: dum membrum [illegible] tractatur, oſſa colliduntur, & veluti crepitus quidam ex ea colliſione auditur. Pars affecta contacta dolet, corpus membro fracto haudquaquam niti poteſt: cauſę, quæ frangunt aut contundunt, præceſſerunt. In oſſe vero, quod per longitudinem fractum eſt, ſubſtantiæ eius craſſities nõ naturalis [illegible] percipitur, cætera ſigna non adſunt, præterquam quod dolor & inæqualitas iudicio ſenſus etiam deprehenduntur. *Signa.*

Prognoſtica. Oſſa minime periculoſe media franguntur in humeris, brachiis, femoribus, cruribus et digitis. Quo autem propior fractura capiti vel ſuperiori, vel inferiori ipſius oſſis eſt, eo peior iudica-
C tur. Nam & maiores dolores affert, & difficilius curatur. Ea itidem, quæ in artuum vicinia eſt, curatu difficilis eſt, vel eo potiſſimum nomine, quod commode ligari non poſſit. Atque hæc vt plurimum motum [illegible] difficilem. Maxime tolerabilis eſt, ſimplex tranſuerſa, peior, vbi fragmenta atque vbi obliqua: peſſima vero eadem acuta. Nam & carnem vulnerant, interdum neruum quoque aut muſculum. Fractura, quæ cum dolore vel inflammatione, aut carnis contuſione incidit, mala eſt. Quippe quæ inſtaurari non poſſit, donec ea prius curationem receperint. Si oſſis fracturæ, carnis quoque vulnus acceſſit, in malo etiam æger eſt, maximeq; ſi id muſculi femoris, aut humeri ſenſerint. Nam & inflammationes multo grauiores, & vt inquit Celſus promptiores cancros habent. Adde, quod in eiuſmodi fractura, neque ferulis, neque canalibus vti licet: quæ vulnus ſaneſcere non poteſt, vti poſſumus. Sed nec primis faſciis, quas Hippocrates [illegible] id eſt, ſubligamina vocat, vulnus contegendum eſſe volunt, tum huius ętatis Chirurgi, tum qui ſeculo Hippocratis fracturas curabant. Itaque vlcere non deligato, hinc & inde, hoc eſt, vtrinque ab eo faſciis circumactis, qua vlcus eſt, feneſtellam relinquunt, per quam medicamenta vulneri accommoda imponerent. Quem deligandi modum damnat ille Medicorum princeps & antesignanus Hippo. *libro* quem *de fracturis* inſcripſit, eumque lemmatis, ac rationibus non abſurdis quidem,
D aut probabilibus tantum, ſed ſcientificis quoque & neceſſariis, inutilem, erroneum, prauumq; eſſe conuincit ac demonſtrat. Si brachium aut crus fractum eſt, bonum eſt alterum ſaltem os integrum manere. Altero nam que oſſe integro manente, neceſſe eſt neruos ac tendines minus contrahi, quippe, qui ab integro ipſo oſſe & non comminuto adhuc intendantur. Adde quod curioſius omnia in continendis oſſibus fieri debent, vbi vtrumque os fractum eſt, & neutrum alteri auxilio eſt. Itaque ſi alterum os integrũ manet, plus opis in eo, quam in faſciis ferulisque eſt. Cor. Celſus memoriæ tradidit, ignorari minime oportere, ſi femur perfractum eſt, fieri breuius, *quia nunquam*, inquit, *in antiquum ſtatum reuertitur, ſummiq; digiti pollicis cruris eius inniti ſolet.* Quod ſi quidem à ratione, & experientia, ab ipſiuſque Hippocratis ſententia [illegible]. Non enim quoties femur frangitur, protinus neceſſario ipſum breuius efficitur. Sed duntaxat, ſi ſtatim, quum fractum eſt, minus, quam par ſit, a Chirurgo diſtentum fuerit, vel tortuoſe diſtractum, & ſeparatæ ac diſtantes inter ſe oſſis contracti partes, non recte atque adamuſſim, priuſquam ferramen impleant, coaptatæ extiterint. Tunc enim & breuius femur reddetur, & crure eius partis claudicabit homo. Sic autem de hac re *libro de fracturis* ſcripſit Hippocrates. At vero ſi femoris os fractum ſit, extenſio in primis diligenter facienda eſt, ne minus, quam debeat, efficiatur. Amplior enim ſi ſit, nullam
E læſionem affert. *Per cancros hic gangrænam [illegible] intellexit Celſus & alii quibuſdam locis.* *Locus in Cor. Cel. aut falſus aut mancus.*

Verum quoque eſt, vt in eodem opere idem teſtatur Hippocrates, quod quibuſcunque vtraq; vel tibiæ vel cubiti eſt fracta oſſa fuerint, illa breuiora effici. Quod ſane intelligendum eſt, nempe vt Galen. interpretatur, niſi ante conformationem extenſio debita adhibeatur, & commoda deligatione oſſium coaptatio ſeruetur, quoad callus obducatur: tunc enim non ſolum in maiorem tumorem, quam naturaliter conueniat, membrum illis attollitur, verumetiam breuius propter retractos muſculos efficitur. Sed hæc pro magna parte vulgaria ſunt.

Porro in quadrupedibus præſertim veterinis, non omnino eadẽ eſt de fractis præſagiendi ratio quam in hominibus. *Prognoſtica quædam de fractura in veterinis.*

Nam

Nam ſi quadrupes pedis poſterioris radium fregerit, præſertim mulus aut aſinus: eius, quod medulla careant, quamuis ſanguinis compotes ſunt, nunquam ſolideſcit. *Quæ ſupra genua fracturam ſenſerunt, vt deplorata non continges:* Siquidem ea nunquam ferruminantur. Si femur fractum ſit, in periculum venit, ſpeſq; ſalutis in anguſto eſt. Fractis armis, nullus medicinæ locus. Nam neruorum diſtenſio ſequitur, qui caput ſcapulis annectat. Vix vnquam ſanitas contingit, ſi fracturæ vulnus aut luxatio coniuncta ſit. Si vero coſta perſtringatur, facilis medendi ratio eſt. Fracturæ, quæ calloſo ferrumine coaluit, nunquam vrens medicamentum admouebis: quandoquidem eo callus ille tophaceus reſoluitur, nec vllam fere medicinam ſentit. Hæc & quædam alia de fracturis veterinorum, Hierocles & Apſyrtus veterinarii medici, nobis ſcripto reliquerunt. A

Fractura ſiue in quadrupede, ſiue in homine ſit, quo vetuſtior eſt, hoc eſt, quo tardius fracta oſſa vt oportet committuntur, eo deterior efficitur. Quandoquidē & callus illic gignitur, & ſpatia ipſa inania, aliena quadam ſubſtantia opplentur. Quo fit, vt dum reſtitutio molienda ſit, maiore ac valentiore multo extenſione ſit opus. Magna autem & valens eiuſmodi extenſio, non raro conuulſionem inuehit, vt *alicubi* teſtatus eſt Auicenna.

Quanto tēpore fracturaque coaleſcat. Fracturæ non pari dierum numero in omnibus oſſibus ferruminantur, ſed in aliis tardius, in aliis citius. Caluaria triginta quinq; diebus glutinatur: Brachium & tibia ſi recte curentur, diebus circiter quadraginta cubitus diebus plurimum triginta. Si in naribus os perfractum eſt, decem & octo dierum ſpatio conſolideſcit. Coſta poſt vnum & vigeſimum diem Celſo, aliis non niſi poſt vigeſimum octauum, ferrumen implet. Fere etiam intra decimum quartum, & vnum & vigeſimum diem ſaneſcunt, maxilla, iugulum, ſcapula, os tali, calx, manus, planta. Inter vigeſimum ſeptimum & quadrageſimum, humeri & femina. Coxa vero diebus quinquaginta coaleſcit Hippocrati: pes eidem ſexaginta dierum ſpatio, ſi quieſcat, conſaneſcit. Et ita de aliis pro fracti cuiuſq; oſſis natura dicendum eſt. Quinetiam confert aliquid ad celerem aut tardam ſanationem, & ætas, & corpus, & vitæ propoſitum, & anni tempus, vt & de vulneribus dictum eſt. Proinde in iis nihil certum aut perpetuum eſt. Factionis Arabicæ princeps Auicenna aſtimabat, oſſium agglutinationem in bibolis, conualeſcentibus, & primis ſenibus, difficillimam eſſe, in decrepitis vero ac valde ſenibus, impoſſibilem. B

Cæterum coſta aliquando tota, interdum non tota frangitur; nempe cum pars eius interior (quæ rara eſt) duntaxat læditur, ſummo oſſe manente integro. Si tota coſta perfracta eſt, caſus aſperior eſt. Nam & graues inflammationes, & febris, & ſuppuratio, & ſæpe vitæ periculum ſequitur, & ſanguis ſpuitur. Narium fractura peior eſt, vbi aut oſſi aut cartilagini fracturæ, cutis quoque vulnus acceſſit. In cranii fractura malum portendunt, membrana immobilis, nigra vel liuida, vel aliter coloris corrupti, dementia, acris vomitus, neruorum vel reſolutio, vel diſtenſio, caro liuida, maxillarum rigor atque ceruicis: Spem vero certam faciunt membrana mobilis, ac ſui coloris caro increſcens rubicunda, facilis motus maxillæ atq; ceruicis. Cætera, quæ ad ſomnum, cibi deſiderium, febrem, partis colorem attinent, eadem, quæ in cæteris vulneribus, vel ſalutaria, vel mortifera ſunt. C

Mali aut boni indicei in fractura cranii.

Quæ agglutinationem remorentur in fractis oſſibus. Ferrumen ſeu agglutinationem in oſſibus remorantur, multa ex aqua calida perfuſio, crebra ſuperpoſitorum mutatio, feſtina nimis ac præpropera membri affecti dimotio, nimia coarctatio, & quæ parti oblæſæ alimenti in eam diſtributionem prohibendo, atrophiam inducit. Sanguinis quoq; vitioſi penuria. Item & fragmenta, quæ remanſerunt.

Oſſa fracti recte commiſſi nota. Oſſa, quę fracturam experta ſunt, recte commiſſa eſſe teſtantur, æqualis membri perfracti compoſitio, & figura naturalis, ſi alteri ſibi compari, nihil noxæ perpeſſo, conferatur: dolor ſublatus ac veluti quidam voluptatis ſenſus, ſanguinis quoque ſolerti quadam naturæ prouidentia, ad fracturæ locum expulſi, apparitio. Proinde non minus vere, quam communiter dici ſolet, quod tumor membri perfracti, poſt primam eorum, quæ fracturæ admota ſunt, mutationem, ſinè magno dolore apparens, atque vbi fracti oſſis partes recte concurrerint, & in naturalem ſitum aptatæ fuerint, euaneſcens, certam ſalutis ſpem pollicetur. Sed iam tempeſtiuum eſt, fracturæ in vniuerſum curandæ veram methodum, quamque ipſa rei natura præſcribit, tradamus. D

De generali curanda fractura methodo. CAP. III.

QVoniam fracti oſsis ſoluta partium continuitas eſt, vtiq; (inquit Galen.) finis, quo tendet is, qui fracturas curabit, ſaltem primus vnitio eſt. Quod ſi is primus in curatione propoſitus finis per affectarum partium ſiccitatē perfici non poſsit, reſtat alter, qui eſt, vt alterius cuiuſdam interuentu diiunctæ oſsis partes glutinentur. Qui ſi nec ipſe comparabilis aduertitur, inſanabile eſſe vitium dixeris. Quod igitur coaleſcere (ſaltē per ſe & nullius alterius ope) nequeat tam durū os, quā id, quod in iuuenibus & adoleſcentibus & viris, multoq; magis in ſenibus cernitur, id profecto (inquit Galen.) vel cuiuis patere poteſt. Quæcunq; enim concreſcere ac coaleſcere debent, omnino mollia humidaque ſint naturaliter, oportet. Quæ igitur dura ſiccaq; ſunt, eorum diuiſæ partes coirē ſimul nequeunt, ſed glutinum aliquod vinculumve, quo commiſſa maneant, requirunt. Itaque poteſt certe illud os tantum vnitionem per ſe, & nullius alterius interuentu recipere, quod abunde molle eſt, cuiuſmodi conſpicitur in pueruli: in adultis vero & ſiccioribus corporibus, ſeparatæ fracti oſsis particulæ, non per ſe vnquam, ſed ſubſtantia duntaxat quapiam interueniente, ceu glutino quodam, ferruminari colligarique ſecum poſſunt. Interuenit autem ea ſubſtantia, quoniam omnis particula ſibi familiare trahit alimentum, os autem craſsius ac terrenum magis quam aliud quoduis noſtri corporis membrum, alimentum ad ſe allicit, exugitque. Quod autem ex hoc ipſo proprio ac maxime idoneo oſsis alimento redundat, & in labiis fracturæ cōcreſcit, ſuo ipſius interuentu oſsis extrema dura licet & ſicca conglutinat, vt ſæpe vſu euenire E

Vnitio finis primus, quo tendit is, qui fracturam curat.

Quorū fracta oſſa coaleſcere non poſſint, & quorum poſſint.

Lib. 6 meth. medendi.

Poro, id eſt, callis ſubſtantia vnde naſcatur.

conſpi-

A conſpicimus. Vocatur autem corpus id, quod ſic fractis ossibus innaſcitur, Græcis *πῶρος*, Latinis vero callus, qui (vt *ſupra de vulneribus oſsium* diximus) mediocritatem in craſſitie & tenuitate, duritie etiam ac mollitie ſeruet oportet. Sed de hoc adhuc *in ſequentibus* [illegible] dicemus, quomodo ſit in hunc [illegible] quo tendit is, qui fracturam curat, nempe vnionem [illegible] qui valeamus; initium quidem facientes ab ea fracturæ differentia, quæ per tranſuerſum os tranſit & ſuo loco excidit. Quandoquidem hoc fracturæ genus ſæpius incidit.

Callo mediocritas.

Itaque quatuor me hercle intentionibus, in hac fracturæ differentia curanda, eſt opus, quas & ſcopos appellare poſsis. Prima intentio eſt, vt fracti oſsis partes recte committantur, & in naturalem ſitum coaptentur. Secunda, vt ſite commiſſa oſsis per fracti extrema, coniuncta atque immota maneant. Tertia vt *πῶρῳ*, ſeu (vt diximus) callo interueniente disiuncta oſsis partes agglutinentur, coaleſcantve. Quarta eſt ſymptomatum, hoc eſt, accidentium, quæ fracturam ſequi conſueuerunt, correctio.

Scopi quatuor in curanda fractura, quæ per tranſuerſum eſt, Medico proponuntur. 1. 2. 3. 4.

Quod ad primam intentionem attinet, cum in hac fractura differentia, quam [illegible], id eſt per tranſuerſum fieri diximus, ita ſe fracti oſsis partes diſsideant, vt e directo non iaceant, clarum eſt, primum id eſſe agendum, vt in directum agantur. Directum autem hic vocamus, cum in figuram priſtinam naturalemque ſitum redeunt. *Sane* (inquit Galenus) *cum* [illegible] *habuerint, ſi quæ ea, quaſi dependens, integra partis exemplo* [illegible]*, in contrarium adducat. A qua nimirum certiſsima indicatio* [illegible]
B *num eorum erit. Fieri enim poteſt, vt tum prorſum, tum retrorſum, tum in hanc partem membri, tum in illam facta tranſlatio ſit. Quæcunque igitur retrorſum magis ſunt acta, ea prorſum impelli conuenit. Nec minus, alteram quoque fracti oſsis partem modice ad contrarium retrude. Contra, quæ prorſum ſunt remota, hæc rurſus ipſa quidem retrorſum, reliquam vero partem* [illegible] *prorſum. Eodem etiam modo* [illegible]*, quæ ad dextram ſunt detorta, medicatio eſt* [illegible] *ad ſiniſtram ducantur, contraque eorum, quæ ad ſiniſtram, ſi mutentur ad dextram, ſemper ſcilicet altera parte* [illegible] *in contrarium acta.* Guido à Cauliaco, præmiſsis quibuſdam præceptis communibus, quæ hic ſuo loco referemus (quomodo primam hanc intentionem aſſequi poſsis), verbis non adeo multis perſtringit. Itaque iubet [illegible] membrum perfractum, [illegible] ſedibus (quod ſæpius contingit) excedunt, aliudque ſuper aliud eleuatur, & muſculi ad capita ſua retracti ſint, decenter intendendum eſſe. Deinde os depreſſum attollendum, & eleuatum deprimendum, atque id quatenus fieri licet ſine dolore, donec oſsis fracti fines recte concurrant, & in naturalem ſitum coaptentur. Neque enim vnquam fracta eiuſmodi oſſa, & ſuis etiam ſedibus mota, in ſuum locum veniunt, niſi illa per vim aliquis intendat. Intendere autem digitum, vel aliud quoque membrum, ſi adhuc tenellum eſt, etiam vnus homo po-
C teſt, cum alteram partem dextra, alteram ſiniſtra apprehendit. At vero valentius membrum duobus eget, qui in diuerſa contendant. Si firmiores [illegible] tendines ſunt, vt in viris robuſtis, maximéque coram [illegible] & cruribus euenit, habenis quoque vel lineis [illegible] vtraque capita articulorum deliganda, & per plures in diuerſa ducenda ſunt. Cauendum autem ſemper eſt, ne immoderatius contractum membrum extendatur. Immoderata enim diſtentio in duris præſertim & ſiccis corporibus, vehementes dolores, febres, conuulſiones, & reſolutiones interdum inducit. Quin etiam per eam diuelli ac dirumpi muſculorum ac neruorum fibras aliquando contingit. Proinde ſumma in hac re prudentia opus eſt. Igitur ægro in ſedili collocato, vel reſupinato potius, vt Sorano placuit, miniſtris duobus imperamus hoc, ſupra fracturam, illi, infra digitos circumponant, atque ſic intentionem perficiant. Quod ſi valentiore opus ſit intentione, non ſolum manibus, ſed etiam, vt diximus, habenis [illegible] tinibus intendere aggrediemur. Ergo duos funes æquales contracto membro, verbi gratia, brachio aut cruri circundamus. vnum, ſupra fracturam, alterum infra, atque vni miniſtro ad ægrotantis caput conſiſtenti, alterum iuxta pedes, capita funium tradentes, iubebimus in diuerſa membrum perfractum diſtendere. Vbi paulo longius, quam naturaliter eſſe debet membrum, viſum fuerit, diſtenſio remittenda eſt, ac
D tum demum oſſa manibus in ſuam ſedem compellenda ſunt. Oſsis autem repoſiti certum indicium eſt, dolor ſublatus. Cæterum oſsibus fracturæ iam ſic probe coaptatis, iuxta Hippocraticam conſuetudinem membrum deligandum erit, vt ſtatim ſubiungemus. Modus alius reducendi oſſa fracta in ſuum locum & naturalem ſitum per diſtenſionem, *libro de fracturis* traditur ab Hippocrate, qui & à Paulo refertur *libro ſexto ſui operis de re medica*, quo etiam ſi velis, & parata habeas, quæ deſiderat, inſtrumenta, vti poteris. Sed hic modus, quem *ſupra* poſuimus, longe facilior, & magis ad manum eſt. Atque eo etiam Soranus Medicus vtebatur, eſtque hodie apud nos in frequentiore vſu. Oportet igitur (vt ſummatim dicamus) aut manibus ipſis, vtique ſi contractum membrum exiguum eſt, aut vinculis impoſitis, ſi maius eſt & validiore tractione opus ſit, aut eiuſmodi inſtrumento, quod nobis Hippocrates deſcripſit, antitaſin oſsium facere, hoc eſt, retrorſum ea trahere, vt e directo committantur, exacteque eorum coniunctio fiat, ſic, vt priſtinam vnionem inueniant. Poſtea vero quam abunde retracta fuerint, & nullus amplius ſuperſit metus, ne ſe adducendo contingant, tum in directum opponere vinculaque relaxare, ac muſculis ipſis diductorum in eandem commiſſionem permittere opus eſt. Interim vero (vt recte Galenus admonet) teipſum quoque, qui operi præes, manibus ſubſidere expedit, ac ſi ubi aliquid paulum
E ſubſultet ac promineat, corrigere atque formare.

Guidonis præcepta de reductione fracturæ. Col. lib. 6.

Ac, et quomodo intendendum in fracturis artubus.

Diſtenſio quando remittenda.

Antecephalæ laxas.

Lib. 6 Therap.

Cæterum in adducendis ſic, vt *ſupra* expreſsimus, contrario motu partibus, ne aliquæ [illegible] oſsium extantiæ, non leue periculum eſt. Non enim veluti (inquit Galenus) in ſerra dentibus videre licet, [illegible] vnus eſt, ſemper vtriuſque partis ſinis. Quod ſi illæ (oſsium inquam extantiæ) forte fortuna [illegible], non poterunt adamuſsim ſecum coaptari fracti oſsis fines, tum quia ſi [illegible] fragmenta inter partes [illegible] das interciderint, tum etiam quod [illegible] oſsium forte extra [illegible] & comminuta fuerint, vnde ſpatia inter applicata ſimul oſſa, maneant inania in quæ ſanies collecta, atque temporis tractu putreſcens, totum pariter membrum ſecum corrumpet. Atque hæc tractandæ fracturæ ratio omnibus propemodum

Oſsium extantia.

confractis artubus conuenit, vbi præſertim oſſa fracta ſuo loco (vt ſæpius contingit) exciderint, aliudq; A ſuper aliud efferetur. Neque enim ſemper dum franguntur oſſa, ſuis ſedibus moueri contingit, ſed interdum fracta in ſuo loco, ac naturali ſitu remanent. Quod ante omnia (vt nos admonet Celſus) conſiderari debet. & ſunt notæ certæ, quibus id diſcrimē deprehendere poſſis. Namq; ſi ſuis ſedibus mota ſunt, extima apparent, punctionisq; ſenſum repræſentant, ac tactu (vt *ſupra* annotauimus) inæqualia ſunt. Vbi vero loco ſuo non exciderunt, neq; punctionis ſenſus vllus, neq; vlla, quæ tactu percipi poſſit, inæqualitas adeſt. Cæterum ſi primis diebus oſſa ipſa perfracta & ſuis ſedibus mota, repoſita non ſunt, non leuis inflammationis periculum ſubeſt. Sub qua & difficile & periculoſe vis neruis & tendinibus adhibetur. Atq; hæc de prima intentione dicta ſufficiant.

Notæ oſſis fracti, & ſua ſede moti.

2. Secundus ſcopus.

Secundus ſcopus in curandis fracturis nobis propoſitus eſt, vt oſſibus iam ſic (vt *ſupra* docuimus) prope coaptatis, & e directo admotis, eorum poſitura ſeruetur, & exacte coniuncta maneant, ſic vt priſtinam vnionem imitentur. Porro nequaquam prohibere poteris, quin durā eiuſmodi oſſa, quæ necte finxeris & adamuſſim ſecum coaptaueris, ſua ſede moueantur, & ruſſum diſſideant, ſi ſibi quoquo pacto vel vigilans, vel dormiens, membrum fractum dimoueat. B

Membrum perfractum proſus immotum ſeruandum.

Lib. 6. Meth.

Os fractum deligandum eſſe, & quare.

Deligaturæ modus.

Com salubre Hipp de fracturis & 6. ther.

Ergo vt ſecundum hunc ſcopum aſſequaris, perfractum membrum prorſus immotum contineri neceſſe eſt. Quod ſi ipſi quidem ægrotanti, vt quietudini membri proſpiciat, permiſeris, vigilans forte ſis (quemadmodum inquit Galenus) probe id curauerit, at dormiens omnino membrum mouebit. Vt igitur non dormientis modo hominis, ſed etiam ad deſidendum, itemque cum cubile rederitur ſurgentis, eorum, quæ rite formata & exacte coniuncta ſunt, poſitura ſeruetur, tuta deligatura complecti fracturam oportet, quæque fracti oſſis partes ſecum coarctare adamuſſim poſſit: Tuta autem non erit deligatio, ſi vel nimis arcta, vel laxa nimis fuerit. Quandoquidem per laxiorem oſſibus moueri licet, per arctiorem vero & vehementius aſtringentem, & alimenti in locum affectum diſtributio prohibetur, & dolor (qui humorum in ægram partem affluxus euocat, & phlegmonas creat) excitatur. Danda itaque opera eſt, vt vtrumque exceſſum declinemus. Conſtrictio igitur mediocris eſto, tum noſtri ſenſus, tum ipſius ægrotantis iudicio. Ac ſi quidem æqualis eſſet craſſitudinis membrum, quodque, vtiq; latiſſima faſcia (vt Galenus ait) commodiſſima eſſet, vtpote quæ totum æqualiter continenterque ex omni parte fractum os complecteretur. Sed quoniam id non eſt, quod deeſt nobis ex faſciarum latitudine, circuituum numero penſabimus, vt in artubus ipſis, qui omnium maxime fracturæ per tranſuerſum factæ, expoſiti ſunt. In talibus namque tutior eſt anguſta deligatura, quam valde lata & remiſſa: C Quippe quæ nec rugas, vt ea, quæ latiore faſcia fit, contrahat, & totius membri circundata eſt, cutem contingat. Eo igitur vſque augere tibi latitudinem faſciæ licet, quoad nulla eius pars laxior efficiatur. Cæterum in eiuſmodi deligatura, quæ fracturis in medio præſertim brachii vel tibiæ, aut femoris exiſtentibus adhibetur, duabus faſciis lineis mollibus (iuxta Hippocratis dogma) opus eſt. Has autem Hippocrates ipſe nomine peculiari ὑποδεσμίδας, id eſt, ſubligamina ſeu malis ſubfaſciationes, appellauit. Primæ faſciæ initium ſuper fracturam inieci debet, ac circa eam bis terve conuoluta, ſurſum verſum ferri, & quaſi in cochlea ſerpere, atque illic deſinere. Id tamen perpetuo obſeruandum eſt, vt multum partis ſanæ faſcia hæc complectatur. Ita enim fiet, vt & firmius repoſita ac conformata oſſa contineantur, & magis ab affecto loco in circumuicinas partes humores elidantur, magiſque, ne his e ſuperiori parte eo defluant, impediantur. Altera etiam ſuper fractura debet incipere priori adiecta, deorſumque (vbi primos complexus ſuper fracturam fecerit) tendere, atque inde iterum reducta in ſuperiore parte vltra priorem faſciam deſinere. Quocirca dimidio longior priore eſſe debet. Terminus autem longitudinis earum faſciarum, non vnus ac certus ſtatui poteſt, ſicuti nec etiam latitudinis, ſed pro magnitudine D fracturæ, & perfracti membri craſſitie vtraque dimenſio varianda eſt. Hanc Hippocrates *libro τῶν κατ' ἰητρεῖον* id eſt, *de Medicina ſeu Medici officina, & libro de fracturis* trium aut quatuor, aut quinque, aut ſex cubitorum longitudinem, digitorum vero latitudinem conſtituit. Digiti autem & cubiti intelligendi ſunt eius ipſius, qui deligatur, nempe vel viri adulti, vel puerulí. Hæc autem duplicis deligaturæ ratio, ex ipſa rei natura deſumitur. Quandoquidem duo hæc prima linea fracturam quidem muniunt ac ſtabiliunt, nec phlegmonem (quæ in hac re in primis eſt arcenda) oriri ſinunt. Siquidem & ab integris ad laborantem particulam ſanguinis confluxum arcent, & quod iam collectum in ea eſt, exprimunt. Prior quidem deligatura, quod in læſa parte continetur, ad ſuperpoſita expellit atque elidit: quod vero ex iis (ſuperpoſitis, inquam, partibus) in locum perfractum confluit, repellit. Altera vero primis quidem complexibus, quos, vt *ſupra* diximus, ſuper ipſius fracturæ locum facit, itemque deorſum tendente, quædam ad inferiora extrudit, quædam, ne quid ex iis in locum fracturæ confluat, prohibet. Reliquis vero deinceps complexibus, quibus videlicet ab inferioribus partibus ſurſum verſus recurrere deligaturam diximus, vt eodem ſcilicet loco cum priore faſcia, ſecunda deſinat, tum ad ſuperiora (vt & E priore ligatura) repellimus, tum confluxum ab iis prohibemus.

Anguſta deligatio artubus vtilis.

Ratio deligandi artus perfractos ex Hipp. Gal. & Celſo.

1.

2.

Hanc ſecundam faſciā non bis aut ter, vt in priore ligatura ſed ſimel tantum membro perfracto circūdari Hipp.

Primus deligaturæ vſus & facultas. Quid, ſecunda deligatura efficiat.

Cæterum priuſquam faſciis huiuſmodi fractura deligetur, vnus aut alter panniculus lineus, candido oui liquore & roſaceo delibutus, nudo membro non abſq; ratione a recentioribus Chirurgis ſuperaccommodatur, ea quidem magnitudine, vt etiam aliquid partis ſanæ comprehendat. Sunto autem eiuſmodi faſciæ duæ prælongæ, nempe quatuor aut quinq; aut ſex, vt diximus, cubitorum, & circa tres quatuorve digitos latæ, aqua aut poſca potius madefactæ, & poſtea expreſſæ, præſertim ſi fractura inflammatione vacet, recenſq; ſit. Si vero dolor vehemens, aut inflammatio adeſt, lanis tenuibus mollibus q;, aut ſtupis leuibus oleo vel oxycrato imbutis membrum contegendum eſt, & non ita arcte deligandum. Satis enim fuerit tunc, ſi deligatura adhibeatur, quæ & membrum vtcunq; fulciat, & admota medicamēta, adhęc ſymptomata profliganda idonea, contineat. Verumenimuero cū hæ duæ primæ deligaturæ

Faſciarum longitudo & latitudo.

Si inflammatio adeſt cū fractura.

A ad ambos hos vſus, quos *ſupra* retulimus (nempe ad fracturæ munimentum ſtabilimentumque & vt phlegmone excitari prohibeatur) non ſatis adhuc faciant, præterea ſolæ, ad earum quidem faſciam & fracturæ ſtabilimen, Hippocrates remedium excogitauit, vt ſcilicet plagulæ ſiue ſplenia ἐπιδέσμοι forma ita appellata, vna cum exterioribus faſcijs, quas *ἐπιδέσμους*, id eſt, ſuperligamina vocat, deſuper admbeantur. Et hæc quidem tertiæ deligaturæ rationem quibuſdam obtineat. Splenia enim eiuſmodi ſiue plagulæ duarum primarum faſciarum, quæ peculiari nomine *ὑποδεσμίδες*, id eſt, ſubligamina Hippocratis appellantur, firmamenta ſunt, vt *commentarijs in libro Hippocratis de fracturis* Galenus annotauit. Ne autem phlegmone ſuſcitetur, medicamento quoque iam eius, quæ inflammationum initia arcent, vti cenſuit. Quale nimirum eſt ceratum humidum ſiue liquidum, quod conficī ſolet ex cera in roſaceo aut oleo colliquata, aut eius loco roſaceum. Huius ſententiæ fuit & Cornelius Celſus *libro octauo*, ſic inquiens *Super has* duas, inquam, primas deligaturas, *iniiciendum latiore linteo ceratum eſt, quod eas contineat*. Quod ſi oſſis fracturæ, carnis quoque vulnus acceſſit, neque ceratum, neque roſaceum toto admoueatur quandoquidem hæc vlcus tum ſordidum, tum putre efficerent, ſed in vicem eorum puluilli prælongi vino nigro ac ſtyptico imbuti, ſuperiniciendi erunt. Reliqua autem curatio, quæ eiuſmodi fracturis cum vulnere incidentibus conuenit, in *ſequentibus* dicetur.

Splenia cur adhibeat Hippocrates

Ceratum humidum cur adhibeatur

Si oſſi fracturæ carnis quoque vulnus acceſſit.

B Porro præter has modo a nobis commemoratas deligationes quaſdam adhuc alias quatuor commemorat Aurelius Celſus *capite decimo libri paulo ante citati*. Sic autem eas diſpenſat, vt ſemper inſequens priori aduerſa ſit, & tertia faſcia (quæ duas primas ac ſplenia comprehendit) tantum in inferiore parte tres reliquæ in ſuperiore finiant. *Quo faciendum eſt*, inquit, *ſeptimo circuitu quam aſtringi. Siquidem id, quod a ſtrictum eſt alienatur, & cancro opportunum eſt*. Quo loco (ni fallor) cancrum pro ſphacelo, quem vulgus Medicorū eſthiomenum vocat, vſurpauit, vt & quibuſdam alijs locis.

Alia quatuor Cor. Celſi deligatura.

Cæterum cum multis complexibus atque inuolutionibus duæ illæ *ſuperius* commemoratæ Hippocratis deligaturæ, fracturam contineant (alias enim parum tutæ eſſent, tam numeroſis faſcijs opus eſſe minime cenſeo. Hæ enim in membro ipſo perfracto, præter ſolitum cooperto, & pruritum & dolorem (quæ duo ſymptomata à fractis membris diligenti ſtudio arcenda ſunt) excitare, atque etiam eius, quod iam infixum fracturæ eſt, perſpirationem prohibere poſſunt.

Cornelij Celſi opinio reſutatur.

Porro vbi decenter ſic membrum confractum deligaueris, de appoſita repoſitionis ipſius figura, maxima tibi ſolicitudo habenda eſt. Siquidem ſub alia forma aut figura membrum perfractum deligare, in aliam vero mutare ac reponere, non dolorem modo (vt inquit Galenus) excitare poteſt, verumetiam oſſa intorquere. Neceſſe enim eſt, vbi figura mutatur, alios muſculorum tendi ac velut contractos C rotundari, alios vero ſolui ac renitti. Vbi autem tenduntur, tum premi eos a deligatura eſt neceſſe, tum ex compreſſione ipſa dolere. At vbi tenſio remittitur, quo loco deligatura eſt laxa, ibi fracturam fulcimento deſtitui.

De appoſita repoſitionis perfracti membri figura ex Galeno.

Cæterum aptiſſima fuerit in oſſium fractorum repoſitione, ſicuti etiam & in retractione, (quam antitaſin diximus à Græcis appellari) & coaptatione, & deligatione, partis figura, quæ vt verbo vno dicatur, maxime à dolore abeſt, & in qua æger perſiſtere immotus diu poſſit. Hæc enim & rectiſſima eſt, & maxime naturalis membro ac fere conſueta. Rectiſſimam autem hic partis figuram cum Gal. vocamus, quæ venas, arterias, & muſculos quam rectiſſimos habet. Itaque angulota figura, quæ ἐγγώνιος Græce dicitur, brachio quidem maxime naturalis eſt: cruri vero, quæ paulo nimus porrecta eſt. Hæc namque & rectiſſima eſt, & à dolore maxime aliena. Cæterum tametſi angularis figura, quæ Græcis ἐγγώνιος dicitur, proprie ea dicatur, quæ acutum angulum, quem recto minorem appellamus, efficit, per engonion tamen, id eſt, angularem figuram, Hippocrates eam intelligit, quæ recto angulo conſtituitur, nō D prorſus tamen recto, vt *quodam in loco* Galenus eſt interpretatus, ſed prope ad rectum accedente, ita vt paululum ad obtuſum tendat: cuiuſmodi in manu, quod vulgo brachium appellamus, ea figura eſt, non quæ prorſus quidem inter extenſionem & inflectionem media eſt, ſed quæ ad extenſionem procedere incipit. Quo plerunq. poſitu eos, qui dolore afficiūtur, ſi diligēter inſpexeris, manus tenere deprehēdes.

Repoſitionis figuram ad eos dirigendam eſſe.

Porro vt dolor vitetur, cum ad quietem membrum reponitur, non modo naturalis habitus cuius inſtrumento eſt vtilis, verum etiam conſuetudo quoq. conducere nonnihil videtur. Ergo vt apte membrum perfractum, & decenter ligatum reponatur, ea ſitus figura illis inuenienda, quæ & naturalis ſit & conſueta, & à dolore maxime aliena. Sed iam hæ indicationes inter ſe conſentiunt, & conſpirant maxime. Nam quæcunque figura magis, quam alia, eſt a dolore libera, ea & maxime naturalis membro, & fere conſueta eſſe ſolet. Atq. econtra, quæ naturalis & conſueta eſt, ea a dolore eſt alieniſſima. Atque hæc quidem figuræ, in qua cuſtodire membrum perfractum conueniat, inueniendæ ratio eſt.

Ratio inueniendæ figuræ, in qua cuſtodire membrum perfractum conueniat, ex Galeno & Hipp.

Vt autem in hac naturali, & quæ doloris minimum habeat, figura immotum prorſus (quoad expediet) membrum perſiſtat, recentiores Chirurgi ſecundum deligaturam, protinus ferulas etiam circūponunt, ipſas quidem conſtringentes, prout ſenſus & tumor ex inflammatione (ſi qua adſit) poſtulat. Ve E teres autem, vt Hippocrates, Celſus & Galenus, à die tantum ſeptimo vel etiam nono & vndecimo, ferulas accommodabant. Verum non ab re factum putamus, ſi ſtatim ab initio poſt deligaturam ferulæ inijciantur, modo nimis premendo dolorem non excitent, aut phlegmonem (quæ maxime arcenda erat) accerſant, vel præſentem (ſi adſit) exacerbent. Quæ igitur à principio adhibentur à recentioribus ferulæ, non eo nomine adhibentur circumponunturve, vt aſtringant, ſed vt aptationis figuram contineant, & oſſa in ſuam ſedem repoſita vtcunque fulciant. Primis namque diebus cum phlegmones deuitandæ conſilium vinceret, tutum non erat perfractum membrum ita ferulis premere. Cum vero nullus iam amplius futuræ inflammationis metus ſit, aut ea, quæ prius fuit diſcuſſa, membrum aliquanto gracilius, quam pro naturali habitu apparuerit (quod intra ſeptimum diem fere ſolet contingere) tum licebit fe-

Forma quādo in fractura circumponenda.

Qua ſtatuere oporteat in ferulas adhibendas.

Ferulæ ab initio non ſtrictæ aſtringenda quam vt oſſa contineant.

rulas circumponere, & eas (vt fractura[m] ſtabiliant) valde ſatis aſtringere. Ferularum enim vſus [illegible] eſt, A
Ferulæ quales eſſe debeant. qui & plagularum ſeu ſplenioru[m], nempe vt fractum os contineant, & deligationem ſtabiliant [illegible] ment. Sunto autem ferulæ, vt *libro*, qui inſcribitur [illegible], id eſt, *de iis, quæ in medicatrina [illegible] oſſium fracta ſunt*, recte præcepit Hippocrates, læues, id eſt, læuigatæ & planæ æquabiles, id eſt, neque in latus, neque in ſuperiorem aut inferiorem partem [illegible] in ſummis partibus, id eſt, extremitatibus, tenuæ,
Leues. id eſt, leniter deraſæ ac retuſæ minores hinc in [illegible] deligatio eſt, [illegible] a parte craſſiores, id eſt, latiores & valentiores, [illegible], id eſt, [illegible]. Læues autem ferulas, id eſt, non aſperas (læui enim aſperum opponitur) adhibendas eſſe cenſet Hippocrates, ne ſua aſperitate, & inæquabilitate (quod enim aſperum eſt, continuo etiam eſt [illegible] partibus negotium facessant: Vtroque e-
Æquabiles. nim modo comprimunt. Cæterum quoniam fieri poteſt, vt ferulæ læues ſint, non tamen æquabiles (inæquabile enim non protinus neceſſe eſt aſperum eſſe, [illegible] quæ aſcenſus habet & deſcenſus) nõ aſperos, ideo non ſolum læues, ſed etiam æquabiles, id eſt, non diſtortas aſſumendas eſſe ferulas monet.
Simæ. Quæ enim diſtortæ ſunt, ſimiliter vt aſpera lædunt, ac illud inſuper efficiunt, quod deligationem ſimul diſtorquent: qua diſtorta, pars etiam fracta diſtorqueatur, neceſſe eſt. Simas præterea in extremis partibus eas deligi voluit, id eſt, vt Galenus interpretatur, leniter deraſas ac retuſas in extrema parte, ne ſua acutie articulum lædant, & æqualiter vbique partem fractam propter æqualem ſuam craſſitudinem, cõ-
Craſſæ. primant: quod certe fieri nullo modo debet. Vult enim Hippocrates, vt in media parte, hoc eſt, ſupra locum fracturæ, [illegible], id eſt, ferulæ deligationem magis aſtringant. Hinc ea parte, hoc eſt, ſupra fractu-
Minores. ram ipſam, craſſiores eſſe iubet: quia ſedes et locus ipſe [illegible] vt *ſupra* oſtendimus, compreſſione [illegible] rum indiget. Vult item minores eſſe longitudine, id eſt, [illegible], quam ſit ipſa deligatio, ne cutem vltra deligationem [illegible], quæ [illegible] numero ex eo, quod [illegible] faſcias expreſſas [illegible] pit, paulo altius [illegible]. Sed & [illegible] ferulas [illegible] præcepit [illegible] Hippocrates pars eminentior, id eſt [illegible] & carne nudata, attingatur, vt [illegible] cubitum, & malleolos, vbi ſuæ ex-
tuberationes ſunt.

Modus ac ratio adhibendi ferulas. Modus autem ac ratio adhibendi ferulas, [illegible] eſto. Splenia triplicia aut quadruplicia oleo di[illegible] buta, ſuper faſcias [illegible] atque æqualiter, ſi membrum in craſſitie fuerit æquale circundato. Si vero inæquale [illegible] partibus [illegible] per ſplenia repletis, membrum vndique æquale ferulis accommodandis [illegible]. Deinde ferulas [illegible] ſplenia media [illegible], in orbem, non minore, quam vnius digiti [illegible], fracturæ circundato, eaſque leniter ac moderate conſtringito. Sed & in hac C
ferularum [illegible] opere cauto, quatenus fieri poteſt, ne articulus aliquis (vt *paulo ante* [illegible]) & [illegible] pars, ab eis attingatur. Vlcera ſiquidem in ipſis nonnunquam, & [illegible] inflammationes pariunt. Itaque illic, hoc eſt, iuxta articulos ipſos deligatione aliquanto (vt diximus) breuiores, tenuiores, laxiores & magis flexibiles ferulas eſſe [illegible], quemadmodum va-
Quando ſoluenda deligatio. lentiores [illegible] fractura [illegible] atque melius. Cæterum ſi nulli [illegible] inflammatio, nulla [illegible] [illegible] nullus dolor [illegible], & [illegible] fuerint, fractura que recte procedit, ſic [illegible] [illegible] decimum vſque diem, vel quintum & decimum, aut etiam vigeſimum, v-
[illegible] eſt. Si vero membro [illegible] præter [illegible] cooperto, vel dolor excitetur, vel pruritus cieatur, vel [illegible] fracturæ eſt [illegible] prohibeatur, propter quam non modo noxius pruritus [illegible] accidit, ſed [illegible] ſola [illegible] acrimonia nonnunquam cute, exulceratio concitatur, non abſre fecerit, ſi tertio quoque die, vt iuſſit Hippoc. deligationem ſoluens, & membrum ipſum aqua temperata perfundens ac fouens. Hæc enim perfuſione & [illegible] atque erodentem ſaniem diſcuties, & dolorem mitigabis, & pruritum [illegible] medeberis.

3. *Tertium ſcopus. Porri generatio.* Porro cum nec ferulis, nec deligatione, nec figura ſitu ve mẽbri appoſito, diuiſæ oſſis partes, tam- D
etſi exacte atque ad amuſſim coniunctæ fuerint, citra glutinum aliquod vinculum ve (vt [illegible]) coire ac concreſcere poſſint, maxima calli, [illegible] Græci dicunt, [illegible] gignendi ſollicitudo [illegible] eſt. Ad hunc igitur gignendum cogitare [illegible] aliquid proprium oſſium alimenti, [illegible] oportet, quod in labiis fracturæ coaleſcit. Ipſum igitur nec eluendum, ne foras euocandum [illegible] nendum. Craſſa autem hæc [illegible], ex genuino, maximeque idoneo oſſis alimento redundans (quæ propria eſt calli [illegible]) [illegible] circiter duodecimum, aut decimum quintum ab oſſis fra-
Callum quibus notis generari deprehẽdatur. ctura fere gigni, atque accreſcere incipit, vt recentiores Chirurgi teſtatum reliquerunt. Cæterum huius generatio (quæ in aliis citius, in aliis vero tardius aduenit) iis fere notis deprehenditur. Dolor, qui prius aderat, ſedatur, nullus amplius inflammationis, aut tumoris alicuius præter naturam [illegible], in membro perfracto bonus ac natiuus color efflorescit. Vniuerſa autem victus ratio poro gignendo ac-
Victus porro gignendo aptus. Lib. 6 Meth. commodata, talis eſto. Dum callus gignitur, victum paulo pleniorem, quam ab initio fracturæ, laboranti inſtituito. Cibos, qui boni ſucci ſint, & multum nutriant, [illegible] vulnus adeſt exhibeto. Sed & quæ offeruntur alimenta, talia ſunto, ex quibus prouenire ſuccus ſoleat non ſolum bonus, ſed etiam tenax, ex E
quali fieri callum maxime expedit. Quippe [illegible] inquit Galenus [illegible] ex ſerola humiditate [illegible] protinus nequeat ex craſſa vero, ſed quæ [illegible] expers, gignitur quidem porus [illegible] gniter, cæterum tempore [illegible] obnoxius redditur. Itaque poro gignendo conueniunt Alicentiæ *oryza pannu* [illegible], *frumentum triticum, tam diu in aqua coctum, donec* [illegible] *fiat* inquit [illegible] id Calli vulgo appellant *fromentee* Alicam nonnulli eſſe exiſtimant. Ad [illegible] pedes, ventres, & capita animalium, ſed præcipue hœdi & veruecis Hæc enim & multum alunt, & craſſi ac tenacis ſucci ſunt. Circa initium fracturæ vſque dum callus gignatur (quod fere circiter decimum diem contingit) ægrum tenuiſſime cibato. Cibi namque tabefacientes (vt cenſuit Hippocrates) [illegible] non va-
lidæ

A & non validæ materiæ tunc ſatis ſunt. Venam interdum, cum ſcilicet res expoſtulat, ſecato, & per ventrem ſuperuacua expellito. Carne & vino vſque ad decem dies, ex Hippocratis præcepto, abſtineto. Poſt hoc tempus, vinum craſſum & ſtypticum audacter concedito, tametſi Celſus vinum per omne tēpus alienum eſſe dixerit. Magnitudo calli nec minor, quam par eſt, nec maior iuſto ſit, ſed mediocritatem ad vnguem ſeruet. qui enim iuſto minor eſt, hic oſſa parum tuta reddit. qui maior eſt, dolorem muſculis inuehit. ergo calli magnitudo, vt breuiter dicam, ea ſit, quæ & oſſibus tuto vinculo ſit, nec muſculos tamen comprimat. Attendendum vero diligenter eſt, quemadmodum nos Galenus admonet, vt vel promoueatur, ſi minor iuſto prouenіat: vel inhibeatur, ſi immodice creſcat. Quibus vero hæc efficies, *paulo poſt* dicemus. Atque hæc de pori generatione, qui tertius erat ſcopus, in curandis fracturis nobis propoſitus, dicta ſufficiant. Superest igitur, vt de quarto & vltimo ſcopo agamus, qui diſpoſitionũ præter naturam, quæ fracturæ interueniunt, emendationem atq; ablationem cōcernit. Eæ autem fere ſunt, dolor, inflammatio, pruritus, vulnus, immoderata ſiccitas aut humiditas callo gignendo obſiſtens: gangræna, durities pori magnitudo, aut deficiens, aut excedens.

Libro de fracturis. *Pori magnitudo.* *4 Quartus ſcopus.* *Symptomata, quæ fracturam comitantur.*

Itaque ſi dolor aut inflammatio adſit, deligationem, ſi iam facta eſt, ſtatim ſoluito, & lanam, oleum, & acetum, caeteraque id genus alia auxilia parti dolenti, atq; ei inflammatæ admoueto. Sed neque B priuſquam hæc ſedata fuerint, vel deligaturam adhibeto, vel ferulas circumponito, niſi duntaxat eatenus, vt membrum faſcient, & vt impoſitum medicamentum contineant, hoc eſt, laxe admodum. Celſus conſulit liberale fomentum aquæ calidæ, dum inflammatio adeſt, cum vero ea deeſt, modicum. Sedata inflammatione & dolore ſublato, deligationes, & ferulæ, vt *ſupra* diximus, adhibendæ ſunt. Si noxius pruritus accidit, & erosa à ſaniei acrimonia (vt aliquando contingit) cute, exulceratio concitatur aquæ temperatæ tantum ſuperinfundere oportet, quantum ad euocandam eiuſmodi ſaniem eſt ſatis. Hoc quidem Hippocratis & Galeni conſilium fuit. Recentiores autem Chirurgi aquam ſalſam infundi præcipiunt, aut vnguento albo, vel eo, quod vulgo populeum appellatur, membrum illini, & vt *ſupra* dictum eſt, deligari.

Dolor. *Inflammatio* *Fomentum aquæ calidæ.* *Pruritus.*

Cum oſſis fracturæ, carnis quoque vulnus acceſſit, ſiue ſtatim ab initio id factum ſit, ſiue poſtea à Chirurgo inductum, vt oſſium fragmenta, & ea præſertim, quæ pungunt, eximantur, ſiquidem ſanguis profundatur, hunc prius aptis remediis ſiſtito. Si inflammatio oriatur, præſidiis in eam efficacibus vtitor.

Vulnus.

C Si carnes contuſæ ſint, partem affectam, vt gangrænæ periculum euitetur, ſcarificato. Quod ſi gāgræna quoque ipſa, aut alia quæpiam ſerpens putredo iam occupauit, conuenienter occurrito: horum autem omnium curationem *in ſuperioribus libris* tradidimus. At ſi nihil horum affuerit, neque magna oſſis pars nudata ſit, hamulis ſuturiſq; vſi, his medicamentis, quæ cruentis imponuntur, medebimur, prius tamen fragmentis oſſium euulſis.

Contuſio. *Gangræna.*

Cæterum deligatura fracturæ eiuſmodi cum vulnere factæ, hoc modo adhibenda eſt. Orbiculares faſciæ partibus vulneris vtrobique, hoc eſt, ab vtraque vlceris parte iniici debent, oblique vero ſupra ipſum vulnus in longitudinem collocandæ ſunt, ſic vt per decuſſationem ad X literæ ſimilitudinem iuxta hiatum occluſio ex omnibus fiat. Hippocrates tamen a prima ſtatim circumuolutione, faſcia latiore totum vlcus comprehendit, ita vt nulla eius pars nuda relinquatur. Itaque ſi ſordidum adhuc vulnus eſt, expurgantia medicamenta, quando opus erit, impones. Si purum, carnem producentia, linteolis illita, aliamque vſu comprobatam materiam adhibebis. Hippocrates tamen ſtatim ab initio picatum ceratum, quod ceram in roſaceo, aut oleo colliquatam, & picis ſiccæ aliquantulum aſſumit, ſupra vulnus in linteolis adhibet. At Galeno authore vel his accretio dꝫe, cum ea, quæ in vlcere ſunt, D concoquat, adhibetur. Cornelius Celſus omnibus his vulneribus primo imponendum iubet linamentum vino madens, cui roſæ paulum admodum adiectum ſit. (*Si æſtiuum tempus eſt* inquit Hipp.) *ſplenia vino frequenter ſunt irriganda: ſi hyemale, lana multa ſuccida ex vino ſi per imponenda ſunt.* Lanarum namque ſuperpoſitione, & olei commiſtione, refrigerationis vehementia (quæ in huiuſmodi affectibus conuulſionis periculum interdum inuehit) obtunditur. Vino autem, in recte facta plaga, læ ob vinum reprimendi vim habent.

Deligatura fracturæ cū vulnere accommoda. *Hippocrates*

Cæterum vbi purgata vlcera fuerint, & in eis iam caro increuerit, ferulæ non incommode iniicientur. Aliqui vero etiam ab initio ipſas accommodant, vlceris locum vitantes, & prout neceſſitas, ac vſus tulerit, ipſas modo conſtringunt, modo remittunt. Sed hęc curandi ratio ab Hippocrate & Cornelio Celſo non probatur. Hi enim pluribus tantummodo & latioribus faſciis ferulas, ne videlicet comprimendo lędant, ſimiliter & canales omnino reiicientes, deligaturam in eiuſmodi fractura, quę cum vulnere incidit, fieri iubent, laxius ſcilicet, quam ſi ea plaga non eſſet. adeo vt aſſulæ quidem, non cōpreſſę tamen faſciæ ipſę eſſe videantur. Ita namq; (inquit Celſus) numero faſciarum efficietur, vt laxæ quoq; ę que contineant. Ac ſatius quidem eſt, ſępius circuire, vt ante Celſum ſcripſerat Hippoc. quam E aſtringere. Sed & in eas faſcias multiplices ingerendum ſubinde, eodem Celſo authore eſt calidum oleum & vinum, magiſque vbi ſic cum vulnere fractura à principio incidit, fame, id eſt, exquiſitiore victu vtendum: vulnus calida aqua fouendum, friguſq, omni ratione vitandum, & tranſeundum ad medicamenta, quæ pus mouendo ſunt idonea: maiorq; vulneri, quam oſſi cura agenda.

Ferulæ quādo in fractura cum vulnere adhibenda. *Corn. Celſus*

Vt autem de hac re, quod ad ferularum appoſitionem attinet, ſic apud authores etiam eximios controuerſa, id, quod res eſt, ſemel ſtatuamus, hoc tibi, tanquam axioma, id eſt, pronunciatum eſto. Cū fractura cum vlcere interdum in longitudinem membri contingit, tunc ex vtraque vlceris parte ferulas etiam ab ipſo curationis principio circundare licitum eſt. Cum vero tranſuerſum vlcus euadit, idque maxime ſi maius ſit, ferulas ſtatim ne imponito. At ſi ſquamula aliqua ex oſſe reſoluitur (id quidem

Si oſſis pars aliqua receſſerit.

 colligi

colligi ex eo poteſt, quod & copioſior, tenuiorque humor profluit, & caro circa vlcus laxa, & mollis A effecta intumeſcit) deligatura laxiore ad curationem vtendum eſt, ne ſcilicet pus intercludatur, ſed effluere facile queat: frequentiuſque, vt conſulit Hippoc. religandum, quoad os receſſerit, ferulæque non apponendæ. Vbi vero vel hamulo, vel quopiam alio eiuſmodi inſtrumento ſquammam euelleris, deligatura iterum validiore membrum aſtringes.

Si fragmentum oſſis emineat.
Lob aſtans.

Porro per totum id, quo vlcus curatur, tempus, medicamen aliquod ex his, quæ inflammationem arcent, linamentum continens, vulneri incumbet, ac ſimplices faſciæ inijcientur, quæ ſingulis curationibus reſoluentur, cum aliæ *ſupra* dictæ remaneant. *Inter hæc autem, ſi quod paruulum fragmentum oſſis eminet, id ſi retuſum eſt, in ſuam ſedem dandum: ſi acutum, ante acumen eius ſi longius eſt præcidendum: ſi breuius, limandum. & vtrinque*, inquit Celſus, *ſcalpro limandum. Tum ipſum recondendum eſt: ac ſi id manus facere non poteſt, volſella, qua fabri vtuntur, injicienda eſt, recte ſe habentis capitis ab ea parte, qua ſima eſt, vt ea parte qua gibba eſt, eminens os in ſuam ſedem compellat. Si id maius eſt, & membranulæ fragmenta cinguntur, ſinere oportet ea medicamentis reſolui, idque os vbi iam nudatum eſt, abſcindere: quod maturius ſcilicet faciendum eſt, poteſtque ea ratione & os coire, & vulnus ſaneſcere: illud, quo tempore, hoc prout ſe habet. Nonnunquam etiam* (inquit) *in magno vulnere euenit, vt fragmenta quædam velut emoriantur, neque cum cæteris coeant. Quod hic quoque ex modo fluentis humo-* B *ris colligitur, quo magis neceſſarium eſt, ſæpius vlcus reſoluere atque nutrire. Sequitur vero, vt id os per ſe poſt aliquot dies excitat. Cæterum cum tam miſera antea conditio vulneris ſit, tamen id interdum maius diutius facies. Sæpe enim integra cutis oſſe abrumpitur, protinuſque prurigo & dolor oritur. Quæ ſoluere ſi accidit, maturius oportet, & fouere aqua per æſtatem frigida, per hyemem tepida. Deinde ceratum myrteum imponere. Interdum fractura quibuſdam velut aculeis carnem vexat, quo a prurigine, & punctionibus cognito, aperire id melius, eoſque aculeos præcidere neceſſe habet. Reliqua vero curatio in vtroque hoc caſu eadem eſt, quæ vbi ictus protinus vulnus intulit.* Hactenus Cornelius Celſus de fractura cum vulnere facta. Nunc cætera proſequamur.

Si fragmenta velut emoriantur.
Vulnus interdum maius efficiendum.
Si fractura quibuſdam velut aculeis carnem denotat.
Siccitas callo generando obſiſtens.

Dum valenter nimis ſiccantur oſſa, callus ægre prouenit; expedit igitur iſtis ita reſiccatis oſſibus, tertio vel quarto die modice aquam calidam infundere. Hanc metam finiendæ perfuſionis habentes, cum carnes in rubrum tumorem attolluntur. Atque in iis quidem, prius quam ſubſidere incipiant, deſiſtendum eſt. Contra vbi digeri quid volumus, non prius eſt deſiſtendum, quam quod ex perfuſione intumuit, ſubſidat.

Humiditas calli generationem impediens.

Si vero humiditas abundantior calli generationem impediat, ibi hanc ſiccare conuenienti deligatura, & perfuſione aquæ, quæ vel minima omnino ſit, vel plurima, conabimur. Quippe minima, vt C *ſexto methodi* Galenus ait, *cum prius deſiccat, quam aliquid confluat, & qui ad manum, id eſt, in ſuperficie, ſunt humores, per halitum digerit, & qui in alto ſunt, modice liquat. Expedit autem ita ſolum liquari ea, quæ per deligaturam ſunt expellenda. Plurima vero perfuſio plus digerit, quam attrahit: atque ita commodat ſuperfluæ humiditati.* Attendendum vero (vt *ſupra* monuimus) diligenter eſt, vt vel augeatur callus, ſi minor iuſto eſt, vel inhibeatur, ſi nimius ſuperuenit. Vtrumque autem corrigitur perfuſionis quantitate & qualitate, ciborum etiam ac medicamentorum, quæ extrinſecus apponuntur, facultate. Ac de perfuſionibus quidem & victus ratione, iam *ſupra* eſt dictum.

Qua ratione porus vel augeri vel minui poſſit.

Ex medicamentis vero quæcunque emplaſticam ſubſtantiam habent (cuiuſmodi eſt emplaſtrum, quod ex pice conficitur) ac modice calefaciunt, ea (Galeno authore) callos tum promouent, tum vero augent. Alimentum enim copioſius in os perfractum attrahunt, ſicuti & moderatæ aquæ temperatæ perfuſiones, & idoneæ frictiones. Quæ vero digerendi vim obtinent medicamenta, ea callos maiores iam factos eidem Galeno imminuunt. Cum recens adhuc callus eſt, medicamentis valde aſtringentibus Paulus vtendum eſſe cenſuit, cum poſita paulo adſtrictiore deligationem adhibendam, lamina plumbea etiam interdum impoſita. Hæc enim calli excreſcentiam mire reprimit ac imminuit. Huic rei D efficaciter quoque ſubuenit Celſo, multa ſpongia ex oleo & ſale, & nitro, membri perfricatio, pluriműſque ex aqua calida ſalſa fotus. Poſt hæc malagma, quod digerat, imponendum, aſtrictiuſque alligandum eſſe admonuit, imo vero oleribus, & præterea vomitu vtendum. Siquidem per hæc (vt exiſtimat) cum carne callus quoque extenuatur. Confert etiam eidem aliquid de ſinapi, cum fico in alterum par membrum imponere, donec, inquit, id paulum erodat, eoque euocet materiam. Atque vbi is tumor extenuatus, & qui nimius ſupercreuerat callus, ad mediocritatem redactus fuerit, rurſus ad ordinem vitæ reuertendum erit. At ſi ſolidus lapideuſq; callus, qui ſic immodice increuit, iam euaſit, aperta ibi cute deradendus eſt, parſque eius eminens ſcalpris & terebris etiam, ſi res exigat, admotis, excidenda eſt.

Si nimius callus ſuperincreuerit.
Lamina plumbea.
Si callus in lapideam duritiem & inſignem nimis magnitudinem euaſerit.

Cæterum ſolent aliquando in fracturis diuerſa inter ſe oſſa conferuere, & membra diſtorta callo firmari, difficultate functionum obeundarum haud exigua ſubſequente. Quod vbi contingit, & breuius membrum, & indecorum fit: & ſi capita acutiora ſunt, aſſiduæ punctiones ſentiuntur. Ergo vbi perfracta oſſa ſic conferbuerunt, & perperam ferruminata ſunt, ſi tener ſaltem adhuc callus eſt, & non vltra ſex menſes (vt quidam dixerunt) radices egerit, frangere rurſus, & dirigere ea oportet. Id hoc mo- E do fit: Calida aqua multa, vel decocto aliquo emolliente diebus aliquot membrum id fouetur, & ex cerato liquido perfricatur, aut emplaſtro ex althæa, vel cataplaſmate ex ficubus pinguibus aridis, aliiſque medicamentis callum ſoluentibus (porolytica Græci dicunt) contegitur: Deinde facta ſufficienti emollitione, modo, quo *ſupra* potuimus, a miniſtris duobus, qui in diuerſa contendant, intenditur: & inter hæc Medicus Chirurgus pertrectans oſſa, vt callo adhuc tenero exiſtente, manibus ea diducit, compellitque id, quod eminet in ſuam ſedem: & ſi parum valuit ab ea parte, in qua oſſa inclinant, inuolutam lana regulam obiicit, atque ita deligando (inquit Celſus) aſſueſcere iterum veteri ſedi cogit.

Si oſſa diuerſa inter ſe conferueant & membrū diſtortum callum firmarent.
Oſſa quando iterū frangenda.

Noſtræ

A Noſtræ ætatis Chirurgi male ferruminatum os, in fractura non admodum antiquata, dieb. plus minus quindecim, vt *ſupra* diximus, primum emolliunt. Deinde id in diuerſa extendi iubent, & genu vehementer impulſo, iterum frangunt: quod tamen vetuſtiores Medici non probarunt: Mox fracti oſſis fines adamuſſim ſecum coaptant, ac, vt *ſupra* expoſuimus, curant. Si ab oſſe perperam ferruminato, vetuſtas iam occupauit, ac callus vehementer obduruerit, ſatius eſt malum illi (vt conſuluit Albucaſis) nõ admoliri. Quicunq; enim id rurſus frangere aggreſſi ſunt, poſt vehementes cruciatus in extrema diſcrimina laborantes adduxerunt, ade[illegible]de pauci eorum, qui hoc tormenti genus perpeſſi ſunt, mortem euaſerint. Atqui me[illegible], qui ſic affectus eſt, claudicatu, aut membri alicuius deformitate affectum, ad annos adhu[illegible] perſtitem remanere, quam poſt talem tantumque cruciatum miſerrime ſic inter manus cru[illegible] chirurgi occumbere. Adde, quod ſæpenumero alio loco, quam vbi fractura iam coierat, os ipſum (quod lapidoſus callus firmauerat) frangitur, vt præter quotidianum experimentum, nobis author extitit Auicenna.

Quod ſi laborans, & qui illi aſſident amici, importunis precibus, atq; aſſiduo rogatu te compellant, vt oſſis eiuſmodi male ferruminati, & cuius callus iam obduruit, ac inueterauit, curationem ſuſci-
B pias, in anguſto ſpem eſſe coram illis præfator: deinde opus aggreditor. Summam igitur cutem, & carnem callo ſuperiacentem cultro raſorio aut ſcalpello dextre ac prudenter ſecato, magna cura habita, ne nerui, muſculiue lædantur: deinde oſſium, quæ non recte coaluerant, agglutinationem, ſeu continuationem (quod aiunt) exciſoriis ſcalpris diſſoluito: mox vero eorum ſic diductorum fines ſecum adamuſſim coaptato, ita vt priſtinam vnionem, quo ad licebit, imitentur. Demum cætera fiant, quæ *ſupra* ſcripſimus.

Cæterum ſi ex attritu, membri corruptelæ metus impendet, protinus ſcarificandum erit, reliquaque facienda, quæ *ſupra in gangrænæ & ſphaceli curatione* diximus. Si vero tophacea aliqua durities poſt oſſis perfracti agglutinationem remanſerit, eo modo, qui in *antidotario* exprimetur, diſcutienda & tollenda erit.

Fracturæ quædam ſupra definitum naturæ tempus, ſine callo interdum permanent: quod ob varias cauſas ſolet accidere, nempe vel ob aſſiduas ſolutiones, vel ob id immodicas ſuperfuſiones quas & fomentationes vocant: vel ob intempeſtiuum motum, vel ex faſciarum multitudine, nonnunquam etiam, quia totum corpus non ſufficienter alitur, quo in caſu membrum quoque ipſum (vt Paulus anno-
C tauit) gracilius euadit. Oportet igitur cum aliis, tum præcipue macieí corporis occurrere: quod commode fiet, ſi vel calidis admotis materiam ad membrum perfractum euocemus, vel alimentum copioſius ſubminiſtremus, & balnea reliquaſque animi voluptates adhibeamus. Porro eorum, quæ iam callo firmantur, indicio eſſe, cum alia, tum illud præcipue poteſt, ſi faſciolæ cruentæ conſpiciuntur, nullo etiam in parte oborto vulnere. Quod ideo forſan accidit, quoniam calli ſubſtantia dum coit, in oſſium cauernoſos meatus perrumpens ſanguinis guttas aliquot inde extrudit, exprimitque. Ac de tranſuerſis quidem fracturis, hæc dicta ſufficiant. De longis vero, quæ non tam crebro contingunt, reliqua omnia ad eundem ſe habent modum. Cæterum comprimendæ hæ magis (Galeno authore) in ipſo fracturæ loco ſunt, tum quod receſſit, retrudendum introrſum eſt. Ac de fractis quidem oſſibus hactenus in vniuerſum dictum ſit.

Quid agant chirurgi recentiores in oſſe male ferruminato.

Si ab oſſe male agglutinato vetuſtas iam occupauit.

Albucaſis.

Satius eſſe vel claudũ, vel deformẽ multos viuere annos, quam poſt ingentẽ cruciatum chirurgi pœnam cruciatumque inter eiuſdem manus miſerrime mori. Auicen.

Ex recentioribus.

Si membrũ ex attritu corrumpatur protinus ſcarificandum eſſe.

Si fractura ſine callo ſupra definitũ tempus remanſerit.

Lib. 6.


Nota oſſis perfracti callo firmari incipientis.

D

E

FORMVLA GLOSSOCOMII INSTRVMENTI ad gignendum callum in fracturis idonei, cuius pluribus in locis meminit Galenus.

A



B

Vide huius machinæ ſeu inſtrumenti deſcriptionem apud Galenum *libro de vſu partium ſeptimo, & libro ſexto de morbis curandis.* Item *in commentariis eiuſdem in librum ſecundum Hippocratis de fracturis.*

C

FINIS LIBRI QVARTI DE FRACTVRIS, IOANNE TAGAVLTIO DOCTORE MEDICO AVTORE.

D

GENE-

E

A

GENERALIS DIVISIO LVXATIONVM, IN LIBRVM QVINTVM CHIRVRGICARVM

B

Inſtitutionum Ioannis Tagaultii Medici.

L*Vxatio, Græcis exarthrema, oſſis e ſua ſede dimotio.*

Simplex, Nulli alteri affectui coniuncta.
Compoſita, Alteri præter naturam diſpoſitioni complicata.

Luxatio tam ſimplex, quam compoſita.

Perfecta, ſiue abſoluta, aut completa.
Imperfecta, ſiue non abſoluta.

C *Completa luxatio, ſiue abſoluta.*

Cum os ſuo loco omnino excidit,
Generis nomen retinet, diciturq; abſolute luxatio Romanis, & exarthrema Græcis.

Luxatio imperfecta, ſiue incompleta,

Cum os non in totum, ſed aliquatenus duntaxat ſuo naturali poſitu dimotum eſt, diciturque ſubluxatio Latinis, parathrema Græcis.

Subluxatio, ſeu imperfecta luxatio:

Peruerſio, ſiue diſtortio.
Laxatio ſeu elongatio ligamenti.

Peruerſio oſſis, quæ ſpinæ vertebris maxime eſt peculiaris:

Lordoſis, In priorem partem.
Cyphoſis, In poſteriorem partem.
Scolioſis, In latera.

D *Compoſita luxationum differentia, poſterioris ſeculi Chirurgis*

Luxatio cum { fractura, inflammatione, vulnere, dolore, duritie.

Hæ propriæ differentiæ non ſunt, ſed complicati affectus.

FINIS DIVISIONIS GENERALIS Luxationum.

E

INSTI-

INSTITVTIONVM CHIRVRGICARVM IOANNIS TAGAVLTII DOCTORIS MEDICI, DE luxatis oſſibus in vniuerſum,

LIBER QVINTVS.

Quid luxatio, quæ ſint luxationum differentiæ, & quot modis oſſa luxentur.

CAP. I.

Luxatio quid.

CVM luxationes fracturis proximę ſint, conſequens eſt, vt de iis generatim (quemadmodum & de aliis *ſupra in quatuor libris ſuperioribus* commemoratis affectibus, fecimus) nunc ſermonem faciamus. Luxatio igitur, vt formula quadam definiatur, eſt *articuli e natiuo ſitu, ſeu proprio* quod dicitur *acetabulo, in alienam atque inſolitam ſedem prolapſus, quo motus arbitrarius impeditur*: Græci exarthrema vocant.

Exarthrema.

Huius autem (vt Paulus inquit) nullæ aliæ differentiæ habentur, præter eam, quæ ex maioris minoriſque ratione ſumitur. Cum enim articulus ſua ſede in totum excuſſus deciderit, communi generis vocabulo Græcis exarthrema, Latinis luxatio dicitur. Si autem è compagibus ſuis paululum duntaxat emotus eſt, aut vſque ad ſinus ſeu cauitatis ſupercilium (nonnulli marginem vocant) prolapſus, nobis ſubluxatio, Græca vero conſuetudine parathrema nominatur: ſub qua ſane differentia, & laxationem, ſeu, vt vulgares Chirurgi Auicennæ interpretem ſecuti loquuntur, elongationem ligamenti comprehendimus, ſicuti & diſtorſiones ac peruerſiones cum pluribus oſſibus, tum vero maxime ſpinæ vertebris familiaris oſſa duobus modis potiſſimum ſuis ſedibus Celſo mouentur. *Nam modo, quæ iuncta ſunt inter ſe duntaxat* (inquit) *dehiſcunt, vt cum latum ſcapularum os ab humero recedit, & in brachio radius e cubito, & in crure tibia à ſura, atque etiam interdum à ſaltu, calcis os e talo* (quod raro tamen fit:) *modo vero ſuis acetabulis ex toto prolabuntur, hoc eſt ſuis omnino ſedibus excidunt.* Vertebræ namque & articuli propemodum omnes, tametſi validis neruis ac ligamentis comprehendantur, ſæpius tamen ſuis ſedibus elapſi decidunt: aut vi ſcilicet expulſi, aut aliquo caſu nerueis ligamentis, vel ruptis vel infirmatis, facilius, quæ in pueris & adoleſcentulis, quam in robuſtioribus. Itaque modus hic poſterior exarthrema: prior vero, quo tantum oſſa dehiſcunt, & ſuis ex toto ſinibus haudquaquam prolabuntur, parathrema non immerito appellabitur. Atque hæc ſunt luxationum diſcrimina, ſeu differentiæ.

Parathrema

Cap. 11 lib. 8 Quæ oſſa inter ſe dehiſcant.

Quæ oſſa proprie luxentur.

Præter has tamen aliquot adhuc alias poſterioris ætatis Chirurgi ſtatuerunt, quæ reuera differentiæ non ſunt, ſed potius quædam veluti præter naturam diſpoſitiones, cum luxatione complicatæ: vt cum ipſi luxationi accedit inflammatio, aut fractura, aut vulnus, aut dolor aliquis ingens, aut tophacea quædam durities. Hæc enim, dolor inquam, fractura, durities, vulnus & inflammatio, cum ſeorſum & per ſe ſubſiſtere poſſint, nullius vnquam alterius (ſi ſaltem Galeno credimus) differentiam conſtituent. Si quis tamen proterue contendat, differentias eſſe, cum eo certamē inire recuſamus: quandoquidem hæc curandæ luxationis rationem, & peruertunt, & non parum aliquando interturbant. Ac de his quidem *in ſequentibus ſuo loco dicemus.*

Affectus cū luxatione complicati.

Cæterum modis quatuor potiſſimum, quod ad ſitus differentias attinet, contingit oſſa luxari aut peruerti, ſeu aliquatenus detorqueri: in partem nimirum priorem ſeu anteriorem, poſteriorem, interiorem, & exteriorem: Alii ſuperiorem & inferiorem addunt: Quædam autem in omnes quatuor partes, quædam in certas promouentur. Sed præſtat ſingulorum exempla ſubiicere.

Modi luxationū a ſitu differentia ſumpti.

Maxilla ſuperior, cum non in homine ſolum, ſed & in omni animante, præterquam in crocodilo, immobilis exiſtat, luxatione non periclitatur. inferior vero ſubinde oris hiatu in anteriorem partem luxatur alienaturve ac peruertitur, h. e. aliqua ex parte diſtorquetur, & ex naturali ſitu in alterum repente tranſmutatur, quod verbo χάται expreſſit Hippo. Sed modo altera parte, modo vtraq;, toto autem loco non admodum excidit, vt idem annotauit Hipp. quippe quod capita, i. e. extrema, qui & proceſſus appellantur, habeat in ſuperiori maxilla, firmiter ac tuto cardinis modo infixa, ex quib. neruoſi tendones, validis annexi muſculis, exoriuntur. Itaq, hanc nunquā luxari contingit, niſi quam maxima oris apertio fiat: Vt cum vel maximam rei alicuius molem ore excipere quiſpiam conatur, vel cum oſcitando, quam maxime poteſt, os diducit, & in alteram partem os traducit quod ita primum raro cōtingit. *ſecundum* inquit Galenus) *excitare dementibus tantum poteſt.*

Maxilla inferior quo modo luxetur.

Capitis

A Capitis proceſſus, in duos ſinus ſummæ vertebræ demiſſi, in omnes partes prolabuntur: ſed dum in partem poſteriorem excidunt, mentum pectori agglutinatur, æger neq; bibere neq; loqui poteſt, atq; illi celerrime mors ſupervenit. *Capitis luxatio.*

Vertebræ in ſpina & in poſteriorem partem & in priorem, tam ſupra ſeptum tranſverſum, quam infra ſubinde pervertuntur, ac nonnunquam etiam ex toto prolabuntur. Sed cum toto loco mutatæ ſunt, nulla reſtitutionis ſpes relinquitur, præcipitemque etiam mortem inferunt. Nam intra triduum (ut Celſus ait) homo moritur. *Mors præſtrenua. Vertebræ in ſpina luxatio. Mors hominis triduo oppetenda.*

Clavicula, quam ſoli homini inter cætera animantia conceſſam eſſe, Paulus exiſtimavit, nunquã in totum excidit: quippe quæ pectori ita committatur & inhæreat, ut ne moveri quidem in ipſo poſſit. Interdum tamen ex violenta quadam extrinſecus facta percuſſione, paululum avellitur. Sed neque altero fine, qui humeri articulo inſeritur, excidere admodum poteſt. Nam & a bicipiti muſculo & ſummo humero prohibetur. *Clavicula quomodo luxetur.*

Brachii ſeu humeri caput, quod in ſinum omoplatæ ſeu ſcapulæ demittitur, modo ad ima in alam B decidit, idque frequenter, ſed in iis maxime, qui non multa carne præditi ſunt: modo, licet raro, in priorem & exteriorem: In ſuperiorem vero fere nunquam promovetur, ut quod ab utroque ſcapularum proceſſu, & eo ſcilicet, qui ancoræ ſimilis eſt, & eo, quod acromion Græci vocant, impediatur. Genu in treis partes excidit, interiorem nimirum, exteriorem & poſteriorem iuxta poplitem. In priorem prolabi oppoſita patella prohibetur. Meges tamen eum, cui in priorem partem excidiſſet, à ſe ut Celſus refert, curatum eſſe memoriæ prodidit. *Brachii caput. Genu in treis partes luxatur.*

Cubitus, manus, & femur, in omnes quatuor partes prolabuntur, nempe in interiorem, exteriorem, anteriorem & poſteriorem. Atque hæc pro exemplis adducta ſint. Nunc ad communem de luxatis oſſibus tractationem revertamur, & iuxta morem à nobis hactenus obſervatum, cauſas, ſigna prognoſtica & curationem luxationum in univerſum perſequamur. *Cubitum, manum, & femur in quatuor partes prolabi.*

De cauſis & ſignis luxationum oſſium in univerſum. CAP. II.

CAuſæ luxatorum oſſium & à ſua ſede motorum, quędam ſunt extrinſecus ingruentes, ut caſus, percuſſio, & violenta atque incongrua membri alicuius extenſio, aut diſtorſio, ſeu perverſio. Quędã vero intrinſecus eveniunt, atque ideo internæ dicuntur, ſicuti & ſuperiores externæ, ut cum mucoſus C aliquis humor, & pituitoſus in articulis ſeu iuncturis acervatur, qui articulationis ipſius ligamenta primum madefacit, deinde laxiora reddit, & tandem ob eius multitudinem, ſua ſede os ipſum protrudit. *Cauſa externa. Cauſa interna.*

Signa luxationum quædam ſunt omnium communia, quædam vero propria cuiuſque. Ac de cõmunibus duntaxat hic agemus. Hæc autem factionis Arabicæ principi Avicennæ à tribus potiſſimum deſumuntur. Nempe vel a ſubſtantialiter, ut loquuntur, inhærentibus, hoc eſt, ab iis, quæ ſecundum eſſentiæ rationem inſunt, ut à mala partis ipſius laborantis conſtitutione ſeu compoſitione, in qua & tumor præter naturam ea parte, qua os prorumpit, & ſinus ſeu cavitas inſolita ea, à qua receſſit, manifeſto apparent. Vel ab iis, quæ ex neceſſitate conſequuntur, caſus & accidentia vocant, ut à dolore, qui ex luxatione contrahitur. Vel ab actione læſa, ſeu operationibus etiam ex neceſſitate conſequentibus, ut à motus affectæ partis difficultate, aut privatione. Hæ itaque notæ in luxatis omnibus deprehenduntur, aliæ vero in ſingulis. *Signa luxationum omnium communia a tribus potiſſimum deſumi.*

Prognoſtica ſeu iudicia luxationum. CAP. III.

COnſequens eſt, ut communia quædam de luxationibus iudicia, quæ & prognoſtica vocant, hoc loco ſubiiciamus. Primum prognoſticum ex Avicennæ & aliorum quorundam ſcriptis erutum, ad D hunc modum habet. *Quibus luxationibus inflammatio aut vulnus aut dolor ingens & acutus accedit, hæ præterquam quod curatu difficiles ſunt, [illegible] periculo quoque non vacant. Adeo ut aliquoties in iis caſibus tutum non ſit, luxatæ particulæ reductionem aggredi, [illegible] remanere,* ne proinde mors ſequatur, *melius eſſe cenſent.* Aliud. 1 *Vetuſtæ omnes luxationes & quæ, ſpatio temporis iam callo obduruerunt, vel difficillime, vel nunquam conſaneſcunt.* 2 Proinde ſtatim, ſi fieri poteſt, reponi luxata debent. *Luxatio in qua* (inquit Guido) *franguntur margines oſſium hoc eſt ſinus ſeu cavitatis, periculoſiſſima iudicatur.* 3 Repulſi enim in ſuum poſitum articuli, inibi diu perſiſtere non poſſunt, ſed leviſſima quaque occaſione iterum relabuntur. *Articuli, qui nervorum ac ligamentorum vitio prolapſi ſunt, & poſtea in ſuas ſedes compulſi, iterum excidunt.* 4 *Indicium evidens oſſis in ſuam naturalem ſedem reducti eſt, cum veluti ſtrepitus aliquis auditus eſt, dum in nativum ſuum acetabulum ingreditur: & membri nuper luxati figura & conformatio ſua ipſius aut alterius partis figuræ quam ſimillima, cum viſu tum tactu deprehenditur.* 5 Cæterum ſi repoſito oſſe nervi diſtenduntur, rurſus id protinus ut conſulit Celſus expellendum eſt. *Ut excidere omnes articuli non poſſunt ſic non omnes reponuntur.* 6 Caput enim ſi in partem (ut ſupra diximus) poſteriorem aliquando prolabitur, nunquam in ſuos ſinus compellitur, ſed mortem ſtatim affert E inevitabilem. Sic neq; in ſpina vertebræ, cum toto loco mutatæ ſunt: neque etiam maxilla, quæ utraq; parte prolapſa eſt, & antequam repoſita ſit, inflammationem concitavit, ut Celſus memoriæ prodidit. *Oſſa, quæ ſuis ſedibus moventur, alia aliis facilius, alia difficilius & excidunt & reponuntur: nempe pro ratione & natura iuncturæ, unde propellantur.* 7 Itaque genu ut facile prolabitur, ſic non magno impendio in ſuam rurſus ſedem compellitur. Digitorum luxatio nullum etiã faceſſit negotium. Cubitus vero, ut tardius quidẽ ac difficilius excidit, ita prolapſus negotii plurimum exhibet. Aegerrime enim propter tuberculorum ſeu eminentium, ſinuumq; frequentiam reponitur. Humerus autem ut neq; difficulter admodum, præſertim in macilentis, elabitur, ſic nec difficillime in ſedem ſuam reponitur. Et ita de aliis multum quoq; eo confert, ut Celſus inquit, & corporis & nervorum, hoc eſt, tendinum habitus. *Communia quædam luxationum iudicia, ſeu prognoſtica. Genu. Digiti. Cubitus. Humerus.*

Nam

Multum eo conducit & corporis & neruorum ad id tendentium habitus. *Neruorum nomine 8. apud Celsum ligamenta 9. intelliguntur.* *Ex Hippocrate & Celso.* *Aphor. 49 & 50. lib. 6. Interpretatio duorum aphoriſmorum Hipp.*

Nam ſi corpus tenue ac macilentum, ſi humidum eſt, ſi nerui & ligamenta infirma, expeditius os reſolutur. Sed & primo facilius excidit, & poſtea minus fideliter continetur. Quæ contraria his ſunt, melius continent, ſed id, quod expulſum eſt, difficulter admittunt. *Quibus in pueritia artuuli exciderunt, neque ita creſcunt, minus, quam cæteri creſcunt. Quæ loco ſuo non ſunt, caro ea decreſcit, magisque in proximo membro, quam in vicinio:* Vtputa ſi humerus loco ſuo non eſt, maior in eo ipſo fit, quam in brachio, & in hoc brachio itiquam maior quoque, quam in manu macies. Tum pro ſedibus & pro caſibus, qui inciderunt aut maior aut minor vſus eius membri relinquitur, quoque in eo plus viris ſupereſt, eo minus id extenuatur. Inter luxatorum eiuſmodi prognoſtica numerantur & duo ſubſequentes Hippocratis aphoriſmi. *Quibuſcunque a coxendicum dolore moleſtatis, excidit coxa & rurſum incidit, iis mucores ſuperueniunt. Quicunque a coxendicum dolore moleſtatu diuturno excidit coxa iis crus tabeſcit & claudicant, ſi non vrantur.* Hos autem nunc ſic coniunctim legimus & interpretamur: *Quibuscunque a diuturno coxendicum dolore conflictatis, propter mucorum ſeu mucoſi humoris ac pituitoſi copiam in articulo, ſiue iunctura coxæ coaceruatim* [illegible], id eſt, *coxa iſta* hoc eſt, femoris caput, quod in coxæ ſiue oſſis ilei cauo infertur, *ſuo naturali acetabulo propulſa excidit, & rurſum incidit id eſt, in natiuam ſuam ſedem iterum, ſponte reſilit, aut aliter repulſa eſt. Ibi tamen diu perſiſtere non poteſt, ſed ſoluta compage lubrica continenter relabitur, in proceſſu temporis crus*, quod Græcis σκέλος dicitur, *hoc eſt, totum membrum, tam tibia ſcilicet quam femur neceſſario alimonia penuria contabeſcit, & ariditate conficitur, omneſque in claudicationem euadunt, ſi non vrantur, hoc eſt, niſi prius ferramentis igne candentibus vrendo, & mucus ille, qui eſſuſus ſibus ſinum occupat, abſumatur, & laxitas cutis, ad quam femoris caput ſubinde lubricum procidebat, contrahatur.*

De ratione curandi luxata in vniuerſum. CAP. IV.

CVm luxata ſuo natiuo poſita, in alienam atque vt *ſupra retulimus*, inſolitam ſedem prolapſa ſint, vna nimirum communis omnium luxationum curandi indicatio eſt. Nempe luxati articuli & ſuo loco moti in propriam ac naturalem ſedem reductio.

Porro vt ſcopum hunc primum & vniuerſalem aſſequaris, luxatum membrum in diuerſas partes decenter extendendum eſt, donec ſpatium inter oſſa liberum ſit. Tum id os, quod ſuo loco excidit, ab ea parte, in quam prolapſum eſt, in contrariam impellere oportet, atque ita in germanum ſuum acetabulum reſtituere, vt ſinus ſeu cauitatis inſolita vacuitas impleatur. Hæc autem leniter & ſine dolore, quatenus fieri licet, agenda ſunt.

Cæterum non vna eademque in omnibus extendendi ratio eſt, ſed alia atque alia, pro natura ſcilicet partis luxatæ, prout que nerui ac tendines valent, aut oſſa huc illucve receſſerunt. Modo enim manibus ſolis, modo habenis iniectis vtendum eſt, modo vero quædam alia machinamenta adhibenda ſunt, vt ex vno Hippocrate, *lecto libro de luxatis & fractis*, diſcere poteris.

Secundus ſcopus.

Ab iis ſecundum, quo tendes, ſuerit, vt membrum, quod exciderat & iam repoſitum eſt, non amplius deinceps ſua ſede prolabatur, ſed inibi continenter perſiſtat. Repoſiti igitur articuli iunctura, modis omnibus ſtatim firmanda ac roboranda eſt. Inungitur autem optime, ſi roſaceo perfundatur, ac poſtea pannus aliquis lineus gracilis, vetus & lenis rhodino delibutus, ipſi applicetur. deinde ſi ſtuppæ lenes ac panni multiplices, ouorum candido perfuſi, ſuper accommodentur, & poſtremo ſi faſciis poſtea mandentibus, pro ratione particulæ longis latiſque, ſubligetur. Quinetiam ferulæ ex corio aut denſa papyro factæ, ſi neceſſitas vocet, circumdandæ ſunt. Cauendum autem ſemper eſt vehementior perſtrictio, ne inflammationem moueat. Iis ita rite apparatis, membrum in figura ei maxime naturali atque a dolore alieniſſima, ad quietem reponendum eſt. Nec vero ante diem ſeptimum aut etiam decimum, ſi nullum ſymptoma prauum acceſſerit, ipſum reſoluere oportet, aut aliis adhibitis medicamentis curare, ſed ita ſinere.

Porro nihil noxæ attuleris, ſi dum legitimo tempore reſoluitur, & ſecundo curatur, aqua modice calida foueris. Hic enim fotus gemina tunc ratione prodeſt. Nam & dolorem (ſi quis ſit) demulcet & quod in laborante particula noxium conceptum eſt, digerit. Vbi autem ſic, vt res exigit, luxatum membrum foueris, mox huic emplaſtrum adhibebis, quod conſtet *polline, id eſt farina volatili, puluerem molendini communiter appellato & albo ouis in vnum corpus redactis.* Poſt hæc vero membrum ſtrictius obligandum eſt, vt Rhaſes Medicus Arabs perecelebris conſuluit. Ad eundem quoque modum vetus omnis luxatio, & quæ ſpatio temporis callo iam obduruit, non modo fotum eiuſmodi aquæ ſimplicis calidæ, qui in hac re plurimum confert, antequam reducatur, deſiderat: ſed etiam & eum, qui fit *ex decocto maluæ, althææ, ſeminis lini atque id genus aliorum, poſtulat.* Quippe qui molliat, laxet, diſcutiat, & membrum aptius extendi efficiat. Recentes vero adhuc luxationes, & quæ nuper inciderunt, eius naturæ fotus, tanquam ſibi non parum incommodantes auerſantur & reſpuunt. Hi enim calfaciendo ac humectando relaxant & diſſoluunt: vnde pars ipſa afflicta imbecillior redditur, & ad recipiendam fluxionem promtior. Proinde & inflammationi opportuna efficitur, & luxati ſinus ſuperflua humiditate oppletur. Inde conſequitur, vt articulus in natiuo ſuo acetabulo diu perſiſtere non poſſit, ſed lubricus ac ſubterfugiens delabatur. Vetat etiam Auicenna, pannos impenſe calidos membro recenter luxato admoueri, ne fluxionem etiam eueant, & inflammationem eo loci excitent. Quin potius eos cerato (inquit) refrigeratorio, aut vino aliquo auſtero imbutos adhibere conuenit.

Tertius ſcopus.

Cæterum luxato, ita, vt dictum eſt, in ſuam ſedem reducto firmatoque, & ad quietem conuenienteſchemate ſeu figura repoſito, ipſum a dolore & inflammatione vindicandum eſt, qui tertius eſt ſcopus in curandis luxatis medenti propoſitus. Hunc igitur ſi conſequi ſtudueris, humorum in partem affectam influxum modis omnibus prohibeto. Si enim fluxione tentetur, & dolorem ſtatim perſentiſcet, & inflammationem experietur. Quæ duo incommoda in luxatis & fractis maxime vitanda ſunt.

Hæc

A Hæc autem deuitabis, ſi quæ roborant & repellunt, parti luxatæ, vt *paulo ante* docuimus, appoſueris: ſi præterea tenuem ab initio probamque victus rationem ægro imperaueris, illique venam, ſi nihil prohibeat, incidi [illegible] alicuius Medici præſcriptum ſecutus, & ventrem, ſi opus eſt, purgante medicamento ſubduxeris. Vtroque enim auxilij genere (purgatione, inquam, & ſanguinis miſſione) fluxionẽ, ſi commode adhibeantur, a laborante particula auertimus. Verum enimuero ſi ante, quam ad curationem [illegible] veneris, luxata pars iam dolore infeſtetur, aut inflammatione occupetur, non prius eam in [illegible] à quo excidit, reponere tentabis, quam dolor finitus fuerit, & inflammatio conquieuerit. [illegible] brum ſic dolore aut inflammatione affectum diſtendentibus laceſſiueris, periculum eſt, ne conuulſio vel neruorum diſtentio, aut aliud prauum id genus [illegible] ſuboriatur. Hoc præceptum in luxatis [illegible] bus diligenter cautoque obſeruandum a Cornelio Celſo ex Hippocratis ſententia, non [illegible] quem eleganter his verbis traditum eſt: *Quicquid loco motum fuit, mox [illegible] ante inflammationem reponendum eſt: [illegible] donec conquieſcat, at haud quaquam laceſſendum eſt. Vbi finita eſt, tentandum [illegible]* id patiuntur. Oportet autem inflammationem ipſam atque dolorem leuare fouenda [illegible] eſt, aqua & oleo moderate calido, atque mox [illegible] ſuperimpoſita. Si vero etiam febris acceſſit, & oſ-

Defenſiuũ. Veruntamen vulneris circuitus humectandus *erit oleo roſato cum albumine tepido*. Fiat & vulneris [illegible] defenſiuum á plaga per vnius palmi ſpacium ſemotum duleri [illegible]. ℞. *ſandalorum omnium ana* ℥. ij *bol. armeni* ℥. ij ℔. *albuminis oui. aceti parum*. [illegible] [illegible], ſin autem neruoſum fuerit, loco aceti ponatur *vinum granatorum* [illegible] *mortal* [illegible] *dum vel u vtenda viaebuntur*. Cum ſic per quatuor vel quinque dies [illegible], ab ipſo quidem digeſtiuo quieſcendum erit, & ad mundificatiuum [illegible], quod ſic componitur. ℞ *mellis roſ. ana* ℥. *ij terebinthina clara ana* ℥. *iij. bulliant parum, ad ignem incorporentur*, [illegible] *farina hordei. q. ſ. croci ſcrup.* ℔. *quae omnia ad ignem incorporentur*, quo facto [illegible] per octo dies, vel circa, vt melius videbitur vobis expedire. Pro cuius conſolidatione habeatis vnguentum in curatione apoſtematum deſcriptum, cum quo fere omnia diſſolutionis genera conſolido, de quo poteſt Bernardinus noſter teſtificari, qui ſemper (vt ſe certificaret) volunt interdum, cum curaremus [illegible] H[illegible] quoddam apoſtema ſub axillis, quod Abenzoar Albumeron incurabile ponebat. Et in loco cicatrizando [illegible] imminet [illegible] vtimur *vnguento mixto, quod ex vna parte vnguenti* [illegible] *& altera vnguenti* [illegible]. Vel illo puluere, quo vti frequentiſſime ſoleo, *myrobalanorum citrinorum* ℥. *j* [illegible] *terre ſigillatæ* [illegible] *nucis* [illegible] ℥. *ij pulueriſentur, & terantur ſicut alcohol*, cum quo certe de vulneris victoria [illegible]. Hæc erit cura vulneris ſimplicis, & carnoſi, ac etiam profundi: quæ vero ſequentur, de compoſito vulnere diſputabunt. C

Mundificatiuum.

Vnguentum mixtum carnis [illegible], & remotiuum.

Puluis carnis [illegible] remotiuus.

Vulnerum compoſitorũ curatio. Vulnera compoſita ea eſſe diximus, *in quibus cum medio heterogeneo* [illegible]. Et hoc [illegible] ossis & offibus. Licet authores dicant, in partibus cum homogeneo medio oſſium diſſolutiones [illegible]. Nam iſta ſpermatica membra dicuntur quæ cum diſcontinuantur, nunquam conſolidantur, ſi affuerit porus ſarcoides, qui eſt ab oſſibus longe diſſimilis. Quem vt in cura obtinere & generare poſſitis, modo dicendum eſt.

Vulnera manuũ eſſe periculoſiora.

Sed prius [illegible] vulnus cubiti, vel manus, quoniam iſta quando accidant, cæteris ſunt periculoſiora. Sed [illegible] periculoſius eſt ratione neruorum, & chordarum, ac paucitatis humorum nutrientium. Ideo ergo ad nobis ſortiam [illegible], tanquam ipſum curaremus. Pro cuius curatione multa conſiderandi ſunt, quorum omnium [illegible]. D

Debetis ante omnia mi INNOCENS, voſque mei ſocii cum ad huiuſmodi caſum acceſſeritis, vulnus ſedulo ſcrutari, ne quid ſiniſtri oſſis intus relinquatur, quod punctura, aut dolore, velut ſtimulo virtutem irritaret. Quæ ſiquidem ſymptomata emerſerint, futurum apoſtema demonſtrabunt. Cuius aduentum omnibus modis, vijs, ingenijs, intercipere conemur, ne ad locum vulneratum irrepat. Et hoc quidem obtinebitis, ſi ordinem, qui ſequitur, obſeruabitis.

Purgatio vulneris. Expurgato itaque vulnere ab oſſis [illegible], ſi oſſa integre amputata fuerint, vt commodius potest, ſic collocare debetis. Cum ab hoc labore [illegible], in qua manus [illegible] collocanda, aptatum, beneque [illegible] vt ipſius [illegible] manus acquieſcat, habeatis, itemque ad futuram [illegible] bis [illegible], ſi amplum fuerit. Nam parum, vt diximus, apertum erit curandũ, vt neruorum rheumati liberum facilemque habeant exitum. Quo facto, ſuite, caueretamen, ne neruipungantur. [illegible] Hoc intelligendo, vt in parte decliuiori exitus generandæ ſaniei remaneat. Facta deinde ſutura, [illegible] ſupra collocata, vulneratus locus amiciendus e *albumine*, [illegible] inbiberit. Et hic medio [illegible] tura [illegible], donec vigeſima quarta hora tranſierit, membrum relinquatur cum idoneo victu [illegible]. E

Locatio membri.

Sutura.

Cauendos eſſe neruos in ſutura.

Regimen victus.

Phlebotomia diuerſiua.

Digeſtiuum cum ſedatione doloris neruorum. Hippoc.

Quo elapſo termino ſtatim ad infirmum reuertamini a barbitonſore comitati, vt de latere oppoſito diuerſiuam phlebotomiam faciatis, ne materia apoſtemandi ad locum deproperarat [illegible]. Nam ſi prima die extraheretur, bonum ſanguinem hauriretis. Facta igitur phlebotomia, vos ad vulnus curandum conuertatis, quod cum detexeritis, hæc in vulnere medicamina locabitis. *Recipe tereb. clariſſime & ſubtiliſſime ana* ℥. *ij. olei hyperici ana* ℥. *iij, ad ignem ſimul iſta miſceantur, & tepidam in vulnere* [illegible] *administra-*

A [illegible] *dentium, cerebro* [illegible] *amomum.* [illegible]

In corrosione neruorum lumbricorum. *Desensiuũ.*

[illegible]

Ad lenitionem mordicationis & nocumentum neruorum.

B [illegible]

[illegible] *terebinthinam, deinde colatur omnibus* [illegible] *vnguentum molle,* [illegible]

Ceratum ostrinum.

C [illegible]

De accidentibus vulneri contingentibus. *Nota hæc epitheta.*

Non [illegible]

D [illegible]

Dolorum remotiuum.

Aliud.

E [illegible] *farina hor-* [illegible] *ana* ℞ ß. *vini odoriferi cyathos* 3. [illegible] *rosa. ana vnc. ij. ß. anethi vnc.* [illegible] qui vt plurimum ſolet ma- [illegible] Si vero à calido, calida, [illegible] Quo, mehercle, ſedato, [illegible] curã perficietis. Apoſtema v. refrena- [illegible] enemate tamẽ præcedẽte. [illegible] iudicabitis. Pro cuius remo- [illegible] *albumine & vitellis duorũ ouorũ, quæ cum fuerint bene con-* *quaſſata,*

Dolorũ remotiuum cum exiccatione.

Sedatiuum malæ complexionis calida. *Aliud.*

quaſſata, adminiſtrate cum pecia vulneri applicanda. Vel ſic: *Recipe vnguenti roſati vnc ij olei roſ. vnc. j. quæ ſimul* A
ponantur in mortario plumbeo, in quo bene piſtillo ducantur, cui inſtillabitur ſucci lactucæ vnc j ß. lithargyri ℥ j ß. terra ſigillata ℥ j. & cum ante dictis molabitis, quouſque fiat linimentum, itaque malam complexionem omnino remouebitis.

Verum ſi febris, ſpaſmus, paralyſis, ſyncope, & alienatio propter materierum commotionem patientem moleſtauerit, vobis ſtatim ad propria capitula recurrendum erit, cum multi ſint, qui de rebus iis ad plenum meminerint, inter quos maxime viget G[illegible]ius, qui apte omnia diſtinxit. nam illa medicabitur accidentia, quoniam, ſi vellem ſyrupos, & pharmaca ordinare, quamuis id ad ego poſſem, quoniam cum plus ocii nacti erimus, de febribus diſputabimus, vide ertamen omnes medicinæ partes ingredi, quod non eſt ad præſens à nobis ſuſcipiendum, cum de Chirurgia modo vobiſcum loquamur, quæ diæta, pharmacis diuerſiuis, vnguentis, fomentationibus, emplaſtris, aliiſque linimentis aliquantulum contentatur. Hæc ſunt, quæ à me hodie cudenda erant, vt eiſdem ſoluendo, ne vos me nolentem in ius duceretis, quoniam vinculo ſacramenti me obligatus, ad quod ſeruandum, qui boni, ſyncerique haberi cupiunt, vltro obligantur. VINCENTIVS. O quam bene iudicas. Verum quia vſuram iſtius diei nobis MARIANE perſoluiſti, ideo diſcedamus. At cras huc conueniamus, B
vt ſi quid perſoluendum ſit, perſoluas, & quod nobis arraboni datum eſt abs te, reſtituamus. MAR. Sic fiat, quando eodem propoſito diſcedimus.

FINIS TRACTATVS DE VVLNERIBVS.

C

D

E

COMPEN-

A

COMPENDII CHIRVRGICI MARIANI SANCTI BAROLITANI ARTIVM ET MEDICINÆ DOCTORIS.

B

TRACTATVS TERTIVS.

DE VLCERIBVS.

FRANCISCVS.

SOlitos [illegible], quanuis bene [illegible] Quod [illegible] Quæ licet variis [illegible] ventorum [illegible] conquaſſentur, vt [illegible] præſertim ſi a quo [illegible] ne longius exempla petamus [illegible] Romæ [illegible] Illud hercle non [illegible] ad quod plerunque [illegible] apud quoſdam [illegible]

C [illegible] Quæ ſi non tam arcto, atque inextricabili modo [illegible] vitalem [illegible] abſorberet, ſeq; tarta[illegible] mi MARIANE chariſſime vt à tanto periculo tantoq; [illegible] Deus [illegible] homines quippe [illegible] idonea [illegible] per te nobis iter præ[illegible] eloqueretur cum [illegible] explanatione, ac concinna di[illegible] credibile eſt, exiſtere videntur.

MARIANVS.

RE[illegible] Sed tu cum me tantum laudes, veri[illegible] neſcio, quomodo tua dicta fuere [illegible] vnde [illegible] Sed de hoc ſatis.

D [illegible] Cum illud ab re fore non iudico, quod nobis maxime [illegible] a nuncio quodam reuocatus eo deceſſi, vbi il[illegible] & doloroſum, [illegible] & [illegible] delectabili [illegible] præſertim in vlceribus. Nam raro dantur [illegible] nobis [illegible] nur, huic negotio aliquantulum operæ tribuamus, quod vos me [illegible] Verum cum [illegible] ne quis veſtrum me audeat interpellare, niſi [illegible] fuerit ad veſtram intelligentiam neceſſe

E [illegible] IOANNES, [illegible] cum nos huic tuæ ſententiæ faueamus, verum definitionem, quæ maxime nobis cordi exiſtit, non omittamus.

MARIANVS.

PEr[illegible] magis quam æquus eſſet, præcipientibus, promulgaue[illegible] aliquid [illegible] maxima cum diligentia inſeruerūt [illegible] quam hō[illegible] diligentiores extitiſſe homines, quam minimum ignauiæ contulerent. [illegible] quis dicet, [illegible]

 ſunt

ſint in hoc ſæculo prauis, cædibus, obſcœniſque delectantibus [illegible] non hac equidem ratione ductus ea tantum habeam, quæ huius diſciplinæ [illegible] earum [illegible] quant, eorumque deſiderium [illegible], nec ſatis [illegible] hominum ſententia, ſed [illegible] & practicantium cupiditatib. accommodatos, vnde venari poſſint commodiſſime, [illegible] medici [illegible], pauperibuſque auxilientur, & auitos diuites expilent. Ex quo vos vlceris [illegible] quemadmodum me rogaſtis, non omittendo feliciter auſpicabimur. A

Vlcus quid? Eſt enim vlcus *continui ſolutio, antiqua cum putrefactione tempore facta.* Generatur autem ab exitiis, vt placet Auicennæ, exulceratis, puſtulis agitatis & vulneribus [illegible]. Vnde vulnera cum primum, ſicuti noſter princeps aſſerit *in primo vlcerum in vniuerſali*, debitum [illegible] abſolutionemque tempus tranſierint, & adhuc ſaniosa tabidaque extabunt, non vulnera, ſed vlcera erunt appellanda. Ex quo ſequitur, quod *omnis continuitatis ſolutio, quæ pus [illegible] vlcus [illegible] nominabitur.*

Signa Vlcerum calidorum Quorum quædam à caliditate, quædam vero à frigiditate nutriuntur. Et [illegible], quæ cum rubedine in calida & pruritu reperiuntur, à calido humore manabunt. Quæ autem [illegible] habebunt radices, &

Signa frigidorum ſine pruritu, & eorum color non erit [illegible] ſine eleuatis, frigidæ erunt complexionis.

Signa periculoſorum. Et vlcerum quidem quædam ſunt ſine timore, & quædam periculoſa. Sunt autem periculoſa omnia, quæ tamen cum deberent generare, non generabunt, ac etiam cum apoſtemoſa erunt, & illorum apoſtema ſine ratione occultabitur. Nam ſi eum [illegible] euaneſceret, illud erit beneficio alicuius medicaminis hac operatione vtentis. Nam ſi abſque ratione [illegible] illud [illegible] ſed mali non parum, ſicut ſpaſmum, & rationis permixtionem. Quamuis etiam [illegible] vlcera [illegible] huiuſmodi habeant producere effectum, velut ſunt dorſalia, neruoſa, [illegible], & [illegible], & quæ maxime cum nucha [illegible] affinitatem, vt *idem* Auicenna refert. [illegible] quædam vero non ipſos auertuntur, & in curando [illegible] præcedentia [illegible]. *Sunt autem curatu difficilia omnia, quæ ſuccedunt alicui ægritudini per viam terminationis.* Quoniam inde natura exoneratur à ſuperfluitatum malorum humorum reliquiis. Nec non *corpora accidentaliter humida vel ſicca, tarde cum ſanitate pacifican-* B

Quæ ſint difficilis curationis. *tur.* Sicuti accidit grauidis mulieribus, & hydropicis hominibus. Quod alteris propter humiditatem accidere idem, alteris vero propter ſuperfluitatum [illegible] euenire videtur. Præterea *ſicca, & ſenilia nempe non facile conſolidantur,* propter ſanguinis boni paucitatem. Similiter *macilenta, eorum corpora,* tum propter ciborum indigeſtionem, ac chymi [illegible], quia [illegible] in illis calor naturalis extinguitur, tum propter boni ſanguinis paupertatem [illegible] vlceribus [illegible]. Et *multoties membrum male complexionatum [illegible] videtur,* quare oportebit non parum elaborare, vt illius complexio rectificetur. Quoniam nutrimentum, quod illuc repit, conuertitur in ſaniem, cum non regule- C

Sanies quid tur à natura. Quid enim eſt ſanies, niſi *nutrimentum corruptum, quod natura non potuit digerere, nec in ſecundas humiditates conuertere.* Hoc autem vt facere poſſitis, aliquantulum naturæ ſimplicium cognoſcendæ incumbatis, ac etiam *in [illegible] Techne* Galeni omnium ſignis complexionem eligatis, nec tempus in nugis, ventoſiſque verbis, ac [illegible] rationibus conteratis. Quid enim vtilitatum [illegible] vestram opem implorantibus afferetis, cum tot [illegible], tot [illegible] contortis de illa tediosa ac [illegible] corporis neutralitate. Cum enim nos videamus, eorum, qui de hac re meminerunt, nullum [illegible], ad quid iſtam temporis perditionem amplectimur? Ideo ſequimini [illegible] omni ſtudio, omni diligentia, omnique charitate Magiſtrum Ioannem Anthracinum Maceratenſem, libros Techne nunc interpretantem, qui quantum valeat in explanandis libris, in recitandis [illegible] bus, exercitandis [illegible] diſcipulis, non poſſum mente nec animo concipere, adeo totus illius ſermo vbertate, latinitate, & [illegible] vberrimis eſt ornatus, & ſolertus, vt [illegible] alter Tullius eſſe videatur. Quæ omnia non magis [illegible] debemus, quam ipſum colere, amare, & venerari, cum homo ſit tanta dignus veneratione, & amicitia literatorum, & principum, [illegible] frequentatione & fauore decora- D

Laus Ioannis Anthracini

Quæ ſint facilis curationis. tus. Et quæ ſunt facilis curationis, ſunt, quæ ſanguinem corpora bene complexionata, & bono [illegible] nutrita, cum pauca humorum ſuperfluitate. Illorum vero quædam permanent in cicatrizatione, & quædam diſſoluuntur. Et quæ iterum relaxantur, ſunt, in quibus generatur caro ante completam mundificationem, vt idem Auicenna docet, quoniam non munda ibi ſuperfluitas occultatur, quare oportet iterum corrumpatur continuitas, prout mens [illegible] & propterea fiſtulæ excitantur. Quorum vlcerum genera quinque ſunt capitalia, ſcilicet, Virulentum, Sordidum, Cauernoſum, Putridum, & Corroſiuũ. Sed antequam illorum curationes pertractemus, aliquantulum conſentaneum eſſe videtur, vt accidentia, quæ nobis curam impediunt, computemus. Quo facto ad vnumquodque [illegible] curam reuertemur quoniam niſi accidentia corrigerimus, quæ maximam partem [illegible] ad [illegible] quod quidem, vt recitat Ariſtoteles *in primo de anima,* nunquam victores pugnando [illegible], cum ipſa curatio teneat ex parte materiæ & accidentium.

Quæ non permaneant in cicatrizatione.

Genera Vlcerum quinque, & capitalia.

Accidentia Vlcerum, cõſolidationẽ impedientia quæ. Sunt autem vlcerum accidentia ſanguinis hæmorrhœa. Caro ſuperflua, Labra [illegible], Dolor, Apoſtema, Durities, Putrefactio, Os corruptum, Varices, & Rotunditas. Quorum vnumquodque [illegible] ſuam vendicat curationem, quæ ſi forte petenti denegaretur, vel nos in ius duceret, daturos vnicuique ſuum, vel nunquam fœdera, niſi debito ſoluto, nobiſcum contraheret. Igitur ne tanquam [illegible] ad [illegible] trahamur, vel tyrannide criminemur, dicamus, quomodo iſtis ſatisfaciemus: & à ſanguinis fluxu exordiamur. E

Excogitaueram nempe inter loquendum, nunquid curriculo eſſet pertractandum, quod [illegible] de ſanguine loquemur, an eſſet in corpaſſion intuſſendum, cũ multi authores, qui de hoc ipſo [illegible], humanę vitę ſanguinem theſaurum appellauerint. Ego autem [illegible] ab eorum fontibus poculum, quo [illegible] ſitibundus ſorpſi, tam cupide hauſiſſem, quo nomine nominãdus eſſet, non facile inueniſſem. Cũ [illegible]

non

A non venis lateat, vt ſic tantum eo natura ſicuti auari defoſſo auro gaudeat: ſed cum ſitibunda membra ſitiuerint, quod vnicuiq; ſatis eſſet, impartiretur pro illorum conſeruatione & alimento. Hoc cum tam auide natura cuſtodiat, afferamus laborāti ſubſidia, vt recte, cum opus fuerit, officio fungatur ſuo. Nam quid crudelius, quidve inhumanius eſſet illo, qui cum aliquem ope, auxilio, conſilio tueri debeat, deſertum eſſe patiatur? Idcirco ne aliquando eueniat, quod ipſa de nobis iure conqueratur, ſub vno genere duplicem ſpeciem conſtituamus, vt facilius cognoſcatur, quonam medicamine indigeamus, cum ſanguis præter naturam emanauerit.

De ſanguineo fluxu. Eius cauſa.

Omnis enim fluxus ſanguinis, mi iucundiſſime FRANCISCE, ſolet euenire aut à cauſa antecedente, aut à primitiua. Quarum antecedens in præſenti negotio à nobis dimittatur, ne forte, cum noſtra limina tranſcenderimus, in aliena temere irruamus, vnde merito poſtea tanquam fures detrudamur. Vt ergo dedecus iſtud omni conamine declinemus, tantum fiet nobis ſermo de eo, qui cauſa primitiua venas reliquerit. Eſt autem ſanguinis hæmorrhagia aut ex recenti continuitatis diſceſſione, aut ex illius putrefactione. Ex diſceſſione inuenimus ſanguinem à venis reſudare, aut inde defluere, aut ſaltim decerpere. Sudat enim vena ſanguinem, cum à proprio tegmine detegatur, vnde ipſam amicire ſtatim iudicamus oportere, vt quod inimici ferro fuerat deuaſtatum, facili medicamine recuperetur. Illud autem condecenti ſutura comparemus. Si vero ſanguis ille refractis obſtaculis effrenitabit, aut leni, mitique inceſſu B gradietur, aut ſolutario paſſu ſuos mouet gradus nitetur. Si autē leniter placideq; incēdet, a venis hercle ipſum ſubrubeum ac groſſum exire videbimus. Sin vero ſolutim proficiſcetur, & rubeus, ſpumoſus, claruſq; foras prodiet, arterialis eſſe iudicabitur. Pro quorum curatione hæc primo conſiderare debemus. Nunquid vena tota tranſuerſaliter, aut ſecundum partem inciſa fuerit. Cum vero totaliter interſecta fuerit, pro illius cura hunc ordinem tenebitis. Verum animaduertere, quæſo fratres, ſecundo debetis, vt primæ conſiderationi hanc etiam ſubnectatis, vt bene penſiculetis, plaga profundane, an ſuperficialis facta fuerit. Si vero planum, id eſt, ſuperficiem tenebit, incarnantia applicabitis, quæ talia erunt: *Recipe ſarcocollæ, myrrhæ, aloes hepaticæ, ſanguinis draconis, thuris, maſtiches quantum vobis videbitur oportere, quæ omnia ad plaſtum valebitis doſare, prout ægrotantis complexio deſiderabit.* Sicque huic ſanguinis hæmorrhagiæ, quæ multoties nobis ſolet eſſe moleſta, obuiabitis. Quo medicamine in vulnus profecto ſtupeos glomerabitis plumaceolos, quos *albumine oui cum puluere bolі armeni conquaſſato* imbibitos ſuper plagam C ordine componetis. Qui quidem erunt tegendi panno linteo in eodem albumine madefacto, ſeruata denique concedenti ligatura, ne dolorem inferre valeat. At ſi profunda fuerit, accurata animaduerſione cenſebitis, nunquid ſi profunda ſutura facta fuerit, potens erit meatum illum oppilare. Quod ſi ratione comprobabitis ſuturam nullo modo dimittetis, quam poſtea ſequetur linteus pannus infuſus in albumine cum puluere modo dictis, nullo poſthabita modo idonea ligatura, quæ quantum interdum operetur, ſolum iſtud natura conſiderat.

Pulvis incarnatiuus.

Lauacrum Vini ſtyptici.

Verum ſi ſutura ipſa non profuerit, hunc proſequimini ordinem, quo ſemper vſus ſum, & mihi & ægrotantibus bene ſucceſſit. In primis itaque vulnus vino ſtyptico lauabitis, & hoc duplici de cauſa, vna quidem cauſa eſt loci confortandi, altera vero, vt viſui nihil ſanguinis obſtaculo fiet, ne valeat æque bene ſpeculari, vbinam medicamina erunt applicanda. deinde totam à vulnere matrem ſanguinis ſtudioſe verretis, ne ibi diu conſideat. Nam quantus ſit illius teter & putridus odor, mox naribus percipietis. Cum vero ab hoc negotio eritis ſoluti, alterius ſtatim laboris cura vos ſuſcipiet, ne ſegnes eſſe papietis. Cum vero ab hoc negotio eritis ſoluti, alterius ſtatim laboris cura vos ſuſcipiet, ne ſegnes eſſe putemini, illutabitis orificium venæ ſanguinem vomentis iſto remedio: ℞ *albuminis vnius oui quantum ſufficit, coti combuſti vnc. ß. pulueris gallarum, farinæ fabarum, farinæ volatilis ana ſcrup. ij. pulueris mei magiſtri* cuius receptam *in fine* deſcribam, appellaturque præcipitatus *drach. j miſc. & omnia ſicuti diximus orificio impo-* D *natis.*

Retentiuum ſanguinis.

Vnguentum Aegyptiacū.

Verum ſi ex putrefactione inundauerit, omnia incarnantia dimittite, & ad putridi ſeparationem incumbatis, quod facietis vnguento Ægyptiaco, ſi putredo facta fuerit ſcil. ſuperficialis, vel inter duas carnes, quod fiat deſcriptione Auicennæ conſtat enim, *mellis floris æris, aluminis rochæ & aceti partibus æqualibus.* At ſi magis fuerit profunda, adminiſtrate trochiſcum *in fine* deſcriptum, qui mortuum putridumq; à ſyncero ſeparabit, abſque magno dolore: hoc autem nemo bene poteſt conſiderare, niſi prius viderit, quomodo adminiſtrentur. Idcirco ſi ad hoc adipiſcendum animum inicuruatis, eligite ſodes aliquem practicum bonum: qui poſſit actu practico iſta vobis omnia diſtinguere, quod ſane libenter facerem, ni me ſtudium ab ipſa practica diſtraheret.

Cum vena ſecundum partem fuerit mutilata.

Cum vero ſecundum partem mutilata fuerit, hæc duo ſtatim vobis ſubiiciantur: Quorum vnum inciſio, alterum vero colligatio nominabitur. Fiet enim inciſio, cum ea, quæ *ſuperius* dicta ſunt, non contulerint, & hoc ideo faciendum eſt, vt venæ inciſæ capita ſub carnem contrahantur, ex quo ſequitur illorum oppilatio. Et tunc erit hoc perpetrandum, cum venæ paruæ viſæ fuerint. Nam ſi magnæ groſſæq; eſſe cernerentur, tunc alterum ingenium non multum ab iſto diſſimile propagabitis. Contemplamini E igitur, antequam incidatis, ſi parua carnis contractio facta fuerit, poſſibile eſſet ipſam colligare in parte ſuperiori, quo nihil eſſet optabilius, commodiuſque ad incidendum. Si v. non poſſet fieri, vos ipſam reſcindite venam ferro ignito, ac idoneo, ad illud, quod facere concupiſcitis, verum non multum profundabitis, ne arteria, qua vena incidenda comitatur, aduratur: quando *pauca dantur venæ, quibus arteria non ſociantur.* Ego vero cum ad quendam, qui fluxum ſanguinis triduo perpetiebatur, in quo reſtringendo multi & quidem non ignari colluctarentur, eſſem accerſitus, & interrogando eos, qui aderant, cognouiſſem, quæ huic caſui eſſent adminiſtranda cōſummaſſe, ne viderer inter apes fucus, atq; eos, qui de me plurimum prædicabant, in tali negocio fefelliſſem, tali vſus ſum ingenio, quo mihi vtilitatem, ægroto vero ſanitatem comparaui; de qua iam erant deſperati, cum meminiſſent dictorum Auic. dicentis, ad

Accidentia ad fluxum ſanguinis conſequentia.

hanc ſanguinis hæmorrhagiam inſurgere accidentia mala, veluti ſpaſmum ex inanitione, ſingultum ex ſtomachi villorum arefactione: cum ipſa humiditas deliccetur à venis miſeraicis, quæ irritantur à membrorum conſumptione: & rationis confuſionem, aliaq; ſymptomata mortem frigidam arguentia. Nam iſta ſunt accidentia, quæ hanc conſequuntur ægritudinem, quæ cum apparuerint, mortem certam prognoſticant. Transfixi labrum vulneris acu in parte ſuperiori vſq; ad venam inciſam, eamq; intactam acu reliqui, ex vna parte: Deinde eandem acum deduxi ſub ipſam venam ad partem alteram, & iterum labrum ex infera ad ſuperam partem transfixi, ita quod laqueum inciſæ venæ compoſuimus, cuius capita bene nectendo venã cum labro colligauimus: ſicque honorem ab inferis vita ægri citata reportauimus. Verum attendite hoc, quæſo fratres, vt in omni veſtra ſanguinis conſtringendi operatione ſuperimponatis (cũ vulnus plumaceolis ſupradictis impleueritis) pecias aqua & aceto roſato madefactas, ita quod totum membrum, ex quo ſanguis emanat, ambiant. His igitur ingenijs contra hanc ſanguinis effrenitatem maximo cum honore, victoriaque, non trophæis regalibuſque ſpolijs nudata triumphabitis. Satis iam ſatis hucuſque de ſanguineo fluxu dictum eſſe credimus, quare ne tempus, quod tam præcipiti rota à ſupremo mobili voluitur, nos deſerat, aggrediamur vlcerum curationes, vbi alia vlcerũ accidentia proprijs medicaminibus refrenabimus. Nam ſi de vnoquoque ſpecialem ſermonem texeremus, eſſet non iucunda nugatio, cum ipſa eadem in curando neceſſario citarentur.

Nota venã ligandam.

Vnde vlcera nomina ſortiuntur. *A cauſis.* *Ab accidentibus.*

Verum enimuero, mi ABSTEMI, nihil modo ſuperflui noſtræ ſermocinationis eſſet, vt antequam vlcerum curationes aggrederemur, breui enarremus, vnde ipſa vlcera ſpecierũ nomina ſortiantur: cum tantum legendo inuenerim á cauſis, ſcil. tanquam à materia antecedenti: & ab ipſis accidentib. proprias nominum appellationes ſibi vendicare ſolere. Dicuntur enim à cauſis vlcera cholerica, ſanguinea, phlegmatica, & melancholica, ſecundum quod humorum aliquis odioſe vlcera fouebit. Ab accidentibus vero appellantur Dura, Cauernoſa, Fiſtuloſa, Putrida, Cancroſa, Formicoſa, Corroſiua, Doloroſa, Apoſtemoſa, Oſtracoſa, & eiuſd genus, ſecundum quod iſtorum aliquod vlceri ærumnoſe imminebit.

Antecedens cauſa vlcerum.

Cæterum veræ cauſæ, à quibus vlcera ſuum eſſe concipiunt, duæ ſunt. ſ. antecedens & coniuncta. *Antecedens* eſt corruptio cum nimia quantitate malorum humorum ex inordinato regimine genitorum cum potentia corrodere, ac corporis particulas viciare, & corrumpere. Cauſa quidem *coniuncta* eſt malitia complexionis introducta in vulneratis particulis, & exituris, & puſtulis apertis male à Medicis tractatis, ſicuti hac noſtra tempeſtate Medici faciunt.

Coniuncta cauſa vlcerum.

Vlcerum diuiſio.

Poſſem adhuc equidem ipſa vlcera diuidere, cum ſint vlcerum quędam plana, quędam profunda. C
Et horum quædam mollia, & quædam dura. Adhuc illorum quædam ſtantia, quędam ambulantia. Iſtorum vero quædam corrodentia, & quædam putreſcentia. Sed cum iſtæ diuiſiones magis ad ingenij confuſionem, quam ad illius acuitatem faciant, decreui nullo modo de eis mentionem facere ſpecificam. Cum iam in curando etiam pertractabuntur. Quandoque etiam nominantur à ſaniei qualitate, quæ à Doctoribus quadrifariam dicitur. Eſt enim *ſanies, pus, virulentia, & ſordicies* A ſanie ſanioſum, à pure purulentum, à virulentia virulentum, à ſorditie ſordidum vlcus nuncupabitur. De quorum numero primum erit agendum de vlcere ſanioſo, deinceps ad vniuſcuiuſque ſpeciei emendationem ſecundum ordinem enarratum deueniemus.

A saniei qualitate. *Diuerſa ſaniei nomina.*

De vlcere ſanioſo.

Cum ergo de vlcere ſanioſo dicturi ſumus, non videtur à ratione diſſonum, quid ſit ſanies dicere, vndeve oriatur, & quæ ſint illius cauſæ, quando ex iſtorum noticia facile conſequemur vlcerum curationem, quam quidem exiſtere cenſemus in cognitione cauſarum, complexionis rectificatione, & confortatione membrorum. Eſt igitur ſanies *nutrimentum corruptum, quod natura non potuit digerere, nec in ſecundas humiditates conuertere*: quæ appellantur, nomen non habens, ros, gluten, & cambium. Tunc enim fit ſanies, quando materia nutritiua defluens ad membrum, vel quę in membro exiſtit, non poteſt conuerti ad mẽbri naturam, ex illius debilitate cum attractione membrorũ circumſtãtium ſuperfluitatis. Quoniam, vt Auic. placet, ad membrum debile tranſmittuntur ſuperfluitates membrorũ circumiacentium, quæ in pus, vel in virulentiam conuertuntur. Quare cum ægritudinẽ curare voluerimus, omni conamine eniti debemus, vt mẽbri debilitatẽ corroboremus medicamine aliquo, vel cataplaſmate, membrum debile conſolante. Conſolabuntur n. membrum debile pharmaca ſtyptica cum caliditate naturalem membri caliditatẽ non excedenti, vt Gal. *tertio Techna* refert. Illud idem facient defenſiua eaſdẽ qualitates retinẽtia. Quomodo iſta fieri debeant, natura ſimpliciũ vos docebit. Ideo aliquantulum in naturis ſimpliciũ cognoſcendis operam date, vt cum opus erit, tanquã è promptuario illa videamini exerere: & non quaſi exuſto ſtipite amiſſam acum in tenebris quærere, ſicuti noſtræ ætatis ignari medici faciunt. Adhuc huiuſmodi ſceleris cauſa eſt adminiſtratio vnguentorum, quæ humidã, calidamve complexionẽ habent, quæ vtræq; faciunt ad maximam putrefactionẽ. Nam humiditas, & caliditas non regulans humiditatem, ſunt cauſæ aduentu primo putrefactionis, vt philoſoph. princeps Ariſtot. *in Meteororũ quarto* aſſerit. Quare qui hanc artem exercere voluerit, omni induſtria colluctetur, ne eum effugiat vnguentorum cognitio. Non dico *nomina*, ſicuti faciunt Hebræi, ac etiã noſtri, qui artem medicã profitentur, cum ſciuerint nominare vnguentum baſilicum, nigrum, rafinum, aureum, apoſtolorum ſiue apoſtolicum, atq; Ægyptiacum, camphoratum, album, lithargyriacum, miniacum, ce[illegible], &c. quibus gloriantur. Sed dico *qualitatem*, quã vnguenta debeant habere in hac, vel illa ægritudine, ſecundũ intentionum curatiuarum exigentiã. Nam aliquando cõfortamus, aliquando vero humectamus, deſiccamus, calefacimus, & infrigidam⁹. Idcirco nõ eſt admirandũ, cum tã frequenter ceſpitent Sunt n. iſti medici in bibliothecis impreſſi: Quoniã operantur ſecundum libros, ex quib. plurimi oriuntur errores, quando non recte percipiuntur. Quod ille Damaſcenus aduertens *in ſuũ aphoriſmũ* non tacita voce exclamat: *Operari autem ſecundum libros abſque perfecta doctrina & ſolerti ingenio, moleſtum eſt.* Quare hortor vos, fratres

Saniei quid. *Secunda humiditates.* *Quando fiat ſanies.*

Meſue.

chariſſimi,

A chariſſimi, vt in omni veſtra actione, quam circa corpus humanum exercitaturi eſtis, medicamina ſecū-
dum membri complexionem & ægritudinis intentiones ordinetis. Et ſi poſſibile eſſet, ipſimet ea com-
ponite, nec tantum pharmacopolis credite, vt aliquando eiſdem decipiamini illo benedicto, nolo di-
cere maledicto tractatu, *quid pro quo*. Cum qui ipſum compoſuit, ſit iam vita defunctus. Nam ſicut ho-
mines non vna viſus ſpecie variantur, nec vna horum qualitate, & quantitate, ac corporis complexione
quæ aſtrorum motu in corpora influunt: Sic & ipſa ſimplicia, cum ſint diuerſarum ſpecierum, figurarū,
atque locorum, vnde propriam ſibi contrahunt qualitatem. Quod Auic. exclamat *in cap. de vlcerum cu-* Auicen.
rationis dicens, *Et medicamen quidem vnum ſecundum quadam corpora facit naſci carnem, & ſecundum quadam co-*
rum eſt corroſiuum vehementis abſterſionis, cum corpora ſint leuia valde &c. Ex quo infertur, quod ſecundum vl-
cerum exigentiam, & corporum ac membrorum complexionem vnguenta ipſa malaxentur. Quam
quidem ſententiam ille facundiſſimus ornatiſſimuſque Cornelius Celſus, quem vos tanti facitis, teti- Cornelius
git in tertio ſuæ medicinæ loquens. *Ignorari non oportet, quod non omnibus ægris eadem auxilia conferant. Et ideirco* Celſus.
eſtote prudentes in componendis medicaminibus, ne aliquando vobis accidat dicere, non putaram. Sanies autem bo- Sanies bona
na erit illa, *quæ alba, lenis, & æqualis erit*, vt dicit Aui. quam ſententiam ab illo diuino Hippoc. deprædatus qua.
B fuit *in lib. primo prognoſticorum* dicente: *Putredo ea laudatur, quæ alba eſt, & æqualis per totum, neque in ſuperficie*
inæqualis, neque mali odoris; quæ vero contraria peſſima. Quare debeat iſtas qualitates habere ſanies, dicetur
volente Deo *in capitulo de iudiciis ſaniei*, quando illud commentabimur. Vbi ad plenum rationes colli-
getis, quas modo ſi vellem narrare, longius ab incepto diſtraherer. Nam immenſum pelagus aggrede-
remur ſ. elementorum mixtiones, colorum fractiones, vbi dicere oporteret, à quibus qualitatibus pro-
ueniunt. Sicque alchimiſtæ, potius, quam Medici appareremus. Poteſtis etiam Galenum non ne-
gligere, ſed frequenter lectitare *in primo prognoſticorum*, vbi & diuina quædam relegetis pro illius rei
complemento. Habetis ergo quid, vnde & qualis, ſit ipſa ſanies. Nunc vero contexamus curam
vlceris ſanioſi.

Videor videre vos velle me quaſi percontari, quid nam ſentiam per vlcus ſanioſum, cum de ipſo Pro vlcere
ſermonem abſoluere deſtinaueram. Nam modo frontem contraxiſtis, cum vlceris ſanioſi curam velle ſanioſo quid
contexere dixerim. Pro cuius intellectione ignorare non debetis, vlcera eſſe duplicia. Quorum quędam intelliga-
ſant ſimplicia, & quædam compoſita. Non dico ſimplicitate *abſoluta*, ſed ſimplicitate *quadam*. Conſtant mus.
enim ex mala complexione, & continui ſolutione, & aliquando compoſitione, ad quæ concurrunt ma- Vlcerum
læ qualitates. Sed dico in quantum opponuntur vlceribus cum accidentibus verā conſolidationem im- differentia.
C pedientibus repertis, quæ compoſita eſſe dicuntur. Quare cum vlcus ſanioſum nominauero, ex noſtra
ſuppoſitione ſimplex intelligetis, quod omnino erit ab illis accidentibus remotum. Verum cum quadā
aliquando aſperitate inuolutum. Ideirco de ſimplici planum tenenti, deinceps de ſimplici concauo
dicamus. Poſtea vero de compoſito, eodemq; modo ac ordine ſermonem proſequemur, ad quod Deus
optimus maximus nos conferuet.

Supponatur igitur nobis humanam vitam ſeruare cupientibus, vlcera omnia, in quantum vlcera De cura vl-
ſunt, exiccatione indigere. Quæ quidem bipartita eſt, cuius vna pars eſt frigida, altera vero calida. Et ceris ſanioſi
hęc adhuc cum mordicatione, & ſine mordicatione. Sunt enim cum mordicatione omnia, quę ſub cer- planum te-
to gradu caliditatis ſiccam habent complexionem, cum ipſa caliditas vna cum ſiccitate conſtare videa- nentis.
tur, vt Ariſtot. primus omnium docentium doctiſſime nobis demonſtrat *in primo generationis*, vbi prima
elementa docet commiſcere, atque ſi terræ frigiditas cum caliditate commutaretur, iam non aridæ, ſed
ignis nomine potiretur, connectenſque ſi eiuſdem ſiccitas cum humiditate mutaretur, amitteret terræ
nomen, & aquæ appellationem ſortiretur. Quæ quidem exiccantia ſi cum huiuſmodi qualitatibus re-
D perirentur, non modo mordicarent, verumetiam & adurerent. Hoc nobis autem aſtipulantur ignis, &
ſublimati qualitates. Verum vnum altero erit tanto minoris mordicationis, quanto minus ſubmerge-
tur in huiuſmodi qualitates, & ideo in eligendis talis modi exiccantibus, eſtote aliquantulo prudentio-
res, ne vno pro altero vtamini. Et hoc vt euitetis, exiccantium diſtinctionem accipite, quibus vtimur
ad vlcerum curationem. Quorum notitia facile peruenietis ad metam vlcerum curationis. Sunt enim Frigida ex-
frigida exiccantia *ſandali omnes, myrobolani, terra ſigillata, ſanguis draconis, bolus armenus, tutia, camphora, ceru-* iccantia.
ſa, lithargyrium, minium, cinabrium, coralli rubei, gumma arabica, &c. Calida ſine mordicatione ſunt *aloe, ba-* Calida ſine
latia, myrrha, ſarcocolla, galla non perforata, &c. Cum mordicatione ſunt *flos æris, alumen combuſtum, &c.* Ex mordicatio-
quibus componetis optimum medicamen pro vlceris curatione, ſi illius qualitatem diligentius prius ne.
cognoueritis. Poteſtis vlceris caliditatem cognoſcere, ſi ipſius circumferentiam inſpexeritis, quæ ſi ru- Cum mordi-
bicunda erit, caliditatem atteſtabitur: Adhuc erit caro ipſius ſubrubea, & ad tactum calida. Quæ recti- catione.
ficabitur hercle cum vnguento albo, cuius hæc eſt deſcriptio. ℞. *olei roſati vnc. 6. pinguedinis caſtrati vnc.* Signa vlce-
iij. medullæ crurium vaccæ vnc. ij. ceræ albæ vnc. ß. ceruſæ vnc. iij. camphoræ ſcrup. iij. & fiat vnguentum ſecundum ar- ris calidi.
tem, quod deſuper applicabitis, inſpergendo vlceri hunc puluerem. ℞. *myrobolanorum omnium, terræ ſi-* Vnguentum
E *gillatæ, corallorum rubeorum ana. ℥ j. ceruſæ ℥ ij. aluminis rochæ combuſti. ℥ j. corticum compatrum ſiue cancrorum* album.
℥ j. pulueriſentur omnia ſimul & piſtillo bene molantur, donec fiat puluis ſicut alkohol, quem poſtea tegatis vnguen- Puluis exic-
to *ſupra dicto*. At ſi caro ſuperoriretur in tantum, quod labia vlceris emineat, erit vtendum pro illius ob- catiuus.
ſtaculo *vnguento apoſtolorum*, cum cautela tamen, ne iterum inflammetur. Nam ſunt complexiones in-
terdum ita delicate nutritæ, quod ſolum illius nomine alterantur. Quod vidimus in ciue Romano,
cuius nomen taceo, cum fuerit noſtro artificio ingratus. Quo cognito cautelam ipſam ordinaui ha- Defenſiuum
bentem intentiones membri confortandi, rectificandi, ac etiam corroborandi, quæ talis fuit.

℞. *olei roſati vnc. iij. olei myrtini vnc. j ß. farinæ fabarum ℥ iij. pulueris roſarum, myrtillorum, nucum cupreſſi,*
ana ℥ ij. boli armeni, terræ ſigillatæ, ana ℥ ij. ß. ceræ nouæ, q. ſ. & fiat defenſiuum inter molle & durum. Quod bina

 ap-

applicatione membrum rectificando, cum *vnguento apoſtolorum* vlcus ad cicatricem deduxi. Quod dum Medici, quos noſcitis, curabant, nonies in plenum orbem cornua lunæ coire viderunt, quod nos ſuna non dum fronte rupta conſolidauimus. Cum vero caro illa compreſſa fuerit & intentionem cicatrizandi tenebitis, illa lotione vos vti maxime expediet: ℞. *vini boni ſubrubei cyathum vnum, roſarum rubearum M. ß. mellis roſati colati vnc. ß. aluminis rochæ ʒ iij. croci quantum poſſit vinum colorare, quæ omnia ſimul bulliant, dum alumen diſſoluatur.* Quo tepido vlcus irrorabitis, deinde totum ipſum panno linteo ſubtiliter illius ſubigetis [siccetis] ne multum ibi ſuperſedeat. Quoniam ſaniem generaret, ſicuti accidit illi, qui mihi infeſtiſſimus eſt. Nam dum volebat cicatrizare, vtique ego faciebam, eodem vino vlcus concauabat. Quo facto, parum ſileciæ adhuc vlceri imponite, vt ſi quid humiditatis inde reſudaret, poſſit deſiccari, ſuper quod locabitis illud vnguentum, quod multum ad introducendam cicatricem operatur: *Recipe olei roſati, olei myrtini ana vnc. j ß. minii vnc. ij bulliant ſimul vſque quo acquirant nigerrimum colorem,* ſicque curam ipſam finietis.

Lotio cicatrizatiua.

Vnguentum cicatrizans.

Ecce modo curam intellexiſtis vlceris ſanioſi planum tenentis. Nunc vero curam vlceris calidi ſanioſi concaui perſequemur, de qua præmia reportabitis, ſi ad humores, qui illuc dilabuntur, intentiones curandi conuertetis. B

De cura vlcerum calidi ſanioſi planum tenentis.

Solent enim, fratres, humorum acuitates carnem generatam deſiccare, & corrodere, ac etiam generandam prohibere, ne fiat concaui inſtauratio. Pro cuius emendatione tres conſtituantur intentiones. Quarum prima ſit vitæ ordinatio cum bono regimine. Secunda humorum prohibitio. Tertia carnis generatio cum conſolidandi operatione.

Perficietur prima cum ſex rebus non naturalibus, & maxime in diætando, cuius cibatio in oppoſitam qualitatem humoris, qui ad vlcus defluit, ſeſe tota conuertat. Fit autem dupliciter humorum prohibitio, aut eos catarctico competenti educendo, aut pharmaco vel cataplaſmate membrum ipſum liniendo. Cuius officium ſit particulas confortando humores depellere. Quale eſt defenſiuum *ſuperius* ordinatum, aut ei conſimile. Generabitur caro dupliciter, tum propter abnegationem contrarii, tum etiam propter pulueris, aut vnguenti eandem qualitatem detinentis adminiſtrationem. Fiet quidem puluis ex ſimplicium exiccantium *ſuperius* narratorum admixtione, iuxta qualitatem & quantitaté, qua indigebitis, poteſtis ipſa ſimplicia doſare. Verum ſi vnguento magis, quam puluere delectabimini, ipſum ordinabo. ℞. *terebinthinæ clariſſimæ vnc. ij, mellis roſati colati vnc. j ß. aquæ plantaginis ʒ iij. bulliant vſque ad aquæ conſumptionem, deinde addantur farinæ hordei. fabarum ana ʒ ij. croci parum. thuris ʒ j & fiat incarnatiuum cum abſterſione,* ponendo deſuper vnguentum album *ſuperius* ordinatum, in cuius circunferentia defenſiuum *illud* dictum illinatur, ne poſſit vlcus iterum inflammari. At ſi multum caro excreſceret, *vnguento apoſtolorum* comprimetur vnica tantum, vel bina applicatione, aut quantum eo videbitur vobis opus eſt. Quæ cum adæquata erit labiis, finiatur cura ſicuti dictum eſt *ſupra* de vlcere planum tenente. Suntque multa alia ingenia, quæ ſcribi non poſſunt, ſed tantum operantis ingenio ac rectæ ipſius æſtimationi relinquuntur. Nam modo vna qualitas, modo altera, aut furit aut blanditur. Quæ non minus tenenda eſt, ac ſi fluctuantem cymbam in medio fluctu modo huc, modo illuc temone dirigere oporteret, ſecundum aurigæ æſtimationem. De quo etiam Auicen. queſtus eſt *in principio ſui operis* dicens: *Minus nam que quod Medico neceſſarium eſt, comprehendit: quod vero ſuper addendum eſt, incomprehenſibile eſt, ſcilicet quod Medicus æſtimatione non poteſt dicere, nec loquendo aut ſcribendo.* Quare vt illam habeatis, aliquando operari videre non dedignamini, ex quo iudicium ipſum colligetis, vt in omni veſtri animi agitatione tuti eſſe, certe poſſitis. His itaque de vlcere ſanioſo calido prælibatis, nunc fauſto bonoque ſydere auſpicemur curam vlceris frigidi ſanioſi, eodemque modo ac ordine, quibus in calido vſi ſumus. C

Vnguentum incarnatiuũ cum abſterſione.

Auicen.

De vlcere frigido ſanioſo.

Cum igitur vlcus frigidum ſanioſum ſe nobis curandum obtulerit (quod facile ex intuitu oculorum cognoſcetur: erit enim caro illius in colore demiſſa, alba, aut liuida. Quamuis id vlcus interdum liuore à ſanguine cum bilis concurſu concoloratur, nec etiam manuum tactum latebit ipſius frigiditas) nihil ab ordine diſcedendum erit, quem in vlcere calido ſanioſo ſcripſimus. Verum remedia alterimus (cum ipſa vlcerum genera differant à caliditate ad frigiditatem) ab illis longe differentia eſſe oportere. Quæ cum varia ſint, ab ipſo defenſiuo, quoniam ſe in cura primum offert, inchoabimus: cuius talis eſt compoſitio noſtra. ℞. *olei camomillæ, olei myrtini, ana vnc. ij. anethi vnc. j pulucrum camomillæ, meliloti ana ʒ ij. roſarum rubearum, myrtillorum, nucum cupreſſi ana ʒ j ß farinæ fabarũ, farinæ hordei ana ʒ iij. ceræ nouæ q. ſ. & fiat inter molle & durum,* quo tibiam ſeu aliquem alium locum circa vlcus inficietis. Quo facto ad vlcus ſtatim curandum animum intendatis, in quo primum iſtum puluerem proiicietis. ℞. *aloes, myrrhæ, ſarcocollæ, ana vnc. ß ſanguinis draconis, balauſtiorum. ana ʒ ii, thuris ʒ ij. croci ſcrup. ß de omnibus fiat puluis,* quem vlceri imponetis, deinde ipſum cooperite vnguento illo: ℞. *olei roſati vnc. ij. olei camomillæ, olei myrtini, ana vnc. iij. pinguedinis caſtrati vnc. iiij pinguedinis gallinæ vnc. j. medullæ crurum vaccæ, medullæ cerui, ana vnc. j ß. lithargyrii vnc. ij. ceruſæ vnc. j bulliant vſque ad colorem nigrum deinde addantur terebinthinæ claræ vnc. j ß. picis naualis vnc. j ceræ nouæ vnc. ij. & iterum parum ferueant, poſtea ab igne remoueantur, & ſpatula agitentur, donec congelaſcant, ne fiat mineralium hypoſtaſis,* & habebitis vnguentum appellatum baſilicum noſtræ intentionis. Si vero caro vlcera fuerit humida vel pinguis, vt deſiccetur, macreſcatque, applicatione *vnguenti apoſtolorum* indigemus, quod ſine hæſitatione reducet ad æqualitatem conſolidandi. Deinde finiatur cura cicatrizando cum illa lotione *ſuperius* ordinata, ordine ac modo *ibidem* recitato. *Sicque veſtra, domum manus ære grauata redibit.* D E

Defenſiuum humorum frigidi.

Puluis incarnans.

Baſilicum noſtra intentionum.

De vlcere compoſito.

Cum ergo ſimus ab his abſoluti, iure tenemur iactare modo fundamenta vlceris compoſiti, vt facile ædificemus in corpore humano. Quod inſtaurãdo, vel quod ab eo conquaſſatũ, ac delapſum fuerit, fulci-

A fulciendi integre conſeruemus. Quare iterum meminiſſe oportet accidentium, quæ *ſuperius* ſcripta ſunt, vt vnumquodque emendare valeamus. Quod cum euenerit, non poſſit à vera nos conſolidatione ignominioſe arcere, quæ ſecundum ordinem ibi enarrata perſequemur. Oblato igitur nobis curando vlcere compoſito, prius inſpiciamus, quæ nam ibi erunt accidentia, vt demum ipſam impediant conſolidationem. Nam ſi plures combinabuntur ægritudines, ab illa erit initiandum, quæ illi rei magis fuerit moleſta, vt Auic. recitat *in vltimo primi lib. capite* aſſerens. *Cum multa coniunguntur ægritudines, ab ea incipere debemus, in qua vna harum trium proprietas exiſtit. Vna earum eſt, quod alia ſanari non poteſt, antequam ipſa ſanetur, ſicut apoſtema, & vlcus cum coniunguntur. Medicamur enim apoſtema, donec complexionis malitia, quæ cum eo venit, remoueatur, aliſque cuius ſanatione vlcus ſanari non poteſt. Poſtea medicamur vlcus, &c.* Quare vt illud canonica obſeruatione pertractemus, ſecundum quod ægrum aliquod accidentium moleſtauerit, principales intentiones ordinabimus. Quarum prima erit vitam ægri ordinare. Secunda humorem peccantē vel iuxta diuinum complexionem purgare. Tertia vlceris qualitatem ac malitiam emendare. Adhuc etiam iſta diuidetur ſecundum vlceris diſpoſitionem, quæ partiales vendicat intentiones. Auicen. Intentiones curatiuæ.

Quomodo vita ægri ordinabitur, iam vosmetipſi poteſtis conſiderare ex illius vitæ regimine, quod ante, vel cum ipſa ægritudine ingluuierit, illud mutando in qualitates prius aſſumptis qualitatibus contrarias. Dico ſi vtus fuerit frigido & humido ante ægritudinem, vel in ipſa ægritudine, regimine,
B vos in oppoſitum ipſum conuertetis gradatim paulatimque. Quoniam natura non tolerat repentinas, ſeu inſtantaneas mutationes, licet id in humoribus non detur abſque longa ciborum chymorumq; tranſmutatione. Purgabitis humorem ſecundum vrinæ ſignificationem, quæ quidem bipartita eſt. ſcilicet in ſubſtantiam, & colorem, additur etiam his hypoſtaſis, ſeu quod nos ſedimen vocamus, & paucitas, & quantitas ex quibus omnibus conſideratis, totam ægri complexionem ſcrutabimini. Nam ſi vrina erit in ſubſtantia ſpiſſa, & in colore rubea, ſanguinem dominari ſignificabit. Si vero tenuis in ſubſtantia, & in colore rubea, choleram cæteris humoribus præeſſe non dubitabitis. Sin autem in ſubſtantia ſpiſſa, & in colore albus fuerit, pituita imperabit. At ſi tenuis in ſubſtantia & color albus extiterit, hæſitabitis, melancholiam humores cæteros ſuffocare. Ex ſedimine vero tempus pharmacandi ſumetis. Nam cum illud incœperit apparere, humoris purgandi digeſtionem oſtendet. Verum ſunt & poſtea colorum refractiones, & ſediminum eleuationes depreſſioneſque. Quæ vel dominium vel ſeruitutem caloris naturalis, vel humidi ſubſtantifici conſumptionem portendunt. Quæ omnia nunc computare minime decet, cum illud negotium ad Medicum potorium pertineat. De quo ſi Deus clementiſſimus vitæ termium continuabit, ne in noſtro tam ſcelerum grauamine intercipiatur, phyſicali quoq; ſermocinatione inter nos, iterum relatum ga faciemus, colabimabimur. Nunc tātum iſta, quæ de vrina dicta ſunt, Vide De Vrinæ ſignificatione.
C accipite pro vlceris ſanandi commoditate.

Quomodo humor iſte euacuabitur, perlegite diuinum Meſuem, qui illa pharmaca iuxta humoris peccatum componit. Vel habetis Copioſam à meo Magiſtro compoſitam, vbi purgandi modum ad plenum inuenietis. Nam ſi pharmaca vellem diſtemperare, aut bolos conficere, vel pilulas aggregare, fortaſſe vobis moleſtus ero, aut animi torpore audiendi faſtidio afficientur: vel mihi continget, quod vbique locorum prouerbium tritum eſt, *noctuas Athenas*. Quoniam eſſet inſipida mea ſermocinatio, ſi cibis expleto propinaretur, vt conuiuis ſolet plerunque accidere, ne in fine mensæ queant confectia perguſtare. Licet ipſa tempore quodam dulci faſtidio habeantur. Et ideo vobis iſta tanquam nota relinquimus ad vlteriora quidem accedentes & vlceris qualitatem ac malitiam emendandam. Emendabimus enim vlceris qualitatem, cum frigida fuerit, ſi calida applicabimus. Cum calida extiterit, ſi frigida illis ſuccedentibus. Sic quoque humectando & deſiccando faciemus. Ipſius vero malitiam refrenabimus, digerendo, mundificando, corrodendo, incidendo & adurendo & aliquando mollificando, ſecundum quod operanti videbitur. Quomodo autem & quando oporteat iſtos modos exercere, ſigillatim modo recenſebimus, cum ſingula vlceris accidentia propediere inquiramus. Quæ omnia or-
D dine, quem diximus, proſequemur, dimittendo, quæ non dicta ſunt, vt ab alijs remedijs noſtra ſunt primordia.

Superius iam abunde determinauimus de ſanguinis fluxu à cauſa primitiua exorſo, quo vos permeare oportebit, vt inde huc illuc, quo vobis opus erit, tranſportetur. Nam ſi iterum illius meminiſſem, fortaſſe vobis ſuperfluus affirmarer. Hic equidem cauſa intercepitus ad alia accidentia extirpanda euolo, ac ſi de ipſo modo ſermocinati fuiſſemus: Illud idem de carne addita diceremus, ſi cauſam illius poſuiſſem, cum vlceris ſanioſi curā deſcribebamus. Cauſa enim carnis additæ eſt *nimia humectatio*, necnon vlceris leta mundificatio, vt Auicennæ placet *in vniuerſali vlcerum ſermone* dicenti: *Et de vlceribus, in quibus naſcitur caro, quædam ſunt, in quibus naſcitur caro addita, & quædam, in quibus non naſcitur illud. Et illa, in quibus generatur caro addita, ſunt illa, in quibus fit feſtinatio naſcentia carnis ante mundificationem. Et illa, in quibus non naſcitur illud, ſunt illa, in quibus non naſcitur caro niſi poſt mundificationem.* Quare animaduertite, ne multum in humectando procedatis. Ex quo patent ipſius remedia, cum cauſam ægritudinis habuerimus, quæ ſecundum maiorem vel minorem ipſius eleuationem, & pinguedinem in ſiccitate, aut corroſione corro- Cauſa carnis additæ quæ. Auicenna.
E borabuntur. Nam aliquando vidimus ipſam pinguedinem cæteris remedijs abominatam cauterium actuale popoſciſſe. Quod ſi vnquam vobis acciderit, & remedia læuia non contulerint, qualia ſunt *vnguentum apoſtolorum, Aegyptiacum, puluis mei Magiſtri, & alumen combuſtum*, ne terreamini candenti ferro eandem deſiccare. Quod ſi hanc operationem feceritis, & eſchara ſuperinducta fuerit, remoueatur, ſicuti dictum eſt, cum de apoſtemate dicebamus, deinde ad curam vlceris reuertamini.

At ſi in vlcere oſtracoſa labia adfuerint, quæ conſolidationem impediant, tota vos cura ſuſcipiat, vt illa inde demoliamini, nulla interpoſita dieccula. Quoniam ſi aliter facere tentaremus, irritus quidem De cura ostracoſorum vlcerum laborum.

labor nos celeris curationis auidos fruſtraretur, ſicq; præcipiendum tempus poſtponeremus. Igitur ne A
tempus fruſtra dimittatur, ad ipſa amputanda accedamus. Amputabitis equidem labia oſtracoſa pedetentim, nulloque doloris præconio excitato, ſi puluerem hunc immediate ordinatũ appoſueritis. Quoniam in vlcere nunquam debemus, vt ait Auicen. dolorem commouere, niſi coacti, ſicuti in huiuſmodi cura, cui cum lenia medicamina non contulerint, ad fortiora erit tranſiendum, quoniam bene cognouerat, ſicut prudens ſagaxq; artifex quoddam genus hominum fore ad humanæ vitæ excidium venturum, quod eodem magiſterio gloriaretur, nullam habiturum canonicam regularemque rationem, qua infirmos dolorem perpeſſuros leuigaret, atq; animaret ad id fortiter viriliterq; tolerandum. Sed tantũ illam peſtiferam, lethalemque vocem ſeruaturum, quam noſtra hac tempeſtate ſophiſmatici medici in prouerbium redegerunt, Scilicet miti facilique Medico vulnus verminoſum fieret: ac ſi ignara Medicorum immanitas eſſet curationis cauſa. Loquor de immanitate, quam ignari medici in vnoquoque paruulo furunculo, vt docti practicive habeantur, omni induſtria, fucataque diligentia exercent: & non de illa, ad quam coacti non ſolum regulis, & autenticis Medicorum canonibus, ſed etiam nectareis mellitiſque poetarum perſuaſionibus inducimur. Vtq; præcipitur ab illo facundo delectabilique Ouidio, dicente

Immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Ad quod hercle perpetrandum, adhuc trudimur ab Aquinate Iuuenale *ſatyrica ſua perſuaſione*, ne B
forte à marcido, putridove membro cætera conſpiciantur ſyncera, vnde ait.

Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab vua.

Nec non adeſt ille amœniſſimus omniumq; poetarum doctiſſimus Virgilius, qui ferro etiam cauſam compeſcendam aſſerens, dicit:

Continuò culpam ferro compeſce prius quam
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

Quare cum in huiuſmodi operationem incideritis, forti immitiq; animo pro infirmi ſalute omnia, quæ ad illam conſequuntur, operamini. Quod ſi feceritis, non immitis indomitiq; animi, ſed miſericordis (quando vitæ hominis inualidi ſuffragia auxiliaq; attuleritis) appellationes nullo inuidorum liuore maculatas ſortiemini. Satis hercle à propoſito noſtrorum ignauia medicorũ ſumus deuiati, & fere merito. Quis nam iſtorum ignauiam inſcitiamq; tam fortiter ferret, vt aliquando non excandeſcat? cũ quotidie ab eiſdem maleficiis irritetur, eo quod boni nõ poſſint bene viuere, adeo docti, omni conamine, omnive animi procacitate inſidiantur. Dimiſſa hæc modo faciam, ne videar velle maledicere, cum iam ab iſto dicendi genere longe noſtra abhorreat inſtitutio, & magis aueat puluerem componere, quem la- C

Puluis corroſiuus. bus oſtracoſis imponetis: Cuius quidem talis eſt noſtra deſcriptio. ℞. *myrabolani citrini vnc. ß. coralliorum rubeorum* ʒ ß. *gallarum non perforatarum* ℥ j *ſanguinis draconis, terræ ſigillatæ, ceruſæ ana* ℥ ij *floris æris drach. ij. aluminis combuſti drach j. ſarcocollæ, myrrhæ, thuris, maſtices an. drach j ß. miſce & fiat puluis ſubtiliſſimus*, ſuper quem vnguentum, quod ordinauimus in cura vlceris latioris rigidi, ponetis, appellatum *baſilicum noſtræ intentionis*. Sic erit procedendum, donec remoueatur illa oſtracoſitas. Ea vero remota, curatur vlcus ſicut *ſupra* dictum eſt. Sin autem puluis parum propter ſui debilitatem videatur proficere, ita quod cum illo

Vnguentum corroſiuum. ſperes non poſſe amputari, ad fortiora remedia erit permeandum: quorum iſtud eſt primum: ℞. *olei roſati vnc. iij. pinguedinis caſtrati* ℥ ij *medullæ crurium vaccæ* ℥ j. *aquæ, in qua fuerit ſublimatum liquefactum* ℥ j. *bull. ad omnia ſimul paulatim vſq; ad aquæ conſumptionem, deinde addatur ceruſæ* ℥ j *& iterum bulliant parum, & poſtea auferatur ab igne & ſpatula tamdiu agitentur, donec cõgeleſcant, quod in peciola ſuper vlcus collocanda diſtenditur, & fortaſſe cum iſto proficietis*. Si vero adhuc inſtare remotioni perſeuerabũt, iſtud aliud ſine vlla temporis intercapedine in manus veſtras victoriã reportabit. Verum eſt prius admonendũ, ne in locis neruoſis ſuperponatur: ne forte cum victoriam ſperaueritis, in ſeruituté incidatis. Sicut accidit mihi, cum primum bellum inire volui cum quadam muliere, quæ vlcus oſtracoſum in pede patiebatur, quod nunquam potui ipſum inde arcere, licet alii nuntii præfuiſſent, niſi ductoré, ah nimium audacem, pugnando præelic voluiſſem: Qui non victoriam, ſed latam noſtri boni nominis cõmilitionibus ſtragem attulit. Verum ſi ne- D
ceſſitate aliqua ad id truderemini, præmittite prius vniuerſalem corporis euacuationem, ac etiam vrimini nuchæ confortatione. Vt ſi forte ſicarii fumi ad ipſum eleuarentur, qui vel ſpaſmũ, vel apoplexiam facere meditarentur, valeat (hac prima corroboratione facta) eos fugare ac ſpargere, nullo illato nocu-

Puluis maxime corroſiuus. mento. Quo facto ad locale deueniatur, quod tale eſt. ℞. *æris, & mineralis ſublimati an.* ℥ *miſce, & fiat puluis ſubtiliſſimus*, de quo tantũ vlceri inſpargetur, quantum partem remouendi valeat ſanæ: quẽ ſtatim cooperiat iſtud emplaſtrum, quod maxime faciet ad doloré mitigandum, & eſcharam remouendam.

Emplaſtrũ eſcharæ remotiuum & dolorum ſedatiuum. ℞ *foliorum maluarum, violarum, & lactucarum ana M. j bulliant ſimul in brodio carnis caſtrati, deinde piſtentur cui piſturæ addantur farinæ hordei lib. ß. olei roſati completi* ℥ ij. *butyri* ℥ iij. *vitellis duorum vel trium ouorum, & fiat emplaſtrum*, cum quo procedatur, donec eſchara, quæ ibi fuerit, remoueatur. Qua abſciſſa curam iã ſam perſequamini digerendo & abſtergendo, & finaliter incarnando, ſicuti dictum fuit, cum de vulnere dicebatur. Hoc denique modo faciendo, hiſque auxiliis vtendo, victoriam acquiretis, ſicq; famam & gloriam cum pecunia augmentabitis. Quando igitur habetis labiorum curationem oſtracoſorum, accedamus ad dolorem euitandum. Qui quidem tantum habet ferocitatis atque immanitatis, vt non ſolum vlceribus curationem, verum etiam & virtutibus animalibus & ſpiritualibus operationem interdicat, quare modo de ipſo nunc loquamur. E

De dolore. Quoniam dolor eſt veluti ventoſa attrahens materiam ad locum, authores ſemper in eo ſedando maximam adhibuere diligentiam, animaduertentes ſymptomata, quæ inde poſſint ſcaturire: ſicut virtutis proſternatio, & ſpirituũ defectio, necnon neruorũ contractio. Quæ omnia in vnaquaque corporis humani

A humani ægritudine verenda ſunt, & periculoſa. Quare vt iſta ſi euenerint canonice curarent, duplicē doloris cauſam edidere, quarum vnam eſſe dixere continui ſolutionem; alteram qualitatum corporis partium alterationem, ſicuti Galenus retulit, dicens: *Dolores ſecundum quem incumbunt locum, aut ſolutionem continui, aut ſubitas alterationes oſtendunt.* Soluitur igitur continuitas quadrupliciter, ſcilicet *inciſione, corroſione, fractura & tenſione*, id eſt, apoſtematione. Alteratur vero ſubſtantia, caliditate & frigiditate, ſiccitate & humiditate. Conſiderate, fratres, qua ſint vi diligentia in doloris cauſis inueniendis pro corporis humani conſeruatione, cui vt poſſitis adminiculari, hæc mente à vobis teneantur, vt reminiſcamini cauſas doloris ex ſolutione inſtigati, ſi vultis illius fieri correctores, & veſtri animi ac curationis cōpotes. Nam ſi ex inciſione, vt ſit in vulneribus, emerſerit, dolor erit ſedandus (facta prius ſutura & curata) *oleo calido omphacino* in vulneris circuitu illinito. Et hoc non ſemel, non bis, ſed doloris exigentia faciendum, donec magna ex parte ſedetur. Si vero ex corroſione inſurrexerit, quod proprium eſt vlceris accidens, debet ipſe remoueri, ſi volumus ipſum finem conſequi. Verum iſtius rei cauſa poteſt eſſe duplex, propria ſcilicet & dependens. Propria eſt ipſius carnis malignitas, quam noſtri appellant proprietatem occultam. Dependens vero cauſa ſunt humoris, qui cum ad comunctam venerint, corroſionem faciunt;

B velut eſt humor cholericus ſalſo phlegmati admixtus. Et iſta quidem indiget euacuatione cum *caſſia, manna* aut *diacatholico*. Illa vero ratione alio regenda eſt, confortando vlceris circumferentiam defenſiuo complexionem carnis fouente, & vlceri inſpargendo puluerem carnis malæ remotiuum mei Magiſtri, qui & præcipitatus dicitur, cuius recepta, & conficiendi modus *in fine* ponetur.

At ſi ex fractura exierit, inſtauratione comprimetur cum recta illius membri poſitione. Nam licet bene fractura adæquaretur, tamen inepta locatione facta diſglutinaretur. Quomodo autem fiat oſſis inſtauratio, poteſtis tot libros lectitare, cum ſint tali munere cumulate referti, præſertim quem Magiſter meus nuperrime edidit totius artis medicæ repletum.

Sin autem extenſione aleretur, quam apoſtema ipſi dicimus, mollitiua medicamina maxime ad illius materiei præparationem, vt exeat, facient, quæ iam dicta ſunt, cum de apoſtematibus meminerimus, quo ſi eis indigueritis, recurratis, ad quæ etiam nos ab Auic. impellimur, dicente: *Et vehementia doloris facit nos indigere medicamine mollitiuo.*

Verum enim vero fratres, ſi ex ſubſtantiæ alteratione increuerit, illius rei contrario decreſcet. verbi gratia. Si nimium in caliditate vlcus diſtemperaretur, quod rubedo in vlceris circuitu atteſtabitur, *Auicenna.*

C vnguento frigido temperabitur. Si ad frigiditatem ipſa ſubſtantia ſeſe ſubripuerit, *vnguentum raſinum*, aut ei ſimile à nobis cum rectificandi intentiones ſeruaueritis, compoſitum ad ſuam qualitatem abiget. Si vero ſiccitate quadam mœreretur, humiditate vobis amicabitur, quæ quidem humiditas includatur in vnguentis, quæ vlceri applicanda ſunt. At ſi humiditate plecteretur, ſiccitate à noxiis liberabitur, quæ in vnguentis, aut pulueribus, ſeu in emplaſtris reperietur. Hoc denique modo operando totum dolorem, qui cretus ſit ab vna qualitate alteram excreſcente, demoliemur. Sicque propriis medicaminibus humanæ vitæ ſuffragabimur, quando proprias ægritudinis cauſas attingemus. Nec ibimus per mendicata ſuffragia, vt faciunt iſti empirici, qui ſe practicos profitentur, & quid ſit ipſa practica, penitus ignorant. Nam & quod ipſi faciunt, & pueri faciunt, qui cum velint ludere, ſibi ſcopum figunt, à quo parum diſtant clauſi oculos binda, ter quaterque ſe in pedes circumvoluunt, quo facto, ire ſtatuunt ad fixum ſcopum, quem cum credant attingere, lōge aberrant, licet in principio parum diſtent. Hoc idem accidit illis practicis, qui tempora ægritudinum, & ſubſtantiæ qualitates, cauſaſque neſciunt diſtinguere, ac etiam vnguentorum proprietates: velut ille, qui præ ſe ferebat practicum maieſtate quadam verborum, cum interrogaretur à meo compatre Euangeliſta, qualis eſſet qualitatis vnguentum miniacum?

D inconſiderate reſpondit calidæ: vah vox quidem digna homine practico, quare hortor vos omnes, ne torpore quodam ignauiæ, aut deſidiæ afficiamini, vt non ſtudeatis, & ſimplicium & compoſitorum naturis cognoſcendis. Quod ſi forte vobis acciderit, non Medici, ſed artis medicæ mendici nomen induemini. Intellexiſtis modo doloris cauſas, & illius curationes. Pergamus igitur ad apoſtematis emendationem, ſicut accidentium vlceris narratorum ſeries expoſtulat.

De apoſtemate nihil eſſet dicendum, cum iam abunde dictum ſit, quando de apoſtematibus loquebamur. Verum ne videar deſerere, qui hac valetudine præpeditur, paululum adhuc commentabimur, vt illis, quę ibi dicta ſunt, aliquid addamus. Cum ergo aliquod vlcus ab iſta ægritudine detineretur, ne ad ſanitatem quiret peruenire, ab ea ipſum eximere debetis auxiliis, quæ apoſtematibus appropriauimus at ſi illis minime contentaremini, iſto vtamini, in quo tantum vtilitatis inuenietis, quod nō parum certe admirabimini. Verum hoc maxime conſiderabitis, nunquid frigido, an calido apoſtemate vlcus ipſum fatigabitur. Nam ſi calido vexaretur, alio conficiendi modo indigetis, quam ſi à frigido corriperetur. Calido exiſtente apoſtemate, iſtud applicabitis: ℞ *foliorum maluarum, & violarum, ana M. ij fabarum decorticatarum lib. duas bulliant in aqua ſimul omnia donec bene faba decoquendo macerentur: quo facto* *De apoſtemate.* *Emplaſtrum.*

E *piſtentur, & ſi quid olei eſſet addendum, parum addetur olei roſati omphacini, deinde diſtendantur apoſtemati ſuperponendum*, quod erit doloris ſedatiuum, & materierum reſolutiuum. At ſi frigido vlcus apoſtemate diſtraheretur, idem emplaſtrum componetis, verum alia decoctione, quam ea, quæ *modo* dicta eſt, quæ talis eſt. ℞ *foliorum maluarum manipulos duos, fabarum decorticatarum libras duas, lixiuii barbitonſoris quantum ſufficit, vt bene decoquantur: quæ decoctæ piſtentur, & loco applicentur.* Nam quę operabitur, ſatis congrua veſtræ intentioni erunt. Sed attendite, quæſo fratres, tuque mi APSTEMI, quod iſtud emplaſtrum in operando rectificabitur, ſecundum quod lixiuium erit maioris vel minoris acuitatis. Hoc deniq; modo faciendo finem imponetis ægritudini, de qua ſatis dictum eſt, ſi iſta inſeretis illis, quæ de apoſtematib. dicta ſunt. quare nunc ſermonem de duritie exigamus.

Opu-

De duritie.

Optimus quiſque Medicus mi ABSTEMI, dum bene recteque curare voluerit, bipartitam ſibi intentionem ſtatuit. Quarum vnam præſeruatiuam, alteram curatiuam nominare licet. Harum prima aucupatur cauſas ægritudinis. Secunda vero effectum illius cauſæ intercipere, ſeu deſtruere machinatur. Vt ego cauſas remouere, & effectum impedire noſtra indagine valeamus, dicamus, quot ſint duritiei cauſæ, vt ipſa ſi aliquando concupiuerit emergere, noſtris medicaminibus comprimatur. Cum ergo Atticam eloquentiam lectitarem, ſenſim *in quintum* Galeni *de ſimplici medicina* lapſus ſum, vbi tres duritiei cauſas eundem ponere annotaui. Aut enim accidere ait à nimia ſiccitate, aut a congelatione, aut à repletione. Si vero à nimia ſiccitate componetur, humectando ipſam deſtruetis. Et hoc faciendum eſt cum emplaſtris, vnguentis, aut embrocationibus, ſicut ipſe Auicenna facit. Sunt hercle embrocationes *aqua calida*, aut *brodium carnis arietina*. emplaſtra ſunt omnia, quæ ad maturationem apoſtemata ducunt, quæ dicta ſunt in cura apoſtematum. Vnguenta vero ſunt, *vnguentum de mucilaginibus*. & aliquando *tripharmacum*, licet Dinus illud in huiuſmodi ægritudine operetur, tamen nunquam ipſum hic nectare vidi: ego vero credo, Dinum poſuiſſe vnguentum triapharmacum in duritie ex congelatione facta, quoniam virtutem habet incidendi, quando cum aceto conficitur, quod maxime ad humorem viſcoſum incidendum facit. Si à repletione reſultaret (vt accidit aliquando apoſtematibus) euacuatio ipſam ſanabit, vt diuinus Hippocrates ait: *Quæcunque ægritudines fiunt ex repletione, inanitio ſanat eas*. Et ſi forte velletis ipſam reſoluere, aliquantulum prius per vos remolleſcat medicamine mollitiuo, deinde reſolutiuo exhaleſcat. Si iterum videretur ſiliceſcere, iterum mollitiuo matureſcat, vt ait Auicenna *in lib. primo cap. de medicationibus apoſtematum*, quam remollitam ſequitur reſolutio. Mollitiua habetis *in tractatu de apoſtematibus*. ibique inuenietis maxime *emplaſtrum de meliloto cum ſapa, & lixiuio confectum*, aut quod de *fabis & maluarum folijs cum lixiuio* decoximus, cum de apoſtemate vlceris loquebamur. Cæterum hoc vos ignorare non oportet, ſcilicet tertiam duritiei ſpeciem vlceri non accidere: ſed duæ primæ dictæ vlcera moleſtant, quæ ſi non rectificantur, vt dictum eſt, collaqueantur, & curentur, vt labia vlceris oſtracoſa curauimus.

A triplici cauſa duritiem in vlcere fieri poſſe.

Auicenna.

Hippocrates

Auicen.

A

B

De corroſione.

De corroſione, ni dictum eſſet, cum dolorem temperabamus, plenum ipſius ſermonem contexere proculdubio aggrederemur, cum ſit accidens longe alijs moleſtius. Verum quia ibi remedia non poſuimus, hic paululum etiam illius rationes computabimus: cum corrodens illud eſſe arbitremur, quod acuitate, quam in ſe retinet, humidum membri reſoluit, conſumit, & deſiccat. Quo certe reſoluto ſubſtantia carnis minuitur & vlceratur: cuius rei cauſam duplicem ſtatuimus, ſcilicet propriam, & dependentem. propriam diximus eſſe carnis malignitatem, quam Medici proprietatem occultam nominauere. Pro cuius remotione membri complexionem conſiderare oportet, vt illam defenſiuis, & linimentis, & vnguentis temperetis, & corrigatis. Quæ talia poteſtis ſecundum veſtram intentionem curatiuam componere, quale eſt illud, quod ad intimi complexionem, & ægritudinis intentionem competit: ℞ *olei myrtini, olei roſ. olei violarum ana vnc. j ß. boli arm eni, terræ ſigillatæ, ſanguinis draconis ana ʒ ij. acaciæ ʒ iij. pulueris roſ. myrtillorum, nucum cupreſſi, ana ʒ j ß. ceræ albæ vnc. ß. miſce & fiat linimentum*, quo vtemini in vlceris circuitu, & in ipſo vlcere. Verum ſi caro mala curam impediret, iſte puluis ſuperaſpergatur, quo vlceris malignitas rectificabitur. ℞ *myrobolani citrini terræ ſigillatæ ceruſæ. an ʒ iij. tutiæ præparatæ ʒ j ß. ſanguinis draconis ʒ ij. aluminis combuſti ʒ iiij ß. miſce & fiat puluis ſubtilis*, quem poſtea in vlcere inſperſum tegetis eodem linimento in peciola diſtenso, aut *vnguento albo*, vel *vnguento de minio*. Per cauſam vero dependentem intelligimus cauſam antecedentem, humorem ſcilicet cholericum ſalſo phlegmati admixtum, qui cum ad coniunctam defluxerit, corroſionem facit. Et pro eius curatione bifidam intentionem ordinauimus: pars cuius altera humorem fluentem reprimet. Altera vero defluxam emendabit. Reprimet hercle humorem labentem *caſſiæ* exhibitio, cum *diacatholico*, aut *manna*. Emendabit humorem fluxum linimenti adminiſtratio, & pulueris, quæ modo ordinauimus. Verum ſuper puluerem hoc vnguentum applicabitis. ℞ *olei myrtini, olei roſati, olei violati ana vnc. ij. pinguedinis caſtrati vnc. iij. ſeui hircini vnc. j ß. ſucci caulium vnc. iij. bulliant ſimul vſque ad ſucci deſiccationem, cui addentur poſtea minij ʒ iiij. ceruſæ ʒ iij. lithargyri ʒ ij. & bulliant tandiu, donec acquirant colorem nigrum, & ſemper ſpatumine agitabitis, ne fiat mineralium aduſtio in fundo aheni*: *Quo facto addentur terebinthinæ vnc. j. ceræ nouæ drach. vj. & fiat vnguentum inter durum & molle ad formam ceroti*, quod etiam cicatricem producet. Sic ergo faciendo tanti certaminis eritis victores. Si cum hoc profeceritis, hoc in tali caſu vtiminor: cuius eſt mirabilis operatio etiam in vlceribus formicoſis, quod appellatur *vnguentum Marianum de ſolatri*, cuius recepta talis eſt. ℞. *olei myrtini, roſati, violati, nenufarini, ana vnc. ij. ſucci ſolatri vnc. iiij. ſucci ſemperuiui vnc. iij. aceti boni vnc. ij. ceræ nouæ vnc. ij ß. lithargyri vnc. ij. ceruſæ vnc. iiij. bulliant omnia ſimul, donec formam vnguenti ſuſcipiant*, & vtiminor. nam mirabilis eſt operationis in talibus, & ſimilibus caſibus & vlceribus.

Linimentũ.

Puluis.

Vnguentum

Vnguentum Marianum de ſolatri ſucco.

C

D

Subſequitur hunc ſermonem, mi FRANCISCE, qui de corroſione dictus eſt, putrefactionis ſermocinatio: cuius deſcriptionem tibi mitto, tuiſque locis rectam ius quam cauſæ, quæ illius ſceleris propagatrix erit, accommodabitis, vt valeatis ægritudinem certificare. Eſt enim putrefaciens, *quod corrumpit, vel impedit, aut prohibet ſpiritum in membro exiſtentem, complexionemque diſſedans*. Quo quidem corrupto, aut prohibito humiditas illius particulæ minime regulatur: quare putreſcit. nam vt ait Ariſtoteles *quarto Meteororum*, humiditas & caliditas humiditatem non regens ſunt cauſæ aduentus primo putrefactionis. quæ, me hercule, triplicem cauſam habere viſa eſt. Quarum vna corrumpit vitalem ſpiritum debitam ipſius euentationem detinendo, veluti ſunt narcotica ſtupefacientia, vt *opium*, & repercuſſiua nimium frigida, & ſimilia. Illa vero, quæ impedit, ſunt humores groſſi, viſcoſi, frigidi, qui ſua viſcoſitate, & multitudine ſpiritus meatus impediunt. at illa, quæ prohibet, ſunt cauſæ primitiuæ

Putrefaciẽs quod.

Ariſtoteles.

E

vt


A vt plu[illegible], ſicut contuſio, percuſſio, & nimia ligaturæ conſtrictio, quæ membrum mortificat, tanti-tam [illegible] prolubendo. Quod ego vidi [illegible] vnica [illegible] in hoſpitali [illegible] Mariæ con-ſolationis. [illegible] baturq; puſtulam in pede dextro inter medium & annularem digitum. Quam [illegible], quem [illegible] perforauiſſet, [illegible] inde [illegible] fluebat, quod [illegible] tatu-ram. [illegible] ad maximam [illegible] venit, quando [illegible] ingenia [illegible] co-petenda [illegible] erant, quod membrorum mortificauit. Ex quo mortuus eſt [illegible] dies poſt incisionem. Quare vobis cauere nunc expedit, ne [illegible] mediatis vel [illegible] negligentia, aut carnificum [illegible] induamini, quibus [illegible] ab omnibus [illegible] ſceleris accuſatus. [illegible] ideo bene vos [illegible], quando putrefaciens dupliciter conſiderari poteſt: Primo modo vt diſponit ad putrefa-ctionem. [illegible] vero, vt iam putredo inducta eſt. Si vero primo modo ipſam contemplabimini, ad con-[illegible], quæ dicta [illegible] tenentur [illegible] Hippocratis, *Quæcunque ægritudines fiunt ex* [illegible] *erit* [illegible] *curatio*. Quota [illegible] impedietur, vt inquit Ariſtoteles, *remota* [illegible]. Verum ſi ſecundo modo putredinem circumſpexeritis, duo quidem [illegible], quos Galenus [illegible] accurate [illegible]. Quorum dexter cauſam putredinis ſimiliter

B autem putredinem [illegible]. [illegible] dexter oculus contrarius illius cauſæ vtetur. Similiter vero vn-guenta, & emplaſtra [illegible] exſiccantia adminiſtrabit, quæ talia erunt. ℞ *floris æris, aluminis rochæ,* [illegible] *partes æquales, aceti* [illegible], *& ad ignem tamdiu detineatur, donec ex viridi in rubrum colorem commute-tur* [illegible] quod [illegible] ad emplaſtrum diſtendetis: ℞ *farinæ hordei, fabarum, lupinorum, ana* [illegible] *& bulliant ad ignem, donec ad modum paſtæ miſceantur*, quod in pecia ad æqua-bus. At [illegible] ipſa putredo [illegible], quod ab Ægyptiaco partibus æqualibus facto non remoue-tur, [illegible] putridam demonſtratur: ℞ *mellis* [illegible] *aluminis rochæ, floris æris, ana* [illegible] *omnia ſimul incorporentur, donec bene* [illegible], & putrido ſuperponan-tur, [illegible] *ex tere-binthina & vi-tel*[illegible] *in cura apoſtematum*, quæ cauterio potentiali [illegible]. [illegible] vlcus curetur, ſicq; habebitis putridi vel putredinis rectificationem. Pergamus [illegible], quando ita ſubſequitur, ad os corruptum emendandum.

Inſinuamus deinceps, [illegible] IVLI, [illegible] emendationem oſſis corrupti,


C quod quidem [illegible] propria habet ſigna, ſcilicet exteriora interioraque. Exteriora erunt hebes-[illegible], vt Auic. [illegible] *ac de vento* [illegible] recitat. Interiora dico, quæ oculis non cernuntur, ſed [illegible] non occultam oſſis corroſionem, ſed [illegible] ſpeculatur. Quare [illegible] emendare, curareque volueri-mus, duo ante omnia conſiderabimus, quæ ad [illegible] & infamiam fugiendam attinebunt. [illegible] noſtrum [illegible] dedecus, ſi capita magnorum oſſium corrupta & iuncturarum deuitabi-[illegible]. Nam [illegible] particulis operemur, propter magnorum neruorum colligationem, aut chor-d[illegible] capita muſculorum omnino [illegible] aut alio quo alio accidente, quo forſitan dedecorabimur, [illegible] *vidam* [illegible], quem lectitare poteritis, ſi idipſum vobis cõ-[illegible] periculoſa loca declinabimus, oſſis corruptionem aut alterationẽ, [illegible] adminiſtrando, quæ magis congrua videbuntur. E-[illegible] corruptionem & alterationem ferramentorum genera, quæ raſpa-[illegible] ferramenta ad hanc operationem exercendam accommodata. *Et vn-guentum* [illegible] Auic. [illegible] erit opportunum ad hoc ipſum obtinen-dum. [illegible], quam ſi cauterio actuali cremaretur. Ego vero ſemper

D [illegible], cauteriis actualibus, quoniam membrum confor-tant & rectificant.



Quorum vnum hanc figuram habebat, A litera deſigna-tum, quod vulgo dicitur buctone, quoniam caput habet ad bu-ctonis ſimilitudinem. Verum pars æqualis erit, quæ oſſi aduren-do inhærebit. Sed hac equidem diligentia fungi ſoleo, antequã os aduram, habeo vnum ferrum digitali ſimile ad hanc ſimilitu-dinem formatum, & litera c. notatum, in medio ſui habens fora-men per quod cauterium os cauterizaturum iniicitur, ne caro ab igne adurantur, & illo vtor in oſſe plano.

Alterum vero ſecundum quippe dicitur cauterium pun-ctuale. b. litera inſcriptum, quod hercle operor in oſſe corrupto & perforato. Suntque alia ferramentorum genera, quæ ſecundũ quam eritis operam facturi conflabuntur: quibus vti poteritis ad oſſis corruptionem [illegible], quæ nempe duplicem cauſam re-tinet antecedentẽ ſcil. & primitiuã, quarum antecedens erit de-terior, quoniam os ipſum corrumpetur, antequam carnis fieret putrefactio. Eruntque humores corrupti ad os defluentes, & id

E


corrodẽtes, quę certe corruptio ab Auic. ventoſitas ſpinæ nominatur. Quomodo ipſa curanda erit atq; cognoſcenda, ab eodem, qui ſpecialem ſermonem de ea compoſuit, docebimini, quando ipſam curare non intendimus, eo quia longius diſtraheremur, cum in ipſa curanda non vna intentio implicetur. Eſt qui-dem cauſa primitiua, quæcunque ab extrinſeco eueniunt, ſiue inciſio, ſiue contuſio, aut aeris alteratio: *Cauſa primitiua corruptionis oſſis.*

non

non quod aer alteretur, ſed quod ex aere os inficiatur, vel vnguentorum adminiſtratio extiterit. & ideirco A conſiderate, nunquid vlcus à vulnere, an ab apoſtemate ortum habuerit, ob idque ad oſſis corrupti cauſam ſupputando deueniemus. quoniã ſi ab apoſtemate fuerit, erunt cauſa humores, qui os corruperunt. Nam à vulnere cauſa fuit aut aeris alteratio, vel vnguentorum adminiſtratio. Et ſi à vulnere, an os inciſum fuerit totum, an diminutum, aut aliquid fruſti oſſis inde vi extractum ſit. Nam multum intereſſet, vtrum vi, an ex natura ipſa expelleretur. Nam ſi vi demeretur, fiſtulam timeremus, vt ait Auicenna *in eodem capitulo de ... ſine.* Quod ſi ſuapte natura vomeretur à vulnere, illud non timeremus. Quare ſi omnes iſtas particularitates ſcire concupiſcitis, perlegite Auicennam, vbi omnia iſta, quæ dicta ſunt, colligetis pro veſtri animi ſatiſfactione. Hęc tantum dicta ſint pro oſſe corrupto, quare cum tempus ita breue ſit nobis determinatum, ad ſubſequentia pergamus.

Auicenna

De Varicibus.

Varices quid & vnde fiant.

Indicationes curatiuæ.

Reſtat, vt de varicibus dicamus, quæ ſunt *venæ in tibiis repletæ ſanguine melancholico, generato aut ex ſplenis oppilatione, aut ex hepatis debilitate, aut ex nimia regiminis comeſtione, ad humorem melancholicum generandum procliui, aut ex nimia ante reges aſtatione,* ſicuti aſtant palatini, *vel pedum fatigatione, aut grauium ponderum geſtatione,* vt baiuli faciunt. Quæ curandæ, licet factu aſperum difficileque ſit, tres ſtatuunt ſibi intentiones. Quarum prima eſt regiminis ordinatio. Secunda humoris purgatio. Tertia localium adminiſtratio. Sit B itaque regimen illud, quod abhorreat ab omnibus melancholiam generantibus, vt carnes ſunt bouinæ, bubalinæ, vaccinæ. ſalitæ etiam prohibendæ ſunt, necnon legumina quantum poſſibile ſit, caules, & caſeus ſalitus: vinum etiam rubeum groſſum in illo caſu ſpernendum eſt, & cætera id genus. Purgabimus humores, ſi quæ melancholiæ conterunt, exhibebimus, quod fiet phlebotomia, digeſtiuis, & potionib. Fit phlebotomia ex baſilica, quæ ſit cum foramine largo, vt ſanguis groſſus poſſit exire. Verum vt facilius hoc fieri poſſit, operæpretium erit infirmum aliquantulum elaborare, vt fiat humorum commixtio, quã phlebotomiam ſequantur ſyrupi de thymo, de epithymo, de fumo terræ, euacuando poſtea cum pilulis de fumo terræ, & pilulis indis, quæ omnia vos dotabitis melius pro infirmi exigentia, quam ego eorundem reminiſcar. Hæc quantum ad materiam antecedentem dicta ſint. quam ſi recte curare volueritis, ad curam illius ægritudinis principalem intentionem accommodabitis. Nunc vero de localibus, & materiei coniunctæ curatione agamus.

Cum igitur varices curare volueritis, præmiſſa vniuerſali purgatione, ad particularem intentionem deſcendite, quæ tres in ſe retinet conſiderationes. Quarum prima defluentem prohibet materiam. Secunda fluxam remouet. Tertia membrum confortat, venas ſtringendo, & coagulatum ſanguinem reſol- C uendo, & carminando. Prohibebitis materiam fluere, ſi defenſiuum applicabitis ſub genu, quod eſt tale. *℞. boli armeni, argillæ, an. ℥ iij. ſanguinis drach. vnc. j. terræ ſigillatæ ℥ iij. puluerizentur omnia ſubtiliter, & incorporentur cum duobus albuminibus ouorum & olei myrtini vnc. j.* & ponatur ſub genu, & cum pecia ligetur ligatura, nec nimis forti, ne membrum mortificetur, quod eſſet peius priori, nec nimis larga: quoniam non conſtringeret, nec ſanguinem prohiberet, quin deſcenderet. Sed ſit ligatura inter vtramque, quæ poſſit & vitare ſanguinem, & membrum non mortificare. Quo facto ſequenti die venam, quæ ſuper cauillam apparebit, phlebotomabitis, faciendo foramen latum, vt ſanguis groſſus poſſit facilius exire. Facto igitur foramine, manibus tibiam demulceatis à defenſiuo deorſum deſcendendo, vt totus ſanguis, qui in varicibus detinebatur, exeat, aut ſaltem pro maiori parte à tibia: quæ erat aqua calida prius humectanda, quam exprimatur. Exhauſto itaque ſanguine, & vena obturata, tibiam totam emplaſtrabitis hoc ſequenti emplaſtro. *℞. camomillæ, meliloti, abſynthii, an. M. ij. myrtillorum, roſarum rubearum, ana. M. iij nucum cupreſſinum. xx. acaciæ vnc. iij ſurfuris M. iij farinæ fabarum, farinæ lupinorum, ana lib. j ß. piſtanda piſtentur ſubtiliter, & bulliant ſimul cum ſapa & lixiuio barbitonſorum, in quo fuerint decoctæ tamarices, tapſus, barbatus, apium, & radices capparum, & tamdiu ferueant, donec acquirant formam paſtæ, miſcendo parum aceti boni, vt virtutem habeat incidendi,* cum quo totam tibiam inuoluetis. D Habet hoc quidem emplaſtrum (vt patet conſideranti ingredientia) virtutem deſiccandi, confortandi, reſoluendi & incidendi, quibus omnibus indigemus pro cura iſtius moleſtæ ægritudinis. Hoc denique modo faciendo curam finietis. Verum ſi defenſiuum inceperit deſiccari, & dolorem inſtigare, ipſum commutabitis, præcipiendo ſemper, vt infirmus teneat tibiam in lecto ſituatam & eminentem, ne ſanguis deſcendat, ſi cupit ſanari. Nam vulgo dici ſolet, *gamba al letto, & brazo al petto*: Et cum ſanus aliquantulum fuerit, iterum iubebitis purgari. Nam periculum eſſet, ne hydropicus aut phthiſicus, vel maniacus euaderet. quoniam materia, quæ ſolita erat deſcendere, detineretur, quæ talia habet accidentia commouere & producere, iuxta illud diuini Hippocratis, *hæmorrhoides, an varices antiquas, ſi non vna fuerit relicta, periculum eſt fieri hydropem, aut phthiſicum, aut maniam.* Et alibi, *Maniacis, hæmorrhoidibus, aut varicibus innatis maniæ ſolutio ſit.* quare ſi ex illarum prouocatione mania ſoluitur, ergo illarum conſtrictio eſt cauſa maniæ. Vnde habetur apud Ariſt. *in locis*; *Cuius adeſſe bonum eſt, illius abeſſe malum eſt.* Et ideo vt omnia iſta caueamus, purgabitur patiens ſingulis menſibus cum humorem melancholicum educentibus. E

Defenſiuum

Emplaſtrũ.

Hippocrates

Ariſtoteles.

Sunt & alia ingenia, quæ venam ligant & incidunt, quæ non tango, tum propter ſæuitiem & crudelitatem, & periculum infirmi, tum etiam quod ea nunquam alias operatus ſum, nec operabor, quando modus ille tutus mihi non videtur.

De rotunditate.

De rotunditate autem vlceris nihil dicemus, quando mathematicæ diſciplinæ ſatis incubuiſtis, in qua quidem, vt mihi videtur, non parum profeciſtis, quoniam facile ſcitis triangulos erigere, lineam ſecare, circulos diuidere, & ſi oporteret eoſdem quadrare, licet adhuc circuli quadratura non fuerit inuenta. Verum ſi ipſam diametraliter diuideretis candenti ferro, aut nouacula bene incidenti, circuitionem villorum deſtrueretis: quæ maxima eſt conſolidationis prohibitio. Sicque obuiabitis circuitioni, quo facto pote-

A [illegible] quod fueritis [illegible] nobis curatam impedire [illegible] de vlcere virulento.

De Vlcere virulento. [illegible] vitudinis sedulo in[illegible] instituto aberremus, [illegible] intentiones [illegible].

Sunt [illegible] humores [illegible] cum phlegmate [illegible] *Virus unde.* [illegible] Cum virus non generetur, vt dicit Auicenna, [illegible] humorum a quibus [illegible] calido. Generantur autem a malo vitæ regimine. Ideo [illegible] intentiones constituamus, vt [illegible] regimen quinque *Intentiones.* [illegible]. Quarum prima est vitam ordinare: Secunda corpus [illegible]. Tertia [illegible]. Quarta defluxos humores desiccare. Quinta vlcus consolidare, & membrum confortare.

B Complebitis [illegible] prima [illegible], pontica, sancta & calida omnia, sicut cinnamomum, 1 piper, zinziber [illegible] candiditatem & adustionem, [illegible] extera [illegible] lactucas in brodio pulli decoctas [illegible] brodium pulli humores [illegible] complexionem contemperat. Hæc igitur diximus exempli gratia, vt inde vos ad alia [illegible].

Purgabitis [illegible] choleram cum phlegmate [illegible] exhibebitis, sicut 2 [illegible] electuarium [illegible], aut electuarium [illegible] diaphænicon, aut aliquo alio pharmaco eandem virtutem habenti.

Prohibebitis fluxus humorum, si facta vniuersali purgatione defensiuum applicabitis, vlceris 3 circuitu per quatuor digitos [illegible] vlcerum fuerit. Quod conficietis ex boli armeni, & sanguinis draconis ana [illegible] *Defensiuum.* [illegible] oleum, & pinguedo cum aceto, donec [illegible] addantur cætera, & fiat defensiuum ad modum vnguenti, quod sicut dictum est, operamini.

Verum humores desiccabitis, si exiccantia admistrabitis, Cum virus (vt inquit Auicenna) indi- 4 C geat exiccatione, quæ possunt variis, multisque modis effici, quorum vnum est tale [illegible] *Exiccatiuũ.* [illegible] pulueres [illegible], & [illegible] puluerem rubeum, qui & præcipitatus dicitur ab alchymistis, quem sibi Magister meus vendicauit, cuius recepta, & modus conficiendi in vltimo dicetur, qui sine dubio vlceris virulentiam rectificabit cum maxima digestione. Nec credatis *Digestio vlcerum.* amabo, quod vlceris digestio sit saniem generare (vt quidam [illegible]) sed humores caliditati digestiuæ proportionatæ, quæ bene possit decoquere & digerere ad expulsionem eorundem præparando. Est enim digestio humoris subtilis ingrossatio, & grossiorum subtiliatio, cum præparatione expulsionis. Et ideo in calidis frigida, & in frigidis calida componimus.

Consolidabitis [illegible] vnguentum de minio aut triapharmacon, aut vnguentum camphoratum, siue 5 de cerusa [illegible] *Vnguentum camphoratũ.* [illegible]

D quando aufertur [illegible] camphora [illegible] & fiat vnguentum ad formam cerotis, quod membrum confortabit, complexionem emendabit, & vlcus ad cicatricem deducet. Quod [illegible] cicatrice [illegible] vlcerum [illegible] vlceris virulenti [illegible]. Verum hoc vnum maxime menti tenendum censemus, quod [illegible] *Notandum in vlcere.* vlcere desiccantia potentis, & virulentiam augmentari, vel vlcus [illegible], oporteret vos ad leniora medicamina descendere, nam illud, quod æstimabitis esse pro illius curatione, erit [illegible], & carnem ad [illegible] humiditatem resoluet, quam virus iudicabitis. Signum autem erit [illegible] desiccatione, vel nimia abstersione vnguentorum emergeret, quod vlcus erit [illegible], & sentiet [illegible] mordicationem cum dolore pungitiuo, vel mordicatiuo, vt inquit Auic. Quare [illegible] vos, ne [illegible] operationibus digna reportabitis. Nunc vero de sordido vlcere, quando virulenti curam præscripsimus.

Quanta sit [illegible] sanguinis alteratione [illegible] *De Vlcere sordido.* [illegible] & putredinem alteratur ex inordinato victus regimine. [illegible] caucre debemus [illegible] vnde

E [illegible] humores generentur, qui cum ad coniunctam venerint, vlcus sordidum [illegible] *Sorditium quod intentiones.* [illegible] aut ad nigredinem [illegible] [illegible] vlcus aut [illegible] emendatione [illegible] intentionibus, quarum Prima est vitam ordinare. Secunda humores purgare. Tertia sordidiem abstergere. Quarta vlcus consolidare. Ordinabitis igitur vitam, sicut in vlceris virulenti emendatione diximus, quando illæ curæ non [illegible] [illegible] qualitatem, quam ibi ordinauimus. [illegible] *Abstersiuũ.* [illegible] terebinthina clara [illegible] bulliant omnia, donec misceantur, quo facto addantur farinæ

 hordei

Aliud de ſucco apii.

Aliud de ſucco eiuſdem.

Aliud de præcipitato.

hordei q.ſ. croti paru, & fiat in [illegible] actuum, quo recte vti poteſtis. At ſi non profecerit, iſtud ſubſequatur. A
℞ terebinthinæ claræ vnc. [illegible] mellis roſ. colati vnc. ij. ſucci apii vnc. ß. bulliant vſque ad conſumptionem ſucci, deinde addantur farina hordei q. [illegible] ʒ ß. ſarcocollæ ʒ j. croti parum, & fiat a [illegible] molle, quod poni poſſit in vlcus concauum cum tentis. Si [illegible] eſt, ut [illegible] intentionem hoc facitote: ℞ terebinthinæ claræ, mellis roſ. colati, ana vnc. [illegible] lingua canum vnc. j ß. ſarcocollæ, thuris, myrrhæ, aloes hepaticæ ana ʒ j. bulliant omnia ſimul [illegible] que ad [illegible] partem [illegible] ſemper agitando [illegible] Quo facto colentur & colaturam administrate in vlcere tam [illegible] quam concauo. Et ſi adhuc decipere minuit id facitote, quo honorem, & vtilitatem reportabitis. ℞ [illegible] vnc. j. pulueris rubei qui præcipitatus dicitur, vnc. j ß. mellis roſ. colati vnc. ij. miſceantur omnia bene, & iſto abſtergendo proculdubio deſiccabitis & abſtergetis: Cum in vlcere, vt placet Gal. [illegible] duæ humiditates, quarum altera abſterſionem, altera deſiccationem expetit, quæ vtraque ſunt in iſto medicamine, ſi recte ingredientia reponetis.

Quia ſi carnem generare, aut ſolutionem conſolidare.

Conſolidabitis, ſi vnguenta qualitati vlceris extraneæ aduerſa collocabitis, vt puta, ſi qualitas vlceris ſit [illegible] calida, [illegible] gidis & ſi frigida, calidis vtimini, atque conſolidabitis. Quid enim eſt carnem generare aut diſcontinuum cōſolidare, niſi *qualitatem, qua virtuti nutritiuæ [illegible] [illegible] complexionem adæquare?* Quo facto, natura quidem fortificata carnem generabit, quod patet non ſolum in hominibus, ſed etiam in brutis animalibus. Et ideo vnguenta non compono, niſi illa, quę dicta ſunt in vlceris calidi, & frigidi curatione, ad quæ ne poteſtis, cum illis indigueritis, quæ modo de cauernoſo vlcere dicamus. B

De vlcere cauernoſo.

Miramur, ſi antiqui in cognitionem rerum, cauſarum, ægritudinumque deuenerunt, cum ſint edocti ab ipſa natura, quam diligentius puſſi obſeruabant. Et ideo ad id ſcientiarum faſtigium venerant, quod nos modo vix cogitatione attingimus, ipſi præ oculis habebant. Hoc autem maxime conſidero ex talpæ ſubterraneis cuniculis, qui me ad vlceris cauernoſi cōſiderationem inijcere. Nam cum hortulanus quidam talpam cauernæ os obduceret aut obſtrueret talpa, cauſa terrę hiatus nō remota, ſepe ex vna hora ebulliebāt. Quod quidē nō negligēdū circa vlceris cauernoſi curā pernotaui ipſum curaturus. Quod cū recte pertractare cupimus, illius cauſas inueſtigamus, quas aucupabimur aut ab humoribus, aut ab accidentibus, vel à ſaniei qualitatibus. Et ideo cum taliſmodi vlcus volueritis curare, bene prius ipſum ſcrutamini, recteque conſiderate, nunquid aliquod accidentium *ſuperius* narratorum cauſa ſit, quod cōſolidationem impediat. Quod ſi affuerit, manifeſteque ipſum accidens eſſe comprobaueritis, ad curam illius accidentis, quod veſtrum magiſterium impediret, accurrato. Quo quidem emendato, ſine optato fruemini. Verum ſi iſtorum nullam eſſe cauſam cognoueritis, qualitatem ſaniei contemplamini. Quæ ſi ſaniem, virus aut ſorditiem oſtendet, ad curam vlceris ſanioſi, vel virulenti, aut ſordidi properate, & ſecundum quod ibi dictum eſt, facite, quoniam abſque dubio tanti certaminis eritis victores. Si vero humores erunt quod carnis colores oſtendent, ipſos purgabitis. Nam ſi color erit rubeus, & cum pruritu, choleram ſignificabit. Si rubeus demiſſus, ſanguinem indicabit. Si albus, phlegma arguet. Si fuſcus, melancholiam accuſabit. Sicque operando terminum veſtro deſiderio complantabitis. C

De vlcere putrido & corroſiuo.


De putrido autem & corroſiuo eſſet dicendum, niſi de his ſermonem habuiſſemus, cum accidentia emendabamus, vbi cauſas & curas poſuimus, ad quæ ne poteſtis, cum ipſorum curatione vobis opus fuerit.

Hæc ſunt, quæ pro veſtri animi ſatisfactione diu mecum detinueram. Quæ ſi erunt omnibus complacitura, ignoro. Nam ille in dicendo factus ſum, qui in medio foro domum ædificat, circa quam de altitudine & depreſſione controuerſiam ſpectantes excitant, & commouent, cum & patrono æqualitatem proportionemq; habere domus ipſa videatur. Quod equidem vereor, ne forte alijs nimis abiectus, & depreſſus noſter ſermo videatur: alijs vero nimis ornatus & altus, cum omnibus complacere non poſſim, exiſtimans mediocrem dicendi modum retinere: maxime cum mihi nunquam placuerit, per arborum cacumina euolare, ſed lento gradu plumbeoq; pede incedere, vt me quicunque conſequi cuperent, facilius attingerent. Diximus. D

Modus conficiendi pulueris rubei hic eſt.

Puluis rubeus.

R*Ecipe aquæ, cum qua argentarii ſeparant aurum ab argento vnc. j. argenti viui vnc. iiij. miſceantur ſimul in alembico vitreo, quod bene illutabitis.* Habet enim alembicum bocciam, quæ illutanda eſt, in qua ponuntur alembicanda, & capellum, & recipientem. Cuius forma talis eſt. Sed A eſt illutanda, quæ dicitur boccia, punctus nominatur capellum. B vero dicitur recipiens, ſicque ordinato alembico, & in fornace poſito, deſtillabitis igne temperato.



Aqua ſeparans aurum ab argento.

Aqua vero, quæ ſeparat aurum ab argento, fit hoc modo: *Recipe ſalis nitri, aluminis rochæ, vitrioli Romani, ana lib. ij. miſceantur in mortario marmoreo cum piſtillo tamdiu donec bene miſceantur: Quo facto, puluis groſſo modo factus ponatur in bocciam, quæ ſit illius pulueris capax, & vt dictum eſt, illutata. Verum etiam omnia [illegible], ne aqua exhaleſcat, ſic deſtillando aquam extrahetis,* qua recte vti poteritis. Signum autem ſuæ bonitatis eſt, quod quando de ipſa parum in humum ceciderit, ſtatim ipſam ebullire videbitis. Habetis ergo modum pulueris, & aquæ conficiendæ, quæ eſt tantę virtutis, quantam nemo exiſtimabit. E

Ruptorium fit hoc modo.

R*Ecipe lixiuii quod primum manat à colatorio, quod dicitur mater, lib. v. aut quantum vos volueritis iuxta quantitatem, quam facere concupiſcitis: quod ponatur in caciola [illegible] ſeruendum, cui aſſocia [illegible] ʒ. vj. vitrioli Romani, quæ ſimul tamdiu bulliant, donec quicquid lixiuii eſt, ſeruendo deſiccetur, & quod in fundo petrificatum eſt,*

ſiue

A *ſiue induratum, colligite, quo, cum operari volueritis, vtemini.* Nam tantæ operationis eſt, quod ſubito operare videtur, nullumque dolorem ad aliorum comparationem excitat. Si vero quomodo lixiuium fiat, ſcire non negligitis, hunc quæſo attendite ordinem, quo ipſum ego ſemper ſolitus ſum facere: *Habui tinam paruam, in cuius fundo erat foramen vnum, vnde lixiuium deſtillare potuiſſet, quam cinere ex ſarmentis facto, aut quouis alio cinere, dummodo fortis ſit, implebam, deinde circualiter ipſum ſeparabam, in quo calcem viuam ponebam, cui tantum aquæ infundebam, quantam calx imbibere potuiſſet: quo facto antequam fumaret, in ipſum cinerem calcem obruebam, ne fumi, qui in ſe leuabantur, exhaleſcerent. Sicque biduo permanebat foramine tinæ clauſo. Tertio vero die cinerem cum calce commiſcebam, quam bene commixtam manibus comprimebam, ne aqua ſuperimponenda citius penetraret ad fundum, quo facto tinam aqua implebam aperto exiſtente foramine, vnde lixiuium emanaret: quod primum ad ruptorium conficiendum colligebam, in quod vnum ouum proiiciebam: quod ſi ſupernatabat in lixiuio, cauterium ex ipſo faciebam:* nam illud eſt ſignum proprium ad cognoſcendum ipſius bonitatem. Habetis igitur modum ruptorii, & lixiuii conficiendi. *Modus praparandi lixiuium.*

Trochiſci fiunt hoc modo.

B

R*Ecipe aquæ plantaginis vnc. vj. ſublimati puluerizati vnc. ß. bulliant ſimul vſque ad quartæ partis aquæ conſumptionem, deinde reſideat per vnum diem, cum qua aqua poſtea impaſtabitis tantum farinæ, quanto indigebitis pro faciendorum quantitate, & numero trochiſcorum, farina etiam admiſcebitis tantum minii quantum poſſit farinam colorare: de qua formabitis trochiſcos, quos factos decoquatis in furno debili: vel in ſole eos deſiccabitis.* & ſic habebitis trochiſcos longe diſſimiles ab aliis, & in materia & operatione difformes.

Vnguentum nobile aduerſus ſcabiem.

R*Ecipe vini boni & odoriferi lib. j ß. ſulfuris vnc. iij. thuris ℥. ij. ſalis vnc. iij. ß. ſtrucij vnc. iiij. ceræ albæ vnc. j ſ.* & ſi vis *adde in fine ebullitionis ſtoracis liquidæ ℥. j ſ. bulliant omnia ſimul vſque ad conſumptionem tertiæ partis, vel dimidii vini, deinde permittas reſidere, & congelari,* quo poſſis vti in palma manus linituræ particulam corporis infectam.

C FINIS TRACTATVS TERTII DE VLCERIBVS.

D

E

MARIANI SANCTI BAROLITANI ARTIVM ET MEDICINÆ DOCTORIS.

TRACTATVS DE CAPITIS LÆSIONIBUS Chirurgo curandis.

IN TRACTATVM DE CAPITIS LÆSIONE.

Io. Al. Vopiſci diſtichon.

HIC oſſa, hic caput, hic reparantur vulnera: Credas
Obuerſum Marti munus Apollineum.

Abſtemius Firmanus ad librum.

Ire quid expectas in lucem docte libelle?
Ad tua quot clamant limina nonne vides?
Dicere qua ſolitum dubitas ignobile vulgus?
Et celeris curſus crimina ferre times?
Dum placeas doctis, multoſq; vocabis ab orco,
Ac doceas multos: nil tibi vulgus obeſt.
Non celer eſt curſus, quando mora damna minatur,
Non iter eſt ſubitum, cum nocitura quies.
Aſpicias quoties primum curabile vulnus
Dilatum ſubitam contribuiſſe necem?
Quare frange moram, ſanis ægriſq; ſalutem
Affer, & ad multos tardius ire caue.

IN TRACTATVM DE CAPITIS LÆSIONIBVS.

Franciſcus Palmetius Sabinus ad librum.

QVid dubitas culte in vulgus prodire libelle,
Tutaq; iam tumido credere vela freto?
Auſpiciis Marii totum decurre per orbem:
Tam celeri cunctis vindice tutus eris.
Hic eſt, cui dederant (reliquis quod fata negarunt)
Omnia noſſe animo, cunctaq; poſſe manu.
Author, materies, vindex, te coget amari:
En propera in vulgus tendere culte liber.

Abſtemius Firmanus itidem ad librum.

I liber in populum: ſi quis te lumine cernat
Liuidus aduerſo, dic, meliora leges.
Cum liber in populo fueris, dictiſque malignus
Non parcat, dicas non meliora facis.
Cum liber è populo abſcedes, laribusque receptus,
Deficiet ſubito quicquid obeſſe poteſt.
Charus eris cunctis, aliis multumque ſalubris,
Blandiciasque ferent, qui maledicta dabant.
Nam mala dum corpus morbi contagia lędent,
Protinus obſtabis, auxiliumque feres.

Marianus Sanctus Barolitanus Domino Mario de Scapuccis artium & medicinæ Doctori excellentiſſimo, ſuoque benefactori S. P. D.

CVm me omnino, domine Mari, ab incepto compendio, quod de chirurgia compoſui, abſolutum circumſpexerint noſtri amici maxime rogauerunt, vt capitis ægritudines, quę à cauſa primitiua ſcaturiũt, omni indagine exquiſitaq; diligẽtia, prout opis eſt noſtrę cõmentaremur. Quibus cum ab eorum honeſtate ægrorumq; vtilitate, ac dignis precib. caperemur, honeſte denegare nõ potuimus, pollicentes pro

A pro ingenii noſtri viribus, [illegible] Obid pie tractatum vnum compilauimus, quem tuo dedicatum ad te [illegible] eſſe duximus, vt ſi q[illegible] medio [illegible] aliq[illegible] [illegible] dum, vel [illegible] ſit, id emendes [illegible] ac etiam [illegible]. Nam hac noſtra tempeſtate, qui [illegible] quam [illegible] immortalem vide[illegible] ſubſidioq; [illegible], quare rogo, oro [illegible] te, domine Mari, vt tute, [illegible] Romanam vrbem vndique mundorum linguis refertam [illegible] ſine tanto nomine [illegible] tam extremam manum imponas: Vt ſi cum maledicentia, quod iam commune eſt [illegible] tua authoritate dignitateque munitus, ſe ab [illegible] dentibus obſcœniſque faucibus tueri videat. Quod cum tu noſtris muneribus non dedignatus feceris, nos, noſtriq; amici, de quibus iam bene meritus es, Neſtoreos annos tibi à Deo imprecabimur, & qui nobis noſtræ lucubrationes gratæ fuerint, [illegible] immortales in poſterum gratias agent. Bene vale, meque vt ſoles dilige.

IOANNES MARIA.

MOs eſt omnium MARIANI dilectiſſime, qui alijs gratificari cupiant, petita amicorum non negligere, animo optimo animi [illegible] amplecti, & maxime ſi quæ petuntur, iuſta, honeſtaque fuerint,
B [illegible] incommodum illi, a quo petuntur, afferentia. Quod ſi aliquid ingrueret iniuſta, inhoneſtaq; videretur, cum iuſtum, atq; honeſtum non magis placeat ei, qui petit, quam a quo petitur, longe quidem errarent homines, ſi [illegible] & honeſtum alterius incommodo parari arbitrarentur. Cum ergo nos [illegible] non minus tibi complacere, quam nobis gratum fore, quod te modo exoratum volumus, cum tibi dicendi nobis [illegible] maxime vacet, vt capitis ægritudines, quæ à cauſa fiant primitiua, vna cum illarum curis commemores. Quo modo [illegible] animæ conſcientia, ac ægrotorum pietate excitemur, [illegible] animum, vt audacter petimus. Quod ſi timide peteremus, forſan nobis, quod omnibus gratum [illegible] negaretur. Cum ipſa timiditas duo portendere videatur, vt vel quod petitur, multum, inhoneſtumq; [illegible] vel ille, a quo petitur, immanis, ferox, immitiſque ſit. Quare cum iuſtum, tuq; MARIANE [illegible] mitis, amicique munificentiſſimus ſis, velis de ipſo negotio nobiſcum ratiocinari, vt tua cõ[illegible] animaduerſione valeamus tot capitis pericula declinare, ad quæ iſti noſtri empirici veloci greſſu [illegible], aut ſi qua euenerint, emendare. Cum tu ſolus ſis, qui & curare, & emendare poſſis capitis læſiones, quod tunc nobis cognitum fuit, cum graues capitis caſus in hoſpitali ſanctæ Mariæ conſolationis
C peregiſti, quo tempore de chirurgia compendium abſoluiſti. Perge igitur MAR. amicis tuis amantiſſimis obtemperare, & poſterorum incommoditatibus prouidere. Nam ſi tanti laboris præmia digna non feres à nobis, qui parum poſſumus, Deus ipſe optimus maximus tua facta fœlicitabit.

MARIANVS.

C *dici, & quæ præter ea non ſimilia videntur, ſed præter conſuetudinem, minus nota, & magis extranea. Nam conſuetum notum, &c.* Si enim hæc abſurda dicunt ſenſibus apparentia, abſurdiora etiam eſſe cenſebuntur: Si quis diceret, imaginatiuam vno & eodem tempore, vel inſtanti, & eodem membro contraria ſimul & ſemel imaginari, in actu vero poni non poſſe, non ratione agentis, ſed ratione inſtrumenti, cuius operatio ad vnum oppoſitorum vel contrariorum inclinatur. Apparet enim ex virtute motiua, duos eſſe contrarios motus ipſius manus, ſi vnus digitus eleuaretur, alter vero deprimeretur, vno & eodem momento factos. Vnde ſequitur, animam moueri motibus contrarijs ſenſibus alligatam. Indeque ſiunt impoſſibilia nedum Medico, ſed etiam philoſopho, quæ naturæ ſunt poſſibilia, cum non poſſint imaginari, per quæ media impoſſibilia nobis viſa operetur natura, quæ nobis inſenſibilia fiunt. Quando modis & terminis id exprimendi careamus, ſenſibus alligati. Ideoque frigiditas lapidis cementum operatur congelando: caliditas vero in renibus, humiditate phlegmatis conſumpta generat exiccando arenulas aliquando albas, nonnunquam citrinas, & interdum rubeas, ſubrubeaſque ad nigredinem tendentes. Inſurgunt quippe colores iſti ex *varietate graduum caliditatis*, non autem a loco, vel materia, vt nonnulli exiſtimant. *Arenularū [illegible] [illegible]ndo. [illegible].*
D Quod quidem minime licet Alchymiſtas, qui die noctuque inuigilant ignem ipſum temperare [illegible], operæ incumbunt, vt magis ſeſe transformari ſentiant, quam illud elixir punctuale, per quod forma introducitur ſuppoſitæ materiæ, naneiſcantur, ſeque ſuamque fortunam mentantes, ſi paululum vigiles à ſomno corriperentur, præſertim cum videant, ſe in fine operis eſſe deceptos, deinde non ignorantiæ, ſed ignis actioni attribuere, aut quia lentus fuit, & non bene decoxit, ideo non fuit bene colloratus vel quia parum magis fortificatus, croceum vel rubeum elixir colorauit: vel quia fortis ignis aduſtum, & ſubnigrā potius, quam temperatum reddidit, ſicque nunquam excitatione vacant, qui non tantum alios auaritiæ inhiantes, veluti guloſos, qui antequam ſol & natura delectabiles fructus ſuo tempore producant, auide inhiant, ſed etiam ſeipſos operam & oleum perdentes decipiunt. Dimittamus igitur ventoſos homines, & ad noſtrum propoſitum accedamus.

Cum ergo humiditas phlegmatis à calore conſumpta fuerit, remanet illa terrea materia tali affecta qualitate, vt regreſſum ad humiditatem amplius habere non valeat: quæ ſi non aliquo ab humiditate viſcoſa conglobata fuerit, lapis in renibus agglutinaretur, quando res arida & ſicca nunquam in vnum compingeretur, niſi cum humiditate aſſociaretur. *Lapis quomodo agglutinatur.*
E Late quidem patere exiſtimo, ſi terram frigidam & ſiccam, cum aqua frigida & humida, vel cum vino calido & humido temperatam inſpiceremus, non à calido vel frigido, ſed ab humido in globum aceruatam diceremus. Quæ quidem arenulæ, ſi in veſicam ab emulgentibus, & renibus per poros vrinides laberentur, in maiorem lapidem glomerarentur.

Vnde notum eſt, arenulas in renibus generari, & in veſica in magnum lapidem cumulari ab ipſa frigiditate agente, viſcoſitate ipſa cooperante, cum proprium ſit calidi a ſiccitate corroborati, & frigidi humiditati aſſociati congelare.

Renum, qui à caliditate & ſiccitate congregantur, à frigido & humido diſſoluuntur. Et qui à frigidita- A
te, & humiditate erunt concreta, à caliditate & ſiccitate liquefcent. Ex quo ſequitur, vno medicamine
lapidem poſſe educi, ſolui vero non poſſe, cum qualitates contrarias in ſe retinere non valeat, licet ex
ſimplicibus contrariis vnum conficiatur: tamen cum miſcentur & componuntur, ita vt vniantur & adue-
niat eis commixtio, aduenit complexio ſecunda compoſito medicamini, propterea [illegible]
tur in ægritudinem, vt Auicennæ placet. ergo diligens ſit Medicus, qui lithontriptica dare voluerit,
vt omni [illegible] lapis ne à caliditate an à frigiditate induretur. Satis quidem hoc ma[illegible]

Generatio lapidis à calido & ſicco.

tari, [illegible] corporis habitudinem, & etiam vrinam inſpexerit. Nam ſi patiens erit bone
habitudinis, & in colore debite coloratus, & vrina eius erit colorata aliquo colore, quia ſanguine &
[illegible] choleræ, cum quibus etiam vrina humana coloratur, & ſedimen eius non multum in matula de-
ſcenderit, [illegible] arenulæ rubeæ, vel croceæ apparuerint, libere ratiocinari poteris, lapidem in tali à calido &

Generatio lapidis à frigido & humido.

ſicco in renibus generari. Si vero contraria ſigna habitus [illegible] extiterint, & vrinæ ſigna ſuper frigidita-
tem attendantur, & ſedimen erit groſſum, & viſcoſum vel mucoſum, non dubites prognoſticare à frigido
& humido lapidem ipſum in veſica augeri. Hinc operæ pretium eſt videre pleroſque homines, qui falſ-
ſo Medici nomine tanguntur, quamplurimos, quorum credulitatis me maxime tædet, ſæuorum acci- B
dentium [illegible] corporis affligendi promiſſione quadam frangendi lapidem in veſica cum iis, quæ
[illegible], ad Acheronta miſerrime credulos tranſmittere, nulla congelati lapidis conſideratione
habita. Sunt autem hi qui non rationibus & experientiis, quæ nempe fidem inuentis faciunt, ſed auidi-

Qui facile lapidem patiantur.

tate nummorum ad id perpetrandum excitantur, hoſtes generis humani pernicioſiſſimi. At qui lapidẽ
renalem facile patiuntur, ſunt pingues, tum propter viſcoſi nutrimenti ſuperflũitatem, tum etiam pro-
pter meatuum conſtrictionem à partium inhærentia cauſatam: colliquefiſ[illegible] tenues & macri,
propter caliditatis exceſſum à nimia ſiccitate contenti. Hi autem magis [illegible] mente & corpore in ve-
ſica, quam in renibus cruciantur, quamuis vrinam groſſiorem, & plurimam mingant à naturæ ſiccitate.

Lapis quid.

Ex his igitur colligimus, lapidem eſſe *arenularum glomerationem in corpus durum conuerſam, vel à caliditate ab æ-*

Duplex lapis.

qualitate egreſſa cum humiditate coniunctam, vel à frigiditate cum humiditate [illegible] ſcemperatam. Qui quidem duplex

Lapis renalis.

eſt, alter renalis, alter vero veſicalis, denominationem ſuſcipientes à locis, vbi plurimum generantur.
Quamuis etiam in aliis corporis particulis generetur, verũ inter ſe non parum differunt. Eſt enim rena-
lis lentior paulumper, & minor, propter loci conſtrictionem, & magis ad rubedinem declinat, propter C
caliditatis fixionem.

Lapis veſicalis.

Veſicalis autem eſt durior & maior, propter loci capacitatem, declinat magis ad [illegible] prę-
ſertim ſi caliditas non erit æque ſufficiens humiditatem ipſam exſiccare, vt [illegible] humoris ab
igne viendis, & etiam ad citrinitatem luteum colorem [illegible] humidi exſiccatione[illegible]
à calido factam, & ad albedinẽ, propter frigidi coagulationem: & ſecundum gradum actionis, aut mol-
lior vel durior compingetur.

Dubitatio.

Non eſt hic modo locus diſcuſſionis, ſit ne morbus, an morbi cauſa lapis in renibus, vel in veſica,
cum ad ipſius curationem intendimus. Sæpe etiam [illegible] morbi [illegible] ſuſcipiant, vt
ad priſtinam ſanitatem [illegible] reſtituatur. Hanc etiam conſiderationi annectere-
tur, ſit ne hæreditarius, cum pleraque omnes [illegible] omnia [illegible] principia. nec
dicam, quid in *quadripartito* Ptolemæus [illegible], quando mathematice demonſtret, plerumque filium
patris fortunam fore ſecuturum. Quapropter his omnia poſtponentes, ne noſtræ longæ ſermocinatio-

Signa lapidis renalis generandi.

nis ſaſtiditos tæderet, [illegible] accedamus.
Verum prius nonnulla [illegible], quæ ipſius generationem in renibus, ac eiuſdem fixionem ſignifi- D
cant, enumeremus, [illegible] vel præteruate, vel affectionem ipſam emẽdare. Tunc enim
præſeruatione [illegible] renum [illegible], ſi querulans in regione dextra vel ſiniſtra renum pruritum ob-
tuſum ſenſerit, & [illegible] ſi forſan palpitauerit neſcierit, vbi nam illa fiat [illegible], quæ

Generati.

in pruritu [illegible] Quæ [illegible] ſigna lapidis renalis generandi. Hæc eadem ſubſequitur lumborũ
grauitas in eis, qui etiam [illegible], in ſe erigendo dolorem partium ſentiunt. [illegible] dolor cum
punctura partium locum occupans, & in iunctura lumborum grauitas, præſertim in oſſe [illegible], ge-
neratum lapidem in renibus [illegible] arguunt & maxime ſi crurium, ac etiam pedum, [illegible] digito-
rum formicans dormitatio, ab aliis ſtupor dicta, præceſſerit. At ſi frequenter [illegible] rationibus
patientem [illegible] & aliquando eundem vomere, propter ſtomachi, & diaphragmatis colli-
gantiam videris, maxime [illegible] dolerent, eundem pati renalem lapidem tuto aſſolari pote-

Signum diſtinguens dolorem nephreticũ à colica.

ris: Et maxime ſi arenulæ in matulam cum lotio defluxerint, per quas dubium [illegible] à colica, in qua non
ſolent arenulæ apparere. Reſtat etiam [illegible] animaduerſione dignum, quod affectio illa paroxyſmalis
dicatur, vt Auicennæ placuit, & à paroxyſmo ad paroxyſmum [illegible] aliquando mentis vnus, in-
terdum quatuor, nonnũquam integer annus, ſecundum quod tardius, aut celerius [illegible] E
tur. Qui quidem [illegible] aliquando celeritate, vt mori patiens præ dolore, qui [illegible] lapi-
dis ſtantis in aliquo meatu vrinæ accidit, ſubito videatur. Quemadmodum mihi olim Rh[illegible]
lis, lapillis podagricis, [illegible] & arthriticis doloribus, non dico Gallicis, referto contigit, [illegible]
videret, quod à ſe [illegible], vt vix tempus fuerit meum pulueren ſumendi præſidio atque ſubſidio
cuius liberat[illegible] operationis eſt, vt ſi non vno die, ſaltem in tribus diebus à languore patiens
cum lapidis [illegible] liberetur. Quem [illegible] habet [illegible] ac ſtrenuiſſimus capitaneus do-
minus Antonius Rincon cubicularius, ac Chriſtianiſſimi regis conſiliarius de Gemola & [illegible] do-
minus, cui plurimum debeo tam propter ſingularem ipſius virtutem & animi conſtantiam quibus alios
praecellere videtur.

Iſtæc

A ... faciam, quando cum plurimum debeas, tacere me hercle satius esset, quam de eo pauca dicere ob id, quae ad lapidis renalis curationem accedamus.

Curationem renalis lapidis duplici diuiditur consideratione, præseruatiua scilicet & curatiua. Præseruationem quidem ab arenularum generatione cruciandum, ... regimen ... præcedenti contrarium eidem ordinabimus, non solum in quantitate, sed etiam in qualitate, præsertim virtute digestiua stomachi debili existente. Quandoque idem ... causam esse ... nimis cibos, quorum succus habet humiditatem viscosam & grossam generare, quo facto, ... lapidis ... cauda ... hunc syrupum ... receptabimus ... tio ... calculitate, quo ego vtor, & vtus sum cum maxima ... vtilitate, cuius receptio ... ℞ ... ana ... *ana* ... & capiat ... necnon ... Galeno ... lapidis ... libro ... dicente: *Et ad vltimum, quando ... medicina ... sumat hanc ... medicinam ...* ... partes renum inungendo vnguento rosaceo, vel ... Galenus ... renalis retinetur.

B Quando vero ... in contrarium ... agendo reparatur vel in se remittendo, vel ... operationem ... dicemus, tardius inducendo. Si vero a ... ditate ... generationem ... *theriacæ magnæ drach. ʒ. ... decorticatis citri ... ℥ ... calefacta ...* ... Galeno ... *Quanto ergo vehementius ... dicentes ... drach. ʒ. cum tanto aquæ calefactæ, quantum capiat ...*

Et quando ... est, vtatur cibario facto ex olere vrticæ, fiat et cibarium ex decocto factum cum carne ... leporis, ... in principio ... Hoc regimen ... ad ... causas humidas ... accedentes, præsertim si aliquod materiei in renibus, vel in vasis mediis ... educendum propinabimus, ... *extra ... drach. ... drach. ... plantaginis ... syrupum ... & fiat potus,* ... patiens capiat in media nocte ... ieiunus ... & ... dormiat. Quandoque idem ... cuius ... causam ...

C tat, si non tantum causa, sed quæ ... oriundum sit, curatio.

Curationem modo dicemus materialis causæ lapidis, & efficientis prohibitionem, in eo, quod possibile est succis mutatis, & qualitatibus alteratis. Multa quidem primo possibilia & facta ... quæ postmodum impossibilia & curatu difficilia existunt. Indeque ortum est illud tam frequenter dictum.

Principiis obsta, sero medicina paratur.
Cum mala per longas conualuere moras.

Ah quam facile prouideretur, si principiis lepræ confirmandæ, & cancri, & podagræ insisteremus qualitates membrorum accidentales, & nutrientium succositates contrarias inducendo, non propterea qualitates membrorum accidentales, & nutrientium succositates contrarias inducendo, ... totius machinæ complexio naturalis mutaretur, quamuis accidentaliter mutata dicatur. Nequeo ... qualitates membrorum similium partium, & organorum, quæ ex elementorum mixtione ... mutatione insurgunt, ex quibus dicta est animati corporis complexio propria calida, vel frigida, aut humida, vel sicca posse permutari machina non destructa. Accidentaliter mutata, & ... apparent. Vt nam hoc esset Medicis concessum. Nam indiuiduum hominem perpetuaremus, quando mors naturalis nil aliud sit, meo quidem iudicio, quam *propria similium partium, & organorum ...* ... Ex quibus tam artificio ... humana moles animæ rationalis organica destruitur.

D Satis quidem hucusque euagati sumus, redeundum igitur est ad id, quod erat nobis institutum.

Curabimus nempe renalis lapidis affectum si dolorem mitigando lapidem medicamine quodam a renibus totas excauemus, qui aliquando tantum dolorem subito excitat, vt patiens velanima quadam animatus frequenter ... quomodo ... lapis totas exiturus ... cruciatibus doloribus, qui a partium diuisione, ... multiplicatur quando ... cordis ... animam quasi a corpore euellentibus ... non solum tanquam accidentia, sed veluti crudelissimus ... Gal. Canonem Alguazir Albulezor asserens ... dicens: *Accidentia, a quibus ... sunt dolores propter timorem, ... & a quorum ... sunt inter homines & inter suas ... non ... fortiter ...* Et ego tam multoties ... quod hoc ... Quibus præ ... succurrendum est, quando mora plurimorum causa maloru existit, id ... med ... virtute quorum id totum, quod præter naturam in patitur ... glutinosum, aut crassum, vel mixtum, affectionem fecerit dolorosam ...

E ... mollitando, & inquietando, atque leniter euellendo, ne quod grauiter ... vt doctissimus Gal. *in decimoquarto Therapeutica* asserit dicens: ... *aut crassus, aut vitrius, ... participantia ... conturbetur ... aut glutino ... Nam ... particula ... totum ... oportet, quod ... & ...* ... *Cæterum quod de ... id insanabile ... quod in eo ...*

 qua

Dimi. curat. lapidis renalis.
Obseruatio.
Syrupus.
Caleconi.
Vnguentum.
Vsus theriacæ.
Galenus.
Potus lenitiu.
Mors naturalis quid.
Curatio lapidis facti.
Gal.
Gal.

[illegible] Ne igitur curator [illegible] bene [illegible] A

Enema. dinatione incipiemus, deinde ad reliqua ordinanda dolorem mitigantia ſubſequemur, cuius talis eſt deſcriptio. [illegible] quatuor, bulliant [illegible] rum [illegible] quoniam [illegible] non tantum in doloribus renum, ſed [illegible] & colicis. Si autem non habueris milium, quando vbique locorum non inuenitur, hoc ſequens receptato: ℞ [illegible] foliorum malue [illegible] parietariæ, lib. j. [illegible]

Aliud Cataplaſma. [illegible] quod [illegible] ℞ foliorum caulium [illegible] [illegible] B [illegible] Nam eo ordine ſeruato, priuſquam opinatus fueris, dolores mitigabit. Verum [illegible] ſimplicia, quæ non ita in promptu ſunt, vt confici cataplaſma poſſit, hoc deinceps [illegible] ordinato. ℞ mica panis in lacte, vel in quouis iure decocte & piſtata lib. ij. butyri [illegible] formare, vt formam [illegible]: deinde [illegible] vitelli ſex ouorum, quæ bene baculo agitando incorporentur: Et ſiat [illegible] modo, & ordine, quo ſupra dictum eſt de cataplaſmate. Nam indubitate vno [illegible] dolores mitigabuntur. Ab his igitur abſolutus, ſi in dolore non proceſſerunt arenularum apparitiones, patienti propinabis ℥ vj. [illegible] ℥ quatuor, quo aſſumpto [illegible] bene amictum quieſcere, vt ſudare poſſit. Quoniam liberatur [illegible] cauſatis à phlegmate retento, vel ſanie compacta. Si vero proceſſerint arenulæ, & etiam cum dolore in vrina apparuerint, hunc puluerem propinabis. Quo omnes, qui ſere mori præ dolore videbantur, liberati fuere. C Nam extraducit lapidem à renibus nullum nocumentum inferens, quem prægnantibus abortum præ dolore facere volentibus exhibui, & in Dei nomine liberatæ fuere. [illegible] nunc autem placet mihi pro hominum vtilitate eundem manifeſtare, quemadmodum faciemus *in noſtro commento totius medicinæ Chirurgiæ*, de qua Auicenna locutus fuit, ***vbi nouum modum medendi vulnera, quamuis periculoſa, docebimus ſola aqua dulci clara vina [viua] fore curanda*** nonnullis etiam interiectis verbis, *quando medicina omnis in verbis, & in herbis, & in lapidibus conſiſtat, vbi demonſtrabimus id canonice fieri, quod huc vſque non ſolum occultum: ſed etiam obſtruſum fuit*, quando ſic me facere amici rogauere, præſertim egregij, ac excellentiſſimi artium & medicinæ doctores Magiſter Fabius Francolinus & Nicolaus Antonius Panarellus Monopolitanus, viri quidem omnium virtutum eruditiſſimi. Et propterea [illegible] animi gratia Peruſiam biliosam migrauerim, impulerunt, vt tractatum iſtum adderem aureo tractatui [illegible]

Puluis preciosiſſimus. [illegible] ℞ [illegible] D [illegible] bus, quam in veſica, & dolores illorum, quos noſtri ſlanchum appellant, & ſanabitur *ſi tribus diebus ieiuno* [illegible] Si vero à phlegmate cauſaretur [illegible]

Decoctio per virgam [illegible] tio, hoc in foramine virgæ per ſyringam inijcito: ℞ *olei ſeſamini vnc. vj. aqua vnc. xv. zinziberis drach. iiij. tri-* [illegible] ℞ [illegible]

Oleum bibendum. [illegible]

Electuariũ. [illegible] Si vero fuerit ob calculi obturationem, quoniam figetur in lotij meatu lapis, qui à renibus decidit, noſtrum electuarium, vel puluerem [illegible] ſecundum quod tibi magis tenere placuerit ordinatum, dabis: Cuius talis eſt receptio E ℞ [illegible] (ſunt autem porcelliones vermiculi terreſtres [illegible] ad porcelli ſimilitudinem, qui cum tanguntur ſe in ſphæricam pilam contrahunt, vt facile dicas eſſe materialem pater noſter) *ana vnc. j. mellis deſpumati libr. j.ß. & fiat electuarium, cuius doſis ſit vnc. ß. cum brodio, vel vino,* vt infirmi neceſſitas magis popoſcerit. Si vero te magis delectabit in morſellis pulue[illegible] [illegible] & faciet eum mingere, ſi continuabis [illegible] prima die vtilitatem maximam percipies, quoniam lapidem [illegible] Sin autem tibi commodius viſum fuerit puluerem præparatum magis tenere cumque [illegible] eius doſis ſit ℥ j. cum iure vel vino, vt tibi opportunius viſum erit, vel exhibeas [illegible]

tritu[illegible]

A *[illegible] humidi drach. j. cum iure gallinæ.* nam franget lapidem & mingere faciet. Idem faciet *[illegible] cum vino albo [illegible] j.* propinetur. nec etiam [illegible] tali munere *mandibulæ lucij piscis* (qui lupus [illegible] *ſi in cinerem redigantur & in vino albo biberentur.* Hoc idem faciunt mandibulæ eius [illegible]. Sed multoties ſolent [illegible] pati, qui tali vexantur ægritudine, pro cuius emendatione dabis *pulverem [illegible] nam [illegible] cum vino bono albo.* hoc idem [illegible] valet [illegible]. Illud idem facit [illegible] aduæ [illegible]. Sicque operando compos voti [illegible] pro arenularum & lapidis affectione curandis. — Tribuli. Aucleva Manuali via [illegible] Contra ſtrã-guriam.

Illud idem [illegible] diximus pro veſicalis lapidis præ[illegible]ratione, quod de renali lapide dictum eſt, [illegible] eius materia ſit arenularum cum humore viſcoſo agglomeratio aliquando [illegible] membrorum vicinorum caliditate deſiccata, vel eorundem frigiditate conglutinata. Cuius ſigna demonſtratiua ſunt retentio vrinæ in mingendo, frequensque mingendi deſiderium cum maximo [illegible] dolore, & aliquando inuoluntarium [illegible] ſtillicidium, & nonnunquam poſt mictum incenſium [illegible] in capite virgæ [illegible] pruritus & aliquando prope anum in collo veſicæ [illegible] & mictum ſentitur quaſi parua quædam inflammatio. Quæ quidem expetunt pro [illegible] ſingularem curationem. — De lapide Vesicæ. Signa lapidum veſicæ. Petent auxilium.

B Nam retentio vrinæ in mingendo non aliam ob cauſam fit, niſi quod lapis in meatu vrinæ [illegible] qui ſi paruus erit, frangetur noſtro [illegible] ratio, vel foras [illegible], vt [illegible] quo [illegible] mingit.

Si vero magnus & attritu facilis, eodem confecto contereretur. At ſi durus & tenax fuerit, vt demolitu non facilis ſit noſtræ aureæ extractioni ſummittetur, quando *fortia lapidem frangentia per os ſumpta non modo accidentia ſæuiſſima, ſed etiam extimeſcenda mortu incommoda maximo infirmi cruciatu excitant. Debilia* vero *nihil proficient.*

Nam [illegible] ante quam ad veſicam deſcendet, longis, & ſinuoſis anfractibus euane[illegible], vt habetur a Galeno [illegible] dicente: *Quæ vero [illegible] ſunt [illegible] per ea, quæ [illegible] quando neque ad ea, quæ [illegible] ſunt [illegible] quod per [illegible] : [illegible] pertingere, quod [illegible].* Et propterea [illegible] vnum, quod [illegible] periculum declinare lapidis homines concupiuerunt, in aliud [illegible], quod mortis imago dicitur, inciderunt falſa phyſicorum perſuaſione illaqueati. — Galo.

Verum ſi quis medicus erit lapidis in veſica frangendi, vel ſoluendi ſine nocumento & periculo, ex-

C perientia comprobatas, [illegible] *[illegible] tertio a capite ad pedes, quæ* Auicennæ componemus, [illegible] experimentum [illegible] merentur.

Sedabitur dolor pectinis, ſi [illegible] decoctum [illegible] applicetur, prius tamen loco inuncto cum oleo de ſcorpionibus. Qui ex ventoſitate vrinæ, quam mictus excitat, cauſatur, frequentique mingendi deſiderium, & inuoluntarium vrinæ [illegible], medicaminum curationem non ſuſcipiunt: ſed maturam dexteritatem expetunt cauſam horum intercipientem, quam eſſe lapidis pondus virtutem expulſiuam excitans, & muſculum collum veſicæ conſtringentem relaxans, dicimus. — Dolor pectinis.

Ardor vero incenſiuus ex mordicatione vrinæ factus in vlcere in collo veſicæ exiſtente, quem lapidis aſperitas, & arenularum frequens profluuium excoriando fecerant, curabitur, ſi hoc potu frequẽtiſſime vtetur patiens, cuius deſcriptio talis eſt: *Recipe nucleorum auellanarum vnc. j. piperis puluerizati [illegible] j. piſtentur ſimul ſubtiliſſime, & cum vini boni cyatho vno dilatentur, & bibatur calidum,* interpolatis diebus toties, quoties opus fuerit. auferet enim vrinæ ſtillicidij anguſtias, & ventris dolorem remouebit. Si vero cum iſto non proficeres, iſtud ſequens ordinato: ℞ *radicum altheæ vnc. iij foliorum malvarum parietariæ ana M. ij ſeminis [illegible] fenugræci, ana vnc. j. [illegible] num. xxx liquiritiæ mundatæ lib. j radicum aſparagorum, feniculi, petroſelini ana vnc. ij aquæ pluuialis lib. x. bulliant omnia ſimul, vſque quo tertia pars [illegible]*

D *remaneat, deinde coletur, cui colaturæ addatur tantum ſacchari boni quantum ſufficiat, vt fiat [illegible] ſecundum artem*: quo vtatur alternis diebus ſemper iterando ipſum, donec ſanus fuerit. Nam breuiter à tanto vrinæ ardore liberum ſentiet. Vel ſic facias & pro ſecreto idem reſeruato ℞ *radicum petroſelini, [illegible] feniculi, [illegible] parietariæ, [illegible] tribuli, [illegible] ana vnc. ij [illegible] bulliant omnia ſimul [illegible] ad conſumptionem tertiæ partis [illegible] fiala facta ex farina ordei, & ſit ſo[illegible] parum [illegible] vnde potatio [illegible] vini [illegible] de quo capiat infirmus ſingulis diebus vnc. iij [illegible]* [illegible] nihil de [illegible] breui, quod non eſt meum nunc enarrare. Ex his omnibus diſtincte [illegible] quæcunque ſeruerit eligere ea, quæ dicta ſunt, non tantum dolores mitigabit, ſed etiam lapidem attenuabit. — Syrupus lenis. Potus. Phialam.

Multoties etiam ex frigiditate adeo conſtringuntur muſculi, vt non ſolum vrinam retineant, ſed etiam [illegible] non admittunt, & dolores ex retenta vrina adeo increſcunt, vt hominem interficiant. Ne igitur hoc accidat, aperiatur [illegible] inſtrumento in ſiphone vel in canali virgæ immiſſo, nam ſtatim minget, & ſanabitur, quod ego roſtrum arcuatum appello a ſimilitudine roſtri animalis, quod Veneti [illegible] nominant, nos autem terlinum ab ipſo vocis ſonitu dicimus, cuius forma talis eſt multum ei conſimilis: & tantæ eſſe debet longitudinis.

Tertinum. A



quanta eſt ipſius mentulæ elongatio, ad hoc vt collum veſicæ explicet dilatando, ſi quando erit neceſſaria ipſius operatio. Si vero moleſtaretur talis affectionis cruciatu ad tempus infirmus, non expectet, quin ſe aureæ, tutæ, ſalutiferæque noſtræ extractioni ſummittat, antequam ſæua ac crudeliſſima acci- B dentia inſurgant, in quibus talis operatio non ſolum erit ſuſpecta, ſed etiam & ipſum viuere. Ideoque ille, qui talem patietur affectionem, ſit audax nihilque timeat, phyſicis perſuaſionibus relictis, qui dum pericula fugienda ſuadent, perpetuo cruciatui miſerrimum deſtinauere, dummodo diligens reperiatur operator ſecundum noſtræ extractionis modum, qui modo ſubſequitur.

FINIS.

C

D

LIBELLVS

E

A

LIBELLVS AVREVS DE LAPIDE EX VESICA PER INCISIONEM EXTRAHENDO EIVSDEM MARIANI SANCTI BAROLITANI ARTIVM ET MEDICINÆ Doctoris.

B

PRAECLARISSIMO ARTIVM ET MEDICINAE Doctori Ioanni Anthracino Maceratenſi præceptori ſuo chariſsimo, Marianus Sanctus artium & medicinæ Doctor S. P. D.

C PETITIONES meorum amicorum, ad quas me tu, dulciſſime præceptor, componendas illo ſuaſu, quo ægros inſtauras priſtinęque valetudini condonas, impuliſti, ſumma cum diligentia & attentione, vt nobis ſuffecerunt vires, compilauimus, & in libellum congeſſimus, congeſtumque eiſdem noſtris communibus amicis tradidimus, traditum illi non parua cum expectatione admiſerunt & legerunt. Et cum ea, quæ in ipſo continerentur, recenſuiſſent, decreuerunt eundem promulgare, quemadmodum meum in Chirurgia compendium promulgauerant. Cum ergo ab huiuſmodi conſilio eos abducere precibus non valeam, neque deceret, vt per vrbem claudicans vagaretur, quando tot tantiſque inuidis & maledicis occurreret, decreui corrigendum emendandumque fore. Quapropter mi Pater & dilecte Magiſter eundem ad te corrigendum tranſmitto, cum non ſolum hominum mores & verba, verum etiam intimos naturæ igniculos corrigere poſſis virtute, eloquentia, doctrina, & moribus, quibus fere nulli ſecundus ab omnibus, qui te noſcunt, exiſtimaris. Quamobrem, mi facundiſſime præceptor, te rogo, ne dedigneris in hoc meo paruo opuſculo, cuius tu fuiſti potiſſima cauſa, ſiquid addendum, limandumque eſſet, & addere, & limare, vt tua lima dilucidatum, inter inuidos & maleuolos tuto orbem libere peragret. Bene vale, meque vt ſoles dilige.

D *IOANNES ANTHRACINVS ARTIVM MEDIcinæque Doctor Mariano Sancto Phyſico & Medico excellenti & ſolertiſsimo S. P. D.*

HOrtabar ego te olim Mariane, non ſolum auditor, ſed mi tanquam fili ſuauiſſime, vt opuſculum illud egregium, quod de lapidis extractione incœperas, & componeres, & aliquando perficeres. Sed poſteaquam nunc illud compilatum, & abſolutum ad me recognoſcendum, & vbi foret opus, caſtigandum miſiſti, tantum in illo doctrinæ, ingenij, dexteritatis, facilitatiſque adinueni, vt iam te ad illud promulgandum, ac etiam imprimendum ad tuam, ad amicorum laudem, ad publicam vtilitatem & commoditatem non ſolum horter, ſed quam maxime te rogem & obteſter. Opus enim vndequaque tam conſummatum edidiſti, vt non ſolum præceptores tuos, ſed etiam noſtram hanc tempeſtatem noſtraque ſæcula iis apprime illuſtraturus. Vale.

E

REVE-

REVERENDISSIMO DOMINO, DOMINO VINCENTIO CARAPHÆ ARCHI- A
epiſcopo Neapolitano Almæ Vrbis Gubernatori Marianus Sanctus Barolitanus artium & Medicinæ
Doctor de ſe benemerenti perpetuam fœlicitatem exoptat.

CVm diu eſſem, reuerendiſſime domine, auerſatus multorum ſodalium petitiones, qui à me aſſiduis precibus flagitabant, vt libellum componerem de lapide ab ipſa veſica per inciſionem extrahendo quanquam id mihi moleſtum eſſet, quod cælandum duxeram, in vulgus prodere, tamen victus eorum precibus domeſticiſque argumentis, non potui illis in hoc morem non gerere. Quis enim eſſet tam ferus, aſper, indomituſque, vt precibus non vincatur, amicitia non mitigeat, & aſſidua conſuetudine non manſuefcat. Quamobrem ſcripſi, & in libellum hunc paruulum, quæ me illi exorauerant, congeſſi. Cũ igitur non deceret, vt per orbem ſine tutore vagaretur, quando tot tantiſque inuidis & maledicis occurreret, ſtatui exiguum hoc munus tuæ dignitati dedicare, ſub cuius vmbra facile maledicentium dicta paruifaciens inuidorum ſuſurrationes abominabitur, cum hac noſtra tempeſtate, qui tecum pietate, iuſtitia, & liberalitate conferendus ſit, habeam neminem.

Cuius quidem rei non paruum teſtimonium affertur, quod cum maximum almæ vrbi ſede vacante per obitum fæ. me. Leonis X Pont. max. periculum immineret, te iuſtum, prouidum, & ſagacem iſtud ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ Collegium, te neſciente, ſponte gubernatorem elegit, vt vrbi inteſtinis odiis grauidæ ſummo præſidio ſubſidioque eſſes. B Quod quidem illius ſacri Collegij opinionem non fefellit, cum ſanctius religioſiuſque vixiſſent homines, te gubernatore, quam cum à iuſtiſſimo illo Octauiano Imperatore regerentur: cum tu ſolus ſies hoc in noſtro ſæculo, qui priſcorum dogmata tua cum ſumma prudentia & doctrina obſcurare poſſis. Nam non minus in regendo rectores omnes anteis quam ſol terram irradians, luminis claritate planetis cæteris antecellit: ob idque non parum ætati noſtræ, omni adulatione depoſita, gratulandum cenſeo. Quapropter reuerendiſſime domine, te oro atque obteſtor, vt ea, qua ſoles gratia homines allicere, velis hoc meum paruum munuſculum ſuſcipere. Quod ſi, vt ſpero, à tua benignitate ſuſceptum erit, ſane ad maiora excitabor capeſcenda, & Deum optimum rogare non deſinam, vt quæ pro ampliori tua faciant fortuna, fœlicibus ſideribus contribuat. Bene vale.

Proœmium.

C

QVantum inextricabile vinculum ſtaudiſſimæ amicitiæ vinculum habeat, quamquam id ipſum perſpicit ab vnoquoque, qui taliſmodi neceſſitatis vallo circumſepietur, liceat patere, tamen non paruam affert cauſam hoc idem conſiderare mihi ſocietatum neceſſitudo, quam conſuetudo. Quæ me à propoſito, quod in animo conſtituera, ſeruandum, rationibus exemplique domeſticis longius diſtraxit, meque coniunctum ad id rerum ſtadium ſtatigerum ... ad quod exequendum nullus antiquorum authorum, nec modernorum vſque ad hanc noſtram tempeſtatem, qui de huiuſmodi rei negotio commentaria promulgauere, verã imaginationem & operandi modum applicuerunt. Verum hoc non poſſum non confiteri, principium veram operandi qualitatem, modumque in operatione exequendi poſteris eoſdem tradidiſſe. Quemadmodum illi priſcorum philoſophorum, qui de rerum naturalium principiis modo contraria, modo paululum ad verum accedentia, imaginantes, materiam præbuerunt, vt vera principia in tam aſperis incultiſque campis venaretur, qui princeps omnium philoſophorum nuncupari mereretur. Quapropter gratiæ ingentes eiſdem agendæ ſunt, cum nobis in re tam difficili tamque ardua viam licet tortuoſam, aſperam & ſalebroſam demonſtrarint. Quod illis ob rei difficultatem contigiſſe arbitror: cum nos ipſi conſideremus, hoc idem Hippocratem pluries fuiſſe aggreſſum, à ſpeque deceptum, tanquam difficilem id conſequi poſſe, *in ſuo iureiurando* ſcripſiſſe, laborantem lapillo haud quenquam exciturum, ſed expertis eius artis hoc negotium permiſſurum, quaſi ſpiritu prophetico afflatum hoc de meo præceptore (cum mos meus ſit præhonorare Magiſtrum in omni, quam didicerim, facultate) Ioanne de Romanis Cremonenſi, à quo hanc artẽ ſum edoctus, fuiſſe prognoſticatum. Cum vſq; ad hanc noſtrã ætatem modus extrahendi lapidẽ à veſica per mendicata ſuffragia inquireretur, quẽadmodũ illi faciunt q per mendicata ſuffragia quotidie noua volũt edere opuſcula, qui etiã in ſuis operib. ſcripſerũt, quo modo lapillus à veſica eſſet extrahendus, cũ nulla in eis præceſſiſſet experientia, quæ eſt rerũ magiſtra. Quapropter non poſſum non admirari, cum tantam ſibi ſcribendi licentiam vendicaſſent, vt etiam in eis, quæ ipſi experimentati eſſent, licentioſa plurima inſererent, cupientes ex aliorum experimento fidem ſuis verbis adhiberi. Quod arroganter eſſe dictum, neminem exiſtimare velim, cum ſim *nullius aſſcriptus iurare in verba magiſtri*. Sed *quo me cunque rapit tempeſtas*, ... etiã ab ipſa veritate impulſus, nõ poſſim vera non dicere cum *amicus Socrates amicus Plato, ſed magis amica veritas*. Quemadmodum ipſemet Auerroes in *capitulo de intentione ad curationes vniuerſalis febrium putridarum*, cũ in Rhaſim inueheretur, cuius verba hæc ſunt: *Quia omnis contradictor in primis, cum eſt ſuper veritatem, eſt excuſatus etc.* Quamobrem, quæ vera ſcripſerint, in eiſdem laudandi ſunt: quæ minus apta prodiderint, in eiſdem explodendi. Et E ideo quæcunque dixero, ne idem mihi contingat, experimento & ratione probata erunt, maxime vero *in meo magno opere Barolitano*, ſi Deus mihi terminum vitæ meæ prolongauerit, vt in illo extremam manum imponam, hæc, quæ nunc dico, vera omnia eſſe cognoſcentur. Quanquam nunc ipſe videam, multos ſuſurratores, atque obtrectatores meam ſcribendi opportunitatem vitio daturos. Nonnulli etiam dicent, quandoquidem aſſequi non poſſunt, talem eſſe animaduertendam diligentiam, quod quidem non ob aliam cauſam machinabuntur, niſi vt me ab incœpto diſtrahant, meque à ſcribendi genere impediant.

Galenus.

A peudant. Ego vero Marianus Sanctus Barolitanus illorum dicta paruifaciens, decreui ſcribere quoad poſſum, vt amicis gratificer, de lapide à veſica per inciſionem extrahendo: ad quod illa delectabilis amicorum copia me impulit, quos omnes incolumes reuiſi, cum à paterna morte Barolum Roma deceſſi: qui Diadatcolis ſententiam reminiſcentes, qui non ſibi, ſed alijs ſapiens natus eſſe diceretur, me pigritia curioſam ſcribendi facultatem peroſum increparent.

Aliqui vero mihi Platonicam ſententiam puluinari ocio languenti exprobrarent, atque obiectarent, dicerentque non ſolum nobis nos ortos eſſe, ſed & noſtri ortus partem patriam, partem parentes, partemque amicos vendicare ſolere. Quamobrem non potui me denegare iuſtis petentibus, quando iam noſtrum lectitaſſent compendium in chirurgia, vtiliſſimum quidem volentibus hanc artem exercere, & præferendum huic nouo operi, quod Romæ compoſuimus, tempore, quo dominus Sebaſtianus de Veteranis almæ vrbis protomedicus, me doctoratus gradu vna cum ipſo collegio decorauit, exiſtente meo promotore domino Alexandro de Spinoſis Sutrenſi viro doctiſſimo. Erat autem iuſta & honeſta eorum petitio, licet onus eſſet impar meis viribus, tamen prout noſtræ ſufficerent vires, ſpopondi omnia, quæ iam me exorauerant, ſedulo me eſſe facturum. Verum vos omnes, qui meas eritis lecturi lucubrationes, exoratos volo, vt ſi quid boni in legendo vobis occurrerit, vnde aliquid exoriatur laudis, illud totum amicorum diligentiæ tribuatur.

B Et ſiquid, quod intra aures veſtras male & importune tinnuerit, ſenſeritis, illud idem clamoſæ raucæque meorum neceſſariorum importunitati, & dulciſſimo ſuauiſſimoque amicitiæ vinculo, quo id facere ſum impulſus, imputetur. Abhorrebat enim ſemper (nam omnibus complacere non poſſumus) à ſcribendi genere mens noſtra, quæ longa taciturnitate ſopita à componendi genere pene diſſiderat, ob idque durum & facta aſperum putabam ſcribere. Quoniam taciturnitas ipſa acutam ingenij aciem obtundit & animi puſillanimitatem faciens, diſertæ linguæ loquendi ſtraginem præſtat. Ergo meus iſte libellus, ad quem componendum ipſa me amicitia impulit, non facundiam Tullianam, non Iſæi torrentem ſermonem, non acutam diſſerendi dialecticam legentibus monſtrabit, ſed ſalutiferam ægrotantibus medicinam, & ægritudine languentibus idonea vitæ alimenta, & conſolatorem ſermonem mœrentibus condonabit.

Nec id omnibus, ſed amicis, & placidis, verum inimicis & inuidis illorum contorſiones, & tormina membrorum affatim adminiſtrabit. Nam genus humanum ſic hac in noſtra tempeſtate morigeratum eſt, vt quicquid boni dicti aut facti, quando ingenio careat, in legendo inuenerit, dolores ilia tendentes incurrit. Et ſi forte ingenio abundans in illud idem inciderit, mordaci liuore ſcindit atque mu-

C git. Quapropter nunc Deum tota mente animoque oro, vt dignetur mihi famulo ſuo auxiliari, ſuffragarique. Nam *diuino inuocato ſuffragio* (vt ait Meſue) *fælicitabuntur opera noſtra, & tutius animoſia, quæ in maledicentium linguas irruemus, quando alias euitare non valemus, cum nullus ſit liber, qui odio careat.* Quod ſi ita accideret, non ab humano ingenio excuſſus, ſed ab immenſa ſpiritus gratia paracleti emanaſſe diceretur. Ergo cum iſte libellus in tam exigua officina conſletur, quomodo poterit aliter, niſi Deo optimo impetrato auxilio, maledicentium linguas paruifacere? Quod ergo gratioſius imprecemur, his verſibus Deum ipſum alloquamur.

ô Deus omnipotens ſupplex tua numina poſco,
Vt mea dicta tuo numine tuta ſient.
Et pariter Chriſti faueat clementia, linguâ
Ne noceant dictis murmure quæſo meis.

In quo procedendi ordo deſcribitur.

D

CAP. I.

IMperato igitur ſuffragio, deinceps dicendum eſt ordo, quo in ſcribendo vtor: quando ipſe ordo duo facere videatur, memoriam ſcilicet, & ſcientiam, qui quidem ediſcerit. Primo dicemus ipſius veſicæ anatomiam. Secundo ſubſequetur idonea temporum electio, in quibus talismodi operatio fieri debeat. Tertio narrabimus inſtrumenta, ponendo etiam illorum nomina, & formam, & de ſingulo ſingulum capitulum contexemus. Quarto ſituabitur incidendus, & vndique ligabitur. Quinto, quo modo exequenda ſit lapidis extractio. Sexto, quo modo inciſio ſeruanda a nocumentis cuſtodiatur, & qui ſit ſacendi modus. Septimo diætam ordinabimus. Octauo & vltimo accidentia, ſiqua euenerint, corrigemus. Quæ quidem omnia ordine dicto recitabuntur. Quanquam aliqui potuiſſent dicere, prius eſſe tractandum de potionibus, quæ in hac curatione competerent, quam inſtruimus lapidis extractioni ſuccederetur. Mea vero intentio non eſt hominem curare, quamuis id poſſem facere ſecundum humoris peccantis exigentiam, ſed tantum amicis, qui maxime id me rogauerunt, ordinem, quo vſus ſum, & vtitur

E meus Magiſter, deſcribere, in quo tantum ea perſtringam, quantum ad meam explendam intentionem neceſſaria erunt. Verum ſiquis incidendum purgare voluerit, ſit eius intentio digerere, & choleram purgare. Quoniam *nullus humor in vulneribus eſt magis nociuus quam cholera, præſertim vbi natura debilis* [illegible]. Digeritur autem à *ſyrupo de endiuia, bugloſſa, violis, roſis, nenufare, & ſimilibus cum ſuis aquis.* Purgatur vero cum *manna, rhabarbaro, ſyrupo de roſis ſolutiuo dicto de tribus infuſionibus cum decoctione florum & fructuum cordia*[illegible] pondere & quantitate, quibus infirmi corpulentia indigebit. Quare nunc exordium ab ipſa anatomia, ceu ipſa materia expoſtulat, fœliciter auſpicemur.

Quis nam humor vulneribus ſit magis nociuus.

Syrupus.

Purgatio.

De ana-

De anatomia veſicæ. CAP. II. A

QVoniamquidem cuiuslibet eſt artificis conſiderare materiam, & formam vſque ad certum terminum illius rei, circa quam artifex ipſe verſabitur, veluti Ariſtoteles recitat *in ſecundo de phyſico auditu* his verbis; *Si autem ars imitatur naturam, eiuſdem autem ſcientiæ eſt cognoſcere ſpeciem, & formam vſque ad hoc, vt Medici ſanitatem, choleram & phlegmona, in quibus eſt ſanitas, &c.* Ideo cum nos ſimus artifices, & curatores, vt nunc lapidis veſicæ, neceſſarium eſſe videretur, vt materiam, & formam ipſius conſideraremus, prout ad noſtrum ſpectaret propoſitum: quanquam nota ſit vnicuique, qui medicinæ die noctuque inuigilauerit.

Ariſtot.

Tamen pro nunc eius anatomiam, quando ſine ipſa hæc operatio recte exerceri minime poterit, dicere conſtituimus, cuius principium ſumemus à poris vrinidibus, qui à renibus ad ipſam veſicam protenduntur, ibique terminantur iuxta medium ipſius, quam paruis & obliquis foraminibus ab vtriſque lateribus perforant intra tunicam & coopermentum. Cuius rei cauſa potiſſima fuit, ne cum vrina plurimum diſtenderetur, quod in ea ſuperflueret, iterum ad renes impelleretur, ex quo fit, quanto magis aquoſitate illa turgeſceret, eo magis alteri altera tunica inhæreret. Verum enimuero ſi quis eam medio ſcinderet, illico concauitatem neruoſam aſpiciens, illiuſmet quantitatem conſiderabit. Qui quidem ſi B paululum vlterius progrederetur, obuium ſibi fieret collum carnoſum atque muſculoſum, vt cum opus eſſet, homo vrinam expelleret, idemque cum à neceſſitate cogeretur, ſanguinis ſuperfluitatem, ſeu aquoſitatem in concauitate illa opportune aggregaret. Quod ſi caſu aliquo vulneraretur, conſolidationem integram reciperet, cum carnoſum muſculoſumque exiſtat. Si vero profundius, ſcilicet, ipſa neruoſitas diſcontinuaretur, nullo modo partium vnitas coiret. Quapropter ſummo opere cauendum eſt in adminiſtrando ipſum dilatans, ne tantum dilatetur, quod ad ipſam continui diſſolutionem attingat. Quod ſi ad hoc peruentum erit, duorum alterum nullo modo effugeretur, aut infirmi perditio, aut mictus vrinæ inuoluntarius. Circa quæ ratione claudicantes ignari operatores ſæpiſſime decipiunt. Quod quidem cautum erit, ſi prius calculi extrahendi quantitas ſiſtula ipſa tentatiua conſideretur. Quæ ſi os magnitudinem in viris excederet, talis operatio diligentiori ſolertia adminiſtranda erit, ne mali medici nomen ſubeundum ſit.

Collum autem ipſius foratum eſt foramine paruo (quod os dicitur) per quod vrina defluit ad canalem virgæ, ex quo ipſamet vrina emanat. Protenſum eſt autem collum veſicæ vſque ad os femoris, cum quo virga continuatur alligata multis ligamentis & chordis: quæ oriuntur ab oſſe femoris, cum multis neruis ortis à nucha. & ideo multæ ſenſibilitatis eſt, & idoneæ extenſionis, quemadmodum dicit Mundinus in *tractatu*, quem *de anatomia* compoſuit. Verum hæc, quæ nunc de virga dicuntur, non ſunt ad conſiderationem, qua vtimur ad calculi extractionem, ideo hæc nunc prætermittantur, quando ad id regrediemur, cum de ipſa inciſione ſermonem exquiſitum contexemus. Nunc vero de temporis electione, quando ad id multum confert, aggrediamur. C

De temporis electione. CAP. III.

Electio temporis ad incidendum.

CVm animus noſter dicere temporis electionem, quæ ad talem pertineat operationem conſequendam, maxime cogitet: non ab re fore ducimus, vt paulo altius principium repetamus, omittendo, quæ de ipſo accuratiſſime philoſophi ratiocinantur. Verum cœlum primo ipſum more aſtronomorum fabricabimus, ad hoc vt facilius, quæ de eo dicuntur, percipiantur, quando noſtrum non eſſe cenſemus, cœlos adire, circulos diſtinguere, & lynceo acutoque intuitu gradus minutaque ſubtrahere, & multiplicare regulis & ordine, quibus vtuntur noſtri conterranei, Ioannes Battalogha dictus, & Ioannes de Cichillis, circa quæ adeo verſati ſunt, alter natura, alter vero arte edoctus, vt cæteris aliis eiuſdem facultatis hac in noſtra tempeſtate faciliime antecellant. Ex quo illa vaticinandi facultas vna cum planetarum aſpectibus, & coitibus exorta eſt: quæ quicquid mortali generi portenderetur, verificat. Quamuis D ſine aliquando fruſtretur propter voluntatem diuinam, quæ plerunque ſolet alio ordine res humanas diſponere, quam quo per ſtellas cœlum plurimis mortalium minitatur, atque ab humana coniectura concipitur. Cum ergo ita ſit, imaginemur ſecundum noſtrum intelligendi modum, cœlum ipſum talis modi indagine deſignari. Primo igitur ex circulis æneis duos magnos coluros dictos, ſecundum globi quantitatem ac magnitudinem conſtruendo, ſeſe orthogonaliter interſecantes collocemus. Quorum puncta interſectionum mundi poli appellandi ſunt, quibus alium circulum à polis æquidiſtantem ſuperpoſitum æquinoctialem nominamus. Cui etiam vnus à dextris, alter vero à ſiniſtris circulus adiungendus eſt, quos ambos inter aſtronomos tropicos nuncupari conſuetum eſt. Reſtant etiam duo alij inter polos & tropicos circulos ſituandi: quorum vnus arcticus circulus, alter antarcticus dicitur: qui quidem omnes à polis paralelliter (vt ita dicam) in ipſa mundi machina immobiliter figendi ſunt. Eſt & alius circulus zodiacus dictus, in ipſa ſphæra aggregandus: qui æquinoctialem interſecans, ab eodem in duas æquales partes interſecatur, quarum vna ipſius medietas obliquatur verſus ſeptentrionem, ſeipſi terminans ad circulum tropicum Cancri dictum. Altera eius medietas verſus auſtrum declinans, ad circulum tropicum Capricorni determinatur. Quanquam omnes alij circuli in ſphæra veluti linea vel circumferentia intelligantur: tamen zodiacus vt ſuperficies intelligitur in ſua latitudine, duodecim gradus retinens. Scinditur autem ad imaginationem iſte ſecundum latitudinem in duas æquales partes, quarum diuidens ecliptica dicta eſt. Secundum vero longitudinem in duodecim partes æquales diuiditur, quæ & cœli ſigna feruntur: quorum nomina his verſibus continentur. E

Coluri.

Poli.

Æquinoctialis.

Tropici.

Arcticus & antarcticus

Zodiacus.

Ecliptica diuidens zodiacum ſecundum latitudinem.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo.
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.

Punctum

A Punctum autem interſectionum zodiaci & circuli æquinoctialis dicitur primus gradus Arietis: quando in triginta gradus quodlibet ſignum, & gradus in his totidem minuta diuiduntur. Cum [illegible] Sol ſub ipſa ecliptica regulariter decurrendo (nam cæteri planetæ aliquando ſub ecliptica [illegible], modo ad auſtrum, modo ad ſeptentrionem vagantur) à primo gradu arietis tria ſigna [illegible] peragrauerit, vnam anni quartam perfecerit, quæ ver dicitur, quod calidum & humidum eſt, vt ſcripſit Hippocrates in libro quem de aere & aqua ac regionibus edidit. Cum vero triginta alia [illegible] graduum [illegible] rit, tunc aliam compleuerit quartam, æſtatem nominamus, quæ calida & ſicca eſt. Si vero tria alia ſigna transfugarit, iam aliam partem autumnum dictam collegerit, qui & frigidus & ſiccus eſt. Quod [illegible] numero elabendo tria alia addiderit, hyemem, quæ frigida & humida eſt, nobis aſſignauerit. Cursu itaq; eo, vnde anhelantes equos decurrendo fatigauerit, continuo labore conquaſſatus reuertitur, vnica tantum reuolutione facta, tunc annum nobis annotabit. Quapropter credituri eſt, annum his quatuor partibus conſtitui: Ex qua igitur anni diuiſione facile cognoſci poteſt, quæ pars maxime conducat huic calculi extractioni: Quanquam quælibet idonea ſit lapilli extractioni, cum à neceſſitate ad id aggrediendum compellimur. *Signa zodiaci.* *Primus gradus arietis.* *Ver* *Aeſtas* *Autumnus.* *Hyems.* *Annus.*

B Veruntamen ſi induciæ à talis modi ægritudine dantur, maxime illa eligenda eſt, *quæ* [illegible] *complexioni conformis ſit.* Quamobrem autumnum in hoc primo eligimus: cum ipſius veris [illegible] rationem neruoſitati & muſculorum, frigida ſit & ſicca. Quem poſtea ſequitur amœnum floridumque ver cum æſtatis principio. Verum enimuero aliqui maiorum ventorum fugiendi ſunt, quales *meridionales*, qui omnino in tali re corruptiui exiſtunt. Necnon hercle *frigiditates actuales* in hoc opere propter nimiam ipſorum mordacitatem cauendæ ſunt, iuxta illud Hippocratis *Vlceribus frigidum [illegible] laxa cutem indurat, dolorem [illegible] facit nigrores, rigores [illegible] tetanos, & febres.* Itaque alia temporis ſignificatio à planetarum aſpectibus eligenda: quem ad modum ille ſcilicet meus contemporaneus Antonius Pates in omni ſua actione, vir quidem doctiſſimus. Cum in tali operatione non minus Saturni, quam Martis quadratura cum Luna, ſeu oppoſitio, cauenda ſit, maximeque ſi [illegible] & plurique [illegible] Lunam fuerint hoſpitati cum præcepto ab illo optimo aſtronomorum iudice Ptolomæo [illegible] dicente: *Membrum ferro ne percutito, cum Luna ſignum tenuerit, quod membro illi dominatur*, quod certe ſilentio prætermiſiſſem, nisi me admonuiſſet [illegible], cum ſimul de aſtronomia ratiocinaremur, quando idem fatis deuulgatum eſſe crediderim, excellentis dominus meus Federicus Carrapha filius illuſtriſſimi domini Ioannis Franciſci Carraphæ ducis Ariani, quo quidem filio non Dux tantum, verum Rex Imperatorque gloriaretur, quem ego credo naturam genuiſſe, vt mores hominum edoceret, & ingenij vires experiretur, militaremque artem intrepidis conſtantiſſimique animi viris oſtenderet, cum non tantum literis, quæ propriæ nobilium eſſe deberent, verumetiam moribus, fortitudine, iuſtitia, temperantia pietate & quocunque alio virtutum genere homines illuſtrantur, præfulgeat & decoretur. Aſtronomia enim cum multum afferat vtilitatis in omni ægritudine, in hac potiſſimum vtilitatem præſtat. Quam qui ſciuerit, mirabilis, ſtupendusque dicetur iuxta illud Hippocratis *in primo ſuorum prognoſticorum* dicentis, *Eſt etiam quoddam cœleſte, in quo oportet ipſum Medicum prouidere: cuius ſi tanta ſit prudentia, mirabilis eſt nimium [illegible] nonne illius eſt, vt futurum periculum vel omnino prohibeat, vel competenti adminiculo tolerabilius fiat & ſi morituro [illegible], aliis vero ſalutem prænunciet, nunquid accuſationem in altero meretur,* Quod quidem aduertens ille doctus Haly *in prologo*, quem *in librum Hippocratis de ſtatu ægrorum ſecundum Lunam* compoſuit, his verbis prorumpens hæc ait: *Dixit Hippocrates Medicorum optimus cuiuſmodi Medicus ſit, qui aſtronomiam ignoret, eſt enim tanquam cæcus viam baculo examinans [illegible] dubitans pro qualibet boni, malique apparentia phantaſiam, & [illegible], trepidans & exultans, nullus homo ſe mittere debet in manus illius, quia non eſt Medicus perfectus, nec nomine Medici meretur decorari.* *Tempus ad incidendū.* *Venti fugiendi.* *Hippocrat.* *Oppoſitiones vitandæ.* *Ptolomæus.* C *Federicus Carrapha.* *Vtilis & neceſſaria aſtronomia in medicina* *Hippocrat.* *Haly.*

D Quapropter non poſſum non deridere illos, qui aſtronomiam Medico neceſſariam non eſſe dicant, cupientes hoc modo ignauiam ſuam tegere & ignorantiam, fidem non præſtando verbis illius doctiſſimi viri, quem fingunt hoc ſcripſiſſe, vt aſtronomiam, quam tanti fecerat, tali ſententia illuſtraret, ad eamque capeſſendam audientes ſtudentes excitatos animaret, veluti omnes faciunt authores in ſuis operibus.

Enimuero ſatis eſt [illegible] illorum fucata atque colorata excuſatio, cum Aſtrologum magis, quam Medicum talem virum cenſeant: nam huic viro ſuppetias afferret, ſuccenturiatusque veniret ille facundiſſimus magnusque Galenus loquens *in fine tertii libri de ſpermate, capitulo de cognitione ægritudinis ſecundum planetarum diem, & horam.* hæc verba, *Scire etiam Medicum decet planetam & ſignum, in quo æger ægrotare cœperit, & tempus ſecundum diem & horam ſi infirmitas fuerit ſecundum ſigna & planetas. Nam ſi accidentaliter ex [illegible] & planetæ eſſet, habet aliam [illegible]. Si vero Medicus [illegible] infirmitatem per numerum, id eſt, per naturam ſigni & planetæ perſcrutetur [illegible] & horas, vt dictum eſt, &c.* *Galenus.*

E Hoc idem *in [illegible]* licet Auicenna obſcurius tamen in 43 dicens hoc modo: *Cauſa quidem criſis, ſi [illegible] eorum relatio vera, [illegible] Luna variat [illegible] in morbis, & in 44 ſubiungit: Iam quidem peragrat & abſoluit celeriter circulum [illegible] quidem cauſa celeris motus & mutationis fortificatur quidem interdum in hoc, & interdum debilitatur: Hoc autem [illegible] in arte aſtronomorum.* Quid autem ſentiat in hoc princeps Auerroes *idem* enodabit: Quapropter ſi quis hoc ſcire concupiuerit, conſulat dominum Gauricum Neapolitanum omnium aſtronomorum hac in noſtra tempeſtate celebratiſſimum. Cui equidem, ſi ætas tuliſſet, adiecerem dominum Matthæum Thyphurium Salentinum, qui ab omnibus tanquam Apollinis oraculum in aſtronomia ſane habetur. *Auicenna.*

Quantum ergo præſtet ipſa aſtronomia arti medicæ, teſtes ſint ipſi Galenus *in eodem libro,* & Auicenna contra tales ignaros atque audaces.

Vt igitur reuertar ad ſententiam Haly: *Si ergo non eſt Medicus, nec Medici nomine meretur decorari, qui aſtrorum ſcientiam ignorauerit, quid dicendum erit de illo, qui partem ipſius medicinæ, ſeu (vt rectius eloquar) medicationis auerſaretur: cum res medicationis vna tribus rebus compleatur. vna earum eſt regimen & nutrientia, alia eſt. medicinarum exhibitio, & tertia eſt manualis operatio, quam cum aliquis ignorauerit, non hæres legitimus, ſed ſpurius ipſius medicinæ reputandus eſt. Quapropter vt vnuſquiſque vere eius filius dicatur, exercere ſe debeat in qualibet ipſius parte medicinæ.* His igitur omiſſis, ad cuiuslibet inſtrumenti, quo in tali re vtimur, formam, & dicenda nomina accedamus. A

De inſtrumentorum nominibus, & figuris: Et primo de Fiſtula ſiue Syringa tentatiua.

CAP. IV.


MAnifeſtum eſt igitur quęque artificem formam ſuorum inſtrumentorum, quibus in ſuo opere vtendum eſt, neceſſario præcognoſcere, ac etiam materiam, qua ipſa conflanda ſint: Ideoq; res modo nos conuocat huiuſmodi inſtrumenta emoliri, quæ quidam promulgabuntur eo ordine, ac ſi ad ipſam operationem nos ipſi accingeremur. ad quod vt facilius habeātur, de ſingulis ſingula capitula facientes, principium ſumemus ab ipſa Fiſtula, quæ & alio vocabulo Syringa tentatiua dicta eſt, eo quia per ipſam in canalem virgæ poſitam exploramus intimos veſicæ anfractus, in quibus ſæpe latitare ſolet lapillus, quo humana natura ſæpenumero cruciatur: cuius quidem forma talis eſt. B



Eiuſque longitudo ſit tredecim pollicum ſecundum latitudinem ſuperimpoſitorum, teretiſque figuræ, & ad modum fiſtulæ concauata, ſitque ex argento bono fabricata, omnique aſperitate vacans, ne inter imponendum veluti ſtrigil naturam irritaret. Sitque lubrica, tenuiſque, ne multa materia grauetur: cuius extremitas, quæ in canalem virgæ ponenda eſt, ſphætice ſit conſolidata. Verum ab ipſa extremitate parum altius, duo oblonga foramina ſibi oppoſita terebellanda ſunt, ex quibus vrina (ſi qua in ea retenta ſit) cito per fiſtulæ canalem excutiatur: Altera vero extremitas, quæ virgæ extremitatem ſupereminet, ad tubæ formam malleetur, nec ipſa recte diſtenta ſit, ſed ab ipſius dimidio verſus illam partem, quæ veſicam ingreditur, ſit aliquantulum arcuata, qua poteris longius ſpeculari, intimeque lapidem expiſcari. Scripta eſt igitur fiſtula, quæ & ſyringa tentatiua inter vulgares homines appellari ſolita eſt. C

De Itinerario. CAP. V.

SVbſequitur hanc altera, non longe à prima diſſimilis, quæ paululum groſſior, ſolidiorque dicta eſſe debet. Verum à dimidio ſui, vſque ad extremum, quod virgam ingreditur, in ſua conuexitate, concauam eſſe oportet: Cuius nomen *Itinerarium* dictum eſt, eo quia ſuper ipſum inciſio facienda eſt, quoniam ipſa quouſq; protendatur, nobis fideliſſime collum veſicæ patefacit: vnde ſibi tale nomen aſſumpſit. Cuius enimuero forma talis eſt.




D

Concauumque habet dorſum: ad hoc, vt cum inciditur, talem nouacula concauitatem ingreſſa, completam inciſionem, vſque ad canalem veſicæ impreſſam emoliatur: Quapropter ſolers, diligenſque ſit operator ipſe, ne hinc inde medietatem itinerarij relinquens, altius, quam neceſſe eſt nouacula imprimatur, quod ſi accideret, maledicis & inuidis operator, nedum infirmus miſerrimo periculo exponeretur.

De Nouacula. CAP. VI.

DEinceps neceſſarium eſſet, vt de nouacula, forma cuius talis eſt,




E

ſermonem ipſi exordiremur: ni per ſe ſatis cognita exiſteret, quando barbitonſorum peculiare ſit inſtrumentum, qua, cum volunt barbam depexam abradere, vno ipſius tractu mille ruunt pili. Veruntamen

A tamen iſtam, qua nos ad hanc faciendam vtimur operationem, macriorem minoremue illa, quam vtendam barbitonſores habent, neceſſe eſt eſſe: ne ſua grauitate medicinales manus fatigentur: Cuius quidem acuitas tanta ſit, vt vno impulſu concauitatem, quam in ſua conuexitate itinerarium habet, quemadmodum cum de ipſo loquebamur, diximus, facilius attingat. Nam ſi ſecando incideremus, ſatis ipſam naturam, quæ minus, quam poſſibile ſit, fatiganda eſt, irritaremus, nullo poſtea ſibi exhibito blandimento acquieturam.

De exploratorio. CAP. VII.

IAm furtim & pedetentim locum ſibi exploratorium vendicauit, quod proprium exploratorum eſt, vt idoneo aptoque tempore inimicos, quos per longas inſidiarum obſidiones arrectis ſenſibus cubauerunt, ſciant taliter irretire, vt ab inextricabilibus nodis vix ſe collaqueatos valeant diſſoluere. Quapropter ne nobis ab eodem inſidiæ parentur, quod ſuum eſt, ipſi modo tribuamus. Eſt igitur explorato-
B rium, cuius forma talis eſt, nempe



fiſtula argentea, quæ & via dicitur, eo quia ipſam ingreditur inciſionem vſque ad concauitatem Itinerarij, quam in ſua conuexitate habet, & per eandem vſque ad eiuſdem extremum, quod in veſica eſt, delabitur: Quæ, cum illuc peruentum fuerit, ſtatim ſi quid vrinæ ibidem fuerit retentum exhauriet. Quod rectum & extenſum eſt ad quantitatem vnius palmi, ad hoc vt veram rectam viam, à qua nomen explorandi ſumpſit, ductoribus commonſtret: de quibus nunc ſermonem facere à nobis conſtitutum eſt.

De duobus Ductoribus. CAP. VIII.

C OPeræpretium eſt videre, qua nunc maieſtate ductores ipſi ad nos aduentantes incedunt, poſtulaturi ſua magnifica & egregia facinora literis commendari: ceu militum glorioſorum mos eſt, quos laudatæ gloriæ tentillago ad pericula ſubeunda compellere non deſiſtit, cum cæteris omnibus ſe virtute militari antecellere frequentiſſime iactitent. Quamobrem ne à tali ſpe decidant, morem illis geramus neceſſe eſt. Sunt igitur ductores argentei, quos & alij ſtilos vocant, non multum ab exploratorio diſcrepantes, quorum quidem figura talis eſt.




D

Eorumque longitudo menſura duorum vnius palmi tertiorum menſuretur: verum ſolidiores, craſſioreſque exploratorio eſſe debent, quando per eos aperiens ſiue dilatans in vulnus intromittendum eſt, à quo ductores ipſi nominati ſunt. Quorum capita per duos digitos circumflexa foramen habent tranſuerſale, in quibus ſtyli conclauandi ſunt, ne inter indicem & medium digitũ collocati in veſicam Aperiens recta via admiſſuri intropellantur. Quapropter cum tali opere glorientur, ſtant forti conſtantiq; animo indubitatam viam aperienti inſinuantes, quàm ipſum ne timiditate quadam corripi videatur, animoſius quam ſua ferat natura, aggreditur.

De Aperiente. CAP. IX.

SI quis modo inſpiceret, qua hilaritate Aperiens geſtiat, cum Ductores locum, quem illud viam ad lapidem extrahendum faciet, præparaſſent, ipſum denique crederet, non minorem voluptatem animo fouere, quam qui ad diruendam vrbem, quæ diu obſidione milites fatigauerit, accinguntur. Quod quali inſultet apparatu & forma, quæ talis eſt, hic apparet.
E


 A



Nunc dicendum eſt: Conflentur igitur duo æqualia crura ferrea more forcipum conclauanda: quæ cla- B
uata cum aperiuntur, crucem vnam conformabunt. Sed hoc maxime conſiderandum eſt, vt illa duo ca-
pita, quæ vulneri primo obuiabunt, ſint in duplo breuiora, quam illa, quæ noſtris manibus capulum
præbebunt, quæ tali erunt curuatura complicanda, vt cum aperientur, duas conſtituant cruces, cum ve-
ro claudentur, crux vna ſine capite appareat. His igitur huiuſmodi fabricatis, duo chalybis latera ad
quinque pollicum longitudinem elongata inhærenda ſunt, quæ in tres partes æquales diuidantur, & in
fine vnius partis, & alterius principio paruum eſt foramen terebrandum, in quo vnum crus breuius ta-
liter eſt clauandum, vt libere more artuum in illo paruo foramine eludat. Sed breuior pars ſit illa, quæ
primo vulnus ingredi debet. At vero extremum duarum aliarum partium, quod crus maius abſciſſum
intrauerit, vtrique malleandum eſt, quod vulgo dicitur rebattere, vt poſſit libere in taliſmodi cruris abſ-
ciſione ſurſum deorſumque decurrere: eodemque modo & ordine alterum latus componendum eſt.
Quo facto, iam Aperiens ſiue Dilatans habebitur. Cui etiam hoc addendum eſt, vt vna pars ſuperioris
cruris, quæ manibus noſtris ſe capiendam præbet, alteram abſciſſam ingrediatur: ad hoc vt firmius in C
claudendo atque aperiendo ſit. Hoc etiam inſpiciendum eſt, vt cum fuerit clauſum, partes extremæ la-
terum, quæ retuſæ latitudinis ſint, inſimul concurrant. Quæ ex parte ſuperiori, quæ carni inciſæ, cum in
vulnus impellenda erunt, iunguntur, læuia ſint, omnique aſperitate careant, ne cum ad operandum
aperientur, vulnus valeant cruentare. Sicque erit Dilatans ipſum, quod maximo deſiderio, quando extra-
ctioni viam præparauerit, forcipem ad id patrandum aduentare deſiderat. Quapropter, ne tali auidita-
te priuetur, mordacem forcipem, quoniam ſine ipſo fruſtra operatum eſſet Dilatans, confeſtim ſubſe-
qui ordine ſuo præparemus.

De Forcipe. CAP. X.


EN quomodo plauſu Forceps in ore patulo ſerratiles dentes afferens viam ad doloroſum lapidem
extrahendum affectat, annum ſibi exiſtimans quicquid temporis ad bolum faucibus auidis capeſ-
ſendum elabatur. Quapropter ne tali auiditate nos mordeat (manum enim ſcribentis aſpiciens, quaſi
ſeſe deſignari cupit) quæ ſua propria erunt, dicere incipiamus.
Verum quia forma ipſa, quæ taliſmodi eſt omnibus nota eſt, cum ſint duo ferrea haſtilia ad inſtar D



crucis inſimul conclauata, nihil de eo eſſet dicendum: ſed ne videamur aliquid, quod ad noſtrum face-
ret propoſitum, dimittere, dicamus igitur, quod cum fuerint ipſa haſtilia conficata ſimul pars illa ante-
rior, quam in concauitatem ipſius veſicæ impingemus, ſit à commiſſura ad dimidium vnius palmi ex- B
tenſa ad inſtar anſeris roſtri fabricata, cuius pars ſuperior, quæ corpori adiungenda eſt, lenis ſit, ne valeat
naturam infeſtare: pars vero interior aſpera & ſpinoſa, ne lapis, quem comprehenderit, poſſit ab eorum
faucibus excidere. Poſterior vero pars, quæ duos annulos noſtrorum digitorum capaces habet, ad eiuſ-
dem menſuræ longitudinem præter annulos dictos ab eadem commiſſura elongetur. Quo facto ipſius
longitudinem, qua nos ipſi indigemus in tali operatione, nacti erimus. Verum à tergo ipſorum annulo-
rum duo parui vnci oriantur, vt cum opus fuerit, funiculus, qui alligatus vni annulorum erit, ab vno vn-
co conuerſa in alterum alligetur. Hæc eſt igitur forma ipſius forcipis, qui ſibi duo Latera aliquando
iungi vehementer vociferat, cum bolum, quem ipſe comprehenderat, præ magnitudine ſine duorum
laterum auxilio foras extrahere minime valuerit. *Dicamus ergo, qualis ſit illorum forma, quando for-
ceps eorum ſuffragia in aliqua lapidis extractione aueat.*

A *De duobus Lateribus* CAP. XI.

HÆc duo latera, quorum ſubſidia tantopere forceps inhiat, huiuſmodi ordine conficiuntur. Caleſcat igitur chalybs igne follibus inſufflato, calefactus qui in formam retuſæ latitudinis, quorum talis eſt forma



B

redigatur, & ad inſtar roſtri anſeris, vt de forcipe dictum eſt, malleis extendatur ad tantam longitudinem, quanta vltimum forcipis, quod in veſicæ cauum intromittendum eſt, valeat complecti ab ea parte commiſſuræ, quæ operantis manus inſpiceret. Sitque rectæ longitudinis, qualia ſunt forcipis roſtra Verum à parte poſt aliquātulum curuetur, & in formam retrorſis contundatur, quæ pars ſit quatuor digitorum oblonga, & in ſuperficie dilatata, ſecundum latitudinem vnius pollicis, multiſque foraminibus perforata.

His igitur peractis, vnum latus erit confectum, eodemque modo & ordine alterum conſtituendum eſt. Verum vnum iſtorum taliter aptandum eſt, vt in eo æqualis tabella cludens, oppoſitis foraminibus ſuperponatur, vt latus alterum intra ſe concipiant, quod conceptum in vno tantorum foraminum clauo paruulo ſuſpenſo poſito retineant. Quæ quidem Latera cum ſic fuerint expoſita, forcipem vnum facient, quæ ita ſe habebunt, vt de forcipe dictum eſt, quando pars exterior læuis ſit, interior vero aſpera & ſpinoſa. Quoniam hæc forcipis officio aliquando vna cum eodem forcipe iungentur, tum maxime quando forceps ab ipſa cauerna bolum præ magnitudine deficeret effodere. Abſolutis igitur a Lateribus, ſubdamus nunc ſermonem de Frangente in curam non admittendo, poſtea de Verriculo agen-

C dum erit, quod calculi euulſionem ſubſequitur.

De Frangente in curam non admittendo.

CAP. XII.

SVbſequeretur illud medius fidius inſtrumentum pertractare, eiuſque formam & modum operandi dicere, quod Frangens dicitur, niſi ab eo maximum, dum adminiſtraretur, periculum talem ægritudinem patienti manibuſque precario expetiti præceptoris ſubmiſſo inferretur. Quod cum ab exercitatiſſimo quoque in operationem ducatur, fit, vt nedum periculo, verum etiam morti infirmus exponatur. ob idque de eo ſilendum duxi, ne huic aureæ operationi incredulitas pareretur, dum à minus practicis & expertis agitaretur, cum hac in noſtra tempeſtate audaciores magis, quam doctiores ſint homines, ſibique multum præſumant atque arrogent, & videri magis Medici, quam eſſe cupiunt, imitantes ſophiſtarum importunitates. Quapropter de eo nullam faciam mentionem in ipſa calculi extractione, tum quia multum in operando temporis conſumitur, difficiliorque fit eadem ab ipſo magiſtro in tali operatione miſerrimum patientem laceraturo: tum etiam veſica ipſa fractione conquaſſata aeri & frigiditati


D exponitur, quo maxime ipſius complexio alteratur: ac etiam longa lapidis frangendi inquiſitione veſica ſæpe læditur, & peſtiferæ lethaleſque inflammationes excitantur. Adde etiam, quod ſecti in ipſa inquiſitione deficiunt: præſertim cum maxima eſſet in tali operatione cura adhibenda, ne fruſto abſciſſi lapidis veſica illiſa ab eodem incidatur, quemadmodum ait ille elegans facunduſque Cornelius Celſus. Quæ pleraque omnia miſerrimæ necis cauſæ exiſtunt: Cum taliſmodi operatio vno oculorum ictu, ſi poſſibile eſſet, perſtringenda ſit. Quamobrem nos de eo ſilentes, ad capitulum de Verriculo accedamus.

De Verriculo, quod & buction dicitur.

CAP. XIII.

POſtquam lapillus forcipis morſu à domicilio, quod ſibi parauerat, fuerit euulſus, in cauum illud eſt quoddam inſtrumentum mittendum, adhoc, vt ſi quid lapidis vel ſanguinis coagulati ſit, ab ipſo veſicæ fundo ad eiuſdem orificium fideliter vertat: ex quo ſibi nomen Verriculum vendicauit. Cuius forma talis eſt, & fit hoc modo.

E




Capit argentarius argentum, quod ſibi oblatum fuerat, idemque malleis diſtendat ad longitudinem vnius palmi. Quod diſtenſum teretis ſit figuræ, omnique internodio careat & aſperitate, veluti iuncus, quæ

qui limoſa palude exoritur, in cuius extremitate, quæ primo vulneri inhærebit, pila vna argentea con- A
glutinanda eſt: cuius quantitas vnius ceraſi magnitudinem non excedat. Stylus ex bono fiat argento, vt operator ad quam voluerit poſitionem, eum flectere, & complicare poſſit. Sicq; habebitur inſtrumentum, quod ego Verticulum nomino, quanquam à vulgaribus vulgariter bucton dicatur. Cuius quidem operationem ſtatim alterum inſtrumentum à me Abſtergens dictum ſubſequitur, de quo nunc loquemur.

De Abſtergente ſiue Cochleare. CAP. XIV.

VLtimo vero ſequitur poſt Verticuli operationem inſtrumentum Abſtergens, eò quia illud, quod Verticulum ad oſtium veſicæ aggregauerat, illud auferendo abſtergit, ex quo hercle dictum eſt. cuius forma hæc eſt,



B

quæ non multum diſcrepat à forma cochlearis, quo vtuntur Turcæ, ex quo etiam Cochlear dicitur, cuius concauum debet eſſe oblongum, & in extremitate, quæ in vulnus immittitur, ſit lunaris reductus, cuius extremitates per quatuor digitos in longum protrahantur, quæ in fine ſimul coeant. Vnde poſtea haſtile manibus capeſſendum oriatur ad dimidium vnius palmi extenſum. Verum in anteriori prora fundum ſit altum, quod cum ad alteram ſui extremitatem ducitur, ſemper ad nihilum deducatur. Sicq; erit Abſtergens, quod alij Cochlear nominant, quo poterit, vt dictum eſt, foras extrahi, quod in ore veſicæ fuerit à verticulo aggregatum. His igitur expletis neceſſariũ eſſe duco, vt eo reuertamur, vnde hucuſque deceſſimus, poſtquam illud, quod iam promiſeramus, omni noſtra diligentia præſtitimus.

De ſitu incidendi. CAP. XV.

ORdo, quem nos ante inſtrumentorum digreſſionem ſubſequebamur, quaſi indignatus nobis non parum minitatur, cum tanto tempore ſui immemores vagaremur. Quamobrem ne iure de nobis conqueratur, nunc ordinem diſſutum iterum conſuere aggrediamur. C

Quapropter cum domum lapillo laborantis primum ingreſſi erimus, locum inſpiciamus, vbi nam lectulus, in quo infirmus ſituabitur, ſternendus eſt, ne venti hominem denudatum frigore concutiant, aut calore fatigent, ſi quando neceſſitas æſtatis tempore talem eſſe operationem ſubeundam anguſtiis doloribuſque intimis fatigatum hominem aſtringeret. Quo quidem tempore talis eſt, meo iudicio, fugienda operatio, ne aliqua vulnus corruptione inficiatur. Et ideo tali tempore huiuſmodi officio fungi omnimodo caueamus. Inuento igitur loco, tabella ſiue menſa taliter parieti clauis infigenda eſt, vt ſi ab aliqua parte impelleretur, conſtans immobiliſque maneat, qua ſuper poſitus lectulus ab ea parte, qua magiſter operabitur, talem accliuem ſitum faciat, vt cum in eum infirmus aſcenderit, ſedere potius, quam cubare ab aſtantium oculis cernatur. Quem cum nos in tali loco præparato locauerimus, bindis vndique vinciemus. Verum quomodo ſit ipſa ligatura facienda, eandem nos dicere modo tempus nactum opportunitatem vehementer deprecatur. Quare ne à tam aſſiduis precibus fatigemur, de ipſa ligatura capitulum proprium initiemus. D

De ligatura. CAP. XVI.

MAnifeſtum eſt illi medius fidius, qui hac in re bene conſiderauerit, magnam partem in tali operatione ligaturam poſſidere. Quoniã nullo alio modo ita idonee adminiſtraretur, ſicuti hac, quam nos dicemus, ligatura, quæ huiuſmodi eſſe debet. Capiantur pro illius conſtructione, duę æquales bindę longitudine ſedecim palmorum commenſuratæ, quarum vna alteri in medio ipſarum concatenetur, quæ ſic inſimul anellatæ humeris incidendi applicentur in ea parte, quæ collum dicitur, quam ab vno latere miniſter vnus firmiter teneat, ab altero vero magiſter hoc modo incipiat ligare. Sumat duo capita vnius bindæ, quorum quidem vnum ante pectus deductum, alterum vero per humerum in ſubaſcella ad funis formam contorqueat: ſicque complicando deſcendat quantum ipſum adiutorium extenditur, deinde liget crus iuxta poplitem, eodemque modo, vt prius fecerat, deſcendendo veniat prope calcaneum, poſtea vero incruciet ipſa ſuper pedis ceruicem bis pedem circundando: iterum in pedis ceruice cruciet, quæ poſtea in eodem loco, vel ſi longiora fuerint, in ſura connodet. Quo facto altera duo capita, quæ miniſter gubernauerat, manibus ſuis apprehendat, & ab ordine non diſcedendo, alterum infirmi latus huiuſmodi capitibus firmiter arctet. Sic itaque erit ligatura finita. Expeditus igitur à tali ligatura operator ipſe incisioni ſe maxime præparet cum ſuis inſtrumentis, vt ordine inciſionem talem ſubſequatur. Nunc vero quomodo id faciendum ſit, dicere propoſuimus. E

De Medici præparatione. CAP. XVII.

ANtequam in exequenda inciſione manus conſerat, ſua inſtrumenta, de quibus iam *ſuperius* diſſeruimus ordine, diſponere Medicum oportere cenſemus, ne dum vno indigeat, alterum ſibi à minus ſolerte miniſtro exhibeatur.

Quo

A Quo quidem non parum in operando impediretur, dum propria vrenda ſibi expoſceret. Quapropter ne quid temporis fruſtra labatur, nunc ipſum operaturum cum inſtrumentis exponamus. Poſtquam igitur lectulus, in quo æger ipſe cubet, omni diligentia, vt *ſuperius* dictum eſt, cum de eo ſermonem faciebamus, ſtratus eſt, antequam incidendus bindis irretetur, clam furtimque ſua ſurripiat inſtrumenta, ne talium apparatu infirmus expaueſceret. Quæ inter tunicæ & diploidis manicas, omnia diſponat argentea, ordine, quo *ſuperius* ſcripta ſunt, à Fiſtula ipſa tentatiua per cætera diſcurrendo, donec ad ipſum Dilatans ſe applicuerit: Quod propter diſtenta brachia in caligis ſuper vmbilicum eſt celandum, ibidemque Forceps parum interius occultandus eſt, quem vltimo propter affinitatem, quam ſecum duo Latera contraxerant, in huiuſmodi extractione commode ſubſequetur. Id pie etiam fieri debet, vt aliquantulum caleſcant, ne ſua frigiditate valeant veſicam alterare, cum ipſa frigiditas nedum inimica ſit oſſibus, dentibus, neruis, & medullis, verum etiam humani corporis deſtructiua. His igitur ſic abſconditis, debet etiam manicas ambas paruo linteo panno annodare, tum ne inſtrumenta, dum infirmus pertractatur, totius oculis ab eodem inſpiciantur, tum etiam ne à ſanguine, ſi quid ab ipſo vulnere effluxerit, euiſdem manus cruententur. Sic itaque magiſter præparandus eſt, vt à tali operatione expeditius abſoluatur.

B *Quo modo ſit exequenda lapidis extractio.*

C A P. XVIII.

POſtquam ab illis, quæ neceſſario inciſionem prætenierant, pedetentim receſſimus, & ad eam perpetrandam in ipſo tempore acceſſimus, quam omni, qua decet, cura, diligentia, & attentione nunc perſtringemus, hæc duo ante inciſionem, quando ad ipſam non parum adiumenti afferant, neceſſarium eſſe Medicum animo & oculis prouidere, nec non fiſtula tentatiua diligenter explicari, omnibus, qui rationibus idem conſiderabunt, faciliime apparebit. Quorum primum eſt meiendi vrinam inſpicere, inſpectamque conſiderare, ſi quæ ſanguinis guttulæ in ea apparuerint, vel eadem ſanguineo rubore infecta fuerit. Quibus quidem viſis, ſtatim ipſe aſperum, ſpinoſumque eſſe lapidem prognoſticabitur. Huius autem ſignum eſt, quod in mingendo doloribus atque incenſiuis ardoribus miſer infirmus cruciabitur. Si vero eadem lactea turbidaque extabit, læuem lubricumque lapillum foras eiiciendum dicere minime erubeſcat, eo maxime, quod prognoſticum ſigno huiuſmodi corroborabitur. Nam cum minxerit, pondus quoddam circa pudibunda ſentiet, & dolores non incenſiuos, ſed potius propter vrinæ C detentionem, qua veſica diſtenditur, grauatiuos patietur. Cum vero his ſignis operator certior factus fuerit, accepta fiſtula tentatiua (quod ſecundum erat conſiderandum, & prouidendum,) & in veſicæ canalem imiecta incipiat calculum explorare atque explicari quo inuento, leui manu circa lapidem fiſtula, cuius rei cauſa adinuenta fuerit, circunducatur. Quo facto ni hebes plumbeuſque fuerit operator eidem quantitas lapidis manifeſtabitur, quæ multum proderit ad dilatantis operationem. Nam ſi paruus paruam: ſi vero magnus fuerit lapis, ampliorem dilatantis apertionem faciemus. His vero prælibatis, inciſionem ipſam nunc aggredimur. Purgato igitur ſecundum humoris exigentiam, vt *in principio* dicebamus, & ſituato ligatoque infirmo, vt *in proprio capitulo ſuperius* diximus, tres oportet Medicum miniſtros ſecum habere, quorum vnus manu ſiniſtra à femore protecta, ambos teſticulos ſurſum ad pectinem comprehenſos attrahat, dextra vero manu compactis æquatiſque digitis, pelliculam ad ſiniſtræ natis latus contrahat, vt commiſſura ad latus declinet, ne ſuper ea incidatur, quoniam eſſet malum. (Eſt enim commiſſura ſecundum experientiæ veritatem locus mortalis, ſi ſuper ipſa incideretur.) Cuius diligentia ſit talis, quod pudibunda æqualiter cum pellicula diſtenta firmiter teneat, quouſque operator D ſuum perficiat opus. Duorum quidem aliorum vnus ſiniſtrum, alter vero dextrum pedem firmiter comprehendat, ne in vtrumque latus in adminiſtratione infirmus vacillet.

Quo facto, ante pudibunda obſcœnaque membra operator ipſe geniculetur, eodemque modo ſitus, primum nouacula pilos inter anum & coleos natos abradat, poſtea bene rationibus examinet, vbi nam inciſio facienda ſit, cum in hac male examinata duo poſſint nocumenta inſurgere: quorum primum erit inuoluntarius vrinæ mictus, tum maxime hoc accidet, ſi muſculorum os vrinam conſtringentium incidatur, qui prope os femoris terminantur, cum quo virga ab oſſe femoris exortis alligata neruis iungitur, vt *in anatomia* dicebamus. Alterum eſt hercle, quod non ſine mortis periculo fieret, ſi nimium interius iuxta anum abſcinderetur, cum maxime vereremur, ne aliqua hæmorrhoidalium venarum incidatur, vnde multum ſanguinis ſuperflueret, tum etiam, ne in dilatando aperientis operatio multum extenderetur ad ipſam veſicæ neruoſitatem. Quamobrem vt hæc omnia declinemus, locum ipſum deſignabimus inter anum & oſſis femoris extremum, quod duorum extremorum medium dictum eſt. Quo deſignato erigat ſe, & manu ſiniſtra vel dextra, ſi ſiniſter erit, priapum accipiens, dextera vero, vel è contra, ſecundum quod magis idoneus aptuſque fuerit, inſtrumentum itinerarium in euiſdem caE nalem immittat, & complicando inſtrumentum verſus vmbilicum vſque ad veſicæ cauum impingat. Iterumque reuerſus eo, vnde ſurrexerat, pollice ac indice manus ſiniſtræ firmiter capiat, quicquid itinerarij ſuperius eminuerit, quod vmbilicum verſus deflectat. Altera vero totius manus parte priapum ad ſe impellat, & manus dexteræ auriculari digito locum, in quo inciſio fiet ſuper itinerarium frequenter palpitet, quem (ſi tenſum inuenerit ſin autem non, manu ſiniſtra tantum Itinerarium impellatur, donec locus incidendus intendatur) vno impulſu incidat à latere dextro, ſi dexter erit, ſin autem ſiniſter, à ſiniſtro ſecundum longitudinem. Nam ſecundum hanc inciſionem facilius villi muſculorum, & incita cutis, quando ſuas ſequetur rugas, conſolidabuntur. Quapropter non poſſum ſcriptores

Lapis ſpinoſus.

Leuis lapis.

Dilatatio.

Miniſtri tres.

Commiſſura cauenda.

Miniſtrorum officium.

Operatoris accommodatio.

alios non admirat, neq; reprehendum, in Celſe Cornelij, cum alij ſecundum latitudinem villorum, & quæ rugarum, inciſionem faciendam eſſe iudicerunt, cum in idem maxime inciderent, quod curandum euitarant tali facta inciſione. Quis ergo in hoc dubitaret, ſiue diſtentus, ſiue quauis corporis poſitione cubaret, dummodo crura ſimul coiient vulneris labia non parum diſtare? quod in tali loco fiſtulæ generandæ fomentationes adminiſtraret frequentiſſimo vrinæ ſtillicidio. Quam ſi iuxta rugarum longitudinem & villorum poſitionem ſituaremus, eſſet mirabile dictu, quam citiſſime coeuntibus labris conſolidaretur. Igitur ne in talem errorem incurrere valeamus, fiat inciſio ſecundum longitudinem, & eo vſque nouacula imprimetur, donec operator ipſam in cauum, quod in conuexitate eſt Itinerarij, penitus elapſam ſenſerit, ibique parum ſecet, ad hoc, vt ſuperficies canalis interior reſecetur. Cuius longitudo ſit ad vnguis pollicis latitudinem, aut parum plus. Quo facto præcipiat aliquem tenere nouaculam in ipſa inciſione, donec Exploratorium acceperit, quod per latera ipſius nouaculæ aliquantulum inclinatæ intromittat in cauum ipſius Itinerarij, quod per idem ad vltimum eius ſtem elabatur. Quod cum tetigerit, in concauitate erit ipſius veſicæ, ex quo cum illuc peruentum fuerit, ſi quid vrinæ fuerit retentæ, foras effluet, quemadmodum *in ſuo capitulo* dictum eſt. Quod cum factum fuerit, altera manu Exploratorium in eodem loco conſeruet, altera vero Itinerarium a virgæ canali euellat. Deinde vnum ex ductoribus ſumptum per latera eiuſdem Exploratorij, ne rectam viam ad veſicam exorbitet, immittat. B
Quo poſito, Exploratorium ſuo functum officio foras eruat, idque perpetrans, alterum ductorem per ſocij latera ipſe operator in veſicam impellat. Quos poſtea inter indicem & medium digitum receptos, & conclauatos, vt *in ſuo capitulo* ratiocinati ſumus, tantum ſegreget, quantum ipſi inſtrumentum Aperiens ſiue Dilatans inter ſe valeant collocare: inter quos operator per coſtas ponat ipſum Aperiens, poſitumque in veſicam impingat, continuo vniformique impulſu, ne impulſus variatione naturam moueat, hoc ſemper tamen aduertens, vt ductorum vnus dextro, alter vero ſiniſtro lateri adhæreat taliter, vt ab ipſis coſtæ aperientis in veſicam labi videantur, quod earum introductio, in quantum parum ipſorum laterum ſupereminent. Quo facto, conſtringatur, vt fiat dilatatio tanta, quanta indigere videatur exiſtimata lapidis magnitudo, quam, dum ipſe exploraret, Medicus conceperat, per quam ſtatim forceps in veſicam per eoſdem ductores inicatur. Vomicetas eſt ductoribus exemptis in vtrumque latus inclinandus eſt, vt appareat lapillus & teneatur, quia ſi apprehenſus eſt, ſic ſimul inclinabitur. Quem cum apprehenderit, nulla vi propter feſtinationem admota extrahat, ſi paruus ſiue lubricus, aut ſpinoſus ſit. Si vero magnus, quem propter boli magnitudinem cognoſcemus, non eſt ſic ſimpliciter extrahendum. C
Sed quid agendum ſit, modo dicemus, quando varietas rerum quaſdam etiam animaduerſiones deſiderat.

Cum ergo bolum adeo magnum cognouerit, vt vix aut nunquam ab ipſa dilatatione extrahi poſſit, hoc præcipue agendum eſt, vt forpex ligetur à parte poſteriori in vncis taliter, ne poſſit elacere (elabi) bolus, quem momorderat, deinde Medicus capiat illa duo Latera, de quibus dictum eſt *in ſuo capitulo* quorum vnum per inciſionem forcipi ſubdat, intantum quod cognouerit ſuper ipſum lapidem collocaſſe. Poſterior quidem pars eiuſdem ſupereminear, alterum vero forcipi ſuperimponat, & per inciſionem vſque ad lapidem impellat, donec idem lapidi ſuperfluè conceperit. Pars verò eiuſdem poſterior deorſum aſpiciat taliter, quod cum altera crucem facere videatur: deinde tabella illa, quæ more armum in vno Laterum eludebat, ſicut in *capitulo eorum* diximus, vnum cum altero aggreget, & crucem veram conſtituat, quam tantum poterit dilatare, quantum ad extractionem lapidis neceſſariam eſſe præſenſerit. (Cum hac via poterit extrahi lapis quantumcunque magnus ſit: licet ipſe *in capitulo de anatomia* dixerim, ſi oui quantitatem excederet, diligentiori ſolertia extrahendum eſſe, ne nomen mali Medici ſubeundum ſit: quod equidem non ob aliam cauſam dixi, niſi ne iuuenes, ante quam exercitarentur apud D
exercitatum præceptorem, in ipſam lapidis extractionem temere irruerent: cum nihil penſi habeant hominem lacerare, dummodo ſui deſiderij compotes efficerentur) Quod cum fecerit, cl. uo illo parvulo conclauet, ſicque duobus forcipibus lapis ille comprehenſus erit. Quem poſtea leniter paulumper extrahat manibus ſuis ambos ſimul forcipes ſumentibus, hoc denique modo calculus foras euelletur. Quo extracto capiat ſtatim Medicus Verriculum, quod & buctton dicitur, & in veſicam immittat, quod

Signum alterius lapidis.

immiſſum in gyrum per veſicam ducat, quærendo, ſi quid lapidis, vel alter intus remanſerit, quandoquidem non vnus, nec duo, ſed quatuor, & octo interdum inueniantur. Quod facile cognoſcetur, ſi lapidem foras extractum manibus acceptum Medicus diligenter inſpiciat, quem ſi ab vna parte compreſſum eademque lubricum, & conſiricatum (quando id ex duorum vel plurium illiſione, & confricatione fiat) eſſe cognouerit, ſtatim alterum forcipe extrahat, extractumque conſideret, ſi priori ſimilis eſſet.

Si vero ex pluribus partibus compreſſus eſſet, alterum intus eſſe iudicabit: ſi verò non, ex aliis iſtam lapidibus veſicam eſſe dicet. Cum ergo nihil ineſſe intus certificatus fuerit, vltimo ſumere debet inſtrumentum abſtergens, ſiue cochlear dictum, quod per inciſionem in veſicam impoſitum, quicquid ſanguinis congelatum ſit, foras educet, & hoc non bis, ſed ter quaterque, vel toties, quoties neceſſitas ipſa exegerit, reiterari debet, ſicque diligens operator, dum Cochlearis officio fungetur, ne aliquod lapidis fruſtum remaneat, quod ſi caſu aliquo à forcipis morſu exilierit, cauſa iterum fiat regenerandi lapidis. His E
igitur hoc ordine expeditis, vera indubitataque lapidis extractio complebitur. Quo meus Magiſter viſus eſt, & frequenter vtitur Ioannes de Romanis Cremonenſis de Caſali maiori Romanus incola. Cui etiam plerique omnes inuident, cum ipſi ſexaginta annis Chirurgiam exercuiſſent, & nunquam attingere potuiſſent hanc veram & nouam artem de lapide extrahendo, quam ipſe à natura inſtitutus repperiſſet.

Ideoque

A Ideoque nunc Deum exoremus, vt hunc virum nobis conſeruet, quando ipſa natura eum genuerit, vt præſidio ſubſidioque eſſet humano generi, quod per tot ſæcula doloribus lapideis cruciabatur. Quapropter deſinat illa priſcorum authorum fama tollere ſe cœlo, quam laudat longa vetuſtas Hippocratico ſacrata præconio, & huius viri gloria, per infinita ſæcula propagetur.

Quo modo inciſio ſeruanda, à nocumentis cuſtodiatur, & qui ſit iacendi modus.

Cap. XIX.

EVulſo igitur lapide, ordine & modo, quo *ſuperius* dictum eſt, ante omnia inciſus à vinculis ſoluendus eſt, ſolutuſque alio à priori longe diſſimili ordine ligandus eſt, qui talis eſſe debet. Capiat vnam bindam operator, eamque per renes deductam ſuper pectinem circumcruciet, capitibus cuius coleos circumuolutos tãtum ſuperius attrahat, quantum per miniſtrum diſtenſi tenebantur, adhoc vt pellicula illa, quæ in perinæo eſt, diſtendatur, & labia vulneris facilius coeant. Tum etiam ne ſanguinis fluxu, ſi in ea acciderit, teſticulorum pellicula ſiue oſcheum impleatur, vnde facilius eſthiomenarentur, & eſſet
B error peior priori. nam ſi prius doloribus cruciabatur, tunc Acherontis impulſu cymbam aſcendere trudetur ſummo cum operantis dedecore. Hac denique ligatura facta præcipiatur infirmo aſſurgere, qui cum primum aſſurrexerit, in lectum deducatur, dictatque cubat in eo tali poſitione, qua ſibi commodius quieſcere viſus ſit. Verum ſub eiuſdem natibus ſacculum furfure plenum magiſter æqualiter diſtendat, vt cum vrina ab inciſi vulnere deſtillabit, in eodem imbibitur. Collocato igitur infirmo, pannis calidis ſuper ventrem eiuſdemque pedes vtendum eſt, vt vulnus à nocumentis, quæ per algorem induci poterant, præſeruetur. atque ipſum vulnus taliſmodi adminiſtratum naturæ ipſi dimittemus, nullo ſibi exhibito medicamine, quod tali tantaque diligentia cuſtodiet, quanta vllus vnquam vir in huiuſmodi curatione valuerit, præſertim cum in omni ægritudine Natura ſit curatrix, Medicus vero eiuſdem diligens ſolerſque miniſter.

De Diæta. Cap. XX.

NEceſſarium eſt autem, poſtquam ipſum collocauimus, ordinare diætam, qua ſuam degat vitam,
C cum impoſſibile ſit ſine nutrimento homines nutriri, quare quid appetẽdum, quidue fugiendum in hac ſit ægritudine, modo enarremus. Locato igitur infirmo die primo exhibebimus panem brodio pulli ane ſale imbibitum, atque vinum bene lymphatum potui propinemus: cum *omnino peſſimum & mortiferum ſit, aquam puram ſiue coctam exhiberi.* Sequenti vero die poterit gallinam cum quadam moderatione comedere, vel carnem aueninam, vitulinam atque hœdinam, & fere quæcunque ſint facilis digeſtionis & boni nutrimenti, fugiẽdo cibos groſſos, quales ſunt carnes bouinæ, vaccarum, bufalinæ, atque auium paluſtrium: & denique omnia ſumma cum diligentia declinet, quæ poſſint lapidem regenerare, quales ſunt piſces, fructus acetoſi, & virides, panis azymus, & crudus, caſeus recens, vinum groſſum atque turbidum, aqua quoque turbida, & quæcunque ſint viſcoſa, & difficilis digeſtionis, & mali chymi: Cum præſertim ab omni repletione, & crapula ſe cauere debeat. Et ſi forte in media nocte potum auide inhiaret, quoniam aliquando genio indulgemus buccellam panis bene fermentati igne aliquantulum torrefactam, vinoque imbibitam prius comedat, quam poſtea vinum vnius cyathi bene aqua pura & cocta lymphatum ſubſequatur. Iſto ergo ordine per octo dies vtatur, deinde ad priſtinum ſuæ vitæ regimen ſe conuertat, ſemper illo intellecto, *vt aqua tanquam res perniocioſa & humanæ vitæ calamitas deijciatur.*

Aquam pro potu omnino eſſe vitandam.

D

De correctione accidentium. Cap. XXI.

EXpediti ab ipſa diæta, deinceps dicere debemus, ſi qua in ea curatione acciderint, quæ ipſam valeãt impedire, ad hoc etiam vt ipſa corrigantur, ordine ſubſequamur.

Primum omnium eſt ventris arefactio, quam ego fæcum detentionem appello, circa quam inſiſtendum eſt alternis diebus clyſtere ex hominis vrina, & melle atque oleo communi ſecundum quantitatem, qua indigeret, addendo ſalis parum.

Fæcum retẽtio.

Et ſi febricula aliqua (nam hæc aliquando à primitiua cauſa oritur) pullularet, curanda eſt ſecundum ſuum periodum ſyrupis taliſmodi febriculæ appropriatis, *in quibus aqua non vtatur infirmus.* Nam ea, ſicut *ſuperius* dictum eſt, tanquam peſtis à Medico fugienda eſt. Et ſi forte inter curandum euacuatione indigeret, id enemate dicto faciat, addendo aliquid humoris peccantis eductiuum. Verum mihi in hoc magis complacitum eſt, vt ſi ſola diæta febricula proſternenda ſit, quod ad vlteriora minime procedatur, idque totum ſecundum humoris peccantis exigentiam prouidendum eſt.

Febricula.

Et quia poſſet aliquando ſanguis effluere, regendus eſt cum pannis lineis bis triplicatis in aceto, & ſale imbibitis, circa vulnus applicatis. Cum taliſmodi medicamina repercuſſiua, non in loco, ſed circa locum vulneratum adminiſtranda ſint, iuxta illud Hippocraticum. *In his vero oportet ſingulo vbi vnde ſanguis*
E *fluere futurus eſt, non ſuper loca, ſed circa ea.* ex quo apparet error noſtrorum Chirurgorum ſuper vulnus frigida applicantium, &c. Quando hoc non ſufficeret, cucurbitulæ coxis & femori adhibendæ ſunt, quæ diuertendo ſanguinis fluxum opprimunt. Hæc de ſanguine reprimendo ſufficiant: quando ſpeciale capitulum *in meo compendio*, quod de Chirurgia ſcripſimus, inueniatur: ad quod recurrendum eſt, ſi hæmorrhagia ſanguinis operatorem nimium moleſtaret.

Fluxum ſanguinis retinendum. *Hippocrates*

Si autem aliquid ſanguinis in veſica concretum ſit, (cuius rei ſignum eſt vrinæ detentio, & cũ emittitur vrina conando, aliquid de ſanguine concreto ad muſcæ quantitatem vnà extramittitur, vel imus

Si ſanguis in veſica cõcretus ſit.

venter

venter intumuit.) Quæ cum apparuerit, à vulnere per ſyringam in veſicam inijcietur talis lotio, quæ A
aceto & ſale cum hominis vrina componitur, ſecundum quod exſtimatum eſt ſanguinem reſoluere, quia quidem eliquatus, quoniam tinctura habet virtutem, tractari debet. Si vero adhuc detinetur, per plagam Verticalum, quod & bacconi dictum eſt, immittendum eſt, quo quicquid ſanguinis cõcretum ſit, foras poterit educi, nullo in veſica dolore cauſato: quando hoc maxime eſt agendum eſt, ne ſua irritatione natura prodetineretur taliter, quod poſtea nullo ſuo prædicto adminiculo eleuaretur. Cum ergo ab intus plagatum ipſum eſſe futurum per tres vel quatuor dies cognitum fuerit, ſtatim tota Medici intentio ad vulnus conuertatur, in quo ſi quid humidæ carnis orietur conſolidationem impediens, puluis alumnis Rochæ combuſtæ ponendus eſt, aut puluis ex concharum marinarum teſtis in furno combuſtis ſuperinſpergatur, quo nihil eſt præſtantius, & magis talismodi vulneris conſolidatiuum. Oriuntur autem hæc conchylia Tarenti, quorum exterior corticis color ſubniger eſt, interior vero margaritis ſiue perlis ſimilis. Ipſorum quidem forma iuxta illa ſtatur idonem duorum, aut ſecundum longitudinem quatuor digitorum eſt, ſecundum quod maius, vel minus eſt: Veruntamen non amittet formam, qualem natura ſagax illis ſpecificam præbuerat. Hæc igitur accidentia ſunt in tali curatione emendanda, ſummaque diligentia animaduertenda, poſt quæ ſanitas nulli pretio comparanda in Dei nomi- B
ne conſecuta erit: cuius nomen per infinita ſæcula collaudetur, ſicut ipſius meretur celſitudo.

Quomodo mulierum cura ſit facienda.

CAP. XXII.

HVcuſque de cura, quæ tam iuuenibus, ſenibus atque ipſis adoleſcentulis communis eſt, ratiocinati ſumus ſecundum noſtrum operari quod tantum in ſe ſecuritatis habet, quantum vlla vnquam lingua dici poteſt, adeo quod ipſa operatio aurea appellari mereretur, non quia ipſam operamur, ſed quoniam tutiſſimos effectus in huiuſmodi operari aſſidue ſortitur. Quapropter neminem poſſe hac via periclitari creditum eſt, vt ipſa experientia operationi quotidie aſtipulari videtur: præter illum, quem Deus Opt. Max. ob ſcelerum nefandorum perpetrationem, voluerit hac ſumma punitione punire. Quamobrem vnuſquiſque in vita ſua ita ſe præparet, ne ira omnipotentis Dei, quæ ad vindictam *lento gradu* procedit, eiuſdem turpiſſimis ſceleribus iraſcatur. Nunc vero ab ipſa ratione diſcrepare non vide- C
tur, ſi quid etiam de curatione paupercularum mulierum diceremus. Quæ licet raro ſubiiciantur huic ægritudini, tamen aliquando adeo infeſtantur, vt gemitu & vlulatu ſibi plerunque mortem deprecentur. Idcirco ne genus fœmineum timidum atque puſillanime ibi relinquatur: vnde homines fortiſſimi, atque animo conſtantiſſimi ſeſe exemerunt: dicamus earum curationem, quæ ſimilis eſt illi, quam maſculis tradidimus in exequenda lapidis extractione. Verum quædam fœminarum propria conſideranda ſunt, antequam ad inciſionem accedamus.

Cum primum mulier ſe pertrectandam Medico obtulerit, eam Medicus, qua decet reuerentia & honeſtate, omni animi procacitate depoſita, incipiat blandis phaleratiſque verbis alloqui, intemeratam taciturnitatem, qua plurimæ capiuntur, & ſanitatem proſperam offerendo, manibus eandem capiat, quando natura ad id exequendam retinentes ſint, & in locum collocet præparatum, collocatæque inſtrumento veſicam incipiat inquirere, & lapidem expiſcari. Quem ſi paruum eſſe cognouerit, quod facile (ſicut dictum eſt *in ſuperiori cura*) fiſtula tentatiua circa lapidem circumducatur manu leui, omnino cognoſcetur, naturæ ipſi relinquatur, cum is vrinam in ceruicem non compellat, quæ breuior & laxior eſt, quam in maribus, ex qua ſæpe per ſe excidit. Si vero magnus fuerit, eadem curatio, quæ de maribus D
eſt dicta, neceſſaria erit mulieri talem calculum patienti. Verum locus incidendus eligatur inter os femoris, & vrinæ iter in mulieribus, quando non multum propter collum matricis inferius deſcendere licebit hoc ſcilicet ordine. Poſito igitur Itinerario in veſicæ canale, quod Medicus extra ad ſe impingat, vt dictum eſt, cum inciſionem facere *ſuperius* volebamus. Miniſter vero capiat cunni labium ipſius lateris, in quo fieri debet inciſio, & ipſum ad ſe attrahat taliter, quod locus inciſioni late pateat: deinde incidat in latere dextro vel ſiniſtro ſecundum quod aptius ad manum venerit per diſtantiam vnius digiti ab oſſe femoris, & facta inciſione ordine vti debet, quo in adminiſtrandis inſtrumentis vtebamur, cum lapidis à viris extractionem tractabamus. Nec quenquam decet terreri, ſi plus ſanguinis ex muliebri, quam viril. corpore profluxerit, ad quam curandam omnia, quę dicta ſunt *in ſuperiori cura*, huc tranſportari faciliime poterunt. Hæc eſt igitur cura ipſarum mulierum, quæ ad talem operationem ſubeundam hæreditaria paſſione aliquando impelluntur.

Exhortatio ad eos, qui volunt hanc artem exercere quid facere debeant.

CAP. XXIII. E

POſtquam igitur promiſſa amicis, vt vires nobis & experientia ſuffecerunt, omni diligentia preſtitimus, iudico oportere modo aliquantulum ratiocinari cum illis quos video deditos eſſe medicinæ Chirurgicæ, ne ita præcipites ad eam irruant, antequam ſe exerceant cum aliquo bono exercitato præceptore. Cum *omnis doctrina, & omnis diſciplina ex præexiſtenti fiat cognitione*, vt Ariſtoteli placet. Cognitio autem eſt, (vt ad meum eloquar propoſitum) vt videant præceptorem operari, & quæ inter operandum recordatione digna ſe præbent, intimæ ſuæ memoriæ recondant: vt ſi quando operari voluntas eos ceperit, videantur ſibi ac ſi coram præceptore operarentur, vnde ſuæ omnes operationes felicitabuntur, quando aliter ipſam operationem impoſſibile eſſet haberi, maxime ſi inſtrumenta ignorarentur. Cum nos videamus, non ſolum artificem, ſed & naturam ipſam ocioſam eſſe, cum ad operandam debita inſtrumenta ſibi defecerint, quod maxime patet, ſi ſenſuum ſenſationes obtunderentur.

Quapro-

A Quapropter qui hancartem exercere voluerint, ne dedignentur, ſi ipſam ignorauerint, ſibi aliquem præceptorem parare, à quo modum operandi & vtendi inſtrumentis fideliter ediſcant: cum taliſmodi operatio non circa bruta, ſed rationalia animalia frequentiſſime verſetur, quæ circa ſi qui, quod neceſ-ſarium,eſſet hallucinarentur, ad Charonta miſerrimum hominem migraturum propria ignauia cru-ciabunt,pro cuius vindicta non ſolum cœli, elementaq; aderunt, ſed in poſterum cruciatus gehennæ, vt ipſe ait Meſue. Quamobrem, vt hæc omnia declinent: & ne huic certiſſimæ operationi incredulitas illorum audacia & ignauia paretur, omnes illos rogatos volo, vt quoad valuerint, diligenter operam nauent huic facultati,qua non ſolum amicos, quorum conſuetudo delectabilis eſt, verum etiam incre-dibiles opes, ad quas cupidi & auariſſimi homines inhiant, atq; curſitant domi tutiſſime congrega-bunt,illuſtreſq; fient.Cum omnis peregrinatio ignota,obſcuraq; ſit,quorum induſtriæ domi & opera-tiones illuſtres eſſe poſſint. quod ſi facient,vt ſpero,quando animam ſe habere ſentiant,Deus Optimus Max a quo omne bonum dependet,mentes eorum ad operandum illuſtrabit gratia Sancti Spiri-tus,& operationes omnes fœlicitabit, & proſperabit: cui gratias agimus infinitas, cum dederit nobis perficere hoc opuſculum: cuius nomen ſemper ſit collauda-

B tum & benedictum per infinita ſæcula ſæculorum.

FINIS.

LIBELLVS

 A

LIBELLVS QVIDDITATIVVS DE MODO EXAMINANDI MEDICOS CHIRVRGOS AB EXCELLENTISSIMO PHILOSOPHO ET MEDICO, D. MARIANO SANCTO BAROLITANO COMPOSITVS. B

AD DOMINVM FABIVM DE STRODDIS Romanum artium medicinæque Doctorem inſignem, cæteroſque amicos.

EN quod à me tantopere petiſtis, in noſtra parua officina excuſum vobis tranſmitto, quod perinde erit, vt vos illud accipietis, atque à maledico tuebimini vobis occurſuro. Qui ſi maledicere perget, meo hæc illi nomine dicitote: *Si meram liberam que maledicendi facultatem nancisci deſideras, conſimile adito: quod ni factum fuerit, tibi dica iniuriarum aſcribetur, & tanquam fur, malediuſque in ius deductus publice de tuis ſceleribus plecteris.* Cætera tuæ mi Fabi prudentiæ ingenioque committo, quo alios in diſputando vincis, eodem maledicos, ni mea ſuffecerint, coerceto, acutoque rationum ſpiculo, eoſdem nauiter perterrefacito. Valete omnes, meque veſtrum eſſe non dubitetis. C

IOANNES DE ROMANIS DE CASALI MAIORI CREMONENSIS CHIRVRGVS Mariano Sancto Barolitano Phyſico & Medico excellentiſſimo. S. D.

NOn leui certe lætitia affectus ſum Mariane chariſſime, cum libellum tuum de lithiaſi, eiuſque remedijs, non abſolutum modo, verumetiam chalcographis ædi paratum vidi. De quo, vt tibi vere [illegible] promam ſententiam, poſſe eum exiſtimo fieri ſalubrem, & noxium. Mirabere quando hæc audies, quaſi non probem. Non mirabere, ſi conſideres, ac perpendere velis, quæcunque in humanis ſunt eiuſmodi eſſe bona, ſi bene vtantur homines: mala, ſi male. Si itaque opus hoc tuum ad doctiſſimorum & tui ſimilium peruenerit manus, non dubito, fore, vt & propter rei nouitatem, de qua adhuc ſcriptum nõvidimus, & propter ingenij in iis excogitandis acumen, & ob apte diſpoſita membra, atque elegantiã, ſummas ac prope diuinas laudes indipiſci poſſit. At rurſus cum Empiricorum patebit iniuriæ, qui nil profuſa penſi habent niſi vt prædentur, & in coccinea veſte & crepidis, geſtu compoſito, *quicquid animi aut virium habent, linguæ committunt, vulgumque fallunt peſſimi circulatores.* Tum ego (ni me coniectura fallit) vaticinor fore, vt magno plurimorum malo opus hoc prodeat. Tu ſiquidem in eo, tum inſtrumentorum pictura, tum demonſtrandi facilitate, viam ad hoc ipſum paraſti. Enimuero quia ruditas atque imperitia eſt ſuperbiæ mater, illi, cum hæc viderint, ſtatim ſe fabros putabunt. Neque id agent, vt diſcere prius, quam profiteri velint: vti tu ſcilicet tali ingenio præditus ac diſciplina feciſti. Qui ex Barolo Apuliæ vrbe Romam profectus, ne verbum quidem hiſcere ante auſus es, quam te mihi in amicitiam fidemque credidiſti, meque plurima experiri in arte conſpicatus es, ac ſumma pariter tum ingenij, tum manuũ dexteritate es operatus. Quod ſi unquam, illi in hoc opus inuaſerint, quibus *linguæ promptitudo pro ſapientia eſt*, quantam [illegible] putas perniciem hominum, qui calculo male affecti ſeſe eis crediderint. Nempe hi & ſcientiæ omnis & experimenti impotes, non nugis modo, ſed præmij vtilitate alliciunt: cum æquum ſit, vile eſſe, quod minus eſt pretij. Porro *homines natura minimo mercari quærunt.* Quare vt hic tuus libellus partitur in omnes libra, & ad iuuandum inſtitutus, æque omnibus proſit, optandum eſt aut vt illi quidem reſipiſcant à garrulitate & nugis, ſeque ad diſciplinam ſimul & ferulam comparent, nec homines neci dare pro nihilo habeant: aut vt languentes ipſi non ita deſipiant, *vt arcæ potius, quam vitæ parcere velint*, ac pretij vilitatem ſectari ſeſe ipſi perimant. Sed doctos & experientiæ compotes, qualis tu es, nulla non præmij & honoris mercede inuitent. Ita futurum videlicet arbitrari poſſumus, vt æternas laudes opuſculum hoc mereatur, & gloriæ tibi comparet immortalitatem. Vale. D E

EXCEL-

A EXCELLENTISSIMO ARTIVM ET MEDICINÆ DOCTORI, DOMINO ANTONIO COMMENDVNO SVO CHARISSIMO

Marianus Sanctus Barolitanus S. D.

QVanti ego te fecerim, & iudicium, & doctrinam tuam, mi Antoni chariſſime, facile innoteſcit ex eo, quod pluris ſemper exiſtimauerim, quodcunq; à tuo mellifluo ore, & facundiſſimo pectore acutiſſimoque iudicio & intellectu emanauerit, veritate ſuffultum, & amica ratione ornatum. Ex quo omnes coguntur non ſolum te amare, verum etiam & colere atque obſeruare. Quæ quidem omnia mihi inuitamenta ſunt, tum propter non fictam amicitiam, tum etiam propter ſingularem virtutem, modeſtiam, & ſcientiam, quibus facile cum omnibus contendere potes, vt ad tuum veridicum iudicium, & ad veram non ſophiſticam doctrinam meum libellum quidditatiuum de modo examinandi Medicos-Chirurgos, mitterem corrigendum & emendandum. Quamobrem te oro, atque obſecro mi Antoni, vt tuo doctiſſimo calamo meus paruulus libellus notetur, ſignaturq;, vt vbi opus ſit lituris, lituretur, vt ſine mendis, quoad fieri poſſit, (quando nullus ſit liber, qui odio careat) per manus maledicorum, qui
B vbique metes atque nauſeoli pullulant, ſecurius, tutiuſque migraturus euolare poſſit, tibi ingentem laudem paraturus, quod ſi (vt ſpero) feceris, te non ſolum charum, ſed etiam chariorem mihi præſtiturum cognouero. Vale, meque vt ſoles, dilige. Datum Venetus, decimo Kalendas Iulii, anno Dominico M. D. XLIII.

PERITISSIMO ARTIVM AC MEDICINÆ DOCTORI MARIANO SANCTO BAROLITANO ANTONIVS COMMENDVNUS

Brixianus Salutem.

NEqueo non admirari acutiſſimum ingenium tuum Mariane omni diſciplina cumulate, ſanctamque in humanum genus pietatem tuam attollere, ac ſummis laudibus commendare. Tu enim circumſpiciens ab imperitis pluribus Dei optimi medicatiuum munus chirurgicum mortalibus maxime neceſſarium tractari periculis ægrotantium, opus tuum hoc ſaluberrimum parere maturaſti, laudis quippe & gloriæ magis, quam pecuniæ auidus ignorantium caligines nihil morborum diſcriminis ha-
C bentium illuſtrans, quid quæque ſit ægritudo, luculentiſſimo & aperto calle ſignificaſti. Quis enim eſt, cui ſit incompertum, morbo, cuius non eſt vera cognitio, vera medicinæ auxilia præſtari non poſſe? Quas ob res cum eſſentiam ægritudinum, & accidentia legitima cuiuſque curationis fundamenta bene digeſſeris, i propera, & ſtude, cudatur, atque in lucem edatur opus mea quidem ſententia nullius maledici morſus formidaturum. Vale, ac me tui nominis ſtudioſum dilige. tertio Kalendas Iulii, anno Dominico M. D. XLIII.

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO DOMINO PHILIPPO TRIVVLTIO ARCHIEPISCOPO RHAGVSINO, SVO-

que domino plurimum obſeruantiſſimo Marianus Sanctus Barolitanus ſalutem cum fœlicitatem exoptat.

SEmper ſibi præpoſuere, reuerendiſſime & illuſtriſſime Philippe, præſul digniſſime, qui veram rei militaris peritiam habuere, tria ad debellandos hoſtes, qui cõtra obſtare poſſent, præcognoſcere. Quo-
D rum primum illorum genus, Alterum proprios & patrios mores, Poſtremum, modum bellandi, profligandique hoſtes. Quandoquidem non parum intereſſe arbitrabantur, cum Gallis ne, an cum Hiſpanis bellum geratur: præſertim cum illorum mores inter ſe maxime diſſideant. Cum alterum corporis deliciis, non dico luxui, & ventri deditum eſſe, alterum vero inediis & algoribus deſtinatum à patria conſuetudine compertum ſit. Inde fiunt varii præliandi modi. Nam Galli, ſi primo impetu hoſtes adorti eſſent, humanas vires excedere, quando ipſi nequeant improbos ferre labores, dicerentur. At ſi quoquo modo dilati forent, ne ſubitas manus conſererent, nimio luxu inſoleſcentes effœminarentur. Hiſpani vero, ſi ſubito ad prælia ineunda *ſine duce italo* accingerentur, timere aliquantulum iudicarentur, gloriæ & honoris maxime cupidi. At ſi dies conſerendi manus paululum dilata eſſet, prudentiores, & in periculis ſubeundis animoſiores ſeſe, pluſquam cuique credibile foret, præſtarent. Nam inter cæteras nationes ſolus Italus, aut qui in Italia educatus fuerit, ſciet ordine milites diſponere, futura pericula præuidere, præſentia declinare, reſque oppreſſas erigere, erectas magnificare atque gubernare. Non hæc ideo, quia Italus ſum, profero, ſed quia omnium, qui recte ſapere dicuntur, tale eſt iudicium, vti Conſaluus Ferdinandus cognomine Magnus capitaneus non obſcuro præconio idipſum prædicabat. Clariſſimis hoc idem exemplis late patere exiſtimo, ſi in medium adduceretur Chriſtianiſſimus ille
E Rex Gallorum Carolus, qui Neapolitanum regnum inuadens, fere totius Italiæ dominus efficiebatur, conſultoribus & ductoribus Triuultiis, tuo auo Theodoro & Ioanne Iacobo tuo conſobrino, viris illuſtriſſimis, atque magnanimis, ſi tantorum virorum conſilia ſubſecutus fuiſſet. Sed fortuna, quæ bellicis rebus aſſidue dominatur, multum eidem inuidens tantum regi perſuaſerat, ne fidem Italis tribueret, per quos regno potiretur, quaſi captiuum eundem Italiæ potentatibus feciſſet, ni fœdifragæ fortunæ fida conſilia tuorum, & virtutes eo tempore obſtitiſſent, quod ſuo cum magno periculo Rex poſtea

Propria laus ſordet.

cognoſcens, auſus eſt dicere experientia comprobante, Italiam nullo alio modo, niſi ducibus Italis ſuppeditari poſſe, quod quidem aduertens ſapientiſſimus & inuictiſſimus Carolus V. Romanorum ſemper Auguſtus, cum tandem fortunam velle ſecum nimium iocari præuideret, tanquam perfidam illam paruifaciens, ſuo fœliciſſimo exercitui Italos, vel qui in Italia educati fuerint, præeſſe voluit, vt vnam & alteram cum inſtabili fortuna proſpere pugnarent pugnam, quamobrem non tantum Italiæ, ſed etiam monarchiæ ſceptrum atque habenas premere, & laxare ſciens quadam monarchali maieſtate, factus eſt perpetuus poſſeſſor, Italorum ſequens in armis conſilia. Ideoque taceant, qui Italis detrahere nituntur, quando *nihil præclari fiat ſine ſubſidio atque Italorum præſidio.* Muſa nunc iſthæc faciam: nam ego ſcriptor non ſum hiſtorias.

Cum igitur Philippe præſul Reuerendiſſime libellum dē modo examinandi Medicos Chirurgos componerem, non ab re fore iudicaui in illo optimorum militum conſuetudinem obſeruare. Sint mihi ergo genus illud, curioſi interrogatores, proprii & patrii mores, accommodatæ reſponſiones: modi vero belli gerendi profligandique hoſtes, rei medicæ definitiones, atque deſcriptiones. Quibus interrogator hoſtili pugna vincatur, quo victo palma acquiratur caſtrenſis, & acquiſita triumphali gloria conſeruetur. Opus quidem vtile, verum meo iudicio inuidioſum, ſi ſine tutore per vrbem Venetam, vbi innumera inuidorum multitudo circumcurſat, vagaretur. Non eſt ergo mihi viſum a ratione diſſonum, B tuæ dignitati libellum, quem modo compoſuimus, dedicare ſperantes ſatis tutum fore, quicquid vmbra alarum tuarum protegatur, & canonica atque imperiali lege, ac inſtitutione defendatur, & moribus honeſtiſſimis ornetur, nec non amica dilectione hortetur, per quæ omnia ſecundus nemini mihi videris, adeo omnibus virtutibus, & ſcientiis, affabilitate, & dilectione aliis anteceſſis: cum tu ſolus ſies, qui Imperiali iuſſu malorum hominum facinora iudicare poſſis, & canonica eorundem ſcelera cenſere, affabilitate perſuadere, caritatiuo ſermone hortari, vt mala fugiant, & bona conſequantur, ſi boni fieri cuperent homines, quando te ad inſtar exempli omnium virtutum habere deberent, qui humilitatem, fidem, pietatem, charitatem, iuſtitiam, temperantiam, diligentiam, ſolertiam, acuitatem, & optimorum conſilia, & neceſſariorum conſuetudinem imitari accingerentur. Ergo vt meus libellus omnes habeat partes, & ad corrigendum, & ad perſuadendum, vt recte diſcant, qui medico [illegible] officio concupiuerint, ne dedignetur tua ampliſſima dignitas eundem ſub vmbra alarum tuarum ſuſceptum collocare. Nam cum ſenſerit ſe inumbratum tali fauore, & tanto patrocinio animatum, poterit tute per ora maledicentium animoſius decurrere, nullo liuore denigratus paruulus meus libellus qudditatiuus de modo examinandi Medicos Chirurgicos, quem modo tibi Philippe illuſtriſſime præſul atque reuerendiſſime damus, dedicamuſque. Qui etſi paruulus ſit (paruula namque ſemper magnanimis nobilibusque grata fuere) non propterea ſpernendus eſt officioſiſſimum animum dantis ſecum afferens. C Quod ſi gratioſe atque benigne ſe aſſecutum ſenſerit, quod ſperat fortior animoſiorque fiet in linguas detrahentium conterendas, ſicque tutus per orbem, & per manus legentium charior euolabit: teque pontificali ſidere afflatum Neſtoreos annos fœliciori lapillo numeraturum, tanquam de ſe benemeritum (vt Optimus Maximusque Deus fatali iuſſu permittat) vt ad maiora conſcendas, perpetuo fiet veneraturus, obſeruaturus, atque deprecaturus.

Ne vero te lateat huius libelli occaſio, qualis fuerit, ſic modo accipiat tua reuerendiſſima dignitas. Cum veniſſent ad me quidam de induſtria tentandi gratia, quando nimirum inter ſe commentati eſſent, vt ex ſua interrogatione, & mea reſponſione, tractatum componerent ad Medicos Chirurgos
conductarum, eo modo & ordine mecum ratiocinari cœperunt, quales modo deſcribam, ac ſi
iterum res ageretur, nec addendo, nec aliquid diminuendo, vt fida ſit noſtra
deſcriptio, vnde ſic natum eſt illorum exordium, Iacobo,
Andrea, & Mariano interlocutoribus.

D

EXAMI-

A

EXAMINIS HVIVS INTERLOCVTORES SVNT;

Iacobus, Andreas, & Marianus.

B IACOBVS. Poſtquam huc vſque elapſi ſumus mi ANDREA, frater chariſſime, dum noſtras ſupputabimus rationes, progrediamur aliquantulum illuc vſque, vt facetiſſimum atque familiariſſimum hominem, cuius fama inter doctos diuulgata eſt, interpellemus, quandoquidem nil gratioſius ſibi etiam laſſo opportuna interpellatione ſubuenire poteſt, qua de medicina nos eundem perconctemur. Tu vero mi ANDREA tace taceas. ANDR. Tacebo. IAC. Dum hominem interrogem. ANDR. Quam libentiſſime. IAC. Nam huiuſmodi eſt ingenio præditus ad quæſita [illegible] reſpondere. ANDR. Id quidem ſcio. IAC. Nam ſi gradatim hominem interrogemus, forſan ex noſtra idonea interrogatione, & docta illius reſponſione compilabimus modum examinandi Medicos-Chirurgos, quorum in Romæ atque vbique locorum tanta eſt copia, vt me omnino illorum pudeat, cum ſe Medicos dicunt & quid ſit poſtea medicina penitus ignorent. Nã ſi iſti noſtram veſpero [illegible] habuerint collocutionem, taceſſe [illegible] poſſent [illegible] docti. ANDR. Vera mi IACOBE prædicas. IAC. En hominem, tace.

C ANDR. Taceo. IAC. Sic eum modo adortar. ANDR. Modeſte tamen. IAC. Quis hominum hic miſerrimis iſtis egenis atque pauperculis medetur? MAR. Ego cenſorie. IAC. Tune Medicus es? MAR. Medicus. IACOB. Dicas mihi amabo, quid eſt Medicus, ſi tibi modo vacat à tuo magiſterio. MAR. Et ſi mihi minime vacaret, vt vobis morem geram, omnia poſtponam, dum me accommodem apte ad quæſita veſtra reſpondere, nam de induſtria me tentandi cauſa huc veniſtis, vt ariolor, quando ſic ex abrupto me [illegible] nulla facta prius ſalutatione, ſiccine hominem barbatum decipere cupitis iuuenculi? Et quoniam me interrogaſtis, quid ſit Medicus dicere dico, quod Medicus ſit *artifex ſcientificus, qui humani corporis diſpoſitiones cognoſcit ex parte, qua ſanatur, vel ab ea remouetur, & præditus ſua operatione, & [illegible] directiuam ad ſanitatem conſeruandam, vel ad deperditam recuperandam.* IAC. Vnde dicitur Medicus? — *Medicus quid?* *Medicus vnde?*

MAR. A medicina dicitur. IAC. Et quid eſt medicina? MAR. Dico, quod medicina in abſtracto dicta [illegible], *ſit principium quoddam [illegible] intrinſecum, quo anima rationalis induit ſcientiam de ſimilitudine [illegible] per [illegible] per quos ſit poſtea habituata,* ratione cuius fit habitus, quo concernit ſubſtantiales partes, & accidentales diſpoſitiones corporis humani in eſſe conſeruatiuo, & curatiuo, denique hoc tanquam officio habitus iſte, dicitur medicina. IAC. Quomodo definitur habitus iſte? — *Medicina quid?* *Definitio habitus.*

MAR. Sic definitur: Medicina eſt *ſcientia, qua humani corporis diſpoſitiones noſcuntur ex parte, qua ſanatur, vel*

D *ab ea remouetur vt habita [illegible] conſeruetur, & amiſſa recuperetur.* IAC. Quare dixit Auicenna eſſe ſcientiam? MAR. Vt nobis habitum illum demonſtraret, cum ſcientia ſit *habitus per indubitatam affirmationem, & ſedem [illegible] acquiſitus.* IAC. Ergo ſcientia & habitus ſunt vnum? MAR. Vnum. IAC. Quare? MAR. Quia definitio & definitum ſunt vnum. IAC. Eſt ne vniuoca vel æquiuoca medicina? MAR. Medicina namque ipſa eſt æquiuoca nominis ſignificatione non autem appellatione. IAC. Quomodo eſt æquiuoca nominis ſignificatione? MAR. Quia plura vno nomine ſignificat. In prima namque ſignificatione eſt ſcientia vere dicta. In ſecunda autem eſt ſcientia communiter dicta, quia immediate à prima cauſatur, de qua omnes meminerunt authores. Eſt & medicina ipſum præcipere, quæ quid ſit fugiendum, quid ue [illegible] tenendum, quid addendum, quid reſecandum in aliqua ægritudine, admonet, præcipit, atque perſuadet. Eſt & medicina ipſum operari, quod etiam diuiditur in exhibitionem, & adminiſtrationem. Quod exhibetur, aut eſt cibus, aut potus, quod adminiſtratur, aut eſt cataplaſma, aut emplaſtrum, aut vnctiones, aut fomentationes, & quicquid ab extra applicari poſſit, aut cuſtodiendo, aut curando, aut palliando, quæ omnia medicina dicuntur. IAC. Effectuatur ne ipſa? MAR. Effectuatur. IAC. Quomodo. MAR. Propriis ſuis inſtrumentis. IAC. Quot ſunt inſtrumenta medicinæ? — *Scientia quid.* *Definitio & definitum vnum.* *Medicinam eſſe æquiuocam nominis ſignificatione, non autẽ appellatione.* *Medicina præcipiens.* *Medicinam etiã operari.* *Quod exhibetur aut eſſe cibum aut potum.*

E MAR. Tria. IAC. Quæ ſunt? MAR. Diæta, potio, & manualis operatio. IAC. Quid eſt diæta? MAR. Diæta ſecundum Medicos eſt *cibi, & potus ſecundum quantitatem & qualitatem nutritiui vel alteratiui ægritudinis exigentiam & virtutis conſtantiam, vnius diei ordinatio.* IAC. Quare dixiſti *ſecundum Medicos*. MAR. Quia diæta etiam apud modernos ſignificat, ſecundum principum & militum conſtitutionem, diem ad conſilium rei dubiæ capiendum præfixum ac conſtitutum: ſignificat etiam priuationem cibi & potus ſecundum mores hominum viuentium, quæ etiam abſtinentia & ieiunium dicitur. IAC. Quid potio? MAR. Potio eſt ſecundum Medicos *quicquid liquidi per os aſſumitur alterandi, aut purgandi, aut corroborandi* — *Quod adminiſtratur.* *Inſtrumẽta medicinæ quæ.* *Diæta quid.* *Potio quid.*

Operatio manualis quid? *cauſa inglutire*: quamuis etiam ſub forma pilularum, vel boli, abuſiue tamen, exhibeatur. IAC. Quid A
manualis operatio? MARIAN. Manualis operatio eſt *quicquid Medicus-Chirurgus circa apoſtemata, vulnera,*
& vlcera, & contuſiones, fractiones, & dislocationes ab extra faciendum, & manibus applicandum præcipit & operatur,
quamuis etiam cibi, & potus rationem non omittat Medicus-Chirurgus. IACOBVS. Dixiſti Medi-
cum Chirurgum? MARIAN. Dixi ſi bene percepiſti. IACOB. Ergo plures ſunt Medici. MAR. *Medicus v-nus*
Non. IAC. Quot ergo ſunt? MAR. Vnus eſt Medicus, verum poteſt denominationem [illegible] ſpeciem
ſuſcipere. IAC. Quomodo? MAR. Aliquando ab instrumentis medicinæ, aliquando à membris, &
aliquando ab ægritudine. IAC. Hoc equidem quam maxime abs te ſcire cupimus: quandoquidem *A diæta medicus diætarius.*
non ſatis, quonam pacto fiat, intelligimus. MARIAN Arrigite ergo aures, & quæ modo dicam, ſen-
ſibus percipite. Nam res eſt non parua, ad nonnullorum ignauiam phyſicorum declinandam. Quan- *Medicus potionarius.*
doquidem a diæta dicitur Medicus diæteticus, vel diætarius. A potione appellatur Medicus potiona-
rius. A manuali operatione nomen habitur Medicus manualis. A membris autem, vt ab oculo Medi- *Medicus manualis.*
cus oculiſta, à teſticulis teſticularius, a genu genugriſta, & ſic de ſingulis. Ab ægritudinibus, vt ab her- 1 *Medicus oculiſta.*
nia hernarius, à morbo gallico, gallicurarius Medicus, a peſte peſticurator Medicus, & ſic de ſingulis. *Medicus teſticularius.*
IACOB. Poſtquam ſic ratiocinando mi MARIANE, tanquam pater dulciſſime, deuenimus ad ma-
nualem operationem, quæ concernit apoſtematum curationem, vulnerum, & vlcerum, eua [illegible] B *Medicus genugriſta.*
aliquantulum circa illa declaranda. Nam pauci ſunt, qui manuali operatione vtuntur, hac in noſtra
tempeſtate, qui ſciant, quo modo & qualiter operentur. MARIAN. Interroga, nam paratus ſum *Medicus hernarius.*
ad quæſita reſpondere, quandoquidem tanquam digladiator aſto. IACOB. Exordiamur ergo primo *Medicus gallicurarius.*
ab apoſtemate, deinceps ſubſequantur vulnera, quæ ad inciſionem apoſtematum ſequuntur, vltimo
vero ſermonem conteremus de vlceribus, quæ à vulneribus, vt plurimum oriuntur, quando vlcus ſa-
niem faciens [illegible] dicatur [illegible] ex noſtra contabulatione habeant, [illegible] poſſint regula- *Medicus peſticurator.*
re, regere, & gubernare circa hæc omnia curanda, & initiemus à definitione apoſtematis. MARIAN.
Percontamini, quando nihil [illegible] gratius præſtabitis, præſertim cum hæc, quæ iocando dicimus, *Apoſtema quid.*
plurimis [illegible] vtilitatem. Incipe. IACOBVS. Quid eſt apoſtema? MARIANVS. Au-
ſcultate [illegible] quæſtioni [illegible] reſpondeam, nam eſt prius id notandum, quod apoſtema
duplicem [illegible] definitionem, quid nominis, & quid rei. IACOBVS. Quid eſt apoſtema quid no-
minis? MARIANVS. Apoſtema quid nominis eſt *humoris, vel humorum ad certum & determinatum* *Apoſtema quid nominis.*
membri locum [illegible], a Latinis autem dicta ab [illegible], quando particula humoris [illegible].
IACOBVS. Quando definitur apoſtema quid rei? MARIANVS. Quando humor ille partes
a [illegible] ſegregat [illegible], & alterat ſua malignitate locum affectum, & loci tumefactionem faciens, defi- C
nitur ſecundum quid rei. IACOBVS. Quomodo definitur ſecundum quid rei apoſtema? MAR. *Definitio apoſtematis ſecundum quid rei.*
Hoc modo: Apoſtema eſt *morbus ex triplici morborum genere compoſitus ad vnam magnitudinem aggregatus, ſci-*
licet, ex mala complexione, compoſitione, & continui ſolutione. IACOBVS. Quot ſunt ergo genera apoſte-
matum? MARIANVS. Duo. IAC. Quæ? MARIANVS. Calida & frigida. IACOB. Quæ *Apoſtematum genera [illegible]*
ſunt calida? MARIANVS. Quæ veniunt a ſanguine & cholera. IACOBVS. Quæ ſunt frigida?
MARIANVS. Quæ veniunt a phlegmate & melancholia. IACOBVS. Quæ veniunt a ſangui-
ne? MARIANVS. Phlegmone, & eſſere ſanguineæ. IACOBVS. Quæ veniunt a cholera?
MARIANVS. Eryſipelas & formica, & eſſere cholericæ. IACOBVS. Quæ veniunt a phle-
gmate? MARIANVS. Oedema & apoſtemata ventoſa, & aquoſa, & frigida fluxa, & dura. IAC.
Quæ veniunt a melancholia? MARIANVS. Nodi, ſcirrhi, & cancri. IACOBVS. Ergo fiunt
ab humoribus? MAR. Ab humoribus IAC. Quot ſunt humores? MAR. Quatuor. IAC. Qui-
nam? MAR. Sanguis, cholera, phlegma, & melancholia. IACOB. Habentne cauſas apoſtema-
ta? MARIANVS. Habent. IAC. Quot ſunt cauſæ apoſtematum. MAR. Tres IAC. Quæ? *[illegible] apoſtematum tres.*
MARIANVS. Antecedentes, primitiuæ & coniunctæ. IACOB. Quæ ſunt antecedentes? MAR. D
Repletio humorum. IACOBVS Communicantne in aliquo antecedentes & coniunctæ? MAR.
Communicant. IAC. In quo? MAR. In hoc, quod ambæ ſunt res corporeæ, ſcilicet, humorales,
aut complexionales, aut compoſitionales. IACOBVS. Differuntne aliquando inter ſe? MAR.
Differunt. IACOB. In quo? MARIAN. In eo, quod cum cauſis antecedentibus non aduenit
diſpoſitio, ſed inter eas aliæ exiſtunt cauſæ, quæ ſunt diſpoſitioni propinquiores antecedentibus.
IACOBVS. Cauſæ antecedentes communicantne cum primitiuis? MAR. Communicant. IA-
COBVS. In quo? MAR. In hoc, quod inter eas diſpoſitiones aliquid exiſtit medium. IACOB.
Differuntne a primitiuis cauſæ antecedentes? MARIAN. Differunt. IACOBVS. In quo?
MARIAN. In hoc, quod ipſæ ſunt corporales, & etiam inter antecedentes & inter diſpoſitionem
procul dubio interuenit medium, ſed in cauſis primitiuis non eſt hoc neceſſarium. IACOBVS Quæ
ſunt cauſæ primitiuæ? MARIANVS. Primitiuæ vero cauſæ ſunt, quæ extra corporis exiſtunt ſub- *[illegible]*
ſtantiam, aut ex parte corporum extrinſecorum, ſicut quod ex verberatione, aut caſu, aut morſu acci-
dit, & ex caliditate aeris, & ex cibo calido & frigido, quæ corpori adueniunt, aut ex parte animæ. Ani-
ma enim aliud eſt a corpore, ſicut quod accidit propter iram, & timorem, & ſimilia. IACOB. Diffe- E
runtne primitiuæ a coniunctis? MARIANVS. Differunt. IACOBVS. In quo? MARIAN.
In hoc, quod cauſæ coniunctæ ſunt corporales, & etiam quod inter cauſas coniunctas & inter diſpo-
ſitionem non eſt medium in cauſis vero primitiuis non eſt hoc neceſſarium, immo duæ res in eis ſunt
poſſibiles. IACOBVS. Quæ ſunt cauſæ coniunctæ? MARIANVS. Cauſæ coniunctæ ſunt *Cauſa coniuncta.*
cauſæ corporales, ex quibus diſpoſitiones proueniunt primo aduentu, ſed abſque medio. Cauſæ pri-
mitiuæ ſunt cauſæ non corporales, ex quibus procedunt diſpoſitiones aduentu primo, aut non pri-

mo.

A mo. IACOB. Quare dicitur coniuncta? MARIAN. Quia eſt vna cum morbo, & morbum fouet cum diſpoſitione membri. IACOBVS. Quot ſunt diſpoſitiones apoſtemata admittentes? MARIA. Plures, ſicut virtus expellentis, & debilitas membri recipientis, quoniam ad debile membrum eſſundantur ſuperfluitates membrorum, vt habetur in *tertiodecimo Therapeutice* à Galeno dicente: *Nam tua arbitror non excidiſſe, vtpote ſæpe à nobis memoratum ſuperuacanea, quæ à valentioribus partibus ob redundantiam vel qualitatem expelluntur, in imbecilliores proximè ire atque bene accidere, vt glandulæ, quas adenas vocant, facile excrementa recipiant, & maxime quæ rarioris naturæ, vnde, &c.* Et etiam ad quod eſt præparatum ad ſuperfluitates recipiendum, aut propter ſubſtantiæ materiam, quoniam ipſum ſit creatum ſicut cutis, quæ eſt tanquam ſentina omnium humorum: aut propter ſui laxitatem, ſicut caro laxa, quæ eſt in tribus regionibus, ſcilicet poſt aures in collo, & in axilla, & inguine: aut propter viarum, quæ ad ipſam perueniunt, dilatationem, & earum, quæ ab ipſo vadunt, coangustationem: aut propterea quod inferius poſitum eſt: aut propter ſui paruitatem, quoniam illud, quod ex cibo ad ipſam venit, colligere non valet: aut propter debilitatem ſui, quoniam illud, quod ad ipſum venit, ex cibo, digerere non poteſt, propter nocumentum, quod eſt in ipſo: aut propter percuſſionem, quæ materiam in ipſo retinet: aut propterea quod reſolutio eius deficit ei, quod ab eo reſolui debet, propter exercitium: aut propter calorem ſuperfluum, qui eſt in ipſo, vnde contrahitur, vt ipſe refert Auicenna in *Doctrina ſecunda Fen ſecunda primi libri, capite de cauſis apoſtematum.*

B IACOBVS. Habet ne tempora apoſtema? MARIANVS. Habet. IACOBVS. Quot ſunt tempora apoſtematum? MARIAN. Quattuor. IACOBVS. Quæ? MARIANVS. Principium, augmentum, ſtatus & declinatio. IACOBVS. Quid eſt principium apoſtematis? MARIANVS. Principium apoſtematis eſt *præſentia humoris, vel humorum antecedentium, cum incipiunt apparere, & alterare.* Augmentum eſt *magnitudinis incrementum.* Status eſt, *quando materia aggregata eſt, quæ in eo tempore ſolet aggregari.* Declinatio autem eſt *materiei reſolutio, apoſtema facientis*, quam oſtendit lenitas tenſionis, & debilitas accidentium. Sed notate, quod tempora apoſtematis aliquando denominationem variant. Nam cum eſt in principio, dicitur præſentia humoris, vel humorum abſceſſus vel apoſtema, quando vero eſt in augmento, dicitur exitura, quoniam tunc materia augmentatur, & aggregatur ab exeundo dicta: Quando autem eſt in ſtatu, dicitur dubelet, quoniam materia aggregata in ſaniem conuertenda cubum facit, in quo materia ſaniata clauſa retinetur vomica dicta à vomendo, tanquam à receptaculo quodam fluenda ſit ſanies. Declinatio nempe eſt materiei reſolutio vel eiuſdem extractio: Quando omnis ægritudo, quæ ex materia retenta fit, curetur ex illius extractione, quæ eſt dicta curatio. IACOBVS.

Plures eſſe diſpoſitiones apoſtema admittentes

Quot ſunt tempora apoſtematū. Princip. Augm. Status Declinatio Abſceſſus Apoſtema Exitura. Dubelet. Vomica.

C Quot modis terminatur apoſtema? MARIANVS. Duobus modis. IACOBVS. Quibus? MARIANVS. Aut reſoluitur, aut in exituram conuertitur. IACOBVS. Quid eſt exitura? MARIANVS. Exitura eſt humoris vel humorum præter naturam in vno loco facta collectio ad formam saniei ſuſcipiendam declinans. IACOBVS. Quot modis terminatur exitura? MARIAN. Tribus. IACOB. Quibus? MARIAN. Aut reſoluitur, aut induratur, aut in dubelet conuertitur. IACOBVS. Quid eſt dubelet? MARIAN. Dubelet eſt *illa exitura, quæ completam habet ſaniem, & materiam ſiue paucam ſiue multam, aut late, aut profunde aggregatam.* IACOBVS. Differt ne ab exitura? MARIAN. Differt ſecundum aggregationem & formam ſaniei, quoniam eſt ſaniem faciens, de qua ſequitur magis, quod fiat vlcus, quam quod reſoluatur, & propterea Auicenna dixit *in capite de ſignis* [illegible], quod apoſtema fiat exitura. *Cum videris pulſationem plurimam, aut duritiem prolongatam, & calorem* [illegible] *quod apoſtema it in via, vt fiat exitura.* Vt autem denotaret, quod exitura fieret dubelet, dixit: *Cum videris lenitatem quandam, & ſedationem doloris, tunc ſcias, quod it in via maturationis, vt fiat dubelet, cum dubelet ſit exitura completam habens ſaniem, vt dixi.* IACOBVS. Quot modis poteſt determinari dubelet? MARIAN. Tribus. IACOBVS. Quibus? MARIANVS. Aut reſoluitur, aut vlceratur, aut putreſcit. IACOBVS. Quid eſt reſolutio? MARIAN. Reſolutio eſt *materiei ex digeſtione vaporoſa* [illegible] *exhalatio.*

Quot modis terminetur apoſtema? Quid eſt exitura? Quot modis terminetur exitura? Dubelet quid?

Quot modis terminetur dubelet? Quid ſit reſolutio.

D IACOBVS. Cum quo fit reſolutio? MARIA. Cum calidis & humidis ſecundum membri exigentiam temperatis. Dico *temperatis*: nam multoties applicui maturantia, & reſolutum eſt. aliquando reſoluentia, & maturatum eſt, in hoc autem nullum habeo certum conſilium, cum calor naturalis ſæpe procul dubio contra Medici coniecturam operetur. IACOBVS. Quid eſt maturatio? MARIAN. Maturatio eſt *humoris vel humorum in vno loco præter naturam aggregatorum* [illegible] *præparatio.* IACOBVS. Cum quo fit maturatio. MAR. Maturatio fit cum eo, in quo cum calore exiſtit oppilatio, & glutinatio, vt per ipſum calor retineatur: veruntamen hoc maxima vtendum eſt conſideratione. Nam quicunque maturationem efficere voluerit cum aliquo, quod ſit cum calore oppilatiuum, & glutinatiuum, maxime attendere debet, vt ſi viderit calorem innatum debilem, & membrum iam declinare ad hoc, vt corrumpatur, remoueat ab eo glutinantia & oppilatiua, & ponat aperientia, & ſcarificationem faciat profundam: deinde adhibeat medicinas, in quibus exiſtit reſolutio, & exiccatio. Si vero apoſtema fuerit profundum, & erit tibi neceſſarium trahere ipſum ad partem cutis, attrahe ipſum, & ſi non cum alio, ſaltem cum ventoſis ſ[illegible]. IACOBVS. Quæ conſiderantur in apoſtemate curando? MARIAN. Duo, fieri ſcilicet & factum eſſe. IACOB. Quid tibi expetit fieri? MARIAN. Propelli. IACOBVS. Quid factum

Cum quo fiat reſolutio Quid maturatio? Cum quo fiat maturatio?

Quæ conſiderantur in apoſtemate curando

E eſſe? MARIAN. Curari. IAC. Quid eſt curatio? MARIAN. Curatio eſt *male affectæ particulæ morbum vel alterationem per artem emendare.* IAC. Quotuplex eſt curatio apoſtematum? MARIAN. Duplex. IACOB. Quæ? MARIAN. Vna dicitur cura per ſe, altera vero cura per accidens. IAC. Quæ eſt cura per ſe? MARIANVS. Eſt illa, quæ immediate talis eſt per naturam. IACOBVS. Quæ eſt immediate talis per naturam? nam id quidem non ſatis intelligo. MARIANVS. Dicam,

Quid ſit curatio? Quotuplex ſit curatio? Quæ ſit cura per ſe?

eſt extractio apoſtematis in quantum apoſtema. IACOBVS. Quæ eſt curatio apoſtematis, in quantum apoſtema eſt? MARIANVS. Eſt extractio materiei. IACOBVS. Quæ eſt cura per accidens? MARIANVS. Eſt illa, quæ non immediate, ſed alio mediante eſt talis, non per naturam. IACOBVS. Quæ eſt illa, quæ alio mediante eſt talis, non per naturam? MARIANVS. Eſt illa, quæ non ſtatim curat per ſe, ſicut eſt repercutere, aut partim repercutere, & partim reſoluere. IACOBVS. Quæ apoſtemata curantur cura per ſe? MARIANVS. Quæ inuenerint corporis mundificationem. IACOBVS. Quæ inueniunt corporis mundificationem? MARIANVS. Quæ fiunt a cauſa primitiua. IACOBVS. Quare? MARIANVS. Quia cum apoſtema accidit à cauſa primitiua, non deeſt, quin cauſa primitiua & eius veſtigium inueniat aut mundificationem corporis, aut repletionem, quod ſi obuiat mundificationi, non eſt neceſſarium, niſi curatio apoſtematis in quantum eſt apoſtema, & curatio apoſtematis in quantum apoſtema, eſt extractio materiei extraneæ, quæ facit accidere apoſtema. Et illud fit per mollificantia, & reſoluentia leuia, ſicut *emplaſtrum de farina tritici cocta cum aqua & oleo*. Et quandoque excuſat ſanificatio laborem, & propriè quando apoſtema eſt multæ materiei. Cum autem inuenerit corporis repletionem, cura eſt illius per accidens, quoniam tunc oportet, vt non tangas apoſtema cum mollificatiuis, quoniam attrahetur ad ipſum ſupra quod reſoluetur ab eo. immo oportet, vt euacuetur materia per phlebotomiam, & forte indiget ſolutione ventris, & cum feceris illud, adminiſtra mollificantia & eius quidem curatio eſt proxima curationi eius, cuius cauſa primitiua inuenit mundificationem corporis, & differt ab ea in hoc, quod non indiget curatione cum repercuſſione plurima in principio, ſicut indiget illa, immo minus illa. IACOBVS. Quando ergo debemus vti cura per accidens? MARIAN. Tunc vtimur cura per accidens, quando cauſa eſt antecedens non primitiua, tunc enim curatur apoſtema cura per accidens, quoniam oportet, vt incipias cum euacuatione, & comple ei, quod meretur ex phlebotomia, & ſolutione ventris, ſi indiget ea, & neceſſitas quidem eius eſt, aut quoniam corpus eſt immundum, aut quoniam ægritudo eſt magna, quare neceſſaria eſt euacuatio, & diminutio materiei, & attractio ad contrarium, & licet corpus non ſit multarum ſuperfluitatum, tamen in membro quandoque aduenit, quod ipſum debilitat, quare attrahuntur ad ipſum materiæ corporis: licet non ſint materiæ ſuperfluitatis, & oportet, vt obſerues conditiones prædictas in hoc ex ætate & tempore, & regione, & aliis, & incipe cum repercuſſiuis, niſi in locis vetitis, quæ ſunt in collo, & ſub axilla, & inguine, deinde oppone augmento cum intromiſſione mollificatiuorum, & humectantium cum refrenatiuis, & quantum procedit in augmento, procedas in additione mollificatiuorum paulatim, & apud ſtatum, & ſtatum, & vltimitatem magnitudinis, & additionem ſuæ vltimitatis, fac vincere mollificantia, & fac ea pura, & exſiccantia ſunt, quæ ſanant in fine, verum humectantia, & mollificantia ſunt ad dilatandos poros, & ad ſedandum dolorem. Et exſiccantium eſt illud, quod ſanat, & prohibet remanere aliquid, quod fiat ſanies, ſi autem non ſanat integre, & diminuit aliquid, non relinquit, niſi rem modicam, quam reſoluit illud, in quo eſt acuitas. IACOBVS. Quid eſt propellere? MARIANVS. Eſt *repercuſſiuum adminiſtrare*. IACOB. Quid eſt repercuſſiuum? MARIANVS. *Quod eſt materiei ad aliquem locum fluendæ, ne fluat propulſiuum impingendi, atque ſiſtendi virtutem habens*. IACOBVS. Quando fit propulſiuum? MARIANVS. Quando membra recipientia confortamus. IACOBVS. Quando confortamus membra? MARIANVS. Quando virtutem eius corroboramus. IACOBVS. Quot modis membra confortamus? MARIANVS. Tribus. IACOBVS. Quibus? MARIANVS. Aut frigidis & humidis, aut frigidis & ſiccis, aut frigidis & ſtypticis, & ſic tria ſunt genera repercuſſiuorum apoſtematum calidorum. IACO. Quare ſunt tria repercuſſiuorum genera? MARIAN. Quia tripliciter poſſunt membra debilitari. IACOBVS. Quomodo. MARIANVS. Aut enim relaxantur membra caliditate & humiditate, & ſic confortantur frigidis & ſiccis, quæ ſunt propria illorum contraria: aut caliditate, & ſiccitate, & ſic confortantur frigidis & humidis: aut caliditate & pororum laxitate, & ſic condenſantur frigidis & ſtypticis. IACOBVS. Differt ne ſiccum a ſtyptico? MARIANVS. Differt in hoc, quod ſiccum deſiccat ſua propria ſiccitate, & per accidens conſtipat, vt ſolet argilla facere, quando alicui membro humido applicatur, ſtypticum vero condenſat ſua propria ſtypticitate, & per accidens prohibet defluxum. IACOBVS Quot ſunt apoſtematum differentiæ? MARIANVS. Tres. IACOBVS. Quæ? MARIANVS. Aut ſunt mollia, vel dura: aut extrinſeca, vel occulta: aut vlceroſa. IACOB. Quomodo curantur dura: cum de mollibus iam dictum ſit. MARIANVS. In apoſtemate duro, quod ſtatus terminum pertranſiuit, regula eſt, vt mollificetur quandoque cum eo, in quo exiſtit caliditas & ſiccitas *parua*. IACOB. Quare id fieri debet? MARIANVS. Ne quod ex eo ipſum eſt propter multam reſolutionem fiat lapis. immo totum ad reſolutionem præparetur, poſtea ſuper ipſum reſolutiua fortior fiat. deinde ſi timetur ex reſolutione eius, quod reſoluitur, ne quod remanſit, lapis fiat. iterum ad mollificandum ipſum ſecundo redeatur, & inceſſanter fiat hoc, donec totum finiatur inter mollificandi & reſoluendi vices. IACOB. Sunt ne inflata apoſtemata? MAR. Sunt inflata & aquoſa. IACOB. Quomodo curantur inflata apoſtemata? MARIAN. Inflata apoſtemata curantur ex eo, quod calefacit ſubtilitate ſuæ ſubſtantiæ, propterea quod ventoſitates reſoluat, & poros amplificet. IACOB. Quæ cauſa eſt apoſtematum inflatorum? MARIAN. Cauſa in apoſtematibus inflatis eſt ventoſitatis groſſities, & pororum clauſura, ideoque ſtudium quoque eſt adhibendum in prohibendo materiam, ex qua ventoſus prouenit vapor. IAC. Sunt ne vlceroſa apoſtemata? MAR. Sunt. IAC. Quæ ſunt vlceroſa? MAR. Sunt illa, quæ ſunt ſicut formica. IAC. Quomodo

Quæ cura per accidens.
Quæ apoſtemata curantur cura per ſe.
Quæ curantur per accidens.
Quid ſit propulſiuum.
Quid repercuſſiuum.
Quando fiat propulſiuum.
Quomodo confortamus membra.
Quot modis membra confortamus.
Quare ſunt tria repercuſſiuorum genera.
Differt ſiccum a ſtyptico.
Quot ſunt differentiæ apoſtematum.
Quomodo curantur dura.
Quomodo curantur inflata apoſtemata.
Sunt ne vlceroſa apoſtemata & quomodo curantur.

A modo curantur? MARIAN. Cum infrigidantibus, ſicut phlegmone, ſed non ſunt mollificanda. IACOB. Nonne apoſtemata ſunt mollificanda? MARIAN. Non propterea, quod ſunt apoſtemata, ſunt mollificanda, imo ſunt ſiccanda. IACOB. Quare? MARIAN. Quoniam accidens hoc iam ſuperauit cauſam: accidens enim eſt vlcerolitas, de qua timetur, quod accidat, aut quod iam accidit. IAC. Quod eſt illius medicamentum? MARIAN. Medicamentum quidem vlceroſitatis eſt exiccatio, quoniam res ei magis contraria eſt mollificatio. IACOB. Sunt ne apoſtemata occulta? MARIA. Sunt. IACO. Quomodo cognoſcuntur? MARIAN. Non cognoſcuntur manuum & oculorum ſenſu & præſentia, ſicut extrinſeca apoſtemata, ſed rationabili coniectura & ſignis. IACOBVS. Quomodo ergo curantur, cum ſint cognita rationabili coniectura & ſignis. MARIANVS. Occultorum apoſtematum cura eſt, vt materia minoranda ſit phlebotomia, & ventris ſolutione. & oportet, vt ea habens à balneo, & vino, & motibus corporeis, & animalibus ſuperfluis, ſicut ira & ſimilibus, caueat. Poſtea in principio rei adhibeatur ei, quod abſque nimia ſuperfluitate repercutit, & propriè ſi in membro fuerit, quod ſit ſicut ſtomachus, aut hepar. cumque hora reſoluendi affuerit, non debes dimittere, quin ſtypticas medicinas bonum habentes odorem admiſceas. & hepar quidem & ſtomachus plus indigent hoc, quam pulmo. Oportet præterea, vt mollificantia ſubtilia, quæ illis adhibentur, ſint

B medicinæ, in quibus exiſtit maturatio, & ſint apoſtematibus conferentes, ſicut ſolanum & caſſia fiſtula. ſolanum namque proprietatem habet reſoluendi apoſtemata calida, quæ ſunt occulta. IACOBVS. Eſt ne cibandus. MAR. Non eſt dandus cibus, niſi ſubtilis, & non in hora paroxyſmi, ſi ibi fuerit neque in principio ſui, niſi propter multam debilitatem fiat. Cum autem ſymptoma ſuperuenerit propter collectionem apoſtematis interioris cum caſu virtutis, in itinere mortis exiſtit, quoniam virtus non ſuſtentatur niſi nutrimento, & nutrimentum eſt res magis timoroſa ægro. Si reſolutum fuerit, valde bonum erit. quod ſi aperta fuerint, danda ſunt eis, quæ lauent, ſicut aqua mellis, & aqua ſacchari: poſtea dentur eis, quæ ſuauiter maturent cum ſiccitate. Et poſtea in fine rei non adhibeantur niſi exiccantia. IACOB. Poteſt ne in his error committi? MAR. Aliquando in apoſtematibus occultis, quæ ſub ventre ſunt & exiſtunt, contingit error. IACOBVS. Quare? MARIANVS. Quia aliquando non ſunt apoſtemata, ſed rupturæ, & in perforando ea, erit timor, & plerumque apoſtema occultum non exiſtit in panniculo, ſed in ipſo inteſtino, & eſt in aperiendo ipſum timor. quare caute ages, quicquid ages. IACOB. Fient ne illa mortalia, an periculoſa apoſtemata? MAR. De apoſtematibus quidem quædam ſunt mortalia, & quædam periculoſa. IACOBVS. Quæ ſunt mortalia? MAR. Mortalia ſunt, *quæcunque ſunt in cerebro, in pia matre, in mediaſtino, & aliquando in pleuresi, in capſula cordis, in hepate, in ſplene, in renibus &*

C *fere omnia intrinſeca, non ſunt ſine mortis periculo. De extrinſecis vero, quæcunque, acuta exiſtente paſſione fuerint in hypochondriis cum tumore & dolore, mala ſunt, ſi in principio ſubitam mortem non intulerint. Et quæcunque ſolida, vbicunque apparuerint, maximeque ſi in ano, & matrice fuerint, cum dolore horrenda ſunt, & cito mortifera: & fere omnia eminentia, & quæ omnia extra ſunt, & minus intra & peracuta, laudabilia ſunt. Quæ vero ſpacioſa, & minus acuta, peſſima.* Hæc Hippocrates *1. prognoſticorum* aſſerit, *& apoſtemata in acuta ſcire malum. Squinantia peſſima, & cito mortifera eſt, quæ in gutture non apparet, nec extat in ceruice cum rubenti tumore, dolore tamen acutiſſimo exiſtente, & ſpiritu orthopnæa*, vt placuit *in tertio prognoſticorum*, & *fere apoſtemata omnia, quæ in capite lacertorum, & muſculorum fiunt non omnino tuta ſunt.* IACOBVS. Aperiuntur ne apoſtemata? MARIAN. Aperiuntur. IACOBVS. Quot modis? MAR. Duobus. IACOBVS. Quibus? MARIANVS. Aliquando aperiuntur per ſe, aliquando aperiuntur medico adiutorio. IACOBVS. Quæ ſunt, quæ aperiuntur per ſe? MARIAN. Quæ ſunt calida, & acuti capitis, & cutis tenuis. IACOBVS. In quanto tempore per ſe rupturam faciunt? MAR. Apoſtematum quædam ad viginti vſque, quædam ad quadraginta, quædam ad ſexaginta dies rupturam differunt, vt placuit Hippocrati 2. *prognoſticorum*. IACOBVS. Quæ aperiuntur medico adiutorio? MAR. Quæ ſunt frigida, vel obtuſi capitis, vel duræ cutis. IACOBVS. Quotuplex eſt adiutorium medicum in perforando? MARIAN. Duplex. IACOBVS. Quod? MARIAN. Cauterizatio,

D & inciſio. IACOBVS. Quid eſt cauterizatio? MAR. Cauterizatio eſt *potentia quædam ignea ex calido & ſicco in materiam quandam redacta.* IACOBVS. Quotuplex eſt illa potentia ignea? MARIAN. Duplex. IACOBVS. Quæ? MAR. Potentialis & actualis. IACOBVS. Quæ eſt potentialis? MARIAN. Quæ ab experto Medico componitur ex calce viua, & cineribus inter ſe apte commixtis, atque debito igni ſubiectis. IACOBVS. Quæ eſt actualis? MAR. Quæ fit ab igne elementari in materiam combuſtibilem recepta. IAC. Quid eſt inciſio. MAR. Inciſio eſt *continuum in partes diſſoluere.* IAC. Quot modis poteſt diſſolui continuum? MAR. Quinque modis. IACOBVS. Quibus? MARIAN. Inciſione, corroſione, tumefactione, percuſſione, & caſu. IAC. Quo modo appellatur continui ſolutio à te incidente facta? MARIAN. Vulnus. quæ vero fit à corroſione appellatur vlcus. quæ à tumefactione venit, dicitur apoſtema: quæ à percuſſione contuſio, vel attritio: quæ à caſu, fractio vel diſlocatio. IACO. Quot modis operatur Medicus inciſionem? MARIAN. Tribus. IACOBVS. Quibus? MARIAN. Secundum longitudinem, latitudinem, & circularem. IACOBVS. Quando vtitur Medicus inciſione ſecundum longum? MARIANVS. Quando ſequitur poſitionem neruorum, chordarum, muſculorum, & villorum, vt illorum operationes conſeruentur. IACOBVS. Quando ſecundum latum? MARIANVS. Quando eſt intentio, vt illorum operatio deſtruatur, vt in in ſpaſmo tranſuerſe neruum

E vel muſculum incidimus, vt indiuiduum conſeruemus. melius eſt enim, vt vno membro debilitato viuat homo, quam ſpaſmo torqueatur & moriatur. IACOBVS. Quando vtitur inciſione ſecundum circulationem? MARIA. Quandò ſinus alicuius apoſtematis adeo magnus eſt, & nos veremur totam po-

Quomodo cognoſcuntur apoſtemata occulta.

Quomodo curentur.

Proprietas ſolani.

Sint ne mortalia apoſtemata.

Quæ ſint mortalia apoſtemata.

Aperiuntur ne apoſtemata.

Quæ ſint, quæ per ſe aperiuntur.

In quanto tempore per ſe rupturam faciant.

Quid ſit cauterizatio.

Quid ſit potentialis cauterizatio.

Quæ actualis.

Quid inciſio.

Quot modis diſſoluatur continuum.

Quot modis Medicus inciſionem operatur.

Quomodo poſſimus reprehenſionẽ fugere in facienda inciſione. *Quot ſint inſtrumenta Medici ad incidendum.* *Quid ſit inciſorium?* *Quid gamaut?* *Quid lanceola?*

ſitionem inciſione ſequi, perforamus fundum ſecundum formam Lunæ, vt facilius ſanies poſſit exire, A & perforatio aperta cuſtodiatur. IACO. Ergo poſſunt in inciſione Medici errare? MAR. Poſſunt. Quomodo poſſumus reprehenſionem fugere in facienda inciſione? MARIAN. Semper fugiemus accuſationem, ſi poſitionem rugarum ſemper ſequemur in omni inciſione, præterquam in fronte, in qua debemus etiam contra poſitionem rugarum incidere, quoniam ſic muſculi procedunt. IACOB. Cum quibus fit inciſio apoſtematum. MARIAN. Cum inſtrumentis. IACOBVS. Quot ſunt inſtrumenta Medici Chirurgi ad incidendum? MAR. Tria. IACOBVS. Quæ? MAR. Inciſorium, gamaut & lancetta. verum inciſorio & gamaut vtimur ad aperienda apoſtemata: Lancetta autem ad venam phlebotomandam. IACOB. Quid eſt inciſorium? MARIAN. Eſt *inſtrumentum arte & induſtria fabricatum ad abradendum pilos hominum primo: quamuis etiam, aliquando tamen ad cateruum an malium pilos inciendum transfertatur, habens acutiſſimam aciem & tergum groſſum ad ſimilitudinem Perſici gladii, ab acie etiam nacu dictum mallcatam dictum etiam a aliis nouacula, & ab Auicenna ambala.* IACOBVS. Quid eſt gamaut? MARIAN. Eſt *inſtrumentum acutæ cuſpide in ſpeciem falcis deductum, ex ſui concauo præacutiſſimam aciem ſeruans, obtuſum vero est a conuexo, quod tergum dicitur.* IAC. Quid eſt lanceola. MAR. Lanceola eſt *acutum inſtrumentum ad ſimilitudinem folii herbæ dictæ lanceole cuſpidum, ex vtroque latere aciem habens, ad venas phlebotomandas inuentum phlebotomum etiam dicta* quo etiam vtuntur Medici ac etiam Turci, qui ſe haberi volunt pro- B phetas, quos ego vidi inſequentes caſtra Turcorum apud Belgradum, eo tempore, quo Carolus Quintus Imperator inuictiſſimus, & Sultan Suliman Ottomanus Turcorum Imperator vnus aduerſus alterum caſtra mouebant, vt apud Budam collatis ſignis concurrerent, quod diuino myſterio fuit prohibitum. Nam vnus alteri terga verſantes ad proprios lares reuertere, quamuis illud non fuiſſet ſine maxima Turcorum calamitate celebratum. Nam inter eos dummodo huc, atq; illuc ad rapiendum, & captiuos captiuaſque iuuenes, atq; matronas faciendum, diſcurrerent, vt mos eſt militaris, relictis compluribus Turcorum militibus cæſis atque trucidatis, vulnerati quam multi redierunt.

Quæſtiones de vulnere.

IACOB. Quando ad inciſionem ſic ratiocinando deuenimus, quæ vulnus dicitur, ſubſequamur, ſi modo libet, mi facundiſſime atque iucundiſſime Mariane, de vlceribus ſermocinari. Nam vt video atque audio, ſemper noua excogitas, quæ ex veterum doctrinis male a noſtratibus, qui philoſophiam profitentur, huc vſque intellectis, tua prudentia & doctrina quotidie excerpis, adeo vt recte ad te referri poſſit, quod in vim prouerbii reductum eſt. *Nunquam ad te accedimus, quin doctiores recedamus.* MA- C RIAN. Sequimini: nam, vt dixi, hodie vobis morem geram, quibus diem hunc ex animo dedicaui, quamuis videmini aliquantulum aduli. Incipe ergo, vt ſemper facitis, interrogare a definitione nã plenus definitionum tu mihi Iacobe videris, quando a omnibus alliciantur homines, quibus omnino rumperetis, ni hac atque illac perſtuxeres, vt auctor, vel fortè in pareretis, nam orta ſemper atteſtantur ſua principia, definiens appellabatur, quando totus in definitionibus ſuffoceris. IACOBVS. Illud ego modo capeſſam duabus excitatus cauſis, prima, vt tuum ſequar imperium. ſecunda, vt me à definiente patre ortum eſſe certificetis. Primo tamen venia impetrata, petimus, quid ſit vulnus. MAR.

Quid ſit vulnus? *Quid vulnus ſimplex?* *Quid compoſitum?*

Vulnus eſt *continui ſolutio à re incidente ex tempore facta in mollibus aut duris partibus, ſine putrefactione coniunctus.* IACOBVS. Quotuplex eſt vulnus? MARIAN. Duplex, ſimplex & compoſitum. IACOBVS. Quid eſt ſimplex? MARIANVS. Simplex vulnus eſt illud, in quo non eſt ſubſtantiæ deperditio & vna tantum intentione curandi curatur & conſolidatur. IACOBVS. Quid eſt compoſitum vulnus? MARIANVS. Compoſitum eſt, in quo fit deperditio ſubſtantiæ, ac plures intentiones curatiuas ſibi maxime vendicat. ſicut eſt diuiſum continui vnire, & conſolidare, & quod ab eo deperditum eſt, inſtaurare, & ſi quid apoſtematis intumuerit, curare, & ſanguinem fluxum coercere, & moro a- D giam (hæmorrhagiam) ſanguinis abſtergere. IACOBVS. Differunt ne vulnera inter ſe. MARIANVS. Differunt. IACOBVS. Quonam pacto? MARIANVS. Quia quædam ſunt ſalubria, quædam periculoſa, quædam mortalia. IACOBVS. Quæ ſunt vulnera mortalia? MARIANVS.

Quæ ſint vulnera mortalia? *Quæ periculoſa?*

Omnia vulnera ſubſtantiam cordis offendentia eſſe mortalia non dubitatur, quoniam cor non patitur continui ſolutionem, & *vulnera ſubſtantia cerebri adhærentia tracheæ arteriæ, meri pulmonis, hepatis, fellis, veſicæ, diaphragmatis, ſtomachi, ſplenis inteſtinorum gracilium, renum & veſica.* & vt vno ore omnia intercludam, *quæ ad vitam neceſſaria virtuti impedimentum obiiciunt*, mortalia fere ſunt, vt placuit Hippocrati dicenti *libro ſexto aphoriſmorum: Veſicam inciſam, aut cerebrum, aut cor, aut hepar, aut diaphragma aut ventriculum, aut renes, aut inteſtinorum aliquod gracilium, mortale.* Periculoſa vero ſunt *omnia intrinſeca*, quoniam ab extrinſeco aere ipſa alterantur. & ſpiritus offenduntur, ac virtus, quæ humanam naturam ſolet fulcire, deſtruitur, ac etiam vulnera, *quæ a tribus digitis ſupra, vel infra ſecundum ſuturas muſculorum capitis ac lacertorum occurrunt*, ſunt valde periculoſa. *Neruorum quoque punctura*, propter eorum ſenſum, & communitatem, quam cum cerebro habent, ſpaſmi ſolet eſſe generatiua. Cætera vero, cum ab iis diſceſſeritis vulneribus, quæ mortalia & periculoſa diximus ſanabilia eſſe non dubitabitis. IACOBVS. Curantur ne vulnera? MARIA. E Curantur. IACOB. Cum quibus? MARIANVS. Suis propriis modis. IACOB. Quot ſunt modi

Quot ſint modi curandi vulnera? *Quid ſit via primæ intentionis?*

curandi vulnera? MAR. Duo. IACOB. Qui ſunt? MAR. Vnus dictus eſt via primæ intentionis, alter vero via ſecundæ intentionis. IAC. Quid eſt via primæ intentionis? MAR. Via primæ intentionis eſt *iudicium, vel oblatio prima mentis Medici ad continui ſeparationem curatiua.* IAC. Quid eſt prima mentis oblatio circa vulnera curanda? MAR. Eſt *ſeparatum atque diſcontinuum vnire.* IACOB. Quot modis

poſſunt

A poſſunt vniri vulnera? MARIAN. Duobus. IACO. Quibus? MARIAN. Sutura & ligatura. IAC. Quid eſt ſutura? MAR. Sutura eſt *labia vulneris ſeparata acu & filo idonee vnire*, vt vnius lateris pars alterius parti apte cohæreat, vt cicatrix pulchra, & non deformis facta conſolidatione remaneat. IACOBVS. Quid eſt ligatura? MAR. Ligatura in vulneribus eſt *panno lineo labia ſutura coniuncta decenti ſtrictura ſeruare*. IACOBVS. Quare dixiſti *in vulneribus*? MARIANVS. Quia ligatura plura ſignificat, ne loquiſtarum laqueis (quorum ſtudium tantum eſt, velle decipere, & non ſcire) intricaremini. IAC. Quæ ſignificat? MAR. Significat enim id, quo aliquid ligatur, iuxta illud. *Ligaturam ſiccitatis acceperunt, qua homines feroces ſuis ſceleribus ad trucidandum damnati truduntur*, quæ alio vocabulo dicitur ligamen, & ligaculum. Significat etiam partes diſgregatas condecenti poſitione coniunctas, iuxta illud. *De lignario, quod ſerra, aut bipenni caſu aliquo ſcinderetur, ligatura combinabat, vt magis innatum, quam commiſſum aſpicientes admirarentur*. quæ etiam dicitur ligamentum & commiſſura. Transfertur etiam ad pictores, iuxta illud: *Colores adeo ligatura admiſcebat, vt natura magis, quam arte factum cenſeretur*. Dicitur etiam de modo ligandi idoneo, & apte facto, vt diximus. IACOBVS. Quotuplex ligatura? MAR. Multiplex. IACOBVS. Quare? MARIANVS. Quia quædam dicitur æquans, & quædam retentiua, quibus vtimur in ſimplicibus vulneribus; quædam expulſiua, quædam compreſſiua,

Quot modis poſſunt vniri vulnera.
Quid ſit ſutura.
Ligatura varia ſignificatio.
Quotuplex ligatura.

B & quædam incarnatiua, & quædam inſtauratiua, quibus vtimur compoſitis vulneribus: quæ autem dicitur mortificatiua qua vtimur in amputando membro putrefacto & mortificato. IACOBVS. Quid eſt via ſecundæ intentionis? MARIANVS. Via ſecundæ intentionis eſt *iudicium Medici introducendæ ſanitati vulneris compoſiti proportionatum*. IACOBVS. Quando proportionatur iudicium Medici? MARIANVS. Quando ſuas conſtituit intentiones curatiuas, quæ iudicia proportionalia ſanitati appellantur. IACOBVS. Quando conſtituit intentiones Medicus? MAR. Quando ſcilicet viam proponit executiuam curandi vulneris, & in mente ſua decernit remouere omnia impedientia conſolidationem, & applicare deliberat, quæ faciant ad vulneris compoſiti generationem & vnionem. IACOBVS. Quæ ſunt impedientia vnionem vulneris compoſiti? MAR. Apoſtemata, & quicquid ſuturam fugit. IACOBVS. Quæ ſunt illa, quæ ſuturam fugiunt? MAR. Sunt vulnera ex pugillari, vel tereti telo, vel aliqua ſagitta profunde facta. Quia ipſa aperta tenemus, ne materia ibi [illegible] ceretur: quæ ſi ibidem inſpiſſaretur, per communitatem, quam cum chordis vel neruis poſſent habere, dolorem maximum incurrerent, & ideo in primis diebus non ſunt ſutura vel ligatura claudenda. Secundo vulnus, cui aliqua ſui particula deeſt, à ſutura omnino ſit alienum. Nam aliter curari non poſſet, niſi prius deperditum regeneraretur. Tertio ſi vulnus fuerit profun-

Quid via ſecundæ intentionis?
Quando conſtituat intentiones Medicus.
Quæ ſint impedientia vnionem vulneris compoſiti?
Quæ ſint vulnera suturam fugientia.

C dum, & ab aere ſatis alteratum, nam ex aerea alteratione occulte ſanies eſt generata, quæ digeſtionem cum abſterſione maxime proclamat. Quarto ſi vulnus ex contuſione fuerit, cum neceſſe ſit contuſum vulnus putrefieri, & in ſaniem conuerti. Quinto ſi vulnus ab alicuius animalis morſu factum fuerit. Quoniam locus ille morſus factus eſt concauus, vel cauernoſus, vel ſapit ſemicontuſi vulneris naturam. Quamuis iſte caſus ſuendus ne ſit, aliquando operantis iudicio relinquitur, cum partes ſeparatæ ex morſu poſſint etiam filo interdum coniungi. Sexto cum vulnus os detexerit, ipſumque fractum, vel ab alnocati diſcoopertum manifeſtauerit, nunquam cum ſutura paciſcitur, ni prius os detectum amiciatur, & fractum integretur. Septimo ſi vulnus profunde factum in loco muſculoſo ex tranſuerſo acciderit, ſuturam omnino reſpuit, vt Auicenna refert *in capitulo de qualitate ligandi vulnera*, vbi de muſculis & lacertis dicit: aut fuerit lacertus, qui ſit diſruptus in latitudine: quoniam tunc non aggregatur immo ponatur in medio liniuium, timendo, ne incarnetur cutis, & remaneat lacertus non incarnatus, &c. Quare ipſum ſolutum tantiſper vagari cupit, dum ſibi cura ſecundæ intentionis tribuatur. Et hoc idem vulnera neruoſa affectare videntur. Nam ſi ſuerentur, labia eorum conſolidarentur, & nerui ſubtus rheumatizarent, quod nempe rheuma ibi incluſum apoſtema generaret.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

D vnde ſequeretur, vel diſſuere, vel nouam inciſionem facere. Ergo ne hoc patiamus, vulnera huiuſmodi ſoluta aliquantulum ſpaciari ſinamus, vt ea facilius poſtea pertractemus. IACOBVS. Quomodo completur curatio via primæ intentionis? MARIANVS. Vnione partium, & vnguentorum adminiſtratione, & ligatura condecenti: quam etiam mulieres ſciunt facere applicatione diuerſarum herbarum, de qua propter ipſius facilitatem nihil dicimus. IACOBVS. Quo modo completur curatio viæ ſecundæ intentionis? MARIANVS. Propriis ſuis intentionibus. IACOB. Quot ſunt intentiones? MARIAN. Duæ. IACOB. Quæ? MARIAN. Prohibere accidentia facta, vel ventura, & vulnus conſolidare. IACOBVS. Quot ſunt accidentia vulneris? MARIAN. Duo. IACOB. Quæ? MARIAN. Propria & concomitantia. IACOB. Quæ ſunt propria? MARIAN. Sanguinis fluxus, apoſtema, & putrefactio. IACOB. Quæ ſunt concomitantia? MARIANVS. Concomitantia ſunt mala complexio, febris, dolor, ſpaſmus, paralyſis, ſyncope, & alienatio. IACO. Quid eſt ſanguineus fluxus? MARIAN. Eſt *à vena vel arteria inciſa, corroſa vel rupta ſanguinis emanatio*. IACOBVS. Quomodo curatur ſanguineus fluxus? MARIANVS. Infrigidantibus in circuitu appoſitis, & exiccatiuis & glutinatiuis medicinis in locum vulneris iniectis, quamuis temperatus fluxus ſanguinis prohibeat apoſtema. IACOB. Quot modis prohibetur apoſtema? MARIAN. Duobus.

Quomodo compleatur curatio via primæ intentionis.
Quomodo compleatur curatio via ſecundæ intentionis.
Quot ſint accidentia vulneris.
Quid ſit ſanguineus fluxus & quomodo curetur.
Quot modis prohibeatur apoſtema.

E IACOB. Quibus? MAR. Phlebotomia, & euacuatione. IACOB. Quid eſt phlebotomia? MAR. Phlebotomia eſt *ſanguinis nutritiui euacuatio*. IACOBVS. Cum quo fit? MARIANVS. Cum inſtrumento dicto lancetta à ſimilitudine lanceæ. nam lancea per diminutionem dicitur lancetta: quod à Galeno appellatur craſſion, quod etiam dicitur phlebotomum. IACO. Propter quid phlebotomia? MARIAN. Propterea, quia ſanguis aut eſt multus, aut eſt malus, aut propter vtrumque. Quia *omnis phlebotomandus, aut phlebotomatur propter ſanguinis multitudinem, aut propter ipſius malitiam, aut propter vtrumque*.

Quid phlebotomia?
Lancetta, Craſſion, Phlebotomum.
Propter quid ſiat phlebotomia?

Et propterea Auicen. dixit, *Phlebotomia eſt euacuatio vniuerſalis, quæ multitudinem euacuat, & non omnes humores euacuat, quam fieri dicimus in talia loca aliorum humorum.* Et propterea errant, qui dicunt, eſſe communem, totam euacuatiuam. Nam etiam Galenus *in libro de curandi ratione per ſanguinis miſſionem* dicit, *Febrilis calor multum ſanguinem digerit, atque inſtanter laborantis vitiat, in tali ſtatu breui tum nutrimentum ex ſanguine deſinit & colliquatur.* Et propterea male operantur iſti noui, qui Galenum ſe tenere volunt, phreneticam ... & puerili iactantia atque arrogantia vexati, dum volunt ... ſanguinis copiam educere, ... euacuare, neſcientes ex illa magna ſanguinis emiſſione ... & plurimorum cauſam eſſe malorum, cum operantur ſecundum libros, abſque perfecta doctrina ... nio ſæpe in hoſpitali & vbi pie locorum degentibus, moleſtum fit. ... quam dicendam ſuſcepimus, prouinciæ ... damus. IAC. Quotuplex eſt phlebotomia? MAR. Multiplex. Nam alia eſt diuerſiua, nutrimentum ſanguineum alio traducens: alia vacuatiua, ſuperfluum ex ſanguine nutrimentum euomens: alia retentatiua, fluxurum ſanguinem impediens: alia attractiua, ab vno loco ad alium nutrimentum euocans: alia tentatiua, virtutem ex inertia ſopitam excitans. IAC. Vnde fit vacuatiua? MAR. Fit ab eadem diametro ſecundum longitudinem à parte inferiori. IAC. Vnde diuerſiua? MAR. Fit ab eadem diametro ſecundum latitudinem. IAC. Retentiua vnde fit? MAR. Fit à diametro à parte ſuperiori. IAC. Attractiua vnde? MAR. Attractiua fit per duas diametros ſecundum longitudinem & latitudinem a parte oppoſita. IAC. Tentatiua vnde? MAR. Secundum virtutis exigentiam. IACOB. Quid eſt euacuatio? MARIAN. Euacuatio eſt *materiæ peccantis per medicinam eductio.* IACOBVS. Quotuplex eſt medicina eductiua. MARIAN. Triplex, ſcilicet catharticum, pharmacum & medicina. IACOB. Quid eſt catharticum? MARIAN. Catharticum eſt, *quod virtutem habet ventrem ſoluere, & vlcera purgare,* ſicut dicimus, ſcammonea m ventrem ſoluere, & vlcera pedum cholerica purgare, quæ habet iſtam proprietatem à virtute cœleſti & ſpecifica. IAC. Quid eſt pharmacum? MAR. Pharmacum eſt, *quod immutat:* quapropter medicina quælibet multum immutans, quocunque modo immutationis, pharmacum dicta eſt. IAC. Quid medicina? MAR. Medicina in iſto loco eſt *adiectio & ablatio*: adiectio quidem eorum, quæ deficiunt, ablatio vero eorum, quæ ſuperabundant, vt placuit Galeno *in vndecimo de ingenio ſanitatis cap. 12.* IAC. Obſeruanturne conditiones in euacuando? MAR. Imo obſeruantur. IAC. Quot ſunt? MAR. Decem. IAC. Quæ? MAR. Repletio, virtus, complexio, accidentia, figura, ætas, tempus, diſpoſitio aeris, & diſpoſitio regionis. IAC. Quid eſt putrefactio? MAR. Putrefactio eſt *membri vel eius particulæ corruptio à putreſcente proueniens.* IAC. Quid eſt putreſcens? MAR. Putreſcens eſt, *quod corrumpit vel impedit, aut prohibet ſpiritum in membro exiſtentem, complexionem quæ dirigat.* quo quidem corrupto aut prohibito, humiditas illius particulæ minime regulatur, quare putreſcit. IAC. Habetne cauſas? MAR. Habet. IAC. Quæ ſunt? MAR. Vna eſt, quæ corrumpit vitalem ſpiritum, debitam ipſius euentationem ... alia, quæ impedit, ſicut humores craſſi, viſcoſi, frigidi, qui ſua viſcoſitate & multitudine ſpiritus meatus impediunt: alia, quæ prohibet, ſicut cauſæ primitiuæ, vt contuſio, percuſſio, & nimia ligaturæ conſtrictio. IAC. Quot modis conſideratur putreſcens? MAR. Duobus. IAC. Quibus? MAR. Primo modo, vt diſponit ad putrefactionem: alio quidem modo, vt iam putredo inducta eſt. IAC. Putreſcens vt diſponit, quomodo appellatur? MAR. Aſſachilos [Sphacelos] & gangrena. IAC. Putrefactio vt inducta eſt, quomodo appellatur? MAR. Eſthiomenus. IAC. Quid eſt complexio? MAR. Complexio eſt *qualitas, quæ fit ex actione ad inuicem, & paſſione contrariarum qualitatum in elementis inuentarum,* quorum partes ad tantam paruitatem redactæ ſunt, vt cuiuſque earum plurimum contingat, plurimum alterius prouenit. IAC. Quid eſt febris? MAR. Febris eſt *calor extraneus accenſus in corde, & procedens ab eo, mediantibus ſpiritu & ſanguine per arterias & venas in totum corpus, & inflammatur in eo inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus,* non ſicut iræ caliditas & laboris, cum non vltimatur, & impedit operationem, ita vt retineatur. Vel dicas, quod febris ſit *calor ſpiritualis, qui continue a corde manat, alteratus aut a corruptis humorum qualitatibus, aut ipſorum venenoſitate aut eorundem putrefactione,* & etiam ab illo, quod poterit ipſum alterare, eatenus perdurans alteratus, quatenus humoroſitate illa naturalis calor ... tur ſicuti flamma ignis non extinguitur, quandiu habet illud humoroſum ex lignis quo epuletur. IAC. Quid eſt dolor? MAR. Dolor eſt *rei contrariæ ſenſibilitas, aut contrariæ qualitatis ... in membro.* Vel dicas, quod dolor ſit *quoddam adueniens ex ſenſibilitate, & re contraria ſolutionem, aut alterationem faciente, ſeu particularem vel communem afferens.* IAC. Quæ ſunt cauſæ doloris? MAR. Cauſa doloris aut eſt ſolutio continui, aut *ſubita* alteratio. IAC. Quid eſt ſpaſmus? MAR. Spaſmus eſt *ægritudo neruoſa, qua mouentur lacerti ad principia ſua & inobedientes ſunt in dilatatione.* IAC. Quæ eſt cauſa ſpaſmi? MAR. Eſt repletio & inanitio. IAC. Eſtne alia cauſa? MAR. Non: nam Galenus *in octauo Miamir cap.* ... dixit. *Ego autem in ſpaſmo quidem tertiam cauſam præter repletionem & euacuationem nullam vidi.* IAC. Quot ſunt ſpecies ſpaſmi? MAR. Duæ. IAC. Quæ? MAR. Vna, quæ dicitur proportionatus ad materiam, altera, quæ dicitur non proportionatus ad materiam. IAC. Quotuplex eſt proportionatus ad materiam? MAR. Duplex. IACO. Qui? MAR. De inanitione & repletione. IAC. Quæ materia ſpaſmi de repletione. MAR. Materia quidem ſpaſmi ſecundum plurimum eſt phlegma, & quandoque melancholia, & aliquando ſanguinea materia. IAC. Quæ eſt materia de inanitione? MAR. Materia ſiue cauſa ſpaſmi de inanitione eſt caliditas & ſiccitas. IAC. Quid eſt ſpaſmus non proportionatus ad materiam? MAR. Eſt *ægritudo eueniens a cauſa rei impedientis, a qua nerui fugiunt, & congregantur ad expellendum ipſam.* IAC. Quæ eſt cauſa illius? MAR. Aut eſt dolor ex cauſa dolorem faciente, aut ex humore calido mordicatiuo, aut a qualitate venenoſa proueniente ad cerebrum, & ad neruos, ſicut accidit ei, quem pupugit ſcorpius ſuper neruos, aut propter qualitatem non venenoſam ſicut cum ſpaſmus accidit ab infrigidatione vehementi congregante neruum & lacertum & inſpiſſante ipſum, & contrahitur ad caput ſuum. IAC. Eſtne periculoſus ſpaſmus

Quotuplex ſit phlebotomia.
Vnde fiat vacuatiua?
Vnde diuerſiua?
Retentiua vnde?
Attractiua vnde.
Tentatiua vnde.
Euacuatio quid?
Medicina eductiua quotuplex?
Catharticū quid?
Pharmacū quid.
Medicina quid.
In euacuando quot conditiones obſeruandæ.
Putrefactio quid?
Putreſcens quid?
Quæ ſint cauſæ putrefactionis.
Quot modis conſideratur putreſcens.
Aſſachylos.
Gangræna.
Eſthiomenus
Complexio quid?
Febris quid?
Febris quid alio modo?
Dolor quid?
Dolor aliter
Quæ cauſæ doloris.
Spaſmus quid?
Quæ cauſa ſpaſmi
Species ſpaſmi quot?
Quotuplex proportionatus ad materiam
Quæ ſit materia ſpaſmi de repletione
Quæ materia de inanitione
Quid ſpaſmus non propor. ad materiam.

A in vulneribus? MAR. *Conuulſio, ſpaſmus ſequens vulnus ſecundum Auicennam eſt mortalis.* IAC. Quid eſt paralyſis? MAR. Paralyſis eſt *molliſicatio, ſeu relaxatio membrorum cauſata propter neruorum oppilationem, vel relaxantem, in qua ſenſu & motu membra omnino illa priuantur.* IAC. Quotuplex eſt paralyſis? MAR. Duplex. IACOBVS. Quæ? MARIANVS. Vniuerſalis & particularis. IACOBVS. Quæ eſt vniuerſalis? MARIAN. Vniuerſalis eſt illa, *quæ totius corporis medietatem, vel totum corpus, excepto capite, comprehendit: nam ſi caput etiam comprehenderet, apoplexia & non paralyſis diceretur.* IAC. Quæ eſt particularis? MARIANVS. Particularis eſt, *quæ vnum particulare membrum comprehendit*, ſicut eſt manus, brachii, pedis, linguæ, & cruris, &c. IACOBVS. Quot ſunt cauſæ paralyſis? MARIAN. Duæ. IACOBVS. Quæ? MAR. Vna intrinſeca, & altera extrinſeca. IAC. Intrinſeca quæ? MAR. Humores quilibet eſſe poſſunt. IAC. Extrinſeca quæ? MAR. Res quælibet non naturalis oppilationem neruorum inducere potens, vt ſenſu & motu membra priuentur, quamuis etiam ſecundum Auic. mala complexio ſine materia paralyſim aliquando inducat, membrum taliter diſponendo, vt nequaquam valeat impreſſionem ſpirituum admittere. IACOB. Quid eſt ſyncope? MAR. Syncope eſt *acuta, ſcilicet momentanea virtutis concuſſio.* IACOB. Quæ eſt cauſa? MAR. Cauſa eſt quicquid ſpiritum vitalem inficere, aut corrumpere, ſeu intercipere poterit. Sed ſi hæc exquiſite ſcire volueritis, legite Galenum *in duodecimo de ingenio ſanitatis capite quinto*, vbi ſin-

B gulas cauſas ſyncopes colligetis. IACOB. Quid eſt alienatio? MARIANVS. Eſt *inordinata motus, verborum & ſermonis prolatio.* IACOB. Quotuplex eſt alienatio? MARIAN. Duplex: propria & accidentalis. IACOB. Quæ eſt propria? MARIAN. Eſt illa, quæ inſania dicitur. IAC. Quæ eſt accidentalis? MARIAN. Eſt illa quæ dicitur accidens alicuius acutiſſimæ febris. IAC. Quando fit? MAR. Quando calidi fumi caput aſcendunt. IACOB. Qui ſunt iſti calidi fumi? MAR. Sunt illi, qui exhalant per neruos ad cerebrum ex humoribus calidis, aut ex cibo & potu alteratis, aut ex aliqua putrefactione corruptis, aut aliqua venenoſitate infectis, aut ab aerea caliditate ebullientibus. IACOB. Quid eſt vulnus conſolidare? MARIANVS. Eſt *partes vulneris ſeparatas aliquo medicamine conglutinatiuo coniunctas ſimul firmare.* IACOB. Quæ eſt medicina conſolidatiua? MARIAN. Eſt illa, *quæ ſua virtute aggregat carnem, & reſtringit, & auget & ſiccat in vlceribus*, quæ ſunt in corporibus, quouſque facit eam mutari in cutim. IAC. Quid eſt cutis? MAR. Eſt *caro indurata atque exſiccata, opera naturæ & medicaminum virtute.* IACOB. Quare? MAR. Quia in re medica duo ſunt agentia. IACOB. Quæ? MARIAN. Principale, & inſtrumentale. IAC. Quid eſt agens principale? MAR. Eſt ipſa natura, quæ principaliter ad aliquid opus faciundum intendit abſolute, vel aliquo mediante. IACOBVS. Quid eſt agens inſtrumentale? MARIAN.

C Agens inſtrumentale eſt illud, per quod habet Natura inducere talem effectum, qui per aliud à Natura non poſſet induci, quod proprie eſt à forma ſpecifica, vel quia tale. IACOB. Ergo non eſt opera Medici ſanare? MAR. Non. IACOB. Quare? MARIAN. Quia natura eſt operatrix, Medicus vero eius miniſter. IACOBVS. Quæ ergo eſt operatio Medici? MARIANVS. Operatio Medici eſt idonea inſtrumenta Naturæ operanti, vel operaturæ, apte & opportune exhibere. IACO. Quid igitur eſt proprie Medici? MAR. Proprie Medici eſt Naturam admonere (vt pulchram, & non fœdam cicatricem tam in vulneribus, quam in vlceribus inducat) diligentia ſua quotidie non deſiſtere, & membra diſlocata proprie pyxidi & articulo componere.

Sitne per conuulſionem in vulneribus ſpaſmus. Paralyſis quid. Paralyſis quotuplex. Paralyſis vniuerſalis. Paralyſis particularis. Cauſæ paralyſis. Syncope quid. Quæ cauſa ſyncopes. Alienatio quid. Quotuplex alienatio. Propria quæ. Accidentalis quæ. Quando fiat. Quid ſit vulnus conſolidare. Medicina conſolidatiua quæ. Cutis quid. Quot ſint agentia. Agens principale quid. Sitne opera Medici ſanare. Quæ ſit operatio Medici. Quid proprium Medici Chirurgici.

Quæſtiones de vlceribus.

IACOBVS.

POſtquam de vlceribus mentionem feciſti, non eſt conueniens, mi amantiſſime Mariane, vt ea ſilentio pertranſeamus, quamuis aduc ſperaret. Nam & nos ſcimus, quam perfacile ſit tibi non tantum ratiocinari, ſed etiam, ſi velles, librum componere, & propterea id dici, quod modo ſupereſt, pluſquam quod neceſſe ſit, ſuſtinere nobis ſatis compertum habemus ad ratiocinandum. id autem dici-

D mus, ne temporis intercapedine audeas inficias ire, cum non ſemel, nobis intellexerimus, abs te dictum eſſe, vno die, ſi velles, componendo atque ſcribendo librum vnum te poſſe complicare, præſertim ſi maleuolorum ſtimulo exciteris. Quanto ergo id facilius modo expedies conſuetudine amicorum, quos oculis chariores non amicabili modo vinculo, ſed quaſi conſanguinitate quadam alligatos animo & toto corde complecteris? MARIANVS. Proſequamur ergo, quando me vinculo amicitiæ circumſeptum, atque dulcedine veſtra irretitum poſſidetis. verum ſi nox eſſet, antequam ab huiuſmodi rei negotio abſolueremur, non mihi, ſed vobis importunitas iſta temporalis aſcribatur. IAC. Aſcribatur, & ſi licet etiam nos importunos dici, dicamur, dum potiamur modo eo, quod tantopere efflictim abs te expectabamus. MAR. Ordimini ergo, vt ſæpe facitis, à definitione, ne id temporis, quod modo tacito labitur curſu, veſtros animos inexpletos relinquat. IAC. Periocunde admones. Dic ergo quid eſt vlcus? MAR. Vlcus eſt *continui ſolutio cum putrefactione in tempore facta.* IAC. Vnde generantur vlcera? MAR. Generantur ab exituris exulceratis, & puſtulis agitatis, & vulneribus male tractatis. IAC. Ergo à vulneribus fiunt vlcera? MAR. Fiunt: nam vulnera cum ſaniem faciunt, vlcera dicuntur. IAC. Quare? MAR. Quia cum debitum digeſtionis abſterſioniſque tempus tranſierint, & adhuc ſanioſa,

E tabidaque extiterint, non vulnera, ſed vlcera erunt appellanda. vnde ſequitur, *vt omnis continuitatis ſolutio, quæ pus ſiue virulentiam, aut ſaniem expuet, vlcus nominetur.* IAC. Sunt ne facilis curationis? MAR. Aliqua ſunt facilis curationis, & aliqua difficilis curationis? IACOB. Quæ ſunt facilis curationis? MARIAN. Sunt illa, *quæ ingruunt in corpora bene complexionata, & bono ſanguine nutrita, cum pauca humorum ſuperfluitate.* Nam Auicenna refert; *Et corpora ſuſceptibiliora curationis vlcerum ſunt, quæ ſunt melioris complexionis, & paucioris humiditatis ſuperfluæ, cum inuentione ſanguinis boni in eis.* Illa vero, quæ ſunt multæ humiditatis, aut

Vlcus quid. Vnde generentur vlcera. Vulnera ſaniem facientia vlcera dici. Quæ ſint facilis curationis.

ſiccitatis,

Quæ diffic.[illegible] ſiccitatis, ſunt tarde ſuſcipientia rectificationem vlcerum; quamuis humida, ſicut infantium, ſint ſuſceptibiliora, quam ſicca. IACO. Quæ ſunt difficilis curationis? MAR. Sunt illa omnia, *quæ [illegible] dunt alicui ægritudini [illegible] terminationis.* IAC. Quare? MAR. Quia inde natura exonerat [illegible] tatum malorum humorum reliquias. IAC. Suntne alia? MAR. Sunt etiam illa, quæ corpori [illegible] taliter humida vel ſicca [illegible]. IAC. Quæ ſunt illa? MAR. Sunt ea, quæ accidunt grauidis mulieribus & hydropicis [illegible]. IAC. Propter quid? MAR. Propter humiditatem [illegible] in mulieribus [illegible] hydropicis hominibus propter ſuperfluitatum putridarum retentionem, ac etiam quando [illegible] color corporis malus, ſicut albus, plumbeus, & citrinus, tunc illud eſt ſignificatiuum propter corruptionem complexionis hepatis, & corruptionem ſanguinis [illegible] cas quare ſit difficilis eius conſolidatio. IAC. Quæ ſunt corpora ſicca? MAR. Hectica & marantica. *Quæ ſint corpora ſicca* IAC. Propter quid in ſiccis corporibus tarde conſolidantur? MAR. Propter ſanguinis boni [illegible] tem [illegible] corpora tarde ſanantur, tum propter ciborum indigeſtionem, ac [illegible] indecoctionem, quoniam in illis calor naturalis extinguitur: tum propter boni ſanguinis paupertatem [illegible] & propterea quando complexio eſt radicalis ſicca priuata ſanguine bono [illegible]. IAC. Suntne alia? MAR. Sunt etiam illa, quæ obuiant ſuperfluitatibus corporis maligni, & inueniunt membra male complexionata. IAC. Quare? MAR. Quia membrum male complexionatum eſt cauſa, ne cito vlcus conſolidetur. Quare oportet non parum elaborare, vt illius complexio rectificetur. IAC. Quamobrem? MAR. Propterea quod nutrimentum, quod illuc repit, conuertitur in ſaniem, cum non reguletur à natura. IAC. Quid eſt ſanies? MAR. Sanies nil aliud eſt, quam *nutrimentum corruptum, quod natura non potuit digerere, nec in ſecundas humiditates conuertere.* IACOB. Cicatrizanturne illa? B

Quid ſit ſanies.

Cicatrizantur. IAC. Permanentne in cicatrizatione? MAR. Quædam ſunt, quæ permanent in cicatrizatione, & quædam, quæ non. IAC. Quæ ſunt, quæ non permanent? MAR. Sunt illa, in quibus caro eſt cito ante completam mundificationem. IAC. Quare? MAR. Quia [illegible] ſuperfluitas occultatur, aliturque vitium, viuitq. tegendo: quare oportet iterum corrumpatur [illegible] cis ſecando, & propterea fiſtulæ exiſtimantur. IAC. Quot ſunt ergo genera vlcerum capitalia? MAR. Sex. IAC. Quæ? MAR. Sanioſum, virulentum, ſordidum, cauernoſum, putridum & corroſiuum. IACOB. Sortiuntur ne alia nomina? MAR. Sortiuntur. IAC. Quot modis appellantur, ſibi nomina ſortiuntur? MAR. Quinque modis. IAC. Quibus? MAR. Primo ab humoribus, ſecundo à ſanie, tertio ab accidentibus, quarto a morbo, quinto a comparatiua animalium ſimilitudine. IAC. Quomodo ab humoribus? MAR. Hoc modo a phlegmate dicuntur phlegmatica, a ſanguine ſanguinea, a cholera cholerica, a melancholia melancholica. IAC. Quomodo a ſanie nominantur? MAR. A ſanie nominantur quadrupliciter. IAC. Quare? MAR. Quia quadrupliciter non me vetat nominanda ſanies. IACOB. Quonam pacto? MAR. Dicitur enim ſanies, pus, virulentia, & ſordities: a ſanie appellatur vlcus ſanioſum, a pure purulentum, a ſorditie ſordidum, a virulentia virulentum. IAC. Quomodo ab accidentibus? MAR. Appellantur primo a duritie dura, a cauerna cauernoſa, a fiſtula fiſtuloſa, a putrefactione putrida, a corroſione corroſiua, a cancro cancroſa, a formica formicoſa, a dolore doloroſa, ab apoſtemate apoſtemoſa, ab oſtracis oſtracoſa & cætera id genus, ſecundum quod illorum aliquod vlceri æruminoſe imminebat: quando illa ſunt, quæ conſolidationem impediant, & nunquam ſanarentur, niſi illa prius emendarentur. IAC. Quid eſt phlegma? MAR. Phlegma eſt *humor frigidus & humidus, ex ſubſtantia chymorum & chylorum primo ex caliditate remiſſa productus aptus ad nutriendum ſi ab æquali caliditate vlterius decoqueretur frigiditatis qualitatem remittens formam ſanguinis [illegible].* IAC. Quid eſt ſanguis? MAR. Sanguis eſt *humor calidus & humidus, ex decoctione temperata phlegmatis ad nutriendum productus,* de cuius proprietate eſt, vt fiat pars ſubſtantiæ nutriti, & aſſimiletur ei: ſolus enim exiſtit materia reſtaurationis eius, quod ex ea diſſoluitur. IAC. Quare eſt calidus & humidus? MAR. Placuit enim Deo, vt calido vita vegetabilis ſeruaretur, & humido nutritio augeretur, quando a philoſophis omnibus concluſum ſit *calido viuere & humido nutriri animantes.* IAC. Quid eſt cholera? MAR. Cholera eſt *humor calidus & ſiccus, in decoctione ſanguinis ſuperflua tanquam eiuſdem ſanguinis purgamentum genitus, ad [illegible] ineptus.* IAC. Quomodo ineptus ad nutriendum? MAR. Quia nutritio ſolum a calido & humido [illegible], & cum cholera ſit calida & ſicca patet, ſua ſiccitate ineptam eſſe ad nutriendum. IAC. Quid eſt melancholia? MAR. Melancholia eſt *humor frigidus & ſiccus, ex multum ſuperflua ſanguinis decoctione productus.* Nam ſicut ex ſuperflua ſanguinis decoctione producitur cholera rubea, ſic ex *multum* ſuperflua decoctione generatur melancholia, quæ eſt dicta cholera nigra, purgamentum ex *multum* ſuperflua [illegible] ſanguinis decoctione. IAC. Quid eſt ſanies? MAR. Sanies eſt *nutrimentum corruptum, quod natura non potuit digerere, nec in ſecundas humiditates conuertere, vt [illegible] ſanitas fieret nutriti,* vt dictum eſt. IAC. Quotuplex eſt ſanies? MAR. Duplex. IACO. Quæ? MAR. Bona & mala: ſiue dicas, laudabilis & illaudabilis. IAC. Quæ eſt bona ſiue laudabilis? MAR. Eſt [illegible] *alba lenis & æqualis, cui non eſt odor horribilis, in qua non operata eſt niſi caliditas innata,* licet non ſit excuſata a communitate extraneæ. IAC. Quare a communitate extraneæ? MAR. Quia ſi calor naturalis ageret in humidum digerendum, & complexio membri a ſua temperatura non diſproportionaretur aliquo modo, conuerteret totum illud in ſubſtantiam aliti: ſed ſi complexio membri a ſua temperatura aliquantulum decideret per caliditatem, calor naturalis a caliditate illa extranea alteratus digeret illud in ſaniem bonam, cum ſanies bona ſit nutrimentum corruptum, parum diſtans ab eo, quod fiat ſubſtantia nutriti a caliditate naturali parum alterata in ſua naturalitate. IACO. Quid eſt digeſtio? MAR. Digeſtio primo modo conſiderata nihil aliud eſt, quam *ordinata diſpoſitio, atque diſtributio operationis caloris naturalis, vel innati in humidum decoquendum ad augmentationem & partium nutritionem faciendam:* ſecundo vero modo conſiderata digeſtio eſt, *ordinata quadam diſpoſitio caloris naturalis, vel innati ab intelligentia non er-*

rante

Margin notes (in printed order): *Quæ ſint quæ non permanent in cicatrizatione.* — *Quot ſint genera vlcerum capitalia.* — *Quot modis ſortiuntur nomina.* — *Quomodo ab humoribus.* — *Quomodo à ſanie nominentur.* — *Quadrupliciter ſaniem nominari.* — *Ab accidentibus quomodo.* — *Phlegma quid.* — *Sanguis quid.* — *Quare calidus & humidus ſanguis.* — *Cholera quid.* — *Quare ad nutriendum ſit inepta.* — *Melancholia quid.* — *Sanies quid.* — *Sanies quotuplex.* — *Quæ ſanies bona & laudabilis.* — *Digeſtio quid.*

C, D, E (section letters in right margin)

A *naturae existentis, ad humorum expellendorum praeparationem, vel ingroſſando, vel eoſdem ſubtiliando, à virtute* [illegible] *ſecundum exigentiam accommodata.* IAC. Quando fit illa digeſtio? MAR. Quando humiditates ſuſcipiunt praeparationem caloris innati, vel naturalis, ordinati ad eundem affectum, ad quem talis operatio dirigitur. IACO. Quid eſt fames mala vel illaudabilis? MAR. Eſt *nutrimentum corruptum multum deficiens ab eo, quod fiat ſubſtantia ab illo calore naturali, multum alterato a caliditate extranea, & ſecundum* [illegible] *ſpeciem mala fames producit.* IAC. Quot ſunt ſpecies malae famis? MAR. Tot ſunt, quot ſunt alterationes impedientes proprietatem caloris naturalis factae à diſproportionata membri complexione in ſuſtinendo, vel decreſcendo. Nam ſi calor naturalis a frigida complexione membri in decoquendo alteretur, pus generabit: ſi vero idem calor naturalis diſtenderetur, totus ab alterata in calidum complexione membri, generabit virus, vel ſordities ex nutrimento, quod ad membrum illud repetit. IAC. Quid eſt pus? MAR. Eſt *humor mala factus ex nutrimento, & ſuperfluitatibus membrorum vicinantium ad corruptionem vergentium ob debilitatem membri, & calorem naturalem alteratum.* Quae ſi corrumperentur ob corruptioné ſubtilem, generabitur pus ſubtile, quod nominatur virus: Si vero ad corruptionem groſſam, generabitur pus groſſum, quod nominatur ſordities. IAC. Quid eſt virus? MAR. Eſt *pus* [illegible] *genitum ex* [illegible] *& caliditate humorum* [illegible]*, quos calor naturalis decoquere non potest ob ſuperabundantem* [illegible]. IAC. Quid eſt

B ſordities? MAR. Eſt *pus groſſum genitum ex groſſitie humorum*, quae tripliciter eſſe poteſt, ſecundum quod tripliciter calor naturalis alteratus agere valuerit. Nam ſi calor naturalis parum alteratus poteſt eos decoquere illos, generabitur res ſpiſſa coagulata alba, ſed ſi calor naturalis magis alteratus in illos ſe mouerit decoquendo graſſaretur, ſicut ignis in viridibus lignis, generabitur ad nigredinem declinans. Si vero idé calor nimium alteratus eoſdem effrenatim decoquere aggrederetur, ex actione illa & groſſitie humorum generabitur res ſicut fex. IAC. Quid eſt durities? MAR. Durities eſt *quoddam ſolidum ac firmum tenacitate ſua corruptionem non facile non admittens.* IAC. Vnde cauſatur durities? MAR. A triplici quidé cauſa durities fieri poteſt. IAC. Quomodo? MAR. Aut enim prouenit a nimia ſiccitate, aut a congelatione, aut a repletione. IAC. Quid eſt cauerna? MAR. Cauerna eſt *concauitas quaedam terrae vacua atque* [illegible] *ad ſimilitudinem cuius vlcera plures in ſe vacuitates habentia cauernoſa dicuntur.* IAC. Quid fiſtula? MAR. Fiſtula eſt *vlcus profundum habens orificium anguſtum, & viam callosam pus frequenter effundens, denominationes plures a membris, tā ſimplicibus quam compoſitis, ſecundum quod illorum aliquod tetigerit, ſortiens.* Nam ſi carnoſam partem fiſtula tetigerit, fiſtula carnoſa nominabitur, a venis venoſa, ab arteriis arterioſa, a neruis neruoſa; a cartilagine cartilaginoſa, a muſculis muſculoſa, ab oſſe oſſuoſa, a lachrymis lachrymalis, ab ano fiſtula ani, ſicque

C frequenter appellationem ſibi vendicat. IAC. Quid eſt putrefactio? MAR. Putrefactio ſecundum Ariſtotelem *in 4. Metcor. eſt corruptio quaedam in vnoquoque humido proprie, & ſecundum naturam caliditatis ab aliena caliditate, quae eſt ipſius continentis.* IAC. Quare dixit *corruptio quaedam*? MAR. Vt partem principalem & initiatiuam corruptionis oſtenderet, ſine qua corruptio eſſe non poteſt, cum *nulla ſit corruptio ſine putrefactione, neque putrefactio ſine aliqua corruptionis parte.* IAC. Quare dixit in vnoquoque humido proprie? MAR. Vt partem compoſiti primam corruptionis ſuſceptiuam tanquam ſubiectum notificaret. Nam humidū proprie eſt corruptionis fomentum, ex ſibi innato principio caliditatem extraneam ſuſcepturo, ab aeris qualitate expergiſcendam, excitandam propter quam habet ſymbolleitatem. IAC. Quare dixit *in vnoquoque* humido? MAR. Vt omnia humidorum genera ſignificaret eſſe putrefactionis ſuſceptiua, qualia ſunt humidum radicale, & ſubſtantificum, & humidum nutrimentale, & cibale, & humidum humorale, quae omnia corruptionis fomenta ſunt, cum nutrire amplius nō valeat. IAC. Quę eſt cauſa, ne nutrire amplius valeant? MAR. Triplex eſt cauſa, quarū vna corrumpit vitalé ſpiritalem debitam ipſius euentationem detinendo, veluti ſunt narcotica ſtupefactiua, vt opium, & repercuſſiua nimium frigida & ſimilia. Altera vero, quae impedit, ſunt humores craſſi, viſcoſi, frigidi, qui ſua viſcoſitate & multitudine ſpiritui meatus impediunt. Alia vero cauſa eſt illa, quae prohibet, ſicut ſunt cauſae primitiuae, vt plurimū

D veluti contuſio percuſſio, & nimia ligaturae conſtrictio, quae membrorum mortificat, tranſitum ſpiritui prohibendo. IAC. Secundum vero Medicos Chirurgos, quid eſt putrefactio ſiue putredo? MAR. Putredo eſt *tranſmutatio totius ſubſtantiae corporis, vel partium a putreſcentia ab alieno, vel exteriori calore, & non a proprio excitata.* IAC. Quare? MAR. Quia quod corrumpitur, a cōtrario corrumpitur, a proprio autem conſeruatur. IAC. Quotuplex eſt putredo? MAR. Vna eſt putredo. IAC. Quare? MAR. Quia vnum aliquid idemque in omnibus ſpeciebus putredinum ineſt, cuius gratia omnes aliae eandem appellationem ſortiuntur. IAC. Propter quid accidit corruptio & putrefactio corporis, vel particulae? MAR. Accidit propter cauſam corrumpentem complexionem eius, & ſpiritum animalé, qui eſt in ipſo aut propter aliud prohibens eum peruenire ad ipſum, aut propter aliquid congregans vtraſque intentiones, ſicut venena calida & frigida, & ea, quae cum ſua ſubſtantia ſunt contraria ſpiritui animali, & ſicut apoſtema, & puſtulae, & vlcera mala ambulatiua, venenoſae ſubſtantiae. & ea, in quibus erratur, ſicut erratur effundendo oleū in vlcerib. profundis, quare putreſcit caro, & cum infrigidatione vehementi ſuper apoſtemata calida, quare corrumpitur, q̄ cōplexio eſt in ipſo. IAC. Quid eſt prohibens ſpiritū prouenire ad ipſum, vel ipſum, aut aggregans vtramque intentionem? MAR. Eſt oppilatio. IAC. Quotuplex eſt iſta oppilatio? MAR. Duplex. IAC. Quae? MAR. Antecedens & primitiua. IAC. Quae eſt antecedēs? MAR. Antecedés

E ſunt humores, qui faciunt oppilationem corporalem, ſicut apoſtema calidum, malum, fixum, magnū, groſſae materiae oppilans meatus, & introitum anhelitus, quo indiget & ſpiritus animalis, & hoc cum hoc, quod retinetur, etiam corrumpit complexionem. IAC. Quę eſt primitiua? MAR. Primitiua eſt ſicut conſtrictio quorundam membrorum in radice ſua fortis. nam quando perſeuerat, corrumpit membrum propter retentionem ſpiritus animalis ab eo, aut retentionem virtutis ſparſae ſuper ſpiritum animalem, qui eſt in ipſo, qui expēditur ex corde & anima: quare corrumpitur complexio eius, & moritur.

Virus.

Quid durities.

Cauerna quid.

Putrefactio quid.

Putrefactio ſecundum Medicos Chirurgos quid.

Propter quid accidat corruptio.

Cauſa antecedens.

Cauſa primitiua.

Quot ſint ſpecies putredinis?

IAC. Quot ſunt ſpecies putredinis. MARIA. Tres. IAC. Quæ. MAR. Gangræna, aſcachilos, & eſthiomenus. IACOB. Quid eſt gangræna? MAR. Gangræna eſt *corruptionis vel putrefactionis principium, ſenſum adhuc particula vel membro putrefacto ſeruante.* nam quod de hoc eſt in principio, & non corrumpitur cum eo ſenſus eius, cui eſt ſenſus, nominatur gangræna, & propter quod eſt phlegmonodes in principio, & quandoque gangrænæ fiunt aſcachilos, ſcilicet hæc omnia ſunt via ad ipſam. IAC. Quid eſt aſcachilos? MAR. Aſcachilos eſt *partis membri, vel membri putrefactio ſenſum amittens, carnem & oſſa corrumpens, & quod ita conſummatum eſt, vt deſtruatur ſenſus eius, cui eſt ... vt deſtruatur caro, & quod ipſam ſequitur, & vſq; ad os ſeu ſit incipiens aut ſuccedens apoſtemati nominatur aſcachilos, & totum hoc accidit in carne, & accidit in oſſe.* IACOB. Quid eſt eſthiomenus? MARIAN. Eſthiomenus eſt *membri completa corruptio, perambulans, membrum quaſi totum manducans.* nam cum eius corruptio incipit perambulare in membro, & apoſtematur, quod eſt in circuitu corruptis, & totum illud peruenit ad corruptionem completam, tunc dicitur totum accidens eſthiomenus, & diceretur de porro membro, quod iam putrefacta eſt, & niſi eſſet propter groſſitiem materiæ ſeq non adhæreret, ſed expelleretur. IAC. Quid eſt corroſio? MAR. Corroſio eſt *carnis acuitate humorum facta conſumptio, & quod in ſubſtantiam nutritis conuertitur, reſoluens, conſumens, & deſiccans, quo reſoluto ſubſtantia carnis minuitur & vlceratur.* IACOB. Quæ ſunt cauſæ corroſionis? MARIAN. Duæ. IACOB. Quæ? MARIAN. Propria, & dependens. IACOBVS. Quæ eſt propria? MARIANVS. Propria eſt carnis malignitas, quam Medici proprietatem occultam ruſticorum nominauere, complexionem membrorum ſedantem. IAC. Quæ eſt cauſa dependens? MAR. Sunt humores cholerici falſo phlegmati admixti, qui cum ad coniunctam defluxerint, corroſionem faciunt. IAC. Quid eſt cancer? MAR. Cancer eſt *morbus ex materia frigida & fuſca per putrefactionem calefacta productus, duritiem faciens ſecundum putrefactionis gradum, dolorem excitans, colore cancrorum elixatorum ſimilis coloratus,* ad cuius ſimilitudinem morbus iſte cancer dictus eſt, & propterea vlcus cancroſum dicitur, *quod labia dura, & ſubrubea habens, pus fuſcum & ſubnigrum continuo exprimit.* IAC. Quid eſt formica? MAR. Formica eſt *puſtula, vel puſula ambulatiua, à calido humore puro, vel phlegmati admixto genita, latitudinem non habentes, morſionem ad ſimilitudinem formicarum excitantes, & rubedine quadam colorata ad ſimilitudinem milij vel lupini vagantur,* quæ ſi in circuitu vlceris apparuerint, & cum mordicatiuo pruritu extiterint, dicetur vlcus formicoſum. IAC. Quid eſt dolor? MAR. Dolor eſt *quoddam aduentiens ex ſenſibilitate, & ex contraria ſolutionem, aut alterationem faciente, ſen in vnam particularem vel communem affligens,* vel eſt *res contraria ſenſibilitati.* IACOB. Quæ eſt cauſa doloris? MARIAN. Aut eſt ſolutio continui, aut *mixta* alteratio. IAC. Quot modis ſoluitur continuitas? MARIAN. Aut ſoluitur incisione, aut corroſione, aut tumefactione, aut fractione. IACOBVS. Quot modis fit alteratio? MAR. Fit aut à caliditate, aut frigiditate, aut ſiccitate, aut humiditate, vel horum mixtionibus. Et propterea cũ videris vlcus doloroſum, dicas vna, vel pluribus iſtis enarratis alteratũ vel affectum. De apoſtemate autẽ ſatis dictum eſt quid ſit, a quo vlcera etiam apoſtemoſa dicuntur, cũ eorum labia vel circũferentia tali fuerint morbo affecta. IAC. Quid eſt oſtreum? MARIAN. Oſtreum eſt *quoddam genus concharum, ex vno tantum latere teſtam habens, ex altero vero latere ſcopulis aut lapidibus infixum fortiter agglutinatur callo ſum quid, rotundum albicans intus habens, quod ſit maximum irritamentum gulæ,* quod vulgari ſermone dicitur patella, a quo dicitur *vlcus oſtreatum quando labia eius ſunt callo ſa alba aſpera atq; ſcabra.* Habent etiam nonnullas alias appellationes vlcera, ſed quia ad iſta omnia ſupradicta rediguntur, nullam faciam de illis mentionem. IACOBVS. Quotuplex eſt vlcus? MARIAN. Duplex, ſcilicet ſimplex & compoſitum, quandoquidem vulnera duplicia ſunt, ex quibus vlcera fiunt. IAC. Quomodo ſimplex? MAR. Nota, quod non dico ſimplicitate abſoluta, ſed ſimplicitate *quadam.* Conſtant enim ex mala complexione, & continui ſolutione, & aliquando compoſitione, ad quæ concurrũt malæ qualitates, ſed dico vlcus ſimplex in quantum opponitur vlceribus cum accidentibus veram conſolidationem impedientibus repertis, quæ compoſita eſſe dicuntur. Et ideo cũm dico *vlcus ſanioſum* ex noſtra ſuppoſitione *ſimplex* intelligatis, quod erit ab illis accidentibus remotum, a ſimplici vulnere factũm, atq; deductum, verum cum quadã alteratione inuolutum, quam ex habita definitione cognoſcetis. IAC. Quid eſt vlcus cõpoſitũ? MAR. Vlcus compoſitum eſt illud, *quod fuerit cum aliquibus, vel pluribus accidentibus enarratis inuolutum,* quæ te faciunt a cura vlceris ſanioſi deuiare. Nam ſicut cura vulneris compoſiti a ſimplici curatione, ita compoſiti vlceris gubernatio a ſanioſi vlceris tractatione variat. IAC. Quæ eſt cura vlceris ſanioſi? MAR. Cura vlceris ſanioſi, in quantum vlcus, eſt exiccatio. nam *omnia vlcera ſanioſa, in quantum vlcera exiccatione temperata indigent.* IAC. Ergo vna eſt cura vlceris ſanioſi? MAR. Vna. IAC. Quotuplex eſt cura vlceris compoſiti? MAR. Triplex eſt. Nam aliquando ſe tenet ex parte humorum, qui materia vlcerum dicuntur, aliquando a ſuis ſpeciebus, & aliquando ab accidentibus. IAC. Quomodo ergo ſuſcipiemus curam ab iſtis omnibus, vt recte ea regere & curare valeamus? MAR. Quomodo a definitionibus, quæ circa medicinam verſantur, ſemper ſient tibi notæ cauſæ materiales, efficientes, & qualitates propriæ & accidẽtales, ad quarum notitiam ſequitur ita curatio, quãdoquidem omnis curatio, aut ſe tenet ex parte materiæ, aut ex parte efficientis, aut ex parte qualitatum, quas modo accidentia vocamus. IAC. Declara hoc nobis. MAR. Non indiget declaratione, hoc omnibus notum iam in prouerbium deductum, atq; celebratum, *remota cauſa remouebitur effectus eius cauſa.* Nam ſi cauſa fuerit materialis, cura erit ipſius euacuatio, quandoquidem *omnis ægritudinis, quæ ex repletione fit, euacuatio eſt ſanatio.* Si vero cauſa fuerit efficiẽs, occupatione quadã illam intercipite, ſi vero qualitates, vel accidentia fuerint, ex illorum contrario emendationem retinebitis. Nam *omnis cura fit à contrario, præterquam in illis, in quibus fortificationem membri, vel caloris naturalis requirimus, quæ ſunt aliquando a ſimili.* quod tetigit Hippoc. *aphoriſ. 25 particula 4.* dicẽs: *Eſt autẽ vbi in tetano ſine vulnere, iuueni bene carnoſo, æſtate media, aqua frigida multa infuſa caloris reuocationem facit, calor vero hoc liberat.* IACOBVS. Sunt ne ſalubria vel mortalia vlcera? MAR. Quædam ſunt ſalubria, quædam mortalia, quædam ſpaſmoſa, & quædam mala. IACOBVS. Quomodo cognoſcuntur.

Gangræna quid? *Aſcachilos vel ſphacelos quid?* *Eſthiomenus quid.* *Corroſio quid.* *Quot ſint cauſæ corroſionis?* *Cancer quid?* *Vlcus cancroſum.* *Formica quid?* *Vlcus formicoſum.* *Dolor quid?* *Quæ doloris cauſæ?* *Quot modis ſoluatur continuitas?* *Quot modis fiat alteratio?* *Oſtreum quid?* *Vlcus oſtreatum.* *Quotuplex ſit vlcus?* *Vlcus ſimplex.* *Vlcus ſanioſum.* *Vlcus compoſitũ quid?* *Quæ ſit cura vlceris ſanioſi?* *Quotuplex ſit cura vlcerum compoſit.* *Hippocrat.*

A B C D E

A MAR. Suis proprijs ſignificationib. IAC. Quæ ſunt illæ ſignificationes? MAR. Sunt illæ, quas Auicenna [illegible] loquens dixit: *Et meliores ſignificationes ſignificantes ſalutem vlcerum, & vulnerum ſunt* [illegible] *ſanitatem.* Et alibi dixit. *Et meliores ſignificationes ſignificantes ſalutem vlcerum &* [illegible] *vulnerum, ſunt, cum in* [illegible] *eorum eſt ſanies, quæ eſt cum medicina faciente pus & ex operatione naturæ.* Illa enim operatio naturæ eſt ſecundum curſum naturalem, & non generatur ſanies niſi à digeſtione naturali. Mortalia ſunt illa, de quibus dicitur in ſignis mortis velocis; *cum ſunt homini apoſtemata & vlcera lenta, &* [illegible] *eius ratio, moritur.* IAC. Quænam ſunt ſpaſmoſa? MAR. Vlcera, *quæ accidere faciunt ſpaſmum* [illegible] *vlcera putreſcentia, ſcrophuloſa, & algeromatri & corroſiua, & cancroſa, & quæ eorum curſu* [illegible] *generatur ſanies* immo quando apparet in vlcere ſanies & apoſtema, eſt ſignum bonum, cum quo [illegible] timetur ſpaſmus, & permixtio rationis, & his ſimilia, quamuis ſint in loco, quod facit illud neceſſarium ſicut ſunt membra poſteriora, & anteriora, & niſi res pertranſierit terminum, quod ſi apoſtema occultatur ſubito, & redeat, non ſoluetur per pus, aut ei ſimilia. Amplius ſunt *rumantia membrum neruoſum*, ſicut vlcera dorſalia, quoniam ſunt in vicinitate dorſi, & nuchæ. & vlcera, *quæ cadunt in anteriorem partem coxæ, & genu*, quoniam ipſa iterum ſunt ſicut lacerti neruoſi, in quibus res conuertitur ad ſpaſmũ, & permixtionem rationis. Si autem euenit in membris neruoſis, plurimum quorum eſt in antecedente extremitatis
B corporis, timetur aut curſus ſanguinis, ſi ceciderit in medietatem inferiorem extremitatis, ſimiliter timetur, quod incidat [illegible], & [illegible] poſt ipſam, aut quod proueniat ſputum ſanguinis, ſi ceciderit in medietatem ſuperiorem eius. IAC. Quæ ſunt mala? MAR. Mala autem ſunt illa vlcera, *dura, incipientia* [illegible] *ſuam* [illegible] *& nigredinem*, ſunt mala. Illa quoq. vlcera *generata ſucceſſione ægritudinum* ſunt mala. Quoniam natura expellit ad ea reſiduum corruptionis ſuperfluitatum, & vlcera *deſinentia pilos*, ab eo, quod [illegible] ea, ſunt mala. IAC. Quæ ſunt cauſæ malignorum vlcerum? MAR. Cauſæ malignorũ quorum vlcerum ſunt quandoque vulnera obuiantia ſuperfluitatibus malignis corporis, aut regimini corrupto, & quandoque ſunt ſequentia puſtulas malas, quare fiunt ab eis teſtimantia ad vlcerationem poſt puſtulas, & ſignificat malignitatem vlceris eius putrefactio, & ipſius ambulatio, & corruptio eius, quod eſt in ipſius circuitu, & difficultas ſanationis in ſeipſo cum rectificatione curationis exhibitæ ei. IAC. Quomodo hæc omnia ſigillatim conſequemur? MAR. Si legeritis noſtrum compendium in medicina chirurgica, inuenietis ad plenum omnium curationem, vt facile ex illis, quæ hodie diximus, & [illegible] membris theoricus & practicus aliquis, Medicus euadet chirurgus, nam ibi pertractant ſe canones, curationes, emplaſtra, cataplaſmata, vnguenta, prohibentia, digerentia, mundificantia, conſolidantia, & cætera, quæ circa apoſtemata, vulnera, & vlcera curanda, & conſolidanda adminiſtrantur,
C ordine poſita reperietis, vt nemo in hiis errare poſſit. IAC. Reſtant etiam complura alia interroganda: ſed quia hora iam nos diſgregat ab iſto dulcidulo colloquio, hoc vnum à te, mi iucundiſſime Mariane, petimus, vt noſtræ petitiones, quas hodie te induſtria vt prius ambulatus es, facere propoſuimus, multiſque etiam profectas eſſe ducimus, eo, quod dicta ſunt, ordine [illegible]bantur, quamuis fortaſſe te labore iſto grauatum, ne veiis in hoc ipſo nos, qui veſtri & animo & fide ſumus, [illegible], ſed dignare amabo hæc ad noſtram & [illegible] commendare, vt præclarum compendium, quod tam ornate compilaſti, ad hoc vt ex noſtra idonea interrogatione, & tua doctiſſima reſponſione, extet modus quidditatiuus examinandi Medicos Chirurgos, qui non regulis, ſed errore reguntur. Satis enim habent garrulitatis empirici, ſi tanquam [illegible] ſe conferant ad curanda apoſtemata, vulnera, & vlcera, arrogantem potius, quam [illegible] entes. Nam que ſatis quidem ſe ſcire dicunt, dummodo ab illis qui ſapere atque [illegible] videntur, dicantur animoſe hanc operationem feciſſe, quam etiam carnifices [illegible] quo modo, [illegible] tindo, & qualiter, quod proprium eſt artificum, fieri debeat penitus ignorant. Quamuis ſcimus, multos fore nos de hac re inculſaturos mendaces, noſtraſque rationes & diligentiam [illegible]. MAR. Et propterea libenter [illegible] opus, itemque illud ordine & ſi[illegible] ad [illegible] aggredi [illegible] ordine, pro dicta ſunt, neque addens, neq; dimi-
D nuens. Non enim [illegible] animos mordaces, loquaces, ſuſurratores, inuidos, atque maledicos habeo, & [illegible] animo [illegible] atque conſtanti [illegible] commoueamini. Nam & ſi ipſi coram aſtantibus noſtra irridere, atque ſubſannare videantur, intrinſece tamen [illegible] quadam [illegible] quæ eſt vis quædam animæ, quæ vitiis contrariatur, cupiens ſemper ſe inſontem à peccatis, & à perpetrandis ſceleribus conſeruare dilacerantur atque cruciantur, quod proprium eſt inuidorum. [illegible] ergo [illegible], & illos parui faciet *eum ſeipſos inuidi parui faciant.* AND. Tu quoque felicibus ſideribus, quæ modo [illegible], quandoquidem expleti animos diſcedimus, & fidem, quam nobis modo dediſti, præſtandam eſſe fateare. MAR. Fidem ergo nominaſti tanquam te pudeat aperte definitionem fidei percontari [illegible] de ea, vt modo meus præſagit animus, me diſputantem cum illo fratre Aureliano præſenſiſti, cumque ea non ſatis ad propoſitum quæſitum congruere videatur, ſub fidei nominatione, & non interrogatione, ipſius definitionem noſtram intelligere exardes. AND. Id quidem cupio. nam iracundia quadam exarſi voluntaria, cum id mihi relatum fuiſſet, magna ex parte diem me abſente te altercatione illa conſumpſiſſe, verum ſi modo definitionem tantum, non autem altercationem [illegible] dignum intelligere effeceris, plus ex hoc vno, quam ex tot ſupradictis mihi ipſi profeciſſe videbor. MAR. Ni tu mihi adeo cognitus eſſes, proculdubio te neophytum modo appellarem, quandoquidem te
E tam efflictim illud videam expetere, ſed nota, quando pauxillulum illud temporis ſic nos ratiocinari cogit. Quod fides ſecundum naturam loquendo, duo mihi primo dicit, abſtractum & concretum. Fides in abſtracto dicit *potentiam illam intellectualem, nobis inſitam, qua credibilia à præceptoribus noſtris accipimus.* Fides autem in concreto *virtutem illam theologicam per gratiam infuſam nobis eſſe intelligimus.* Indeque intuitu [illegible] illa fraterna altercatio. nam dum de illa naturali loquebar, de nobis per gratiam infuſa me diſſerere

Signa [illegible] *in* [illegible]

Signa vlcerum mortalium

Vlcera ſpaſmoſa.

Quæ ſint vlcera mala.

Quæ ſint cauſæ malignorum vlcerum.

Sinderesis quid.

Fides in abſtracto quid. & in concreto

putabat.namque naturaliter loquentem nunquam te intelligent fratres theologici, niſi tu verbis fra-
ternis vtaris,abſonum enim eſſe putant,vt ſupernaturales naturaliter loquantur,& quod fides dictum A
eſt a me modo,fideitas,vt fraterno vocabulo vtar,nominabitur, vt clarius me intelligāt. Et dico,quod
fides vel fideitas(ne in hoc illos defraudes) ſit *potentia illa noſtro naturaliter intellectui inſita à naturali agente,*
ſed aliquando à ſupernaturali per gratiam excitanda, qua quidem à natura excitata nos credulitatem accipi-
mus illius,quod diſcimus.ſperamus, credimus, & viſuri ſumus ex noſtro libero viuendi arbitrio ſuum
in nobis exiſtere dependens actuari dictum. Cumque ea nos à ſupernaturali agente ſupra intellectus
operationes per gratiam excitata fruimur, virtus theologica fides nuncupatur, quæ nos de inuiſibili-
bus,tanquam viſibilibus,& de futuris,tanquam præſentibus certos facit. Eſſe autem illius de intelligi-
bilibus ſubſtantia dicitur,tanquam intelligibilia nobis ſubſtentantur in fide, tanquam in ſubiecto, vt
iuxta illud; *oportet addiſcentem credere*,id eſt,credulitatem habere, ac ſi diceret.*fac ſit tua credulitas diſcendi in*
fide.Eiuſdem vero eſſe de inuiſibilibus argumentum dicitur, quoniam argumentum eſt id,ratione cu-
ius probationem admittimus illius,quod eſt dubium per id,quod dubium non eſt.Namque fides con-
firmat nobis dubium tanquam firmum, quæ per auditum & viſum excitatur in nobis per gratiam,vt
credulitatem faciat,quod ſanctus Paulus *in ſua diffinitione* declarans dixit, *fidem ſcilic. qua nos à ſupernaturali*
agente ſupra intellectus operationes,per gratiam excitata fruimur, eſſe ſubſtantiam rerum ſperandarum,&
argumentum non apparentium.Intellextin modo meam fidei definitionem? AND. B

Intellexi ſatis mihi periocundam,ob idque ingentes tibi gratias
agentes fœliciter diſcedimus.Vale.MAR.
Iterum Valete.

FINIS.

ANGE-

ANGELI BOLOGNI-NI PROFESSORIS BO-NONIENSIS

DE CVRA VLCERVM

Libri Duo,

QVIBVS ACCESSIT

eiuſdem

LIBER

DE VNGVENTIS, QVÆ COMMV-NIS CHIRVRGORVM VSVS IN SOLV-tæ vnitatis medela recipit.

Prodeunt

ANNO cIↃ IↃ CX.

A

ANGELI BOLOGNINI DE CVRA VLCERVM EXTERIORVM LIBER PRIMVS.

B

Curatio vlcerum in quibus consistat.

CAP. I.

Chirurgiæ artis Medicæ sui antiquitate & [illegible] ad hæc pars [illegible], plures habet particulas, quarum vna est vlcerum exteriorum curatio, de qua in hoc libello [illegible] intendimus. Curatio autem vlcerum in duobus maxime consistit, in cognitione videlicet eorum, quæ consolidationem impediunt, & [illegible] eorum impedientium remotione quo fit, vt hic libellus in duas partitur partes [illegible] impedientia, alteram in eorum remotione. [illegible] cognoscendo impedientia, alteram in eorum remotione. [illegible] contemplatur [illegible] quæ sunt, videlicet quæ, & quot [illegible], contemplatur [illegible] quomodo cognoscantur. Secunda [illegible] ad hæc, quomodo noceant, similiter quomodo cognoscantur [illegible] praxis practica medicamina [illegible] generaliter, quam [illegible] habebimus [illegible] ad amicorum nostrorum satisfactionem, [illegible] quam [illegible].

C

Consolidationem vlcerum quæ impediant. CAP. II.

Dicimus igitur, quod ea, quæ consolidationem impediunt, aut se teneant ex parte vlceris, aut ex parte annexorum cum vlcere. Si ex parte vlceris, cum vlcus [illegible], quod sit *solutio continuitatis quæ [illegible] pus & saniem*: aut ergo hoc impediens se tenebit ex parte solutionis continuitatis [illegible], aut saniei. Si ex parte solutionis continuitatis, vel erit merito [illegible] solutionis continuitatis [illegible], vel alterius [illegible] proportionatæ. Si ex parte saniei, aut merito substantiæ, aut suæ qualitatis. Si merito suæ qualitatis, aut [illegible]. Si merito substantiæ, aut quia subtilis fluida: aut quia grossa viscosa. [illegible] quia acuta & corrodens per se, & essentialiter, aut quia per accidens. & hæc de his, quæ ex parte vlceris consolidationem impediunt, quæ [illegible], videlicet [illegible] & saniei [illegible], vel [illegible] latis, vel alia saniei, vel grossa, vel subtilis aut acuta, & corrodens per se, aut per accidens. Impedientia autem ex parte annexorum, aut se tenent ex parte eorum, quæ immediate contraria sunt causis ad consolidationem facientibus: aut ex parte eorum, quæ contraria sunt vlceri, in eo, quod ad deteriorem [illegible] naturam, quam vlcus habeat, in quantum vlcus disponant. Si ex parte eorum, quæ immediate contraria sunt causis ad consolidationem facientibus, aut quia contraria causæ materiali, aut quia causæ efficienti. Si causæ materiali, erit tanquam in natura [illegible] ipsi vlceri, & [illegible] pro nutrimento delegitur, qui contrariatur sanguini laudabili, [illegible] in quanto, aut in qualitate [illegible] bonæ carnis. & tunc contrariatur, quia peccans in quanto, aut in qualitate [illegible], quia peccans in complexione, videlicet calida, [illegible], aut quia diminutus: si in quantitate [illegible]. Si vero causæ efficienti [illegible] frigida, humida siue sicca, simplex vel composita, cum materia, vel sine materia. Si vero causæ [illegible] complexio, quæ contrariatur complexioni naturali vlcerati loci tanquam causæ efficienti, & sic contrariatur, quia nimis calida siue frigida, humida siue sicca, simplex vel composita, materialis vel sine materia. Si ex parte eorum, quæ vlceri contraria sunt in eo, quod ad deteriorem disponunt naturam, quam vlcus habeat, aut vlceri contraria prout accidentia, aut prout ægritudines. Si prout accidentia, accidentia erunt hæc, videlicet dolor, fluxus sanguinis. Si prout ægritudines, ægritudines erunt apostema, ostrcatio carnis, superadditio carnis, caro mollis, serpigo, corrosio, putrefactio, quæ de se sunt ægritudines loco vlcerato superuenientes. Et hæc sint dicta de impedimentis ex parte annexorum, quæ sunt in genere duo, vt diximus, videlicet impedientia contraria causis efficientibus, vel materialibus consolidationis, aut impedientia contraria vlceri, tanquam accidentia, aut tanquam ægritudines. Quæ igitur, & quot sint impedientia vlceris consolidationem, dictum est.

D

E

Vlcus quid.

Quonam modo præfata conſolidationem impediant.

Cap. III. A

Enumeratis his, quæ conſolidationem impediunt, nunc diuerſi ſunt docendi modi, quibus talia impedimenta impediunt. *Figura fiſtularis.* Dico igitur in primis, quod figura fiſtularis, & quæcunque alia tali figuræ proportionata, conſolidationi reſiſtunt, eo quia ipſis conſequitur indebita tranſpiratio ſaniei in vlcere congeſtæ, quæ poſtea in eo vlcere plus, quam debeat, moram contrahens, nitroſitatem & venenoſitatem adipiſcitur, quæ ex patietum vlceris contactu, in eo maiorem concauitatem generat, & membrum debilitat, ad quod ſuperfluitates totius corporis tranſmittuntur. *Saniei ſubſtantia.* Saniei vero ſubſtantia conſolidationem impedit, quia ſubtilitas eius fluida, membri vlcerati ſubſtantiam corrigendo nimis [illegible] humectat & remollit, & ſic putrefactioni diſponit, cum ea, quæ putreſiunt, molliora prius reddantur & laxa. *Groſſities adhærens.* Groſſities vero ſiue viſcoſitas poris membrorum adhærens, membrum putrefacit & corrumpit: quod enim à putrido tangitur, putreſit. *Saniei qualitas.* Saniei vero qualitas acuta, & corrodens, tam per ſe, quam per accidens, conſolidationem vlcerum retardat, cum humiditatem membri, [illegible] continuatio, reſoluat & conſumat. *Sanguis peccans vel diminutus.* Sanguis autem peccans in quanto con[illegible] impedit, ſuperfluus calorem membri ſuffocat naturalem: diminutus vero defectum portat nutrimenti, vnde fruſtratur natura pro generanda carne. B At ſi fuerit peccans in complexione, [illegible], ſiue compoſita, ſiue materiali, ſiue ſine materia, tunc impedit conſolidationem, *Mala complexio.* virtutes naturales membri offendendo diminuere, ablate, ſiue corrupte. Cum enim membri complexio ab aliquo offenditur, nec [illegible] aliquam, vel aliquas, & forte omnes virtutes naturales deneci, aut diminui, vel corrumpi, cum ipſa complexio ſit harum virtutum famula, ſiue miniſtra. Mala loci vlcerati complexio tam calida, quam frigida, humida ſiue ſicca, ſimplex vel compoſita, materialis vel immaterialis conſolidationi obſtat, naturalem deſerens complexionem, qua ſicuti inſtrumento natura vtitur ad nutrimenti conuerſionem in membrorum ſubſtantiam, & rei ſuperfluæ & nociuæ expulſionem.

Accidentia superuenientia. Si impedientia conſolidationem fuerint accidentia ſuperuenientia vlceri, de quibus vnum eſt ſuperfluus fluxus ſanguinis, tunc [illegible] materia carnis reſtauranda, & ſpiritus neceſſitas ſubtrahitur, vnde conſolidatio aufertur. *Dolor.* Dolor autem virtutem totius corporis & membri patientis proſternit, & humorum defluxum ad locum efficit, [illegible] conſolidatio deficit neceſſario. *Apoſtema.* Apoſtema etiam, quod eſt ægritudo vna ex tribus morborum generibus compoſita, videlicet mala complexione, mala compoſitione, & ſolutione continui: multo magis credendum, quod obuiet conſolidationi, cum plures C ægritudines magis naturam moleſtent, quam vna ægritudo. *Carnis oſtracatio.* Carnis oſtracatio conſolidationem prohibet, ex eo, quod talis oſtracatæ carnis [illegible] ſunt compactæ & conſtrictæ valde, vnde ineptæ ſunt tranſitu materiæ proportionatæ carni generandæ, & conſolidationis perficiundæ. *Superadditio.* Carnis ſimiliter ſuperadditio curationi oppugnat, tanquam quid ſuperfluum in corpore extra naturam artificio auferendum. *Caro mollis. Corroſio.* Caro autem mollis, corroſio, & putrefactio conſolidationem impediunt, cum materia pro carne delegata à carnis mollitie alteretur, & à corroſione & putrefactione forma ſubſtantialis membri corrumpatur & deſtruatur. Et hæc ſatis ſint dicta de diuerſis modis, quibus præfata impedientia curationem vlcerum impediunt.

De ſignis eorum, quæ conſolidationem impediunt.

Cap. IIII.

Aſſignatis ſpeciebus, & declaratis modis, quibus conſolidatio impediatur, ſubſequenter ponenda ſunt eorum ſigna. At quia conſolidationem impedientium nonnulla ſunt ſenſibus apparentia, itaque ſignis non indigeant, ſicuti ſanies ſubtilis, fluida, ſimiliter ſanies groſſa, viſcoſa, fluxus ſanguinis, D dolor, apoſtema ſiue inflatio, caro mollis, caro ſuperflua, & ſimilia. Alia vero occulta & ſenſibus immanifeſta, ita quod ſignis indigent ea ſignificantibus, vt fiſtularis vlcerum figura, & ſimiliter quæcunque alia figuræ fiſtulari proportionata, [illegible] qualitas locum vlceratum inficiens, mala complexio, ſanguis à natura alienus, corroſio, putrefactio: ideo condigne mihi viſum eſt hoc loco tantum eorum ſigna tradere, quæ occulta ſenſibus, & immanifeſta ſunt. *Figura fiſtularis.* Dicam igitur, quod figura fiſtularis, cuius proprietas eſt habere orificium ſtrictum, & fundum profundum, abſconditum, & cauernoſum, & ſimiliter quæcunque alia figura huic proportionata, denotantur per ſubtilem inquiſitionem cum tentis & probis de argento, de plumbo, de radicibus, de cereis candelis, ſeu coloratis iniectionibus. *Saniei qualitas.* Saniei vero qualitas acuta & corroſiua per ſe comprehenditur ex his: nam color eius tendit ad colorem rubeum ſiue citrinum, viridem, ſiue nigrum. In ea, quæ per accidens, & in ea, quæ etiam per ſe, ſentitur arſura, & compunctio, rubor, & inflammatio vlceris, & partium ei adiacentium: ex qua contingit, quod quicquid ab ea de ſubſtantiali forma membri occupetur, deſtruatur & corrumpatur, adeo tam naturæ malignantis exiſtit. *Sanguis ſuperfluus.* Sanguis à natura alienus peccans in quanto, quia ſuperfluus, cognoſcitur ex patientis carnoſa & robuſta habitudine, venarum totius ſui corporis inflatione, ſeu repletione ſaniei F *Diminutus.* ab eo vlcere ſanguinolentæ emanatione. Si vero diminutus, ita quod non defluit ad vlcus materia, ex qua caro generetur in eo vlcere; tunc ex oppoſito cognoſcitur, videlicet macilenta, ſeu extenuata patientis habitudine, venarum totius ſui corporis inanitione, ſaniei ab eo vlcere, quam vlcus requirat diminuta reſudatione. *Qualitate peccans.* Si in quali, quia peccans in complexione calida, tunc ſignificatur ex colore corporis, & faciei, & oculorum, vergente ad nimiam citrinitatem ſiue viriditatem

habitudine

A habitu line ſicca, & extenuata, ſanie colorata, colore citrino, ſiue viridi. Et ſi peccans fuerit in caliditate [illegible] ſuperflua, præfata ſigna erunt vergentia ad fuſcedinem & nigredinem. Si vero peccans fuerit in complexione frigida, cognoſcitur diſcoloratione faciei & labiorum, ſanie cum ſubſtantia groſſa viſcoſa, ſeu cum ſubſtantia ſubtili aquoſa, habitudine phlegmatica, phlegmatis abundantia. Si in complexione humida, indicatur ex colore corporis tendente ad albedinem, ſanie ſubtili aquoſa, tumore faciei & oculorum, frequenti abundantia ſaliuæ. Si in complexione ſicca, demonſtratur ex colore corporis vergente ad nigredinem, ſiue ſubnigredinem, oculorum liuiditate, habitudine ſicca, ſanie nigra, cinerulenta, lutoſa. Mala autem loci vlcerati complexio calida demonſtratur per ruborem, & per inflammationem, & per caliditatem extraneam vlcerati loci, partiumque ei adiacentium, & per reſudationem ab eo vlcere ſaniei, rubeo, ſiue citrino, viridi, ſiue nigro colore coloratæ. Frigida ſimiliter complexio manifeſtatur membri & vlceris liuiditate, ſubalbedine, mollificatione, locique frigiditate, quo ad tactum & patientis ſenſum, ſaniei groſſæ, & viſcoſæ, & indigeſtæ, ſeu ſubtilis cum ſubſtantia aquoſa reſudatione, priuatæ tamen omni mordicatione & incendio. Humidæ vero dyſcraſiæ & exuberantis ſigna ſumuntur ex his: quoniam caro in tali vlcere, ad humidum ſuperfluum dyſcraſiato, tendit ad laxitudinem & mollitiem: quare eſt facta ſqualida, mollis, & ab ea multa humiditas ſanioſa redundat. *Mala complexio loci.*

B Siccam autem complexionem demonſtrant loci vlcerati ſiccitas, durities, & aſperitas, ſaniei ſubtilitas, interdum & paucitas, membri & labiorum vlceris gracilitas, ſiue accidat à mala complexione calida exiccante, ſiue priuatione ſubſtantificæ humiditatis.

De putrefactione dicendum, cum alia ſit de proximo futura, alia iam facta: quæ facta eſt, alia ſit perambulans & procedens, alia ſit ſic in ſuo eſſe ſtans. Signa igitur futuræ de proximo eliciantur per alterationem coloris carnis, tendentis ad colorem malum, videlicet liuidum, viridem, ſiue nigrum, & per diminutionem aliquam ſenſus eius. Signa vero iam factæ, quoniam color carnis iam factus eſt malus, & priuatus eſt locus vlceratus ſenſu omnino, ita quod dolor non percipitur, dato, quod ille locus pungatur, aut incidatur. Signa iam factæ & perambulantis à poſteriori denotatur, quoniam ad partes circumſtantes ipſius putrefactionis fit dilatatio. Et hæc ſatis dicta ſint de ſignis eorum, quæ conſolidationem impediunt. *Putrefactio.*

Finis Libri Primi.

ANGE-

A

ANGELI BOLOGLINI-NI DE CVRA VLCERVM EXTERIORVM LIBER SECVNDVS.

De regalibus & modis generalibus curationis vlcerum.

CAP. I.

QVænam, & quot fuerint impedimenta in vlceribus conſolidandis, & quot modis conſolidationem impediant, ſimiliter & eorum ſigna, quibus modis appareant, ex iam dictis & pro poſſe ingenioli mei ac viribus, cuiq; perſcrutandi ſatis innotescet. Reliquum autem eſt, vt accommodata tradatur eruditio, qua vnũquodque prædictorum, ne conſolidationem impediat, prohiberi poſſit. Hoc autem eſt curam vlcerum docere, & hoc primo in generali, & ſub quadam ſumma, deinde in particulari magis. Pro qua eruditione dicendum, quod tale conſolidationis impedimentum prohiberi poſſit triplici artis medicæ artificio, videlicet diæta, potione, & chirurgia. *Diæta.* Diæta, cibando ægrum cibis, qui ſubſtantia, quantitate, *Potio.* & qualitate opponantur illis, quæ conſolidationem impediunt. Potione vero totius corporis plenitudinem euacuante, materiam antecedentem eorum, quæ conſolidationem impediunt digerente, complexionem totius corporis rectificante, ſi mala fuerit, hepatis maxime, membrorumque hepati deſeruientium, vt ſanguinem laudabilem in quanto & quali generet. *Chirurgia.* Chirurgia ſeu manualis operatio in generali vniuſcuiuſq; eorum, quæ cõſolidationem impediunt, ſubminiſtretur in hunc modum. *Figura fiſtularis.* Et primo ſi fuerit in cauſa figura fiſtularis, annihiletur, ſeu de[illegible]atur. & ſi non eſt poſſibile, tunc ſanies in eo vlcere congeſta, merito figuræ ipſius vlceris expulſioni rebellis, antequam nitroſitatem adipiſcatur aliquo ingenio ad exteriora ipſius vlceris educatur. *Sanies ſubtilis.* Si ſubſtantia saniei ſubtilis fuerit humectans, & remolliens membri ſubſtantiã, & conſequenter eam putrefactioni diſponens, exiccatiuis, in gradu proportionato, quæ putrefactioni reſiſtunt, & humiditatem illam extraneam conſumunt, curetur. *Sanies groſſa viſcoſa.* Si vero fuerit ſubſtantia saniei groſſæ viſcoſæ, orificium po[illegible] carnis ſui viſcoſitate adhærens, & ſic membri ſubſtantiã putrefaciens, medicinis, quæ [illegible] attenuant & diſſoluant, & conſequenter eius groſſitiem & *Sanies acuta.* viſcoſitatem deſtruunt, ab [illegible]. Si autem qualitas saniei acuta & corrodens, medicinis acuitatem ipſi[illegible] non saniei antecedens materia *Sanguis minimus.* ad oppoſitas partes diſtrahatur. Si[illegible] quanto quia ſuperfluus plenitudo *Paucus.* ſanguinis minoretur. Si peccans fuerit [illegible] nutrimentum quantulumcumq; ſit, *Prauus.* loco vlcerato attrahatur. Si peccans fue[illegible] complexione, quæcunque ſit illa, contrariis *Fluxus ſanguinis.* rectificetur. Si ſuperfluus fluxus ſanguinis, lo[illegible] reperetur, & ad oppoſitas partes diſtrahatur. *Dolor.* Si dolor, membri calor naturalis con[illegible] cauſa abſciatur. Si in cauſa fuerit caro mollis, humidum ipſius extraneũ exiccetur. *Caro mollis.* Si caro ſuper[illegible] ſua amputetur. *Caro ſuperflua.* Si caro oſtracata, cum eo, quod lenit & reſoluit, reſoluatur, & ſi reſolutioni repugnat, abſcindatur. *Caro oſtracata.* Si apoſtema, fluens materia repellatur, & fluxa reſoluatur, & ſi indiget, reſolutioni præparetur. *Apoſtema.* Si in cauſa fuerit corroſio, materia antecedens diuertatur, & fluxa, & ſimiliter [illegible] malitia iam a materia coniuncta impreſſa conſumetur. *Corroſio.* Si putrefactio, quæ iam facta eſt, corruptum & putrefactum abſcindatur. *Putrefactio.* Si vero eſt de proximo futura, ne omnes gradus ad putrefactionem requiſitos acquirat, prohibeatur. Si autem præambulans fuerit, putridum remoueatur, & ſubſequenter humidum extraneum in membri ſubſtantia impreſſum, merito cuius iterum perambulatio fieret, quod tamen non fuit per putridi abſciſſionem totaliter remotum, diſſoluatur. Sint ergo hæc dicta ſatis pro documento curationis in genere & ſub quadam ſumma, qua vnumquodque eorum, quæ in vlceribus conſolidationem impediunt, remoueri habeat. Nunc autem de vnoquoque in particulari dicendum, prædicta tamen declarando, videlicet quæ poſtremo artis medicæ inſtrumento tantum enumerata ſunt.

E

De cura formæ vlcerum fiſtularis. CAP. II.

CVm in *præhabito* igitur *capite* dictum ſit, quod figura vlcerum fiſtularis prohibeatur, ne conſolidationem impediat, eam figuram fiſtularem deſtruendo & annilando, ſeu saniem expulſioni rebellem merito formæ vlceris ad exteriora ipſius vlceris, antequam nitroſitatem adipiſcatur, aliquo ingenio educendo: hoc autem in loco dicendum erit in particulari, qualiter, quonam modo talis

figuræ

A figuræ deſtructio & annihilatio perficiat: ſimiliter q̃ ſint ea ingenia, ſaniẽ ad exteriora vlcerum cum tali forma educentia. Dicatur igitur, ꝙ figura vlcerum fiſtularis deſtruatur, ſecundum ſe totã aut ſecundũ aliqua ſui partem. Secundum ſe totã deſtruitur, ſecando figuram vlceris vſq; ad eius radicem, ita quod nil de eius forma fiſtulari derelinquatur, niſi vbi non eſt poſſibile: quoniam ſi ibi adeſſent nerui, venæ, & chordæ, tuæ ſectioni ſe interſecantes, ſeu opponentes, ſeu os, aut magna loci diſtantia, ſeu cutis groſſities, tunc & eo caſu à tali exquiſita ſectione eſſet deſiſtendum, & ad aliam ſectionem ſeu alia ingenia deueniendũ. Secũdum aliquam ſui partem figura vlcerum fiſtularis deſtruitur, illius orificium dilatando, & ampliando, ſeu portam in fundo vlceris conſtituendo. Fiat itaque figuræ vlcerum fiſtularis ſectio ſecundum ſe totam, aut ſecundum aliquam ſui partem cum nouacula aut cauterio, ſimiliter orificii vlceris dilatatio, & amplificatio cum eiſdem, ſeu in poſitione tentarum raræ & ſiccæ ſubſtantiæ exiſtentium, ſicuti de melegario, de ſambuco, de ſpongia præparata, de radice ariſtolochiæ, de gentiana, & ſimilibus. Educatur vtique ſanies ingenioſe ad vlcerum exteriora expulſioni rebellis merito figuræ vlceris, altero iſtorum modorum, videlicet medicinis lauantibus, & currentibus curſu, & lubricitate ſua, quam facit ablutio, ſaniem ad exteriora vlcerum educentibus, ſicuti ſunt hæc in modo ablutionis administrata, videlicet aqua hordei, vinum melitite, aqua maris, aqua aluminis, aqua cineris, decoctio mi- *Saniem educentia.*
B dis, decoctio centauriæ, cum vino non multum vinoſo. Licet etiam prędicta alio modo ſaniem ad vlcerum exteriora excutiant, & hoc eam exiccando, & abſtergẽdo, ſeu propulſione ipſius ſaniei ad exteriora vlceris, inſtitis mediantibus, vna cum plumaceolis ſuper figuram fiſtularem decenter comprimentibus aut ea ſituatione membri, quod orificium vlceris inferius exiſtat, & fundus ſuperius. Solet præterea à quibuſdam ſanies ingenioſe ad vlcerum exteriora educi, præparatione vlceris, ita quod ab eo vlcere ſanies ad exteriora currat, & non retineatur, imo quod ea libere euentetur & expuet, & hoc cum tentis cannulatis de braſſica, de plumbo, de argento, & ſimilibus. Expeditis his pro cura figuræ vlcerum fiſtularis & ſimiliter cuiuſcunque alterius figuræ fiſtulari proportionatæ, nunc ad regimen ſubſtantię ſaniei tranſeundum eſt.

De cura ſaniei ſubtilis. CAP. III.

REgimen igitur humiditatis ſubtilis ſanioſæ, remollientis ſubſtantiam partis vlceratæ, exiccatione perficitur maiori & minori, tamen ſecundum quod à loco vlcerato fit maior & minor humiditatis ſubtilis ſanioſæ reſudatio, pro qua exiccatione optima ſunt, & ſimplicia, & compoſita, videlicet *bolus*
C *armenus, plumbum vſtum, ceruſſa, lithargyrum, antimonium, plantago, lanceola, tela aranei, galla, ariſtolochia combuſta, myrobalanorum genera, cortex thuris, maſtiche, myrrha, aloe, ſarcocolla, rheubarbarum, pannus aſſatus, raſura panni veteriſſimi, ſpongia combuſta, ſymphytum vel conſolida maior, cauda equina, pix, reſina, alumen & ſimilia.* Item *aqua aluminoſa, aqua marina, aqua ardens, aqua azurea, vnguentum de ceruſſa, vnguentum de minio, vnguentum de tuthia, vnguentum de plumbo, vnguentum nigrum compoſitione patris mei, vnguentum citrinum vſuale, vnguentum de lino, vnguentum irinum, vnguentum de calce, vnguentum de pulueribus.*

Vnguentum bonum pro ſanie ſubtili exiccanda: *Recipe vnguenti de lithargyro, vnguenti de ceruſſa, ana vnc. j ß ceræ albæ vnc. ß. miſce, diſſolutis primo cera, & vnguento de ceruſſa, & vltimo vnguento de lythargyro.* Aliud: R. *ceruſſæ lotæ drach. vj lithargyri drach. iij. ſcoriæ argenti, vel climiæ drach. ij vitreoli drach. j ß ceræ albæ vnc. ij ß. olei roſati vnc. vj terebinthinæ vnc. ij fiat vnguentum.* Aliud: R. *lithargyri bene puluerizati cum aceto & oleo roſ. miſceatur, & imbibatur in mortario plumbeo, & bene agitetur cum piſtillo ſuo, donec ad augmentationem deueniat, & albificetur: deinde R. antimonii, æris vſti, balauſtiorum, vermium terreſtrium exiccatorum & puluerizatorum, gallarum, ſanguis draconis, aluminis, climæ argenti, ana omnium, terantur & cribrentur, & de eis quantum eſt ſexta pars vnguenti, in mortario ponantur, & cum piſtillo incorporentur, donec bene vniantur ad inuicem.* Aliud. R *terebinthinæ, ceræ, reſinæ, ana vnc. iij. olei roſati vel communis vnc. iiij pulueris ariſtolochiæ rot. myrrhæ, olibani, aloes, maſtiches, ana drach. ij ß. puluerizatis*
D *puluerizandis fiat vnguentum.* Aliud. R. *vnguenti baſiliconis, vnguenti de tuthia, vnguenti de calce, ana vnc. j miſce,* & alia plura tam ſimplicia quam compoſita, quæ in libris antiquorum facile eſt reperire. *Vnguentum bonum pro ſanie ſubtili exiccanda.* *aliud.* *aliud.* *aliud.* *aliud.*

De cura ſaniei groſſæ & viſcoſæ. CAP. IIII.

SAniei vero groſſæ, & viſcoſæ, orificiis pororum carnis ſui viſcoſitate inhærentis, & ſic membri ſubſtantiam putrefacientis, regimen complicatur applicatione localium, quæ ſui ſubtilitate ſubſtantiæ in ipſam ſaniem penetrant, & ſuo calore eam attenuant, & diſſoluunt: vnde deſtructa eius groſſitie & viſcoſitate, prohibetur ipſius ſaniei orificiis pororum carnis adhærentia, qua membri ſubſtantia corrũpebatur: quæ ſimiliter ſaniei groſſæ & viſcoſæ attenuatio & diſſolutio intendatur & remittatur ſecundum diuerſitatem quantitatis ſaniei ſubtiliandæ, & ſimiliter ſecũdum diuerſitatem ſaniei peccantis in groſſitie & viſcoſitate maiori & minori: de quibus optima ſunt farina *hordei, fabarum, cicerum, orobi, lupinorum, alkanna, ariſtolochia, hypericon, acetum, cinis anethi, fermentum, crocus, laurus iris, vel ireos, centaurium, gentiana, abſynthium, apium, baurach, mel, & omnes medicinæ habentes aliqualem amaritudinem, vel acuitatem, quæ ſemper cum melle præparentur.* Item *aqua lactis, aqua hordei, aqua mellis, aqua cineris, vinum melitite, mundificatiuum de melle, vnguentum viride, herbarum totius communitatis, mundificatiuum commune, mundificatiuum de iride vel ireos, mundifi-*
E *catiuum de apio, vnguentum de centaurio.* Vnguentum pro ſanie groſſa attenuanda bonum: R *mellis roſati, terebinthinæ non lotæ, ana vnc. ij. thuris, myrrhæ, ana vnc. iij. miſce.* Aliud: R *mellis, terebinthinæ non lotæ, ana vnc. ij coquantur ad ſpiſſitudinem aliqualem, deinde adde myrrhæ, ſarcocollæ, aloes, iridis ana vnc. j ß.* Aliud. R *terebinthinæ claræ vnc. vj mellis roſati col. vnc. iiij. ß. myrrhæ, iridis, ariſtolochiæ longæ, ana vnc. iiij farinæ hordei q. ſ. ad inſpiſſandũ, diſſolutis primo terebinthina cum melle, & vltimo additis pulueribus fiat vnguentum.* Aliud. R*e iridis, ariſtolochiæ, ana vnc.* *Vnguentum.* *aliud.* *aliud.* *aliud.*

alind. *vnc. aij. terantur optime, & miſceantur tanta quantitate mellis, quod ea conglutinet, & in formam vnguenti adducat.* In A
alind. maiori groſſitie & viſcoſitate. *R. mellis vnc. ij. viridis æris vnc. v. miſce.* Item aliud: *R. fecis olei roſati aceti puri, mellis, ana vnc. j. ariſtolochiæ longæ, aluminis ſciſſi, iridis, ceruſſæ, ana vnc. j. ß. viridis æris vnc. ij. miſce omnia adinuicem.* Valet prætere a *vnguentum gratum mains, vnguentum ægyptiacum.*

De cura qualitatis ſaniei acutæ & corrodentis. CAP. V.

Regimen curatiuum qualitatis ſaniei acutæ & corrodentis tam per ſe, quam per accidens, quæ humiditatem membri, qua mediante ſit membri partium continuatio, reſoluit & conſumit, perficiatur, præhabito conuenienti regimine in ſex rebus non naturalibus, præhabitaque euacuatione materiarum peccantium, & defluentium diuerſione, & ſimiliter conſtrictione viarum & ductuum, per quæ talis materia poſſet deferri & deſluat ad locum vlceratum.

Si fuerit qualitas acuta & corrodens per ſe, *vnguento de ceruſſa, albo vnguento de lithargyro, vnguento ralco camphorato, vnguento de bolo; vnguento de tuthia, vnguento de ceruſſa cocto.* Vnguentum bonum pro cura qua-
Vnguentum litatis ſaniei acutæ & corrodentis: *R. tuthiæ lotæ, ceruſſæ lotæ ana partes æquales puluerizentur, & in mortario plumbeo cum aqua plantaginis, cum piſtillo ſuo diu ducantur, addita terra ſigillata, & aliquanto boli armeni, & cum cera liqui-*
alind. *eſcenti & oleo roſato fiat vnguentum.* Aliud. *R. lithargyri drach. viij in mortario cum aceto tamdiu ducatur, donec inſpiſſetur, tumeſcat & albeſcat, & cum drach. iij ceruſſæ, & drach. ij. terræ ſigillatæ, pulueris gallarum, roſarum, ana drach. j.* B
alind. *cum oleo roſato & cera fiat vnguentum.* Aliud. *R. gallarum, arnoglosſæ ſucca, ana drach. v. olei roſati vnc. v. ceræ albæ vnc. ij. terebinthinæ vnc. ij. miſce, & fiat vnguentum in bona forma.*

Si autem fuerit ſaniei qualitas acuta & corrodens per accidens, abſcindatur cura, quæ eſt cura cauſæ, vt puta, ſi fuerit in cauſa figura vlcerum fiſtularis, ad quam ſequitur indebita tranſpiratio ſaniei, quæ diutius in loco detenta, adepta eſt nitroſitatem & acuitatem, tunc curetur curatione data *capite 2. partis huius noſtræ practicæ.* Et hæc de cura qualitatis ſaniei acutæ & corrodentis, tam per ſe, quam per accidens dicta ſint. Nunc vero ad curationem eorum, quæ immediate contrariantur cauſis ad conſolidationem facientibus dicendum eſſe videtur.

De cura ſanguinis peccantis. CAP. VI.

Sanguis autem peccans dicitur, vt *ſupra* habitum eſt, aut quia peccans in quanto, aut in quali: & ſi in quanto, aut quia ſuperfluus, aut quia diminutus: & ſi in quali, aut quia peccas in complexione, videlicet calida, frigida, humida, ſiue ſicca, ſimplici vel compoſita, cum materia vel ſine materia. C

Sanguis nimius. Si igitur ſanguis peccans fuerit in quanto, quia ſuperfluus, cura perficiatur dięta tenui, phlebotomia ſanguinis minoratiua, & extractione ſanguinis peccantis in quanto ab vlcere & eius circuitu ſanguiſugis, ſcarificatione, & ſimilibus.

Sanguis diminutus. Si ſanguis peccans fuerint in quanto, quia diminutus, curatio compleatur dięta lata & groſſa, boni & multi chymi generatiua, trahaturque nutrimentum ad locum vlceratum frictionibus, fomentationibus maluæ, bismaluæ, violarum, donec membrum infletur & rubeſcat. picis emplaſtris, quorum
Ceratum forma vna erit hæc: *R. picis nauals picis græcæ, reſinæ pini, ana partes æquales, diſſoluantur in vaſo'a ad ignem, deinde per ſtamen in aqua frigida colentur, & manibus in oleo emplaſtrum malaxetur, & vſui reſeruetur.*

Sanguinis qualitas peccans. De purgationibus. Si ſanguis peccans fuerit in quali, quia in complexione calida materiali, euacuetur materia calida, ſi fuerit ſubtilis cum *rheubarbaro, myrobalanis citrinis, tamarindis, pulpa caſſiæ, aqua pomorũ granatorum, manna,* & ſi neceſſe fuerit, cum *electuariis de ſucco roſ. diaprunis, de prunis, de ſebeſten.* Si autem fuerit groſſa per aduſtionem, cum *electuario lenitiuo diacatholicon, confectione hamech, diaſena, caſſia vigorata cum ſena, pilulis Indis pilulis de fumo terræ, aqua lactis, ſena, & ſimilibus.* hoc ſemper attendendo, quod ante euacuationem materia calida ſubtilis digeratur *cum ſyrupo roſaceo, de endiuia acetoſo ſimplici, oxyſacharo, nenupharino, violato, cum aquis endiuiæ, violarum, acetoſæ hordei, hepaticæ, plantaginis, cucurbitæ, portulacæ nenupharis, ſolatri, & ſimilium.* Materia autem groſſa per aduſtionem cum *ſyrupo de pomis, de bugloſſa, de lupulis, iuleb violato, & aliis talibus.* Notando tamen, quod ſemper vitæ regimen in cibo & potu, & aliis rebus non naturalibus, ſit proportionatum peccato in his & in aliis. Et ſi forte in his affuerit febris, tanto magis prędicta augeantur in gradu frigiditatis, aut minuantur, quanto febris fuerit validior, aut remiſſior. At ſi peccans fuerit in complexione calida ſimplici vel compoſita ſine materia, tunc alterantia ſola præfata ſine euacuatione ſibi conueniunt. Cęterum ſi peccatum fuerit in mala complexione frigida materiali, tunc materia ipſa euacuetur. Si fuerit phlegmatica, cum *aloe, agarico, polypodio, turbit, electuario de daćtylis, electuario Indo, pilulis aggregatiuis pilulis de agarico, pilulis cochiis, diaturbit, benedicta:* præparata prius materia *cum ſyrupo de byzantiis completo, oxymelle ſimplici & compoſito, ſyrupo aceto ſo compoſito, diarhodon & aliis, cum aquis fœniculi, boraginis, apii, meliſſæ, maiorana, menta, abſynthii, aqua mellis & ſimilibus:* quæ quidem alterantia & ſimilia conferunt etiam in mala complexione frigida ſine materia, exceptis euacuatiuis. Si peccans autem fuerit in complexione humida materiali, curetur cura prædicta immediate: & ſi peccans fuerit in complexione humida ſine materia, ſola digerentia conueniunt, euacuatione excepta. At ſi peccans fuerit in cõplexione ſicca materiali, cura erit per euacuationem materiæ melancholicæ non aduſtæ, cum rectificatione mẽbrorum illam generantium. Et ſi immaterialis fuerit, cura eſt cum calidis & humidis. Et hæc pauca de cura ſanguinis peccantis dicta ſint: nunc ad curam malæ complexionis partis vlceratæ transeundum eſt. D E

A

De cura malæ complexionis partis vlceratæ. CAP. VII.

PRo cura igitur malæ complexionis partis vlceratæ dicatur, quod ſi in parte vlcerata peccauerit mala complexio calida, ſiue materialis, ſiue immaterialis fuerit, localibus curetur, *vnguento* videlicet *de ceruſſa, albo vnguento de tutbia, vnguento de plumbo, aqua roſata ſucco plantaginis, ſucco ſolani, ſucco ſedi, ſiue perpetuo.* *Complexio calida.* Si mala complexio frigida, *vnguento baſilico, vnguento citrino vituali, vnguento dialthea compoſitione patrum,* *Complexio frigida.* *vnguento fuſco, lotione vini boni tepidi, aqua cineris, aqua aluminis.* Si mala complexio humida, curetur exiccatiuis iam dictis, & alijs vigoratis in ſiccitate, ſecundum quod locus vlceratus magis & minus abundat humiditatibus, *Complexio humida.* & ſimiliter ſecundum diuerſitatem corporum & membrorum, in quibus exiſtunt vlcera, ſicuti *vnguento viridi herbarum, vnguento gratia dei, vnguento de diapalma, vnguento dialthea compoſitione noſtra,* ſeu cum hoc, quod ſumme valet in omni membrorum complexione: *℞. olibani, maſtiches, aloes, ana ℥ ij picis græcæ vnc. j ß ariſtolochiæ longæ combuſtæ ℥ j ß. olei roſati vnc. iij terebinthinæ, ceræ, ana vnc. ij. fiat vnguentum.* *Vnguentum.* Aliud *℞. olibani, maſtiches, aloes, ſarcocollæ, ſanguinis draconis, boli armeni, pulueris molendini, omnia puluerizantur ſubtiliter, & per pannum ſubtiliter cribra, & cum terebinthina miſce, donec ad ſubſtantiam denſam deueniant.* *Aliud.* Aliud *Aliud.*

B *℞. vnguenti apoſtolorum vnc. j viridis æris ℥ j. miſce.*

Si autem peccauerit mala complexio ſicca, id eſt, parum humida, curetur *vnguento baſilico, vnguento de pice, vnguento fuſco, vnguento diachylon nigro diſſoluto in cazola, id eſt, cochleari ferreo, cui addatur pro qualibet vnc. diachylonis ℥ j pulueris roſarum.* *Complexio ſicca.* Seu cum hoc. *℞. maſtiches, olibani, picis græcæ, boli armeni, ana ℥ j. ſepi arietini vnc. ij. ceræ vnc. ß. olei roſati vnc. ij. miſce.* *Vnguentum.* *Aliud.* Et alijs lenibus exiccatiuis, præmiſſis ſemper materiarum peccantium euacuatione, ſi fuerit cum materia, & defluentium diuerſione, & ſimiliter conſtrictione viarum, & ductuum, per quæ tales materiæ poſſint deferri & defluere ad locum vlceratum, ſiue a toto corpore plenitudinem habente defluant, ſiue ab aliquo membro nobili & forti plenitudinem habente. Pro notitia *Notanda.* ſuperiorum aduerte, quod *in omni parte vlcerata propter ipſius debilitatem aggregatur humiditas ſuperflua, non* 1. *ſolum per viam paulatinæ congeſtionis, imo & aliquando per viam defluxus,* ſiue a toto corpore defluat, ſiue ab aliquo membro nobili & forti plenitudinem habente, quæ humiditas in loco aggregata, virtutis loci debilitate putreſcit, & in ſaniem conuertitur. Et ſi talis humiditas multa, & malæ qualitatis extiterit, reddit vlcus ſemper compoſitum cum alia ægritudine, puta corroſione, ſiue putrefactione, oſtracoſitate, ſeu alia diſpoſitione, conſolidationem vlceris prohibente. Aduerte ſecundo, quod *in omni membro vlcerato, &* 2. *maxime vbi quæritur carnis generatio & incarnatio, debeamus adminiſtrare medicinas ſecundum duplicem reſpectum,*

C primo quidem habendo reſpectũ ad complexionem corporis, & membri, in quo exiſtit vlcus, vt complexionem ipſius naturalem, à parte ſuæ ſimilitudinis conſeruent. Si enim in curatione morbi, complexio naturalis membri & corporis non conſeruaretur, morbus non poſſet deſtrui, cum complexio naturalis membri ſit inſtrumentum proprium, quo mediante natura membri vtitur ad conuerſionem nutrimenti in membrorum ſubſtantiam, & rei ſuperfluæ & nociuæ expulſionem. Secundo, habendo reſpectum ad morbum, vt ipſum à parte ſuæ contrarietatis deſtruant. Poſitis his pro cura eorum, quæ contrariantur cauſis ad conſolidationem facientibus, nunc de cura eorum, quæ vlceri contrariantur, prout ſunt ei accidentia; dicendum eſt.

De cura doloris. CAP. VIII.

CVm doloris cura diſtinguatur penes ipſius doloris intenſum & remiſſum, nec non penes diuerſitatem ſuæ efficientis cauſæ, idcirco non abſque ratione per nos dolor diſtinguetur in quietum & clamoſum. *Doloris diuiſio.* Et clamoſus in eum, cuius acumen inducias concedit, & in eum, cuius acumen inducias non

D concedit: quorum dolorum cauſa in parte vlcerata communiter eſſe affirmatur mala complexio, aut *Cauſa.* ſolutio continui, ſeu vtrumque ſimul. Et cum vlcerata membra ſecundum quadruplicem poſſint labi complexionem, vt in præhabitis dictum eſt & cum cæteris etiam in efficiendo dolorem vehementiora ſint caliditas & frigiditas, quia tenuis impreſſuræ: ideo impræſentiarum tantummodo de dolore à mala complexione calida, & ſimiliter à mala complexione frigida contingente dicemus.

Dicimus igitur, quod ſi doloris cauſa fuerit mala complexio calida, cuius tamen doloris acumen *Complexio calida.* inducias concedit, præmiſſis vniuerſalibus, valet *vnguentum de lythargyro, vnguentum de ceruſſa album cum camphora, vnguentum de minio, vnguentum de tutbia, vnguentum de plumbo, vnguentum rubeum camphoratum; album oui conquaſſatum cum oleo roſato & lythargyro, & redacta ad formam linimenti in mortario plũbeo cum piſtillo* *Vnguentum.* *ſuo, quod vnguentum poſtea bulliat lento igne in libra vna ſucci ſemperuiui vſque ad ſucci conſumptionem.* Valet præterea *album oui conquaſſatum cum oleo roſato, emplaſtrum de paruis maluis & plantagine coctis & piſtatis, cum* *Aliud.* *cribratura furfuris & oleo roſato, bolus armenus cum terra ſigillata, oleo roſato & aceto, ſuccus ſolatri, ſeu ſemperuiui cum aceto.* Item valet aliud hoc in caſu: *℞. ceræ albæ vnc. iiij. olei roſati vnc. x ſandalorum alborum & rubeorum, roſarum, myrrhæ, olibani, maſtiches ana ℥ ij. camphoræ ℥ ß. terebinthinæ vnc. ij ß. fiat vnguentum.* *Aliud.*

E Si vero doloris cauſa fuerit mala complexio frigida, valet *vnguentum fuſcum, vnguentum baſilicon, vnguentum citrinum viſuale.* *Complexio frigida.*

Si autem doloris cauſa fuerit ſolutio continui, cuius doloris ſimiliter acumen inducias concedit *Solutio continui.* præmiſſis ſemper vniuerſalibus, valent ea, quæ quemcunque dolorem indifferenter ſedant. Ea autem ſunt, quæ calorem membri naturalem multiplicant & confortant. Calor enim naturalis membri confortatus repugnat omni rei nocenti, vti *vitellus oui, terebinthina & crocus, terebinthina cum oleo roſato; oleum abietis cum oleo roſato.* hæc ad intra vlcus applicentur, cum etiam aliquali exiccatione humiditatem medicinarum humectantium reſtringenti participent, merito cuius etiam vlceri conueniunt. Ab extra vero *oleum roſatum cum amygdalino, oleum de keyro, butyrum recens, pinguedo recens pulli gallinæ, anatis, porci & ſimiliũ,*

Emplaſtrũ.

hyſſopus humida, oleum de oliuis maturis, fex olei, oleum roſarum, oleum violarum, oleum chamæmelinum, oleum vulpinum, mumia, oleum de ſiſamo, mucilago ſeminis lini, fœnugræci. Emplaſtrum valens in caſu: ℞. *foliorum maluarum manip. j ß farinæ ſeminis lini, fœnugræci, ana vnc. ß. olei chamæmelini, liliorum alborum, ana drach. ij. olei roſati vnc. ij. mucilaginis altheæ vnc. j ß. farinæ hordei q. ſ. cum duobus vitellis ouorum fiat emplaſtrum.* A

Mala complexio, & ſolutio ſimul.

Si vero doloris cauſa fuerit mala complexio, & ſolutio continui ſimul, cuius doloris etiam acumen inducias concedit, ex iam dictis habita eſt curatio. Nunquid cura compoſitæ ægritudinis ſumitur ex curatione ſimplicium ægritudinum, ipſam, inquam, compoſitam componentium? Quare ſuppoſitis vniuerſalibus, ad intra vlcus applicentur ea, quę ſunt vere & proprie doloris ſedatiua; exiccatiuis aliqualiter, & laudabilibus commixta: ab extra vero extraneæ complexionis remotiua. Si tamen doloris acumen inducias non concedit, loco dolenti & circumdolenti narcotica applicentur, vt *emplaſtrum ſatis leue de contritis foliis papaueris albi*: & vrgente magis dolore applicetur *emplaſtrum* videlicet *de foliis mandragoræ, emplaſtrum de foliis hyoſciyami cum puluere chamæmeli*, *philonium etiam perſicum illinitum, theriaca recens emplaſtrata.* Ex oleis, *oleum de mandragora, oleum de papauere, oleum de nenuphare, cum opio, ſucco hyoſciyami, opium diſſolutum cum lacte ouillo, ſeu mulieris*, & ſimilia. Et hæc de cura doloris dicta ſunt. Nunc de cura ſuperflui fluxus ſanguinis dicendum eſſe videtur. B

De cura ſuperflui fluxus ſanguinis. Cap. IX.

PRo regimine curationis ſuperflui fluxus ſanguinis, cum ſanguis non niſi à venis effluat, in primis eſt ſciendum, quod diuerſitas in modo ſiſtendi ſanguinem, non ſolum ſumatur penes diuerſitatẽ cauſæ facientis talem fluxum, vt ſi fuerit corroſio, vel putrefactio, ſeu ab extrinſeco eueniens ſolutio; verumetiam ſecundum quod vena, à qua ſanguis egreditur, eſt profunda in membro, aut ſuperficialis; occulta, aut manifeſta, magna, aut parua. His præmiſſis dicatur, quod ſanguinis fluxus curationis genere duabus intentionibus perficiatur, videlicet diuerſione, & reparatione loci, à quo ſanguis fluit.

Diuerſio.

Diuerſio quidem fit aliquando per ſanguinis euacuationem ad oppoſitam partem, vt per phlebotomiam, ventoſas ſcarificatas, ſanguiſugas, quæ tamen modificari debent ſecundum virtutis & ætatis tenorem: aliquando cum præfatis abſque euacuatione, & cum ligaturis, ventoſa ſuper hepate & ſplene, quæ mirabilis eſt.

Loci reparatio.
Cauterium.
Emplaſtrũ cauterizans.
Aliud.

Loci autem reparatio, à quo ſanguis fluit, ſic completur: vt ſi fuerit in cauſa corroſio ſiue putrefactio, tunc locus, à quo ſanguis fluit, cauterizetur cum ferro ignito, ſiue medicina cauterizante, & eſcharam inducente: vt cum hoc. ℞. *vnguenti populei drach. ij. vitrioli vſti drach. j. argenti ſublimati drach. j ß. miſce*, & locus, à quo ſanguis fluit, tantummodo repleatur. Siue cum hoc alio: ℞. *argenti ſublimati, lapidis hæmatitis, vitrioli Romani lithargyri, ana, & fiat puluis, & cum albumine oui & puluere iſto licinia liniantur & loco applicentur.* Exiccatione autem cauterii fit rectificatio corroſionis & putrefactionis, & exiccatione & corrugatione partis, à qua ſanguis egreditur, facta per cauterium, fit ſanguinis fluxus reſtrictio: quare nil cauterio præſtantius in cura fluxus ſanguinis euenientis à corroſione ſiue putrefactione. C

Vena ligatio.
Si vena ſit parua.

Si autem vena fuerit parua manifeſta, & ſuperficialis, tunc cum acu & ſerico perforetur ſub & ſupra venam, & ligetur vena, dummodo apoſtema ſiue dolor non contradicat: quoniam ſtante dolore ſeu apoſtemate, talis ligatio prohibenda eſt: & in medio inciſionis ponatur medicamen habens has proprietates, videlicet quod ſit congelans, vt ſanguinis fluentis fiat ingroſſatio: nec non inuiſcans, vt fiat ſanguinis ſuper caput venæ conglutinatio: & exiccans, vt fiat ſuperfluitatum defluxarum & congeſtarum conſumptio, & conſequenter ſolutæ continuitatis incarnatio, qua mediante fit vera & propria ſanguinis fluxus reſtrictio: cuius medicaminis deſcriptio talis eſt: ℞. *thuris albiſſimi, viſci oſi, aloes, ſanguinis draconis, boli armeni, ana partes æquales. puluerizentur ſubtiliter, & cum albo oui miſceantur*, & ſtuelli ſiue licinia in eo medicamine tingantur, & in inciſionem ponantur, in circuituque vlceris & ſupra ſtuellos ponantur ſtuppæ plures *in aqua roſata, ſeu communi, & aceto madefactæ*, & aliqualiter expreſſæ, & cum ligatura ſatis comprimente ligentur, dimittaturque vlcus, à quo ſanguis egreditur, cum illa ligatura vſque ad tres vel quatuor dies, quoniam ante illud tempus non putatur, quod natura fecerit tantum de carne, quod ſit ſufficiens ad oppilandum venam. D

Si vena ſit magna.
Si profunda.

Si vero vena fuerit magna, reparetur locus per impletionem corporis venarum, cum ſtuellis linitis in *ſupradicto medicamine*, ſiue aliis *infra* dicendis. Et ſi vena fuerit profunda, immanifeſta, magna aut parua, ſiue alterius diuerſitatis diuerſificantis curationem fluxus ſanguinis, reparetur locus tali modo iſto ſatis communi huic, & aliis etiam diuerſitatibus in fluxu ſanguinis contingentibus, videlicet ponendo digitum ſuper orificium venæ, dummodo talis impoſitio ſit poſſibilis, & aliquantulum tenendo, donec ſanguis aliquo modo congeletur: deinde ponantur ſtuelli plures liniti in albumine oui agitato cum aliquibus ex medicinis dicendis, iam dictas proprietates habentibus, & cum ligatura decenter comprimente, ligentur.

Medicamenta ſanguinẽ reprimentia ſimplicia.

Medicinæ ſimplices in compoſitione medicinarum, pro reſtrictione fluxus ſanguinis facientium connumerantur hæ, videlicet *tela aranei, terra ſigillata, cortex thuris, pentaphyllon, pluma gallinæ combuſta, bolus armenus, cinis raſuræ chartarum combuſtarum, coriandrum torrefactum, cauda equina cornuum raſura, cinis lignorum ſtypticorum, corrigiola, omnia oſſa combuſta, puluis rheubarbari torrefacti, pilus leporis combuſtus, ſanguis draconis, ſpongia combuſta & puluerizata, virga paſtoris, ſanguinaria, fuligo furni, karabe, acacia, folia ſalicis, galla combuſta extincta in aceto, lapis hæmatites, conſolida maior, raſura panni vetuſtiſſimi, lanugo adhærens corticibus caſtanearum à parte intrinſeca, thus gummoſum, aloe, gypſum, farina volatilis molendini, amylum, viſcum, gummi arabicum, dragagantum, raſura corrigiarum vel coriorum à parte intrinſeca, omnes ſpecies gummi.* E

Compoſita ad idem.
Puluis.

Ex medicinis compoſitis fluxum ſanguinis cohibentibus, prima forma erit hæc. ℞. *pilorum leporis torrefactorum ſcrup. ß. boli armeni vnc. j ß. ſanguinis draconis, terræ ſigillatæ, ana* ʒ j. *thuris gum-*

A *gummoſi ℥ ij miſce, & fiat puluis.* Secunda forma *gypſum cum albumine oui & mumia.* Tertia forma: ℞. *gallarum torrefactarum, boli armeni ℥ ß. olibani, aloes, maſtiches, ſanguinis draconis, pilorum leporis minutim inciſorum, ana ſcrup. j. miſce & fiat puluis.* Quarta forma compoſitorum: ℞. *gypſi ℥ j. mumiæ, telæ araneæ, fuliginis furni, boli armeni, dragaganti, ana ℥ j. miſce.* Et hęc de cura accidentium conſolidationem vlcerum prohibentium ſic dicta ſufficiant. Nunc autem ad curationem accedamus eorum, quæ ægritudines denominantur. *Aliud.*

De cura apoſtematis. Cap. X.

De apoſtemate, quod eſt ægritudo vna ex tribus morborum generibus compoſita, videlicet mala complexione, mala compoſitione, & ſolutione continui, incidentaliter præmittendum, quod cura eius diſtinguatur ſecundum diuerſitatem temporis ipſius apoſtematis, ſecundum diuerſitatem materiæ apoſtematis, necnon ſecundum diuerſitatem locorum, in quibus fiunt apoſtemata. Quare hoc præmiſſo, intendentes hoc in loco pertractare tantummodo de cura apoſtematis vlceri ex defluxu humorũ contingentis, cum ſecundum plurimum, ad ipſum vlcus conſequatur apoſtema calidum ſanguineum, dicatur, quod ſi tale apoſtema fuerit in principio, ſuppoſita diæta, conuenienti diuerſione, & humorum
B peccantium minoratione, & non prætermiſſa cura vlceris, curetur ſuperponendo *emplaſtrum ex grano dulci, vel. gro. decocto cum vino pontico, cum cortice ſuo ſeu emplaſtrum de malis cydoneis, & pyris decoctis in aqua, & vino rubeo, & poſtea in mortario contritis, & incorporatis cum puluere myrti*: ſiue *emplaſtrum de lentibus decoctis, & roſis contuſis & incorporatis cum terebinthina & puluere corticum granatorum.* Si autẽ apoſtema fuerit in augmento, curetur *emplaſtro prædicto*, quibus adiungatur *farina fabarum, hordei, tritici, & chamæmeli.* Exiſtente autem tali apoſtemate in ſtatu, curetur *emplaſtro ex foliis abſynthii, & maluarum, decoctis in vino dulci, & piſtatis cum ſapa, & cribratura furfuris.* Et ſi apoſtema tendat in viam exituræ, tunc maturatiuis appoſitis adiuuanda eſt ſanatio: & de maturatiuis propriè in iſto caſu eſt *emplaſtrum de foliis maluarum decoctis in aqua, & in mortario contritis cum farina ſem. lini, fœnugræci, & axungia porci recentis,* & ſimiliter *emplaſtrum ex farina tritici, aqua oleo, & croco*: & facta ſanie, perforatione ſaniati loci extrahatur: ſeu ſi ad orificiũ vlceris talis ſanies declinare videatur, tunc tentis ſeu expreſſione aut ligaturis ad eum deducatur. Si autem apoſtema vlceri ſuperueniẽs eſſet aliud à phlegmone, tunc quæratur cura poſita *tractatu noſtro de apoſtematib.* Et hæc ſatis pro nunc dicta ſint de cura apoſtematis vlceri ex defluxu humorum contingentis.

De cura oſtracatæ carnis, ſeu calloſæ & duræ. Cap. XI.

C Poſita cura apoſtematis, de cura oſtracatę carnis agendum eſt. Curatio autem eius diſtinguitur ſecundum intenſum & remiſſum duritiei talis carnis: nam carnis oſtracatæ alia eſt duritiei intenſæ, alia remiſſæ. Ea igitur, quæ remiſſa eſt, medicinis lenientibus, in quibus ſit reſolutio aliqualis, curari & rectificari poteſt. Cęterum carnis duritiei intenſæ cura perficitur altero iſtorum modorum, videlicet inciſione cum nouacula, aut cauterio. & ſi cauterio, aut cauterio actuali, aut potentiali, conſiderata primo anatomia loci. quia vbi eſſet timor de diruptione alicuius venæ, ſeu arteriæ, & conſimiliter de effuſione ſanguinis, eligenda potius eſſet carnis oſtracatæ remotio per cauterium potentiale, quam per inciſionem cum nouacula aut cauterio actuali. nam per cauterium potentiale fit remotio carnis oſtracatæ, & prohibitio effuſionis ſanguinis, ſi diruptionem venæ ſeu arteriæ fieri contingat: & quonã modo conſidera. Præterea ſi talis caro oſtracata ſecundum totam eius ſubſtantiam non fuiſſet abſciſſa, applicatione inciſionis ſiue cauterii actualis, tunc maior fiet ab ægris abominatio reiterationis cauterii actualis, & inciſionis cum nouacula, quam potentialis: quare magis dilectum apud me eſt cauterium potẽtiale, quam inciſio, & quam cauterium actuale. Medicamen per me pluries expertum, quod pro efficaciſſimo habui à patre meo: ℞. *lithargyri, lapidis hematitis, vitrioli Romani, ana ℥ ij argenti ſublimati ℥ ij. ß. miſce.* Et pro pleniori
D notitia medicaminum in caſu valentium, recurras ad ea, quæ ſcribuntur *in de amputanda carne ſuperflua extra ſiue mira quantitatis.*

Curatio duritie, intenſa. *Cauterium potentiale.*

Carnis vero duritiei remiſſæ curatio compleatur *inferius* dicendis, incipiendo primo á ſimplicibus, deinde gradatim procedendo ad compoſita. Ex ſimplicibus, & primo ex oleis *oleum liliorum alborum, oleũ amygdalarum dulcium, oleum de lumbricis, oleum vulpinum, oleum de granis iuniperi, ſex olei, & hyſopus humida ex mucilaginibus, mucilago althææ, ſeminis lini fœnugræci.* Ex pinguedinibus & vnctuoſis, *pinguedo gallinæ, anſeris, vituli, bouis, cerui,* & propriè *medullæ eorum, & adeps hirci & aſini & rapacium, ſcilicet leonis, vrſi, leopardi, lupi, vulpis; & rapacium ex auibus, ſcilicet aquilæ, vulturis, & ſimilium.* & meliora earum ſunt, quæ ſunt minoris antiquitatis, & exiccationis, & vehementioris humiditatis. Ex compoſitis præparatis, *vnguentum baſilicon, vnguentum diachylon album, cum gummis, & ſine gummis, vnguentum de medulla cruris vituli, vnguentum mollitiuum, vnguentũ de mucilaginibus, hyſſopi cerotum, emplaſtrum bonum pro remittenda duritie carnis* oſtracatę duritiei remiſſę, *de farinis ſeminis lini, fœnugræci, capitelli, pinguedine gallinæ, porci, ſine ſale, hyſſopo humida, oleo lilii, chamæmeli, & medulla vituli.* Aliud. ℞. *medulla cruris vaccini, olei roſati omphacini, ceræ parum, miſce.* Aliud: ℞. *medullæ cruris vituli, mucilaginis ſeminis cydoniorum, dragaganti, olei amygdalarum dulcium, cum cera & modico terebinthinæ fiat vnguen-*
E *tum.* Aliud. ℞. *œſypi humidæ, adipis anatis, gallinæ, cerui, mellis ana, ceræ q. ſ.* Aliud. ℞. *caput vnum caſtrati ſemicontritum, & in vino dulci decoquatur vſq; ad carnis diſſolutionem, & quod ſupernatauerit, collige, & vſui reſerua.* Aliud: ℞. *medullam cruris equi bullitam in vino albo dulci, vt ſupra de capite caſtrati, collige & reſerua.* Aliud: ℞. *vnguenti de ceruſſa, medullæ cruris vaccæ, adipis anatis, gallinæ, ana.*

Medicamenta ſimplicia pro duritie remiſſa. *Vnguentum.* *Aliud.* *Aliud.* *Aliud.* *Aliud.*

De cura carnis mollis. Cap. XII.

Poſtquam de curatione oſtracatæ carnis elocuti fuimus, nunc de cura carnis mollis dicendum erit. Dicimus igitur, quod cum mollities carnis conſequatur ad malam membri vlcerati complexionem, ſeu ſanguinis delegati malitiam, aut vlceris inſufficientem mundificationem, quod pro eius curatione,

ſi fuerit in cauſa mala complexio, corrigatur medicinis deſcriptis *capite ſeptimo huius partis noſtræ practicæ.* A
Si delegati ſanguinis malitia, caſtigetur aſſignatis *cap. vj.* Si vlceris inſufficiens mundificatio, mundificetur antidotis, quæ humiditatem extraneam, ad quam mollities carnis conſequitur, exiccant & conſumunt, poſitis *capite tertio & quarto & tertiodecimo*, in de amputanda carne ſuperflua quãtitatis paucæ, huic artificioſe ſuppoſito. nam ad carnis mollitiem, niſi prohibeatur, carnis ſuperadditio conſequitur.

De cura carnis ſuperadditæ atque ſuperfluæ. Cap. XIII.

Sicuti carnis creatio, & vlceris conſolidatio actione naturæ fiunt, ita & per oppoſitum amputatio, & carnis ſuperfluæ diminutio, de qua ad præſens agit ſermo noſter, non fit actione naturæ, ſed medicinarum applicatarum qualitate. Et ideo cum medicinæ tales ſint diuerſorum modorum, quia quædam debiles, quædam fortes, quædam magis fortes, ne ex earum applicatione contingat error, præmittendũ erit, quod diuerſitas in applicanda medicina carnis diminutiua, ſumatur penes diuerſitatem quantitatis diminuendæ carnis, nec non penes diuerſitatem nobilitatis, ſeu tenuitatis membri, ſuper quod cadit generatio carnis amputandæ, vt in dura matre, & ſimilibus. Hoc præmiſſo, ſi caro amputanda ſiue B
diminuenda fuerit quantitatis paucæ, diminuatur medicinis his ſatis debilibus, videlicet *alumine rochi vſto, permixto cum bolo aut ſine bolo, alumine ſaccharino, & hermodactilis ſimul cum tartaro, nucleis dactylorum vſtis, cinere conchylium combuſtorum, cinere quercus, cinere ſpinæ, borace, nuce, can lido ſale & melle, aqua aluminoſa, ... aqua ardenti ſola, aqua ardenti cum ſulphure & ſale, ſemine vrticæ, ſerpentaria, vnguento apoſtolorum.*

Medicamenta debilia ad amputandam carnem paucæ quantitatis.

Si vero caro amputanda fuerit quantitatis notabilis, amputetur medicinis ſatis fortibus, videlicet *radice vel cinere vitis albæ, radice aſphodelorum, vitriolo Romano, viridi æris, vnguento apoſtolorum fortificato cum viridi æris, vnguento Aegyptiaco, vnguentis viridibus vigoratis cum ſale gemma, aqua roſacea cum ... , aqua ardenti cum viridi æris.* Vt: ℞. *aqua ardentis vnc. ij. viridis æris ℥ ij. miſce.* Aqua mirabilis in remotione carnis ſuperfluę quantitatis notabilis: ℞ *argenti ſublimati ℥ ij. aluminis rochi ℥ v. aquæ roſ. ſiue plantaginis vnc. vj. miſce, & bulliant ad conſumptionem quartæ partis.* Si autem caro amputanda fuerit eximiæ ſiue mixtæ quantitatis, amputetur medicinis prædictis fortioribus videlicet *trochiſcis ex calidi ... , trochiſcis ex alkali, & calce non extincta, permixta cum aqua in forma luti, & redacta ad formam trochiſcorum, puluere ex alumine zaccharino, thure, & arſenico, & calce viua, puluere ex calce viua & melle, ſimul ... in modum paſtæ, & redacta ad formam magdaleonis, qui in paſta tritici reuoluatur, & in furno decoquatur, aqua per quam fit ſeparatio auri ab argento, oleo de vitriolo, aqua roſata, in qua argentum fuerit ſublimatum diſſolutum, vnguento ex argento ſublimato drach. ij ß. vnguento populeo drach. j. puluere ex lithargyro, lapide hæmatite, vitriolo Romano, argento ſublimato partibus æqualibus.* Expertum per me pluries. ℞. *aquæ roſatæ, ſucci limoniorum, ana vnc. ij. argenti ſublimati ℥ iij. ceruſſæ ℥ ij ß. miſce, & bulliant ad conſumptionem quartæ partis.* Aliud expertum ℞ *ſalis nitri, vitrioli Romani, aluminis ana ... argenti ſublimati ℥ ß. aquæ plantaginis vnc. vj. aceti acris vnc. ij. miſce, & bulliant modo præſcripto.* Item ſecundum, quod C
Emplaſtrum
loco medicinarum hoc tertio in loco deſcriptarum, ab aliquibus laudatur carnis ſuperfluæ amputatio per cauterium actuale, à nonnullis per inciſionem, ab aliis per compoſitionem iſtorum duorum modorum ad inuicem, videlicet cauterii actualis & inciſionis, in hunc modum. Sumptis forficibus bene & notabiliter incidentibus & in ignem poſitis vſque ad rubificationem earum, ſic perfectis, cum illo inſtrumento taliter præparato, caro amputanda amputatur, poſitis nonnullis caulticis, quibus caro ſuperaddita remoueri habeat. At pro eorum applicatione erudita, dicimus, quod in remotione carnis ſuperfluæ vtendum ſit potius medicinis à mordicatione denudatis, quam quibuſcunque aliis, niſi neceſſitate ductus, in qua neceſſitate adhuc meliores erunt & laudabiliores illæ, quæ erunt minoris mordicationis. Præterea notandum etiam, quod cum remotiua carnis ſuperfluæ mordicantia applicantur, linitio facta circumcirca membrum in parte ſana *cum vnguento defenſiuo communi ſolo, ſeu vnguento populeo, cum admixto,* aut *ſuccis frigidis,* aut *plantaginis, ſolatri, ſemperuiui,* & his ſimilibus, multum iuuatiua eſt. Ex dictis iam clare demonſtratum eſt, quis ſit modus carnis ſuperfluę curatiuus. Nunc autem ad curam ſerpiginis ſiue pruriginis accedamus. D

Forfices ignita.

De cura ſerpiginis ſeu pruriginis, in circuitu vlceris contingentis. Cap. XIV.

Cum non raro contingat, partes vlcerum circumadiacentes ſuperficialiter vlcerari multis & paruis vlceribus, ſituſq. inordinati, cum earum partium punctione & arſura, ex quibus vlceris conſolidatio difficultatem conſequitur: ideo priuſquam modus curatiuus prænominatæ diſpoſitionis explicetur, duo erunt præmittenda: & primum, quod talis diſpoſitionis cauſa poſſit eſſe intrinſeca, aut extrinſeca. Intrinſeca ſecundum plurimum, ſanies ab vlcere emanans acuta, mordicatiua, cuius ſaniei materia dicitur cholera adulta, ſeu phlegma ſubtile choleræ adaſtæ admixtum, locum vlceratum & partes adiacentes mundans, & eas contingendo ſua acuitate ſuperficialiter vlcerans. Extrinſeca vero cauſa, vt calefacientium appropinquatio magis, quam diſpoſitio vlceroſa & membri natura requirant, humores in E
loco contentos diſſoluentium & acuentium, necnon antecedentem materiam ad locum attrahentium. Secundo pręmittendum, quod poſita hac diſpoſitione duo ad inuicem coniunguntur, quorum quodlibet neceſſario trahit ad ſe curam, videlicet mala complexio calida, & ſuperficialis vlceratio.

Diſpoſitioni igitur huic ſuccurrendum dięta, cauendo à ſalſis, & ab acutis, & potione materiam peccantem euacuante, & hoc maxime, ſi cauſa fuerit intrinſeca. Iſi ſuccurrendũ in receti ſerpigine localib. alterantib. malã cõplexionem calidã, & exiccantib. ſaniem ſubtilẽ ab vlcere ſuperficiali redundante, & ſecundum q. trahat ad ſe curam magis vna paſſio iã dictarum, quam altera, ſic compoſitum antidotũ in exiccatione prædominetur, ſeu in alteratione malæ complexionis calidę, ſecundum prędominium vitiarum

A iſtarum diſpoſitionum ſuper alteram. Et quia accommodata ſiccitas ad curationem vlcerum non ſemper requiſita ſtat cum frigido, quare nimirum calida cum frigidis in aliquibus dicendis admiſcemus, immo in tali diſpoſitione conſequitur multoties ex applicatione pure infrigidantium, humoris conſtipatio, ſuæque malæ caliditatis concentratio, quæ poſtea eſt cauſa deterioris malignitatis ipſius morbi: de quorum alteratiuorum & exiccantium in recenti ſerpigine eſt *linimentum ex lithargyro, ceruſſa lota, oleo roſato cum aceto forti, confectum in mortario plumbeo cum piſtillo ſuo.* Item *vnguentum album cum aceto acri.* Item aliud: ℞. *radicum lapathi, chelidoniæ recentium, ana vnc. j. aluminis vſti, ſalis communis, ana drach. ij ß. cum axungia porci rancida & ſalita, & ſucco plantaginis, fiat linimentum in mortario contritum conterendo.* Certa autem experientia ſcio etiam iſta in caſu valere, quorum aliqua iuuatiua ſunt ſui exiccatione, alia exiccatione & ſtypticitate ſimul, videlicet *oleum de tartaro, oleum de frumento, oleum de vitellis ouorum, aqua maris, decoctio acetoſa, aqua fabrorum, in qua ferrum extinguitur, aqua exiſtens ſub rota fabrorum, vbi acuuntur ferramenta ſiue inſtrumenta.* Vnguentum bonum per me quotidiana experientia comprobatum, quo patiens volis ſuis ambarum manuum locum ſerpiginoſum, ſiue pruriginoſum inungit, & taliter fricetur, donec vnguentum ingrediatur, & imbibatur in membrorum ſubſtantiam. & quoniam modo tale vnguentum taliter adminiſtratum ſit ſerpiginis curatiuum conſidera: ℞. *axungiæ veteris vnc. iij. tartari, thuris, ana vnc. ß. argenti viui extincti cum ſaliua, vnc. ij ſ. cum albuminibus q. ſ. miſce, & fiat vnguentum in mortario abſque igne.* Item aliud. ℞. *axungiæ porci vnc. iiij. aceti acris vnc. ij argenti viui vnc. ij ß. diſſoluatur axungia ad ignem, & bulliat aliquantulum cum aceto, & per pannum coletur, & in mortario diu aceto conteratur, & incorporetur: deinde adde vltimo argentum viuum cum ſaliua extinctum,* & modo præ ito locus ſerpiginoſus etiam inungatur. Item aliud: ℞. *ſepi caſtrati, medullæ bouis, ana ℥ ij ſucci ſaluiæ vnc. j ß. argenti viui vnc. ij. thuris ℥ vj miſce, & fiat emplaſtrum abſque igne, mortificato prius argento viuo cum aceto acri.* Conuenit etiam in inueterata ſerpigine pro eius cura, præhabitis vniuerſalibus, euacuatio materiæ cõrentæ in loco per ſcarificationem, ventoſas ſcarificatas, ſanguiſugas, & per ſimilia: & dum neceſſe fuerit, conuenit etiam apertio venæ reſpicientis locum tali ſerpigine infectum, vt ſi in coxis fuerit, ſaphenæ, ſi in brachiis, ſaluatellæ. & ſic de aliis corporis partibus: deinde ad localia iam dicta deuenire. Et hæc de cura ſerpiginis ſiue pruriginis in circuitu vlceris euenientis dixiſſe ſufficiant. Quis autem ſit verus modus corroſionis curatiuus, ex *ſequenti capite* quiſque ſufficienter intelligere poterit.

Linimentum. | Vnguentum optimum & ſæpius probatum. | Aliud.

De cura corroſionis. Cap. XV.

C Corroſio, quæ eſt diſpoſitio, in qua humiditas terminans inter partes membri reſoluitur, ita quod partes membri remanent diſcontinuatæ, abſque hoc, quod humiditas, quæ remanet in membro, ſit corrupta, cuius cauſa forte dicitur cholera aduſta, quæ propter ſui acuitatem & aduſtionem fraudulentiam adipiſcitur, ſeptem his inſtrumentis curetur: quorum primum erit prohibitiuum, ne materia
faciens corroſionem multiplicetur: ſecundum erit minoratiuum materierum corroſionis anteceden- 1
tium: tertium erit diuerſiuum materierum corroſionis defluentium: quartum erit eductiuum ab vlcere 2
& à partibus vlceri proximis materiæ corrodentis: quintum erit remotiuum carnis corroſæ, in qua forte 3 4
etiam malitia corroſionis fundatur. ſextum erit alteratiuum malæ complexionis calidæ derelictæ, par- 5
tim ab humore corrodente, partim à medicina cauſtica, qua mediante facta fuit remotio carnis corro- 6
ſæ. ſeptimum erit exiccatiuum ſuperfluitatum in loco exiſtentium. Primum itaque inſtrumentum per- 7 1
ficiatur debito regimine in ſex rebus non naturalibus, vergente ad frigidum & humidum. Secundum 2
inſtrumentum ſubminiſtretur euacuatione facta per ſeceſſum, educente choleram aduſtam: pro quo recurras ad caput de cura ſanguinis peccantis in complexione calida nimis ſuperflua. Tertium inſtru- 3
D mentum compleatur phlebotomia partis oppoſitæ, eductione omni die ſuperfluitatum primæ digeſtionis cum clyſteri, vel ſuppoſitorio, ſi ſponte non educerentur. Et omni alio modo diuerſionis, ex ventoſis, frictionibus, refrigeratione partis ſuperioris, cum ſuperappoſitione medicinarum frigidarum ſtypticarum, vt *ſolani plantaginis*, materiam fluentem ingroſſantium, & vias & ductus per quæ fluit materia, conſtringentium, nec non & membrum confortantium, vt à ſe materiam depellat, & non recipiat. Quar- 4
tum ſimiliter inſtrumentum perficitur educendo materiam cum ſcarificatione vlceris, & partis circumadiacentis, ſeu applicatione ſanguiſugarum ſuper membro. Quintum inſtrumentum perficiatur caute- 5
rio actuali cum ferro ignito, ſiue potentiali, cum hoc. ℞. *argenti ſublimati drach. ij ß. vnguenti populei vel dialthææ* quod multum acuitatem ſublimati refringit, *drach. j miſce.* Sextum inſtrumentum *vnguento de minio, vnguento de ceruſſa albo, vnguento de ſucco ſolatri, vnguento de tuthia, vnguento rubeo camphorato, & ſimilibus.* Se- 6 7
ptimum vero & vltimum inſtrumentum compleatur vnguentis prædictis, ſiue cum hoc, & melius: ℞. *vnguenti de tuthia. vnguenti de calce, ana vnc. j. miſce.* Seu cum hoc: ℞. *aluminis fecis aceti, pulueris gallarum, ana partes æquales.* Valet præterea ſua exiccatione, repercuſſione, & membri confortatione, *aqua plantaginis ſiue vinum melleum, decoctionis aluminis.* Poſita cura corroſionis, de cura putrefactionis dicendum eſt.

Cauterium potentiale. | Vnguentum.

De cura putrefactionis. Cap. XVI.

E Cvm putrefactio in vlcere, quæ eſt corruptio ſubſtantiæ membri abſque eius diſſolutione, conſequatur ad corruptionem complexionis membri, ſeu ad prohibitionem aduentus ſpiritus ad membrum. Ideo antequam ad curationem putrefactionis accedamus, connumerãda erunt, à quibus mẽbri complexio corrumpitur, & ſimiliter à quibus fit prohibitio aduentus ſpiritus ad membrum.

Membri complexio corrumpitur in genere ab omni eo, quod ſibi contrariatur, quia quod corrumpitur, corrumpitur à ſuo contrario in ſpecie, ſicuti à ſaniei ſubſtantia, ab humoris tranſmiſſi ad vlcus malignitate & venenoſitate, ab intenſa ab intrinſeco, ſeu ab extrinſeco euenienti caliditate, frigiditate ſeu humiditate: à venenorum morſu, vt canis rabidi, ſcorpionis, viperæ, & ſimilium: à venenatæ ſagittæ, ſiue rei alterius veneno infectæ diſruptione, ſiue punctura.

Prohibitio aduentus ſpiritus ad membrum vtique in genere fit ab omni eo, quod in vijs tranſitus, A per quos deferuntur ſpiritus, oppilationem inducit, ſicuti in ſpecie à materia incuneata, & conſtricta, ſiue per cauſam primitiuam, ſiue antecedentem, ab immoderata frigiditate, à forti & exaſperata ſtrictura, ſiue illaqueatione, à materiæ coniunctæ exceſſiua quantitate, ſeu multitudine, à materiæ coniunctæ groſſitie & viſcoſitate.

Aſſignatis cauſis tam in genere, quam in ſpecie putrefactionis in vlcere euenientis, tali, quali modo dictum eſt, nunc dicendum conſequenter quod cura putrefactionis diſtinguatur ſecundum quod ea putrefactio eſt de proximo futura, aut iam facta & quæ iam facta eſt, aut ſecundum quod eſt perambulans & procedens ad partes vicinas corrumpendo per viam corruptionis complexionis membri, aut ſecundum, quod non eſt perambulans, nec procedens, partes vicinas corrumpendo ſaltem pro tempore, ſed ſic in ſuo eſſe ſtans.

Cura putrefactionis proxime futuræ.

Cura itaq. putrefactionis, quæ eſt de proximo futura perficiatur, ne talis putrefactio omnes gradus ad putrefactionem acquirat, vt ſi in cauſa fuerit ſaniei ſubſtantia, perficiatur antidotis deſcriptis *cap. 3. & 4. huius noſtræ partis practicæ.* Si in cauſa fuerit ab intrinſeco ſeu ab extrinſeco eueniens caliditas, cura compleatur *ſucco ſolatri, ſucco plantaginis, alumine, aqua roſarum, acetum, aqua roſ.* Si frigiditas, *decoctione chamæmeli,* B *meliloti, & ſimilium.* Si humiditas, *aqua cinerum, aqua aluminis, emplaſtro ex farina hordei, orobi, fabarum, aqua cinerum, aceto, & melle,* & alijs exiccatiuis fortioribus forte. Si vero fuerit in cauſa humoris malignitas, & venenoſitas, ſeu rei alterius extrinſecæ venenatæ morſura, diruptio, ſiue punctura, tunc talis malignitas & venenoſitas eradicetur & conſumatur cauterio, ſeu ſcarificatione, appoſitione ventoſarum ſuper loco, ſuctione cum ore & alijs. Si materia incuneata & conſtricta, relaxetur ſcarificatione loci, & circumuicinæ partis. Si in cauſa fuerit fortis & exaſperata ligatura, diſſoluatur, & à tali deſiſtatur. Si materiæ coniunctæ multitudo, minoretur ſcarificatione, ſeu ſanguiſugarum appoſitione. Si vero materiæ coniunctæ viſcoſitas & groſſities fuerit in cauſa, tunc ipſius fiat ſenſibilis diſſolutio ſcarificatione loci, & circumuicinæ partis.

Cura putrefactionis factæ.

Cura vero putrefactionis, quæ iam facta eſt, & non perambulans, nec procedens ad partes vicinas corrumpendo, ſaltem pro tempore, ſed ſic in ſuo eſſe ſtans, compleatur abſciſſione putrefacti cum nouacula, ſeu quouis alio modo corruptum abſcindente, ſumpta indicatione de profunda & ſuperficiali abſciſſione, ſecundum quod talis putrefactio magis & minus in membro profundatur. C

Putrefactionis perambulantis.

Cura autem putrefactionis, quæ eſt perambulans & procedens, in hunc modum adminiſtretur, inciſione corrupti iuxta ſanum, accipiendo etiam de parte ſana, & conſequenter cauſticatione reſidui, cum igne, & melius, aut medicinis cauterizantibus, vt humidum extraneum in membri ſubſtantia forte derelictum, quia non perfecte, & ad plenum remotum, aptum partes vicinas ſanas corrumpere & inficere, conſumatur & exiccetur, ſeu cum his, quæ illam humiditatem extraneam exiccando & conſumendo [illegible], ſicuti *vitriolo Romano, calce viua,* [illegible] *R. vitrioli [illegible] ℥ x. aluminis ℥ iiij. [illegible] ℥ vj. gallarum ℥ j. [illegible] ℥ xl. olei ℥ vj. pinguedinis*

Vnguentũ.

vituli ℥ xl. [illegible] more vnguenti. [illegible] *R. aquæ pruni ℥ x. calcis viuæ, argenti ſublimati, aluminis, ana vnc. j. [illegible] bulliant ſimul ad ignem, donec aliquid ſpiſſitudinem [illegible].* Item etiam *vnguentum Aegyptiacum,* & ſimilia. Hæc itaque de cura putrefactionis, & vniuerſaliter earum diſpoſitionum, quæ in vlceribus ſuperueniunt, dicta ſint.

De cura corruptionis oſſium. CAP. XVII.

CVm ad vlcera multoties conſequatur oſſium corruptio, qua exiſtente vlcus in carne non poteſt ſanari, niſi prius oſſis corruptio curata fuerit: ideo & rationabiliter data prius vlcerum cura, in calce huius noſtri libri curationem corruptionis oſſium aggreſſus ſum, non diſtinguendo tamen putrefactionem à corruptione, cum curatio, quæ perficitur poſtremo artis medicæ inſtrumento, pro ſui maiori parte penes hæc non diuerſa exiſtat. Dico igitur, quod corruptionis oſſium curatio diſtinguetur ſecundum quod talis corruptio eſt de proximo futura, aut iam facta, & ſecundum quod eſt in oſſe magis & minus profunda, aut magis & minus ſuperficialis, ſimiliter ſecundum diuerſitatem membrorum, in quibus fundata ſunt oſſa, vt in capite, dorſo, coxendicibus, iuncturis & conſimilibus. Scita hac diuerſitate, dicendum ſecundo, quod oſſis corruptio, quæ de proximo futura eſt, denotetur ex iſtorum præſentia, videlicet apoſtematis [illegible] mobed [illegible], doloris in loco, & cum perſeuerantia inſiſtentis, coloris oſſis naturalis [illegible], carnis vlceratæ in corruptionem tendentis, vlceris ſub imperio [illegible]. Oſſis corruptio, quæ iam facta eſt denotatur, quoniam ſecundum plurimum & quaſi ſemper facta eſt oſſis denudatio a panniculo eam naturaliter cooperiente, quæ comprehenditur ex tactu penetratione [illegible], & [illegible] vſque ad ipſum os, tenta plumbea ſiue argentea mediante. Item caro, quæ ſuper ipſum exiſtit os, facta eſt mollis, nec non ſanies ab vlcere emanans eſt cum fœtore, & facta prætenuis.

Si igitur oſſis corruptio fuerit futura de proximo, curetur, ne omnes gradus ad corruptionem acquirat, & hoc remotione ſuæ cauſæ facientis talẽ corruptionem, circa quã fiat diligens conſideratio. E

Si autem oſſis corruptio iam facta ſit & ſuperficialis exiſtat, eradicetur ſectione ſeu ſcalptura ipſius oſſis corrupti vſque quo peruenias ad vltimum corruptionis eius, cognita oſſis corruptionis eradicatione, dum eius fit [illegible], quod ſanguis ex eo egreditur. Si vero corruptio profunda fuerit, abſcindatur ipſum os corruptum [illegible] ſcalpendo, & ſubſequenter cum cauterio actuali cauterizando, vt inde ſi quid humiditatis extranei, non iam ex toto per ſectionem remoti, apti particulas vicinas adhuc inficere, exiccetur & conſumatur. & ſi oſſis corruptio profunda vſque ad ſui medullam comprehendatur, curetur ipſum os malleo & ſcalpello, ſed alijs inſtrumentis conuenientibus, concauando & remo-

A remouendo cum ſui medulla. Si vero oſſis corruptio fuerit vniuerſalior, ita quod totum os ſit corruptum, ſerratura totius oſſis deſtruatur.

Si oſſis corruptio exiſtere videatur in capite, dorſo, anchis ſiue iuncturis, aut membris nobilibus propinquis, annihiletur medicinis complexionem ipſius oſſis conſeruantibus, & humidum corruptum & extraneum in oſſis corrupti ſubſtantia contentum exiccantibus & conſumentibus, ſicuti cum *vnguẽto de agarico*, cuius hæc fertur eſſe deſcriptio: *℞. ſalis, agarici, tartari, ana, fiat puluis, & cum melle vnguentum.* Vnguentum de agarico. Siue cum alio: *℞. ariſtolochiæ rotundæ, ireos, myrrhæ, aloes, corticis plantæ opopanacis, cambil adusti, ſcoriæ aris, corticis pini, ana, miſce, & fiat puluis, ſeu cum melle vnguentum.* Aliud. Item valet in caſu *radix dragonteæ, betonica, radix peucedani puluerizata, radix vitis albæ cum vino emplaſtrata, euphorbium puluerizatum, vitriolum Romanum, & ſimilia.* A nonnullis vero fit humiditatis corruptæ in oſſis ſubſtantia contentæ conſumptio & reſolutio medicinis his, quæ cauterio proportionantur, videlicet *oleo feruenti, radice aſphodelorum ignita valde, cum vino, ſulphure ignito, aqua, per quam fit ſeparatio auri ab argento.* Tu tamen de membri vlcerati nobilitate, & ad membra nobilia propinquitate, & ſimiliter de prædictorum medicaminum fortiori & debiliori potentia cõſidera, ne ex eorum applicatione in membro vlcerato cadat error.

B Quot igitur ſint impedientia curationem vlcerum, & quibus diuerſis modis impediant, & per quæ ſigna impedientia occulta cognoſcantur, quæ ad theoriam pertinent curationis vlcerum: ad hæc autem quæ ſint, & quot ſint ingenia auferentia præfata impedientia, quia tria, ſcilicet potio, diæta, & chirurgia, tam generaliter in quadam ſumma, quam particulariter circa vnumquodque, quod ad practicam attinet, in hoc noſtro compendioſo libello, qui de cura vlcerum exteriorum inſcribitur, quæ eſt chirurgiæ pars, ſufficienter dictum eſt.

ANGELI BOLOGNINI LIBRI II DE CVRA vlcerum finis.

C

D

E

 A

ANGELI BOLOGNINI DE VNGVENTIS, QVÆ COMMVNIS HABET VSVS PRACTICANTIVM HODIERnus in ſolutæ continuitatis medela, Liber. B

PRAEFATIO.

CVM in florentiſſimo Bononienſi ſtudio, à Senatu Bononienſium ſtipendio adductus fuerim, vt chirurgiæ principis lectiones non paucæ ſcholaſticorum multitudini publice profiterer, eorum & doctorum quidem maior pars ingeminatis in dies precibus, vt quæ vnguenta communis habeat vſus practicantium hodiernus in ſolutæ continuitatis medela, & quonam modo & via ea vnguenta ſolutis continuitatibus applicata, in illis operationes à Medico intentas inferant, deinde in quo tempore ſolutis continuitatibus applicanda ſint, poſtmodum quonam modo & quo in loco applicari debeant, adhuc quanto tempore in eorum applicatione continuandum ſit, vltimo eorum deſcriptionem & componendi modum deſcribere vellem, & eis cæteræq; ſtudioſæ iuuentuti imprimi curarem, ſæpiſſime me efflagitauit. Aſſiduis igitur eorum demiſſis ac precibus non obtemperare arbitratus ingratiſſimum, his paucis, non omnia, ſed quæ opportuniora & meliora ad rem viſa ſunt, dicens, ero contentus. C

Quot & quæ ſint vnguenta in communi practicantium vſu. CAP. I.

VNguentorum, quæ ſunt in communi practicantium vſu pro curandis ſolutis continuitatibus, quædam ſunt, quæ pluribus membris, quædam quæ pluribus ſolutis continuitatibus ſunt communia: alia, quæ vni determinato membro: nonnulla vni ſolutæ continuitati tantum ſunt propria.

Vnguenta communia. Quæ pluribus membris pluribuſq; ſolutis continuitatibus ſunt communia, dicuntur eſſe hæc, videlicet *vnguenta defenſiua, vnguenta digeſtiua, vnguenta mundificatiua*, quæ vnguẽta non magis vni particulari membro determinato, quam alteri, & ſimiliter non magis vni particulari ſolutæ continuitati determinatæ, quam alteri, ſunt appropriata, nec pro his principaliter inuenta, ideo in hac parte communia dicuntur.

Capitalia. Quæ vni membro determinato ſunt propria, ſiue illi appropriata, ſunt *vnguenta capitalia*, quæ pro curandis ſolutis continuitatibus in capite tantum contingentibus principaliter fuerunt inuenta.

Mercurialia. Quæ vni ſolutæ continuitati ſimiliter ſunt propria & appropriata, ſunt *vnguenta Mercurialia*, quæ vtiq; pro curanda vlcerata quadam ſcabie miro quodam modo reperta ſunt.

De vnguentis defenſiuis. CAP. II.

A Communioribus rationabiliter incipiens tanquam notioribus, de vnguẽtis defenſiuis dicendum, quorum officium & operatio eſt, cum frigidis & ſtypticis ſint compoſita, frigiditate ſua & ſtypticitate ſanguinem fluentem & humores admixtos ſanguini, congelare, condenſare, & ingroſſare, & ſic ex eorum tali acquiſita ſubſtantia, ineptos fluxui reddere, nec non ſubſtantiam membri patientis inſpiſſare, poroſitateſq; ipſius conſtringere, caliditatem eius attractiuam reſtringere, virtutes membri læſi vnire, & vnitas fortiores in ſuis operationibus reddere, videl. in expellendo maxime, & ſic ex his defluentes humores loco ſoluto copulari prohibere. *Virtus enim vnita, fortior eſt ſeipſa diſperſa*: quod idem eſt, *Omnis potentia manens impartibilis, maior eſt.* Humoribus itaque in fluxu, ſeu de proximo influere exiſtentibus, applicentur defenſiua in parte ſana, videlicet ea parte, qua exiſtant viæ & ductus, per quos defluunt humores & ſpiritus ad locum læſum. Quibus defenſiuis continuandum erit, donec & vſque humorum defluxus ceſſauerit, quod comprehendi poterit priuatione doloris, deliteſcentia tumoris, ſi appatuerint, bonitate saniei in ſubſtantia & qualitate, ipſiuſq; proportionata vlceri quantitate. quorum plurimæ deſcribentur formæ, quarum prima forma erit vnguenti defenſiui communis, quæ talis eſt. ℞ olei roſ. vnc. j. ß. myrtini vnc. ß. ceræ albæ ℥ vj. boni ponderis. boli arm. vnc. ß. ſanguinis draconis, terræ ſigillatæ, ana drach. j ß. Conterendorum vnumquodque per ſe primo, ſubſequenter commixta in vnum in mortario ſubtiliſſime conterantur, & non abs re, dum dicatur *vnguentum ſubtile & emplaſtrum groſſum, & per ſetaceum ſubtilem tranſmittantur, diſſoluta que cera in oleo ad ignem lentum & fere infrigidatis dentur pulueres, ducendo tale commixtum continue baculo vſque ad vltimam infrigidationem. Vltimo in aqua roſata, ſeu aceto roſato infundatur & abluatur*. Tale autem defenſiuum ſub tali forma adminiſtratum, conſuetum eſt non remutari, niſi de tertia in tertiam diem, applicando ipſum eo modo & loco, quibus *ſupra*. Solet præterea à quibuſdam pro vnguento defenſiuo communi, & alijs vnguentis defenſiuis particularibus, in nonnullis particulis humani corporis (licet in omnibus etiam) linimentum *vnguento ſupraſcripto* proportionatum adminiſtrari, cum non in illis particulis accommodate

Vnguentum defenſiuum commune Conficiendi modus. D E

Locum applicandi. *Tempus.* *Tempus ad tres dies.* *Linimentũ.*

A date vnguentum adminiſtrari poſſit, cuius forma erit hæc: ℞ *olei roſ. ℥ ij. boli armeni ℥ j. aceti drach. j. miſce, & in mortario tale aggregatum d[illegible] fiat, [illegible] eorum [illegible] bona permixtione, eo linimento partes circumiacentes vulneri ſiue vlceri ſpatio trium digitorum [illegible]antur*, cooperta prius tamē ſolutione continui, tentis, lintęis, ſeu faldellis & petiis emplaſtratis vnguento, [illegible] ſolutæ continuitati illo tunc tempore conuenientibus, & opportunis: quæ [illegible] omni tempore medelæ præſtitæ reiteranda eſt. Ab aliis vero tempore magni æſtus & caloris, ſeu [illegible] inopia, loco vnguenti defenſiui, & ſimiliter linimenti, de quibus *ſupra*, ſubminiſtrantur nonnullæ defenſiuorum formæ, ſub forma embrocæ: quarum prima erit hæc. ℞ *ſucci [illegible] partes duas, ſucci plantaginis partem vnam, aceti parum, miſce.* In tali petia vna in tali aggregato & aliqualiter expreſſa, partes circumſtantes ſolutæ continuitati embrocentur, & extenſa ſupra membrum vſq; ad tempus mutationi congruum permittatur: & iterum imbibita in tali medicamento applicetur, cooperta prius ſoluta continuitate tentis, faldellis, vt *ſupra* habitum eſt. Alia forma. ℞ *aquæ ro[illegible] ana vnc. ij. aceti vnc. ß. miſce*, & applicetur vt *ſupra*. Alii aliter defenſiua loco & tempore, quibus *ſupra* applicanda applicant, & hoc modo tali, videlicet loco ex *oleo roſato* circumquaque inuncto, eidem *puluerem ſanguinis draconis & boli armeni* hinc inde ſuperaſpergunt, & eorum digitis non valde comprimentibus prædictos pulueres leniunt & diſſoluunt.

Embrocha.

B

De vnguentis digeſtiuis. Cap. III.

DEſcriptis nonnullis in defenſiuorum materia, de quibus *in proœmio* nos declaraturos eſſe diximus, nunc de vnguentis digeſtiuis dicendum, quorum officium & operatio eſt tam in vulneribus, quam in vlceribus indigeſtis & crudis, ſui caliditate cum humiditate & vnctuoſitate permixta, præparare ad expulſionem, [illegible] multiplicato calore naturali, & humiditate & vnctuoſitate diſponendo ad alterationem [illegible] generatione ſaniei cum putrefactione permixta, molliendo & leniendo. In vulneribus dico ſanguinem, & ſuperfluitates admixtas ſanguini congelatum [illegible] venarum notabilium, & capillarium [illegible], & in locis [illegible] conſecuta facta applicatione albuminis oui, ſiue frigiditate aeris circumdantis, ſeu alia de cauſa. Et ſimiliter præparant ad expulſionem ſuperfluitates, quæ aggregantur in loco, partim per viam [illegible], virtute expulſiua fortium membrorum potentium ſuas ſuperfluitates ad membrum debile expellere, partim per viā

C congeſtionis, virtute [illegible] & expulſiua debili membri patientis. In vlcerationibus vero crudis & indigeſtis præparant ad expulſionē humores digeſtioni rebelles ſui cruditate, heterogeneitate ſeu forte multitudine. Exiſtentibus [illegible] vulnere in ſua ſecunda ſiue tertia die, vlceratione indigeſta & cruda in ſuo tempore, applicentur digeſtiua, replendo vulnus ſiue vlcus tentis, faldellis ſeu lintęis & petiis in ipſo digeſtiuo intinctis. Quibus digeſtiuis procedendum erit in eorum adminiſtratione, donec & vſquequo [illegible] fuerit ſanies ex ipſa ſoluta continuitate proportionata ſcaturiens, quæ vt plurimum in vulneribus hyemis tempore ſextam ſiue ſeptimam, in æſtate quintam ſiue ſextam diem [illegible]. In vlcerationibus vero procedendum, donec præ cæteris dolor & tumor deſtiterint cum præſentia ſaniei laudabilis in ſubſtantia & qualitate, quorum digeſtiuorum plurimæ deſcribentur formæ, quarum prima erit vnguentum digeſtiuum commune, quod tale eſt. ℞ *vitellorum ouorum numero j. olei roſ. vnc. j. miſce.* Alia forma: ℞ *terebinthinæ ℥ j. [illegible] olei roſ. ℥ [illegible] miſce.* huic compoſito potes addere parum *croci*, ſi placet, & erit magis [illegible] efficax & [illegible] dolorîs præſtans. Alia forma: ℞ *terebinthinæ lotæ ℥ ij. [illegible] croci [illegible] olei roſ. ℥ [illegible] farinæ hordei q. ſ. vt [illegible] & compoſitio [illegible]dātur.* Alia [illegible] *℞ axungiæ porcinæ [illegible] vnc. j. ß. ceræ albæ, terebinthinæ, ana vnc. ß. croci ſcrup. ß. [illegible] cera ſimul, & vltimo terebinthina, & quaſi infrigidatis [illegible] crocus, & [illegible]*

D *[illegible] infrigidati [illegible]* Item alia forma [illegible] domeſtica in vlceribus [illegible] a tertia ſiue quarta die citra adminiſtranda cum humiditate & vnctuoſitate [illegible] ℞ *vnguenti baſilico. ſcrup. vnc. j. dialthææ vnc. ß. miſce.*

Tempus.

Modus.

Vnguentum digeſtiuum commune.

Aliud.

Aliud.

De vnguentis mundificatiuis. Cap. IV.

CVm vnguenta mundificatiua ea denominanda ſint, quæ ſolutas continuitates mundas reddunt, ea propter non immerito hoc in loco dicēdum eſſe puto, mundificatiuum tripliciter ſumi poſſe, videlicet *large, ſtricte & ſtrictiſſime*. Si large ſumatur, ſic omnia vnguenta, quæ habent mundare ſolutas continuitates, ſiue mundent eas a ſanie, cruſtis, eſcharis, ſiue ſquammis, carne molli, carne putrida, carne o[illegible], & [illegible] aliis, mundificatiua dici poterunt. Si autem ſtricte ſumatur, mundificatio ex vnguentis celebrata propriæ ſolutæ continuitati vlcerosæ tantum competat. Sic ea dici poterunt mundificatiua ſtricte, quæ habent ipſum vlcus mundare ab altera duarum ſuperfluitatum, ſolutas continuitates vlcerosas inſequentium, ex quarum præſentia tale vlcus interdum ſortitur denominationem, vt à ſanie ſubtili, qua vlcus virulentum denominatur, ſeu à ſanie groſſa qua vlcus ſordidum. Si ſtrictiſſime, ſic ea vnguenta, quæ habent mundare ſolutas cōtinuitates vlceroſas à ſuis propriis ſuperfluitatibus ſimul & col-

E lectiue, videlicet à ſanie ſubtili & groſſa ſimul, quæ duæ ſuperfluitates ſecundum plurimum ſolutas continuitates vlceroſas inſequuntur. Non contrahentes tamen tale vlcus ad aliquam differentiam determinatam, mundificatiua ſtrictiſſime denominanda ſunt.

Mundificatiuum tripliciter ſumi.

Vlcus virulentum.

Sordidum.

Data hac mundificatiuorū diſtinctione, de mundificatiuis ſtrictiſſime ſumptis, de quibus in hac parte principaliter ſit ſermo noſter, ſubſequēter de ſumptis ſtricte, vltimo de ſumptis large dicendū erit.

Officium itaq. & operatio vnguentorū mundificatiuorum eſt ſolutas continuitates mundas reddere. Et cum in ſolutis cōtinuitatibus vlceratis, vt *ſupra* dictū eſt, duæ ſuperfluitates inueniri ſoleant, vna ſubtilis,

ſubtilis, altera groſſa: ſubtilis, quæ exiccantibus curatur, groſſa, quę attenuantibus & diſſoluentibus, hoc eſt, abſtergentibus: quapropter mundificatiuum ſtrictiſſime ſumptum ex exiccantibus & abſtergentib. ſimul & collectiue componi habeat. Apparente itaque in vlcere ſaniei ſubtili & groſſa, repleatur vlcus tentis, licinijs ſeu ſaldellis, emplaſtris, vnguento mundificatiuo ipſis ſuperfluitatibus proportionato ſecundum prædominium vnius ſuperfluitatis ſuper alteram: quibus continuandum erit, donec locus mundificatus fuerit: quod non taliter comprehendere poteris, dum ſaniei diminuta quantitas, ipſiuſque in ſubſtantia & qualitate perfecta laudabilitas aſſecerat, quorum plurimæ annotabuntur formæ, quarũ prima erit hæc: ℞ terebinthinæ vnc. ij. mellis roſati colati vnc. j. myrrhæ drach. ij. thuris, ſarcocollæ, ana drach. ij. Vnumquodque eorum, quæ conterenda ſunt in mortario per ſe primo, ſubſequenter commixta in vnum ſimul [illegible] conterantur, facta que deinde bona permixtione adiunatur mellis & terebinthina in cacabo ad ignem lentum, & ab igne depoſitu & pene infrigidatu, dentur pulueres, ducendo tale commixtum baculo vſque ad vltimam infrigidationem. Alia forma ℞ vnguenti rubei vnc. ij. mellis roſati colati vnc. j. diſſoluto vnguento in cacabo ad ignem lentum, & addito melle, ducendo cũ baculo, fiat illorum adinuicem perfecta mixtio. Alia forma, & dicitur vnguentum dialthea patris mei: ℞ terebinthinæ, vnguenti dialtheæ, ana vnc. j. ceræ, reſinæ pini, ana drach. v. [illegible] foliarum menti [illegible] ℥ ß. florum [illegible] drach. j ß. miſce. Alia forma: ℞ vnguenti baſilicon vnc. j. mellis roſati colati vnc. j. fiat eo modo, quo ſupra. B

Mundificatiua ſtrictiſſime. *Vnguentum.* *Aliud.* *Dialthea.* *Aliud.*

Et hæc pauca ex vnguentis mundificatiuis ſtrictiſſime ſumptis connumerata ſufficiant: nunc ex vnguentis mundificatiuis ſumptis ſtricte nonnulla connumeranda erunt, quorum aliqua erunt conſumptiua ſaniei ſubtilis, alia diſſolutiua & attenuatiua ſaniei groſſæ, hoc eſt, abſtergentia, & eorum, quę erunt conſumptiua ſaniei ſubtilis, alia vergent ad caliditatem declinantia, alia ad frigiditatem. Quæ vero erunt conſumptiua ſaniei ſubtilis, & ad caliditatem declinantia eorum prima forma erit hæc, & dicitur vnguentum reſinatum ℞ reſinæ pini, terebinthinæ, ceræ citrinæ, olei communis ana vnc. iij. diſſoluta cera, & reſina, & oleo, & vltimo terebinthina in cacabo ad ignem lentum, & colatu per ſetatium infrigidari permittatur, & vſui reſeruetur. Alia forma, & dicitur vnguentum baſilicon maius, ſiue baſilicon ſeu tetrapharmacum ſiue Macedonicum: ℞ ceræ albæ vnc. ij. reſinæ pini, terebinthinæ, ana vnc. ß. ſepi vaccini [illegible] myrrhæ, ana drach. ij. ſcrup. ij. olei communis vnc. iij. Quæ ſunt conterenda, primo per ſe, ſubſequenter ſimul & in vnum in mortario conterantur, deinde in cacabo ad ignem lentum, oleum, ſepum, ceram & reſinam, vltimo terebinthinam ſubſequenter prædictam imponito, & omnibus diſſolutis & colatis per petiam ſiue ſetacium, & fere infrigidatis dentur pulueres, & cum baculo tale aggregatum tamdiu ducito, donec infrigidetur. Alia forma, & dicitur vnguentum aureum ℞ ceræ citrinæ vnc. j. olei communis vnc. iiij. terebinthinæ vnc. ß. picis græcæ drach. ij. thuris, maſtiches ana drach. j. ſcrup. j. croci ſcrup. ß. ſubtiliſſime puluerizatur maſtiche pix, & thus Vnumquodque iſtorum per ſe primo, ſubſequenter mixtu in vnum in mortario, & diſſoluta cera in oleo, & vltimo terebinthina, & pene infrigidatu dentur pulueres, ſubſequenter crocus, ducendo tale commixtum baculo, donec eorum ſimplicium fiat perfecta mixtio, & tandem vltimata infrigidatio. C

Mundificatiua ſtricte ſumpta. *Exiccantia calida.* *Vnguentum reſinatum.* *Baſilicon maius.* *Vng. aureũ.*

Quæ autem erunt ſaniei ſubtilis conſumptiua ſiue exiccatiua, & ad frigidum vergentia, eorum forma prima erit hæc, & dicitur vnguentum de ceruſſa album ℞ olei roſati, ceruſſæ, [illegible] per ſetacium, ana vnc. ij. ceræ albæ drach. vj. diſſoluta cera in oleo in cacabo ad ignem lentum, & ab igne depoſitu, & quaſi infrigidatu, pone ceruſſam puluerizatam, & vltimo lauetur cum aqua roſata. Alia forma ℞ olei roſati, ceruſſæ puluerizatæ per ſetacium, ceræ albæ, ana vnc. j. fiat eo modo, quo ſupra, præter quod non lauetur cum aqua roſata neque re alia. Alia forma ℞ olei roſati, ceruſſæ puluerizatæ vt ſupra, ceræ albæ, terebinthinæ, ana vnc. ij. diſſoluatur cera in oleo, deinde terebinthina, quibus diſſolutis, & quaſi infrigidatis adde ceruſſam & vſui reſerua. Alia forma ℞ ceræ albæ, olei roſati, ceruſſæ puluerizatæ per ſetacium, terebinthinæ, ana vnc. ij. minij vnc. j ß. diſſoluta cera in oleo, & vltimo terebinthina, & pene frigidatu adde ceruſſam & minium commixtu in vnum & ducatur tale aggregatum baculo, donec vltimate infrigidetur. Alia forma, & dicitur vnguentum de plumbo, per me Saturninum: ℞ antimonij, ceruſſæ, ana vnc. ß. plumbi vſti, lithargyri, terebinthinæ, ana vnc. j. olei roſati vnc. ij. ceræ albæ vnc. j ß. Quæ ſunt conterenda, ſubtiliter eo modo, quo ſupra contere, & per ſetacium ſubtiliter cribra, diſſoluta que cera in oleo, & vltimo terebinthina, quibus diſſolutis, & pene frigidatis dentur pulueres, & ducatur tale aggregatum baculo, donec eorum fiat perfecta mixtio & vltimata infrigidatio. Alia forma, & dicitur vnguentum de tutia, ſiue diapompholigos ℞ olei roſati, ceræ albæ, ana vnc. v. ſucci granorum ſolani vnc. iiij. ceruſſæ lotæ vnc. ij. plumbi vſti, tutiæ præparatæ, ana vnc. j. thuris vnc. ß. quæ ſunt terenda, in mortario ſubtiliter tere eo modo quo ſupra, & per ſubtilem ſetacium tranſmittantur, diſſolutaq; cera in oleo & quaſi infrigidatu dentur pulueres, ducendo tale aggregatum baculo, donec vltimate infrigidetur. poſtremo ponatur tale vnguentum in mortario cum ſucco ſolani, & tamdiu cum piſtillo ducatur, donec ſucci & vnguenti adinuicem fiat perfecta vnio & incorporatio, & vſui reſeruetur. D

Exiccantia frigida. *Vnguentum de ceruſſa album.* *Aliud.* *Aliud.* *Aliud.* *Vnguent. de plumbo vel Saturn.* *De tuthia Vnguentum. Seu diapompholygos.*

Et quia multoties accidit applicatione iam dictorum vnguentorum & aliorum ſimilium, licet hæc ad frigidum & ſiccum ſint vergentia, in ſolutis continuitatibus carnem mollem generari ex eorum ſubſtantia vnctuoſa & oleaginoſa remolliente partis vlceratæ ſubſtantiam, ideo hoc in loco dignum mihi eſſe videtur, nonnulla vnguenta enumerare, vt ab errore præfato tuearis, quorum ſubſtantia non ita oleaginoſa & vnctuoſa exiſtit, immo in ſubſtantia quaſi ceratis ſimilima eſt: & eorum prima forma erit vnguentũ de minio, cuius deſcriptio talis eſt ℞ olei roſati, ſiue cõmunis, terebinthinæ ana vnc. ij. ceræ citrinæ vnc. iiij. minij vnc. vj. ſubtiliato minio in mortario, & per ſetaciũ trãſmiſſo, diſſolutis cera, & vltimo terebinthina in oleo ad ignem, & fere his trib. infrigidatis & per petiã colatis, detur minium, ducendo tale aggregatum baculo vſque ad infrigidationem vltimã. Alia forma vnguenti ſubſtantię tenentis mediũ inter molle ſeu oleagineum, & durum ſiue terreſtre, & dicitur vnguentũ de ceruſſa coctum. ℞ ceruſſæ puluerizatæ per ſetacium, ceræ albiſſimæ, ana vnc. j. olei communis ℥ iij. terebinthinæ ℥ j. diſſoluta cera in oleo, & vltimo terebinthina in cacabo ad lentam ignem, & ab igne depoſitis & quaſi infrigidatis detur ceruſſa. vltimo vero loco manibus in aqua roſ. infuſis malaxetur, & vſui tuo reſeruetur. Alia forma vnguenti prędictę ſubſtãtię, aliis quibuſcunq; eiuſdẽ tamen rationis pręualens. & dicitur vnguẽtum nigrum E

Vnguentum de minio. *Vnguentum de Ceruſſa coctum.* *Vnguentum nigrum.*

A ungtum deſcriptione patris mei: ℞. *ceruſſæ puluerizatæ per ſetatium, lithargyrii puluerizati ſubtiliter, ana vnc. j. ſ. ceræ citrinæ vnc. ſ. olei communis vnc. iiij. ſ. poſita cera & oleo in cazia vna ad ſtatum ſatis magna ad flammã ignis lignorum & non carbonum: & tamdiu teneantur ſuper ea, donec illa ſubtiliter ſ. rueant, & ſubſequenter ponantur in illis feruentibus ceruſſa & lithargyrum, & ducantur continue baculo, ne ea ſ. ruendo fundo caziæ adhæreant. & in tantum bulliant, vſque quo tale aggregatum ad colorem liuidum deueniat, & tunc ſubito ponatur gutta vna ipſius aggregati, ſuper marmore aut ferro ſeu re alia frigida, & infrigidari permittatur. Infrigidata conſiderare debet, vtrum talis gutta ſit ſubſtantiæ mollis oleaginoſæ, ſiue duræ & terreſtris, ſeu inter iſta duo tenentis medium, videlicet inter molle & oleaginoſum, ſiue durum & terreſtre. Si vero extiterit ſubſtantiæ tenentis medium inter illa duo iam dicta, tunc tamdiu tale aggregatum ſeruat, donec ad colorem nigrum deueniat. Si ſubſtantiæ duræ & terreſtris fuerit, tunc detur aliquantulum de oleo, & tanto tempore bulliat, donec prædictam ſubſtantiam & colorem aſſumat, ſuperaddendo de oleo bis ſiue ter, & forte pluries ſecundum opportunitatem.* Tamen conſilium meum eſt circa hoc, quod ſis magis parcus in effundendo oleum, quam abundans. Melius enim eſt reiterare vices olei, quam indebitam quantitatem infundere. *Si autem ſubſtantiæ mollis & oleaginoſæ affuerit, tunc taliter ſeruetur, donec colorem nigrum, & ſubſtantiam inter illa duo iam dicta tenentem medium attingat.*

Quæ vero erunt ſaniei groſſæ attenuatiua & diſſolutiua, hoc eſt, abſterſiua, eorum prima forma B erit vnguenti mundificatiui de melle, cuius deſcriptio talis eſt: ℞. *mellis roſati vnc. j. tritici ſuttili, ime pulverizati drach. ij. miſce.* Alia forma, & erit vnguenti mundificatiui de ſucco apii: ℞. *terebinthinæ vnc. ij. mellis roſati colati vnc. j. ſucci apii vnc. j. farinæ hordei q. ſ. Fiat in cazola ad lentum ignem perfecta mixtio mellis, terebinthinæ, & ſucci ad inuicem, & in fine addetantundem farinæ hordei, donec ad formam vnguenti extenſibilis deueniat.* Alia forma, & erit vnguenti mundificatiui de ſucco abſynthii, quæ fit eodem modo, quo fit vnguentum de ſucco apii. *Vnguentum mundificatiuum de melle. De ſucco apii.*

Sint hæc de vnguentis mundificatiuis ſumptis ſtricte, dicta ſatis. de vnguentis modo mundificatiuis large, nonnulla adiſcribenda erunt: quorum prima forma erit vnguenti mundificatiui ſolutæ continuitatis vlceratæ à carne molli, nõ tam habente aliquẽ putrefactionis gradum, ſed bene de proximo ad putrefactionem diſpoſita. & tale dicitur vnguentũ apoſtolorum ſeu venereum, cuius deſcriptio talis eſt ℞. *ceræ albæ, reſinæ pini, ammoniaci, ana drach. xiiij. opopanacis, floris æris, ana drach. ij. ariſtolochiæ longæ, thuris, bdellii, ana drach. vj. myrrhæ, galbani, ana drach. iiij. lithargyrii ℥ j. olei communis lib. j. Quæ ſunt puluerizanda, primo ſeorſim & C diuiſim pulverizentur, ſubtiliter, ſubſequenter commixta in vnum, deinde diſſolutis in oleo ad ignem lentum reſina & cera, per ſetatium colatis & quaſi infrigidatis dentur prædicti pulueres, eos in ſimul permiſcendo: poſtmodum addantur gummi præparata præparatione, qua præparari ſolent: vltimo inceſſanter tale aggregatum baculo ducatur, & infrigidari permittatur.* Alia forma ... in operationibus, & dicitur vnguentum Damaſcenum: ℞. *vnguenti reſinati ℥ j. floris æris drach. j. diſſoluto vnguento in cazola, ad ignem lentum, & ab igne depoſito & pene infrigidato detur flos æris, ducendo tale aggregatum baculo, donec eorum fiat inſeparata mixtio, & tandem vltima infrigidatio.* *Vng. Damaſcenum.*

Forma vnius vnguenti mundificatiui ſolutæ continuitatis vlceratæ, à carne iam habente gradum confirmatũ, immo gradum corruptionis & putrefactionis. quod vnguentum, vt quidam aiunt, & ego cum eis, prohibet ambulationem, ſiue cadere, quod eſt putrefactum, & ſeruat illud, quod ſequitur ipſum. Tale vero vnguentum Ægyptiacum denominatur, cuius deſcriptio. ℞ *mellis crudi, aceti, æris, aluminis rochini, floris æris ana ℥ j. pulverizanda ſubtiliter in mortario pulverizentur, vt ſupra de aliis. Subſequenter omnia in mortario ducantur, donec eorum fiat mixtio condecens, deinde ponantur in cazola ad ignem lentum, ducendo cum ſpatula tale aggregatum, & ... ne comburatur, & tamdiu bulliat, donec ad colorem rubrum, & ſimiliter ad ſubſtantiam ... & ſpiſſam deueniat.* Si enim tale aggregatum eſſet ſubſtantiæ raræ & fluxæ, duo ... eius adminiſtratione cõtingerent. Vnum, quod in eo ſolutæ continui- *Vng. Ægyptiacum.*
D tati applicato, in ſpatio temporis naturam ad actum fluxilitatis reduceretur, & ſic in ea tam paruo tempore non operationes a Medico exoptatas inferret. Aliud, cum de ratione grauis & terreſtris ſit inferiora petere, conſeruato eo vnguento in aliquo vaſe, *alumen, mel, & flos æris*, tanquam terreſtria grauia & groſſa ipſius vaſis fundum peterent. *acetum* vero, & maxime ipſius aceti ſubſtantia ſubtilis, ſuperficiem. Quare dum crederes tale aggregatum adminiſtrare, tantummodo per ſe acetum adminiſtraretur, derelicta baſi & radice ipſius aggregati, nempe *melle, alumine, & flore æris*, niſi per ſe prius eorum permixtio fieret. His v. rationibus moti, commendamus eius ſubſtantiam denſam & terreſtrem vtiliorem & magis collaudandam fore. Forma vnius vnguenti mundificatiui ſolutæ continuitatis vlceratæ à carne oſtracata, calloſa & dura, quod vnguentum diabetich à quibuſdam denominatur, per me martiale, cuius deſcriptio talis eſt. ℞ *argenti ſublimati, vnguenti populei ſeu dialthææ, (quæ dialthæa multum acuitatem ſublimati refringit,) ana partes æquales, quo ad continuum, conteratur ſubtiliter ſublimatum in mortario ſubſequenter addatur vnguentum dialthææ ſeu populeum, & tamdiu ſimul conterantur, donec eorum fiat mixtio condecens.* *Vnguentum diabetich ſiue martiale.*

Et hæc ſatis ex vnguentis, quæ pluribus membris pluribuſq; ſolutis continuitatibus ſunt cõmunia. Nunc autem tractandum erit de vnguentis, quæ vni determinato membro, & ſimiliter de illis, quæ vni ſolutæ continuitati tantum ſunt propria: & primo de illis, quæ vni determinato membro ſunt propria ſiue appropriata. Et antequã ad ea deueniamus, ne ab enumeratione vnguentorum malam complexio-
E nem remittentium, & ſimiliter vnguentorum carnem generantium, & vnguentorum incarnantium, & vnguentorũ cicatrizantium defeciſſe videar, dicatur, quod pro vnguentis malã complexionẽ remittentibus recurratur ad ea, quę de vnguentis mundificatiuis ſaniei ſubtilis ſcripta ſunt: pro vnguentis vero ſua primaria intentione carnẽ generantibus, & pro vnguentis incarnantibus, & pro vnguentis cicatrizantibus, cum mundificationis tempore & in actu mundificandi ſępe contingat, præter Medici intentionem & medicaminis applicati virtualem operationem, in vna parte ſolutæ continuitatis vlceratæ caro generari, in alia cicatrizari, in altera mundificari: quapropter in attenta conſideratione horum effectuum

diu

diu permanens, arbitratus ſum has operationes actione naturæ fieri, remotis tamen impedimentis, vt A
tota Medicorum ſchola tenet. & adhuc à continuiſſima & freq uenti illorum effectuum conſideratione non deficiens, & circa magis mihi neceſſaria pro nunc occupatus, his de cauſis dicatur, ab enumeratione vnguentorum iam dictorum nunc ſuperſedendum eſſe.

De vnguentis capitalibus. Cap. V.

NOn poſſum non admirari, cur priores poſterioreſq; Medici huius antiquæ, certæ, & non deceptricæ, neceſſariæ & continuo honoratæ artis, non cuilibet determinato membro vnguenta propria & appropriata inuenerint, ſicuti capiti pro curandis ſolutis continuitatibus in eo contingentibus inuenere, pro quo vnguentum ex quamplurimis proprietatibus conſtitutum omni ſtudio compoſuere, videlicet aromaticitate, exiccatione, caliditate & attractione. Aromaticitate, vt fiat ipſius membri dilatatione animæ & ſpiritus confortatio: exiccatione vero, ſuperfluitatum conſumptio, & complexioni naturalis membri conſeruatio. *Omne enim ſimile à ſuo ſimili conſeruatur*. Caliditate, innati caloris membri naturaliter debilis vigoratio, conſeruatio & multiplicatio. Attractione autem ſuperfluitatum extraneorũ in profundo ſolutæ continuitatis exiſtentium ad exteriora euulſio. Ecce quam poſteriores Medici hac tempeſtate noſtra laborauere in inueſtigatione præfati vnguenti pro conſeruatione complexionis, & B
vigoratione caloris naturalis iſtius membri, præſupponentes, ea maxime fore baſim & fundamentum fere requiſitæ curationis: quod vnguentum administrandum erit, dum ſanguis ex ipſa ſoluta continuitate penitus fuerit reſtrictus: quia ſua ſecunda die computata ab hora percuſſionis, emplaſtratis ex eo licinijs ſeu faldellis, & magna vna petia occupante de parte ſana per ſpatium quatuor digitorum ſecundum omnem differentiam poſitionis, quæ licinia, faldellæ & petiæ emplaſtratæ in oleo rosato infundantur, & aliqualiter exprimantur, & loco actu calida taliter præparata applicentur, donec appareat in loco ſoluto aliqualis digeſtio & doloris penitus remiſſio, & tunc oleo poſtpoſito eo ſolo vnguento cõtinuetur, donec & vſquequo ab accidentibus malis tutus fueris, & cutis iam cuti quaſi adæquata fuerit. & ad alia medicamenta eiuſdem tamen rationis deueniendum erit, his duabus rationibus moti: prima, cum natura tali permutatione gaudeat, ſecunda, vt videatis non vno ſemper medicamento procedere, ſed diuerſis, ex quibus infirmi & aſtantium ſpes ſalutis corroboratur. Et tunc ad cerota transeundum, quæ vnguentis præſtantiora erunt in cura, ſtante carne iam quaſi adæquata cuti, & hoc cum non oleaginoſitate & vnctuoſitate participent, quibus fit aliqualis refractio aromaticitatis & exiccationis vnguentorũ. C
Deſcriptio eius talis eſt. ℞ *terebinthinæ, reſinæ pini, olei communis ſiue roſati, ceræ nouæ, ana vnc. vj. betonicæ, matriſyluæ, ana lib. ß. hoc eſt vnc. vj. vini albi potentis & odoriferi ad aliqualem dulcedinem tendentis q. ſ. pro ſepultura herbarum: betonicam & matriſyluam minutim incidito, deinde ea in mortario aliqualiter contundito, & ſic præparata in vino albo odorifero infundito, quæ ſic ſtent in tali infuſione per dies tres naturales, & forte plures, miſcendo prædictas herbas & vinum omni die bis ſiue ter postea cum prædictis herbis ſumito, & in caldario ſiue cazia magna, & ſimiliter terebinthinam, oleum, reſinam, & ceram imponito, & tamdiu ad lentum ignem ſimul bulliant, permiſcendo ea baculo, ne ſundo caziæ adhæreant, donec vini fiat conſumptio, poſtmodum per ſetaceum ſiue petiam raræ ſubſtantiæ colentur, & exprimantur in catino vitreato, & in eo infrigidari permittantur. Infrigidata iterum ponantur in vna cazia ad ignem & diſſoluantur, quibus etiam diſſolutis, adde ſarcocollæ, myrrhæ, ana partem vnam, gummi elemi partes iij. ita quod vni libræ vnguenti correſpondeant j. iſtorum trium pulueriſatorum vnc. ij. & aliqualiter bulliant, & iterum colentur & vnguentum ex his tam dictis ſimplicibus & modis conſtitutum vſui ſeruetur.* Forma vna cerotti capitalis præ alijs nobilior conſtituatur ex modis & ſimplicibus iam dictis ad inuicem proportionatis, præter olea, quibus vnguentum capitale præcipue conſtituitur, quo conſtituto manibus oleo munitis malaxetur & vſui ſeruetur. Alia forma cerotti capitalis. ℞ *reſinæ pini, ceræ ana vnc. ij. terebinthinæ vnc. xij. ſuccor. betonicæ, plantaginis, apij ana* ... *j. bulliant ſimul ad inuicem cum cera, reſina, in cazia ad ignem lentum, & quaſi ſucco conſumpto & exiccato detur terebinthina, qua liquefacta & aliqualiter per ebullitionem cum illis incorporata colentur, & vſui cerotum confectum reſeruetur.* Et hæc de vnguentis & cerotarijs, quæ vni determinato membro ſunt propria ſiue appropriata. D

Ceratum cephalicum.

Aliud.

De vnguentis Mercurialibus. Cap. VI.

POſitis nonnullis vnguentis & cerotis quæ membris appropriantur, hoc in loco tractandum erit de vnguentis & cerotis, quæ vlceribus appropriata ſunt, & maxime cuidam ægritudini vlcerosæ mali modi, cui applicatis vnguentis, quæ alijs vlceribus applicari ſolent, potius compertum eſt nocumentum, quam iuuamentum. Cuius tam abſurdæ diuerſitatis dubius, & multo tempore in eius conſideratione anxius commorans, tandem experimento ratione comprobato viſum eſt mihi & alios quam plures, iam dictæ ægritudinis curam fieri applicatione medicaminum corpus à ſuperfluitatibus indeſinenter mundantium, neglectis iam dictis localibus & alijs. Quare de re non erit erroneum dicere, & ſine hæſitatione credere, hanc ægritudinem à materia antecedente & forti & continue eam fouente dependere: cuius cura, vt habitũ eſt, erit euacuatio illi debita & proportionata. Quæ vero fit in his & alijs in hac parte incidentaliter dicendis, conſidera. Et primo, quod euacuationum per Medicos ſeniores & iuniores E
adinuentarum, aliæ fiunt aſſumptione ſolutiui aſſumpti per os in forma pilularum, confectionis, electuarij, pulueris, vel ſub alia forma. Nonnullæ linitione ilium & ventris inferioris cum *vnguento arthanita* vel *laxatiuo*, certa linitione extremitatum. Quædam vero fiunt aſſumptione ſolutiui aſſumpti per os, & ſimiliter linitione ventris. Quæ per os, de quibus ſermocinandum eſt, educunt ſolummodo humorẽ, ad quẽ conuertuntur, pro eo tẽpore, quo fit retenta & digeſta medicina ſolutiua in corpore: cuius digeſtionis terminus cõmuniter eſt circa horas octo, in quo tempore interdum educuntur omnes humores fere peccan-

Euacuationes, quæ fiũt per linitionẽ ventris, eſſe præſtantiores iis, quæ per pharmaca per os ſumpta.

A peccantes, licet raro interdum eorum pars, educendo eos per ſeceſſum, & non regione alia. Quæ eua-
cuatio, mea ſententia, in vno videtur diminuta, in alio erronea. Diminuta, quia non educit continue &
ſucceſſiue ſuperfluitates, donec corp⁹ redditur mundũ. Poſito n. interuallo, vt res exigit, inter aſſũptio-
nẽ vnius medicinæ ſolutiuæ & aliã, in tẽpore autẽ intermedio fiet reaggregatio (dico in hac magna cau-
ſa) tantæ humiditatis in corpore, quanta facta fuit euacuatio per priorem medicinam, & forte plus.
Præterea non educit pluralitate regionum, ſed tantum vnica. Pluribus enim humoribus peccantibus
variæ ſubſtantiæ & degentis in loco longinquo & forte rebelli à via ſeceſſus, non fiet eorum debita &
appropriata euacuatio. Vnica regione, quia per ſeceſſum. Erronea, quoniã non mouendo humorem,
ad quem conuertitur, & in quem eſt proprium agere, educit humiditates radicales, & illas eliquat & diſ-
ſoluit, & ſic eſt cauſa magni erroris & multarum ægritudinum, ſenii, & mortis intempeſtiuæ. Et in actu
euacuandi ſæpe accidit, quod mouet humores & illos non euacuat & ſi euacuat, laborioſe euacuat, aut
euacuat plus, quam oportet. Et facta euacuatione accidit interdum febris, dolor capitis, vertigo, debili-
tatio viſus, debilitatio ſtomachi, ſitis, ſingultus, dolor ſtomachi, dyſenteria, egeſtio ſanguinea, tenesmos
B laſſitudo & debilitatio corporis. de quorum accidentium ſuperuentu nullus admiretur, cum medicina,
qua fit talis euacuationis modus, malignitate & venenoſitate participet, quia forte aliter non educeret.
Non igitur mirum, ſi tranſeundo per os & membra nobilia, præfata accidentia ſubſequantur. Quæ au-
tem fiunt linitione extremitatum, educent ſuperfluitates peccantes tantummodo & ægritudinem fo-
uentes, ſiue ſint a, ſiue b, educendo eas continue & ſucceſſiue, die noctuque, donec corpus redditur
mundum vnica regione ſiue pluribus, quibus habilius & commodius tales ſuperfluitates euacuari poſ-
ſunt. Et quamuis hi prænominati effectus & operationes ex tali modo euacuandi conſequentes, reuera
digna ſint non minima admiratione, ea propter vt admirantium animus ſedeat, erit innoteſcẽdum, *hos
effectus & operationes non fieri vi medicinæ educentis illum humorem peccantem, ſed vi virtutis expulſiuæ membrorum
principalium, expergefacta & irritata à qualitate linimenti ad expellendum nocitiua ſuperflua*, ac ſi ita ſe ens incitare-
tur, vt ſuttat: *opus enim naturæ præ aliis rationabilib. validius & incolumius.* Item innoteſcendum ſecũdo, quod
non raro accidat virtute exiccatiua linimenti quo fit prænominatus euacuandi modus, conſolidationẽ
vlcerum iam dictorum fieri, abſque vllo ſigno ſenſibili euacuationis: & non ab re. exiccatis enim extre- *Extremæ*
mis partibus, exiccatur totum corpus. ſicuti infrigidatis extremis partibus, omnes totius corporis partes *partes.*
infrigidantur. Accidentibus vero timoroſis ex hac linitione ſiue euacuatione apparentibus, illis ſuccur-
C rendum erit de facili, & hoc per remotionem cauſæ extrinſecus applicatæ: quod non fieri contigit in e-
uacuatione facta vi medicinæ aſſumptæ per os. Et ſi quis mordaci dente de vlceribus in ore euenienti-
bus ex linitione præfata, talem modum euacuandi accuſauerit, taceat, maiorem ſuorum documentis,
dicentium, in cura ſcabiei antiquæ & vlceroſæ dyſenteriam prouocari: ſimiliter in cura ſcrophularum,
inteſtinorum excoriatione apoſtema ſcrophuloſum curari: in paſſionibus oculorum poſteriorem partẽ
colli ignitam acu & ſetone perforari: in magnis cauſis, vt in lepra venena intrinſecus exhiberi, quod ma-
ius eſt. *Quam mira & excellentis virtutis exiſtat in præfata ægritudine euacuationis modus linitione extremitatum ad-
miniſtratus vere. Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum, ferrea vox ſufficienter enarrare poſſim* Sed pro poſ-
ſe noſtro debili hæc pauca de eius virtute & operatione ſatis dicta ſint, hoc vno non omiſſo, quod tuum
erit ex præfatis euacuãdi modis vnum in hac dura & ſæua & vltima ægritudine, quod magis condecẽs
videatur, eligere, & illum in infirmorum languentium ſubſidium afferre.

Deueniens modo ad linitionis modum, dicatur, quod primo præparentur loca, in quibus fieri de- *Modus lini-*
beat talis illinitio, tali præparatione, quod fiat habilior virtutis linimenti impreſſio, & conſequenter ef- *tionis.*
fectus exoptatus facilius: videlicet fomentando manus & pedes. Manus à cubitis & ſupra cubitos per *Præparatio*
D quatuor digitos vſque ad palmam manus. Pedes à genibus & ſupra genua per quatuor digitos vſque ad *ad lini-*
plantam pedis decoctione hac, videlicet. ℞ *calamenti, origani, menthæ, rutæ, marrubii, foliorum lauri, ſalviæ, roſæ,* *menda.* *Fomentum.*
lapathi acuti, ſæniculi, ana manip. j bulliant hæc in ſufficienti quantitate aquæ vſque ad conſumptionem tertiæ partis,
& fomententur membra prædicta omni ſero circa caſum horæ melancholiæ vergentem verſus horam
phlegmatis, cum in tali ægritudine multum prædominetur phlegma humori melancholico admi-
xtum, quod perſuaderi poteſt ex dolore & anguſtia infeſtantibus & ſe mouentibus hora motus humo-
rum peccantium. Nam patientes talem diſpoſitionem ægritudinis incipiunt moleſtari à doloribus &
anguſtiis circa caſum horæ melancholiæ, continuando per totam horam phlegmatis, quia incipiunt
moleſtari à vigeſima ſiue vigeſimaſecunda hora, perdurando per totam noctem, quæ ſunt horæ præ-
dictorum humorum.

His locis præparatis ad ſuſcipiendas virtutes linimenti, ſubſequenter ea pannis lineis calidis ab-
ſtergantur, & dei nutu inungat infirmus per ſemetipſum loca fomentata, eo in loco calido ſedente, vt- *Modus inun-*
puta inter duos ignes, vnguento in extremitatibus digitorum tepefacto, de quo *infra*. Inunctis his par- *gendi.*
tibus faſcientur loca illa cum faſcia calida, ſuprapoſita prius ſtuppa cannabina, continueturque talis faſ-
E ciatio, donec continuatur talis inunctio, & continuetur talis inunctio vſq; ad diem quartam ſiue quin-
tam incluſiue & forte plus, donec dentes dolere inceperint, ſiue phlegmata per gingiuas notabiliter diſ-
ſolui, ſiue ſuperfluitates peccantes alia regione ſenſibiliter ſeu inſenſibiliter euacuari, & tunc à tali lini-
tione deſiſtendum erit. His autem apparentibus abſtergantur & mundentur loca inuncta à tali linimẽ-
to cum panno lineo rudi & nouo, cauendo infirmum ſummopere à principio linitionis vſque ad finem
cure à frigore, ita quod non egrediatur domum, donec ceſſabit fluxus phlegmatis & aliarum ſuperflui-
tatum euacuatio & ne prænominatus euacuandi modus in aliquibus caſibus videatur fallax & mendo-
ſus, erit attendendum, quod forti ægritudine apparente, & medicamini tuo reſiſtente, virtute exiſtente
robuſta ſatis, non ſit abſurdum, totum corpus ſtuffari, & linitionem noſtram vſque ad humeros & ilia

forte & dorſum terminari,ſubſequenter infirmum pannis calidis inuolutum in molli lecto collocari,& A
cum ſacculis calefacti hordei circumdari. Et econtra virtute debili exiſtente & ægritudine infeſtante,
ab his iam dictis euacuandi modis erit deſiſtendum,& à leuioribus pro eius cura procedendum, ſeu lo-
calibus appropriatis,de quibus *infra*,palliandum,quare æqualiter librando fortitudinem virtutis & æ-
gritudinis, & linendi modum inter ſe,interdum tui honore,linimenti venerationis conſeruatione,in-
firmi vtilitate,non erit inutile.

Diæta tempore inunctionis.

Et ſi quæratur,quænam poſt talem inunctionem diæta competat,vtrum ſubtilis & tenuis,an groſ-
ſa. Reſpondeo mea ſententia,vt *ſupra* dictum eſt,cũ effectus & operationes ex linitione iſta conſequen-
tes non fiant vi medicinæ educentis illum humorem peccantem, ſed vi virtutis expulſiuæ membrorum
expergefactæ & irritatæ ad expellendum nocitiua à qualitate talis linitionis , ideo omni poſſe oportet
naturam totius confortare & conſeruare,vt confortata & vigorata fiat potentior in expellendo nociti-
ua ſuperflua:& cum à re nulla præſtantius & velocius virtus confortetur,quam à bono & laudabili cibo
& potu,quare in caſu erit æger cibandus cibariis generatiuis boni laudabilis & non putreſcibilis chymi,
vti carne gallinarum,caponum,pullarum iuuenum,hœdi lactentis,caſtrati iuuenis,perdicum, faſiano- B
rum,auicularum cum roſtro ſubtili,ouis gallinarum coctis, præterquam elixis & frixis.Item potus eius
ſit vinum ſuauius,quod haberi poteſt ſine admixtione aquæ. Tale autem vinum eſt naturæ amiciſſimũ,
& maxime vinum album ſubtile aromaticum,& ad bibendum ſuaue,& eſt de eo,de quo ſanguis & ſpi-
ritus quaſi nullo medio generatur.

Ad pleniorem doctrinam euacuationis linitione extremitatum ſuccedentis, cum incidentaliter
in *ſuperiorib.* tractatum ſit de eius accidentibus vnicuique intellectui pauorem inferentibus,& ſimiliter
de eorum cura per remotionem cauſæ extrinſecus applicatæ,erunt hæc conſideranda, videlicet quæ &
quot ſint talia accidentia.deinde cum quibus & qualibus ea curanda ſint.

Accidentia eorumque correctio.

Accidentia connumerantur hęc,videlicet *dentium & gingiuarum dolor,gutturis aſperitas & inflãmatio,
phlegmatis ex gingiuis ſuperflua euacuatio.fluxus phlegmatis ex gingiuis, ante tempus reſtrictio , phlegmatis non in ſuo
tempore a gingiuis expulſio,maſticationis cibi difficultas,virtutis debilitatio,ventris cõſtipatio,coloris faciei mortificatio.*
1 Primum itaque accidens curetur cum *ſucco abſynthii & albo oui ſimul mixtis* , ex quibus partes inun-
2 ctæ inungantur,cureturque ex *lacte ouillo tepido* ipſum os colluendo. Secundum accidens cum *melle roſa-*
3 *to,melle ſimplici,aqua hordei,aqua lactis.* Tertium accidens caſtigetur cum *bolo arm.diſſoluto cum ſucco lanceo-*
la, & ex iſto compoſito colluatur os , & eo inungantur loca inuncta prius , ſiue teneat in ore *frigidam a-* C
4 *quam ſeu ſuccum ſolani*,& ſic fiet reſtrictio fluxus. Quartum accidens cum maſticatione *ſtaphidis agriæ*,ſiue
5 *thapſia*,hoc eſt,*piperina*. Quintum vero accidens corrigatur cum fomentatione partium , quæ prius fue-
6 runt inunctæ,ex *rore marino.ſaluia , bullitis in aqua.* Sextum accidens cum diæta ſorbili ex bono brodio
7 contuſo,deſtillato,quibus ſi admiſceantur cordialia,non erit inutile. Septimum accidens deſtruatur
cum *ſaccharo ro.bugloſſato,boraginato,cibis bonis & cordialibus,epithematibus cordialibus,electuariis cordialibus , &*
8 *potib cordialibus* Octauum vero accidẽs cum clyſtere communi, ſeu ex brodio pulli cum *ſaccharo & vitel-*
9 *lis ouorum & ſale.*& vtatur ſaccharo violato , dum adeſt ventris conſtipatio cum virtutis debilitate. No-
num accidens annihiletur cum *gummi arabico.axungia vrſi,oleo roſ.ana , & miſce totum cum pauco balſami* , &
inungantur manus,facies,& tempora , & tunc reddetur color naturalis & pulcher. Et hæc breuiter de
cura accidentium dicta ſint.

Cur per ſputum maxime euacuentur talnter ſuelli.

Interroganti vero cauſam , vnde ſit , quod ex præfato liniendi modo fit ſecundum plurimum ſu-
perfluitatum euacuatio per ſputum:licet interdum per ſeceſſum,ſudorem, & vrinæ fluxum. Dicatur,
quod exiſtente non raro materia huius ægritudinis à prædominio phlegmatis,natura ſagax regionem e-
uacuationi phlegmatis,& maxime à capite deſcendentis,& ſimiliter humoris curſu phlegmatis expulſi D
ſi quis fuerit,hanc non rebellem,videlicet per ſputum,immo ſibi ſolitam & familiarem experta ſit.Siue
dicatur,linitionem prædictam ſui proprietate occulta dentibus & gingiuis nocere,& ea debilitare, qua
parte debilitata,fit in ea aggregatio ſuperfluitatum ægritudinem apoſtemoſam conſtituentium, partim
per viam defluxus,partim per viam congeſtionis:cuius ægritudinis apoſtemoſæ materia coniuncta in a-
liquibus calore naturali, calori extraneo prædominante ſuppuratur:in nonnullis calore extraneo calo-
ri proprio prædominante corrumpitur,& ſic quicquid ab ea corruptione tangitur,ſimiliter corrumpi-
tur : quare facta in eo loco ſolutione continui, & porta , ex exitura ſiue putrefactione , debilitate ad-
huc procedente,vt res exigit, fit inde per ſputum ratione hac ſuperfluitatum expulſio,& ſic earum eua-
cuatio. Miror etenim in caſu ſi ita eſt ex hac ſolutione vlceroſa phlegma non alteratum euacuari, aſſi-
gnata interroganti hac cauſa.

Linimentũ ex hydrargyro mire roboratiuũ totius corporis.

Nunc autem deſcribenda erit ea linimenti ex intenſione noſtra cõſolati deſcriptio , quo inunctis
extremitatibus eſt omnium membrorum principalium corroboratiuum , membrorumq; illis deſerui-
entium confortatiuum,nec non membrorum,quibus applicatur,vigoratiuum , ſpiritus & animæ dila-
tatiuum,cunctarum virtutum,ſed expulſiuæ maxime omnium membrorum ad expellendum nocitiua E
incitatiuum,ſuperfluitatum peccantium continue & ſucceſſiue die noctuque , donec corpus redditur
mundum,vnica regione ſiue plurib.eductiuum: ℞ *Lardi pulchri non rancidi gladio minutim inciſi vnc. viij ga-*

Præparatio Lardi.

*ryophyl.benzoir,ana drac.ij cinamomi,nucis muſcatæ,ſtoracis calamitæ,ana drac.j ß corticũ citri,croci,ana drac. j, cor-
ticũ lign.paradyſi drac.iiij euphorbii ſcrup.iiij.aqua roſata vn vj.cera alba minutim inciſa,ſed tẽpore æſtatis,vn ß.lauen-
tur lardum in aqua ſcabioſa duabus vicib.continue,abiiciendo aquam,deinde lauetur tribus vicibus cum aqua roſata o-
ptima eodem modo quo lotũ fuit in aqua ſcabioſa,continue illam aquam abiiciendo,poſtea garyophyl. & alia ſupraſcri-
pta bene puluerizata cum lardo in aqua roſata infundantur per diem naturalem,poſtremo in vaſe duplici bulliant,vigin-
ta per balneum Mariæ,obturato bene orificio vaſis vſque ad conſumptionem aquæ roſatæ per horam , vltimo per peri-*

am lini

A *am [illegible] ſubtilia colentur, & infrigidari permittantur: deinde adde de Mercurio terreſtri quantum infra deſcribitur, in mortario ligneo ducto adeo, vt minima pars Mercurij tangat minimam partem ſupraſcripti vnguenti.* Præparetur Mercurius hoc modo: *℞. Mercurij terreſtris vnc. ij. Mercurij ſublimati drach. ij. ſucci citrangulorum vnc. ß. fel tauri, ſaliuæ hominis ieiuni q. ſ. ſubtilietur aliqualiter Mercurius cum ſputo, deinde ponatur Mercurius ſublimatus in mortario, diligentiſſime prius conteratur, addendo de ſucco citranguli & aliis ſupraſcriptis. ℞. laridi ex intentione noſtra præparati vnc. vj. Mercurij terreſtris in naturam cælicolæ conuerſi vnc. iij. miſce, & fiat vnguentum in mortario lapideo ſiue ligneo per diem integram conterendo, ita quod minima pars vnius ſimplicis contingat minimam partem alterius.*

Præparatio Mercurij.

Forma vna vnguenti Mercurialis ſubſtantiæ tenentis medium inter molle & durum, quod per me cerotum Mercuriale denominatur, cuius officium & operatio erit membrum, cui applicatur, permaxime vigorare, & cunctas virtutes principaliter membri lati, & ſecundario membrorum, quibus tale membrum alligatur, irritare digeſtiuam & expulſiuam præ cæteris, quod vnguentum adminiſtrandũ erit hora prima, qua ad infirmum perueneris, extenſum ſuper pecia vna capacitatis magnæ, ita quod comprehendat notabiliter de parte ſana membri vlcerati ipſum vlcus ambiente, repleto vlcere prius licinijs, faldellis emplaſtratis vnguento, de quo *infra*, quidem continuandum erit, donec locus penitus
B conſolidatus fuerit, cuius deſcriptio talis eſt. *℞. linimenti ſupraſcripti vnc. iij. Mercurij cælicolæ vnc. ij. ceræ vn. ij. ß. terebinthinæ vnc. ß. Alteratur linimentum ſupraſcriptum cum Mercurio cælicola in mortario ligneo cum piſtillo ſuo eodem modo, quo ſupra. deinde diſſolutis inſimul cera & terebinthina in cazola ad ignem lentum, & ab igne depoſitis & quaſi infrigidatis detur linimentum Mercurio ſupraſcripto admixtum, illius infundendo partem poſt partem.*

Ceratum Mercuriale.

Forma vna vnguenti Mercurialis, quo licinia & faldellæ emplaſtrentur, cuius officium & operatio erit vlcus à ſuis proprijs ſuperfluitatibus emundare, & ſubſequenter non primaria ſui intentione, ſed ſecundaria carnem generare: *℞. laridi ex intentione noſtra primaria præparati vnc. vj. mercurij terreſtris vnc. iij. aluminis rochini vſti drach. vj. corticum thuris puluerizati drach. iij. miſce.*

Vnguentum mercuriale mundificans.

Sint iſta connumerata ſatis de vnguentis & cerotis, quæ vlceribus appropriata ſunt. Et licet quamplura dicta incidentaliter tamen, inde vnguentis mercurialibus viſa ſunt, verum id non abſque ratione factum arbitrandum eſt, cum nonnulli ad pauca reſpicientes aſſerant, curationem veram & ratione comprobatam iam dictorum malignorum vlcerum vnguentis mercurialibus minime fieri poſſe, nec ea vnguenta in humano corpore canonice adminiſtrari debere: qua de re vt præfata & alia clarius elucidentur.

Præparatio ad ſequentia.

Quæſtiones.

C Quærendum erit & primo, *vtrum vnguenta Mercurialia pro curanda diſpoſitione iam dicta & aliis in hu-* 1
mano corpore adminiſtrari debeant: Pro quo dicendum, quod ſic cum Galenus, Auicenna, Meſue, cæteriq; talibus viri fuerint, indieſque communis Medicorum cætus vtatur etiam, & hoc inunctis pulſibus pro curanda ſcabie. Et ſi dicatur, quod compoſitionem vnguentorum pro curanda ſcabie Mercurius non ingrediatur, neque adminiſtretur in tanta doſi, quemadmodum adminiſtratur in vnguentis pro curandis vlceribus præfatis, in quibus doſis Mercurij ſatis adaucta eſt: dicendum, quod ſicut non eſt proportio æqualis inter ſcabiem & hanc ægritudinem vlceroſam, cum hæc ægritudo ſit ſæua, & vltima, & mali modi, ſic non debet eſſe æqualis proportio Mercurij in vnguento, quod adminiſtratur ad ſcabiem, & in vnguento, quod adminiſtratur ad iam dictam ægritudinem. *Vltima quidem ſeu fortis ægritudo, fortibus ſeu vltimis indiget adiutorijs pro ſui cura.*

Quærantur ſecundo, *vnde ſit, quod vnguenta Mercurialia curant ſcabiem, & præhabitam ægritudinem in-* 2
unctis pulſibus tantummodo? Dicendum, quod curent ſcabiem & præhabitam ægritudinem, euacuando materiam antecedentem earum, ſicuti dicitur à maioribus noſtris de vnguento experto ad ſcabiem ipſius Meſue.

D Quæratur tertio. *propter quid ſit, & vnde hoc accidat, ex talibus vnguentis talẽ euacuationẽ fieri eo modo, quo* 3
dicitur? Dicendum, quod irritando ſua qualitate expulſiuam morborum principalium, fiat talis euacuatio. Inunguntur enim partes valde & ſumme principalibus alligatæ, *neruis, arterijs, & venis magnis mediantibus*, ſicuti dicitur de *vnguento arthanita Meſue*, quod expulſiuam inteſtinorum ſtimulando & irritando euacuat.

Quæratur quarto, *vtrum linimento iam dicto quæcunque ægritudo de repletione curari poſſit, cum per nos tot* 4
& tanta de eius virtute & operatione dicta ſint? Dicendum, quod ſic; dummodo virtus ſit fortis, & ægritudo non acuta, nec cum malis accidentibus in aliquo tempore ſui proximi complicata. Et hoc ideo, cum de facili infirmus in tempore infeſtationis accidentium, & in principio paroxyſmorum deficere poſſet, natura à tot & tantis infeſtata. Nonne vnuſquiſque magis ſe vno inimico notabiliter lædente poteſt ſe defendere, quam à pluribus?

Quæratur quinto, *vtrum membra principalia ex tali linitione lædantur:* Dicendum, quod non lædantur 5
læſione, quæ non corrigi ac rectificari poſſit, cum cauſa poſſit abſcindi & remoueri, quia ſe teneat ab extrinſeco. Necnon cum poſſint applicari per intus & extra, principalia membra vigorantia & confortan-
E tia. Et adhuc natura à ſuperfluitatibus exonerata non deficit poſtea in neceſſarijs, quia maxime in vigoratione principaliũ. Et ſicuti dictum eſt, remiſſe læduntur, cum Mercurij qualitas ſatis ſit refracta & cõſolata, ſi quis diligentiſſime compoſitionem noſtram inſpexerit, vti dicitur *de ſcammonia in electuario ſucci roſ. colocyntide, helleboro, agarico, turbit, & in aliis.*

Quæratur ſexto, *vtrum tale medicamen venenoſitate participet?* Dicendum quod ſic, refracta 6
tamen.

Quæratur ſeptimo, *vnde ſit, quod à talibus vlcerationibus abſoluti, poſt aliquod tempus, vtputa per annum, de* 7
nouo in vlcerationes incurrant? Dicendum, quod non obſeruato debito regimine in ſex rebus non naturalibus, multis plicatiſque ſuperfluitatibus, & ſuperueniente iterum cauſa ab extrinſeco, tales iterum in

Mmmm 2 vlce-

vlcerationes incurrant, ſicuti accidit in aliis ægritudinibus particularibus, vt pleureſi: & vniuerſalibus, A
vt febre. Cognitum enim eſt experimento, talem morbum eſſe contagioſum.

8 Quæratur octauo, *vnde ſit, quod in aliquibus caſibus curatio redditur mendoſa?* nam illa, vlcera videntur
quaſi exiccari, & in breui tempore reſcindi. Dicendum, quod contingat ex iis videlicet, quod non facta
fuerit euacuatio completa & ſufficiens, ſed incompleta & diminuta: quia diminute facta fuit illinitio,
ſeu quod forte infirmus expoſuit ſe frigido aeri in tempore euacuationis, vnde materiæ antecedentes
obturatis poroſitatibus & conſtipatis, non potuerunt exhalare & expirare, quare delegatæ ad locum
debilem fuerunt cauſa recidiuæ.

9 Quæratur nono, *vtrum inueniantur alia medicamina ſimilem qualitatem habentia, ita, quod ex eorum approximatione ad membra, inducant talem euacuationem?* Dicendum, quod ſic, non tamen à natura prefati me-
dicaminis denudata valde, vt ſuffumigia. quædam enim adminiſtratio viſitata culpari poterit: & cauſam
conſidera: pertranſit ſiquidem ſubtiliata ſubſtantia ingredientium ſuffumigii compoſitionem, imme-
diate ſuper principalia & eis deſeruientia.

10 Quæratur decimo, *vtrum vnguentis Mercurialibus eo modo, quo dicitur, vtendum ſit? conſtitutum enim eſt,
quod nullo modo talia vnguenta ſuper principalibus applicanda ſint, & cum irritando naturam membrorum principa-* B
lium, irritatio talis non poßit fieri, niſi virtus ipſius cadat ſuper principalia, igitur non eis eo modo vtendum eſt. Dicen-
dum, quod ſi cadunt ſuper membra principalia, remiſſe tamen cadant extremis partibus inunctis, & ſic
virtus eorum ad principalia remiſſe accedat.

11 Quæratur vndecimo, *vtrum ſit euacuandum repente, & multum, quemadmodum faciunt vnguenta Mercu-
rialia, vt quamplures verbo vno aſſeruere? Talis enim euacuatio fallax eſt & natura inimica: paulatina vero certa & ve-
ra.* Dicendum, quod talis euacuatio non ſit repentina, quare non ſit fallax, nec naturæ inimica. Fit enim
talis euacuatio actione naturæ potentiam in materiam habentis, vt ſupponitur, & non medicinæ. Si
namque fieret actione medicinæ, tunc repentina & multa euacuatio eſſet fallax & naturæ inimica.

12 Quæratur duodecimo, *vtrum huius ægritudinis vlceroſa, & maxime cum dolore & vigilia complicata, ne-
gligenda ſeu differenda ſit curatio?* Dicendum quod non. Nam dolore infeſtante, vigiliaque, & ægritudine
(vt compertum eſt) contagioſa exiſtente, in dies totum corpus corrupta, maligna, ſeu venenoſa & ad e-
uacuationem inobediente ſuperflua materia inficitur, humores exacuuntur, innaturalis ſiccitas addu-
citur, & ſic totum corpus diſſolutum & conſumptum redditur.

Hæc quantula & qualiacunq; ſint, pro virili noſtri ingenioli, vt noſtrorum deſiderio ſcholaſtico- C
rum ſatisfaceremus, ædidimus, quibus ſi hæc haud ingrata fore cognouerimus, licet
credimus pro iunioribus vtilia, nos ad maiora cœlis fauentibus
accingemur.

ANGELI BOLOGNINI DE VNGVENTIS
LIBRI FINIS.

D

MICHA-

E

MICHAEL ANGELVS BLONDVS.

DE PARTIBVS ICTV SECTIS CITIſSIME ſanandis, Et medicamento aquæ nuper inuento.

Idem, in plurimorum opinionem.

DE ORIGINE MORBI GALLICI DEQVE LIGNI INDICI ANCIPITI proprietate.

Prodit

ANNO cIɔ Iɔ CX.

MICHAEL ANGELVS BLONDVS AD PAINVM.

SI me damnaret prudens cenſura virorum,
Carperet aut ſtudium lingua perita meum.
Vel ſi Pieridum quiſquam morderet alumnus,
Læderet aut Muſam docte Paine meam:
Non ego mirarer, nec me breuis ira moueret,
Ne quererer naſum rhinocerotis habens:
Sed quia me quidam lacerat, cui frigida Tempe,
Vix patuit Pindo dum fluit amne celer,
Et vix Cecropiæ conſpexit tecta Mineruæ,
Labraq; Parnaßi vix ſua lauit aquis,
Cogor in inuitam ſubito prorumpere mentem,
Inter olorinas dum ſtrepit Anſer aues.

ANTONIO PVCCIO TT. SS. QVATVOR CORONATORVM ET EPIS. ALBAnenſi Presb. Car. medentium Collegij R. digniß. protectori. M. A. Blondus fælicitatem.

QVod pro ſalute mea non feci, neque facerem, id facere pro valetudine multorum meus in plures amor, illorumq; languores cogunt: quos non morbis quidem, ſed medentium erroribus conſumptos video, ac vidi. Quare cum nouus quidam modus medendi, cum partes ictu ſectas, cum incognito, vt aiunt, nonnulli morbo exeſa membra cernerem. Quib. admouent in medicamentum aquam forinſecus, quod eſt contra methodum Hippocratis & Galeni, interius vero offerunt decoctum, & vinum cuiuſdam ligni: in quo naturam ferunt poſuiſſe omnes medicas facultates in omnes morbos, quod magnam medentium ingenii accuſat craſſitiem. Propterea illorum medendi modus præcipue in morbo Gallico, neque eſt laudandus, neque eſt tollendus ad ſydera. Quinimmo compeſcendus eſt ex doctrina Hippocrat. & Gale. Quare ne magni errores tranſeant in legem diuturnitate temporis, curaui tuæ R.D. errorem retegere, & ſalubertimum methodicum modum conſcribere. Quo omnes. R. medentes admoneas, quorum protector es, vt & partes ictu ſectas citiſſime iuxta methodum, & morbum Gallicum curare debeant, quoniam ſic haud paruam laudem conſequeris apud Romanos, quia omnibus videberis, non adeo protector, verum & verus curator medentium eſſe. Ex his etiam cognoſces meam in te ſeruitutem incognitam: quam, & ſi Roma diſceſſerim ſeruabo pro viribus. Quantum autem mea ſeruitus ſit fidelis, D. Iacobus Difinicus R. Epiſ. Nonenſ. referre poterit.

Quem tuæ. R. D. haud me minus commendo.

Vale.

MICHAE-

A

MICHAELIS ANGELI BLONDI, DE PARTIBVS ICTV SECTIS CITISSIME SANANDIS, ET MEdicamento aquæ nuper inuento, liber.

B

Proœmium.

MVLTORVM procellas fortunæ mihi intuenti, occurrit quorūdam ars noua medendi, proculdubio, in quibuſdam fideliſſima exercitatio ſecta ſanandi. Qui non ruditatem aliquam, ſed prudentis animi magnitudinem oſtendunt, monſtrantes opera, quæ non minus ſunt digna æternitate, quam gloria; & ſi experimenti nullam rationem reddunt: tamen dicunt, tantum vtilitatis præſtare generi humano, quantum dogmaticorum, & labores, & vigiliæ, & fructus, & pulchritudinis habent. Quod exemplis denique docent, omni remota doctrina. Propterea hortor omnes artem medendi profitentes, vt non conſumant ætatem, amplius, in adipiſcendis virtutibus. Namque *virtus modo vbique ſuſpecta eſt, quia inertia eſt in precio, neque conſumptis in arte amplius eſt aliqua auctoritas. Nulla iam Medicis reuerentia eſt, obſequio viuitur. Turbata etenim ſunt omnia & in contrarium verſa. Itaque potius eſt omittenda, quam appetenda virtus.* Quia vbi methodicus
C Empiricum reprehendit malefacti, quidum paulo intrepidius vocem extulerit, confeſtim prudens, quod nollet percipit. Itaque ars methodici, non adeo periculoſa, verum & miſera facta eſt. Ne igitur quis capiens immortalitatem, intercipiatur, hac arte, aperiam, quidem in ea laudabile quid ve damnādum ſit. Ad hoc namque perfecto amore, quo me natura in cunis etiam omnibus coniunxit, & incitor, & accendor. Cum igitur omnipotēs fauorem mihi præſtiterit, quo vehementer indigeo, perficiā, quod cupio efferre, ſequentibus artem medendi, pręcipue quibus & Galen. & Auicennæ dogmata cordi ſunt. Non enim natura edidit hactenus præſtantiores Medicos. Propterea laudabilius eſt, cum his errare, quam cum cæteris parare laudem, ii demum pleriſque in locis ſcripſerunt, quibus & externarum partium affectus comprimantur, & internarum, ſedium languores ſternantur. Itaque horum proſequens veſtigia, in præſentiarum explicabo, quibus tantum diſiecta ictu, ſint ſananda, nam de internis *alibi* tractaui. Propterea aperiam & quæ empirici quidam exercentes aliis ſuadent, quo incidant in eundem errorem, quem nequeunt diſcernere ob ignorantiam. Quare eruditiſſimi, ſi quid putabitis me obſeruare debuiſſe, & non ſeruauerim, addere dignemini, quia vereor, non tam non exceſſiſſe, verum nec im-
D pleſſe mei officii partes. *Galeni & Auicennæ laus.*

De præſtantiſſimis Medicis & eorum doctrina. CAP. I.

QVi primus medendi clariſſima præcepta condidit, vel Apollo ſiue Æſculapius fuerit, maxime laudandus eſt, quoniam repertus eſt hominum optimus amicus. Itaque laudet quiſpiam hos, aut Praxagoram, Herophilumue, aut Chryſippum, ſiue Aſclepiadem, ego autem audeo omnib. præferre Hippoc. poſt hunc Gal. & proximam ſedem dandam eſſe Auicennæ confiteor, ii namque de cauſis morborum, de morbis etiam & eorum accidentibus, & vberrime & luculentiſſime ſcripſerunt. ideo omnes pręter methodicos, nocentes medicos puto. *Et qui ſe empiricos*, ait Cornelius, *ab experientia nominant, euidentes quidem cauſas neceſſarias amplectuntur, obſcurarum vero cauſarum & naturalium actionum quæſtionem ideo superuacuam eſſe contendunt, quoniam incomprehenſibilis natura ſit*: quod proculdubio verum eſt, ob diſcordiam diſputantium: nuſquam etenim inueni, vt Medici inter ſe conueniant. Ideo nonnunquam miror, cur potius Hipp. & Gal. ſiue Auic. quam ambobus credatur, dum omnium rationes ſunt probabiles, itaque arbitror, quod nullius auctoritati horum derogari poſſit, quoniā cuiuſuis ex dictis doctrina ægerrimos
E etiam perduxi ad valetudinem, tam in Auſonia, quam in Latio. Et dum eſſem in Gallia, confiteor, haud aliter me viſum fuiſſe, quam in Italia in diuerſis morbis diuerſa præſidia offerens. Nuper autem paululū vigilantior factus, noui quoſdam, qui nomine tantum Medici dicuntur. Qui non exiguo cibo, vel tenui diæta vtuntur in languoribus hominum: verum loco ptiſanæ & carnibus & vino vtuntur. Et diſiectas partes, loco linimentorum, & omnium, quæ fiunt ex cerotariis, aqua ſimplici abluunt, dicentes, pleroſque inedia potius, & appoſitorum malignitate, quam morbo peremptos. Itaq, ſi ignotum vulgus horū maxime ſequitur veſtigia, ac ſi ob inopiā peritorum coactus eſſet ad hos confugere, ſiue propter nouum genus morborum ad nouos medicos, & quoque nouā artem fugere. quod ſi verū eſſet dicerē tutius eſſe,

& dubiæ fidei Medi ... committere, quam mordo indubitato perire. Verum cum penitus ſit oppoſitum, miror, quo modo vnus tantum ex illis ſuperuixerit, qui ſe empiricis commiſerunt. Hæc denique, cum quotidie mederent, diligentius notaui, illis, qui hæc neſciunt, vt ægrotantibus ex præcepto dictorum fidelius ſuccurrerent. *Præſtantius etenim dicitur mori per methodicum, quam viuere per empiricum.* A

De vulneris definitione. CAP. II.

Vulnus quid.

VVLnus ſecundum communem Medicorum ſententiam, eſt *diuiſio continui.* Et alioquin ſectio dicitur, & eſt *vnita partis ſegregatio, præternaturalis*, & hoc fit ictu. Quod autem contunditur, compreſſi & contriti nomen habet. Et omnibus partibus humani corporis vulnus poteſt inferri. Verum in forinſecis ſedibus tantum apparet compreſſi contuſio, ſed quanto latius fit vulnus, tanto magis lethæum eſt, in quibuſdam ſedibus. In plerisq; autem & leuis ictus citiſſimi occubitus eſt cauſa. atque hæ ſedes ſunt, cerebrum, cor, iecur, renes, gracilia inteſtina, veſica, & capita ligamentorum. Et de vulneribus conſueuerunt Medici, quædam ſimplicia dicitare, quædam compoſita vocitando. Et illa cum nil perdiderint, plerunque vnitis partibus glutinantur. Hæc vero egent curatione, qua & ablatum reficiatur & ſectum reſarciatur.

B

De vulnerum diuerſitate. CAP. III.

QVædam in carne tantum ſiunt vulnera, & carnoſa appellantur: quædam deſcendunt ad os vſque cum læſione eius, & dicuntur cum fractura oſſis. Et de vulneribus quædam recta, quædam curua, quædam circularia, cum lateribus, quædam inſtar hemicycli: quædam profunda, quædam in ſupremis partibus conſpiciantur. Sed omnium initium curandi fit à ſanguine, ideo, hinc principium arbitror capiendum. Itaq. primum ordiar à cohibitione ſanguinis.

De fluore ſanguinis. CAP. IV.

Vnde omnis fuluor ſanguinis.

VT patet, & communis eſt Medicorum ſententia, quod *omnis ſanguis cum fluit, profluat a venis magnis aut a venulis, ſiue ab arteriis tantum.* Atque is fluor, venit vt ait Galenus vel a ſectione, vel cum extrema aperiantur venarum. Ipſe autem loquor tantum, de eo, quod efluit per ſectionem contiguitatis, quæ fit ab ictu. Ideo ab initio proſpiciendum eſt, an veniat à venis pulſatilibus, fluatve à non pulſatilibus, ſiue ab arteriis tantum exeat. Sed cum à pulſantibus profluit, duriorem curam arguit: leuiorem autem, cum venerit a venulis. Arteriæ vero pulſantes venæ ſunt, a quibus micans & quoque ſaliens ſanguis effunditur, ſed partior, quam a venis. Et cum hoc conſpicitur, dicendum eſt, ſecundum Auicennā, quod arteria effundat talem ſanguinem, cuius præ nimia effuſione & ſpaſmus & ſingultus ſuccedit celerrime, & eſt inditium obitus. Namque ſuperaccedit vel virtutis defectus, vel paraphroſyne, & eſt delirium. Itaque colligitur ex dictis & ſeſtinus occaſus Ideo ad præſidia confeſtim currendum eſt, quibus ſeruens fluor glaciatur ſanguinis, verum maxime confert ſi membrum conſtituatur ſecundum rectum: atque illi ſuperſpargantur frigida confortantia, vt eſt ſublimatio arnogloſſæ ſiue roſatum, & frigida aqua fontis, acetum, & ſimilia: adiectum itaque & ſanguinem cohibentibus comprimatur. Studendum etiam eſt, ne membrum dolorem ſentiat. Poſtmodum, & albumen apponendum dico, præcipue ſi fuerit diſgregatio in carne. Cum autem ab arteria & venis magnis effunditur ſanguis, diſiectæ parti index eſt apponendus hactenus, donec ſanguis contineatur, & fiat gelidus. Demum dictus locus *albumineque agitato* cum ſtuppis lineis reuoluto impleatur; quod ſi poſt aliquod ſpatium non cohiberet ſanguinem, contuſa addes hæc, quia frænant illum. Et eſt *thus candidum, aloe, ſanguis draconis, bolus armenus, & terra ſigillata.* Et nectatur vulnus, nec ſoluatur ſaltem per tres dies. Quod ſi fortioribus etiam egueris, hoc mirifico puluere vti poteris, quoniam eo & arteriarum & venarum ſanguinem detinui. Contundes igitur *vitrioli romani, ſanguinis draconis, boli armeni, pilorum leporis, æruginis lebetis, aloes, thuris, telæ arachnes, & omnia commiſce cum albugine oui.* Quidam & cauſticis vtuntur apponentes ea venarum orificiis, deſuper etiam ponendo albumen cum dictis pulueribus. Nonnulli autem lauant & lineam ſtuppam & comprimunt, demum albumine reuolutam & pulueribus apponunt. Ipſe autem fateor, *vitriolo romano* tantum cum albumine dicto, ſanguinem ſtetiſſe, nectendo vulnus ſuauiter. quidam & ſerico ſuūt arteriam, & nectunt etiam, cum iam dicta non ſufficiunt. Profundas partes vrunt ferro ignito frequentatis vicibus, dum oportet. Cauendum autem, ne vratur neruus, tutius enim eſt cauteriū potentiale, ideo laudabilius.

Symptomata fluoris ex arteriis.

Fluoris curatio.

Fluor ſanguinis ex arteria & venis magnis.

C

D

De vniuerſali cura vulnerum. CAP. V.

VVlnera curantur poſt compreſſum ſanguinem per ſectionem venarum, aut per appoſitionem cucurbitularum, ſiue per ſuctionem hirudinum, dum e vulneribus ſanguis non effluxerit vberrimus (alioquin abſtinendum), poſtmodum leniendus eſt dolor. Et quod noxium paratur in corpore, cū ſoluentibus corpus educendum eſt. vt eſt *manna, caſſia, rheubarbarum*, & huiuſmodi, ſiue aliquo clyſmate ſubtrahatur, quod fit cum lenientibus, vt eſt *caſſia, mel violaceum, ſaccharum, & oleum violaceum*: & elixatio communium herbarum, vt eſt *malua, blita, mercurialis, matris violarum, & ſimilium.* Sed crudum vulnus periti digerunt cum *vitello oui, terebinthina lota*, & *paululo croco*, ſiue *oleo roſaceo completo*, atque optime tandem abſtergunt *melle roſaceo*, vel lineis filis veteribus, & *ſucco apii* nonnunquam. Siccis autem quibuſdam ablatam carnem reuocant, quæ dum diutius moratur, excitant eam *thure maſculo, myrrha, aloe, mandragora, maſtiche, ireos, & talibus ſingulis, vel pluribus mixtis vna.* Sed cum caro creuerit, inducunt cicatricem *triapharmaco, cerato betonicæ, vnguento minii: ſiue roſis, myrtillis, gallis, alumine, & balauſtiis*, ac ſimilimis. E

A *De altero breuiori atque vniuersali modo curandi.* CAP. VI.

EST & alius optimus modus curandi, qui fouet maxime quamque sedem diuiſectam ictu. Igitur poſt peracta vniuerſalia, & compreſſum ſanguinem conſueum, & ſaniem efficere, & quoq; detergere, & carnem ablatam reficere, & maximum dolorem etiam ſternere. *Oleo videlicet abietino*, quo plurimum, & ſtu- [illegible] & honoris conſecutus ſum, poſtquam eius proprietatem noui. Conficitur tandem hoc oleum cum *oleo roſaceo completo ex vna parte* [illegible] *& roſaceo olei ex duabus*. [illegible] etiam atq; magis, vt prudenti videbitur. [illegible] enim hoc præſidio fauore maximi ſuperum præſtantiſſimum ſolamen in omnibus vulneribus, præcipue capitis, cum fractura oſſis, vt expertus ſum [illegible] pleriſq; in locis per Italiam, & extra. Verumetiam Sulmonæ hoc præſidio curaui quendam adoleſcentulum, cuius ſupercilium pariter cum oculo calce equi in domum abſciſſum erat, quod nunquam credidiſſem. Itaq; miranda eſt illius olei proprietas tam in vulneribus capitis, quam in diſſectis iuncturis, & capitibus neruorum, & profundis etiam ictibus, [illegible] non quia calidum, vel ſiccum, efficit, quamuis talis partibus ſiccis [illegible] conueniant, ſed quoniam Natura, & ipſe Deus dotauit illud tali

B proprietate. Itaq; fateor ingenue, neq; vel minimum dolorem, aut apoſtema paſſum fuiſſe, quem prædicto oleo curauerim. Non eſt ergo hoc totum donum Dei ſpernendum, quinimo amplectendum, maxime ſi *fruſtra ſunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora*, vt inquit philoſophus.

Ad ſectis partibus medicamen ex aqua conueniat. CAP. VII.

PRofecto non ſum ex illis, qui noſtros egregios viros non mirantur, vt quis conſueuit mirari antiquos, neque etiam, vt quidam, qui noſtrorum temporum ingenia hominum deſpiciunt. quia certum eſt mihi adhuc Naturam, neque laſſam, neque effœtam eſſe, vt aliquid laudabile non poſſit etiamnum parere. Tamen miror, quod is modus medendi partes ſectas, cum aqua ſimplici tantum, non fuerit notus Pauſaniæ Lacedæmonio, qui neglectis Medicis curabat valetudinarios. dicebat enim: *qui Medicum non vtitur diutiſſime viuit*. neque etiam Critodemo chirurgo, qui clarus fuit in vulnere Alexandri. Sed neque poſteris noſtris, vt Galeno ſiue Auicennæ, vt cæteros omittam, qui ipſam artem medicam, vt ita dicam, genuerunt. Itaque *optimus medicus eſt qui non ſinit ægrum tabeſcere*, vt eſt Paulus chirurgus incolens Peruſium, Alphonſus Ferrus, Marinus Sanctus Barolitanus, & Iacobus Peruſinus decorantes Romam hac tempeſtate, quorum fama ad barbaras nationes fugit, & vltra mare Oceanum volitauit. Famque adepti

C ſunt non aqua, nouo medicamine, ſed methodicis curis. Aquam enim ſimplicem peritiſſimi Medicorum in quantum nonnulli medicamen ſectarum partium dicunt, odio habent adeo vt vix ea vtantur in [illegible] ſordibus. *Ego autem mirabilem opus aquæ propter præſens in ſectis partibus, non poſſum non mirari virtutem eius ſuperexcellentem* quoniam notum eſt mihi, aquam totam proprietate diſſectis partibus eſſe inimicam. Ego enim humidis & calidis ſectis [illegible], vt eſt *oleum adeo calidum, & vitellum oui ma* [illegible]. Itaque puſtulam, aquam fugiendam eſſe in vulneribus, præcipue cum læſione neruorum. Namq; Gal. 6. *de Morbis Curandis*, inquit. *Aqua vero vſum ad neruum vulneratum ſemper fugies, ſicuti etiam relaxantia cataplaſmata*. Idem etiam *eodem lib.* at *ſuperius* [illegible] vulneratis neruis, ait: *Aqua vero calida quamquam reliquas phlegmonas valde mitigat, vulneratis tamen neruis eſt inimiciſſima*. Cum præcipue eorum ſubſtantia ex refrigerata concretaque humidiore materia ſit con[illegible], nec tamen ſuadet ille, quod aqua frigida ſit conuenientior. Quamuis cũ ſimilibus maxime ſit conſolidatio. Subdit etiam, *Omnis enim eis modi conſolidatio per ea, quæ ſimul calefaciunt & humectant reſoluitur, ac proinde quæ ab aqua calida cos quæ ita vulnerati* [illegible]. Itaque non eſt mirandum cum ille de frigida dixerit poſtmodum. Namq; ſi calida nocet, & frigida aqua prodeſſe non debet, quod patet per Hipp. Ideo prudens, vt [illegible] inimicam ſectis partibus [illegible], ad oleum vertit ſermo-

D nem, quia vbi dictus eſt, vtilius oleo calente fouere diſſecta. Propterea dixit, *quod demonſtratum à me eſt, hoc modo ſi frigidum applicetur, tenues meatus obſtruere: ſiue calidum, dirigere. vt ſi ſit frigidum oleum ſectis partibus inimicum eſt, ita & aqua calida. quoniam ſecti nerui, fouentur nequaquam adeo calidis & potius frigidis, verum ſolantur humidis calidis*, vt docuit Galenus tamen Cornelius Celſus *lib. quinto* aquam in ſectis partibus ictu commendauit. C[illegible] *de profuſione ſang. in vul.* dum inquit, *Supra q; imponenda ſpongia ex aqua frigida expreſſa ac manu ſuper comprimenda*, cuiuſq; auctoris magnæ ſit auctoritatis, fides procul dubio magna etiam danda eſt illi, neq; penitus is modus medendi damnandus eſt. Nam & in curatione eryſipelatum inter cætera medicamenta ſuadet *Et ſuper linteolum frigida aqua madens imponendum*. I[illegible] *in capite de implendo vulnere purgato*, loquitur, *vt impleatur* [illegible] *calida aqua catenus neceſſaria eſt, vt ſanies remoueatur*; quam poſtmodum frigidam conuenientiorem annuens.

De Lana. CAP. VIII.

DE Lana ouium ſuccida etiam dicendum eſſet aliquid, quoniam venit & illa iam in vſum medicamentorum ſectarum partium; alligant enim illam mundiorem diſſectæ ſedi poſt detentionem ſanguinis, & curantur equidem vulnera ſimplicia, vt audiuimus Romæ ab Empiricis quibuſdam. De qua, cum

E Cornel. [illegible], & mihi viſum eſt de eadem lana exprimere verbum. redijt enim in vſum medicaminum noſtris temporibus. ſimplicem namq; lanam alligant vulneribus ad ſalubritatem. De qua Cornelius *in prædicto capite, Lana Succida ſuperuacuus vſus eſt, lota melius circumdatur. lotam itaq; laudamus.*

De Solertia Medici. CAP. IX.

POſtquam experimento facultates medicaminum noſcuntur, non eſt mirandum, quod experimentum & fallax & periculoſum hactenus ſit, donec in pluribus expertum frequentiſſime, optimũ medicamen repertũ fuerit. quando autẽ illud cõpertum erit laudabile, tum eius experimentator, repertor

dici

Oleum abietinum [illegible] præſtantiſſimum.

Virtus ſuper excelſa aquæ ſimplicis in ſectis partibus.

dici poteſt. Primus itaque, qui aqua mederi cœpit diſſecta ictu, non prius aquam bonum medicamen A vulnerum eſſe, puto, dixerit, niſi poſtquam in pluribus illam expertus fuerit & hoc ſorte, an ingenio fecerit, ignotum eſt. verum cum ipſe etiam artis medicæ profeſſor eſſem, & iudicarem turpe Medico eſſe, cum ignorauerit, quæ ad eius artẽ pertinent, curaui, quam potui, ſolertiſſime, vt rationem inuenirem, qua medicamen hoc poſſet comprobari, vt ſit cæteris præſtantius, in ſectis partibus ſanandis. Quam non reperiens apud methodicos, iudicaui nouam ſpeciem medicaminis è cœlo demiſſam. Cur autem quibuſdam & nõ ſingulis Medicis illius medicaminis virtus nota eſſet, mirabar. Verum enimuero percepi, conſcripta eſſe quædam verba diuina, quibus ineſt virtus diſſecta curare. Sed apud quoſdam adeo compreſſa, vt nec chariſſimis monſtrarentur, quod cum meas aures offendiſſet, curaui ſtudioſe euellere ſecretum, quo omnibus & maxime pauperibus illud notum facerem. Quoniam plurimi ob defectum numiſmatis, leui etiam ictu læſi, obeunt potius, quam conualeſcunt. Nam hodie, niſi qui optimã mercedem ſoluit, non curatur à Medicis, cæteri vero iacent. Ideo medicamen hoc, *non comprobatum rationibus, ſed virtute diuina fulcitum*, dum efficit, quod & prædicatur & *vidimus*, laudandum eſt. Notum enim eſt, quod ſolus Deus ſanet languores hominum, & de frugalitatis ſolio produxerit medicinam benedictus B glorioſus & excelſus, inquit diuus Ioannes.

De Progno, ſtico ſectarum partium. Cap. X.

VT methodicus adnotaui etiam quædam chirurgo neceſſaria, ideo eadem exponam, ſunt enim indicia quarundam ſectarum partium occaſum indicantia. ordiar tandem ab Hippoc. quia, *ſexto Aph.* dixit. *Veſica diſciſſa aut cerebro, aut corde, aut tranſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale eſt.* Ibidem Gal. *Cor vulneratum mortem affert neceſſario, reliquæ autem partes niſi, &c. ... fuerint, aliquãdo ſanantur. Et altum vulnus ſub ſiniſtro vbere exciens fuſcum ſanguinem, præcipue dum ſudat, ... extrema gelida proculdubio exitiale eſt.* Quia vitalis ſpiritus inde effluit, quo ſine non licet hominem ſpirare. *Sed cum vulnus fuerit in ſepto tranſuerſo prope coſtas vſternas, & conſeſtim obſcurderet ſenſus, & dolorem ſentiret ſub vtriſq; humeris, huic mors haud procul eſt.* Nam *ſi neruus contactus eſt, in quarta periclitabitur.* Tamen *in opere de ſanitate tuenda* Galenus inquit, *poſſibile eſt, vt conſolidetur & euadat.* Cum vero vulnus eſt in pulmone, ſpumoſus effluit ſanguis, & frequens ſuccedit anhelitus. Quando autem ſectus eſt ventriculus, per directum emittitur cibus. Sin autem veſica ſciſſa fuerit, per ſectum vrina effluit, atque omnia hæc ſunt indicia occaſus, præ- C cipue cui olim fuiſſet inciſa, & lapis congeſtus extractus eſſet. Male enim illud ſolidatur vulnus, quia facillime ſcinditur. Itaque ex malis ſignis, malum neceſſario ſequitur. Propterea *morituri ſolo progno, ſtico ſunt relinquendi*, inquit Hippocrates. Ideo Auicenna etiam cum de vulneribus ſcribit; *quando* [inquit] *ſuccedit nauſea, vomitus, ſingultus, ventris ſolutio cum permixtione rationis, ſemper lethale eſt.* verum enimuero *cum ex vulnere thoracis effunditur ſpiritus, tremorq; inuadit cor ipſum, ſtringitur & anhelitus, atq; hæc nuncia mortis ſunt.* Apparent eadem ex vlceribus pulmonis, vt ex diſſecti ictu. Nam ſecundum communem opinionem durius curam recipit pulmo, propter affluxum ſaccorum, qui impediunt ſolidationem, & propter creberrimum motum etiam eius. Quod & Galenus innuit *primo de interioribus*. dicit enim, *omnes lacertos corporis in ſomno quieſcunt, ſoli lacerti pectoris non quieſcunt, quod eſt potiſſima cauſa eius dilatationis.* Idem quoq; vbi de vulneribus. *Membra vulnerata* inquit *neceſſe eſt, vt quieſcant aliquantulum, aliter nullatenus ſolidantur;* ipſe etiam fateor, *nunquam vidiſſe vllum pulmonem curatum libere: verum poſt temporis ſpatium eundem ob affectum à ſeculo ablatum eſſe hominem. Sectio autem, quæ fit in extremis lacertorum, vt accidit in tibiis, ſupra genu aut infra, & prope iuncturam manus, ſiue ſupra cubitum vel humerum, vt in pluribus perituræ vitæ ſignum.* Quod motus ratione loquor. Muſculi namque ſtant ex carne, neruo & ligamento, & ſunt miniſtri motuum voluntariorum, atque in illis eſt maxima ſenſatio, ob ortum, quem à cerebro & nucha recipiunt. Ideo cum ta- D lium aliqua pars ſecta eſt, vt membrum nobile dum ſpaſmo occipitur, nunquam reſarcitur, quinimo penitus auferatur oportet. Quoniam & Auicenn. eadem exiſtimans ait. *Niſi ſcindatur lacertus in latitudinem, & reliqua.* Demum *omnes ſectiones, quæ fiunt in partibus neruoſis, aut prope neruos, timendæ ſunt.* Quoniam & ſpaſmum inferunt & delirium, & pleraque grauiorã ſymptomata. Verum à perito hæc nonnunquam componuntur Chirurgo. Ego autem dum Aprutinam prouinciam viſitarem, curaui quendam decem & ſeptem ictibus ſaucium tam grauiter, vt iam cogebatur emittere ſpiritum. Erant autem eius vulnera à ventriculo ſuperius, & pectus foſſum erat adeo, vt follis mihi videretur ob luctantem ſpiritum, & auris diſſecta cum dimidio collo, ad amplitudinem, vt leuiter quatuor digitos impoſuerim dum fruſta oſſium euellebam. Conualuit autem is cæleſti fauore, priuſquam luna plenum orbẽ ſuum feciſſet ſemel huic autem & plerique nerui, quidam & lacerti cum plurimis muſculis ſecti erant. Nam & brachia diſſecta, & manus prope inciſæ, & dorſum diſſectum, adeo vt à cingulo ſuperius vtraque pars per ſpatium quatuor digitorum ſana vix erat. Diuerſis enim inſtrumentis armorum confoſſus erat ab hoſtibus. Nec tamen aliud admoui medicamen, quam *oleum abietinum*, vt prædictum eſt. Neque aliquod accidens apparuit, ex prædictis hactenus curabatur. Sed poſt completum opus dimiſi hominem ſatis ſalubrem, vt E quælibet pars eius ſuum officium faceret remoto quouis impedimento.

Pulmo cur difficulter ſanetur vulneratus.

Hiſtoria.

De partium incidendarum commemoratione. Cap. XI.

PRædixi, quod nunc commemoro, quod de inciſis partibus quædam ſectio ſit lata, quædam parua, quædam media; quædam in ſuprema cute, quædam in media carne; quædam ima tendat ſcindens viſcera, quædam vix appareat, quædam penitus occultetur. & hæc omnia fiunt ictu in carne, vel in oſſe, ſiue in neruis.

De

A *De ſanandis vulneribus ſecundum antiquam methodum.* CAP. XII.

ET quoniam methodicus libentius partes diſiectas curat ſecundum methodum, quam via etiam præſtantiſſima emperica, ideo & methodice ſcribens dicam, qualiter & quib. ſecta glutinantur. Itaque ſectio in diuerſis partibus diuerſum ſanandi modum poſcit, vt eſt communis Medicorum ſententia. Demum in paruo & ſimplici vulnere, poſt compreſſum ſanguinem, prohibendum eſt futurum apoſtema, & febris fomentum pellendum penitus. Quoniam hæc plerunque impediunt vnitatem ſecti, quæ non niſi remotis illis fit. Et in parua effuſione ſanguinis, incidatur vena ad occurrendum accidentibus. Atque in arcto vulnere vtendum eſt ſaniem euocantibus præcipue ſi ab aere quid paſſum fuiſſet. Sed *in ſectis neruis fugiendum eſt à putrefacientibus*, vt dicetur, cum de eorum tractabitur ſectione. Tamen in contuſionibus hoc fit licentius, inquit Galenus, quod & ab Hippoc. peritiſſimo ſcriptum eſt. Contuſum neceſſe eſt putrefieri & in ſaniem conuerti. quoniam vulnera hæc & plena doloris & proxima apoſtemati ſunt. Ideo conuenit illis medicamen, cuius facultas erit efficere ſaniem, hoc enim futurum tumorem prohibet, mollit dolorem, atq; innatum calorem fouet, digerendo partem ſectam: quia *crudum vulnus malum, digeſtum vero bonum.* Et *in omni vulnere ſanies concocta exiccanda eſt, cum fruſtis lineis.* poſt hæc reuocandum, quod deeſt, cum *thure.* & talibus, vt eſt *maſtiche, ſarcocolla, myrrha & aloe.* Sanies vero niſi fuerit abſterſa, rodit diſiectam, cuius impedit ſolidationem. errant autem vehementer, qui mollientia apponunt. quoniam in ſanie facta præſtantiora ſunt, quæ carnem excitant, quam quæ ſaniem molliunt: quia Galenus *Caro* inquit, *non poteſt regenerari bona in vulneribus, niſi poſt deterſam ſaniem.* pingue igitur penitus fugiendum eſt, vt eſt pingue ſuillum, butyrum & oleum frigidum, bis autem in die tergenda ſanies, dum bruma riget. ſed quando æſtus feruet, ter fiat, laudo. Sentit enim hoc idem & Auer. & Princeps. Quia *omnis putrefactio maior eſt æſtate, quam hyeme.* Verum cum ſectio non eſt nimium profunda, ſed in carne tantum, tum æſtate bis & bruma rigente ſemel eſt detergenda ſanies. Et cutis inciſa & ſciſſa tantum, eget nexu, *omne enim medicamen ſaniem faciens appoſitum, prohibet ſolidationem.* Et quoniam artem nectendi docet Auic. *quarto Canonis, Fen. quinta cap. de rad. reſta. oſſ.* ideo vt rem notiſſimam dimitto. Namque à fundo ad orificium nectendum eſt, quod & empericis eſt notiſſimum. Sed quia membra diuerſa ſunt, ideo diuerſæ etiam continui ſunt ſeparationes. Propterea *quanto nobilius membrum ſectum fuerit, tanto leuius nectendum* ſuadeo, ne forti nexu tumor dolorve ſuccedat. Et prudens non ab re ab infernis ſedibus ad ſupernas partes membrum inuoluit. Quoniam labentis ſucci curſum tentat inhibere, quia tumoris eſt euidens cauſa. Et ex tribus vulneris ſpeciebus, quod medium eſt, nectere tantum non ſufficit: verum & medicamen apponendum eſt, quod conſolidat. Altum vulnus etiam in fundo poteſt ſecari, vt libentius effluat, quod ſectum inficit. Hoc fit autem, dum arteria aut neruus ſiue vena non obſtiterit. Et in profundis ſectionibus præceptum eſt maximè puris euacuatio. Et cum ſutura eget quiſpiam, tum ſerico filo illito cera, diſiecta ſuat, quoniam eſt præſtantius, quam lineo filo. Namque ſericum tardius, quam linum corrumpitur. Quatuor adhuc ſunt conſideranda in ſectis partibus: & primum ſectarum partium coniunctio. Secundum conſeruatio aggregati ſimul, qualecunq; fuerit: Tertium vigilia ſuperuenientibus, namque talia impediunt conualeſcentiam: Quartum eſt conſeruatio membri ſecundum proprium temperamentum & hoc cum medicamine, & eſculentis, ac poculentis, & figura partis ſectæ propinqua. præterea contuſis labiis humidum medicamen apponẽdum eſt, ne areſcant labia diſiecti. Conſutum autem poſt ſeptimum poteſt præcidi, quia natura iam repit ad reſtaurandum. Lata autem vulnera methodici ſuunt & protenſa nectunt. Et *quanto partes diſiectæ ſunt nobiliores, tanto ſolertius ſunt medenda*, vt ſunt maxillæ atq; aliæ partes vultus. Cauendum etiam eſt ab arcto nexu, ne ſuccedat apoſtema calidum. Cum vero vis, vt cito & decenter labia coaleſcant, proteges ab aere, & recentia ac ſanguinolentia iungas. quod ſi adueneris poſt conſtrictum ſanguinem, eadem labia recides leuiter & conſues.

Filum ad ſuturã quod ſit eligendũ.

In ſectis partibus obſeruanda.

D Sed in alto vulnere cum carnis amiſſione diuerſa eſt intentio ſanandi, neq; eadem, quę in ſimplici. Namque non glutinanti præſidio tantum, verum & carnem ablatam reuocanti indiget, quod erit, ſiccę facultatis: quia huiuſmodi medicamen dicitur regeneratiuum, quo vtendum eſt, donec altum vulnus repletum fuerit ad cicatricem tamen ſecundum Galenum & Auicenn. fugiendum eſt ab aqua calida, & ſi balneo nonnunquam diſiectus locus indiget. quod ſi proxima egent, præteges ſectum, ne quid ingrediatur. Valde & receſſum fluctuans abſcindatur: quia non recipit ſolidationem. Poſtmodum vtendum eſt prædictis habentibus æqualem caliditatem temperamento corporis: quod & Auicenna docet *quarto Can.* vbi de exituris. Sunt enim facultatis fouere innatum calorem, vt augendo concoquat & ſuccos retineat. Et cum pus facientibus indigueris, tum *bis malua, ſemine lini, optimo tritico, & recenti pingui ſuillo, ſiue terebinthina lota admixto vitello oui* vti poteris. Sed carnem excitans medicamen in primo gradu ſiccum ſit, dixi, ſiue temperantius: nam ſi gradum hunc excederet, non tam fluctuantes ſuccos, quam & ſanguinem carnis producendæ cauſam conſumeret: quoniã propria virtute compellit humores, ne effluant, & ad vlcus diſponit futurum. Quod ſi regenerans etiam abſtergit, erit ſalubrius, dum non ſit nimium mordax, aut valde ſiccum. Et poſt cõductam carnem, ad ſupremum ſigillanti vtendum eſt præſidio, vt in quibus nil niſi hoc tantum competit.

Carnem generantium temperam.

E Quando autẽ per appoſitum medicamen in diſiecta parte caro non reducitur, dicendũ eſt, quod illud ex nimis ſiccis ſit. Quod dum in humido fuerit, cenſendũ eſt, parum ſiccum eſſe. Ideo cum nimis ſiccũ, humectandum eſt. Si v. modicum, addatur ſiccum. Et comprimentia ſiccitatem ſunt, *cera & oleum.* Quæ vero acuunt ſiccitatem, ſunt *myrrha, thus, ariſtol. & mel.* Valde autem vulnus calidum medicamen ſiccitate nõ ſuperet. Et cum frigidum eſt, oppoſitis vtendum eſt. Exempli gratia: Si corpus ictu percuſſi ſit temperatæ complexionis, at ſectum membrum vergit ad calidum, duobus gradibus medicamẽ frigidum duorũ graduum approximandũ eſt, vt temperatura ſectæ partis reducatur ad ſuũ temperamẽtum.

Et

Omne ſectũ non poſſe curari vno præſidio.

Et ſic dicendum eſt de conſimilibus. Si vero ſecta pars erit temperata, procedendum eſt cum ſimili, quoniam à ſimili membrum ſeruatur, vt docuit Galenus. Vehementer autem errant, qui arbitrantur, vno A præſidio ſectum curari poſſe, quia & hominum temperatura multiplex, & membra diuerſa ſunt. Nam quædam corporum humida, vt puerorum & mulierum craſſarum, hominum pinguium & eunuchorum: Quædam ſicca, vt annoſorum & degentium in ſole. Siccæ partes corporis ſunt nares & aures. humidæ autem ſunt, concretæ ex oppoſitis. Et membro diſſecto valde humido, ſiue parum, ſat eſt medicamen exiccatiuum in primo gradu. Quod ſi neq; humidum neq; fuerit ſiccum, apponendum eſt in gradu ſecundo, vel tertio. quoniam ad propriam temperamentum membrum ſic deducitur. haud aliter dicendum eſt, de reliquis partibus corporis. Nam & cerota & cataplaſmata debent eſſe ſimillima temperaturæ hominis. Itaq; ſi temperamentum vnius ſiccum eſt, tale ſit & medicamen, ſi humidum, haud aliud, quam humidum. Quia *omne ſimile gaudet ſuo ſimili*. Et in diuerſis, puta vulneribus ſiccis atque humidis, quorum vnum in ſicco membro, aliud vero in humido. Et ſiccum indiget fortiori ſiccitate, & humidum humiditate. Nec in humido magis exiccatiuum, quia nocuum eſt, *Iris* demum & *ariſtolochia* ſiccis conuenit habitibus. *Sed regeneranda caro comparanda eſt carni totius corporis*, inquit Galenus. Quia ſicca in humido haud bene conueniunt. Itaque methodicus, qui plura diuerſis temporib. expertus eſt, plura nouit, & quomodo approximanda, & quibus temporibus quis rectiſſime medeatur. Empiricus nequaquam, quia non nouit, vt turbatur aer virtute planetarum & aliorum ſyderum. hæc enim etiam humana mutant corpora. Itaque ſi tempore opportuno appoſitum fuerit medicamen, non auget affectum, verum ſoluit illum. Ideo empiricus, vt imprudens, hæc valde miratur. methodicus autem, nequaquam B quinimmo ſecundum fauorem ſyderum operatur, vt notiſſimum eſt artem medendi promentibus.

De producentibus carnem. Cap. XIII.

Leniter exiccantia.
Fortia.
Cera & oleũ cur admiſceantur medicamẽtis.
Ceratum bonũ.

MEdicamen facultatis carnis producendæ, quoddam eſt leue in ſiccitate, ob eius paruam inhærentiam: quoddam valde ſiccum, ob maiorem ſiccitatem. Leue igitur humidis conuenit habitibus. quoniam in talibus ſua leuitate abſciſſum regenerat, & fortis exiccationis ſicco temperamento corporis competit. Itaq; leue medicamen eſt, *aloe, myrrha, maſtiche, thus, farina orobi & hordei* verum fortius eſt, *iris, ariſtolochia longa* cum libet etiam *combuſta, vſtum & dragantum etiam, & farina lupinorum.* & cerota fiunt ex *oleo calenti & cera vna colliquatu ſecundum artem*, poſtmodum inijcitur puluis dictæ facultatis, & redigitur ad formam. Verum enimuero, non ob aliud oleum vel cera admiſcetur medicamentis, niſi *quia molli facultate vehunt ad ima proprietates admixtorum*, & hoc ſecundum Auic. Ipſe autem his mederi ſecta conſue- C ui etiam ℞. *Reſinæ pini, tereb. æquale dimidium ipſius; olei roſacei vnciolas tres, conficio atq; vtor.* Eſt enim ceratum lene, carnem reuocans. addo tamen nonnunquã & *thuris & aloes drachmas duas*, & fit præſtantius in partibus ſiccis. Cum vero nequam & calens admixta fuerit qualitas, tum ſuadeo, linimentum hoc admouendum, ℞. *Olei roſacei vnciolas tres, ceruſæ vnciolam; ceræ vnciolæ dimidium, conficito.* additur nonnunquam & *ceratum de lithargyrio*. Demum ſeruanda ſunt hæc, donec contrarium fuerit propulſum. poſtmodum vero reuertendum eſt ad præſidia dicta. hoc autem idem facit, quod & prædictum ceratum, in calenti intemperamento: ℞. *ceruſæ vncias tres; lithargyri drachmæ dimidium; climiæ drachmam; draganti tantundem; ceræ candidæ vnciolam; olei roſacei quantum ſatis eſt.* eſt namq; præſtantiſſimum.

De Glutinantibus. Cap. XIV.

Emplaſtrũ autoris.

GLutinantia medicamina ſunt *folia arnogloſſæ, palmæ cortex, braſsica, puluis molarum, folia pentaphylli, frondes cupreſsi & ſimilia.* his autem validiora ſunt *tereb. ſtium: hordeum, herba cauda equina*, quoniam & vlcera glutinat. Ex oleis eſt *oleum abietinum, oleum myrtinum, oleum roſaceum, oleum hyperici.* Mixta autem ſunt plurima diuerſorum Doctorum, quæ vt notiſſima dimiſi. Meum vero compoſitum procul dubio cœle- D ſtis proprietatis, tale eſt. *Contundito thuris, maſtiches, ſandarachæ, aloes, ſanguinis draconis, boli armeni, draganti, gummi ammoniaci, pondus æquilibre, terebinthina ad neceſsitatem, & conficies.* glutinat enim hoc ſeptem dierum ſpatio, vt expertus ſum. ſed cum effluit ſanguis, *album oui* appono *cum bolo armeno & ſanguine draconis*, poſt hoc & dictum præſidium.

De Sigillantibus. Cap. XV.

Sigillantia quæ.

SIgillantia medicamina ſunt, *quæ exiccant fluctuantes ſuccos confluxos, & quoq; ſordes abſtergunt* Et ſunt *balauſtia, cortex malorum punicorum galla. chalcanthum, vitriolum, æs vſtum, atq; æris ærugo*: ſed fortiſſima ſunt minoris facultatis. Et præter dicta, ſigillat & *lithargyrium, centaurium minus, reſina pini admixta myrtino oleo, & abſynthium elixum cum lumbricis terreſtrib.* At de ſecretis Alberti eſt *ariſtolochia vſta*. Exiccat carnem & *climia combuſta*, & noſtrum medicamen relatum, reducit carnem, quod conficitur *ex colophonia, reſina tereb. & maſtiche*, ſiue ſolum *diachylon album*: quia ſigillat. Et de panno lineo medicamen Ioui præſtantiſſimo dicatum. *teratur pannus lineus tenuis cum oleo roſaceo ſiue myrtino, in quo galbanum erit ſolutum.* Ipſe autem & *ariſtolochiam* addo *vſtam*. quoniam mirificum eſt. nonnunquam & his contritis vtor ſigillando, *aloe, thure, maſtiche, ſanguine draconis æquali pondere. ariſtol. centaurio minori, roſis, gallis, nuce cypreſsi, & ceruſa. diachylon etiã,* E *cui puluis roſarum admixtus fuerit*, quia ſigillat, cum ſuppoſitis filis lineis. aliud & in ſicciſſimis vulneribus laudabile: *Contundito maſtiches, thuris, colophoniæ, boli armeni vnciolam, ſeui arietis & ceræ dimidium vnciolæ, & fiat ceratum.* Aliud etiam perquam laudabile, quoniam & vlcera glutinat, in quibus calens fuerit intemperamentum, & eſt *ceratum de lithargyrio, cui crocus erit admixtus ad denſitatem.* Laudatur & *puluis roſarum & gallarum*. quia dictum calidum intemperamentum propellunt. Vel ſic, ℞. *ceræ vnciolam cum dimidia; olei communis tantundem; ariſtolochiæ longæ & rotundæ, myrtillorum, olibani, aloes, maſtiches, cum reſina & tereb. conficies.*

Medicamen Ioui præſtantiſſimũ.
Ceratum.
Aliud.

A *ficies.* Aliud: ℞ *lithargyrii drachmas tres, ceruſæ drachmas octo, plumbi vſti drachmam: ceræ & olei roſacei quantum ſufficit.* Aliud, quod & calidos tumores repellit: ℞ *vtriuſque ſandali drachmas duas, roſarum, myrtillorum tantundem, camphoræ drachmam, thuris & maſtiches pares drachmas duas, candidæ ceræ vnciolam, olei roſacei vnciolas tres, & conficies.* Nec mirandum, quod diuerſa poſuerim, quia ponit & Auicenna diuerſitates cerotorum, propter diuerſitatem temperamentorum hominis & partium eius. Eſt autem in principio currẽdum ad illum, poſtmodum ad has ſarcinulas accedendum. Hoc etiam præceptum generale habendum eſt animo: Quod *omnia vulnera atque etiam vlcera ſicco egent medela ad finem vſque, præter quæ ſunt diſſectiones ex contuſionibus*: quia talia indigent mollientibus ab initio, deinde exiccantibus. Et *quæ ab aere recipiunt nocumentum, illis nequaquam mollientia conueniunt.* Sed in partibus ſectis, e quibus aliquid carnis ablatum eſt arbitror, quod non adeo medicamenta, verum & eſculenta & poculenta competant, quæ laudabilem ſanguinem producunt: & talia ad ſiccum reſpiciant ſemper. Præterea laudatur omne medicamen, in quo non eſt facultas mordendi. eſt enim hoc ſecundum Auer. & Auicen. Et in partibus ſectis emittentib. ſanguinem, ſtypticum conuenit medicamen, dum eas aer non infecerit, nec caro ablata fuerit, neq; cutis amiſſa, ſed tantum diſſecta: quia æquatis ſectis reciſum ſigillum recipit. quod ſi quid ſupercreuerit, calidis
B & ſiccis medicaminibus conſumendum eſt. velut eſt *alumen vſtum. & vitriolum.* At vulnus carnoſum curatur medicamento carnem producente: & in ſordido vulnere exiccatiua ſunt potiora, quam carnem producentia. Si vero diſſectum fuerit valde humidum, fouendum eſt ſiccis. quia temperamentum in omni temperatura corporis & partibus eius ſeruandum eſt, dum fuerit laudabile. ſi vero nequam, remouenda ſunt dicta pro viribus.

De Medicaminum diſcrimine. CAP. XVI.

MEdicamen carnis productiuum, vt retulit Galen. & Auicen. non debet excedere primum gradum in ſiccitate: quia nimium exiccaret. Et carnis productiuum cum eſt fortis exiccationis, mordax eſt, ideo nocuum quoniam non producit carnem, verum deſtruit eam. Namq; ſtypticitate poros occludit, per quos ſanguis labitur, è quo producitur caro. de parua autem ſtypticitate non eſt curandũ, quia carnem efficit ſolidiorem. Glutinatiuum medicamen oportet ſit maioris ſiccitatis, quam pictum, vt conſumat humidum etiam naturale: quod poſſet conuerti in prauam ſuperfluitatem, quę prohibet glutinationem. quia partes ſectæ glutinantur media ſiccitate & condenſatione alimenti ideo glutinantia non
C debent abſtergere, vt retulit quidam non inelegans. Sigillatiuum autem medicamen eſt illud, quod ſuperauctos ſuccos exiccat in ſupremis ſectæ partis. Prohibendũ ergo humidum alimentum, donec caro ſiccior fuerit, quę eſt ipſa cutis. & hoc medicamẽ oportet ſit vehemẽtis exiccationis abſq; mordicatione.

Carnem generantium temperies.

Glutinantium.

Sigillantiũ.

De retardantibus cauſis ſanitatem CAP. XVII.

CAuſa, propter quam ſanitas in ſectis partibus tardatur, maxima eſt in malo ſanguine ſtante in vulneris carne: ſiue propter recentem curſum eiuſdem. Et craſſum exiſtens, ſiue quantitatiuũ, aut valde acutum, vel rodens, ſiue nimis ſubtile, & plus, quam oportet, retardationis eſt cauſa ſanitatis. Verum ad remota reſpiciendo, & vitium iocinoris retardat. quoniam eſt ſanguificans. Lien etiam infectus idẽ facit, quod noſcitur per ſignum lotii, & ſcyrrhum eius. Et malum temperamentum totius retardat idẽ. Eſt igitur incumbendum oppugnantibus intemperamentum iocinoris, & lienis, cum ſoluentibus corpus, venarum ſectione, regimine eſculentorum & laudabilem ſanguinem gignentium. Poſthæc ad curam ſectæ partis accedendum eſt. Producitur etiam ſanitas dictę diſſectæ ſedis, cum ex vbertate ſuccorũ ſuccedit inflammatio puri quod auget ſectum potius, quam minuit. Ideo præcipuum eſt ſuccurrere cũ
D dictis. Demum veniendum eſt ad curam ſectæ partis. Ex vbertate ſuccorum etiam ſupercaleſit corpus & accenditur ſanguis. & ſic retardatur ſecti ſanitas. Cum vero corpus eſt gracile & pauci ſanguinis, adeo vt natura, quod mittat ad regenerandum amiſſum, non habeat. tum pars ſecta fomento ex aqua calenti fouenda eſt, donec rubeſcat & tumefiat. craſſis etiam erit veſcendum. Fit quoq; retardatio ſanitatis in ſede dicta, ex nimium calida ſiue frigida vel ſicca aut humida temperatura. Et calidæ ſignum eſt rubedo atq; immenſa caliditas, & ſanies ſubtilis. Frigidę vero in omnibus maxima albedo partibus. Siccæ etiam indicium, labia dura & aſpera cum parua ſanie. Humidę quoq;, cuncta mollia, & craſſa ſanies. Hæc autem vulgo curantur cum appoſitis. calida videlicet temperatura cum frigidis medicaminib. poſſidentibus de ſtyptico, vt eſt *aqua roſacea, ſuccus arnogloſſæ & ſolani.* Frigida autem cum humidis, vt eſt *vini calentis lotio.* Sicca etiam cum humidis, vt eſt fomentum ex aqua calida, donec pars ſecta tumefiat & mollis reddatur. humida vero cum ſiccis reprimitur præſidiis, vt *bolo armeno.* quamuis plerique admoueant *acetum.* Ætate autem conſumptorum hominum ſecta difficillime ſanantur, ob defectum innati caloris & boni ſanguinis inopiam. Atque vtero gerentium diſſecta ictu, male ſanantur, propter retentos menſes. Et regio infecti morbo pars ſecta duriter ſolidatur propter humiditatis copiam, quæ & ipſum calo-
E rem naturalem comprimit. Et circulares ſectiones haud aliter, quam talia vlcera, vix corriguntur prius, niſi cum fuerint reductæ ad hemicyclum. quoniam multum de parte ſecta poſſident. minus itaq; recta vulnera habent diſcriminis, ideo minus retardant ſanitatem. Mala etiam caro orta in parte ſecta prohibet ſanitatem: quia impedit bonæ carnis regenerationem, ſed mala caro conſumitur cum *cerato viridi ſiue Aegyptiaco* & quando natura nil facit laudabile cum dictis, tum illa caro erit recidẽda cũ ferro. Quędam autem natura poteſt, quæ ipſa ars minime poteſt. Quędam vero è conuerſo, vt crudam carnem abſcindere. Nonnunquam & nequam oboritur caro, & labra fiunt aſpera. ſed talia recidere frequenter ꝓfuit, quia malus ſanguis effluit. Et quando puſtulę aut variolæ ſuperoriuntur, tum vena ſecanda eſt. & ſoluendus æger medicamine: alendus etiam eſt optimis edulibus, verum in parua quantitate. Cum autẽ

ſectarum partium labia tenera & dura fuerint, tum hac aqua cauſtica lauentur, quia corriguntur. Fiat A
ergo ſublimatio talis. *R. aluminis ſalis, quo vtimur in eſculentis, puta vnciolas octo, vitrioli Romani vnciolas quatuor.* tamen non eſt addendum ſuper eam prius, niſi cum vniuerſalia cuncta præceſſerint. quoniam alioquin eſſet nocua, quia prauus ſuccus aduocaretur ad læſam partem, ideo noceret magis, quam prodeſſet, quod practici Medicorum Galen. & Auic. innuunt etiam. dolor enim humores contrahit ad læſam, vt cucurbitula ſanguinem. Et cum fruſtum oſſis, ſiue ferrum, in imo fuerit vulneris, extrahendū eſt penitus, quia impedit & retardat ſecti ſanitatem.

De neruis ſectis. Cap. XVIII.

ET quoniam nerui ſunt inſtrumenta ſenſus & motus etiam, ideo ſectio continui facta in eis, propter ſenſum eorum & continuitatem cum cerebro periculoſa eſt. Quia Galen. *in Arte Medicinali cap. de punctura nerui, & corde ait: Nerui vero & tendonis punctura propter ſenſus vehementiam, & quoniam hæc pars principio continuatur, prompta eſt ad neruorum conuulſionem excitandam, præſertim in vulnere obſcurato.* Licet plurima concurrant in ſectis neruis, quæ faciunt conuulſionem, tamen punctura nerui eſt potiſſima. & ſi frequētiſſime & dolor immenſus, & magnum frigus, putredo, & medicamen frigidum, quod fit cum opio, nocumen eſt neruis. Nam & Hippocrates eadem ſentiens, inquit, *frigidum eſt inimicum neruis.* Et dolor immenſus præcipue cit fluores, qui cauſa tumoris ſunt, è quo ſuccedit apoſtema putridum. Nam cum non B
habet, vnde effluat collectum, præſertim in arcta directione, contigua corrumpendo excitat conuulſionem, quoniam & pars ſecta facta eſt frigida: propterea fit maius incrementum conuulſionis. Itaque arcta præcipue ſectio, oportet magis aperiatur, vt liberius dictum virus effluat. Nec vulnus glutiāndum eſt, niſi cum optime purgatum fuerit, quod noſcitur ex propulſione doloris, dum affuiſſet. Atque in hoc errant frequentiſſime empirici. Prudens autem medicus, non, niſi poſtquam ab omni tumore erit ſecurus, directum glutinat, quod dum ſuccus nequam impedit, purgat illum, & tenui alimento ægrum paſcit. Demum nerui non nunquam ſecantur ſecundum longitudinem quandoq, & ſecundum latitudinem. Verum ſectio, quę fit ſecundum longum, ſecurior eſt, vt inquit Auic. Sed quę ſecundum latum fit, non reducitur penitus, ſed omnino cauſat conuulſionem: quoniam de mente prudentis, *Ex parte incisa fit ſpaſmus, atq; ex contenta nequaquam, nec læditur cerebrum per mediam ſectionem. Aſt cum inciditur neruus valde,* in ſe etiam fit conſideratio in reliquis accidentibus, quæ ſubſequi ſolent. Itaque ſi fuerit ſectio in ſupremis partibus, illinito collum *oleo roſaceo completo caloris* & ceruicem, & tergorum ſpondilos ſin fuerit in C
partibus inferius, cum *eodem oleo* illines inguina, coxas, pectinem, & crura, ac pedes: quia linimentū hoc multum prodeſt, quia repellit conuulſionem. Et ſectio latitudinalis indiget, vt ſuatur. nam leuius & citius ſanatur, quia dubia eſt ſanitas eius omiſſo hoc ordine. Curandorum autem ſectorum neruorum medicamen oportet ſit *virtute calidum plus quam ſiccum.* Leuis autem exiccationis ſi fuerit, fortaſſis prodeſt. Et ſit ipſum dum non ſit vehementis caliditatis, ſed proximum temperamento totius corporis, quia aliter non conuenit. Dolor etiam non debet leniri cum aqua calenti, quia puto eſſe putrefactiuam. Ideo arbitror & Galenum dixiſſe, aquam calidam nocuam neruis ſectis, vt ipſe etiam *ſuperius* dixeram. Illud autem, quod plurimi ſanati in ſectis, medicamine aquæ, tribuunt virtuti cœleſtium verborum, quæ *alibi* ſcripſimus, aliter nocua eſt aqua quoniam *ſit putrefactio ex humido, calido actualiter, cum frigidum fuerit illud virtualiter.* Hanc demum ob cauſam diceremi, frigidam pororum eſſe obſtructiuam, vt Galenus dixit de oleo frigido, & conuulſionis idem fateor cauſam eſſe, ni *vidiſſem* in plurimis grauibus ſectis ſectionibus, aqua frigida curatos. quod virtuti verborum ſanctorum attribuunt, quib. ſuperſtitioſiores fidē præſtare ſoliti ſunt apud antiquos magos. Dicitur etenim vulgo etiam; *ſtat virtus in herbis, verbis & lapidibus.* oleo demum frigido propter eius glutinum, læditur directum. Ideo Galenus calens oleum laudauit. D
quoniam ſic dolorem lenit, ſuccos mollit, & ad ſaniem perducit laudabilem. recens itaque oleum laudatur magis, quam nimium antiquum. Et tempore magni æſtus *oleum roſaceum* valde confert, quia ratione olei amplificat, & roſarum ratione fouet directum cum quadam exiccatione, rigente vero bruma præſtantius eſt *oleum commune*, quia calidum lenit dolorem cum euaporatione aduerſantium. Adhuc & *ſulfur viuum cum modico oleo confectum ad formam cerati*, laudatur in vulneribus neruorum. Et *calx multoties lota cum aqua dulci & oleo admixta*, multum prodeſt. Calx vero debet lauari, vt fit cum videtur opportuna combuſtionibus ignis. *Tutia* commendatur etiam *abluta* & Gal. *ſolo glutine albotim* vſus eſt in partibus ſectis impuris videlicet, atque aliis multum poſſidentibus de humido. In ſiccis vero corporibus vtebatur addito *euphorbio.* Itaque aduertendum eſt, ſi ſectio facta in neruo ſit lata, vel neruus ſit carne nudus: quia ſi ſic, medicamen valde calidum non eſt admouendum, vt eſt *euphorbium ſinapi & ſulfur*: quia eget præſidio minoris caliditatis, vt eſt *tuthia & calx lota.* atque in tali ſeparatione continui, dum neruus detectus fuerit, & lata erit directio, apponatur vt oleum, ſiue vt dixit Princeps: & eſt præſtantius, quod vino calido lauetur. Demum admoueatur & oleum, vt iam dictū eſt. cum vero quid putridum apparuerit iuxta neruum, dilatandum eſt vulnus, cum imponentibus illitis *terebinthina*, quæ erit *abluta cum vino.* E
& hoc, dum bruma riget, faciundum eſt. Sed æſtus tempore *oleum roſaceum* admiſcendum eſt. Et hyeme actu calida proſunt. Siue ſolo *terebinthina abluta*, cui permixtum fuerit *galanga vel ammoniaci modicum.* plerunque & *terebinthina lota* vtendum eſt ſola, cum fuerit abluta *cum vino, cui etiam mel admixtum fuerit.* Verum mēdicamina, quæ dictis partibus apponuntur, oportet non ſint actu nimium calida. quoniam calida frequēter tumorem excitant, ſed teporem tantum habeant, ob timorem conuulſionis. Nam frigida vehementer cient conuulſionem. Sed de compoſitis medicamentis hoc eſt expertum Galeni: *Rec. Cera, reſina, euphorbii pondus æquilibre, cum oleo tantum conficito.* Aliud noſtrum ſingulare: *Contundito galbani, ammoniaci, picis, reſinæ, ſeui vaccini, tereb. olei antiqui an. vnciolam: pulueris molendini dimidium vnciolæ, & conficito.* Aliud, quod abſtergit abſque morſu: *Rec. terebinthinæ reſinæ, mellis, æquales*
vnciolas

Sectorum neruorum medicamen quale eſſe debeat.

Aqua frigida plurimos ſuiſſe curatos vidim.

Emplaſtrū Galeni.

Emplaſtrū auctoris.

Aliud.

A *vnciolas duas; myrrhæ, ſarcocollæ; farinæ ſubtiliſsimæ molendini, farinæ ſeminis lini pares drachmas duas cum dimidia miſce & confucias.* Et *ceratum baſilicon* iis partibus competit. Eſt autem aduertendum ſi in diſiecta parte nimius vel calor vel rubor apparuerit: quia dicendum eſt, quod medicamen ſit calidum. Ideo ſtudendum eſt in remiſſione caliditatis, quia aliter pars illa inficitur. cum autem lotio competit dictæ ſedi, fiat, vt *ſuperius* præcepit Galenus.

Sed *cum neruus pungitur tantum*, vt ſolet acuta cuſpide, tum *non ſunt apponenda, quæ molliunt*, more empiricorum, qui admouent cataplaſmata *è farina tritici, aqua & oleo facta:* quia ab huiuſmodi rebus oportet conuulſio appareat ſaltem in ſeptima, propter medicamen calidum molliens. qui ſi apponerent aperitiuum exiccans cum parua attractione, vtilius foret. Nam & ipſe dum eſſem Neapoli, præcepi cuidam viro nobili, qui mucione punctus erat in pede imo, vt exiccatiuum & aperitiuum præſidium admoueret, quoniam per quendam empiricum pes valde intumuerat. Itaque confectum fuit *cataplaſma ex farina fabarum, lixiuio, aceto, & modicò oleo*, & actu calidum admotum fuit. Dum quis ergo peritiſſimus artis medicæ meminit, quod ſcriptum ſit ab Hippocr. Gal. & reliquis. *Frigida videlicet inimica neruis* cum fuerint apposita in ſimillimis caſibus, *actu etiam calida inueniet mala.*

B Cum vero neruus contrahitur abſque diſiectione carnis, neque tumor adeſt, procedendum eſt cum debellantibus dolorem, vt prædixi de contuſione. Et oleum calidum ſuperillitum prodeſt. Et cataplaſma è *malua, & cæpa elixa cum oleo* lenit dolorem. Quod ſi ab antecedentibus cauſis neruo bellum moueretur, antecedentia euocanda erunt, vt ars poſcit methodici. Demum oppugnantia neruorum affectus approximanda ſunt. Quorum vberrima copia apud pleroſque ſcriptores fluctuat. Legentes autem hæc, precor, non authori referant gratias, ſed Deo immortali. Etenim *ſuperno fauore, & non ſponte quiſque ad optima quaque mouetur.*

FINIS LIBELLI DE SECTIS PARTIBVS ICTV.

C

D

E

 A

AD EVNDEM CAR. REVEREND. MICHAEL ANGELVS BLONDVS IN PLVRIMORVM opinionem,

DE ORIGINE MORBI GALLICI, DEQVE LIGNI Indici ancipiti proprietate. B

PROOEMIVM.

ARiſtoteles eos, qui ratione vtuntur, atq; cum hac omnia volunt agere, tanquam bonos & optimos exiſtimans laudauit: eos autem, qui ſine ratione aliquid faciunt, tanquam crudeles & rudes exiſtentes odio habuit. Verum ratione & intellectu vigentes naturaliter fiunt principes & rectores aliorum. Quia *primo metà hominum genus arte & rationibus viuit.* Itaque ratio hoc poſtulat, quod *prudens nil faciat inſidioſe, vel ſimulate, ſiue fallaciter. Viuamus ergo, vt ſemper rationem reddituros nos arbitremur.* Quoniam qui eam abiecerit, inhumanitatem profitebitur. Demum *intendamus iuſtitiæ*; quia ſola nos perducet ad æthereos thalamos. *nil etenim eſt magis proprium homini, perfecta ratione.* Nam cætera cuncta cum brutis ſunt communia illi. Demum *ſola ratione homo fortitudine præualet leones, formoſitate pauones, & velocitate equos.* Vos igitur hortamur patres chariſſimos, vt ratione præpoſita, & Dei timore, graues curas ſubeatis ægerrimorum, ſpreta odibili rerum cupiditate; quoniam ſic vobis diuitiæ parantur æternæ. C

Qui ex quibus morbi naſcantur ſuccis. CAP. I.

NOtiſſimum putamus eſſe & doctiſſimis Philoſophis & clariſſimis Medicis, & profitentibus artem medendi, quinimo & humanioribus literis incumbentibus, quod *omnes morbi proueniant ex peccato vnius, ſiue plurimorum humorum.* Quod peccatum vel ex mala qualitate, aut ex vbertate maxima eorundem producitur. quod & ab Hipp. & ab ipſo Gal. ſcriptum eſt. Sed ad ſpecies ſuccorum deſcendentes dicimus, quod flaua bilis diffuſa per vniuerſum corpus ſuſcitet morbum regium. Cum vero deſcendit ad partem aliquam corporis, concitat herpetes & eryſipelata. Verũ ex dominio atræ bilis naſcitur elephas, cum in vniuerſo corpore fuerit: & cum erit in parte, cancer conſpicitur. Et pituita dum increuerit per totum corpus, morbi intercutanei cauſa eſt: in vna vero parte producit œdema, ſed cum admiſcetur ſanguini, plurimos morbos inducit & diuerſa ſymptomata. Tamen ex ſanguine ſimpliciores affectus calidi fiunt, quam ex aliis humoribus.

De Origine morbi Gallici. CAP. II. D

POſtquam ergo ab exceſſu atq; humorum intemperantia affectus ſiue languores veniant mortalibus, proculdubio miramur, dum percipimus ab eiſdem ſuccis hac tempeſtate nouum morbi genus productum eſſe, præter morbos enumeratos; cum Hipp. & Gal. ſcripſerint de omni ſpecie morborum, quibus humanũ corpus ſubiicitur. Verum neq; priores illi, vt Æſculapius, Podalirius ve, aut Machaon, ſiue Aſclepiades qui ipſe vixit, quantum Mithridates offerebat: neq; Pythagoras vel Empedocles nec Democritus præceptor Hipp. ſed neq; Diocles aut Praxagoras, nec Chryſippus, aut Herophilus, ſiue Heraclides, Temiſon, vel Creon, nec Critodemus aut Critobulus ambo chirurgi, neq; etiã Pæon, qui diuorum Medicus dicebatur, quia omnes ii fuerunt optimi Medicorum, quenquam alium enunciauerunt morbum, quam illos, quos retulit teſtamentũ Hipp. & lucubrationes Gal. teſtantur. Itaque cenſemus, quod per inſomnium potius, quam aliter medentium vnus ex noſtris, nomen Gallicum, morbi nomẽ eſſe protulit. quod ſi conceditur, oportet & Hiſpanicus affectus, & languor Germanicus & cura Italica dicatur morbus ſpecificus: quod eſt ridiculum. Quoniam non regiones ſiue regnicolæ nomen imponunt aut impoſuerunt, verum ex diſcrimine humorum morbis placuit antiquitati diuerſum impoſuiſſe nomen: nec prius putamus hoc factum eſſe, quam nouiſſent omnes morborum ſpecies, quæ proueniunt vel ex quantitate ſuccorum ſuperaucta, ſiue ex eorum mala qualitate. *Quicquid igitur inuenimus laudabile in arte medendi, conſtat, ex relatu nobis relictum & inuentum eſſe.* Itaque nullus Medicorum recentium adeo præſtans inuentus eſt, vt non tam excellentior eſſet dictis, verum dicamus, quod neque par hactenus repertus eſt. quod recte nouimus ex operibus eorum. Cumque ex eiſdem ſuccis nunc etiam compactus ſit homo, ex quibus conſtitit olim, arbitramur, neminem tam præſtantem eſſe, qui præter dictus morbos ab eiſdem ſuccis poſſit nouam morbi ſpeciem excitare. Languores enim, quibus hac tempeſtate E

Pæon Diuorum Medicus.

mor-

A mortales ſubiiciuntur, haud alios credimus fuiſſe olim. Namque Gal. *in definitionibus med.* refert: *Morborum differentias Hipp. nouem eſſe tradidit, quæ ſunt, acutus, peracutus, malignus, longus, medius, pernicioſus, mitis, periculoſus, & minime periculoſus.* *Peracutus* morbus eſt, vi & phantaſia maior ac difficilior *acuto*, qui ſeptimo die vt plurimum ad iudicationem peruenit. *Malignus* eſt, vi quidem maximus & difficilis, imaginatione autem imbecillis, certum iudicationis tempus non habens. *Longus* eſt, qui in deterius atque melius iudicatur menſibus, annis, vel etiam cum hominis morte finitur. *Medius* morbus, qui eſt inter longum & acutum, vtriuſque ſane particeps: iudicaturque die ſexageſimo aut octogeſimo. *Pernicioſus* ſiue *lethalis*, qui ſemper ad deterius vergit. *Mitis*, qui nequaquam hominem tollit. *Periculoſus*, qui ad ſalutem & perniciem ex æquo tendit. Dicitur & *anceps* morbus, minime periculoſus, qui ſemper ſalutem futuram prænunciat, quantum in eo eſt, idq; habet cum miti commune. *Magnus* quidem ſecundam imaginationem morbus eſt, vt in carnoſis partibus vulnus. morbus *affectu magnus*, vt nerui aut muſculi punctura, aſpectu quidem parua apparens, cæterum virtute magna. Sed ægritudo eſt *morbus inueteratus, cum infirmitate & languore.* Igitur cum Hipp. & Gal. de exceſſu bilis flauæ in iecinore, atræ bilis in liene, ſanguine in corde, & pituitæ in capite, ſcripſerunt (ex quibus ſuccis fiunt vlcera, turgent nodi & tuberoſitates apparent, & conuulſiones excitantur.) tum etiam de hoc compoſito morbo locuti ſunt. quod & Leonicenus ſenſit *in quodam*

Morborum differentiæ quæ & quot ex Hipp.

Aegritudo quid.

B *eius libello*, quia hunc morbum protulit nomine epidimiæ. Antiquum ergo ſymptoma hoc, Quod omnes etiam aſſerunt, qui de lepra, ſerpigine, herpete & ſimilibus ſcripſerunt, vt eſt Ægineta: Aut etiam Cornelius, qui de elephantia. Quieſcant ideo hanc artem profitentes, neq; diſceptent amplius de nomine huius morbi. Quia minimum eſt, de quo Gal. non curat, vt retulit in pleriſque locis. Et *in ſexto de morbis curandis*, dicit, parum eſſe de nominibus ſolicitum debere eum, cui rerum ſcientiam inuenire ſit propoſitum. Sat igitur erit, & tuberoſitates & cruſtas & vlcera cognoſcere, à quo ex ſuccis ſuſcipiũt incrementum. itaque illi eſt incumbendum cum laudabili regimine vitæ & opportunis medicaminibus, de quibus & priſci & recentiores ſcripſerunt vberrime. Verum enimuero vni ex doctoribus incumbendum eſt, quia nec celerrime conſequitur nomen egregium, nec periſtamus, hortamur, in talis opinionibus, dictum morbum ob incurſum ſyderum ſiue planetarum productũ eſſe nuper: Quamuis cœleſtia agant in mortalibus. Sed eadem cœleſtia ſunt ſemper. Nec dicamus, morbũ ab Indis transfretaſſe ad nos. Quoniam fatuitatem profitebimur, dicentes. namque is morbus compoſitus in nobis naſcitur *ex corruptis ſuccis.*

Morbum gallicum eſſe ſymptoma antiquum.

C Tamen *ſuſcipitur & ex contactu.* Velociter enim & plethorica velocius autem & cacochyma corpora ſubiiciuntur infectionibus. In quibus ſi flaua bilis ſupercreuerit, apparent ſymptomata, quæ retulimus. cum autem pituita erit ſuperaucta, monſtrantur, quæ & in Compendioſa retulimus. Haud aliter dicimus de ſanguine & atra bili.

Morbi gallici cauſa.

De Cura ſecundum Hippocratem & Galenum. Cap. III.

SAne hunc morbum licet nobis appellare grauiſſimum morborum, ob eius acerbitatem. itaq, laudamus exquiſitiſſimam curationem, cum illum expugnare volumus, dum corpus robore erit plenum, & victum pariter comprobamus tenuiſſimum. Veruntamen quia ſuppoſitum huic languori, potius imbecillem, quam validum frequentius cernimus, ideo tum nec exquiſitam curationem laudamus, neq; tenuem diætam approbamus, iuxta illud Hipp. Aph. primo, *In tenui victu ægri delinquunt, quo fit vt magis læduntur.* quia deducunt infectum, vtentes hoc victu, ad vltimam indigentiam, in qua nõ poſſumus honorifice procedere vlterius. propterea idem Hipp. *Victus tenuis atq; exquiſitus, in morbis quidẽ longis ſemper: in acutis vero, in quibus non conuenit, difficilis.* Et rurſus, *Qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis eſt.* oppoſitas autem exercitationes, præcipue, in grauiſſimis languoribus conſpicientes, non poſſumus non mirari. Nam quæ fugere in his oporteret, quamplurimi exercent: quantum igitur dicto morbo infecti compe-

D riantur grauiſſimum in extremo curationis, iam & triuiis notum eſt. Medenti etenim proprium eſt, robur corporis affecti imbecillius reddere, quam acceperit, propterea dicimus, fouendas eſſe vires ægrotanti, maxime in longis cruciatibus. quia aliter neque ſalutem æger, neque curator honorem conſequitur. Cumque vniuerſi morbi ex ſententia Hippoc. prouenerant partim extrinſecus ex aere nos ambiente; partim intrinſecus ab eſu aut potione, à quibus humorum aliquis vel abundat vel deficit, ſiue qualitatẽ commutat, ſeruanda ſunt, quæ præcepit Galen in Medico. Qui ex abſtinentia in morbum incidere, alimentis reſtituere conuenit. Qui v. ex copia laborant, victus ratione, vel inedia, vel purgatione, vel venæ inciſione purgandi ſunt. Itaq, neminẽ inuenimus, qui plurimum potũ aquæ, in aliquo morborũ laudauerit, ne dum exhibuerit ex veris Medicis: quid igitur dicendum ſit de potu aquæ plurimo, quo plurimi in hoc compoſito morbo vtuntur, vobis eruditiſſimis pronunciandũ relinquimus, cum modici vel nullius ſit nutrimenti in affectib. Ideo & ius ligni Indici ex aqua, damnandum potius, quã laudandum putamus. Quia nemo ex antiquis ſcripſit aptum medicinæ lignum eſſe, quo maxime hac tempeſtate artem medendi profitentes in omnibus morbis fere vtuntur. Nam & Ariſt. *quarto Mete. Et iam dictum eſt, quod aurum & lignum decoquitur & matureſcit, quando generatur.* Sed hoc dictũ eſt, propter ſimilitudinem, & non ſecundum veritatem. Demum ſi quid boni infectus conſequitur, dum dicto iure vtitur, non eſſe aſcri-

Decoctum ligni potius eſſe damnandum, quam laudandũ.

E bendum dicimus elixationi ligni Indici, verum tenuiſſimæ reſumptioni. quid enim ſolidiſſimus panis ille, & arefactus non conſumeret malorum ſuccorum, tantorum ſpacio dierum? Quod ſi iſtud etiam pauciſſima refectio illa non faciat, ſat eſt, dum morbo vires non nutriat: quia Natura ſemper ſagax corrigit deteriora, & in melius mutat. Præterea Ariſtot. *in eodem libro: Res ſiccæ, in quibus non eſt humor, nec maturantur, nec digeruntur*: ideo nec valde ſolidum panem comprobamus In hoc præſertim turpi languore, quoniam multum habet de ſicco. Habet etiam aliquid ſimilitudinis cum lapide & ligno: quia Ariſtoteles adducens exemplum, inquit: *Sicut lapis ſiccus, in quo non eſt humor, & ſic non digeruntur res ſiccæ, raræ, pondeloſæ,*

Decoctum ligni Indici quid faciat.

roſa, vel lignum, & ſimilia. Dicimus ergo, quod ius illud abluat tantum ſordes, ſi quas ventriculus vel inteſtina retinent. Labitur enim egeſtio celerius cum potibus, quoniam ſiccus victus corpus ſtipat, & facit auarum in egerendo. Tamen ne videamur dixiſſe hæc mott[illegible], confitemur, nos etiam vſos fuiſſe iuribus Indici ligni, cum in infectis turpi langu ore dicti morbi, tum in alijs ægritudinibus, vt in leucophlegmatia cuiuſdam mulieris Campanæ, & multorum in cruciatibus articulorum per vniuerſam Italiam, atque eam partem Galliæ quæ Narbonenſis dicitur, qui omnes præ tenui victu & inſubſtantiabili potu, tenuiſſimi atq; exangues deueniebant. Cumq; te arbitrabamur morbo liberos eſſe, & grauiſſimas eorum curas propulſas longe impoſitis præceptis extremis, vt à ſalubertimis recedebamus, tamen priuſquam luna complebat orbem ſuum, pleroſq; comperiebamus in grauiorem recidiſſe morbum, quod plurimis recitantes Doctoribus plurimum querebamur aduerſis de ſucceſſibus, quoniam cæteros Medicos fortunatiores credebamus eſſe. Tum illi *propterea* inquiebant *non eſt triſtandum: Nam & nobis itidem accidit in pluribus* quod percipiens, dicebam. *Fruſtra igitur gloriantur, qui clariſſimi inuentores dici volunt tã optimi medicaminis & diuer. præparationis ligni Indici.* Qui etiam, poſtquam competerunt idem, quod & nos de falſa eius bonitate, cum eodem ligno quædam fortia concoquere cœperunt, vt eſt *colocyntida, turbith, elleborus*, & ſimilia, quæ ſua proprietate plerunq; ſoluunt corpora, adeo vt exoluantur. Si quem igitur fructum & infectus conſequitur, & curator honorem, non eſt aſcribendum ligno, ſed adiectorum proprietati. Caueat tandem omnis falſis ab inſinuationibus, præcipue ligno Indico & iuri eius præſtantium fidem, qui dicto morbo infectus torquetur.

De Ligno Indico. CAP. LV.

CErtiſſimum eſt, quod ab experimentis medêdi predit[illegible]. Ideo ſi modo etiam empiricis maior, quam methodicis detur fides, non eſt mirandum, quia videtur, quod ars medendi vertatur ad ſuum principium, vnde & ortum habuit, quod proculdubio credendũ eſt aliter. Namq; virtus cũ ratione cum ſit præcipua hominis qua cuncta diſcrimina diſcernit rerum, qua media quodque hominis officium laudatur. Spreta vero, turpem exitum conſequuntur. Et ſi quid rudibus primæua ætate ſine virtute ac ratione conceſſum fuerat, confeſtim deletum eſt, interius virtute lucente. Propterea valde miramur, quod à quibuſdam etiam prudenter has empiricorum experientia de quodam ligno Indico laudatur, cuius proprietatem experimento non cognouerunt. Quia dum decoctum illius ligni exhibent languentibus plurimos inficiunt magis, quã curant. Eo etenim vtuntur in omnib. affectibus indifferenter, quod eſt indicium crasse ignorantię. Sunt etiam quidam, qui aiunt, quod lignum hoc debellet tantum melancholicas curas, ſine viribus ſiccos cum media, quam præcipiunt, ideo quamplurimos in deteriorem affectum ducunt. Nouimus etiam quoſdã peritiſſimos, qui laudant lignum Indicũ, dicentes id ſua proprietate vniuerſis languoribus prodeſſe, quod non credimus, quia quoſdam auget languore. Nam ſi tale eſſet, quale dicunt eſſe, tunc ſieret ei [illegible] n[illegible]ibus, & non accenderet. Dicunt autem ij ſapientes, quod lignum illi dicitur et medicamen temperatiſſimum natura quod ſi verum eſſet, oporteret, vt omnis morbos & cunctas [illegible] cederet, ita quod cum hauſtum ſiue illitum eſſet, infectio decederet & corpus fieret [illegible] Auerroe diceremus, *Colliget primo* quod quando nos tractamus de medicin[illegible] frigida, aut temperata, nos non intelligimus [illegible] quia habet per ſuam naturam & præparationem [illegible] à corpore humano, vel, vt permutetur à corpore humano Et corpus poſtmod[illegible] qualitate permutatam, comparata proportionatam qualitatibus [illegible], quam proportionem dicimus. Sed hoc in dicto ligno, [illegible] Effectus [illegible] igitur plurimis inducit, vt vidimus, dum [illegible] proprietates. [illegible], credatur, lignum hoc natura eſſe temperatiſſimum, cũ quoſdam inficiat, & perpaucos caret Tamen cum laudari [illegible] ab aliquo, dicendum, quod laus nõ ligno verum [illegible] adiectis. Addunt enim eius elixationi polypodium, eleborum, folliculum ſenæ anthamitam, hermodactylos, & co[illegible]thum, & pleraq; ſimilia. Quæ quoniam diuerſa, in diuerſis affectibus laudantur. Horum itaq; cum ſit effectus bonus, & laus eſſe debet.

Lignum indicum nõ eſſe temperatiſſimum

Sunt etiam ex Medicis, qui dicunt, lignum Indicum alimento eſſe corpori. Quod ſi ſic, non eſt medicamen [illegible] partem ſanam alit dicendum eſt, quod nutriat & infectam. Eſt namque tale officium naturæ [illegible] partes [illegible] omnibus partibus quia aliter natura nouerca eſſet, quod non eſt credendum. Ideo dicimus, quod lignum hoc tam varios effectus non efficiat, vt prædicatur, neque ex ſubſtantiæ forma, neque ex occulta proprietate. Nec eſt temperatę qualitatis, quoniam effectus eius non procedunt ex quatuor qualitatibus quia omnes [illegible] non curat, aut mundat, cum nonnullos magis inficiat, vt vidimus. Igitur qui profitentur ſcientiam de proprietatibus dicti ligni, videntur præſtantiores Medicorum doctrina. Nam etiam Auerroes *quinto Coll.* inquit: *Videtur, quod iam iſti ſententiat [illegible], quod natura quæ operatur proprietas, non eſt niſi vna operatio exiſtens per ſe, tranſiens ab vno ente ad aliud, propter proportionem menſurarum elementorum, quam habet vnum ens cum alio: & hac menſura comprehendi non poteſt per modum arbitrij, neque etiam poteſt ſciri qualis quantaſ habeat cognitio, quæ non eſt perfecta.* Ex hoc patet, quod vel ob imperfectam cognitionem, vel quia non eſt talis, vt prædicatur, nec repellit omnes morbos, nec aliquos aut ſiue nutritinam pleroſq; concitat languores. Igitur imperfecta eſt de eo ſcientia, nec varias habet proprietates oportet enim ſpecificam habeat. Retulit enim Plato, quod natura dotauerit res propprietatibus: Res videlicet multas, multis proprietatibus, ita quod quælibet res poſſideat propriam proprietatem. Præterea Ariſt. *Contrariorum ſunt contraria cauſæ* Si hoc ergo lignum eſſet temperatiſſimum, vt eſt corpus humanum, non eſſet res contraria, neque medicamen. ſed neque alimentũ: quod non ſit medicamen, dicimus, quod medicamen habeat gradum in quatuor qualitatibus, primũ, ſecun-

Lignum indicum non eſſe tam varios effectus quot de eo prædicantur.

Scientiam de ligno eſſe imperfectã, nec varias id habere proprietates.

[illegible] ...liliationi. In ipsis[illegible] ...iusmodi astri[illegible] ...nem medicare, vt suppu[illegible] vel abscissam, vel aliquo [illegible] ...precipit, vt omnium attrahentium [illegible] ...resoluatur.

Cap. VIII.

6. Method. Fractura quid.

FRactura est (vt scribit Galenus) continuitatis partium [illegible] ...quae plures species comp[illegible] ...

A [illegible] *Fen 4. Tract 1. c. Fracturas Ossium* [illegible] *Lib. 3. ca.* [illegible] *Method. 6.* [illegible]

B [illegible]

[illegible]

CAP. IX.

C [illegible] *Avicen. 4. Tract.* [illegible]

Quot sint [illegible] CAP. X.

C VV [illegible] membri pustulas [illegible] Quae omnia, cum inter se pugnantia [illegible] tot exequi possint, [illegible] quae nulla ratione fiant, nullo modo fieri debere.

D

FINIS LIBRI PRIMI

A

ALFONSI FERRII NEAPOLITANI ARTIVM ET MEDICINÆ DOCTORIS,

De Sclopetorum ſiue Archibuſorum vulneribus, Liber ſecundus.

B

PRÆFATIO.

DEſcendendum nunc eſt ad compoſitorum vulnerum curationes, quas tum communes, tum proprias proponemus, pro rei neceſſitate, ac diuerſitate membri. Nec ſolam in curandis vulneribus, ſed in his etiam, quæ interim ægro poſſunt accidere, ſtudium noſtrum poſuerimus, habita cuiuſque rei, quam diligentiſſime fieri poterit, ratione.

Quiſit in compoſitis vulneribus curandis tenendus modus.

CAP. I.

Vulnerum, quæ Sclopetis inferuntur duplex curandi ratio.

COmpoſitorum itaque vulnerum, quæ bellicis fulminibus inferuntur, vt Sclopetis, vt Archibuſis, curationis duplex eſt ratio: altera in intentione, altera in executione poſita, quam nos partem præcipue proſequemur. Curus quidem eſt omnibus affectionibus ſubuenire, atq; iis potiſſimum, quæ maioris eſſe momenti videantur. Leuia enim vulnera, & quæ in ſumma cute fiunt, ſublata virulenti puluer is malignitate aliquibus ex iis medicamentis, quæ proponemus, vel nullo negocio curabuntur, vt ſimplicia Vulnera. Quamobrem non eſt, cur de illis multa præcipiamus. In ea igitur, quæ grauiora fuerint, enixius incumbemus, vtpote quibus fractura, attritio, contuſio aſſociata eſt. Quod vt ratione fiat, hæ potiſſimum regulæ, ſiue canones, (vt Medici loquuntur) ſunt obſeruandi. C

Canones obſeruandi in Vulneribus quæ ſclopetis inferuntur, curandis.

1. Quorum primus eſt, vt plumbea pilula, & quicquid ſecum forte in vulnus intulerit, inquiratur, extrahaturque (ſi modo fieri poſſit) ita diligenter, ne quid alienum intus remaneat.
2. Secundus, vt inſtrumenta ita præparentur, vt quam facillime pila extrahatur.
3. 4. Tertius, vt veneno ſuis medicamentis occurratur. Quartus, vt arceatur putredo, ne nimia contuſio, atq; attritio membri corruptionem accederet.
5. Quintus, vt comminuta offa ita eximantur, ne frustulum quidem carne ſeparatum nuſquam relinquatur.
6. Sextus, vt oſſa, quæ cum carne & tendinibus coniuncta fuerint, æquentur hoc pacto, itaq; ſuis ſedibus reponantur, vt membrum ſine dolore conquieſcat.
7. 8. Septimus, vt a fluxio abſceſſu defendatur. Octauus, ac poſtremus, vt vulnus ipſum per omnes ſuos gradus, & quicquid interim ex eo acciderit, quam diligentiſſime curetur.

Quæ ad primum, & quintum canonem obſeruandam pertineant. CAP. II. D


IGitur vt primus & quintus canon diligẽter obſeruentur: cum primum ad ægrum Medicus acceſſerit, digitum indicem in vulnus immittat, vt de eſſentia ac natura eius certior fiat, atq; interim oſſium fragmenta, ſi qua inuenerit, extrahat, ſed quæ carne ſeparata ſint, vt *ſupra* eſt dictum. Nullaq; ſit inſtaurandi ſpes. Proinde diligentiori attrectatione membri, pila digito vel ſpecillo inquiratur, extrahaturque, ſi cõmode fieri poſſit. Sed quam diligentiſſime aduertendum eſt, ne in ea inquirenda decipiamur, vt perfacile eſt. Tanta enim vi ex fulmineo quodam motu ferit, vt per multos, ac diuerſos anfractus vulnus ipſum tortuoſum inſtigat, nonnullaq; ſecum alia perferre ſoleat, vt loricæ partes, vel cæterorum armorum, vt veſtimentorum fragmenta, atq; alia, quibus poſtea locus, vel breui temporis ſpacio tam male afficitur, vt intumeſcat illico, abſcedatque: nonnullæque fiant membranarum muſculorumque, ac cæterorum ſimilium diſſolutiones. Quapropter qui perrenui ſpecillo vtuntur (vt vulgo fieri conſueuit) quã facillime fallãtur, neceſſe eſt: aberrat enim illud perfacile ex ſua tenuitate huc atq; illuc inter muſculos, inter membranas, intra venas, atq; arterias, oſſa, atq; alia, qua pila perſæpe minus tranſitũ fecit. Quia eb cautam ſeſe forte aliquando inueniſſe exiſtimantes, à cõtraria parte non neceſſario incidunt. Vnde nec pila ipſa, nec oſſa, nec ſanies, nec res vlla alia principalis vulneris exire poſſit. Quare ne amplius in re tam neceſſaria Medicis errandum ſit, ne ve ægri ſine cauſa tam miſere torqueantur, Specillum noſtrum à nobis E inuentum, quod ex re annulatum appellare libuit, ſane quam commodiſſimum (vt oſtendetur *infra*) ſi placeat, ſibi vtendum habeant.

De Annulato ſpecillo, atq; Alfonſino inſtrumento a nobis reperto. CAP. III.

FIat itaq; ſpecillum ex argentea virgula teretis craſſitudine paulo minori, quam ſclopetaria ſiue archibuſina pila: longitudine vero duorum fere dodrantium, vt ex breuitate eius chirurgicum opus non impediatur vſquam, ſed ſit diuiſum in partes duas, vt commodius feratur, quæ ſane partes tornatili vitæ

vt

A



(vt appellant) inter ſe committantur, cuius inſtrumenti alterum extremum exigui ciceris inſtar pilula ſit, cum foramine, vt fit in acu, per quod flammula (vt appellant) immiſſa linamenti loco (vt fit) relinqui poſſit in vulnere. Alterum vero extremum in annulum tam grandem deſinat, vt pilam commode capiat. Sed annuli circulus ſuperne rotundus, interne labiis ſit aliquantum in ſe reflexis, ita, vt mordicus quodammodo pilam apprehendat, apprehenſamq; retineat. Hoc inſtrumento pilulas, vel à profundiſſimis iuncturarum locis, ac potiſſimum thoracis, vel inferioris vētris, in quibus vel nulla alia inſtrumenta conueniunt,

B

facillime extrahimus, cuius hæc eſt figura.

C


QVod ſi vulneratus locus ſinuoſus ſit ita vt ſanies vel cruor libere non poſſit efflari, nec ob id pilula indagari, ſpecillum idem fabricetur ex plumbo, vel ex aliquo lento, ac flexibili metallo, vt pro arbitrio Medici flectatur, atque eo facile in quemlibet ſinum poſſit intromitti, & verſari flammula, & humores emitti, & pilula explorari. ſed extrahendis pilis longe aptiſſimum eſt Alfonſinum inſtrumentum,

D

quod quia noſtrum inuentum eſt, ita appellare placuit, id virga ferrea teres eſt, quanta annularium ſpecillum longitudine, dodrantium ſcilicet ferme duorum, & ſclopetariæ pilulæ craſſitudine, ab altera extrema parte, veluti à radice, ſolido relicto quantum manu commode teneri poſſit, tres fiſſa in ramulos aperiatur, qui ferreo annulo recedente claudantur, ſi cuſpidem verſus trahas, aperiantur ſi contra. ſed vt facilius pilas prehendat, interior extremorum ramuſculorum pars dentata ſit, & in omnibus caua, ſeu conuexa deuexa, molliter exteriora. Id tamen longius, breuiusve pro loci altitudine, in quo vti volumus, fieri poteſt, atque hoc pacto figuratur.

E

A



NOn inuoluendum tamē ſilentio eſt gruinum roſtrum, (vt vocant) vtpote quod & ipſum ad extrahendum inſtrumentum eſt excellentiſſimum, atque ab omnibus tum veteribus, tum recentioribus commendatum: quo non ſolum pilulæ è difficillimis locis, ſed & aliæ etiam armorum, vt cæterarum rerum fruſtula extrahuntur. Huic nos, vt commodius manu, ac valentius teneri poſſit, atque ita pilæ, ac cætera extranea in vulnere certius explorari, annulos forpicularum modo adiicimus, hoc pacto.

B

C

Quæ medicamenta extrinſecus Vulneribus conueniant curationis initio.

CAP. IV.

Symptomata horum Vulnerum. IN magnis Sclopetorum, ſiue Archibuſorum vulneribus frequenter hæc apparere ſolent ſymptomata; *ſyncope, vertigo, inſomnia, & plerumque febris, vel calor cum ſiti: affligitur æger, exæſtuat, inquietatur. Oculi præterea quandoque rubent, & facies, oritur ſudor, ſoluta continuitas liuet, vel nigreſcit, extemplo enim ora fuſcata fiunt, & male* D
5. de ſimplic. medici, cap. 17. *colorata, & caro languida.* Quamobrem ad omnem veneni vim tollendam, primum alexiterium (id eſt, proprium medicamentum, vt Galenus iubet, adhibendum eſt: id enim aut alterat, aut euacuat ex corpore, vel membro laborante; alterat ſiquidem aut vna, aut duabus facultatibus, aut ſimul tota ipſius ſubſtantia, aut calore ſubtilium partium, & venenum reſoluentium, ſiue penetrantium, aut ſimilitudine totius, quam habet cum re, quę euacuanda eſt, vt contritus ſcorpius, qui venenum è ſcorpionis ictu optime extrahit: vt *ſuperiori libro* dictum eſt. Itaque ſi frigidæ naturæ venenum ſit, ſeu lethale ab excalefacientibus remedium petendum eſt, ſi calidum, à refrigerantibus; ſi humidum, ab exiccantibus, ſi aridum, ab humectantibus, ſi & humidum & frigidum ſit, ab exiccantibus, atque excalefacientibus; ſi calidum & humidum, ab humectantibus & refrigerantibus. *Omne igitur mortiferum venenum ab extrinſecus impoſito medicamento euacuatur:* nempe aut calore ſuo attrahit, aut totius ſubſtantiæ compoſitæ ſimilitudine. Oportet autem huius antidotum proportionatum eſſe corpori, cui medemur. Ipſum enim ſua calida vi corpori aduerſatur, velut & lethale venenum. Quare in omnibus extrinſecis vulneribus ſimplicibus, tam carnoſis, quā neruoſis, ſiue compoſitis intercutaneis, etiā læſis tendinib. oſſibus, venis remedium ſit ab illato
Linimentũ. vulnere ad vſque tertium, & quartum diem, quod habet *capitelli ſelibram, ſolatri minoris cum ſemine, aut ſonchi vnciꝰ duas, aut ſcabioſæ; theriacæ ſemunciam, quæ commiſta in vitreo vaſe per viginti dies fermententur in ſole, quo calido penna illinatur vulnus:* ſic linamenta, quibus vulnus reformetur impleaturque, vt moris eſt: quod ſi aqua, vel aere, vel alio caſu, vt in bello præſertim facile accidit, frigefactum fuerit, eodem medicamento, ſed feruenti vtendum eſt, vt frigus, humoremque omnem attrahat, expellatque: ne putrefiat. alioquin E
Vnguentum ægyptiacum. futurum eſt, vt lethalia ſymptomata inducantur: cæterum, quod Aegyptiacum medicamentum vocant, hiſce vulneribus remedium præſentaneum eſt: id habet *amarorum lupinorum, ac lenticularum decoctionis ſeſquilibram; aceti acerrimi libram; ſalis, aluminis, ſingulorum vnciam: æruginis raſæ, ſeu viridis æris* (vt appellant) *ſemunciam; mellis ſelibram, quæ ad olei craſſitudinem ferueant; theriaca deinde ſemuncia adiecta, quibus commiſtis, vtare vt ſupra*

A [illegible]

[illegible]

CAP. V.

Q[illegible]

[illegible]

CAP. VI.

V[illegible]

[illegible] Atque hic ſeruus Canon obſeruatus fuerit

Dedi-

De digerentibus medicamentis, ac [illegible] quæ ad [illegible] prohibeant.

CAP. VII. A

VBi altera & tertia curatione bezoarticum medicamentum impoſitum eſt, & curata adiacentia loca, atque aliquo etiam refrigerante illita, vt diximus, [illegible] quarta, [illegible] & quinta, hoc medicamento vulnus digerendum eſt, quod fit ex *Veneta terebinthina* [illegible], & calidis locus perungendus eſt & [illegible] medicamenta illa [illegible]. Proinde Emplaſtrum Galeni ſuperponatur, cuius hæc eſt deſcriptio [illegible].

Exemplum. Dolorem leniens. Emplaſtrũ Galeni.

℞. *Argenti ſpumæ* [illegible] *Ceræ* [illegible] *ammoniaci* [illegible] *Argenti ſpumam* [illegible] *oleum ad* [illegible] *ammoniacum* [illegible].

Linimentũ. Oræ autem vulneris, & quæ circa vulnus ſunt, oleo perungantur, quod [illegible] *lumbricorum in vino elotorum* [illegible] *ſerbuerit, colentur, vt* [illegible] ſicut dictum eſt. Proinde oræ vulneris eo puluere conſpergantur, quod fit ex [illegible] *myrti baccarum* [illegible] *lumbricorum in vino elotorum* [illegible] *puluerẽ* [illegible], recte enim dolorem leniunt, reficiunt, reſoluunt, atque [illegible] linimentum etiam oleum eſt, quod communiter [illegible] *Sambuci corticum* [illegible] *ſunt.* Quibus Medicamentis digerentibus recreandum eſt atque ad manifeſtam vſque vulneris digeſtionem, & meliorem ſaniem vtendum eſt.

Puluis. Oleum. B

De reprimentibus Medicamentis. CAP. VIII.

NE veneni vis ad interna penetrare poſſit, vulneratuſque locus ob confluentes humores intumeſcat, abſcedatque, commodiſſimum remedium eſt, vt & in cæteris vulneribus, quod fit ex *boli armeni, terræ Lemniæ, ſeu ſigillatæ* vt vocant, *ſanguinis Draconis, ſingulorum vncia vna, Olei roſacei, aceti ro*[illegible] *quantum ſatis eſt,* quo vnguento vulnerati membri [illegible] ad ſex, vel octo digitos à vulnere linendum eſt, ſed calido vt medicamenti vis celerius penetret, deſuperque linteolo *in aceto roſaceo, & aqua ro*[illegible] *deligetur.* Idem & præſtabit linteus pannus quatuor digitorum latitudine, longitudine vero quantum ſatis ſit, replicatus, atque [illegible] madens, vel ex *aqua & aceto,* quod ſæpius iteretur. Nox [illegible] calorem tollit, ſaturamque prohibet: fieri etiam linimentum poteſt ex *albo ouorum quatuor, ol*[illegible] *aceti* [illegible] *boli armeni, terræ Lemniæ, ſanguinis Draconis, ſingulorum vncia.* [illegible] vtendum eſt. Quod & ſucces herbarum refrigerantium fieri poteſt, dum locus detumeſcere videatur, & ab abſceſſu tutus.

Vnguentum. Linimentũ. C

Quod ſanies neceſſario exire danda ſit. CAP. IX.

COmmodiſſimum, imo neceſſarium remedium eſt, vt per collocationem membri, aut per inciſionem ſanies libere poſſit effluere. Quoniam vulnera huiuſmodi ignea quadam aſſatione, & combuſtione non carent, vt dictum eſt, eorumque proprium eſt, putredini, & corruptioni propter contuſiones, attritiones, fracturas, eſſe obnoxia. Quare membrum ipſum læſum prima curatione ita collocandum eſt, vt vulnus omnino inuerſum ſit, atque ita ore ſuo partem ſpectet inferiorem. Quod ſi aliqua de cauſa fieri non poſſit, necneſt, [illegible] à contraria parte vulneris [illegible], vt commodius, ac liberius ſanies queat expurgari & locus à confluentibus humoribus immunis eſſe, & oſſium fragmenta, & pila, quæ aliter non potuere facile extrahi. Quæ omnia niſi exactiſſime fiant, dubitandum non eſt, quin magnæ efficiantur ſaniem [illegible] ſinus, tum profundæ corruptiones. Vnde fiſtulæ [illegible], ac plura abſceſſuum genera, vnde gangrænæ, atque vlcera ſordida demum totius membri corruptio, ac mortificatio fieri conſueuit. Sed quid ſi cauum, atque ſinuoſum vlcus videatur, neque tamen per collocationem membri, aut per inciſionem, vt *ſupra* dictum eſt, iuuari poſſit, nec ex eo ſanies enatat; tum ad hæc auxilia confugiendum eſt, vt terque quaterque curetur die, ſpongiaque oblonga, tenui, ac leni diligenter detergatur quæ bene conſuta, atque colligata ſit, ne quid ex ea in vlceris ſinibus relinquatur, admittaturque. Prodeſt etiam ad expurgandam ſaniem tenta (vt vocant) Cannulata, ſi ex hederaceis frondibus, aut ex cereo, aut in [illegible] medicatum, aut ex plumbi lamina, aut alterius metalli fiat, atque intromittatur. His enim præſidiis iuuatur natura, promptiorque fit, ad caua loca, carne implenda, atque inſtauranda. D

Quæ ad ſeptimum canonem pertineant. CAP. X.

ABſoluta vulnerati membri curatione, quæ manum poſtulat, ad communes curationes tranſeundum eſt, ac primum ad venenum tollendum, atque ad fracturas curandas aliqua medica potione: qualis ea eſt, quæ fit ex *terra Lemnia, ſeu ſigillata Alexandrina, boli armeni orientalis, ſingulorum drachma media, rhabarbari electi drachma vna, mumiæ ſcrupulo vno, aqua aceto,* [illegible] *plantaginis, vini ſanguinei, ſeu nigri, ſingulorum* [illegible]. Quæ potio poſt horam ab illato vulnere calida aſſumenda eſt. Fit etiam potio, quæ *cornu cerui incombuſti, mumiæ, terræ Lemniæ, centaureæ maioris, ſingulorum dimidiam drachmam habeat; acetoſa aqua addita, & vino ſanguineo:* quæ aſſumatur, vt dictum eſt. Quælibet autem ex his potionibus, tam mane, quam veſperi, per duas horas ante cibum Syrupi loco exhiberi poteſt: quod quidem remedium, non modo veneno, ſed & ſanguinis fluori, & fracturis ipſis præſentaneum fuerit. E

Potio.

De Aluo

A De Aluo ducenda. CAP. XI.

ALuus, vbi eſt opus, leni hoc clyſtere ducenda eſt, in quo ſint *diacatholic. floris caſſiæ ſingulorum ſemuncia* *Enema.*
mellis violacei, ſacchari rubri, ſingulorum vnciæ duæ, olei violacei & amygdalarum dulcium recentis ſingulorum vn-
ciæ duæ, decoctionis maluarum, matrum violarum, furfuris, hordei, Chamæmelini, ſiue Chamomillæ cum arietino capite
vel gallinaceo tantæ quantum ſatis eſt: ſalis drachma adiecta: toties que repetatur tota curatione, quoties opus
erit. Fit etiam Clyſter ex *oleo, & ſalis modico*, vel ex *decoctione maluarum, matrum violarum, furfuris, parietariæ,* *Aliud.*
Chamomillæ ex aqua, quibus percolatis adiiciantur ſalis drachmæ duæ: olei vnciæ quatuor, ſacchari rubri vnciæ duæ, vi-
tellis ouorum tres. Quo autem omni tempore anni lene pharmacum aſſumi poteſt, quod habeat *diacatho-* *Bolus.*
licis, triphera perſica, ſingulorum drachmis quinque, rhabarbari electi, Agarici impuluerem verſi, ſingulorum ſcrupulos duos: *Potio.*
B bacca fiat, ſiue bolus (vt dicunt) deturque dormituro, per horam ante lucem. Vel fiat potio ex *his, cum*
aqua acetoſæ, ſi à ſpiſſiori pharmaco æger abhorreat: qua mouendæ alui ratione tota curatione vti licue-
rit, cum humores minuendi, vel euacuandi fuerint. Quod ſi hæc omnia faſtidiat æger, catapotia ex *rha-* *Pilula.*
barbari electi, agarici contriti, Aloes electæ, ſingulorum ſcrupulo vno ac dimidio, quinque fiant numero, cum electuario ex
roſaceo ſucco, denturque dormituro duas horas ante lucem. Quorum adaugent vim, ſi neceſſe ſit, mane
vnciæ duæ ac dimidia, ex galline coctæ iure, in quo ſalis nihil inditum ſit, vel ex *aqua acetoſæ*. Fieri etiam poteſt *violacea*
potio e tribus, aut ſex violarum infuſionibus. Vel roſacea ex totidem roſarum damaſcenarum, adiecto ſaccharo, quantum
ſatis ſit. Dosis autem a ternis vnciis ad quatuor aſcendat, cum *aqua acetoſæ*, ac per duas horas ab aſſumptis
catopotiis deuoretur.

De Sanguine mittendo, & quando id fieri debeat.

CAP. XII.

ILlud primum in ſanguinis miſſione videndum eſt, an in hiſce ſclopetorum, ſiue archibuſorum vulne-
ribus, eo tempore ac modo, quo in aliis affectionibus huiuſmodi euacuationem depoſcentibus, mittêdus
ſit, ſiue id ratione, ſiue experimento, ſiue vtroque fiat. Sed cum boni Medici ſit, quæ partes corruptę ſunt
inſtaurare, & quæ incolumes tueri, in omni venenata læſione, quæ extrinſecus fit, ne venenum per inte-
riora loca diffundatur: detractio ſanguinis aliena eſt: quamobrem à Medicis omnibus prohibetur, quê-
C admodum & vehementior euacuatio per alui deiectionem. Quandoquidem ex eo contra, ac opus eſt,
accideret. ſcilicet non vt venenata vis à venis atque arteriis extrahatur (vt Medici conſilium eſſe debet)
ſed vt ad interiora loca attrahatur, coaceruetur que, quod noxium eſt. Quamobrem & ſi neceſſaria vi- *Quando Vena ſecanda.*
deatur venæ inciſio ob inflammationes prohibendas, humoreſque minuendos, vſque tamen in tertiũ,
vel quartum diem differatur, neceſſe eſt, vſque dum (inquam) ab omni veneni ſuſpicione per medica-
menta, quæ poſſumus, eam ſcilicet vim habentia, tutus eſſe poſſis, (vt præcipit Auic.) Quinetiam haud *6 4. Tract 3.*
inconueniens eſt, ſi in ſextum, vel ſeptimum, vel octauum, vel etiam in vigeſimum diem protrahatur: *cap 1.*
Aſſerit enim Gal. in ſanguinis miſſione numerum dierum minime attendendam eſſe. Cum igitur cura- *De ſectione Vena.*
tionis initio, hoc eſt, tertio vel quarto die (vt diximus) ſanguis mittendus eſt, ne ſcilicet ob eius plurimũ
dominatum in ægro quid mali accidit, tum præſtat (niſi quid vrgeat) priori miſſione minus detrahere: ite-
rum poſtea repetere, immo ſi lubet, & tertio, cum vires maxime imbecillæ ſunt, (vt monet Galenus)
ſiue in hac venæ inciſione intentio ſit, morbum ipſum per auerſionem, vel euacuationem, vel diminu-
tionem, vel eradicationem peccantis materiæ curare: ſiue membrum a futuris Symptomatibus conſer-
uare. Hora autem mittendi ſanguinis matutina tutior eſt, ſub ortum Solem. Eo enim tempore aeris ca- *Hora mittẽdi ſanguinis.*
lor temperatus eſt facilior que eſt ſanguinis motus, atque eo felicior eius detractio, cum eius proprium
ſit, moueri a ternis horis ante lucem ad totidem horas poſt Solis exortum. Mittatur itaque ieiune, atque
D aluo deiecta, vt moris eſt. (Quando poſt ſatietatem nihil eſt agendum, vt inquit Celſus.) Nec te moueat
quod inquit Rhaſ. Ex authoritate filij Meſ. Scilicet in quolibet venenato morſu ſi dextra parte fuerit: *Lib. 1.*
eodem die ſanguinem mittendum eſſe, illud quippe de ſcarificatione, quæ ibi fieri debet, intelligen-
dum eſt, vt infectus ſanguis liberius profluat. Etenim ſubdit Rhaſ. ex authoritate Albuma. ægrum mane *Lib 35.*
gallinaceo pullo pingui cibandum eſſe. ac tertio deinde die ſanguinem mittendum prohibetque id fie- *Tract. 2. ca.*
ri ſecundo die propter debilitatem (vt ipſe inquit) virtutis ac vigiliis. Monetque id, vbi comederit, & *4.*
dormierit æger, faciendum eſſe. Illud præterea non inutile fore duximus, ſi cœleſtium ſignorum, qui-
bus humana membra ſubiiciuntur, attendas vim. Qua enim hora dominantur, ex ſubiecto membro
ſanguinem mitti alienum eſt. Quemadmodum & ab aliis inciſionibus abſtinendum.

De Victus curatione. CAP. XIII.

COmmune eſt omnium vulnerum curationibus, à principio tenui victu vti, vt inflammationes ar-
ceantur, ac potiſſimum in bono corporis habitu. Quamobrem Medicus morbi diuturnitatem, vel
aetatem, ac habitu corporis metitur: qui ſi humidus ſit, magis, quam ſiccus abſtinentiam ſubſtinet, vt in-
quit Auicen. *Calidis autem & ſiccis habitudinibus nihil magis noxium ac deteſtabile eſt, quam cibo & potu abſtinere.*
Conſiderat etiam Medicus ætates: nam *mediæ facillime inediam ſuſtinent: minus iuuenes: minime pueri, & ſene-*
ctus ..., vt Hip. inquit. Quibus in omnibus conſuetudo etiam cuiuſque ſeruanda eſt. At in Sclope-
torum, ſiue Archibuſorum vulneribus longe etiam maior ratio habenda eſt, præcipue ſi magna ſint:
quandoquidem in carnoſis membris ob immodicam carnis dilaniationem, maximam fieri ſpirituum &

virtutis diſſolutionem neceſſe eſt. Quod etiam in [illegible] fit, & in tendinibus, cum maxime eſt [illegible] fractura, & comminutio, in quibus dubium non eſt, [illegible] magni fiunt abſceſſus, & fera curatio, tum maxima nutrimenti reſolutio, & virium imbecillitas. In co[illegible] ægroti ſtatu, maiori Medico prouidentia A

Cibi. vtendum eſt. Atque ita liberalius aliquanto cibum, & potionem præbere. Deficiunt enim tenui victu vires, maioreſque morbo acquiruntur. Quamobrem quæ valentioris nutrimenti ſunt, & facile concoquuntur, rectiſſime dantur: qualia ſunt *oua ſorbilia, [illegible]* vt vulgo appellant, *vinum tenue, ac ſanguineum,* & hæc vel à curationis initio: non plurima tamen, ſed modice ac ſæpius aſſumenda: ne vires per ſe tenues opprimantur. Comparari enim æger quandoque ſitienti lucernæ recte poteſt, quam ſi plurimum addas olei, intermorientem vides, ſi paululum, reuiuiſcentem neceſſe eſt. Summa itaque ope cauendum eſt ne quid in alterutrum peccetur, quod poſtea nullo pacto emendari poſſit. verum vbi morbus & vires patientur, hæc victus ratio commoda eſſe poterit, panis ſcilicet cum *lacte caprino, vel vaccino, vel amygdalino decoctus, vel cum oleo, vel butyro, vel oleo amygdalino, ſaccharo adiecto, lenticula item cocta, vel cicer, vel [illegible] vel faba cum oleo, vel butyro,* quæ ſi non ſint, vel etiam ægro ex toto iniucunda, cibarium fiat ex [illegible] *vel pimpinella, vel vtraque lingua bubula, vel* [illegible], adiecto vel *oleo,* vel *butyro,* vt ſupra. Dari etiam poſſunt, his præſertim, qui delicatiori ſtomacho ſunt, *olera ex gallinaceis pulli iure decocta, vel* [illegible] *vel vitulino,* vel alterius eiuſdem generis animalis. Auiculæ præterea tam elixæ, quam aſſæ, tum gallinaceorum pullorum extremæ particulæ, vt criſtæ, vt alæ ſummæ, ac cætera generis eiuſdem. Cerebella item [illegible] plurimum commendantur, ac præſertim in capitis vulneribus. B

Potus. Potio autem, ſi vires patiantur, multa ſit, *ex tribus mellis vnciis, & aqua libris octonis, qua ad octauam partem [illegible] Aqua item cum ſaccharo, vel ex decocti ſeminis Coriandri ſemuncia, & aqua libris ſex, qua ad ſextam partem [illegible],* & cum iul[illegible] vt vocant, vel *vino ex punicis granis* aſſumatur. Vinum item, ſi vires imbecillæ ſint, vel [illegible] calor, vel habitudo natura, vel ex accidenti frigida, inſequentibus Symptomatibus, quæ virtutem proſternant, vel plurimum ſanguinis effluxerit, recte dari poteſt. Quin multi ex profluuio ſanguinis intermorientes ante vllam curationem vino reficiendi ſunt: vt inquit Cornelius: quanquam id *ex ſui natura inimiciſſimum vulneri eſt.* Attendenda eſt etiam ægri conſuetudo, quæ ſi vini bibendi ſine noxa fuit, illud dari permittit, ac præſertim ſenibus, ac frigidis anni temporibus, vel regione, vel cœlo agente, vel exhauſto corpore.

Vinum ſua natura vulneribus eſſe inimiciſſimum Cornelius.

Ex fructibus vero [illegible] comedantur, *amygdala, piſtacia,* nuclei pinei, auellanæ, nuces, caſtaneæ, caryces, pyra, mala appiana cocta potiſſimum, atque id genus cætera. Citrorum item cortices, vel cucurbitarum, vel linguæ bubulæ radices, vel lactucarũ thyrſi conditi cũ ſaccharo. Quæ omnia ad vſq; ſeptimum, vel quartumdecimum diem, vel dum æger ab abſceſſu tutus ſit, ſeruanda ſunt, deinde victu non ita tenuiori, ſi per morbum, & vires liceat, vtendum eſt. C

Quibus medicamentis abſceſſibus & dolori ſubueniatur.

CAP. XIV.

Frequentiſſimum eſt, vt hæc bellicorum fulminum vulnera abſcedant, etiam in carnoſis membris. Iuncturas enim vel ſemper hoc malum infeſtat, quin & in his mitiora mala ſunt Febres & abſceſſus, etiam in diuerſis locis è vulnere, vt teſtatur Princeps. Quamobrem Emplaſtro, quod à nemine improbatur, initio ſubueniendum eſt. Id fit ex *farina hordeacea, viciæ fabarum, lupinorum, lentium, cicerum ſingulorum vnciis quatuor, e quibus ſi qua non ſint, pondus ex iis, quæ ſunt ſuppleatur adiecta Syrupi acetoſi ſimplicis ſelibra. & ſi eryſipelas ſit, vel inflammatio in membro [illegible] contuſi vnciis quatuor, atque in lixiuio decoquantur.* Si autem vulnus ex aliquo accidenti refrixerit, loco Syrupi *acetoſi, ex mellis ſelibra, & lixiuio Emplaſtrum componendum eſt.* Illud vero medicamentum nobis magnopere probatur, quod ex *malis punicis acri ſapore duobus fit, & totidem ex dulci quæ integra, ac ſolida aceto, & lixiuio percoquenda ſunt. Proinde addenda ex iis quæ ſupra poſuimus, farinis ſingularum vnciæ duæ & ſyrupi acetoſi ſimplicis ſelibra, e quibus rurſus vna concoctis, & in lapideo mortario contritis, agitatisque emplaſtrum fit,* quod in locis neruoſis, carnoſiſque ab inflicto vulnere ad morbi ſtatum, ac dum ab abſceſſu tutus ſit æger, remedium conuenientiſſimum eſt. Fit etiam aliud ad ſedandum dolorem, & vulnus recreandum ex *ſemine lini contuſo & cum vino albo odorato, vel ſanguineo, concocto.* Et ſi lini ſemen non ſit, *ex furfure in aqua ſalſa, vel lixiuio decocto, vel in vino albo, vel ſanguineo ſale modico adiecto.* Quod remedium in iuncturarum tumoribus præſentaneum eſt. Componitur item aliud *ex ſapa, & farina ſeminis lini, fœnigræci, & furfure ſimul decoctis,* id refrigerat reficitque. Aliud item *è panis furfuracei fragmento, & in lacte vaccino, ſeu caprino concocto,* quo & in vulnerum abſceſſibus aliqui vtuntur, tollit enim dolorem, ſed tutius, ſi quid ſalis iniicias. Fit poſtremo *e panis nautici libris duabus, in lixiuio, vel aqua marina decocti, mellis ſelibra vel aqua addita,* quod non quidem certe minus proficit, quam cætera omnia quæ ſupra poſita ſunt. In omnibus præterea neruoſis, & carnoſis membris ad abſceſſus deſiccandos, reſoluendoſque, tum ad reficiendum, multum proderit, ſi locus ipſe *aqua vitæ,* vt appellant, ſæpius eliquatis, & calida delinatur, ſuperque inſperſo puluere, qui fit, *ex [illegible] in vino elotis, & exiccatis in furno.* qui ſi non ſatis ſit ad tollendum abſceſſum, fiet *ex nucis muſcatæ* vt vocant, & [illegible] *singulorum ſelibra, roſarum imperfectarum, myrtearum baccarum, & vermium prædictorum, [illegible] preparauerit ſingulorum vncia vna, quibus contritis, ac commixtis locum* quem ante *aqua vitæ calida* [illegible] *ſupra* inſpergendus eſt: Quod ſiue in ſtatu, ſiue in declinatione vulneris, & abſceſſus conuenientiſſimum remedium eſt. Verum ſi membrum ob ingentem dolorem, atque abſceſſus metum perungendum eſt, medicamentum fiat *ex olei libris duabus, [illegible] euphorbii ſemuncia, lumbricorum in vino elotorum vnciis quatuor vini albi aromatici vnciis duabus quæ lento igne adusque vini conſumptionem feruant.* Quod fiex

Fen 4 tract. 3 cap. 1 Emplaſtrũ. D

Emplaſtrũ.

Aliud ad ſedandum dolorem & vulnus recreandum. Aliud. E

A ſi ex anni tempore, vel regionis, vel ex altera cauſa frigus timendum eſt, ad latur *ruta, & [illegible] ſingulo-* *rum ſ[illegible]*, quo percolato, more artis vtendum eſt. Vtiliſsimum etiam oleum eſt, [illegible] ad [illegible] uenerit in [illegible] ad [illegible], ſiue ad prohibendum abſceſſum, quod fit ex *oleo [illegible]* *[illegible] : oleo terebinthina, oleo roſaceo immaturo ſambucino, maſtichino, Euphorbij ſingulorum, vncia [illegible]* *[illegible], [illegible] duabus [illegible] ſimul feruent*, & in vſum ſeruentur. *Oleum præterea [illegible]* *[illegible] vehementiſsimum, cum aqua vitæ ſeptics [illegible] pari portione in omnibus [illegible]* [illegible] materiæ ca- lida, vel frigida, & carnoſo, vel neruoſo membro remedium optimum & præſentaneum eſt quo, ſi to- tus locus dolore afficitur, deliniendus eſt, quod ſi abſceſſus ad maturitatem iam peruenerit, cutis eius *axungia ſuilla, vel gallinacea* attenuanda eſt quo facilior fit puris eruptio, vt ex arte fieri conſueuit.

Quæ Medicamenta putridos neruos, ac tendines detergant, & a putredine tueantur.

Cap. XV.

TAnta eſt in hiſce vulneribus neruorum, ac tendinum attritio, ac dilaceratio, vt in eis vnien his quã- doque vel nullo modo ſpes eſſe poſſit. Quapropter, cum & ad corrumpendum, [illegible] natura faci- lia ſint, & ab aere ambiente adiuuentur, ſumma cura Medici in eo eſſe debet, vt [illegible] quibus po- B teſt auxiliis, ſubueniatur. Ac ſi aliter fieri non poſſit, cum certa ſit corruptio, & neruorum diſtentio, vel prima curatione, ferro recidantur. Præcipit enim Auicenna punctum neruum, ſi aliquo pacto inciſum, ac multo magis attritum, & corruptione priuatum vnde mox diſtentio timenda ſit, transuerſim ampu- tandum eſſe, quod ante eum & Galenus aſſerit. *In iis enim* inquit, *qui per tranſuerſum perciſi ſunt, [illegible]* *tendinum [illegible], vt tuta ſit mihi curatio* Prodeſt itaque à principio neruoſas partes detectas, præter Bero- atticam Medicamentum, quod *ſupra* poſitum eſt, *puluere ex tutia præparata* ſuper inſpergere. Quæ ſi non *ſit: puluis ex calce viua [illegible], atque exiccata* idem præſtabit. Præſeruat enim à corruptione, & iam fa- ctam tollit, iſtane pulueres & in digerendo vulnere ad ſeptimum, vndecimum, vel quartumdecimum diem, vbi medicamẽto ex *terebinthina & vitellis oui æqua portione* vſus fueris, accommodaberis [illegible] Quod ſi adhuc lenta, ac difficilis fuerit neruorum curatio, eidem pulueribus vtiliter [illegible] *[illegible]* *le intinctu*, quo etiam tempore, *tutia, vel calcis viuæ puluis* omittendus non eſt. [illegible] etiam vnguentum ex *mel-* *[illegible] ſingulorum ſemuncia, [illegible] quæ ad mellis craßitudinem ferueant, adiectis deinde terebinthi-* *næ Venetæ vnciis tribus, tutiæ ſemuncia, euphorbij drachmis duabus, [illegible] drachmis tribus*, mane & veſperi vt potes, linamentis eo illitis ſinus omnes replendo. In [illegible] anni tempore puluis C inſici poteſt, qui conſtat *ex tutiæ præparatæ ſemuncia, & euphorbij drachma, & viuæ calcis [illegible] dra-* *ma*. Mirifice neruos detegit, à futura putredine præſeruat, & vulnerum concaua carne replet. In frigidis autem habitudinibus, vel temperatis, & in frigidis locis, puluis *e tutiæ præparatæ, & euphorbij pari pondere* quam optimus eſt, ſine enim dubitatione deterget. Verum ſi de Gangræna, vel alia corruptione timen- dum ſit, *Ægyptiaco ſuorum ſimplicium æqua portione confecto, & puluere paulo [illegible]* occurrendum eſt, vel ſi non ſufficiat, arſenici paulo ſublimati. Poſtremo ſi ne hæc quidem proſint, vel ob aliquam etiam cau- ſam nolis vti, ad candentis ferramenti opem confugiendum eſt. ex quo certa [illegible] auxilia promittuntur, & cum recreatione membri, ad cruſtam deinde curandam, [illegible] in carnem, ac cicatricem [illegible] dam medicamentis incumbendum eſt, quæ ſane plurima a veteribus, ac recentioribus poſita ſunt.

De inquietudine, vigilia, dolore, & quo pacto curentur.

Cap. XVI.

SClopetorum, ſiue Archibuſiorum vulnera fere ſemper vigilia inſequitur, ac inquietudo, quæ vel de acerrimo dolore, vel alia de cauſa oriantur : & cum frequentiſsima hæc ſint, deteriora tamen etiam D reddant, ſomni ſcilicet priuatio, quæ de vitam auferentibus eſt vt ſcribit Auerroes. Vires enim [illegible] debilitantur, cruditates [illegible], atque ita morbus increſcit. Somnus etenim vt ille ipſe inquit [illegible] *[illegible] virtutum eſt atque earum [illegible]*, quemadmodum ſuperflua vigilia, *[illegible] & [illegible]* *omnium cauſa eſt*. Quamobrem totis viribus perpugilandi [illegible] ſuccurrendum eſt. Ne tamen [illegible] cerebri exiccatio, vt mox occurri non poſſit, quo fit, ſi in continua, vel conſumpto ſ[illegible] [illegible] vel *[illegible]* quibus ſi nõ profecerit, ſatius hora [illegible] calidã potionem, vel [illegible] [illegible] ſi magis alias [illegible] quæ fit ex *Syrupi [illegible]* [illegible] ex quibus magna quies oriri ſolet. Quo ſi tamen non fiat, ex *[illegible]* *[illegible]* [illegible] *media drachma [illegible]* poſt cœnam horas tres, vel ſub auroram[illegible] dandus eſt : vel potius ex *[illegible] & vini [illegible] paulo*, tutiſsimum medicamen- tum eſt, & magna vt ad ſomnum conciliandum, & leniendum dolorem. Prodeſt etiam multum vnguen- *[illegible] & oleis mandragoræ æqua portione* tempora illinere, quod & valentius fuerit, ſi *[illegible]* ciantur, aut Miel. catapotium vnum vel duo *ex lingua canina* [illegible], aut ex iis, quæ à [illegible] morbis commendantur. Aut Petri à Tuſignana catapotium vnum, ex ea compoſitione, quæ fit *ex opij,* E *croci, caſsiæ ligneæ ſingulorum drachmis quatuor*, detur dormituro ex vino albo, ſi ægri vires huiuſcemodi me- dicamenta patiantur.

Quonam pacto neruorum diſtentio, ſeu conuulſio curetur.

Cap. XVII.

QVamuis ab Hippocrate, ac cæteris Medicæ rei profeſſoribus dicatur, neruorum conuulſionem in vulneribus, lethalem eſſe : Nos tamen nonnullos eo morbo laborantes Diis bene iuuantibus ad

Marginal notes: 4. 4. Tract. 1. Cap. 5. — De compõ. medicam. lib. 3. — Vnguentũ. — Puluis. — 6 Collig. ca. 3. Sõnus quid. Vigilia. — Soporifera. — Bolus. — Vnguentũ.

ſanitatem perduximus. Ponam *infra*, quibus remediis ſimus vſi, vbi cætera aliquot recenſuero. Itaque præter cætera, quæ in tam prauo Symptomate Medicamenta paſſim adhibent, *oleum eſt ex decocto* A

Inunctio occipitis. *Euphorbij* calidum vniuerſo corpori illitum, ac maxime inguinibus, & alis cum lana ſuccida, vel pellibus duabus e madentibus, anteriora ac poſteriora corporis fouendo, quę ne frigeſcant, calidi olei iteratione cauendum eſt. Occiput item inungunt *oleo ſpicæ, nardi, nucis muſcatæ, irini, hyperici, chamæmelini, axungia gallinæ ſingulorum ſemuncia.* alij addunt *rutæ aquæ ſepties eliquatæ ſeſcunciam,* quo magis penetret, teneatque. Alij corpus vel membrum *in olei balneo* immergunt: alij *omentum vaccinum*, vel alterius animantis *calido oleo* madens membro affecto vertebriſque ſuperimponunt. Alij balneo *ex oleo herbis conuulſioni conferentes* adiciunt, vt ſunt *anetum, chamomilla, abſynthium, ruta, hypericon, iua arthetica, centaurium, betonica, ſtæchas, chelidonia, radices ireos radices althææ in vino albo decocta, & cum oleo ſabino miſta.*

Conuulſiones ſpecies. Sed facilius morbi huius curationes intelligentur, ſi qui ſint eius effectus, ac ſpecies breuiter oſtendero: neque enim alius importunior, acutiorque morbus eſt, vt inquit Celſ. His igitur quodam rigore neruorum, vt ille ipſe ait, modo caput ſcapulis, modo mentum pectori annectitur, modo rectam, & immobilem ceruicem intendit.

Priorem Græci opiſthotonon, inſequentem emproſthotonon, vltimum tetanon appellant. Qui ſane morbi ea, qua dixi, ratione curantur. Verum ſi per ea medicamenta parum profecerit, *aqua vitæ eliquata* (vt *ſupra*) adhibita prius vehementi frictione affectum membrum madefiat. Mox ardenti candela admota flammam concipiat, dum ea ipſa per ſe extinguatur. Idque toties fiat in die, vt puſtulæ, atque intercutaneæ aduſtiones appareant. Fieri enim poteſt, vt primo non oriantur: tam leniter flamma eam aquam lambit: quæ aqua ſi forte nō fuerit, xylon, vel ſtuppæ per ſpinæ vertebras (ſi opiſthotonos fuerit) tenuiſſime extendantur, vel per anteriorem thoracem (ſi emproſthotonos ſit) atque igne incendantur, adauranturque, dum ex ſeſe flamma moriatur. Sed illud interim aliquo ligni cuneo prouidendum eſt, ne inferiores maxillæ ſuperioribus ita amplectantur (quod his morbis fieri conſueuit) vt nullo modo cibus aſſumi poſſit. Etenim ſi id fiat, mors inſequatur, (vt nemo ignorat) neceſſe eſt. Remedium inſuper eam re præſentaneum eſt, ſi iuncturæ ipſæ maxillarum vtrinq; abraſis pilis (ſi fuerint) *aqua vitæ, vel vt ie* mutatur quomodo ſupradictum eſt, *oleoque ex euphorbio* perungantur, vel quali in occipitio vtuntur: vt *ſupra* retulimus. B

Quod ſi hæc non ſufficiant, vltimum in tetano atque opiſthotono remedium eſt, ad candentis ferramenti opem tranſire, atque eo tertiam, quartam, & quintam ab occipite vertebram ad membranam vſque, vel ad os etiam, (ſi illud parum ſit,) adurere. Pari ratione in emproſthotono furculæ partes tum anteriores, tum poſteriores, atque earum mediæ, ad vſque oſſa igne curandæ ſunt, atque idem in tetano, nec interim omittendæ ſunt vnctiones, quas dixi, à quibus multum auxilij ſperandum eſt. ſed aduſtio quaqua verſum ciceris magnitudinem non excedat, rotunda figura, vel ouata. Adhæc multum profuerit, ſi cerebrum aliquibus ex iis, quæ ad id faciunt, recreetur, ac ſi *electuario plīris* palatum inungatur C

Puluis cephalicus. vel morſellos (vt vocant) ſub lingua æger retineat, qui *ex pulueribus* fiunt *electuarii pliris, vel diamuſci dulcis, vel diambra, vel ex his omnibus* (vt fieri conſueuit) *cum aqua betonicæ & ſaccharo. Theriaca* inſuper, vel *mithridatiū* palato perſæpe illinendum eſt. Puluere item caput prius attonſum (ſi per morbum, & vires liceat) inſpergendū eſt, qui fit *ex cantharidum, amotis capitibus, ac pennis ſeſcuncia: carbonum ex vitibus vncia duabus, & ſalis vncia,* tum lineo panno mundo velandum, & calidis braſſicæ foliis totum fouendum eſt. Atque hæc toties repetenda, vt puſtulæ fiant, & aqua, & ſanies multa erumpat. Idque per dies quindecim, aut viginti, ita ſæpe iterentur, vt cerebrum ab omni interiori abſceſſu liberetur. Quibus peractis, emplaſtro totum

Emplaſtrū cephalicum. caput illinitur, quod fit *ex emplaſtri betonicæ, centaurii, emplaſtri etiam* (vt dicunt) *gratia Dei, diachyl, maioris cum gummi, Oxycrocei, ceræ citrinæ picis naualis ſingulorum ſeſcuncia: Quæ lento igne diſſoluenda ſunt, & vſui magdaleones ſeruanda.* Ac inſuper tota curatione aduertendum eſt, vt aluus aliquo ex ſoluentibus moueatur. D

De maiorum bellicorum fulminum contuſionibus.

Cap. XVIII.

QVanquam de Sclopetorum, ſiue Archibuſiorum vulneribus priuatim dicere inſtituimus: quoniam maiora bellica fulmina, vt muſcettæ, vt colubrinæ, ac cætera generis eiuſdem, tanta impreſſione, ac vi feruntur, vt mortem vel ſemper inferant: non tamen alienum inſtituto noſtro viſum eſt, ſi de iis etiā aliquid dicatur. fieri enim forte fortuna poteſt, vt non ſemper interimant, ſed contundant tantum, vel ictu, vel etiam ſpiritu, vt *ſuperiore libro* dictum eſt, atque ita, vt medicamentis interdum ſubueniri poſſit. Dicemus itaque de eorum contuſionibus, quæ ſine vulnere fiunt, nam quæ cum vulnere ſunt, vt Sclopetorum curabuntur: ne quid huic noſtro labori (quantum in nobis fuerit) deeſſe videatur. Atque ægri hac etiam parte adiuuentur.

Contuſionibus igitur, quæ à maioribus bellicis fulminibus fiunt, longe ſæuiſſimi effectus oriuntur, ſi ab initio maxime, non recte curentur. Siquidem modico ſpacio membra corrumpuntur. Quapropter ſiue carnoſa, ſiue neruoſa ſint, à principio medicamentum adhibendum eſt, quod fit *ex albo ouo-* E

Vnguentū. *rum duum, olei ſambucini, olei roſacei ſingulorum ſeſcuncia: quæ ſimul agitata ſtuppis, & linteo imponatur,* vt moris eſt ſed prius illita ſint, calidis illice vnctionibus, quas *ſupra* dixi. Quod ſi ſambucineum, vel roſaceum oleū non ſit, *ouorum alba cum altero tanto myrtei olei, violacei, & nenupharini, & ſalis ſemuncia agitentur, vel cum vnguēto roſaceo, & populeone, & infrigidante Galeni* imponenda ſunt. Verum ſi ne hæc quidem ſint, ex *olei, ſucci ſolatri & plantaginis, & lactucæ, vel alterius refrigerantis herbæ aqua portione, & ſale aliquo adiecto,* lineo panno madente frequenter membrum fouendum eſt, deligendumque inſuper non admodū arcte: ne dolor moueatur, attrahanturque humores, & locus inflammetur. Nec nimis lente, ne plurimo ſanguine concurrente quam citiſſime abſcedat, commodior itaque inter vtrumque ligatura fuerit.

Secun-

Secundo vero die *ouorum duum albo cum vitello, atque olei an*[illegible] *rosacei, sambucini, & chamæmelini singulorum semunica, & salis triti altero tanto contusa curetur* [illegible] vel illita iis vnctionibus, quas *supra* posui, atque in quartum vſque diem procedatur, & bis in die ſi dolor vrgeat, ſemperque expectatur Medicus, an locus, ſenſum habeat nec ne, quo ſi hebes, vel medius ſit ad vlteriora tranſeundum non eſt antequam ſcarificationes fiant, vel intercutaneæ, vel altiores, prout membra carnoſa, vel neruoſa fuerint, vt ex iis ſanguis multus erumpat.

Hoc. n. remedium (vt inquit Auic.) vlteriorē laborem excuſat, id eſt, membrū, ne emoriatur, eſt. Deinde autem ſcarificatus locus *lixiuio*, *& sale* detergendus eſt, vel *aceto*, vel *vino* [illegible] ſemper a lieto, vel *aqua marina*, vel *salsa artificioſe facta*, & calida. Superimponendum deinde emplaſtrum aliquod ex iis, quæ diximus, biſque die repetatur, dum ex toto ſuerit reſoluta contuſio. Verum ſi ſenſus integer ſemper fuerit, & contra diminuta contuſio, ſcarificationibus opus non eſt. Sed cum reſoluentibus procedendū, & ſanguinem contuſum cataminantibus, delinendus itaque locus eſt cum *oleo chamæmelino, amygdalino dulci, aneth. rutaceo, aqua vitæ singulorum vncia ac dimidia*. Super autem emplaſtrum imponendum, quod habeat *florum chamomillæ, meliloti, hyperici* [illegible] *puluerem : farinæ, seminis lini, & fœni græci, & hordei, & fabarum singulorum* [illegible] *olei amygdalini dulcis, & amari, & anethini, vtriuſque liliorum singulorum sescunciam : vini albi quantum satis est*. Quod ſi adhuc lenta, & difficilis ſit ad reſoluendum contuſio, & ſanguis ad diſſoluendum, fomentis adiuuanda eſt. Itaque ſpongiæ ex eo decocta expreſſæ imponantur, quod fit ex *chamomillæ*, [illegible] *betonicæ, centaurii minoris, chelidoniæ, hyperici, sampsuci, minoris & maioris ocimi* baſilicum vulgo dicunt *singulorum manipulo : quæ cum vino albo decoquantur*, atque his locus bis die foueatur, perungatur, emplaſtrumque imponatur, vt ſupra eſt dictum. In declinatione autem ceratum aliquod ex his, quæ capiti conueniunt, applicandum eſt: vt illud eſt, quod fit ex *bethonica, vel centaurio, vel chelidonia, vel* [illegible] *maiori, & minoris, vel generis eiusdem*. Si quid autē in pertractando membro fracti oſſis inuenitur, inſtaurandum eſt, deligandumque locus ita, vt commode contuſi detegi, ac curari poſſit.

Fen 3. 4. Can c 3.

Linimentū.

Emplastrū.

B

Fomentum.

Ceratum.

De adustionibus curandis. CAP. XIX.

Epithema.

PRima curatione remedium quam optimum eſt, quod conſtat ex *ouis albo, & vitello, atque olei rosacei altero tanto, viola*cei, *& myrtini, & quantum est eorum omnium pondus, aqua rosacea, vel plantaginis, vel semper viui solani, vel cucurbitæ, quæ simul agitentur, vt assolet*, & cum lineo panno frigida (ſi tempus anni calidum ſit) atque è directo, tepida imponantur, ſingulisque horis mutentur. Fieri autem medicamentum poteſt ex *praedictis aquis*, vel ex *earum aliqua, cum rosacei pari pondere*, atque eodem modo imponi. Maxime item initio adiumenti eſt, ſi ex *lacte humano, vel alterius, aqua rosacea, & oleo ex rosacea pari portione* fiat, atque eodem modo vtamur. Item ſi ex *vnguento populeone, refrigerante Galeni, & vnguento rosaceo, & Santalino, & lacte humano* adustio leniter penna illinatur: & pannus *aqua rosacea* madens, vel *semper viui, vel plantaginis*, frigidiſſima ſi æſtus ſit, tepida, ſi frigus ſuperimponatur. Non illaudatum inſuper medicamentum eſt, quod ex *luto armenico orientali, terra sigillata Alexandrina, lacte humano, & aqua solani, vel rosacea fit* & penna (vt *supra*) aduſtioni imponatur, & adiacentibus locis, atque ita frequenter, vt exiccari non poſſit, donec dolores, & punctiones mitigentur. Fit etiam ex *ouis albo, & brassicæ foliorum succo fractis cum* [illegible] *simul agitato, aut ex crudo latere, vel etiam luto cum aqua fabrilis ad mellis crassitudinem dissoluto*, & frigido, & frequenter ſuperimpoſito. Nec violenter cruſtæ amoueantur, ſed ſponte ſua decidant. Ex *bolo* item *armenico, & terra sigillata, & maicra, cū oleo rosaceo, vel aqua plantaginis vel rosacea medicamen fit*, quo lineis pannis frigidiſſima aqua madentibus ſuperimpoſitis, locus tegitur, [illegible] ac ita ſæpe, vt exiccari non queat. Vtiliſſimum præterea eſt, quod fit ex *calce lota, bolo armenico, terra sigillata, maicra, cum oleo, & aqua rosacea, atque eodem modo illitū*. Quod ſi medicamenta hæc non ſint, *decoctum ex maluis, porris, vel capis, rapis, solatro, & beta, vel lapatho acuto, cum aqua ad mucilaginis* crassitudinem (*vt ita dixerim*, & *singulis horis* vt mos eſt) imponatur. Fit quoque ex *cydoniis mol. a oleo, & aqua rosacea*, ac mire prodeſt. Quæ omnia initio, hoc eſt à primo aduſtionis die ante ſeptimum, vel nonum tantummodo remedia ſunt. A ſeptimo autem vel nono die, vbi dolor, punctio, atque inquietudo remiſſa eſt, & vlcus bene coloratum ac fere mundum, ad cutem, ac cicatricem inducendam animus vertendus eſt. Quod fit, ſi ex *vnguento calcis vsitato, sambuci, vel plantaginis, vel betæ folia illita imponantur*, ac bis terue in die mouentur. Illi etiam poſſunt *vnguento albo camphorato* & *vnguento ex plumbo*, quod ex *oleo rosaceo cera & plumbo* [illegible] fit. Ex *vnguento* item *pom*[illegible] nec ex *tutia* ex *vnguento ex minio* [illegible] vel *de sambuco*: [illegible] Quod aliæ etiam vnguentorum genera non ſufficerint, ac omnino lætiſſimum eſt, *de sambuco: quod hoc modo fit* [illegible] videlicet *Sambuci viridium* [illegible] *olei rosacei vncia* [illegible] *quæ vbi lento igne* [illegible] *tres addendæ, unt, ac simul agitanda*. Cicatricem his breui tempore [illegible] minus tamen induxeris. Super item inſpergendus puluis eſt ex *tutia præparata* [illegible] *sacchari drachma vna, balaustiorum vncia vna*, [illegible] *drachmis duabus, aluminis* [illegible] *tutia lota, lithargyri loti, terra sigillata singulorum* [illegible] *ex plumbo vsto loti, tutia lota*. A[illegible] vnguento in [illegible] fiat *ex plumbo vsto loti, tutiæ lotæ*, [illegible] aduſtioni ſemper mirifice prodeſt. [illegible] item *rum* [illegible] *aut myrti, & solani succo* : [illegible] *aut communi* [illegible] *vel* [illegible] *aut* [illegible] Item ex *mirto, aut tamarisc, aut lentisco, aut* [illegible] quam optimus ſemper eſt. Quod ſi aduſtio ad corruptionem vel [illegible] tendere videatur, tunc eo modo curetur, quem vlceris malignitas requirit. Ratio autem victus, & medendi in aduſtionibus talis adhibeatur, vt ab abceſſu, & corruptione metus nuſquam iure eſſe poſſit.

Mucilago.

Vnguentum de Sambuco.

Puluis. Vnguentum.

De oſſibus aduſtis, & quo pacto accruata putredine liberentur. A

CAP. XX.

IN hiſce autem vulneribus frequentiſſime oſſa, & multis etiam de cauſis alterantur. Quandoquidem aduſtio vehemens ita ea deſiccat, vt nullo vnquam modo inſtaurari poſſint. Quinimo ad fiſtuloſas concauitates perducuntur. abſcedunt etiam propter multam ſaniem, ac putredinem, ita vt nullus quandoque ſanitati locus eſſe poſſit. Alterantur item ab aere ambiente, aut propter aliquod medicamentum malam qualitatem imprimens, ſcilicet, vel plus iuſto deſiccans, vel plus ſatis humectans. Ob alias etiam cauſas corrumpuntur, quas enumerare non neceſſe eſt. Quæ oſſa corrupta, cum naturæ munere ſanari non poſſint, vel propter eorum magnitudinem, vel ob altam, longam, ac latam corruptionem, artis beneficio curanda ſunt, ne totum membrum vel iunctura corruptione afficiatur officiaque eorum impediantur. Proprium etenim eſt, quod à putrido tangitur, putreſieri, & à corrupto, corrumpi. Quare neceſſe eſt, vt a docto artifice ad vſque ſanas eorum partes opportunis inſtrumentis abradantur. Nec te moueat recentiorum atque Auicennæ ſententia, ſcilicet, melius eſſe in extractione oſſium violenta non feſtinare, & quæ ſequuntur: illud enim de ea praua, ac violenta extractione intelligendum eſt, qua nerui, & venæ dilacerantur, & oſſium pars maior ſana, quam corrupta diſſipatur. Quæ profecto inconueniens curatio dicenda eſt. Satius igitur fuerit, cum Auicenna *eodem loco* dicere, corruptionis oſſis curationem eſſe ipſius fricationem, deſtructionem, abraſionem, aut ſerrationem. Præſtantiorem autem modum, cum ſuis inſtrumentis eſſe fricationem. Verum in iuncturis, aut ſpongia, aut aliquo alio pacto vulnus ampliandum eſt, vt oſſis corruptio digito contingi poſſit. Quæ cognita ſenſim, ac per interualla temporis ita abradenda eſt: vt nihil eius omnino relinquatur. Peritus Chirurgus quid corruptum, quid ſyncerum ſit, facile cognouerit. In cæteris autem locis, vbi ſcilicet iuncturæ non ſunt, (modo ſine noxa magnæ venæ, vel nerui fiat) vitioſum os ita detegendum eſt, vt ad ſenſum oculorum, & tactus Chirurgicū opus perfici poſſit. Quod ſenſim & per interpoſita tēpora (vt diximus) & ſine dolore (quantū in artifice eſt) fieri debet, ne affligetur æger, & locus ex dolore abſcedat. Quoties autem abraſio fit, aridis linamentis vulnus implendum eſt, vt ſanguinis fluor facilius prohibeatur. Extrinſecus autem, & digerentia & quæ dolorem leniunt, & humorum concurſum vetant, imponenda ſunt. Quod ſi oſſis corruptio ita leuis appareat, vt ſine manus ope curari poſſit, Auicennæ puluis quam optimus eſt. Mihi autem etiā probatiſſima remedia ſunt *vitriolum combuſtum*, vt vocant, atque oſſi denudato ſuperinſperſum aridis linamentis infarcto vulnere, vt moris eſt, aut ceratum aliquod, vel vnguentum ex attrahentibus, aut puluis, qui fit ex *euphorbij, vitrioli combuſti, ireos, radicis peucedani, & lumbricorum elotorum in vino, ac furno exiccatorum, radicis gentianæ, ſingulorum ſemuncia* quo totum corruptum os inſpergatur. Peracta autem digeſtione vulneris, & ſedato dolore, vlcus eiſdem abſtergendum eſt, quæ *ſupra xv* c. propoſita ſunt. Quod ſi ad carnem ſuper oſſe gignendam haud ſatis ſunt, linamentis vulnus implendum eſt, calido iam medicamento illitis, quod fit *ex olei, thuris, maſtiches, ſtyracis calamitæ*, vt vocant, *ſingulorum ſemuncia*, quæ per ſtillicidium eliquentur. *Aquæ item vitæ preparatæ vnciis quatuor, thuris maſtiches, ſarcocollæ, myrrhæ, ireos, aloes hepaticæ, ſanguinis draconis ex lachryma ſingulorum* ℥. *ac rodomelis vncia quæ tenuiſſime conterantur, miſceanturque.* Verum ſi perdifficile curatu ſit fiſtuloſum vlcus, *Bertipalia oleo* (matrem balſami vocant) totum peruagendū eſt, quod nos quam ſæpiſſime optimum experti ſumus, imponendumque ceratum aliquod, aut vnguentum ex deſiccantibus, & bis terue in die curandum, & linimenta breuiora immittenda ſunt, vt commodius conglutinari poſſit, ac ne callus interne fiat. B

4. Fen. Tract 4. Cap. 11. C

Puluis.

Linimentum aliud.

Oleum berti palium.

De contractis membris, & quibus in curatione vti deceat. D

CAP. XXI.

INterdum vſu venit, vt curatis vulneribus, membra ita contracta remaneant, vt officium ſuum, ac naturalem motionem, vel nullo modo exercere poſſint. Quod iis potiſſimum de cauſis fit, vel quod fulmineo calore nerui ac tendines exiccati erunt, vel quod antecedentium humorum malignitate oppleti atque ita contracti. vel quod infirmi, ac debiles ex longo & difficili morbo euaſerunt. Qui ſane poſt legitimam corporis vacuationem curabuntur, ſi calidis temporibus, calido oleo bis die membrum perfundatur: vel ſi balneum fiat *ex olei partibus decem, & vna aceti albi, ac frictio* vehemens adhibeatur, affectaq; iunctura tractetur, moueaturque ſine multo tamen dolore. Aut ſi balneum præparetur *ex corticis radicis althææ, vlmi, bryoniæ, cucumeris aſinini enulæ campanæ, acori vtriuſque, lilij ſingulorum ſemilibra: fœni græci, ſeminis lini, pinguium ficuum, ac dactylorum ſingulorum libra pedibus arietinis, vel bubulis bene mundatis numero x. Inteſtinorum item pinguium, ac diligenter mundatorum ex arietinis vel bouillis libris quatuor, adultis arietinis capitibus duobus, quæ cum aqua adusque ipſorum omnium diſſolutionem percoquenda ſunt, colandaque, quo balneo vtendum vt ſupra* dictum eſt. Proinde exiccatum membrum ad ignem hoc medicamento perungendum eſt, quod fit ex *axungia gallinæ, anſeris, anatis, ſuis, aſini, muli, vrſi, gliris, melis, vulturis, leonis, medullæ item crurum vituli, equi, aſini, muli, cerui, butyri recentis, vtriuſq; lilij, olei inſuper vulpini compoſiti, amygdalarum dulcium, ſeſamini, laurini, nucis indicæ, muſcelini ſtyracis, bengiui* (vt vulgo dicunt) *mucilaginis radicum althææ, fœni græci, ſeminis lini, ſingulorum vncia. croci tenuiſſime contriti ſemuncia, aqua vitæ præparata* (vt aſſolet) *ſesquilibra: pelleque vulpina, vel leporina inuolutū deligandū eſt*, ne frigore lædatur. Alterum item ad id medicamentum fit, ſed non ita operoſum, quod habet *vnguenti dialthææ, agrippæ, marciatonis, cerati ex hyſſopo ni de Galeni, butyri recentis, ſtyracis calamitæ, mucilaginis radicum althææ, fœni græci, ſeminis lini ammoniaci, opoponacis ſingulorum vncia. Aceto diſſoluantur, adiecta ſuilla axungia ſine ſale ſesquilibra, aqua vitæ ſepties eliquata libra: ex lento igne ferueant*, adhibenda vt *ſupra* dictum eſt. Inſtrumenta vero, quibus in extendendis contractis membris opus eſt, peritis Chirurgis inuenienda relinquimus. E

Balneum.

Aliud.

Vnguentum.

Aliud.

De Sclo-

A

De Sclopeto, ſiue Archibuſo inter manus fracto.

CAP. XXII.

SOla hæc armorum dominos ſuos, æque ac inimicos interdum lædunt, ac tum præcipue, cum inter
manus (vt aſſolet) franguntur. In ſexcenta enim diſciſſa fruſtilla variis locis percuſſos eos peſſime ha-
bent, grauibuſque vulneribus, ac fœdis, & quandoque morte afficiunt. Vidimus ipſi nonnullos, ac Deo
propitio curauimus, quibus manus, brachia, pectus, facies miſere deturbatentur, in quibus vulneribus
illud præcipue animaduertendum eſt, ſuturam ex toto ab initio alienam eſſe, quemadmodum & in o-
mnibus aliis, quæ hiſce inſtrumentis infliguntur. Nulla enim tunc vniendi ſpes in tam graui vulnere
venenato, aduſto, contuſo, attrito eſſe poteſt. Quamobrem, à primo ad quartum diem iis medicamentis,
& eo modo, quo diximus, vtendum eſt: vt veneno, vt abſceſſui, ac cæteris malis occurratur. Dein-
de ad digerentia, ac detergentia tranſeundum: dum vulnus, & caro ad conglutinan-
dum apta eſſe videantur. Quo tempore ſutura iure habet locum, ac cæ-
tera omnia, quæ ob eam cauſam facienda ſunt.

B

LIBRI SECVNDI FINIS.

C

D

A

ALFONSI FERRII NEAPOLITANI ARTIVM ET MEDICINÆ DOCTORIS,

De Sclopetorum ſiue Archibuſorum Vulneribus, B

LIBER TERTIVS.

De internis vulneribus. CAP. I.

Interna vulnera capitis. 7. de curandis morbis.

INterna vulnera ſuperioris ſcilicet, inferioris, ac medij ventris inter ſeſe differunt, prout magis grauia vel minus fuerint. Ordiar ab iis, quæ ſuperioris ventris, id eſt, capitis ſunt: quæ grauia quidem certe propter innumeras læſiones, quæ oculis non patent, dicenda ſunt. Modo enim eorum fractura ad vtraſque caluariæ ſiue cranei tabellas penetrat, modo ad interiora capitis cum euidenti oſſium ſeparatione, vel ſine ea: vt aſſerit Gal. & hæc quidem quandoque parua, quandoque magna, quandoque mediocris eſt, diuerſæ tamen figuræ, quod lata, quod longa, quod triangularis, vel quadrangularis, vel alterius generis ſit. Tum modo cum vna, vel pluribus venarum, vel arteriarum fractionibus, atque in locis non modo vulneri vicinis, ſed etiam perquam remotis interdum, oppoſitis. Quæ omnia fracturarum genera in Sclopetorũ ſiue Archibuſorum vulneribus longe etiam maiora, ac difficiliora ſunt, propterea quod in his omnis fractura eſt propter multiplices, ac diuerſas cauſas: quæ vna cõcurrunt, vt percutiens, incidẽs, perforans, & potiſſimũ contundens: cuius proprium eſt continuitatem ſoluere comprimendo, quæ attingit, ad interiores capitis partes: quæ omnia ægros acerbiſſimis cruciatibus ac ſymptomatibus vſque adeo torquent, vt de vulnere, quantumuis exiguo, metus maximus ſit. *Fit enim ſæpe,* vt inquit Aui. *vt caluaria findatur integra cute: quinimo abſcedat.* Ad quorum omnium cognitionem, cum recentes, tum antiqui plurima per ſigna, cauſas, & accidentia literis conſignarunt: quæ nos Chirurgicæ medicinæ ſtudioſis diſcutienda relinquimus. C

Pectoris.

Vulnera item pectoris omnia formidoloſa ſunt, ſi membra interiora potiſſimum læſa fuerint, quacunque iter fecerit pila. Propterea quia oſſium fragmenta, vel indumentorum, vel armorum, quæ (vt alias dictum eſt,) ſecum fert, ita abſconduntur interdum, vt difficulter indagentur, ac difficilius extrahantur, quin etiam, & ſi abſque interna læſione vulnus fuerit: ex aduentitiis tamen rerum fruſtulis facta corruptio, & punctiones hominem tollunt. Sed tanta membranis, ligamentis, & oſſibus diſſolutio fieri ſolet, tanta continui ſolutio, tum propter pilæ grauitatem, tum propter diſſimiles, ac diuerſas formas, quas ab occurrentibus rebus acquiſierit, illa ignea vi diſſoluente, vt ſæpe punctiones inciſioneſque faciat, quas ne acutiſſimo quidem inſtrumento, vel modo vllo quis effeciſſe poſſit. Quare & formidoloſa (vt diximus) & curatu difficillima iure dicenda ſunt. D

Ventris inferioris curatio.

Inferiores quoque ventris frequentiſſime interna lædunt, ita, vt vel nullo negocio, omento vel inteſtinis, vel aliis membris officiant, vt ex loco, vbi illata ſunt facile coniectari poteſt.

In horum igitur vulnerum curatione nihil potius eſt, quam vt initio res extraneæ digito, vel ſpecillo inquirantur, inquiſitaque diligẽter extrahantur. Quod facilius fuerit, ſi à recenti vulnere fiat, antequam ad ventris, vel pectoris penitiora loca deſcenderint. Ac ſi æger ita collocetur, vt in vulnus iaceat, quo ſui grauitati eo facilius ferantur, purgato deinde vulnere ab omni concreto ſanguine, prima curatione ad quartum & ſeptimum diem hoc medicamento vtendum eſt: quod fit ex *olei ſambucini, roſacei, omphacini, anethini, de lumbricis, maſtichini, myrtini ſingulorum ſemuncia, ſucci perforatæ ſeſcuncia: theriacæ ſemuncia: Quæ decem dies exponantur in ſole, aut ferueant horam in balneo Mariæ, quod vocant.* opportunis linamentis, hoc eſt, rotundis, vel longis, vt vſus exigit, vulnus implendo. Nec interim omittenda ſunt cætera, quæ ab authoribus proponuntur, vt ligatura decens, vt linamentorum ſatura, ac cætera generis eiuſdem. Medicamentum insuper hiſce nobilibus membris accommodatiſſimum, ac tutiſſimum eſt, & mihi quam familiariſſimum, quod fit ex *centaurij minoris ſeſquilibra: vini albi vel ſanguinei odorati libris xv. quæ vbi ad dimidiam partem ferbuere, & excolata ſunt, ſapæ libris x. adiectis, rurſus ad vini conſumptionem ferueant*: eo tota curatione vti poteſt. Cum hoc etiam medicamento, & cum cæteris omnibus, quæ diximus, digerens id adhiberi poteſt, quod conſtat ex *terebinthina, butyro, roſaceo, & oui luteo*: vel ex eorum aliquo, poſſunt etiam & alia digerentia, detergentia, & carnem gignentia adhiberi, prout vſus expoſtulat. E

Linimentũ.

Decoctum. Digeſtiuum.

Fouen-

A Fouenduſque locus eſt eo cataplaſmate quod habet *farinæ fabacea, ac militacea, ſingularum ſelibram:* *Cataplaſma*
ſucci nepetæ, vel eius decocti ex vino albo libram: [illegible] recentis, adipis ſuilla nec ſalita, ſingulorum vncias duas deſpumati
mellis, quantum ſatis eſt, vini albi optimi ſelibram : His enim medicamentis maxima contra venenum, atque
abſceſſuum vis eſt miro quodam lenimine: quibus, ſi opus ſit, vel tota curatione vti poſſis. Huc etiam ac-
cedunt omnia emplaſtrorum genera, vt *Iſis Gale. vt gummi elemi, vt betonica, vt centaurij, vt gratia dei, ac dia-*
palma Gal. toties repetitum, & in omni vulnerum genere commendatum, ac cætera omnia, quæ Medica
facultate viitata ſunt.

Quod ſi de interna inflammatione timeatur, refrigerantibus, ac remittentibus lotionibus, vt in *Lotio.*
aliis vulneribus fieri conſueuit, occurratur. *roſaceum immaturum* iniectorio inſtrumento (vt vocant) im-
mittẽdo: vt concaua omnia repleantur, ac potiſſimũ, ſi de ſanguinis fluore metus non eſt. Aut fiat lotio
ex *aqua roſacea, plantaginis, portulacæ ſingulorum ſelibra ſacchari rubri, ſyrupi roſacei an vncijs duabus.* Aut ex *aqua*
hordeacea, aut ex *decocto hordeaceæ farinæ*, aut *amyli hordeacei cum ſacharo rubro.* Lotionibus item vti poteris,
quæ ab authoribus ponuntur.

Poſtremo remedium non prætermittendum eſt in thoracis vulneribus quam vtiliſſimum, vbi *Inciſio thoracis.*
B ſanguinis plurimum à principio retentum eſt, vel ſanies procedente curatione coaceruata. Tunc enim
inter quartam & quintam coſtam infra vulnus inciſio facienda eſt, hoc modo. metiretur longitudo à
pomo ſtomachi granato, vt vocant, ad quartæ vel quintæ coſtæ vertebram, deinde replicato filo eadem
linea ab eodem pomo repetatur dimenſio, & qua finis erit, quod medium fuerit primæ longitudinis,
vertebras verſus incidatur ad pleuram vſque, non vna tamen, ſed pluribus ſectionibus, ne ea ferro con-
tingatur. Etenim vngue, non ferro incidenda eſt ne cum ægri periculo interiora membra vulnerentur:
quod a curantibus maximopere aduertendum eſt.

Quæ medicamenta tota curatione intrinſecus adhibenda ſint, ac de fiſtula curanda.

CAP. II.

CONtra venenum medicamenta vim habere debent, ſolidandique partes internas vniendi: quale illud *Puluis.*
eſt, quod conſtat ex *conſolidarum radicum, terræ ſigillatæ, centaurij minoris ſingulorum drachma vna. ſi ex iis pul-*
uis fiat: & cum vino ſanguineo, aut aqua plantaginis, aut roſacea aut portulaca detur, ad quartum aut ſeptimum
diem tribus horis ante cibum, vel ex iis bolus, cum *ſaccharo roſaceo, & diaborraginato*, vt dicunt, aſſumpto
deſuper aut vino, aut aqua aliqua ex prædictis. Aut puluis à nonnullis authoribus commendatus, qui fit *Alius.*
ex *perforatæ, vincetoxici, radicis & foliorum enulæ, & potſiorum quæ ab Ægypto eſt ſeminis raphani & foliorum, dicta-*
C *mi albi, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, la[illegible] ſingulorum ſemuncia.* de quo drachmæ duæ eo modo, quo *ſupra*
dentur. Aut *vnciæ duæ ſuccis herbarum*, quas dixi. Aut fiant morſelli *cum ſaccharo & aqua acetoſa*, vt moris eſt.
Mihi vero ſemper præſto ſunt ex his herbis per æreum ſtillicidium factæ deſtillationes, è quibus vnciæ *Theriaca*
duæ calidæ vel frigidæ horis duabus ante cibum, vt *ſupra* præbeantur. vel etiam *parua theriaca*, quæ ex *lauri* *parua.*
baccarum ſit vncia vna. terra ſigillata Alexandrina, vel ſigillata communis drachmis duabus. & in tenuiſſimum puluerem
redactis, adiectis deſpumati mellis libris duabus, & lento igne concoctis, ex qua theriaca drachmæ duæ *cum ſaccharo*
roſaceo [illegible] *in vino albo*, vel *nigro* aſſumatur. Aut *theriacæ magnæ drachma vna*, eodẽ modo Quæ o-
mnia medicamenta, vel eorum aliquod ab inflicto vulnere ad quartum, vel ſeptimum diem, vt *ſupra* di-
ctum eſt, vel etiam ad quartum decimum, ſi opus ſit, quinetiam tota curatione quam rectiſſime dantur.

Cæterum medicamentum, quod pigmentum vocant recentiores, atque eo (pace eorum dixerim)
paſſim abutuntur, mirificum eſt, ſi legitime vtamur. Ego enim in thoracis vulneribus fiſtuloſis quibus *Pigmentũ.*
carne implendis ſpes nulla eſſe videretur, & ſaniei profluuio exiccando, & corpori iam tabe affecto im-
plendo ferme cum ſucceſſu Dei gratia, ſemper adhibui. Id fit ex *piloſella, pimpinella cum radicibus, gario phil-*
lata, radicis [illegible] *atque artemiſiæ matrum violarum ſubrubentium, braſsica veterum foliorum, cymarum cannabis*
ſenecionis, rutæ, quæ bene mũdata ſint, ſingulorum manipulo vno: cinnamomi, galangæ, cardamomi, meligetæ, garyophyl-
D *lorum, zinziberum, ſingulorum drachma vini albi odorati librũ viginti, quæ vbi ad dimidiam partem ferbuere, diligenter exprim-*
to & excolato, & deſpumati mellis libris duas addito, rurſus lento igne in vitreo vaſe ad libræ vnius conſumptionem con-
coquito. Ex eo quæ calidi ſelibram, aut vncias quatuor, ſub aurorã quatuor horis ante prandium dato.
Poteſt etiam fieri ex iis electuarium, & ex eo ſemuncia, mox aliquid vini albi aſſumi, præterquam in ca-
[illegible] ob [illegible] ſimplicium calidam vim. Conficiuntur etiam tabellæ (vt vocant) *cum ſac-*
charo [illegible] vt guſtui, & ventriculo medicina iucundior ſit, cum eo: ne interim vini potio vel
[illegible] aqua omittatur. Illud poſtremo non ignorandum eſt, ſaluberrimum medica-
[illegible] (vt recentiores voluere) ſed Meſ. antiquum inuentum eſſe, vnde mox Dinus Flo-
rentinus: & recentiores cæteri acceperunt.

Quæ medicamenta intrinſecus aſſumpta ſanguinem ſupprimant.

CAP. III.

SAnguis ex internis membris, vt Gale. & Aui. tradiderunt, plurimis de cauſis erumpit. Sed nos de eo *Puluis.*
[illegible] hoc loco verba facturi ſumus, qui ex inciſione, aut fractura, aut contuſione fertur: quod
[illegible] curatu eſt, niſi feſtinanter ſubuenias, antequam abſceſſus fiat, aut reſoluantur vires, aut *Pilula.*
E [illegible] efficiatur. Quod ſane fiet, ſi primo, vel altero die puluerem dederis, in quo ſit *thuris,*
ma[illegible] ſanguinis draconis ex lachryma, cornu ceruini vſti, coaguli leporini, vel vitulini, ſingulorum drachma,
ſ[illegible] drachmas duas in vino nigro, vel aqua plantaginis, vel roſacea. Aut catapotia fiant cum *ſucco corrigiolæ,*
vel plantaginis [illegible] quibus vnum ante prandium, alterum ante cœnam aſſumatur. dum ſanguinis fluor vel
ex toto [illegible], vel diminutus ſit: quod etiam in omni ſanguinis effluxu ex internis locis præſenta-
neum remedium eſt.

Aut de-

Potio. Aut detur potio, quæ fit ex *trochiſcorum, ſiue paſtillorum ex* [illegible] *ſcrupulis duobus, cum vino nigro, aut aqua plantaginis.* Aut bolus fit [illegible] *ex ſ*[illegible] *vini deglutiatur, vel aquæ, ex prædictis.* A

Bolus. Aut, ſi mauis, fiant catapotia [illegible] & ſuper aliquid

Puluis Meſue. dem aſſum[illegible]. Hi autem paſtilli, quos dixi, *in poſtremo hoc capite de*[illegible] quæ modo co-

[illegible] qui conſtat ex *rhabarbari parum torrefacti, mumia, terra ſigillata* [illegible] *drachma* [illegible] etiam poteſt Meſ. *qua* [illegible] *aut vino ſanguineo horis duabus ante cibum.* Aut potio fiat ex [illegible] *ve-*

Potio. *granatorum, ſiue earum arborum, glandium viridium, aut aridarum, ſumach,* [illegible] *malorum* [illegible] *baccarum, ſingulorum ſemuncia; quæ ferueant in vino nigro, aqua pluuiali* [illegible] *candens ferrum extinctum ſit,* e quorum colatione vnciæ tres per horam ante prandium, & ante cœnam aſſumantur.

Narcotica. Quod ſi his ſanguis vinci non poſſit, ad narcotica confugiendum eſt, velut ad id, quod fit ex *phi-*

Bolus. *lonij Romani ſcrupulo, & ſacchari* [illegible] *bolus* per horas quatuor ante prandium & ante cœ-

nam [illegible]. Aut *recentis theriacæ drachma cum ſacchari roſacei veteri, vel recentis;* & ſuper aliquid vini, vel aquæ aſſumatur. Dari etiam poteſt catapotium ex *cynogloſſo* tribus horis ante cibum. Præter hæc, omittenda non ſunt medicamenta, quæ extrinſecus adhibentur, ab Hipp. ac cæteris authoribus commendata: vt eſt auerſio, ſeu deriuatio ſanguinis à ſuperioribus ad inferiora, & contra: veluti Gal. ex authoritate B

De curan. morbis cap. 3. Hippocratis aſſerere videtur: *Sanguine* (inquit) *e naribus multo exeunte cucurbitula lateri imponenda eſt. Sed* [illegible] *ſi fluxus ſanguinis e nare dextra emanarit, ſuper hepar, ſi ſiniſtra ſuper ſplenem: ſi ex vtraque, ſuper vtrunque* [illegible] *cucurbitulæ magnæ affigendæ ſunt.* Subdit etiam idem author: *Si æger nondum defecerit,* [illegible] *ſanguis e vena brachij, quod nari oppoſitum eſt, mitti debet: Sed paulatim, ac repetita detractione* [illegible] *vires ægri patientur.* [illegible] *faciendū eſt in omni materia quæ in aliqua corporis loca defluxerit, ad vicina* [illegible] *oppoſita loca auertenda eſt.* E quibus verbis ſeriem auertendi cognoſcimus, vt ſanguinis fluore [illegible] Omni enim induſtria cruor profluens per oppoſita loca extrahendus eſt. Particula [illegible] & quæ illi vicina ſunt, lineis pannis *aqua roſacea & aceti aquæ portione* madentibus, aut quibuſdam refrigerantium herbarum ſuccis omni diligentia refrigeranda ſunt. Supprimitur etiam ſanguis aquæ frigidæ potione. Sed interim commonefaciendus eſt æger, vt quieſcat, vt ſileat, neque vehementer anhelet. Corpus quoque deligandum eſt, ſiue extrema à ſuperiori parte ad inferiorem, & contra. Hæc Galenus fere.

5. Meth. ca. 5. Ad ſanguinem intus concretum ad reſoluēdū. Verum ſi de aceruato ſanguine, & concreto in thorace [illegible] ſit, plurimum *aceti cum aqua* ægro potui dandum eſt, vt liqueſcat. Quod ter, terue in die, interpoſitis trium horarum ſpatiis repeti poteſt: quod ſane præſentiſſimum remedium eſſe ſolet. Vbi vero ſanguis reſolutus eſt, medicamenta viſcoſa, conglutinantia, ſtypticaque primo cum *aceto aqua commiſſo* deinde potione ex *cotoneorum decocto, & myrti baccarum*, & ſimilium aſtringentium, mane & veſpere duabus horis ante cibum danda ſunt. Opitulantur etiam cibi, & potus, qui aſtringentis naturæ ſunt, vel vna ſola, vel continuata ad quartum vſque diem, prout vires imbecilles ſint. Sed iam paſtilli, quod *ſupra* polliciti ſumus, deſcribantur. C

Paſtilli ex C[illegible]

℞ [illegible] *drachmas ſex: Cornu ceruini adusti, gummi arabici, corallij adusti, Draganti, Acaciæ, Hypociſtidos,* [illegible] *papaueris nigri* [illegible] *ſingulorum drachmas duas Thuris, Croci, Opii, ſingulorum ſeſquidrach-* [illegible] *formentur paſtilli.*

Paſtilli ex terra ſigillata.

Componuntur ex *ſanguinis draconis, Gummi Arabici troch*[illegible] *foliorum roſarum cum ſemine, amyli* [illegible] *acaciæ, hypociſtidos,* [illegible] *balauſti, boli armenici, terra ſigillata, hebendenegi, coralli rubri, charabe, ſingulorum drachmis duabus. Margaritarum draganti, papaueris nigri ſingulorum ſeſqui drachma: portulacæ aſſæ, cornu ceruini vſti, thuris, gallarum, croci ſingulorum drachmis duabus, cum aqua arnogloſſi.* D

Paſtilli ex ſtella.

Conſtant ex *myrrhæ,* [illegible] *nardi, caſsiæ ſigneæ, terra ſigillata,* [illegible] *mandragoræ, ſingulorum drachmis quatuor:* [illegible] *croci,* [illegible] *ſtella terra, ſingulorum drachmis quinque: papaueris albi drachmis ſex: dauci, aniſi, ſileris montani, ſeminis hyoſcyami albi, ſtyracis liquidæ, ſeminis apii ſingulorum drachmis octo, conterantur ex vino odorato,* [illegible] *pondere, & exiccentur in vmbra.*

Catapotia ex Cynogloſſo.

Fiunt ex *Cynogloſſi, opij, ſeminis hyoſcyami ſingulorum drachmis quatuor, myrrhæ electæ drachmis ſex: Olibani drachmis quinque caryophyllis drachmis duabus, cinnamomi, ſeu ſtyracis ſingulorum drachmis duabus, è quibus quinque aut ſex dentur in ſomnum euntis.* Non ab re mihi videor hæc commemoraſſe, quanquam vulgo fere nota ſunt: feci enim, vt ſi forte nō fuerint, promptiora tibi ſint aliqua ſaltem ex eorum ſimplicibus, quæ nuſquam non erunt, vnde ægris auxilia facile peti poſſint. E

De victus & medendi ratione. CAP. IV.

VIctus ratio in vulneribus capitis, talis eſſe debet, vt caput vaporibus, & malis humoribus non impleatur. Quamobrem à principio, ſi non obſtet virium imbecillitas, tenui victu ſemper vtendum eſt: ſin autem, virtuti ante omnia conſulendum.

In tho-

A In thoracis vero, propter continuam ſpirituum reſolutionem liberalius eſt agendum: id eſt cibis, *Cibus.*
& potionibus non ita parce vtendum: quæ & multi, & optimi nutrimenti ſint, & facile concoquantur.
Vt ſunt iura, contuſa, conſumpta, niſi, vt ex Gal. dictum eſt, ſanguis aſtringendus ſit. In eo enim caſu exi-
guus cibus auerſionis, & aſtrictionis cauſa eſt. Ego vero tamen hodie non auſim in omnibus cibum im-
minuere, propter quorundam intemperantiam, qui ob tenuiorem victum facile deficiunt. Potio autem *Potus.*
in capitis vulneribus, pectoris, & ventris, aqua pluuialis, chalybeata (vt dicunt) *cum ſaccharo, vel iulebo, vel*
granatorum vino eſſe debet, aut cum his *aqua ex decocto ſeminis coriandri, aut nucleorum pineorum*, & præcipue
in pectoris vulneribus. Cum autem ſanguis aſtringendus eſt, *aqua ex thuris decocto* vel *maſtiches, aut pluuialis*
chalybeata, aut *portulaca* danda eſt. Nos vero libentiſſime *vinum aqua mixtum* a primo die ad ſanguinis aſtri-
ctionem, & virtutis refectionem concedimus. In vulneribus autem inferioris ventris ad[...]enda omni
diligentia cura eſt, ne cibus excrementitius ſit, ne læſa inteſtina eo grauentur, impleanturque, atque ita
vulneris curationem impediant. Sit igitur in ſeptimum, vel quartum decimum diem [...], qui fit *cum aqua*
pluuiali chalybeata lento igne ex furfuribus triticeis, aut hordeaceis, aut milliaceis vehementer ex[...], atque excolata,
ſaccharo adiecto. qua cum ego inteſtina animalium elixo, vitulina ſcilicet, vel arietina, vel hædina, vel generis eiuſdem, at-
que cum ſaccharo aut ſine eo, idem ius ter quaterque in die præbeo. Quod ſi maiorem exiccationem, & vulnerum *Puluis.*
B conglutinationem cupias, pulueris drachma, quoties cibatur æger, inſpergenda eſt, qui fit ex *amyli triti-*
cei, vel hordeacei, draganti, gummi Arabici, ſanguinis draconis ex lachryma, conſolidæ maioris cum radice, [...]ornorum
pilorum minutatim conciſorum ſingulorum drachmis duabus: lapide, ientis ſacchari, canditum vulgo dicimus *ro-*
ſaceis, vnciis duabus. Aut *oua ſorbilia ſine pane*, aut *iura gallinacea ſere conſumpta*, aut *decoctum herba*, cui nomen *cau-*
da equina eſt. Aut *ſaccus capi*, vel *gallina aſſa cum eodem puluere* dandus eſt, vel *maſtiche* vel *tragacantha*. *Teſticuli*
etiam *gallinacei*, & *morſelli cum gemmis* nec inconuenientes, nec iniucundi eſui ſunt.
In regimine autem pharmaceutico capitis vulnerum, illud animaduertendum eſt, quod à princi- *Regimen*
pe ex authoritate Hippocratis obſeruatur, ne ſcilicet ſuperfluis humoribus impleatur caput, atque abſ- *pharmaceu-*
ceſſus excitetur. Detur itaque *catholicum*, aut *caſſia ſolutiua cum puluere ſtæchados*, aut *catapotia maſtichina*, aut *ticum.*
manna, aut *caſſia cum puluere Mechoacæ* ex *rhabarbaro*, *mumia*, & *rubia*. *Fen 5.4. tra.*
In vulneribus vero pectoris ad ſeptimum vſque diem pharmaca differenda ſunt: ac potiſſimum *3. cap. 1.*
ſi ſanguinis fluor ægrum infeſtet. In eo enim caſu nihil medicinæ conuenit, niſi aſtringens ex iis, quæ *Lenientia*
præpoſita ſunt. Caſſia enim propter eius lentorem ab iniectis membris prohibendum recte non datur. *pectoralia.*
Quod ſi tamen ex aliqua cauſa cogenti danda ſit, cum prædicto Mechoacæ puluere aliamatur. Quo qui-
dem ſine ea vti ſatius eſt. Præbetur etiam *pulpa tamarindorum ſolutiua*, aut *catholicum*, aut *manna*, quæ me-
C dicina omnium præſtantiſſima eſt.
In vulneribus autem ventris, perniciosum ex toto medicamentum eſt, præſertim læſis inteſtinis: *In vulnerib.*
maius enim detrimentum, quam auxilium afferat, neceſſe eſt. Quinimo tota intentio eſſe debet, vt cly- *ventris medi*
ſtere per inferna curentur: qui fit ex *roſarum immaturarum, baccarum myrti ſumach* (vt vocant) *thuris* [...] *camenta* [...]
ches, amyli triticei vel hordeacei, nucum cupreſſinarum viridium, boli armenici, terræ ſigillatæ, farinæ fabarum [...] [...]
rum, caudæ equinæ, ſingulorum ſemuncia: ferueant cum vino ſanguineo aut aqua myrtearum baccarum [...] *Enema.*
vt aſſolet. Cui ego clyſteri adiicio *idem inteſtinorum decoctum cum eodem puluere*, quem ſupra poſui. Quod ce[...]-
rius & perfectius egerit ſine ventriculi concoctione & digeſtione iecoris, in quibus vires medicamenti
debilitantur.
Sanguinis autem miſſio in capitis & ventris inferioris vulneribus, eadem ſerie exequen- *Cur in vul-*
da eſt, vt de vulneribus extrinſecis dictum habeo, pro virium ſcilicet æſtimatione: At in iis, *neribus tho-*
quæ thoracis ſunt, formidoloſa eſt: *Sanguis enim, qui ex vulnere penetranti fertur, multum* *racis Vena*
ſane ſpiritalis eſt, maioremque ob id imbecillitatem, ac reſolutionem facit, quam qui aliunde erumpit. Qua *ſectio ſit ſo*
propter eius detractio non ita libere in thoracis vulneribus fit, vt in cæteris aliorum membrorum. Non *moderata.*
enim ab re Galenus cauſam auertendæ ſanguinis effuſionis conſiderans nos cautos reddidit, cum dice-
D ret, paucam, & per vices ſanguinem mittendum eſſe, ne virtus imminuatur, quæ ſua ſponte propter con-
tinuam expirationem reſoluitur, quinimo ad necem perducit.

Qua ratione plumbeus globulus quandoque diu ſine noxa in corpore retentus ſit.

CAP. V.

MIrabile quidem & viſu & auditu eſt, plumbeum globulum quandoque in corpore ſine noxa diu- *De oſſe & pi-*
tiſſime detineri. Cum de aliis externis rebus, neque in eodem genere vulnerum, neq; in aliis haud *lo.*
quaquam contingat. Etenim cum ſagitta, aut oſſis fruſtillum, quin etiam pilus ita permanſerit, miſeris
modis (niſi extrahatur) hominem torquet. Quod profecto ſecus eſſet arbitrandum, ac potiſſimum de
oſſe & pilo cum partes corporis ſint, & ſuapte natura ſicciſſimæ, & ſi putreſcendum aptum nutrimen-
tum habeant. Plumbum vero res extranea, & humidæ naturæ. Sicca enim minus putreſiunt, diutiuſque
conſeruantur, ſecus humida, quæ facilius corrumpuntur. Veruntamen in qualibet fere corporis parte
plumbea pila ita ſine læſione, ac diutiſſime detinetur, perinde ac ſi corporis portiuncula ſit eadem natu-
E ra fabricata. Quod ego ipſe hiſce oculis ſæpius vidi, cum quandoque per viginti iam annos ita reten-
tam extraxerim. Cuius rei cauſam vt diligenter perſcrutemur, quid de natura plumbi authores ſenſerint *Natura plū-*
exactius inueſtigandum eſt. *bi.*
Galenus itaque refrigerantem vim habere ſcribit: Nec ſolum humidæ ſubſtantiæ multum, ſed *9. Sim. e. 22.*
aereæ, at terreſtris parum. Quod autem humida ſubſtantia in plumbo ſit à frigore congelata, celeris eius *plumbi ſepo-*
eliquatio, cum igni appropinquat, argumento eſt. Quod autem & aereum ſit, indicium eſt, id ſolū, ex his *ſuis.*
quæ

Lib. 2. Tra. 2. cap. 12.
5. Colli. c. 43.

quæ ſcimus, augeri tum quantitate, tum pondere, ſi in infimis domorum partibus aſſeruetur. Auicenna, frigidum & humidum in ſecundo gradu eſſe dicit, & in eo aeream, & terrenam vim, nec multam tamẽ, iiciens. Auerroes item plumbo ſubſtãtiam frigidam & humidam tribuit, *propterea quod* (inquit) *quæ ipſum congelauit, frigiditas eſt, & habet diſſoluentem vim, carni hominis, ipſum comparando, quamuis ſuper ipſius complexionem dominetur frigiditas.* E quibus Auerrois verbis colligitur, plumbum aliquam habere cum carne hominis ſimilitudinem, quæ cauſa fortaſſe eſt, vt minus illi officiat plumbea pilula, quam cætera extranea. Vel quia humido nato aptoque ad putreſcendum caret: Vel quod illi ob aliquam potius occultam vim, quam euidentem cauſam id tribuendum eſt. Grauitas enim plumbi & innata humiditas repugnant, ne ſcilicet ſine putredine, ac noxa diutius corpori immoretur: niſi hoc ſibi muneris natura vendicarit. Neq; interim ſuſpicãdum eſt, ne inter mouendum pila, locum, vnde abiit, vlceroſum relinquat. Natura enim ſua ſponte inſtaurat, cauat, repletque, ſi qua remanſerunt. Non tamen propterea eſt, cur eam cunctãtius extrahendum cures, ex ea namque perſæpe ſæuiſſima fiunt accidentia. Cum maxime quid extraneum, vt indumenti, vt armorum ſecum intulit, vt ſæpius dictum eſt. Lædit enim tunc diuerſis modis, pungendo, incidendo, perforando, prout diuerſas formas inſtrumenti aut caloris vi liquefacta acquiſierit. Vnde neruorum diſtentio, & ex ea mors facile inſequitur.

An plumbũ cum carne hominis aliquam ſimilitudinem hăbeat.

A B

FINIS LIBRI TERTII.

C

D

E

ALFONSI

ALFONSI FERRII NEAPOLITANI, ARTIVM ET MEDICINÆ DOCTORIS,

De Sclopeti, ac ſimilium Tormentorum puluere Corollarium.

A

B

AVdio quoſdam eſſe, nec medicæ rei imperitos homines, quibus multo aliter, quam à nobis ſcriptum eſt, de Sclopeti, ſiue Archibuſi, ac cæterorum ſimilium tormentorum puluere videatur: ſcilicet non modo non habere venenum, ſed etiam veneni remedium interdum eſſe ſalutare: idque nonnullis, atque his potiſſimum rationibus probare nituntur. *Nullum compoſitum* (inquit) *ex ſimplicib. non venenatis venenatum eſt. Sed hic puluis eſt huiuſmodi: igitur nec is venenatus eſt.* Quando vires ſimplicium, vbi comminutæ ſunt, inter ſe contingunt: nam quod eſt remiſſe calidum intenſum calorem non auget, ſed frangit potius ac remittit. Quamobrẽ nitrum, cum ſulphure natura remiſſius ſit, illud debilitat: quod agit & carbo ſua frigida vi. Nitrũ inſuper extrinſecus impoſitum, non modo veneno non inficit, ſed putredinibus, corruptionibus, corroſionibuſque reſiſtit, vt in gangrænis videre licet *proprium* enim *aridi medicamenti eſt à putredine conſeruare*: idcirco nonnulli nitrum in morbis curandis, etiam in peſtilentibus contra venenũ adhibent, nec ſubſtantiam modo, ſed eius etiam oleum. ſulphur item perſæpe medicamentum eſt, ita vt nonnullis venenis occurrat (authore Galeno) oleoque eius tam foris, quam intus tutiſſime vtimur. Quid de veneno igitur pulueris dubitandum eſt? Cæterum *non eſſe venenatum, milites etiam ipſi oſtendunt, qui recentia vulnera, cum alia careant medicamentis, eo replent, non modo ſine noxa vlla, ſed ita etiam curatu reddunt faciliora. Sed fac etiam illum* (inquiunt) *eſſe venenatum: venenata omnia igni corriguntur, deſtruunturque potius, ac reſoluuntur: Puluis itaque is, quamuis venenum haberet, igni tamen correptus illud vulneribus afferre non poteſt: Quid refert igitur, initio venenatus ſit nec ne:* Hæc atque alia eiuſdem generis in medium afferunt, quæ refutari poſſe demonſtrabimus.

Puluerem tormentorũ non eſſe Venenoſum Rationes.

I.

Nitrum putredinibus reſiſtere.

Aridi medicamenti proprium.

II.

C

Dicimus itaque primum, compoſitorum aliam eſſe ac ſimplicium vim, atque huius pulueris potiſſimum: cuius effectus ſimplicium facultatibus haud proportionantur, vulnera enim ferme omnia, quæ Sclopetis, ſiue Archibuſis infliguntur, peſſime afficiunt ægros, abſcedunt, corrumpuntur, putreſcunt, febremque mouent acrius, quam vlla alia vulnera, adeo vt medicamentis non facile vincantur. Quare dicendum videtur, non id accidere propter exuberantem ſulphuris calorem, vel ſiccitatem nitri vel carbonum, quæ ſingula hoc per ſe facere non poſſunt, ſed *qui ea eſt pulueris natura ac malignitas.* Qui ſane puluis præter ſimplicium ſuorum facultates admirabiles quoſdam alios venenatos, fulgurum modo parit effectus, vt cum in aliis, tum in Vinglendranda Hiſpano Duce in Pannonia videre licuit. Cuius cũ ferreum thoracem ab archibuſo pilula immiſſa tantum percuſſiſſet, nullo tamen relicto veſtigio, non modo omnia indumenta penetrarat, ſed & cutem, & carnem læſerat, impreſſa aduſtionis nota, ad volæ manus magnitudinem, cruſtaque facta quam in cæteris aduſtionibus altiore. Sed quid de Chriſtophoro Ario Hiſpano dicam, maximo bellica virtute viro? is cum in Campania honorate ſtipendia mereretur, non à colubrina iacto globo, ſed globi violento virulentoque *ſtrepitu* brachium illæſa cute ita fregit, vt oſſa intus partim perfracta, partim admodum luxata inuenirentur. Curauimus tamen ipſi, ac cœleſti fauore ſanauimus, meritoque præmio pro tanta re, dignoque viro non minus liberali, quam generoſo ac forti donati ſumus. Illud poſtremo, nullo modo eſt à me ſilentio inuoluendum: quod militi in obſidione Landreſi (vt vocatur vulgo) Galliæ vrbis accidit, qui cum bene calceato pede pilam à colubrina tum immiſſam calcaſſet, tam male confeſtim ab ardenti veneno non modo pes, ſed & crus & corpus totum affectum eſt, vt nihil iuuantibus medicamentis maximo cum cruciatu vitam finierit. Quod quidem certe ſine maxima veneni vi fieri non potuit.

Reſponſio autoris.

Cur Vulnera ſclopetorum peſſime afficiant ægros.

Hiſtoria.

1.

D

2.

3.

Præterea ratio atque experimentum docet, quæ per motum acuuntur, inflammanturque, venenata fieri: vt ex iiſdem fulminibus potiſſimum oſtenditur, quibus icti alij ſtatim pereunt, nullo apparente aduſtionis ſigno: alij aduruntur, alij infuſcantur, denique aliis alij modis mirificam maxime eorum vim experiuntur.

Rationes & experimenta.

E

Quæ cum veneni maxima indicia ſint, ac Sclopeti ſiue Archebuſi, cæteraque eiuſdem generis tormenta in morem fulminis, feriant, de pulueris eorum veneno dubitandum non eſt.

 Neque

Venenum veneno nonnunquam curari.

Puluerem ſclopeti ac ſimilium tormentorum veneno non carere.

Neque inconueniens eſt, medicamentum idem diuerſos producere effectus, ſi diuerſis modis exhibeatur, vt in eo *libro*, quem ſcripſimus *de ligni ſancti multiplici medicina* latius dictum eſt. Quin & interdum venenum veneno curatur, vt ſcorpionis ictus, ſcorpione contrito, impoſitoque. Neque illud multum ad rem pertinet, ſcilicet *venenata omnia igni deſtrui, ac r. ſolui, tum ex eo pulueris venenum vulneribus non afferri*: falſum enim id eſſe, primum cœleſtia fulmina oſtentant, quibus tacta vel ſemper, vel plerunque veneno inficiuntur: vt animalia, vt vina, quæ ſubinde ſine periculo aſſumi non poſſunt. Oſtendunt etiam fulmina bellica, quæ cœleſtium bona ex parte imitantur naturam. Quare & ſi quæ percuſſere, non inficiuntur ita, vt non tuto aſſumantur, virulentum tamen globum non ita diſſipant, ac diſſoluunt, vt quod habet venenum, ad vulnera non afferat, vt toties experimentis comprobatum eſt. Quamobrem concludimus, tum ex iis, quæ dicta ſunt, tum, quæ dicere poſſemus, niſi breuitati conſuleretur puluerem hunc venenatum eſſe, atque ex eo illata vulnera non carere veneno, vt dictum eſt.

F I N I S.

ALFONSI

ALFONSI FERRII NEAPOLITANI MEDICI,

De Caruncula ſiue Callo, quæ Ceruici Veſicæ innaſcuntur,

LIBER.

AD PHILIPPVM ARCHINTVM.

PRÆFATIO.

ILlud quidem multi [illegible] ſeſe [illegible], qui naturã homini iniuſtiorem [illegible] quam [illegible] velauerunt. [illegible] ab origine [illegible] per ætates contemplemur, [illegible] non [illegible] poſſe videntur, [illegible] quam [illegible] quiſque [illegible]. Quot enim & qualia [illegible] videmus, & quam [illegible] quam [illegible] dierum ac noctium horis vbi maxime hominem torqueant [illegible] peſſime. [illegible] Quod [illegible] certe eo etiam [illegible] eſt, quo tibi mirum [illegible] ante oculos [illegible] remedia repererint nus, vel admodũ parum adhuc auxilij [illegible] illuſtrata. Quamobrem nos hanc etiam prouinciam, clariſſimorum virorum innumeris [illegible] ſcriptis noſtris oſtendimus, ac Sclopetorum, ſiue vbi Ligni ſancti (vt vocant) multiplicem medicinam [illegible] attulimus, eo libentius ſuſcepimus, quod Archibuſorum (vt appellant) vulneribus Medicam [illegible] rem gratiſſimam facturi eſſe videremur. Quamedicinæ ſtudioſis, iuxta atque eo morbo laborantibus rem gratiſſimam facturi eſſe videremur. Quapropter quicquid per multos iam annos, & Neapoli, & Romæ Chirurgicam facultatem publice profitendo, vel [illegible] legendo, vel diſputando, vel longo medendi vſu ad eam rem maxime idoneum eſſe cognouimus, in hunc librum ſtudioſe congeſſimus, vt in promptu vel omnibus haberetur, vnde ſibi quiſque copioſe, ac ſalutaria remedia ſuppeditaret. Quod ſi tam honeſti deſiderij Dij nos compotes effecerint, immortales illis gratias in perpetuum acturi, ampliſſima ſane præmia noſtrorum laborum videbimur eſſe conſecuti. Quanquam nihil eſt, cur deſperem, aliquam etiam nos ex his ſcriptis gloriolã [illegible], cum tibi, vir præſtantiſſime, atque omnium ſcientiarum genere ornatiſſime, probata olim valde fuerint. Meminiſti enim te, cum iam abhinc quinquennium [illegible] tua humanitas eſt [illegible], magnopere me fuiſſe hortatum, vt in publicam hominum vtili[illegible] in lucem edere [illegible] non differrem, [illegible] Poetæ præcepto iam [illegible] factum. Quamobrem nos tanti viri autoritate, ac tam [illegible] ſapientique iudicio adducti, [illegible] auſpicijs, tuoque nomini conſecrata (etſi ſerius fortaſſe, quam par erat) [illegible]. Et cui enim melius, quam tibi viro doctiſſimo ac ſapientiſſimo ([illegible] autem [illegible] temere non attingam) dicari potuerint? Suſcipe igitur benigno vultu, [illegible] & Alfonſum tuum præclariſſimis [illegible] in præſentia non poſſumus [illegible]. Sed iam ſatis ſuperque præfati ad eam ipſam rem (qualis [illegible]) propius accedamus.

Ceruicis Veſicæ Examinatio. CAP. I.

PArtes, quæ in ſuperficie conſtitutæ ſunt, vna cum affectuum ſuorum ſpecie, facile (vt inquit Galenus) [illegible] deprehenduntur. Quæ vero in imo corpore latent, exercitatæ cogitationis [illegible] corporum [illegible] maxime in ea, quæ hæc præcedit, corporum [illegible] (vt ille ipſe ait) docuit nos cum alia permulta, tam [illegible] ſectione, [illegible] authoritatem, [illegible] propriætatem. Huius ergo beneficio præter Philoſophi, & Galeni authoritatem, [illegible] ac veſicæ pro [illegible] apertè cognoſcimus, in inferioribus præcipue partibus, ac veſicæ pro [illegible] veſicam, & mu[illegible], neruis ſcilicet a vertebris caudæ venientibus, tum prorſus ad virile membrum, veſicam, & mu[illegible] Carnoſa item ceruix apparet, cum vltra progreditur, carnoſo ſcilicet muſculi fabrica Cu[illegible] munus eſt, tum claudere, & aperire, atque ita vrinam retinere, atque expellere [illegible] relictione ad poſteriorem vſque glandem, per quam procedit iter vrinæ.

Marginal notes:
Naturam eſſe homini nouercam. Nihil eſſe homine miſerius. (beside the first lines of the Præfatio)
p. de Locis af. (beside the first line of Cap. I)
De hiſt. animal lib 1 ca. & li lib 6 ca 6 de locis affectis. (beside the lines starting “ſectione, anatomica” and “iudicet præcipuas”)

 Oblon-

Oblonga inſuper, rugoſa, ac tortuoſa eſt duobus, tribuſue anfractibus. Quapropter perraro tota lotio enutritur. Ceruicem item veſicæ caro glandulosa muſculo vicina adnata eſt, quæ, veluti ſuffocatorium, ac conſtrictorium quoddam, exiſtere videtur, exitum vrinæ, à veſica vndequaque prohibens, vaſorumque ſpermaticorum ora circumiens, niſi cum vrinæ mittendæ voluntas eſt. Tunc enim emollitur muſculus, laxaturque, vt ea libere egrediatur, atque vrinæ meatus ab adiacentibus carnibus libere relinquitur. Veſicæ proinde ceruix carnoſior redditur, quæ magis glandem verſus protenſa eſt, tum ſpiſsior, tum craſſior ob muſculoſam ſubſtantiam. Ad hæc foramen, (magnum canalem nuncupant) vrinæ, & genitali ſemini commune eſt: genitali quidem ſemini per duo foramina in extremis ſeminalibus vaſis. Verum in ceruicis extrema parte, & vbi fiſtula, vel canalis incipit, circumuolutio quædam ſinuoſa eſt, in qua ſi quid aquei humoris, aut rei extraneæ eſt, coaceruatur, ac retinetur, neque ab aquoſa humiditate tota detergitur atque exiccatur. Extrinſecus autem ceruix veſicæ ima quadam ſatura, ac venoſa peritonæo (fœmen Latine dicunt) fabricata eſt, vnde membrum initium aſſumere videtur, multis quidem tendinoſis ligamentis à pectinis oſſe productis, ac neruis ab occipite orientibus. quamobrem & ad ſentiendum, & ad extendendum facilis eſt. Cæterum venis & arteriis conſtat, in quibus tumentes ſpiritus incluſi coli extendendo deſeruiunt. Sed, vt ad muſculum ceruicis reuertamur, ſcire licet, illum inſtrumentum eſſe (vt inquit Galenus) cuius opus ab electione excitatur, imperiumque voluntatis noſtræ imitatur, vtpote qui ambiens ceruicem veſicæ, eam ita exacte ſtringit, vt nihil humoris ex veſica in meatum ingredi poſſit. Atque ſimilem quoque & actionem, & vtilitatem habet muſculus, qui recti inteſtini partem extremam ambit. Proinde ipſis reſolutis, neque vrinam veſica, neque ſtercora aluus retinere poteſt. Sed præter voluntatem paucis omnino interuallis vtraque excernuntur, vrinæ ergo emiſſio fit, tum propter coaceruationem eius in veſica, tum etiam propter muſculi conceſſionem, vt & Rhaſis aſſerere videtur. B

Ceruicis muſculus.

Conc. 2.

Quid per Carunculam, ſiue Callum intelligendum ſit.

CAP. II.

Lib. 1 de locis affectis.

CAruncula innata ceruici veſicæ, ſiue Callus, *malæ compoſitionis ægritudo eſt in vrinæ itinere*, cum (exempli gratia) vel ſponte naturæ vel ob incuriam medentis, ſiue ægri in initio morbum negligentis, caro ex præcedenti ſolutione continui, incrementum ſuſcipit, cuius propter additamentum, vrinæ fiſtula anguſtior redditur, atque ita vrina ſupprimitur, ſiue caruncula vniuſmodi, ſiue diuerſi generis ſit, vt ſyncera, vt mollis, vt dura, aut fungoſa, aut rotunda, aut cum albedine calloſa, verrucoſa, poroſaque, aut alteriuſmodi ingenita, tum profunda cum euidenti duritie, aut ſumma. Quarum per ſe quælibet de ſui remotione ac diminutione indicat. C

Quibus de cauſis Caruncula ſiue Callus innaſcatur, augeaturque.

CAP. III.

Fiſtula prima quot modis ſtipetur.

TRibus in vniuerſum modis vrinæ fiſtulam ſtipari cenſet Galenus. *Aut enim (inquit) corpus ipſius in tantum tumorem præter naturam attollitur, vt meatus inde occupetur. Aut aliquid ei præter naturam, vt vel caruncula, vel callus innaſcitur. Aut à re quapiam obſtruitur meatus.* Nos vero de caruncula, ſiue callo tantum dicturi ſumus, ſcilicet quibus modis, quibuſue cauſis oriantur, augeanturque, ſubinde ea, quæ ad exactam eorum curationem faciant, propoſituri.

Cauſa huius mali.

Fieri itaque poteſt, vt è quatuor aliquo humorum vitio, ac potiſſimum pituitoſi, aut melancholici aut ſalſi, aut è craſſo ſanguine aut aduſto, naturæ ſponte callus, vel caruncula innaſcantur: quemadmodum in cæteris corporis partibus facile accidere conſueuit. Frequētiſſime autem ex diutina ſaniei elluxione, atque aſſidua eius excoriatione, ob immodicam renum calefactionem, aut præcedentis abſceſſus ſuppurationem, eruptionemque, veſicæ ceruix ac fiſtula vrinæ exulcerantur, vno aut pluribus locis, tū magno, vel paruo vlcere, vel erodente, aut putrido, aut ſordido. Quibus in curandis remedia non exactè, non diligenter ob aliquam cauſam, vt puta fiſtulę anguſtiam, aut cruciantem dolorem, vel etiam ob Medici imperitiam adhibita fuere, vnde mox caruncula innata eſt. D

2. Fiunt etiam caro, vel callus ex aſſiduo, arenoſo, vel calculoſo, vel luteo defluxu, ſiue id è renibus ſit, ſiue in veſica generetur. Accidit etiam tunc, vt in ſinuoſa illa ceruicis parte, atque anfractibus aliquid retineatur, ac veluti nitroſæ quædam particulæ & vitreæ, fiſtulæ intus alligatur, paulatimque & continenter increſcat, cumuleturque, ac demum velut callus efficiatur, vrinæque iter impediat.

3. Ex pituita præterea, ſiue phlegmate defluente, modo mucilaginoſo, aut viſcido, modo inſtar oui albi, aut vitreo, aut ſalſo, & corrodente in eiſdem ceruicis ſinibus, & eodem modo inhæreſcente, atque increſcente, callus, vel caruncula gignuntur.

4. Ex ſuppuratione item, atque erupto veſicæ abſceſſu ceruici parte adiacentes vlcerantur ob tenellam loci ſubſtantiam ac ſaniei eroſionem: quamobrem caro additur, vnde vrinæ emiſſio prohibetur.

Sæpe etiam & ipſa ceruix abſcedit, ex cuius ſuppuratione, atque eruptione id ipſum accidit.

5. Ex diuturno etiam morbo, aut gonorrhæa, aut ex iocineris, aut cerebri ſanioſo fluxu ad renes ac veſicam, atque ad ſuperfluitatum receptacula deſcendente, non modo renes ipſi, & veſica, & ceruix, verum etiam tota fiſtula, quandoque exulceratur, hinc fit, vt carunculæ toto illo meatu adauctæ, vrinæ iter facile impediant. E

6. Quod fit etiam ex præcedentibus primitiuis (vt vocant) cauſis, velut attritione, contuſione ſoluta continuitate, conuulſione, aut fractura, aut vetere vulnere penetranti, aut fiſtuloſo, vel in ſuperioribus, vel adiacentibus locis.

In cer-

A In ceruice item veſicæ ex præcedenti herniæ, aquoſæ, vel carnoſæ, vel varicoſæ curatione id vitium fit, cum vicinæ partes vlcerantur, excoriantur, ac vehementer breui, vel longiori temporis interuallo inflammantur, & cancroſa quadam (vt ita dicam) duritie, & carnoſa replentur atque obſtruuntur. 7.

Ex calculo præterea, qui in veſica habetur, humores præ nimio dolore ac pondere in eam confluunt, ac replent: Tum virulenta quadam vi, non veſicam modo, ſed eius ceruicem, ac fiſtulam erodunt, vnde aliud ipſum incidere neceſſe eſt. 8.

Accidit etiam quandoque, vt per criticam expulſionem vrina mittatur, veluti in febribus, cæteriſque interioribus morbis, in quibus criticæ expulſiones fiunt. Quæ quidem vrinæ & copia, & acumine & caliditate, & aduſtione tantam vrinariis meatibus inflammationem inducit, atque excoriationem, vt facile & vlcerentur & putreſcant, vnde caruncula innaſcitur: atque veſica inſuper, & vicina loca vſque adeo quandoque inflantur, vt non modo ſcroti colligamenta, & muſculi coarctentur, verumetiam inteſtina ipſa, & (vt vocant) mirach. Quamobrem lotium in tantum ſupprimunt, vt de ægroti ſalute vehementer dubitari poſſit. 9.

Ex immodicis etiam atque aſſiduis exercitationibus renes & veſica, à concurrentibus humoribus inflammati exulcerantur, vnde extraneum aliquid vrinæ emittendæ impedimento eſt. 10.

Langueſcunt inſuper ac debilitantur renes ob frequentem atque immoderatam venerem, quamobrem debilitata continenti virtute, expultrix plus emittit, quam par eſt, pro ipſorum renum nutritione: quapropter quod ſuperfluum eſt in veſicam delatum eam exulcerat, & carunculæ, quæ vrinam impediant, oriuntur. 11. *Renes langueſcunt ob immoderatam venerē.*

B

Supprimitur quoque vrina, cum genitale ſemen, ſiue in coitu, ſiue in pollutione propter caloris defectum ac debilem vim muſculorum titillationes excitantem non emittitur. Quare fit, vt corrumpatur, atque indies putreſcat magis, quod cum glutinoſa illa ſua & vitrea ſubſtantia veſicæ intus inhæreat, non modo vrinam ſupprimere poteſt, ſed ventri, pectini, ſcroto, & veſicæ ceruici peſſime abſcedendi cauſam præbere, & fiſtulas curatu perdifficiles ingenerare. 12.

Qui bono habitu ſunt, & à venere ob aliquam cauſam abſtinent, plurimam quandoque coaceruant ſuperfluitatum vim: vnde fit, vt cum ad renes ac veſicam, tanquam ad ſentinam quandam deferuntur ſanioſa ramenta, vlcera in eis, & ex his caruncula oriatur, vrinæque iter intercludatur. 13.

Cum quis item diutius in renes iacuerit, vt in prælongis morbis, qualis podagra, vel oſſium fractura eſt (frequenter fieri conſueuit) illi ipſi renes cum veſica inflammati exulcerantur. Quamobrem orta caruncula, ſiue callo, vrinæ iter impedire neceſſe eſt: quod & aliis etiam de cauſis, quibus, ne longiores ſimus, conſulto ſuperſedimus, accidere poteſt. 14.

C

Quibus indiciis Carunculam innatam eſſe demonſtretur. CAP. IV.

SOlertis Medici officium eſt ex præcedente morbi inquiſitione cum præſentia, tum futura prænoſcere, atque ita ad perfectam eius notionem deuenire. In hoc quidem caſu fit, cum per ſigna, atq; ægri, vel familiarium relationem compertum habemus, morbum (exempli cauſa) gallicum innatæ carunculæ cauſam fuiſſe. Ex eius enim notis, & magnitudo mali huius, & curationis eius difficultas maiori ex parte cognoſcitur, quæ ſane ex malignitate eius non modica eſt, cum morbi contagioſi atque atrocis, qualis ille plerunque eſt, proprium ſit, non facile medicamentis ſuperari. Varicoſa item vel carnoſa hernia, vel abſceſſus, qui ceruicem veſicæ occuparit (vt *ſupra* eſt dictum) cauſam præbuiſſe poſſunt, è quibus etiam morbis perdifficilem eius fore curationem haudquaquam dubitandum eſt. Tanta enim in hiſce ſæuitia ac malignitas eſt, vt & medicaminum vis, & medentium virtus non difficulter infirmetur, minuaturque. Ex renum præterea antiquo affectu, aut vetere interni membri fiſtula, aut iocinoris, aut cerebri ſymptomatico elfluxu (vt dictum eſt) aut alterius huiuſmodi partis facile indicabitur morbus, ſed cum difficultate curari poſſe. Quinimo affecti membri compoſitio, ac nobilitas, & cum aliis principalibus membris connexio, & loci anguſtia, & tractandi difficultas non modo difficilem curationem, ſed & vitæ periculum perſæpe demonſtrant. Verum, vt cætera ſigna perſequamur, euidenti etiam argumento eſt eminentem carunculam ortam eſſe, vrina guttatim effluens, vel tortuoſa, vel longe etiam tenuior, quam eſſe ſolet. Sed illud præ cæteris indicium maximum eſt, cum per argaliæ (vt vocant) vel ſpecilli, vel alterius inſtrumenti immiſſionem, in ea periculum facimus. Ex his enim facile cõncitur, vel adnatam carnem, vel obductum callum, vrinæ iter intercluſiſſe. Quibus ſane cognitis, ac diligenter examinatis, ad curandam ægrotationem, Deo bene iuuante, non timide aggredi poſſumus. Quandoquidem etſi ea magni momenti eſt, & curationis quam difficillimæ, nihil tamen eſt, cur ægrotum ipſum deſeramus. Cui, dum anima eſt (vt ſapienter inquit Cicero) ſpes eſſe dicitur.

D

De Specillis ſiue inſtrumentis, quibus in morbi curatione vtendum eſt.

CAP. V.

E COmplura ſunt ſpecillorum, ſiue argaliarum genera, compluraque eorum, quæ vicem præſtāt. Quibus de primum dicendum eſt. Sunt igitur *maluarum*, ſeu *petroſelini*, aut *fœniculi*, aut *alterius* conſimilis herbæ turiones ſiue cauliculi, longi tamen, ac duriuſculi, quibus carunculam ſiue callum inquirere, & rumpere commode poſſimus. Candelæ inſuper oblongæ craſſiuſculæque, at molliuſculæ ex arte atque vſu fiunt, aut ex cæra alba (vt frequentiſſime fieri ſolet) aut ex citrina, aut ex viridi cum aliqua *æruginis raſæ portiuncula*. Ærugo enim maximum detergendo, carunculæque innatæ curandæ remedium eſt: aut commiſcendum aliquid aliud ex detergentibus, aut conglutinantibus, vt *infra* proponemus. Specillum præterea ſatis accommodatum eſt, ſi ex tereti ac flexibili plumbea virga fiat, tanta craſſitie ac longitudine, vt ingredi egredique pro medentis arbitrio commodius poſſit: quod modo tenuius, modo craſſius

pro fiſtulæ anguſtia fabricandum eſt. Cum vtimur ad rumpendam caruncula, omnino craſſius faciẽ- A
dum eſt: eam vero candelæ loco, tenuius conflandum: tum extrema parte, quæ immittitur, id aliquo ex
medicamentis, quæ ſuo loco dicemus, eſt inungendum. Eodem etiam modo ex auro, argentoue, aut ex
ſimili metallo fabrefieri poſſunt. Argaliæ quoque eodem pacto, ex eademque materia læues in extremo
ac rotundæ, vniformes habendæ ſunt: vt facilius intromitti, atque innatam carunculam incidere, vel
minuere poſſint.

Quæ præparatio ante propriam curationem adhibenda ſit.

C A P. VI.

IN *omni re, antequam aggrediare* (vt ſapientiſſime inquit Cicero) *præparatio diligens adhibenda eſt*, quapropter antequam innatæ carunculæ propriam curationem aggrediamur, communia illa remedia præponẽ-da ſunt, quæ in alijs etiam morbis adhiberi conſueuerunt. Cognita igitur ægri habitudine per pharma-ca, & victus rationem peccanti humori primum ſubueniendum eſt. Quod fit per ſanguinis emiſſionem per ſyrupotum pharmacorumque exhibitionem, prout humoris, vel morbi recentis vel veteris ratio, vel neceſſitas poſtulauit, ac præſertim in gallico affectu, in quo multo accuratius agendum eſt, ne quid mali ſymptomatis ſuperueniat, vt febris, vt rigor, vt humorum defluxio ad veſicam, teſtes, membrum. B Quæ ſæpiſſime ob id intumeſcere, ac ſuppurare peſſime conſueuerunt; quinetiam frequentiſſime emo-riuntur, adeo vt nulla ſit ſalutis ſpes, curationiſque remedium: quamobrem ita corpus debita euacua-tione, ac ſanguinis detractione præparandũ eſt, vt de noua humorum effluxione dubitandum non ſit. Quinetiam ad omnem ſuſpitionem tollendam, ne quid rurſus ingeneretur coaceruetur que, ſane multum profuerit *ligni ſancti decoctum* eo modo ac ſerie, quam morbi & ægrotantis natura expoſcere vi-detur præparatum. Qua de re in eo *libro*, quem *de eius ligni multiplici medicina* conſcripſimus, ſatis accurate à nobis dictum eſt. Nec quicquam prohibet (ſi præcedente curatione opus ſit) aluum rurſus leniri, atq; inflammatos humores refrigerari, *manna* ſcilicet, *caſſia, tamarindorum, catholici*, aut alterius generis ſoluen-tibus potionibus, ac potiſſimum *polypodij* ex noſtra deſcriptione, quod ſæpenumero ægris ſalutare ex-perti ſumus.

Quo anni tempore præſtet curatio.

C A P. VII.

OMni autem anni tempore, vrgente neceſſitate, curatio adhibenda eſt, quam tum differre periculo- C
ſum eſt. Quinimo vel eodem die ſuppreſſa vrina, & ob id ægro periclitante, non minuenda modo
caruncula vel callus eſt, verumetiam certix ipſa incidenda: atqui cum morbus dat inducias, vernum
tempus & autumnale præſtat, ac hyemale, quam æſtiuum commodius eſt. Martio itaque menſe, Aprili,
Maio, Septembri, Octobri, ac Nouembri fœlicius res peragetur, hoc eſt, ſine prauorum accidentium
metu & vitæ periculo. In ea enim anni temperie humorum illæ effluxiones, atque abſceſſuum cõgeſtio-
ñes non facile fiunt: ita vt cum ægris melius agatur.

In quo loco. Venus vitãda.

Loca inſuper quo ſicciora fuerint, eo ſalubriora ſunt.

Sed illud præ cæteris ægri commonefaciendi ſunt, ſcilicet vt mentem, cum minimum à Venere abſtineant ne partes illæ renum ac veſicæ ſeminales debilitentur, inflammenturque, quod ſane maxi-mopere officit.

Carunculam ſiue Callum medicamentis præmolliendum eſſe.

C A P. VIII.

MVltis ſane modis Caruncula, vel Callus medicamentis præmolliendus ac digerendus eſt: vt deter- D.
gi & minui facilius poſſint, quod recte hyeme fit, ſi per aliquot dies iniectorio (vt vocant) diluan-
tur, *decocto ſcilicet fœni græci, ſeminis lini, radicum althææ, ſingulorum manipulo ex aqua pluuiali aut fontana, quibus percolatis, & aliqua mellis vel ſapæ portione inuecta, vel decies die calida lotio fiat.* Æſtiuo autem tempore, aut in ca-lidis habitudinibus, fiat ex *maluarum cum ſuis radicibus, hordei mundi, violarum, ſingulorum ſeſquimanipulo, qui-bus aqua pluuiali concoctis atque excolatis aliquid rubri ſacchari ſit adiectum.* quo eodem modo vtendum eſt Aut fiat ex *violarum floribus, aut vtriuſque bugloſſe, quæ ex aqua hordeacea ferbuerint, adiecto eodem ſaccharo.* Aut deco-ctum, & omni anni tempore ex *emundatarum paſſularum, ſebeſten, intyborum, ſingulorum vnciis duabus: amyli drachmis tribus ex aqua hordei, & maluarum cum ſaccharo, vt ſupra eſt ſcriptum*: aut *ſyrupum de dactylis, vel capillo-rum Veneris*, aut *glycyrrhiza munda, ficuum aridarum, dactylorum ſingulorum decem, quæ aqua hordei feruecant.* Fa-cta proinde aliqua ex his lotionibus, candela *vaccino butyro*, vel *bubalino*, aut *oleo amygdalino dulci*, aut *ſeſa-mino*, aut *communi* muncta, aut aliqua *axungia, vt anſeris, vt anatis*, immittatur. Spongiis item ex eorundem ſimplicium decocto madentibus, locus extrinſecus fouendus eſt. Aut ex eo decocto, quod *libro ſecundo de Sclopetorum ſiue Archibuſorum vulneribus*, conſcripſimus, ſcilicet *corticum radicum Althææ, Inulæ, Brioniæ, vlmi, cucumeris aſinini, ſingulorum manipulo vno, fœni græci, ſeminis lini ſelibra*, bis die per horas duas ante cibum. Aut ex *arietinis, vel vitulinis inteſtinis cum arietino capite, quæ aqua diſcocta ſint: ferme* foueatur, aut *oleo*, aut re ſimili, vt ex arte fieri cõſueuit. Emplaſtrũ præterea ex *anſerina*, vel *anatina axũgia*, vel conſimili aut *ex fœni græci, & ſe-minis lini farina, quæ in vino dulci, & oleo ferbuerint, aut cæpa ſub prunis toſta, & farina triticea, & butyro*, vel *axungia ſuilla* imponendum eſt. Quod ſi æger huiuſcemodi medicamenta faſtidiat, ceratum *ex axungia ſuilla ſel-bra & lithargyri auri vnciis quatuor*, aut emplaſtrum *ex ammoniaci, bdellij, quæ acetum diſſoluerit, ſingulorum ſe-mũcia, & axungia vrſina drachmis tribus*, aut *cerati de mucilaginibus, & œſypi Philagrij ſingulorum ſelibra*; aut ex *maiori diachylone cum gummi, vel ſine gummi* addendum eſt.

Decoctum pro iniectione.

Aliud.

Aliud.

Aliud. Emplaſtra.

Ceratum. Emplaſtrũ.

Quibus

A

Quibus medicamentis Caruncula tollatur.

CAP. IX.

CONuenit inter medicæ rei profeſſores Carunculam hanc ſponte naturæ nullo modo, nulloque tempore ſanari poſſe, niſi beneficio artis adiuuetur. Naturæ enim ſponte augetur potius, quam vlla eius diminutio fiat. quamobrem ars plura medicamenta, pluraque inſtrumenta parauit, vt incidens & candens ferramentum, in quibus ſane medicamentis diuerſitas non modica eſt. Alia enim imbecillæ virtutis ſunt, alia valentioris, alia mediæ. Valentiora medicamenta appello, ratione nobilitatis membri affecti, atque affinitatis cum principalibus membris, quæ alioqui valentiora dici non poſſunt debilitata & præparatione, & beneficio artis. At medicamenti effectus eo perfectior, ac præſtantior eſt, quo minoris mordicationis ac læſionis eſt, ſua ſcilicet moderata abſterſione, atque exiccatione, vt Princeps aſſerere videtur. *Fen 4. tract. 3. cap. 11.* Tum moderata quadam temperie & correctione, quæ gradum non excedat, ne membri ſubſtantiam perdat, & pluſquam par ſit, erodat, ac denoret. Quæ omnia in perniciem ægrotantium recidere conſueuerunt. Quapropter cum membri nobilitas, & ipſius anguſti meatus Chirurgicam operationem non admittat, incidentis ſcilicet & candentis ferramenti, induſtria quadam medicamentorum

B munus exequendum eſt. Quamobrem artifex, præparata candela tantæ longitudinis & craſſitudinis, vt opus perfici poſſit, partem, quæ extremitati propinqua eſt, per tranſuerſi digiti ſpacium aliquo ex medicamentis, quæ [illegible] dicemus, inungat. Sed illud præ oculis ſemper eſt habendum, *ne erodentia medicamenta liquida, aut lenia vnquam immittantur*, maius enim detrimentum, quam adiumentum ſanis locis atque adiacentibus ſequeretur. Adeo etenim vrinarij meatus tenella ſubſtantia eſt: vt moleſtiora medicamenta, qualia erodentia ſunt, ferre non poſſit. Quapropter medicina talis adhibenda eſt, atque adeo diminuenda, vt vix in tranſitu tubulæ partem aliquam auferat. Quod plane tutiſſime fiet, ſi cum aliquo ſubſequentium emplaſtrorum medicamentum commiſceatur, vt *ceratum* eſt *de mucilaginibus*, *diachilon*, paruum nuncupant *ceratum de* ceruſa, Emplaſtrum de lithargyrio, Tripharmacon appellant, Emplaſtrum de *minio*, & cætera. In ea enim diſſolutorum Emplaſtrorum ſubſtantia modico negotio miſceatur. Eo tem exemplo puluis fit de medicinis debilioribus carnem minuen[illegible] ſi ex *cerati ceruſ[illegible] vncia, lento igne liqueſiat, & corticum radicum dulcium malorum granatorum, ac pontic[illegible]rum in vmbra exiccatorum & in ſubtiliſsimam puluerem redactorum drachmæ duæ, & miſceatur aluminis ſaccharini drachma [illegible] ſcrupulus & candela* vt præcipimus *extremitas illinatur*. Quod ſi medicamen hoc, vel cætera, quæ proponemus, duriora, quam par eſt, ob eam pulueris admiſtionem videantur, *olei* aliquid, aut *gallinæ axungiæ*

C adiungendum eſt. Aut illas manibus *oleo*, vel *axungia* [illegible] Emplaſtrum ſubigendum eſt, vt leniſcat, quoties opus ſit, eoque in curatione vtendum eſt. A[illegible] medicamen fiat ex *cerati de mucillaginibus vncia, ſucci corticum capparum, ſucci cupreſſinarum nucum, corticum inglandium viridium, aut eorum loco [illegible] olearum ſylueſtrium vel olearum immaturarum, & portulacæ ſingulorum drachmis tribus, & ad cerati ſpeciem redigantur* [illegible] vt dictum eſt. Aut ceratum fiat ex *ſpongia combuſta, corticis aligni combuſti, ſingulorum drachma* [illegible] *ſecundum præcepta artis conficiantur*. *Ceratum.*

Medicamenta autem media ſunt, ſi *cerati vncia de minio liqueſiat; ſucci [illegible] drachma vna; portulacæ drachmæ duæ, & olei frumenti drachma totidem: quæ vbi ſcriuere, in cerati ſpeciem redigantur*, aut cum medicamen componitur ex *cerati ceruſſæ vncia vna: lactis ſicci paulum in ſole condenſati drachmis tribus: quæ manibus tractata commiſceantur; aut ſalis communis, ſalis gemmæ ſingulorum drachma vna, cerati de mucillaginibus vncia vna: aut drachma æruginis raſæ parum combuſta cum eodem cerato*. Tutiſsimum autem & probatiſsimum medicamentum eſt, & quod vires omnes medicamentorum habeat, imbecilli ſcilicet, valentioris, ac medij, quod ex *ſauinæ exiccatæ in vmbra [illegible] drachma ſit, ac cerati de mucillaginibus ſemuncia*, quam tutiſſime entia tractu temporis carunculam omnem ſine dolore minuit, ac deinde radicitus tollit, atque exiccat quo [illegible] modo in hoc morbo experti ſumus, ſed in omni venereorum ægritudine, vbi caro adiecta ſit, ſi prius tamen ſuperaſpergatur, vbi loci opportunitas expoſcit. *Aliud.* *Medicamenta media.* *Cerata.* *Aliud tutiſsimum.* *Aliud.*

D Aut ex *hellebori nigri, ſtercoris murium, ſalis paululum* [illegible] *ſingulorum ſeſquidrachma, cerati ceruſſæ ſemuncia, ſucci porri, aut vmbilici veneris drachmis duabus: ex tragacantha [illegible] Ireoſi, rum, calcis nondum aqua extinctæ ſingulorum drachma, cum cerati de mucillaginibus vncia dimidia.* Aut ex *albi ouorum duorum, quæ ſub prunis, vel feruenti aqua indurvuerint, vitrioli* vt vulgo dicunt [illegible] *vncia, quæ vertantur in puluerem, & conficiantur, vel humidu locum in filtro* vt vocant *ſeruentur, ac deſtillet aqua, de qua ſemuncia cum cerato de mucillaginibus affirmatur, & lento igne in ſpeciem emplaſtri redigantur*. Aut fiat ex *ſeminis & radicis ſerpentariæ ſingulorum drachma cum eodem cerato de mucillaginibus.* **Aut ex nucis cupreſsinæ, colocynthidos ſingulorum ſeſqui trachma, cum cerati ceruſſa ſemuncia.** *Aliud.* *Aliud.* *Aliud.*

Sed illud in cauſtici medicamenti adminiſtratione animaduertendum, *quanto innata caruncula antiquior eſt, eo difficilius curari*. Quapropter imbecillioribus medicamentis non ſufficientibus, ad valentiora recurrendum eſt. Itaque cum carni ea minuendæ propter ob caleſcentem eius duritiem ſatis eſſe non videbuntur, ad eam pugnandam ac diſſoluendam argalia, vel ſpecillo bene perforantibus, & mordentibus, vt facilius penetrare poſſint, opus peragendum eſt neceſſe, curtang nunc [illegible] per hæc inſtrumenta tremeamus, ſalaberrima enim ea eſt, dummodo ex caruncula ipſa nec aliter eſt [illegible] quod ipſam modico negotio cognoſceretur, nobis facile ſentientibus immiſſam argaliam, vel ſpecillum repugnante caruncula impediri, quinimo tum chirurgicum opus proſpere ſuccedit. *Notandum.*

E

Vidimus enim complures ſola ſpecilli, vel argaliæ ope curari, cum innatam illam carunculam penetrarent. Vrina enim tum egrediens ſuapte abſtergendi atque exiccandi vi, ſine vllo alio artis præſidio ſanare poteſt. Quod ſi ob morbi malignitatē, aſſequi nō poſſumus, ad valentiora (vt *ſupra* dixi) remedia confugiendum eſt. Id fiet, ſi ex *vini calcis, arſenici rubri, quæ in aceto per diem macerando præparatu ſingulorum dimidia drachma & cum cerati de mucillaginibus ſemuncia medicamen conficiatur*. *Ceratum in morbi malignitate.*

Marginal notes (right margin): *Fen 4. tract. 3. cap. 11.* — *Vrinarij meatum ad eo tenella eſſe, ut non tantum vt erodentia medicamenta ferre nequeat.* — *Puluis debilior ad minuendam carnem.*

Lib. 1. cap. 31. Ceratum Alexandri. Tutiſſimum vero illud Alexandri Græci medicamentum, atque omni ex parte ſaluberrimum, A
quod fit ex *vitrioli romani, auripigmenti, aluminis rochæ, æruginis raſæ, quæ aceto albo acerrimo per triduum emace-*
ratis, & [illegible] exiccatis ſingulorum drachma vna ceratis ex ceruſa vnciis duabus quæ lento igne feruũt, exinde prædi-
ctorum puluere miſcentur, & ex buſtum ceratum in vſum ſeruetur. Aliud præterea tutiſſimum, valentiſſi-
mumque medicamentum eſt, quod fit ex *præcipitati* (vt vocant) *drachmis duabus: emplaſtri ceruſæ ſemuncia.*
Aliud. Aut ex *[illegible]* (quod dicunt) *[illegible] æris ſingulorum drachma vna, quæ aceto atque aqua roſacea quatuor & viginti*
Aliud. *horarum ſpatio macerata, atque exiccata in ſole, & emplaſtri ceruſæ vncia adiecta vſui ſeruanda ſunt.* Aut fiat ex a-
Aliud. *quæ qua diſſoluuntur metalla* (fortem vocant) *drachmis duabus, cerati ceruſæ vncia vna, & lento igne ceratum fiat,*
aut ex *aluminis combuſti, æruginis raſæ combuſtæ, chalcanthi vel* (vt vocant) *vitrioli combuſti ſingulorum ſemidrachma*
cum cerato de mucillaginibus ſeruentur in vſum. vt ſupra dictum eſt.

Qua ratione internæ partes exulceratæ atque inflammatæ curentur poſt carunculæ diminutionem.

CAP. X.

Fieri non poteſt, quin in carunculæ innatæ curatione internæ partes omnes vlcerentur, excorienturque, & cum dolore, maximaque eroſione, & ardore, & præſertim in lotio emittendo. Vnde neceſſe B
eſt ægros non minus, quam ob innatam carnem excruciari. Opportunis ergo remediis tum propriis,
tum communibus occurrendum eſt, ne morbus indies increſcat. Propria quidem extemplo, & intrinſe-
cus & extrinſecus adhibenda ſunt, vt loca affecta recreentur, & à corruptione, & ab abſceſſu defendan-
tur. Quod ſane initio fit iniectorio liquida immittendo, quale *caprinum lac, aſininum, vaccinum, humanum,*
aut *dulcium amygdalarum*, aut *quatuor ſeminum frigidorum maiorum, vel aquam hordei, roſaceam plantaginis, myr-*
tearum baccarum, endiuiæ, nenupharis, violarum, aut decoctum ſeminis pſyllii, aut ſeminis maluæ, aut ſolani, foliorum
maluarum, aut violarum, aut ſummitatum fabarum, aut arnogloſſæ, aut glycyrrhizæ recentis, aut quatuor ſeminum fri-
gidorum maiorum, aut cotoneorum, aut ſeminis lini cum roſaceo aqua portione. Quibus in lotionibus ouorum quatuor
Lotiones. *alba ſecundum artis præcepta, agitata,* in principio præſertim maxime congruunt. Quod profecto acrimo-
niæ, & doloris remedium præſentaneum eſt. Internis etiam lauationibus *philonium* pro antidoto miſcen-
dum eſt, atque ore ſumendum, ſi opus ſit. Quæ lotiones ſane fieri poſſunt ex *roſaceo immaturo, myrteo vio-*
laceo, nenufarino, amygdalino, ac generis eiuſdem *cum ouorum albo.* Lenimen quoque fit ex *vnguento roſaceo,*
ſandalino, refrigerante Galeni, roſaceo, violaceo, nenufarino papaueris, mandragora, atque eiuſdem generis cum re-
frigerantium herbarum ſuccis. Extra vero, ſcilicet pectini, ſcroto, peritonæo, & coli, panni conueniunt C
eiuſdem lotionibus, & aquis madentibus, aut in *oxycrato ex aceti & aqua roſacea æquis portionibus, aut in ſuc-*
corum ſolani, plantaginis, lactucæ & aqua roſacea, aceti [illegible] & olei itidem roſacei, in ouorum albuginis pari ponde-
re, aut in [illegible] cum ſuis vitellis agitatis, aceti roſacei portione dupla, & paulo aceti adiecto, vel pro hiſce *olei violacei*
Emplaſtra. *nenufaris & papaueris dupla itidem portione, quibus omnibus opii grana aliquot (ſi vehemens fuerit dolor) adiici*
poſſunt, quæ omnia dolores magnopere conterere ſolent. Emplaſtra etiamnum fiunt ex *hordeacei, furfuracei,*
vel miliacei panis medulla cum lacte aliquo ex eo omni, quod ſupra enarrati mus, quibus emplaſtris ouorum recentium
alba cum vitellis commiſcenda ſunt. Aut ex *hordeacea farina cum maluarum & violarum foliis, & nenufaris, vel mal-*
Emplaſtrũ. *uarũ vel fabarũ floribus.* Aut ex *ſandalorũ ſiccorum, hypociſt. myrti baccarũ ſingulorũ ſemuncia. Acaciæ, hypociſtidos. ſingulo-*
rum drachmis duabus, ſucci plantaginis, ſolani, aqua roſacea, ſingulorum vnciis duabus, tum farina hordeacea quantum
Vnguentum *ſatis eſt, hæc quibus cum albo ouorum emplaſtrum fiat.* Aut fiat vnguentum ex *olei nenufarini, violacei, ſucci endiuiæ,*
plantaginis, ſemperuiui, lactucæ [illegible] mucilaginis pſyllii ſingulorum, [illegible] cera, camphora drachma dimidia cum cera al-
ba, quo ſane vnguento renes, pecten peritonæum, locaque ad acentia illinantur. In incremento præte-
Aliud. rea & ſtatu cruciantis doloris prædictis lauationibus aliquid *rubri ſacchari* addendum eſt, aut *deſæcati mel-*
lis, aut rhodomelli, ſacharini, aut roſacei, ſyrupi violacei, zizyphini, aut glycyrrhizæ. Aut medicamentum fiat ex
corticum papaueris, amili, ſucci glycyrrhizæ, ſingulorum ſemuncia, ſeminis hyoſcyami drachma, opii granis ſex, quæ cum
ſolani ſucco & ea, et aqua, aut muli, à diſſoluta, & in ſpiſſum vnguenti redacta loco detergendo, & futuræ corruptioni
Decocta prohibendæ, & dolori leniendo præſentaneo remedio ſunt. Aut decoctum fiat ex *glycyrrhiza, vuis paſſis*
ſine vinaceis, ſebeſten, dactylorum ſimpliciter, vel commiſtim, vel in decocto ligni ſancti, aut ex teneritatibus vrticarum,
Iniectiones. *radicum lapathi acuti, & inulæ cum ſapa: In quorum colatura paſtilli alkekengi diſſoluantur, & ſief album cum opio:*
aut fiant iniectiones *cum ſucco conſolidæ aut diſſoluatur idem ſucus cum aliqua prædictarum lauationum.*

Quod ſi detertio neceſſaria ſit, quæ plane res è multo emanante pure, & graui eius odore cogno-
ſcitur, quod quidem & eroſionem, & corruptionem, & veſicæ exulcerationem minatur, *ſieph de memita,*
Detergentia *vel æruginis raſæ lapideſcens ſaccharum, roſaceum, aut ærugo raſa ad nigredinem combuſta,* aut *ægyptiaci aliquid cum*
lixiuio, aut melliſſa, cum lupinorum, & lentium decocto diſſoluendum eſt quo tutiſſime vteris. Sunt, qui in hiſce lo-
tionibus ad extremum remedium *argentum viuum mortificatum* diſſoluant. Quo, in internis præcipue
partibus, me iudice, ſi vllo alio modo fieri poſſit, omnino abſtinendum eſt. *Candela* item *vnguenti pompho-*
lygos, & Apoſtolorum (vt vocant) vel alius conſimilis detergentis, *aqua pertinente illita* immittenda eſt. Nec
non & *chalcitidis emplaſtrum cum roſaceo ad vnguenti ſpeciem redigendum eſt.* Detergit enim optime, & conglu- E
Emplaſtrũ. tinat. Extra vero ex *hordeacea farina, lupinorum, orobi, fabarum, & lentium cum lixiuio, & ſyrupo acetoſo emplaſtrũ*
imponendum eſt. Aut ex *vrtica parietaria, malua, violis, vmbilico veneris cum ſapa.* Aut ex *malicorii, balauſt. boli*
armeniæ, terra ſigillata hypociſtidos, myrtearum baccarum, mumiæ farina ſiliginis, bolis ſingulorum ſemuncia olei roſa-
cei, myrtei ſingulorum ſemuncia cum roſacea & plantaginis aquis. In declinatione morbi etiam iniectiones fiant
Iniectiones in declinatione. ex *ſief albo, ſine opio, bolo armenica orientali ſiue communi, terra ſigillata Alexandrina, vel alia, ſanguine draconis ex la-*
chryma, mumia miſcella cum lacte humano, aqua caſei, tota curatione præſentaneum remedium eſt, ex
hæmatite, cimolia, ſandalis omnibus: ex paſtillis de charabe, de ſpodio ſimpliciter, aut commiſtim, aut
cum aqua roſacea, plantaginis, vel *myrtearum baccarum,* aut cum decocto caudæ equinæ:

aut

A *aut diſſoluatur roſaceum cum aqua plantaginis, aut lotio fiat ex tutia præparata, & vnguine raſa con biſta cum eadem plantaginis aqua, vel roſacea, de qua mentionem fecimus in libro de ligni ſancti multiplici medicina Cap. de Vulneribus mentulæ.* Quæ ſane omnia medicamentorum genera prout res exegerit, repetenda ſunt. In declinatione item candela, aut plumbeum ſpecillum aliquo vnguento conglutinante, aut cicatricem inducente illitum immittendum eſt: veluti *vnguento de minio, lithargyrio, plumbo, tutia, calce, aut de ſandyco, aut de tutia præparata, plumbo combuſto, antimonio, lithargyrio, ceruſſa, vel decies elotis cum aqua roſacea in plumbeo mortario, cum roſaceo, aut myrteo du\[?\] horas laborioſe agitatis.* Quæ ſane omnia dolorem leniunt, conglutinant, & carunculæ incrementum prohibent: quod ſemper Medico timendum eſt. Communia inſuper medicamenta neceſſaria ſunt, ne doloris magnitudine humores inflammentur atque ebulliant: quod quidem ab acetoſis, ſalſis, acutis abſtinendo, prohibetur. Quæ res autem abſceſſum impediat, & facto iam medeatur, ſanguinis miſſio, frequens alui deiectio, cum *cæleſti melle, ſiue manna, aut caſſia* imprimis eſt. Tum *ſolutiuis electuarium ſebeſten,* aut lemens aliud, aut *violaceus* vel *roſaceus ſyrupus pulpa tamarindorum catholicon,* & generis eiuſdem, prout neceſſitas ipſa ſex rerum non naturalium poſtularit, quæ ſane communia, & propria medicamenta non ſolum in vlcerum internorum curatione, quæ cauſa externa innata ſint, præſentanea remedia ſunt, verumetiam in quauis interna affectione, vnde exulcerationes, dolores, & excoriationes oriantur.

B

Quibus medicamentis abſceſſibus phlegmonis, & cryſi, elatu ſcroti ſuccurratur.

C A P. XI.

QVanquam, & antiqui, & recentiores de huiuſcemodi abſceſſibus bene longam mentionem fecerint, tamen cum in carunculæ agnatæ curatione ægritudo de membri raritate, ac neruoſa eius ſubſtantia, nec non vehementi dolore oriatur, operæ pretium facturum me exiſtimaui, ſi quibus remedijs ſubueniatur (quod differre periculoſum ſit) aperirem, prout ex longo medendi vſu & rerum experientia cognoui. Abſcedente igitur ſcroto, vel aliqua eius parte, ſiue calidus, ſiue frigidus abſceſſus ſit: quæ res & colore, & dolore, & inflammatione ſuperueniente indicabitur. & ſi communia remedia præceſſerint, adhuc tamen iteranda eſſe cenſeo, & ſanguinis miſſionem, & deiectionem alui, vt vſus & morbi magnitudo poſtularit. Semper enim in defluentibus humoribus ab initio propter membri facilem receptum, venæ inciſio baſilicæ, & ſaphenæ opportuna eſt: vt ab humore locus defendatur: & ſi quid deſcenderit, amoueatur. Vtatur itaque æger præterea victu habita, & ætatis & conſuetudinis ratione,

C deinde ad particulam ipſam curandam proprijs medicamentis deueniatur. In principio linimentum hoc dolenti loco imponendum eſt, quod habet *ol. roſacei immaturi, myrtearum baccarum, cotoneorum, ſingulorum ſemunciam cum cera.* Exinde laboranti particulæ applicetur emplaſtrum ex *ſolani contuſi vnciis quatuor: succi ſolani vnciis duabus: rubētium roſarum, myrtearum baccarum ſingularum ſemuncia: farinæ hordeaceæ & fabaceæ, ſingularum vnciis tribus: roſacei vnciis quatuor, cum decocto ſolani & roſarum*: quo quidem medicamento paucis in diebus nonnullos ſanos fecimus: Aut fiat emplaſtrum ex *malorum punicorum, rubentium roſarum, lentium ſingulorum vnciis duabus: aqua & roſaceo ferueant:* Aut fiat *ex farina hordeacea, & fabacea ſingularum ſelibra cum aceto albo, aut nigro:* Aut ex *teneritatum hyoſcyami, hordeacea, & fabacea farina pari pondere cū roſaceo, & violaceo ſecundum artis præcepta.* Quod ſi ab his æger abhorreat, madentes panni in *ſucco ſolani, ſemperuiui, portulacæ, roſacei, & aceti aqua portione: aut in oui albugine cum roſaceo immaturi, myrtei, ſucci portulacæ, & aceti pari pondere* imponantur.

In morbi autem incremento, & ſtatu lenimentum fiat cum *olei chamæmelini, amygdalini roſacei, vitri aquis portionibus.* Imponatur emplaſtrum ex *florum chamomillæ, & meliloti ſingulorum vncia, farinæ fœnigræci, & fabaceæ ſingularum vnciis tribus: ſepi caprini vnciis quatuor, cum roſarum, & chamomillæ decocto, cum \[...\] ſi opus fuerit molliendum, vel rubificandum \[...\] maturescit, additis vitellis ouorum tribus.* Aut ex *farina triticea, & fœni græci ſingularum ſelibra: Axungiæ gallinæ, olei violacei ſingulorum vnciis quatuor cum vino albo,* aut in incremento, ſtatu, & declinatione ex *pulpæ paſſularum* \[...\] *rum, fabaceæ farina, ciceris, & lentium ſingularum vncia, cumini ſemuncia, olei liliorum cæleſtium, ſapæ, ſingulorum ſelibra.*

D

In ſola autem declinatione fiat ex *diachylone minore, diapalma ſingulorum ſeſcuncia, reſinæ axungiæ drachmis tribus:* Quod emplaſtrum quarto quoque die imponendum eſt.

Quod ſi abſceſſus matureſcere incipiat, arte adiuuetur, incidatur & curetur, vt fieri conſueuit.

Cum autem frigidi humoris peccantis indicium eſt, in ſcroto abſcedente, optimum remedium tota curatione eſt emplaſtrum ex *triticeis furfuribus in tenuiorem puluerem redactis libra vna: viui ſulphuris* \[...\] *vncia: ammoniaci aceto diſſoluto vnciis duabus, oxymellis ſimplicis, quantum ſatis eſt, quod calidum imponatur.* Aut lenimentum à principio ad \[...\] ex *argenti vini roſarum, milleſolij, ſtercoris caprini aqua portione cum vino albo.* Aut ex *cimolia aceto diſſoluta.* Aut ex *lithargyrij aurei, plumbi vſti, olibani, maſtiches, colophoniæ, aſſæ fœtidæ, aloes, ſingulorum ſemuncia, cum oleo & aceto roſaceis; & in mortario plumbeo agitatis;* quibus bis in die abſcedentia loca inungantur: aut fiat ex *furfuribus decoctis ex vino,* aut ex *ſemine lini cum vino*: aut foueatur locus bis die ſpongijs hoc decocto madentibus, & parum expreſſis, *ſcilicet ſeminis fœniculi, apij, petroſelini, cari, dauci, anisi, cumini ſingulorum vncia cum vino albo ferueant, vt ex more artis fieri conſueuit.*

E

Illud autem diligenter animaduertendum, ac præ oculis ſemper habendum eſt, ne ſuppuratio abſceſſus diſtrahatur, & relinquatur laxum, ac pendulum, & perfectam curationem incidatur, ne ſcrotum \[...\] Quinimo ante abſolutum humorum concurſum, & perfectam curationem incidatur, ne ſcroto \[...\] teſticuli emoriantur. Quod ſane breui tempore fit, niſi diligenter prouideatur. Quod ſi tamen contingat, ad corrupti amputationem (ne pars ſincera trahatur) deueniendum eſt.

Q

Qua ratione ſanati conſeruentur. CAP. XII. A

PRudentis Medici conſilio prouidetur, ne caruncula, vel callus (vt quandoque accidit) rurſus inna-
ſcatur: quod quidem rebus ſex non naturalibus ſit, prohibendo ſcilicet humorum acumen atque
aduſtionem, & à noxiis abſtinendo, ne rurſus humores defluant locum infecturi. A venere igitur potiſ-
ſimum abſtineat, qui iam ſanitatem eſt conſecutus, dum cicatrix bene inducta ſit. Alioquin facillime
locus labefactari poſſet: vtpote infirmus, ac debilis. Idcirco præter illa, quæ ad victus rationem, & Phar-
maceuticum regimen attinent, optimum quidem remedium fuerit, *ligni ſancti decoctum: vt in eius libro* di-
ximus, cum de renum & veſicæ vlceribus ageretur. In omni enim curatione atque in omni ætate, & in
quouis humoris affectu, ſiue calidus, ſiue frigidus ſit, ſalutarem inde habebis medicinam. Quod ſi ab v-
ſitata atque integra eius aſſumptione abhorreas, in prandio ſaltem, & cœna eo abſtinendum non eſt:
cuius præparandi rationem *eodem loco* deſcriptam inuenies.

Ad vrinæ viã tuendã

Vrinæ autem iter recte tuebere, ſi candelam *butyro*, aut *oleo myrteo*, aut *roſaceo*, aut *amygda-
lino*, aut aliquo vnguento ex his, quæ cicatricem inducunt, illitam immittas. aut ea ex *em-
plaſtro chalcitidis*, vel *diapalma* fiat: quæ ſiue per ſe, ſiue ex aliquo oleo inuncta mirifice prodeſt. Si B
autem inter immittendum carunculæ, vel calli impedimentum, id eſt, eminentiam ſentias, ex viridi cera
hoc eſt, ex *ærugine æris commiſta* (vt Pharmacopolæ nouere) conflanda eſt. Aut aliquid *olei vitrioli diſtillati*,
et ceræ viridi, vel alicui dictorum Emplaſtro more artis admiſcero. Deſiccat enim, carnemque omnem
ſuperfluam minuit. Ita vt non modo præſeruandi, ſed etiam curandi præſentaneum ſit remedium. Quæ
omnia, quoties opus fuerit, repetenda ſunt.

Hæc habui de huius carunculæ morbo, quæ dicerem, cum præſertim breuitati pro virili co-
ſuleremus. Quæ ſi Medicis (vt ſpero) probabuntur, non dubito, quin & ægris
valetudinem medendo, & ſibipſi decus quam facil-
lime pariant.

FINIS.

C

IACOBI

D

E

IACOBI DONDI MEDICI AC PHILOSOPHI PATAVINI PRÆCLARI COGNOMENTO AGGREGATORIS NOMINATI.

ENVMERATIO REMEDIORVM SIMPLICIVM ET COMPOSITORVM AD AFFECTVS FERME OMNES, QVI A CHIRVRGO CVRANTVR, EX VETVSTISSIMIS ET OPTIMIS QVIBVS QVE AVTORIBVS.

Cui in fine acceſſit

EXAMEN LEPROSORVM
Autoris innominati.

Prodit
ANNO cIↃ IↃ CX.

Authores in hoc libro citati.

Albertus. | *Albucaſis.* | *Almanſor.*
Antonius Muſa. | *Apuleius.* | *Auicenna.*
Circainſtans. | *Colliget.* | *Dioſcorides.*
Galenus. | *Haliabas.* | *Ignotus.*
Iſaac. | *Kiranides.* | *Lapidarii author.*
Macer. | *Meſue.* | *Nicolaus.*
Plato. | *Plinius.* | *Præparator.*
Rhaſes. | *Sextus.* | *Serapio.*
Simon Genuenſis. | *Theſſalus.* | *Viatici Author.*

IACOBI

IACOBI DONDI PATAVINI MEDICI ET PHILOSOPHI PRÆCLARI, QVEM AGGREGATOREM COGNOMINANT;

Enumeratio remedio rum ſimplicium & compoſitorum ad affectus omnes, qui à Chirurgo curantur, ex vetuſtiſſimis & optimis quibuſque authoribus.

De apoſtematibus & pertinentibus ad ea. CAP. I.

Inflationes, apoſtemata, tumores diſſoluentia & ſedantia.

AGNVS. j. vitex. Plin. 24

Agrippa vnguentum. Nic. valet omnibus tumoribus in quacunque parte fuerint.

Alnus: Plin. 24. folia cum aqua feruenti.

Allium: Plinius *vigeſimo*. Macer cum adipe porci

Althaa: Serap. ſecundum Dioſc. ſoluit, maturat, & aperit.

Ammi: Plin. 20. Hali. Serap. ſecundum Dioſc. ſoluit inflationes.

Anethum. Iſaac.

Aniſum. Hali. Serap. ſecundum Galenum expellit inflationes ventris. ſecundum Dioſc. eſt conueniens in flationibus.

Apium. Serap. ſecundum Dioſc. ſemen inflationes reſoluit.

Abrotonum. Serap. ſecundum Dioſc. & Galen. cum *farina hordei*, reſoluit apoſtemata.

Aqua maris: Plin. *trigeſimoprimo*, cum *farina hordei cocta*.

Atriplex. Serap. ſecundum Dioſc. *cocta & cruda emplaſtrata*, reſoluit apoſtemata.

Bdellium. Hali. cum ſaliua ieiuni. Serap. ſecundum Dioſc. & Eben Meſ. *in decoctione*, diſſoluit apoſtemata.

Albu. *emplaſtratum cum rob dulci.*

Beda, vide Sicla.

Braßica. Plin. 20. domeſtica & ſylueſtris. Apul. *ſyluatica folia trita cum axungia veteri* Vide Caulis.

Butyrum. Iſaac. reſoluit apoſtemata.

Calamus aromaticus. Aui. Serap. ſecundum Habyx, *emplaſtrum*.

Cannabis. Sera. ſecundum Galenum inflationes & apoſtemata reſoluit.

Cancer. Auic. *fluuialis* ſuperpoſitus, magna reſoluit apoſtemata.

Caprificus. Plin. 23. *ligni & foliorum fumigium.*

Carus. Iſaac.

Caßia fiſtula. Colliget.

Caſtorium. Alman. Auicen.

Caulis. Mac. *cum vrina propria ſuperpoſita*. Vide Braſſica.

Centumcapita. Plin. 22. Sera. ſecundum Dioſc. *centumcapita albi*. putarunt quidam, quod ſuſpenſa ſuper apoſtemata aut emplaſtrata, reſoluat ea.

Cherifolium. Macer. *cum cera noua & axungia veteri.*

Cerotum Adromachi. Meſu. 11, *antido*. diſſoluit diſſoluenda.

Cicer. Iſaac. diſſoluit apoſtemata & minuit.

Cyclaminum. Sera. ſecundum Gal. admiſcetur medicinis reſoluentibus ſecundum Eben Meſ. ſoluit apoſtemata.

Cicuta Plin. 25, & 26. *folia cum axungia.*

Cyminum. Plin. 20. Al. Serapio.

Cimolia creta, Plin. 25. *cum aceto.*

Cyperus. Plin. 21.

Cypreſſus. Plin. 24. *ſuccus nucum eius cum ficu ſicca.*

Citrum. Haliabas *folia*.

Colocynthis. Hali. *folia viridia*, reſoluunt apoſtemata.

Condiſi. Sera. ſecundum Dioſc. *cum farina hordei & vino coctum emplaſtrum*, reſoluit apoſtemata in principio eorum.

Confectio de muſco. Auice. j. *quinti.*

Coriandrum. Plin. 20. *cum melle*. Mac. *cum melle & paſſulis*. Sera. *emplaſtrum cum farina fabarum.*

Cucumer erraticus. Plin. 20. & 23. Apul. *cucumeris agreſtis radix cum polenta.*

Crocus. Auicen. reſoluit apoſtemata.

Crocomagma. Plinius 21.

Dactyli. Auic. *decoctio eorum.*

Diachylon. Meſ. 11. *antid*. reſoluit & maturat omnem inflationem.

Ebenus. Haliabas.

Elleborus. Plin. 25, *albus.*

Epithymum. Alman. Auicen.

Eruum. Plinius 22. *cum vino.*

Fœniculum. Plin. 20. *folia linita.*

Fœnugræcum. Serapio. Haliab. *emplaſtrum cum ſemine lini.*

Fermentum. Serap. ſecundum Dioſcor. apoſtemata proprie in inferioribus corporis reſoluit.

Fæx vini & aceti. Plin. 23. Haliab. Auicen. *vſta ſola &*

cum nitro. Serapio *fex vini*, reſoluit apoſtemata non aperta.

Ficus, Serap. ſecundum Galenum *cum farina hordei, aut cum medulla panis fermentati.* Iſa. *ſicca cum hordeo & fœnugræco, non matura ſimiliter cum cera.*

Fiſtula paſtoris, Auicenna.

Furfur. Auicenna.

Flos æris. Serap. ſecundum Dioſcor. reſoluit apoſtemata.

Flos nitri, Plinius 31 *cum vino.*

Frumentum, Serap. ſecundum Dioſcor *cap ſputi maſticatum linitum*, reſoluit & maturat apoſtemata in corporibus ruſticorum.

Gith, Plin. 20.

Graſſula. Macer.

Hyoſcyamus Apul. *herba cum ſtercore ouis & aceto.* Macer. *folia cum polenta.*

Ieſemin, Auicen. *embrocata.*

Iuncus odoratus. Plinius 21. *ſemen.*

Iuniperus Plinius 24. *ſemen.*

Indicum, Auicen. detumeſcere facit. Serap. ſecundum Gal. diſſoluit & minuit apoſtemata mollia diminutione multa.

Inula, Plinius 20.

Lactuca, Plinius 20.

Lana, Plinius 29. *ſuccida.*

Liguſticum, Plinius 20.

Lini ſemen, Serap. ſecundum Dioſc. reſoluit & maturat calida apoſtemata *cum melle, & oleo, & aqua.* Hali. ſimiliter *cum oleo violarum.*

Lolium. Iſa. Sera. ſecundum Dioſc. *cum ſtercore columbi & vino*, ſoluit apoſtemata. Auic. *cum ſemine lini & vino coctum, vel ſtercore aſini, vel canis & ſemine lini diſſoluit ea.*

Lupini, Plinius 22. *cum polenta.*

Malua. Plin. 20. Iſa. reſoluit apoſtemata.

Markaſita, Hali reſoluit ea.

Menta, Ser. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum ſauich*, reſoluit apoſtemata dicta carſthimata. (Dioſc. ſimpliciter habet, diſſolui ab ea apoſtemata, quibus *cum polenta* imponitur.)

Mercurialis, Ignot. *tunſa appoſita.*

Myaces piſces, Plin. 32. *teſta eorum.*

Myrtus, Plinius 23.

Morus. Sera. ſecundum Dioſc. *lachryma eius* reſoluit apoſtemata.

Mulſa, Plin. 22.

Murex piſcis. Plin. 32. *cinis cum oleo.*

Nigella, Auicenna.

Nuces, Iſaac.

Oleaſter. Plinius 23. *folia cum vino, cinis etiam ramulorum.*

Oleum
- *Laurinum*, Auicen. reſoluit inflationes valde.
- *De ruta.* Auic. vt ibi.
- *Papaueris rubei*, Aui. 2. v. *cum adipe anſeris vel gallinæ*, ſoluit apoſtemata.
- *Anethinum*, Meſ. 12. *anti.*
- *Miche.* Hali. 19. *antidot.*

Oliua, Plin. 23. *cinis eius cum aceto.*

Oua, Kiranides *cortices aſſati cum oleo myrti.*

Petroſelinum, Serap. ſecundum Gal.

Phrygius lapis, Serap. ſecundum Dioſcor. *cum terebinthina vel ceroto* reſoluit apoſtemata.

Pyrites, vide Markaſita.

Pix, Sera. ſecundum Dioſc. reſoluit apoſtemata.

Porrum, Plinius 20. *biſcoctum.*

Pulegium, Plinius 20. *ſylueſtre.* Mac. *radix cum polenta.*

Plantago, Plinius 26 *folia cum ſale.* Macer.

Propolis cera. Plin. 22.

Pſyllium, Plin. 26. *ſemen.* Ignot. *infuſum in aqua emplaſtrum* collectiones omnes curat.

Rhecoma, Plin. 22. illinita.

Rheubarbarum. Sera. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cũ aqua* in apoſtemate antiquo.

Ruta, Serap. ſecundum Galen. confert inflationib. maxime.

Sanguis, Plin. 28. *vrſi & tauri aridus & ſiccus.*

Secacul, Gal. reſoluit apoſtemata.

Sicla, Auicenna. *elixa emplaſtrata*, reſoluit apoſtemata.

Sideritis, Plin. 22.

Sinapis, Auicenna. apoſtema antiquum reſoluit.

Siſymbrium, Auicenna.

**Siſon*, Ser. ſecundum Gal. *radix cum farina loli & hydromelite emplaſtrata.*

Sordicies, Serap. ſecundum Gal. vniuerſaliter reſoluit apoſtemata indigeſta, & illa, quæ accidunt propter ſodam.

Sotira, Auicen. *primo quinti.*

Sudor, Serap. ſecundum Gal. *hominis luctantis linitus* humores præter naturam reſoluit.

Sulphur, Plinius 25. diſcutit.

Spica, Auicenna.

Spongia Plin. 31. *ipſa & cinis eius cum paſta.*

Sputum, Serap. ſecundum Gal. *cum maſticatione frumenti*, reſoluit apoſtemata in ruſticis, ſed in corporibus mollibus ſufficit *ſputum ſolum, vel maſticatio eius cum pane.*

Squinanthum, Serap. ſecundum Dioſc.

Stercus, Plinius 28. *ſuis caleſactus cum oleo.* Serapio. ſecundum Galen. *cinis cum medicinis reſolutiuis* maxime prodeſt. Kir. *canis cum aceto & murium diſſolutum in aqua.* Sex, *columbi cum oleo & elephantis linitum & tauri applicatum.* Hali. a. *ouis* ſuper groſſa apoſtemata.

Teſticulus canis. Auic. phlegmatica apoſtemata reſoluit.

Tilia, Plinius *vigeſimo quarto, folia & cortex in vino cocta.*

Thymus, Plin. 21. *cum vino.*

Tragoriganum, Plinius 20.

Triticum, Iſa reſoluit apoſtemata.

Verbaſcus, Plinius *vigeſimo ſexto, ſemen coctum in vino.*

Vincaperuinca, Plin. 21. *cum vino.*

Viola, Plin. 21. Ignot. *folia cum axungia.* Macer. *cataplaſma.*

Viſcus, Almanſor.

Vitis, Plinius 23. *pampini & cinis veteris cum axungia.*

Vitis alba, Sera. ſecundum Dioſco. *radix cum rob. emplaſtrum, vel cum oleo diſſoluta, aut cum vino*, diſſoluit apoſtemata. Kir. *cum vino.*

Vnguẽtum
- *Baſilicon*, Ser. 28. *anti.*
- *Marciaton*, Nicol. tumores reprimit.
- *Ariſtolochia*, Theſſal. *cap. herba piſcium.*

Zinziber, Auicen. reſoluit inflationes.

Zurumbet, Serap. reſoluit apoſtemata proprie matricis.

Eru-

Eruptionibus Collectionibus, & Apoſtematibus conferentia

Acacia, Plin. 24.
Adeps porci, Serap. ſecundum Dioſc. *cum cinere & calce.*
Agaricum, Auic. omnibus confert.
Alkekengi, Serap. ſecundum Habyx, *ſuccus coctus linitus.*
Aloe, Sera. ſecundum Alcanzi, arabicum.
Althaea, Auicenna Apul. *cum fœnugraeco & ſemine lini.*
Amygdala, Plin. 24. *amara.*
Ammoniacum, Auice. apoſtematibus paruis primo, poſtea magnis ſine capite.
Amurca olei, Serapio. *cocta cum aceto & vino.*
Anagallis, Serap. ſecundum Dioſc.
Apium riſus, Apul. *cum fimo porci.*
Agrimonia, Plin. 26. *folia linita.*
Ariſtolochia. Theſſalus. *vnguentum ex radice*
Aron, Plin. 24. *cum melle.*
Arundo, Plinius *vigeſimo quarto*, *folia cypria arundinu.*
Balſamus. Plin. 23.
Bugloſſa, Plin. 27.
Butyrum, Iſa. Hali. Serap. ſecundum Galenum linitum in mulieribus & infantibus, curat apoſtemata eorum.
Caprificus, Plin 23 *frondes & folia.*
Caulis, Serap. ſecundum Galenum glutinat apoſtemata, ſecundum Dioſc. *agreſtis folia emplaſtrata*, conſolidat & curat apoſtemata indurata.
Cedrus, Plin. 23. *fructus eius. & 24. cortex, folia, & glandes.*
Cicer, Auicenna.
Cichorea, Plin. 20 illita.
Cinis, Plin. 28. *cornu, caput, vel fimi vituli.*
Citrum, Iſaac. *ſemina.*
Colocynthis, Auic. *folia.*
Coriandrum, Plin. 20. *cum melle.*
Clymia, Serap. ſecundum Dioſcor. apoſtematibus conuenit.
Elleborus, Plin. 25. *albus* applicatus.
Erum, vide *Orobus Eryngium*, Galen. *Simplicium* 6.
Fel, Plinius *vigeſimooctauo*, *lupi.* Auicenn. *aſini ſylueſtris.*
Galbanum, Auicenna.
Galla, Plin. 24.
Helyine, vide *paretaria.*
Hordeum, Plin. 22. *farina eius cocta & cruda.*
Hyoſciamus, Alman.
Hypericum, Auice. proprie frigidis & duris magnis confert.
Indicum, Colliget. Auicenna.
Keyri, Serap. ſecundum Galen. eſt medicina valde vtilis apoſtematibus.
Lac, Serapio ſecundum Dioſcoridem confert vniuerſaliter omni apoſtemati, vbi humores mordicantes currunt.
Lapathum, Apul. *cum axungia emplaſtratum*, aut ſpargit, aut collectionem facit & aperit.
Lentes, Plin. 22.
Lenticula aquae, Plinius 23.
Leucoion, vide Keiri.
Licon, Plin. 26. *quadã eius ſpecies* linita * forte *Leucoion.*
Lini ſemen, Hali. *cum melle maxime.*
Luf, Auic. apoſtematibus indigentibus abſterſione confert.
Manna, Sera. in medicinis apposita.
Mandragora, Apul. *cum polenta tunſa.*
Mercurialis, Haliab. *cum vino.*
Multipeda, Plin. *trigeſimo*, *cum quarta parte terebinthina.*
Myrtus, Plin. 23 *folia cum cera.*
Morus, Plin. 23. *ſuccus corticis vel radicis.*
Nuces, Sera. ſecundum Dioſc. *nucleus vetuſtarum* maſticatus ſuperpoſitus, curat apoſtemata, nempe gangrænas, anthracas, ægylopas, & alopecias.
Oleander, Plin. 23.
Oliua, Sera. *folia agreſtis cum melle* in apoſtemate dicto duo vlcera.
Orobus, Iſaac. *cum melle.*
Oua, Auic. apponuntur *in emplaſtris.*
Panis, Plin. 22. *in aqua & oleo.*
Parietaria, Galenus 6. *ſimplic.* Auicenn. ſedat.
Pilulæ alburmaki, Auic. 9. *quinti.*
Pix, Plin. 24. *ex nauibus exterius raſa.*
Poma, Galen. 2. *alimen. antiqua aſſata in calido cinere, aut bene cocta in aqua circum cataplaſmata naſcentia.*
Platanus, Plin. 24. *folia & cortex.*
Plumbum, Auicen *fricetur vnum eorum ſuper aliud cum aliquo ex oleis, aut fricatura eius cũ vino vel aliquo ſucco frigido.*
Pſyllium, Plin. 25. Ig. *ſemen tritum imbibitum aqua, emplaſtratum*, omnes collectiones curat.
Quinquefolium, Plinius *vigeſimoſexto*, *coctum in aceto.*
Ranunculus, vide *Apium riſus.*
Rhamnus, Plin. 26 *coctus in aceto.*
Rhecoma. Plin. 27. illinita.
Reſeda, Plin. 27. *circa Ariminum nota*, eſt herba, quã reſedam vocant, qui curant ea, addunt hæc verba: *Reſeda morbos reſeda, ſcis ne ſcis ne, quis hic pullos egerit: radices nec caput nec pedes habeant*, hæc ter dicunt, totieſque expuunt.
Rubea, Plin. 24. *ſemen eius & radix.*
Sauina. Plin 24.
Saluia, Sera. ſecundum Dioſc. *decoctio.*
Salix, Plin. 24. *ſuccus emanans à cortice inciſo.*
Sanguis, Plin. 28. *vrſi & tauri ſiccus.* Serap. ſecundum Dioſcoridem *hædi, agni, anſeris, & anatis*, apoſtematibus confert. Auicenn. *leporis* in leui apoſtemate.
Secacul, Colliget.
Semperuiuum, Apul *cum axungia, coriandro, & pane trito* appoſita, aut ſpargit aut rumpit.
Sudor, Sera. ſecundum Gal. *hominis luctantis cum puluere ſuo miſto oleo roſ.*
Smyrnium, Plin. 27. *radix.*
Stercus, Sera. ſecundum Galen. *bouis* linito membro apoſtemato.
Struthium, Ignot. *cum polenta hordei & vino.*
Tamariſcus. Plin. 24. *ſuccus foliorum.*
Taſſus barbaſſus, Auic. *decoctio foliorum*, & Plin. 25. *& folia radix.*
Terra ſigillata, Colliget.
Tilia. Plinius 24. *lachryma eius.*
Terebinthinus, Plin. 23. *folia & radix.*
Tribulus. Plin. 22.

Verbaſcum, vide *Taſſus*.
Verbena, Plinius 25.
Vinum, Plin. 22. *infuſa lana*. Serapio. *vetus dulce infuſa lana non lota*.
Virgapaſtoris. Auicen. vlceratis apoſtematibus confert.
Volubilis, Haliab. *cum vino cocta* ſuperpoſita.
Vnguentum diaphœnicon, Meſ. 2. *antidot*. apoſtematibus diuerſarum medicinarum confert.
Vnguentum colcotar. Hali. 24. *antid*. omnibus apoſtematibus de materia fluente ad membrum.
Vnguentum de calcandis. Auicenn. 11. *quinti*, ad prima apoſtemata confert. Serap. 28. *antidot*.

Tardantia & prohibentia apoſtemata.

A*Cetum*, Auicenn. prohibet aduentum vel augmentum apoſtematum.
Acetoſa, Hali. *folia cataplaſmata*.
Althaa, Ser. ſecundum Galenum prohibet. Auicen. ſimiliter.
Bolus armenia, Haliabas.
Beta, Serap. ſecundum Gal. *cocta*.
Chamaleoni, Auicenna.
Camphora, Auice. Circ. prohibet calida apoſtemata.
Hepatica, Serap. ſecundum Gal. prohibet calida.
Lapis molaris. Auicen. *vaporatio eius cum aceto*.
Lutum Samium, Auicenna. in calidis prohibet.
Ouum, Serap. ſecundum Galenum. *miſcetur in emplaſtris* prohibentibus apoſtemata, ſicut eſt *emplaſtrum de meliloto*.
Pſyllium, Auicenna. *prima parte*, 2. c. 1. integrum appoſitum.
Rhus vide *Sumach*.
Rubus canis, Sera. ſecundum Dioſco. *emplaſtrum foliorum recentium* prohibet.
Sanguis draconis, Serap. ſecundum Galen. *herba eius* prohibet.
Solanum, Auic. 1. *parte* 2. *canonis*.
Sumach, Auic. prohibet aditionem eorum.
Stercus, Serap. ſecundum Gale. *boum* linitum membro apoſtemato.
Talk, Auic. prohibet in principio apoſtemata, carnium laxarum.
Terra ſigillata, Serap. ſecundum Paulum, prohibet calida in principio, ſi non fuerit in membris mollibus.
Tribuli, Serap. ſecundum Gale. prohibent confirmationem calidorum. Hali. *marini*.

Prohibentia fluxum humorum ad apoſtemata.

A*Cacia*, Haliab. *Cimolia creta*. Plinius 25. *cum aceto*.
Poma, Serap. ſecundum Galen. *pontica & acetoſa ſtyptica* prohibent, quod currit ad apoſtemata in principio eorum.
Plumbum, Serap. ſecundum Gal. *oleum fricationis eius* ad apoſtemata calida mala.
Sandali, Serap. ſecundum Eben Meſ. fluxum prohibent humorum ad membra.
Sordicies, Sera. ſecundum Gal. prohibet fluxum ad apoſtemata calida mamillarum.
Tribuli Haliabas. *marini*.

Sedantia apoſtemata, & dolores eorum.

A*Lkanna*. Haliabas. *folia*.
Althaa, Sera. ſecundum Galen. ſedat dolores.
Cannabis, Serapio. ſecundum Dioſc. *radix ſylueſtris emplaſtrata* ſedat calida.
Caſſia fiſtula, Sera ſecundum Eben Meſ. ſedat apoſtemata ſanguinis.
Cherua, Sera. ſecundum Dioſc. *oleum eius cum cicuta*, ſedat phlegmatica.
Cucurbita, Sera. ſecundum Dioſco. *cum cruda emplaſtrata*, dolori calidorum confert.
Ebulus, Serap. ſecundum Dioſc. *folia recentium cum ſauich hordei* ſedat calida.
Fermentum, Serap. ſecundum Dioſcor. apoſtematibus inferioribus corporis.
Glandes, Meſ. Ser. ſecundum Dioſc. apoſtematibus emplaſtrum ſedat calida.
Hordeum, Sera. ſecundum Dioſc. *farina eius* ſedat dolorem calidorum.
Hyoſcyamus. Auic. ſedat dolores apoſtematum.
Laurus, Serap. ſecundum Dioſc. *folia cum pane & ſauich* emplaſtrata, ſedat pulſationes calidorum.
Lupinus Sera. ſecundum Dioſc. *cum ſauich & aqua*, ſedat calida apoſtemata.
Malua, Serap. ſecundum Eben Meſue, ſedat calida & curat ea.
Orchis Serap. ſecundum Dioſcor. *emplaſtrata* ſedat calida.
Panis, Serap. ſecundum Dioſcor. *frumenti coctus cum melicrato, & ſine decoctione cum aliqua herba vel aliquo ſucco conuenienti emplaſtratus*, ſedat calida.
Parietaria, Auicenn. ſedat apoſtemata.
Pinus, Serap. ſecundum Dioſcor. *emplaſtrum ex foliis*, ſedat dolorem.
Polenta Plinius 22.
Pulegium, Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum ſauich* calida.
Ricinus vide *Cherua*.
Sauina, Serap. ſecundum Dioſcoridem, *folia* ſedant calida.
Sarcocolla. Auicenna omnia apoſtemata ſedat ſuperpoſita.
Scea. Auicenna ſedat apoſtemata.
Stercus, Serap. ſecundum Dioſc *vacca* ſuperpoſitum cum humiditate ſua, & inuoluitur *in foliis, & caleſit in cinere calido, & ablatis foliis apponitur*, & ſedat calida apoſtemata.
Viola, Sera. *folia ſola, aut cum farina hordei*, ſedant calidum apoſtema.
Vſnee, Auicenna calida.

Apoſtematibus in principio eorum conferentia.

A*Cetum*, Serap. ſecundum Dioſcor. *lana non lota, aut ſpongia in eo*.
Aſphodelus, Sera. ſecundum Dioſc. *cum ſauich* in principio calidorum. Auic *cum farina hordei*.
Furfures. Auicen *cum aceto*.
Glandes. Serap. ſecundum Galen. in principio calidorum & augmento. Auicen.
Indicum. Auic. omni apoſtemati confert.
Lapis lacteus. Auic.
Lutum ſigillatum. Auicenna.
Lana. Serap. ſecundum Dioſcor. *infuſa in aceto, vel oleo, vel vino*.

Lutum

Lutum ſantium, Auic. prohibet in principio.
Parietaria, Gal. 6. ſimplic. Auic.
Poma, Serap. ſecundum Galen. *inſipida* apponuntur medicinis in principio & augmento *ſuccus eorum & folia*. Auicenna.
Pſyllium, Serap. ſecundum Habyx. *folia*.
Sandali, Hali. in principio calidorum.
Semperuiuum, Circ. valet ſuperpoſita repercutiendo.
Virga paſtoris, Serap. ſecundum Dioſc. in principio *emplaſtrum* etiam frigidorum confert.
Viola, Circainſt. *ipſa & herba* appoſitæ calidis in principio.

Maturantia apoſtemata & phlegmones.

ALthæa, Hali. Col. Serap. ſecundum Dioſc. *radix ſola trita non cocta*, ſoluit, maturat, & aperit, apoſtemata ſecundum Gale. maturat exituras, dum eſt recens. Auic. mollificat eã. Al. *maluauiſcus* mollificat.
Amomum, Serap. ſecundum Dioſcor. maturat calida.
Anethum, Iſa. Auic. Col. Hali. Serap. ſecundum Dioſcor. *coctum in oleo*, frigidis & crudis apoſtematibus. Beta, vide Sicla.
Butyrum. Auic. *non recens* maturat in corporibus nõ duris, vt infantium & mulierum proprie & poſt aures. Haliabas.
Caprificus. Plin. 23 *frondes & folia* mollificant apoſtemata.
Caulis, Auic. *ſylueſtris, domeſticus, & marinus*.
Cerotum Andromachi, Meſ. 11. *anti*.
Colocynthis, Auic. *folia viridia*.
Diachylon, Meſ. 11. *antid*. maturat & reſoluit omnem inflationem.
Faba freſa Plinius 22.
Fœnogræcum, Hali. Circ. *farina eius cum vitello oui* attenuat, & *cum terebinthina* maturat & rumpit.
Frumentum, Haliab. Serapio ſecundum Dioſcoridem.
Ficus, Plinius 23. *ſiccæ cum calce aut nitro*. Serap. ſecundum Galen. cum *farina frumenti*.
Galbanum, Circ. ſuperpoſitum, apoſtemata maturat & rumpit.
Hordeum, Plin. 22. *farina cum reſina*. Sera. ſecundum Dioſc. *cuſcib eius* phlegmatica & calida maturat. Circ. ad frigida apoſtemata maturanda *farina eius cum pice*, vel *terebinthina*, vel *melle*.
Lactis butyrum, Iſaac.
Lapathum rotundum, Circainſt. *decoctum in oleo cum axungia* ſuperponatur.
Lilium, Plinius 21. *ſuccus florum*. Macer ſimiliter.
Lini ſemen, Haliabas Serap. *emplaſtratum*.
Lupini, Circ. *cum oleo*, apoſtema frigidum maturant & rumpunt.
Malua, Iſa. *cum axungia, maluauiſcus* plus maturat.
Markaſita, Serap. ſecundum Dioſco. cum *reſina pini*. dura apoſtemata maturat.
Melilotum. Serap. ſecundum Dioſcoridem calida *apoſtemata*.
Narciſſus, Haliab. *capa eius*.
Panis, Plinius 22. *cum aqua & oleo* mollificat apoſtemata.
Pix, Plin. 24. Colliget.
Raphanus, Plin. 20.
Roſmarinus, Serapio ſecundum Dioſcoridem, *folia emplaſtrata trita* difficilis maturationis apoſtemata maturat.
Sanguis, Serap. ſecundum Gal. *hirci* vel *vrſi* ſuperpoſitus calidus, maturat cito. Auic. *leporis*.
Sapo. Serapio ſecundum Abaſari, maturat & colligit ſaniem.
Sicla, Auic. *elixa emplaſtrata*.
Sinapis, Almanſor.
Sputum. Serap. ſecundum Galen. *ſolum linitum* in corporibus mollibus maturat, vel *cum maſticatione panis*, ſed in corporibus ruſticorum fit *cum maſticatione frumenti*.
Triticum, Haliab. *maſticatum*.
Viſcus, Serap. ſecundum Dioſc. *cum reſina pini & cera æqualiter*.
Viticella, Circainſt. *radix cum farina, oleo & axungia*.

Calidis apoſtematibus & acutis conferentia.

ACacia, Auic. *cum albumine oui*. Haliab. ſuperpoſita. Circ. *cum ſucco plantaginis, & corrigiola*.
Acetoſa. Hal. herba *cataplaſmata*.
Adeps, Serap. ſecundum Dioſcor. *porci cum cinere & calce*, confert.
Aloanna, Col. Haliab. *folia*. Serap. ſecundum Dioſc. *foliorum emplaſtrum*. Auic. *decoctio*.
Alkekengi. vide *kekengi*.
Althæa, Auic. Hali maturat ea.
Amiberberis, Auice. *emplaſtrum* proprietate confert. Sera. ſimiliter.
Amomum, Serap. ſecundum Dioſc. maturat ea. Auicen. ſimiliter.
Apium, Serap. ſecundum Dioſc. *ſpeciei ſmyrnion emplaſtrum*, reſoluit ea. Auic. ſimiliter.
Aſphodelus, Auic. Serap. ſecundum Dioſc. Hali. *decoctio foliorum* manifeſte confert.
Atriplex. Iſa. Sera. ſecundum Gal. in principio. Hali. in ſtatu.
Auricula muris, Gal. 6. *ſimplic*.
Bolus armenus & commune. Haliab. *cataplaſmatum*.
Blitum. Auicen. Serap. ſecundum Eben Meſ. *emplaſtrum*.
Cannabis, Auic. *radix ſylueſtris cocta emplaſtrata*. Sera. ſecundum Dioſcoridem ſedat ea.
Camphora, Serap. ſecundum Eben Meſ. Auicenna, prohibet ea.
Canna, Serap. ſecundum Dioſcor. *folia recentia trita* ſuperpoſita curant.
Chamomilla, Aui. mollificando & reſoluendo confert, & ſedat ea.
Caſsia fiſtula, Serap. 7. *practica*.
Caſtorium, Auicen. confert.
Cauda equina, Almanſor.
Caulis, Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum foliorum agreſtis*, diſſoluit ea.
Centumcapita Serap. ſecundum Dioſc. confert.
Cerotum de ſandalis Meſ. 11. *antidota*. ſedat ea.
Ceruſſa, Haliab. *cataplaſmata*.
Cicer, Auicenna.
Cimolia. Haliabas.
Cypreſſus, Haliabas. *folia cum farina hordei*.
Coriandrum. Iſa. Auicen. *cum ceruſſa, aceto, & oleo roſ.* Serap. ſecundum Dioſcor. ſimiliter, addito *lithargyro*, multum confert. Hali. *folia & ſemen cum*

 mucilagine

mucilagine pſyllii, manifeſte prodeſt. Mac. *ſuccum cum aceto*.

Cucurbita, Serap. ſecundum Galen. *caro eius emplaſtrata*, extinguit & infrigidat ea temperate.

Diachylon paruum, Meſue. *11 antidot.* diſſoluit & maturat.

Dialthaa. Viaticus 7 *in cura apoſtematum.*

Ebulus. Sera. ſecundum Dioſ. *folia recentia cum ſauich hordei* ſanant.

Epithema eryſipelatis. Al. 7. *tractatu duodecimo cap.*

Fab, Serap. ſecundum Dioſcorid. *emplaſtrum ex farina eius ſola vel cum ſauich*, ſedat calida ex percuſſione accidentia.

Farina, Serap. ſecundum Dioſcor. *puluis molendi coctus cum melicrato*, aut cum *aqua & oleo*, reſoluit ea.

Fœnogræcum, Serapio. ſecundum Dioſcoridem, *farina eius.* Auicenna ſimiliter in apoſtematibus occultis.

Ferri ſcoria, Auicen.

Fex aceti, Alman. Haliabas.

Folium. Auicen. *coctum cum aqua roſ.*

Furfur, Auic. Serap. ſecundum Dioſcor. *cum aceto* in principio in apoſtematibus occultis.

Glandes, Serap. ſecundum Galenum adminiſtrantur in calidis in principio & augmento. Auicenna.

Hepatica. Serap. ſecundum Galen. prohibet ea. Cir. ſimiliter.

Holus iamenum, Serap. ſecundum Eben Meſ. *emplaſtrum*.

Hordeum, Auic. *ſolum & cum furfure ſuo.* Haliab. *emplaſtrum* diſſoluit ea. Circ. cum *aceto* in principio ad maturitatem *cum vitello oui*.

Hyoſcyamus, Serap. ſecundum Dioſc. *foliorum* aut *ſeminis emplaſtrum cum farina aut ſauich.* Auicen.

Hyſſopus herba. Serap. ſecundum Dioſcor. *emplaſtrum cum vino.*

Iris agreſtis, Serap. ſecundum Dioſcor. *radix emplaſtr.*

Karabe, Serap. ſecundum Alcanzi *appoſitum*. Auice. *appenſum*.

Kekengi. Auic. *emplaſtrum*, Haliab. *ſuccus.*

Lactuca, Plin. 20. Iſa. Auic. Serap. ſecundum Dioſc. & Gal. *emplaſtrum* in parum intenſis. Haliab. *ſuccus*, Cir. *cum oleo trita* in principio.

Lapis molaris. Auicenn.

Laurus. Serap. ſecundum Dioſc. *folia cum pane & ſauich* applicata, pulſationem eorum ſedat. Auic. ſimiliter.

Lenticula aqua, Serap. ſecundum Dioſcor. & Galen. *dulcis & marina emplaſtrata ſola vel cum ſauich.*

Lycium, Haliab. *cataplaſmatum.*

Lingua arietis, Auicen. Alman.

Lithargyrus, Haliab. Circa inſt. *cum ceruſſa & aqua roſ.*

Lini ſemen, Serap. ſecundum Dioſcor. *cum melle, & oleo, & aqua*, reſoluit & mollificat ea ſiue interius ſiue exterius. Auicenna lenit.

Lupinus, Auicenna *cum aceto & melle.*

Lutum ſigillatum. Auicenna.

Lutum ſamium. Auicenna.

Malua, Serap. ſecundum Eben Meſ. *emplaſtrum* ſedat & curat. Auicen. in principio & augmento. Circ. in principio.

Mandragora, Plin. 26 *folia*, Serap. ſecundum Dioſco. *emplaſtrum foliorum recentium cum ſauich*, confert apoſtematibus vulnerum & vlcerum calidis. Cir. in principio vngatur *oleo eius*, & etiam *cataplaſmetur ex foliis, vel puluere eius.*

Matricaria, Serap. ſecundum Dioſcoridem *emplaſtrum ex floribus.*

Melilotum. Auicen. proprie *cum careno & etiam cum vitello oui, farina fænugræci, vel ſeminis lini*, & etiam *papauere* ſecundum quod oportet. Sera. ſecundũ Dioſc. maturat coctum *cum rob.* &c. ſicut Auic.

Memithe. Auic. Haliab. *ſuccus* diſſoluit ea.

Myrtus, Auicen. *cum oleo & vino.* Haliabas *cum ſucco hordei.*

Muſcus herba. Auicenna.

Naſturtium. Serap. ſecundum Dioſc. reſoluit calida apoſtemata.

Nenufar, Serap. ſecundum Iſa. reſoluit calida apoſtemata. Auice. *radix.* Haliab. *ſuccus.* Nicol. *oleum eius.*

Ocimum, vide *Ozimum.*

Oleum nenufarinum.

Oleum cucurbitæ.

Oleum violatum ſedat ea Meſue *duodecimo antidotarii.*

Oliua, Auic. Serap. *folia agreſtis cum melle.*

Opium, Auic. maxime calidis confert. Circ. *cum ſucco corrigiolæ.*

Orchis, Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum* ſedat calida.

Ozimum fluuiale, Auic. *cum aceto & oleo.*

Ozimum commune. Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum aceto* vel *oleo roſ.*

Panis. Auic. *frumenti cum melicrato & ſuccis conuenientibus*, lenit ea & infrigidat ea. Serap. ſimiliter.

Papauer, Serap. ſecundum Dioſc. *folia fortiter trita cum ſauich emplaſtrata.* Circ. *ſemen* vel *herba cum oleo roſato* in principio.

Poma, Auic. *ipſa & folia.*

Portulaca, Auic. Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum ſauich.*

Plantago, Alman. Auicenna.

Plumbum. Serap. ſecundum Galen. *oleum fricationis eius roſatum*, aut *myrtinum*, aut *cytoniorum*, confert calidis apoſtematibus in virga, pectine & ano. Auic. & Cir. ſimiliter.

Pſyllium, Meſue. *emplaſtrum eius* vel *foliorum*, refrigerat ea. Auicenn. *conquaſſatum cum aceto.* Hali. *ſuccus herba recentis*, vel *mucilago ſeminis*, manifeſte confert. Circ. *cum ſaccello ſuperpoſitum.*

Rheubarbarum, Auic. *emplaſtrum.*

Roſa, Auic. *trita non expreſſa.*

Rubus, Circ. *folia ſumitatum cum aqua roſata* ſuperpoſita.

Ruta, Auic. *ſylueſtris cum ſale emplaſtrata.*

Sandali, Col. Serap. ſecundum Atabari, liniuntur cum eis apoſtemata calida. Hali. in principio, manifeſte conferunt, vel proſunt. Item Serap. ſecundum Iſa. rubei *cum ſucco ſolatri* aut *ſemperuiui*, aut *lenticula aqua.* Auicen. *rubei liniti.* Circ. *cum ſucco ſolatri.*

Sanguis, Auic. *leporis vel hirci*, maturat cito.

Sauina. Serap. ſecundum Dioſcoridem *folia eius* ſedant ea.

Sebedenigi, Auic.

Semperuiuum, Alman. Haliab. Ser. ſecundum Galenum.

Sinapi, Auicen.reſoluit ea.
Siſamum. Auicen.reſoluit ea.
Solanum, Auice. *emplaſtrum*. Halia.*ſuccus*.Circainſt. in principio.
Scoria ferri. Auic.reſoluit ea.
Squinanthum, Auic.*decoctio*.
Stercus.Serap.ſecundum Galen.*vaccarum paſcentium herbam recens* ſedat.
Terra, vide *lutum*.
Terra ſigillata. Serap. ſecundum Paulum, in principio prohibet ea.
Tragacantha, Circ. diſſoluta *cum ſucco vermicularis* in principio apoſtematum.
Tribuli, Serap. ſecundum Dioſc. fit *emplaſtrum ex eis*. Secundum Gal.prohibent, ne confirmetur.
Vinacea, Sera. ſecundum Dioſcoridem, *emplaſtrum* cum ſale.
Viola, Serap. ſecundum Gale. *folia ſola vel cum farina hordei*. Auicen. *ipſa & folia cum ſauich hordei*. Circ. in principio.
Virga paſtoris, Haliab. Serap.ſecundum Dioſc.Aui. phlegmoni. Circ.in principio.
Vitis. Almanſor.*folia*.
Volubilis magna. Meſue.
Vſnee, Auicenna. ſedat ea.
Vnguentum berudi. Haliab.14, *antidot*.

Sanguineis apoſtematibus conferentia.

A*Deps*, Serap.ſecundum Dioſc. *vrſi*.
Althea. Auicenna reſoluit ea.
Caſſia fiſtula, Serap. ſecundum Eben Meſue, ſedat ea.
Coriandrum, Sera.*aqua eius linitio*.
Roſa.Serap.*ipſa & oleum eius*.
† *Silphithon*, Plinius 22.

Eryſipelati conferentia.

A*Cacia*, Serapio. ſecundum Dioſcoridem ſuccus eius confert.
Acetum, Auic.*ſumptum & linitum*.
Aerugo ferri. Serap. ſecundum Dioſc.cum *aceto illita* aufert Auic.
Alkanna, Serap.ſecundum Galen.adminiſtratur in medicinis ad hoc.
Alkerengi, vide Kerengi
Anagallis, Serap. ſecundum Dioſcor. prohibet eryſipelas.
Anchuſa, vide *Lactuca aſini*.
Aper, Kiran.*ſtercus eius cum aceto, vel fel*.
Arundo, vide *Canna*.
Aſphodelus, Haliab. *decoctio ſuperfuſa* manifeſte confert.
Atriplex, Serap.ſecundum Gal. in principio, ſed *agreſtis* in fine.
Beta, Serapio ſecundum Dioſcoridem, *cocta cum foliis*.
Calamenthum, Theſſalus. *ſuccus cum ceruſſa & roſaceo*.
Coltotar, Auic.*cum aqua coriandri*.
Canna, Sera.ſecundum Dioſc. *folia recentia trita* appoſita, curant. Auic. *arundinis folia humida* ſuperpoſita.
Cannabis. Auic.*ſylueſtris radicis decoctio*.
Caulis, Serap.ſecundum Dioſc. *folia ſola trita*, vel cũ *ſauich emplaſtrata*. Secundum Galenum, eryſipelati indurato confert.
Cicuta, Serap.ſecundum Dioſc. *emplaſtrum ex ſucco ſeminis*, Auic.*ſuccus*.
Cypreſsi folia & nuces. Serap.ſecundum Dioſc. *nux ſola*, vel *cum ſauich*, vel *cum hordeo & aceto cum aqua miſto*. Auic.*cum farina hordei*.
Coriandrum. Iſaac. Col. Serap, ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum pane & ſauich*. Hali. *folia*.
Cucurbita. Serap.ſecundum Dioſ.*raſura eius cum medulla panis*.
Crocus, Auic linitus. Serap.ſecundum Dioſ.*vnguentum ex eo*.
Endiuia, Serap.ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum ſauich*.
Fel, Serap.ſecundum Dioſc. *tauri* ingreditur in vnguentis prohibentibus. Auic.ſimiliter. ad vlceratam & dolores eius, & *fel* etiam *aſini ſylueſtris* ponitur in emplaſtris.
Ficus, Auic.*cum farina hordei*.
Gallus, Kiran.*ſanguis*.
Homo, Auic.*ſtercus eius calidum*.
Indicum, Serap. ſecundum Dioſc. *foliorum emplaſtrũ* curat Auic.*cum farina hordei*.
Hyoſcyamus, Auic.
Intybus, vide *Endiuia*.
Kekengi, Ignotus *cum polenta*.
Kitran, Serap. ſecundum Gal.& Dioſc.ex humoribus groſſis, curat factum.
Lactuca Ser.ſecundum Gal.& Dioſ.in his, quæ ſunt debilis inflammationis confert. Iſa. Auic.
Lactuca aſini. Gal.6.*ſimplic*.intus & extra. Auice.*cum farina hordei* applicata.
Lentes, Iſaac, Serap. *cocta in aqua maris*.
Lenticula aqua. Serap. ſecundum Dioſc.*ſola*, vel *cum ſauich emplaſtrata*.
Lilium, Auic.*folia & ſemen cum vino emplaſtrata*. Sera. ſecundum Dioſc ſimiliter.
Lingua arietis. Auic. *cum ceruſſa & cimolea*. Serap.ſecundum Dioſc.*plantago cum cimolea vel ceruſſa*.
Lithargyrus. Circ.*cum oleo roſato*.
Lumbrici terreſtres. Kir.*cinis eorum cum aceto*.
Malua. Auicen.Serap. ſecundum Dioſc.*trita cum oleo* curat.
Mandragora. Serap.ſecundum Dioſcor.*radix fortiter emplaſtrata cum aceto*. Auic.ſimiliter.
Matricaria, Ser.ſecundum Dioſ.*emplaſtrum ex florib*.
Memithe. Serap.ſecundum Gal.curat eam, quæ non eſt fortis. Aui. ſanat fortem in corporibus duris & non paruam & non in corporibus teneris.
Myrtus, Serap.ſecundum Dioſc. *foliorum emplaſtrum cum oleo omphacino, vel roſato & vino*, Auic.*cum oleo & vino*.
Muſcus herba, Auic.
Nuces, Serap.ſecundum Gal.*oleum*, ſecundum Dioſ. *caro vetuſtarum maſticata*.
Oleum violatum, Nic.*cum farina hordei*.
Oliua agreſtis. Auic.Serap.*folia emplaſtrata*.
Opium. Serap.ſecundum Dioſcorid. *diſſolutum in aceto*.
Orchis, Serapio ſecundum Galenum ſuperpoſita curat.
Ouum, Auic.*cum oleo*.
Papauer. Auicen.Serap.ſecundum Dioſco.*folia cum ſauich*.

Parietaria, Auicen. *ſuccus cum ceruſſa.*
Pentaphyllon, Auicenna.
Portulaca, Auicenna.
Pſyllium, Meſue. Auic. *conquaſſatum cum aceto.*
Rhamnus Serap. ſecundum Dioſcoridem & Galen. *folia in ea, quæ eſt tepida caliditatis.* Auicen. *emplaſtrata.*
Roſa, Serap. ſecundum Dioſc. *folia cocta non expreſſa.* Auic. *recens trita.*
Ruta, Serap. ſecundum Dioſcor. *cum aceto, oleo roſato & ceruſſa.* Auicen. *cum aceto & ceruſſa.*
Rubus, Auic. *folia.* Haliab. *ſuccus foliorum.*
Sal, Serap. ſecundum Dioſcor. *emplaſtratum vel linitum cum hyſſopo*, prohibet augeri.
Sandali, Auicenna, proprie *rubei* liniti.
Sanguis menſtruus, Auicenna. ſecundum quod dicitur.
Sauina, Serap. ſecundum Gal. *cum melle.*
Semperuiuum. Serap. ſecundum Galen. & Dioſc. *emplaſtrum*, Haliab. *ſuccus foliorum.*
Solanum, Serap. ſecundum Dioſcor. *folia cum cicuta emplaſtrata*, vel *ſuccus cum ceruſſa, lithargyro, & oleo roſato.* Auicen. ſimiliter.
Stercus, Auicenna *pecudis.*
Tithymalus, Serap. ſecundum Gal. *lac* curat, *& folia, & ſemen.*
Virga paſtoris. Auic. Sera. ſecundum Gale. de medicinis melioribus ei, quæ extenditur & ambulat de membro ad membrum, ſecundum Dioſcor. *emplaſtrum.* Haliab. *folia.* Circ. appoſita in principio.
Vitriolum, Serap. ſecundum Dioſc. extinguit eam.
Vnguentum { *Violatum.* / *De ceruſſa.* / *Roſatum.* Meſ. *12. antid.* }
Vrina, Serap. ſecundum Galen. & Dioſcor. *ſedimen*, quod reſidet in fundo, velut *fex* linitum, ſedat eam. Auicen. *fex vaſis.*

Formicæ conferentia.

A*cacia*, Serap. ſecundum Dioſco.
Acetum, Auic. Serap. ſecundum Dioſcor. *lana non lota, aut ſpongia infuſa.*
Amygdala amara, Serap. ſecundum Diſcor. *cum melle.* Auicenna ſimiliter.
Colcotar, Auic. *cum aqua coriandri.*
Capilli, Plinius *28. adusti.*
Cardo, Serap. ſecundum Dioſc. dicunt aliqui, quod curet ſpeciem formicæ, quæ dicitur paragodos.
Caries lignorum, Serap. ſecundum Dioſc. *cum tanto aniſi confectum cum vino comburatur in pecia, & contritum* apponatur.
Caulis, Serap. ſecundum Gal.
Chamaoitis. Auic. Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrata cum melle* prohibet dilatationem. Al.
Chelidonia, Auic *cum vino.*
Cicuta. Serap. ſecundum Dioſcor. *emplaſtrum ex ſucco ſeminis.* Auic. *ſuccus.*
Cytoniorum oleum. Auic.
Cypreſſi folia & nucis, Serap. ſecundum Galen. *cum hordeo, & aceto, & aqua.* ſecundum Dioſcoridem *nux ſola cum ſauich.* Auicenna, *cum hordeo, & aceto, & aqua.*
Coriandrum, Serap. ſecundum Dioſcor. *emplaſtrum cum pane aut ſauich.*
Curcuma. Serap. ſecundum Dioſcor. *emplaſtrum radicis cum vino.*
Elleborus, Serap. *7. practicæ.*
Ficus, Serap. ſecundum Dioſco. *immatura cum farina frumenti, & nitro, & lac arboris* non ſinit dilatari linita circumquaque maxime *admiſta pinguedine porci.* Iſa. non maturæ piſtatæ appoſitæ, vlcera formicæ ſanant.
Formica, Kiranides *eorum decoctio.*
Gallina, Kiranides *ſtercus eius recens.*
Indicum, Serap. ſecundum Dioſc. *foliorum emplaſtrum* curat. Auic *cum farina hordei.*
Lentes, Auicenna, *cum aqua maris cocta.* Serap. ſimiliter.
Lycium, Serapio ſecundum Galen. & Dioſco. Auic. Haliabas.
Lini ſemen, Serap. ſecundum Dioſc *cum vino coctum.*
Lingua arietis, Auic. Serap. ſecundum Dioſcor. *folia plantaginis* prohibent dilatari
Malua, Mac. *nigra.* Auicenna.
Muſcus herba, Auicenna.
Myrtus, Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum foliorum cum vino & oleo roſ. vel omphacino.* Auicen. *cum oleo & vino.*
Nigella, Haliab. *cum aceto.*
Oliua agreſtis, Auic. Serap. *folia.*
Olibanum, Serap. ſecundum Dioſcor. *cum aceto & oleo linitum* in principio eius aufert.
Orchis, Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum* eius prohibet dilatari. Auic.
Parietaria, Auic. *ſuccus cum ceruſſa.*
Pentaphyllon Auicen.
Pinus, Serap. ſecundum Dioſc. *cortex trita cum chalcantho*, prohibet vlcera dicta formicæ ne augeantur.
Pix humida, Serap. ſecundum Dioſco. *cum ſulphure, aut cortice pini maſculi* linita, non ſinit dilatari. Auic. *cum ſulphure* prohibet ambulationem.
Pſyllium, Auic. *conquaſſatum cum aceto.*
Rhamnus. Serap. ſecundum Gal. & Dioſ. *folia* in ea, *quæ eſt tepida* caliditatis.
Rubus, Auicenna folia prohibent. Haliab. *ſuccus foliorum.*
Ruta, Serap. ſecundum Dioſcorid. *cum aceto, oleo roſat. & ceruſſa*, Auic. ſimiliter.
Sal, Serap. ſecundum Dioſcoridem, *cum aceto & hyſſopo*, prohibet augeri. Auicen. ſal prohibet dilatari.
Salamandra, Kir. *cinis cordis* aſperſus.
Salix, Auic. *cinis eius cum aceto.*
Secatura corroſionis, Auic.
Semperuiuum, Serap. ſecundum Dioſcorid. *emplaſtrum* Hali. *ſuccus foliorum.*
Solanum, Serap. ſecundum Dioſ. *folia cum cicuta emplaſtrata*, vel *ſuccus cum ceruſſa, lithargyro, & oleo roſ.* Auic. *aqua eius.*
Stercus, Serap. ſecundum Dioſc. *capra coctum cum aceto aut vino.*
Teſtudo. Auicenna *cinis eius.*
Teſticulus canis. Auicenn. prohibet dilatari. vide *Orchis.*
Thus, vide *Olibanum.*
Tithymalus. Ig. *ſuccus* illinitus.
Virga paſtoris. Serap. ſecundum Dioſco. *emplaſtrata*, Hali. *folia.* Auic.

Igni ſacro conferentia.

ACacia. Plin. 24.
Adeps, Plin. 28. *vrſi, & maxime renum*. Et 30. *anſeris*.
Aerugo ferri. Plin. 24. *cum aceto*.
Allium. Plinius 20. *vſtum cum oleo*.
Alkekengi. vide *Kekengi*.
Amurca oliuarum, Plin. 23.
Atriplex. Plinius 20. *cum aceto & melle*. Macer ſimiliter.
Arundo. Plin. 24. *folia cypria arundinis*.
Aizoon, Plin. 26. Macer.
Baccar. Plinius 21.
Beta, Plinius 20. *cum alumine pauco*.
Capilli, Plin. 28. *vſti*.
Capra, Sextus. *cornu vſtum cum aceto ſquillitico* mitifice operatur.
Caſeus, Plinius *vigeſimooctauo*, *capræ ſiccus cum porro*.
Caulis, Auicenna. Serap. ſecundum Dioſcorid. *cum ſale*.
Ceruus. Plin. 28. *abraſio cutis cum pumice in aceto*.
Cicuta, Mac. Plin. 26. *folia*.
Coriandrum, Serap. ſecundum Dioſc. *cum melle & oleo*. Auic. ſimiliter. Macer. *ſuccus cum aceto*.
Cucurbita, Plinius 20. appoſita *vel ſemen eius*.
Crocus, Plin. 21. *flos eius*.
Elleborus. Colliget.
Ericius, Plinius 30. *fungus eius*.
Fæx aceti. Plinius 23. *cum cera*.
Fimus. Plin. 28. *vituli recens & bubuli*. Auice. *ſtercus columbi cum melle & ſemine lini*.
Graſſula, Mac. *cum albumine oui*.
Gryllus, Plinius 30. *illinitus contritus manibus*, quo genere præſtat, vt qui id fecerit, antequam incipiat vitium, toto eo anno careat.
Hyſſopus, Plin. 30. *cum roſaceo & pompholyge*.
Kekengi, Ig. *foliorum cataplaſma*.
Lacticinia, Auic. *cum ceroto*.
Lactuca, Plinius 20.
Lentes. Plin. 22.
Lentiſcus, Plin. 24. *ſemen, cortex & lachryma*.
Lycium, Plinius 21. *ſemen*.
Lupini. Serapio. Auic. *cum farina hordei*.
Malua. Plinius *vigeſimo*. *folia cocta in oleo*. Macer ſimiliter.
Mandragora, Plin. 26. *radix ſicca*. Ignot. *cum aceto trita*. Apuleius ſimiliter.
Menta, Apul. *trita cum ſulphure & aceto*.
Myrtus, Plinius 23.
Naſturtium, Auicenna.
Oliua, Plin. 23. *folia & amurca oliuarum*.
Opopanax, Auicenna.
Orobus, Sera. ſecundum Dioſcoridem, Auic.
Ouum, Plin. 29. *albumen cū oleo vel amylo ſuperpoſitis foliis betæ*. Sex. crudo liniatur, & ſuper *folium betæ*, miraberis ſanitatem: vel *duorum albuminum decoctio cum ceruſſæ duorum denariorum pōdere & myrrha parum*.
Papauer, Plin. 20. *folia*. Macer. ſimiliter. Ignot. *capita eius trita cataplaſmata cum polenta, vel papauer cum aceto tritum*.
Perſonacia. Plinius 26. *radix*.
Pilulæ tal ari, Hali. 17. *antidot*.
Pix humida, Serapio. ſecundum Dioſcoridem. *cum paſſulis & melle*, aufert eſcharas vlcerum, quæ dicuntur pruna.
Polygonum, Ignotus, Plin. 27. *folia illita*.
Portulaca, Plinius 20. *cum ſale*.
Plantago. Mac. Plin. 26. *cum creta cimolea*. Ign. ſimiliter, & *cum ceruſſa*. Auic. *lingua arietis*.
Rana Plinius 32. *venter viuentis* ſuperpoſitus.
Roſa. Plinius 21. *ſemen*. Mac. *roſa trita*.
Rubus, Plinius 16. *flos minorum*.
Rubrica, Plinius 35. *quadam ſpecies terræ*.
Ruta, Plinius 20. *cum aceto*. Macer. *ſuccus cum ceruſſa, oleo roſato, & aceto*, mirabile eſt.
Sauina, Plinius *vigeſimoquarto*, *cum melle* linita. Apuleius ſimiliter.
Sal, Plinius 31. *cum aceto*.
Sanguis menſtruus. Plinius 28.
Semperuiuum, Ignotus, *tritum cum polenta* appoſita, vel *ſola*.
Serpentis ſenecta, Plinius *trigeſimo*, *cum ſeuo agni & bitumine*.
Siler, Plinius 20. & 21.
Silurus piſcis, Plinius 32. *cinis capitum ſalſorum cum aceto*.
Sideritis, Plinius 22.
Spongia. Plin. 31. *cum aceto*. efficacior ignibus ſacris, quam aliquid imponi oportet, ſicut ſanas quoque partes ſpecioſe cooperiat.
Spuma argenti, Plin. 33. *cum ruta, myrto & aceto*.
Stratiotes. Plin. 24.
Strychnum, Macer. *folia cum polenta addita ceruſſa, ſpuma argenti, & oleo roſato*. Apuleius *ſuccus ſuperlinitus*.
Terra cimolia, Serap. ſecundum Dioſcoridem, linita.
Teſtudo. Plin. 32. *ſanguis cuiuſcunque linitus*.
Vermes terreni. Plin. 30. *cum aceto*.
Vermicularis. Ignot. *herba cum polenta*.
Vipera, Plinius *trigeſimo*, *caput vſtum vel ſiccum cum aceto*.
Vitis, Plinius 24. *cinis eius cum oleo & vino*.
Vnguētum { *Kermes*, Auicen. 9. 5. / *Roſatum*, Meſ. 11. *antidot*. igni ſacro. / *Violatum*. Meſ. 11. *anti*. igni ſacro. }

Veſicis conferentia.

APium raninum, Galen. 6. *ſimplic*.
Colla, Auicen. *piſcium & de coriis* in veſicis combuſtionis confert.
Oleum myrtinum. Plinius 23.
Oſtraca, Plinius 31.
Polium, Plinius 21.
Sordicies balnei, Auicen.

Ad Scere, vel Scyre, vel epinyctides ſecundum plurimum conferentia.

ABſynthium, Plin. 27. *cum aqua*. Serap. ſecundum Dioſc. ſimiliter.
Amygdala amara, Plin. 23. *cum vino*. Serap. ſecundum Dioſc. & Auicenna ſimiliter.
Aper, Plin. 28. *dens eius*. Sex. *axungia eius immiſſa roſ*. epinyctidas puſtulas, quæ nocte grauant corpus, ad ſanitatem conuertit.
Braſſica, Plin. 20. Vide *Caulis*.
Caprificus Plin. 23. *folia cum aceto*.

Caulis

Caulis, Sera. ſecundum Dioſc. *folia trita ſola, vel cum ſauich.* Vide *Braßica.*

Coriandrum, Plin. 20. Serap. ſecundum Diſcor. *cum melle & oleo.* Auic. ſimiliter.

Cucumer, Serap. ſecundum Dioſc. *folia cum melle.* Auic. ſimiliter.

Ficus, Serap ſecundum Dioſc. *ſicca cum nitro, farina, aceto, & ſale.* Auic *folia ficus* ſuperpoſita.

Gluten, Plin. 22. *piſcium.*

Laurus, Plin. 23. *bacca cinis cum oleo linita.*

Lingua arietis. Auic. Serap. ſecundum Dioſco. *plantago.*

Marrubium, vide *Praſium.*

Meltrites lapis. Plin 36.

Myrtus Plin. 23. *folia.*

Oleaſter, Plin. 23. *flos.*

Oliua ſylueſtris, Plin. 23 *folia*, Auic. *fructus.*

Paſſula, Plinius 23.

Pepo, Plin. 20. *cortex, & folia cum melle.*

Plantago, vide *Lingua arietis*

Porrum, Plin. 20. Serap. ſecundum Dioſcor. *ſumach.* Auicenna ſimiliter.

Praſium, Plin. 20. *cum pice.*

Ruta, Plinius 20.

Siſymbrium, Plinius 20.

Stercus Plin. 30. *ouis calefactum.* Serap. ſecundum Dioſcor. *arietis emplaſtrum cum aceto curat.*

Tamariſcus. Plinius 24. *vinum decoctionis cum roſaceo & cera.*

Viſcum, Auicenna, Serap. ſecundum Dioſcor. *emplaſtrum.*

Vrina Haliab. *hominis.*

Nuces. Plin. 33. *veteres.*

Oleander, id eſt, *rhododaphne.* Plin. 23. *ipſe & fructus cũ melle.*

Oleaſter. Plin. 23. *folia cum vino.*

Oliua, Plin. 23. *ſuccus foliorum.*

Opopanax. Serap. ſecundum Dioſcor. cum *paſſulis* aperit eas.

Panax, Plinius 20. rumpit.

Papauer cornutum. Plin. 20. *folia.*

Paſſeres. Kiranides, *ſtercus cum adipe porci* frangit.

Paſſula. Plinius *vigeſimotertio*, *ſine nucleis cum ruta.*

Pecus, Plinius *trigeſimo*, *fimus eius* incipiente carbunculo.

Piſces. Plinius *trigeſimoſecundo*, *& coracinorum ſalſamenta, coracini carnes, & muli piſcis ſalſi aduſti cum melle.*

Pix, Plin. 24.

Porca, Plinius *vigeſimo octauo*, *cerebrum coctum illitum.*

Polenta. Plinius *trigeſimo aſperſa apibus mortuis in melle.*

Plantago. Plinius. 26. Ignotus.

Quercus. Plinius *trigeſimoſexto*, *carbones eius cum melle.*

Ruta. Plinius *vigeſimo*, *cum aceto.* Apuleius. appoſita.

Sal, Auic. *cum melle & paſſo emplaſtrum.*

Sauina, Plinius 24. *cum melle* linita. Apuleius ſimiliter.

Sinapi. Plin. 20. *cum fermento.*

Scea. Auicenna. ſedat.

Tithymalus Ignot. *ſuccus* linitus.

Carbunculis conferentia.

ABrotonum: Ignotus *cum farina tritici coctum.*

Alkekengi minus Auic. 1. *quinti.*

Anſer Kiranides *cerebrum cum paſſulis enucleatis.*

Apes. Plinius 30. *quæ mortuæ ſunt, in melle poſita cum polenta.*

Aper, Sextus *cerebrum melle* appoſitum, mirifice ſanat.

Aſphodelus, Serap. ſecundum Dioſco. *radix cocta cum fæce vini.*

Betonica, Plin. 26. Muſa *cum calida ſumpta & applicata cum axungia.*

Braßica, Plinius 26. *cum thure.*

Caſeus. Plin. 28. *caprinus tritus cum oxymelle* impoſitus. Sex. *cum porro ſectiuo* impoſitus.

Columbus, Plin. 30. *fimus eius per ſe, vel cum ſemine lini & aceto mulſo.*

Coriandrum Plinius 20.

Coctanum Plinius 13. *lanugo eius cum vino & cera linita.*

Eruum Plin. 22. *cum vino.*

Fermentum Iſa. *cum ſale & oleo* maturat & aperit.

Ficus, Auic *propriè cum ireos, vel nitro, vel calce* Plin. 23. *ſicca in vino cocta.*

Lac, Auicenna. multoties ſanantur bibitione eius.

Lapis phrygius: Serap. ſecundum Dioſcor. *cum terebinthina vel ceroto* reſoluit.

Laſer. Plin. 22 *cum ruta vel melle.*

Naſturtium. Auic. *emplaſtrum cum aqua & ſale.*

Nigella. Serap. ſecundum Dioſc. cum *vrina antiqua* confert.

Anthraci conferentia.

NAſturtium. Mac. *recens cum fermento.*

Oliua. Serap. ſecundum Dioſc. *matura emplaſtrata.*

Sauina, Macer. *cum melle.*

Sapphirus lapis, Alber. dicit ſe vidiſſe duas anthraces fugaſſe.

Herpeti eſthiomeno conferentia.

ALlium, Cir *folia capitum trita emplaſtrata cum pipere.*

Alkanna. Circ. herperi granuloſo valet, abluto prius loco cum calida, diſtemperetur *cum albumine oui & aceto* liniatur, & parum poſt remoueatur, & lauetur iterum, & liniatur, & fiat ſæpe.

Alumen. Auicen. *cum tanto facis vini, & tanto ſalis gemmæ*, in herpete corroſiuo.

Aizoon. Plinius 26 Ignotus, Macer.

Arſenicum, Alman. Auicen.

Atramenta, Auicenna.

Cicuta, Plinius 26 *cum ſiligine & mero.* Macer.

Elleborus Meſue. *niger.*

Iuniperus. Auicen. *puluis fructus cum melle.*

Lacticinia, Auic. *radix in ceroto.*

Lentes, Auicenna *cocta in aqua maris.* Serapio ſimiliter.

Lupini. Auicenna.

Lutum ſigillatum. Auicenna.

Plumbum. Circainſtans. *vnguentum factum ex oleo fricato in mortario plumbeo.*

Pſyllium, Circainſtans. in ſaccello ſuperpoſitum herpeti.

Ruta,

Ruta, Macer. *ſuccus cum ceruſſa roſaceo, & aceto.*
Scea. Auicenna prohibet herpetem eſthiomenum.
Strychnum, id eſt. *ſolanum.* Mac. *folia trita cum polenta addita ceruſſa, ſpuma argenti, & oleo roſato.*
Trochiſci de arſenico, Diuiſiones *antido. de medicinis oris.*
Vermicularis. Ignot. appoſita.
Vnguentum diaphœnicon Meſ. 11. *antidot.*

Exituris, Suppurationibus, & Adubelet conferentia.

Agnus caſtus, Serap. ſecundum Dioſc. *ſemen cum foliis* curat exituras.
Allium. Plinius 20. Auicen. intrinſecus dubelet, & *cinis eius* conuenit eis.
Alkekengi maius, Auicen. 2. *quinti* adubelet confert vide *Kelkelengi.*
Althæa, Serap. ſecundum Dioſc. confert ſecundum Gal. maturat.
Anagallis. Galenus 6. *ſimplic.* putredini membrorum valet.
Anethum, Serap. ſecundum Dioſc. *coctum in oleo* reſoluit.
Aniuden, Sera. ſecundum Dioſc. *cum ceroto* reſoluit eas. Vide *Aſſa.*
Ammoniacum, Serap. ſecundum Dioſc. reſoluit eas.
Apium, Serap. ſecundum Dioſcoridem, *ſpecies ſmyrnion.*
Abrotanum, Gale. 6. *ſimpl. coctum cum farina hordei*, reſoluit eas.
Arſenicum, Serap. ſecundum Dioſc. *cum adipe* reſoluit. Auicenna putredini membrorum valet.
Aſphodelus, Serap. ſecundum Dioſc. *radix cocta cum fæce vini.*
Aſſa, Auicen. apparentibus & occultis, adubelet eſt bona. Vide *aniuden.*
Berſeguaſcen. Auicen. Galen. 6. *ſimpl.* dubelet confert.
Calx, Circ. *cum ſeuo & oleo*, putrida apoſtemata iuuat.
Karabe, Circ. *cum ſeuo & oleo* putrida apoſtemata iuuat.
Capra, Sextus. *caro combuſta cum aqua*, diſcutit eas.
Centaurea minor. Serap. ſecundum Galenum. *ſicca in vnguentis*, curat malas antiquas & profundas.
Cerrus, Plinius 24. *cortex, folia, & glandes.*
Cyclamen, Serap. ſecundum Dioſc. *radix cum aceto & melle*, curat exituras. Secundum Eben Meſue, reſoluit eas.
Cicer, Serap. ſecundum Galen. *ſpecies eius dicta cerſeni* & ſunt *cicera minuta alba*, curant exituras malas *cum melle.*
Cucurbita. Plin. 20. *caro eius ſine ſemine.*
Daucus, Plinius 26.
Dictamnus. Plin. 26.
Elleborus, Plinius 25. *albus & niger cum axungia.*
Fœnogræcum. Auicen. lenit & maturat adubelet.
Fæx aceti. Plin. 23.
Gluten, Serap. ſecundum Dioſcor. *boum cum aceto & melle diſſolutum.*
Hiera Archigenis, Auicenn. 2. 5. Meſue 3. *antid.* Serap. 9. *Antid.*
Hordeum, Plinius *vigeſimoſecundo*, *farina cum reſina & adipe veteri.*
Indicum, Auic. malis exituris confert.
Iris, Serap. ſecundum Gale. *folia cocta cum rob. emplaſtrata* ante maturationem exituræ. Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum ex foliis coctis cum vino*, antequam perueniant ad ſaniem, reſoluit eas.
Kelkelengi maius & minus, Sera. 8. *antid.* dubelet confert. Vide *Alkelkelengi.*
Lapis aſius Auic. Serap. ſecundum Dioſc. *cum terebinthina aut pice*, diſſoluit eas.
Lentes. Plin. 22. *cum polenta.*
Lycium, Plin. 24. *foliorum coctum in vaſe æneo cum aceto & melle.*
Lilium, Serap. ſecundum Dioſcoridem *folia cum aceto emplaſtrata, vel ſuccus foliorum coctus in vaſe æneo.*
Liquiritia, Serapio ſecundum Dioſcoridem, *ſuccus linitus.*
Lutum armenum, Serap. ſecundum Galen. deſiccat exituras indigentes exiccatione.
Mandragora, Sera. ſecundum Dioſc. *folia vel radix cũ ſauich*, diſſoluit eas. Auic. ſuperpoſita.
Medicamen albuneos, Auic. 5. *tract. ſum. ſecundæ quinti*, interioribus adubelet confert.
Menta, Auicen. *emplaſtrum cum ſauich* adubelet confert. Sera. ſecundum Gal. *ſylueſtris cum farina hordei*, exituris confert.
Minium, Serapio. *bullitum in oleo, & poſitum in vnguentis.*
Morus, Plin. 23. *ſuccus radicis.*
Narciſſus, Auice. *cum melle & orobo*, rumpit dubelet, quæ ſunt difficilis maturationis.
Oleum de ruta. Nic. *cerotum ex eo*, poſitum ſuper apoſtemata aperta, attrahit venenum, & id, quod fluit ex eis.
Oliua, Plin. 23. *vruntur cauliculi floreſcentes, vt ſpodii, cinis cum melle, vel folia cum melle.*
Opium. Serap. ſecundum Dioſcoridem cum *aceto* in calidis.
Panax, Serapio ſecundum Galen. *ſemen & flos cum melle.*
Pentaphyllon. Auic. *emplaſtrum* adubelet iuuat.
Pæonia Plin. 27. recentes ſuppurationes diſcutiuntur, *nigro eius ſemine* ſuppurationes, rubentes *rubeo ſemine.*
Platanus, Plin. 24. *folia & cortex.*
Pſeudodictamnus, Plin. 26.
Pſyllium, Sera. ſecundum Dioſc. *cum oleo roſ. aceto & aqua* in phlegmaticis.
Sordities, Aui. Ser. ſecundum Gal. ex corpore exercitantis, reſoluit exituras duræ reſolutionis, & *ſudor hominis* linitus, confert adubelet.
Terebinthina, Serap. ſecundum Dioſ. *emplaſtrata.*
Tribuli. Plinius 22.
Viola, Plin. 21. *purpurea.*
Vitis alba. Plin. 23. *radix cum melle & thure.*
Vnguentum palmeum, Meſ. 11. *ant.*
Vnguentum calcadis. Serap. 28. *antid.*
Vrina, Serapio ſecundum Galenum pecia infuſa, ſuperligetur in corporibus ruſticorum.
Vrtica, Auicenn. *cum raphano emplaſtrata*, diſrumpit dubelet.
Xiphion. Plinius *trigeſimoquinto*, *radix cum thure & vino.*

Duris exituris conferentia.

G*Luten albotin*. Auicen. maturat eos.
Indicum. Auic. confert.
Reſina. Sera. ſecundum aliquos, confert.

Putridis exituris conferentia.

B*Arba hircina*. Serap. ſecundum Gale. *emplaſtrum maxime ex flore*.
Myrrha. Serap. ſecundum Galenum.
Oſtraca. Serap. ſecundum Galen. *vſta cum aceto & aqua, aut cum aceto & melle*, conferunt valde apoſtematibus putridis.

Rumpentia & aperientia exituras.

A*Lthaa*. Sera. ſecundum Dioſc. maturat & aperit apoſtemata.
Apium. Kir. *emplaſtratum vel cerotum* per tres horas.
Agrimonia. Apul. *contraria* appoſita, aperit & ſanat.
Butyrum. Haliabas.
Cantharides. Plinius 30. *cum calce*.
Cucumer aſininus, Sera. ſecundum Dio. in apoſtemate ſanioſo *radix cum glutino albotin*. Auicen. ſimiliter *ſuccus radicis*. Apul. *radix cum reſina*, rumpit & ſanat.
Elaterium. Circ. *cum terebinthina* optimum ruptorium fit.
Emplaſtrum quoddam de fermento, Meſ. 11. *antidot*.
Faba frixa, Plinius 22.
Fœnogracum, Cir. *cum farina eius cum terebinthina* maturat & rumpit.
Fimus, Plin. 28. bubali *cum cinere calefactus*, *capra etiam cum vino & aceto*, Serap. ſecundum Dioſc. *columbarum cum farina hordei & aceto*, rūpit & maturat.
Flammula, Circainſtans, *cum oleo & ſquamma ferri contrita*.
Galbanum, Cir. appoſitum, apoſtemata maturat & rumpit.
Hordeum, Sera. ſecundum Dioſc. *ponitur ſuper ipſum aqua, donec fiat ſicut puls, & coquitur cum pice*, & aperit.
Lapathum rotundum, Circ. *in oleo coctum cum axungia* apponatur.
Lingua bouis, Apul. *cum melle & pane* appoſita, mirifice rumpit.
Lolium, Serap. ſecundum Dioſc. *cum ſtercore columbi & vino*, aperit apoſtemata, quæ nondum ſunt perfecte matura. Auic. *cum ſemine lini & ſtercoris columbi*; Mac. *cum ſulphure viuo & ſtercore columbi & vino*.
Lupini, Circ. *cum oleo*, apoſtema frigidum maturat & rumpit.
Narciſſus. Serap. Secundum Gal. *cum rob*. ſecundum Dioſc. *cum orobo & melle*, aperit dura apoſtemata difficilis maturationis.
Naſturtium, Serap. ſecundum Dioſc. *ſuccus eius*.
Pſyllium, Auic. *prima parte ſecundi cap. 1.* tantum Hali. *emplaſtrum mucilaginis*.
Sambucus, Ig. *folia ſicca cum melle*.
Sarcocolla, Serap. ſecundum Gal. aperit apoſtemata percuſſionis.
Thapſia, Serap. ſecundum Dioſc. *ſuccus cum melle* linitus.
Terebinthina, Circ. *cum farina hordei emplaſtrata* rūpit.
Viola. Plinius 21 *alba*.
Vitis alba. Serap. ſecundum Dioſc. *radix cum rob*, rūpit ea, in quibus eſt ſanies, aggregat, vel *cum oleo diſſoluta vel vino*.
Viticella. Cir. *emplaſtrum ex ſucco & puluere adarti*, ſanie facta.
Vrtica, Auicen. *cum raphano*, diſrumpit adubelet.

Mundificantia exituras.

O*Rchis*, Serap. ſecundum Gal. *radix* mundificat exituras.
Pix humida. Serap. ſecundum Dioſc. *cum melle*.

Dolorem inciſionis, vel vſtionis mitigantia

C*Rocodilus*. Kir. *cutis arida puluis* ſuperaſperſus membro vrendo vel incidendo, dolorem non ſentiet, vel *vnctio pinguedinis carnis eius aſſatæ*.
Mandragora, Plin. 25. *ante bibita*, Auic. 3. *anoloſat* ſumpti. Serap. ſecundum Dioſc. *vinum decoctionis radicis vſq; ad conſumptionem tertii*, ſumatur plus vno conos; quando incidere aut cauterizare volumus. Ignotus, *vinum infuſionis radicis bibitum ante*.
Marmor memphites, Plin. 26. vſus illiniri *aceto*, conuenit his, quæ vrenda & ſecanda ſunt. obſtupeſcit enim ita membrum, vt non ſentiat cruciatum. Albert. *memphites lapis potatus cum aqua tritus*, inſenſibilitatem inducit, vt ſecatus cruciatus non ſentiat.
Opium, Haliabas.

Apoſtematibus ex percuſſione conferentia.

F*Aba cum melle*, Haliab. ſimiliter.
Fœniculum. Mac. *radix cocta cum oleo & vino*, ſubito ſedabit; & etiam *trita cum aceto*, tumori ex percuſſione & fractura.
Myrtus, Hali. *cum ſucco hordei*.
Sarcocolla, Serap. ſecundum Gal. aperit ea.
Sumach, Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum granorum* prohibet ea.

Furunculis vel Papulis ſecundum plurimum conferentia.

A*Lumen*, Plin. 35. *cum duabus partibus mellis*.
Ammoniacum, Auicenna.
Apium riſus, Apul. *cum fimo porci* appoſitum.
Atriplex, Plin. 20.
Araneus, Plin. 30. appoſitus, & tertia die ſolutus.
Axungia. Plinius 28.
Baurach. Haliab. maturat eos.
Beta alba, Plin. 20. eruptioni papularum confert.
Butyrum, Serap. ſecundum Gal. liniatur in mulieribus & infantibus confert & curat. Haliab. his qui ſunt in ventre confert.
Caquelenegum confectio, Haliabas *ſexto antidotarii*.
Caſeus, Plin. 28 *capræ ſiccus cum melle & aceto*
Cimolea, Plin. 35. *cum vino*.
Creta, Plin. 35. *cum vino ſumpta*.
Faba, Plin. 22. *cortex maſticata in ieiunio*.
Ficus. Plin. 23. *humida, & etiam ſicca cum vino cocta, & cauliculi ficus nigra cum cera*.
Galbanum, Plin. 24. Serapio ſecundum Dioſc. *emplaſtrum*.
Gallina, Plin. 20. *fimus rufus cum aceto* maxime recens illitus. Sextus ſimiliter.
Hordeum, Plin. 22. furunculum, ſi quis circumcidet *cum granis nouem hordei* ſingulis ter manu ſiniſtra & omnia in ignem proiiciat, confeſtim ſanari aiunt.
Lactuca, Plin. 20. *cum vino & polenta*.

Laurus, Plin. 23. *delphica tenerrima in vino.*
Lupini. Plin. 22. *cum aceto.*
Markaſita, Plin. 36. *cruda.*
Mezereon, Serap. ſecundum Habyx, valde confert.
Mus araneus. Plin. 30. *pendens necatus ſit, vt terrā poſtea nō attingat*, ter circumdatus funiculo, toties expuentibus medenti, & cui medetur.
Muſca, Plin 30 *contrita digito medio, ita quod ſint impares numero.*
Naſturtium, Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum aqua & ſale* maturat. Macer. *recens cum fermento.* Apul. ſimiliter.
Nitrum, Plin 31 *cum reſina, vel oleo, vel vino.*
Oleum { *Balſami.* / *Amygdalarum.* / *Lentiſci.* Plin. 23. *cum cera.*
**Phirites lapis*, Plin. 36.
Populus niger. Plin. 24. *aquoſitas ex ligno vulnerato.*
Pulegium, Macer.
Praſium, Plin. 20. *cum ficu aut hyſſopo.*
Sal, Plin. 22. & 21 *cum oleo, vel cum paſſulis, vel cum ſeuo vituli, origano, & fermento.* Serap. ſecundum Dioſ. *cum melle & oleo roſ.*
Saliua, Plin. 28. *ieiuni* ter præſignare incipientes ſanari. Auicen furunculos.
Sandali. Albu, *fricatio eius ſuper teſta terrea alba.*
Seuum, Plin. 28. *capræ vel bubali cum ſale & oleo.* Et 30. *ciniis cum cinere capillorum mulieris, & arietis cum cinere pumicis & ſale.* Sextus, *capra cum ſale minuto*, furunculos diſcutit.
Sinapi, Plin. 30. *cum adipe anſeris.*
Sordicies. Plin. 30. *ex auricula pecudis.*
Spuma nitri. Serap. ſecundum Gal. *cum terebinthina*, curat orificia eorum.
Sudor, Halia. luctantium maturat eos.
Tamariſcus. Plinius 24. *ſemen eius cum pinguedine.*
Ventriculus ciconiæ, Plinius *trigeſimo, cum aqua coctus.*

Apoſtematibus malignis, pernicioſis, peſtilentialibus, fraudulentis, ambulatiuis, & canceroſis conferentia.

ACetum. Auic. prohibet ambulationem.
Aſſa. Serap. ſecundum Dioſcoridem, ſciſſo apoſtemate intromittatur. Auicenna cum inciduntur apoſtemata membrum mortificantia, ſuppoſita confert.
Atramentum, Auicen. ſ. colcotar.
Cantharides, Serapio ſecundum Dioſcoridem miſcetur medicinis in apoſtemate canceroſo. Auicen.
Hominis capilli. Auic. *vſti cum butyro.*
Indicum, Auicen. *cum farina hordei.*
Lac. Auicen *bibitum.*
Lingua arietis, Colliget.
Lupini. Serap. ſecundum Dioſco. ſuper apoſtemata ancoria conferunt.
Lutum armenum, Auic. Haliabas.
Orchis, Serap ſecundum Gal. *radix quæ eſt ſicca*, curat apoſtemata fraudulenta putrida.
Oſtraca, Sera ſecundum Gale. *combuſta ſola* fraudulentis confert.
Papauer cornutum. Serap. ſecundum Galenum *folia & flores* multum cōferunt apoſtematibus fraudulentis, & caueatur, quia poſt mundificationem abſtergunt fortiter, & diſſoluunt & diminuunt carnem: & ipſa auferunt eſcharas aduſtas, quæ ſunt in eis.
Plumbum, Serapio. ſecundum Galenum *vſtum lotum* confert apoſtematibus malis, & *oleum fricationis plumbi* ſimiliter multum confert: & in apoſtematibus, in quibus eſt cancer, facit mirabilem effectum.
Rhus, vide *Sumach.*
Ribes, Auic. apoſtematibus, quæ cito interficiunt, confert.
Rubus, Auic. *emplaſtrata* prohibet ambulationem eorum.
Semperuiuum, Serap. ſecundum Galenum apoſtematibus latis, quæ dilatantur in corpore.
Sumach, Serap. ſecundum Dioſcoridem *cum melle & aceto* prohibet apoſtemata corroſiua dicta ancoria.
Stercus. Sera. ſecundum Galenum *caprarum cum farina hordei & aceto*, fraudulentis confert Albu. *hominis ſiccum cum melle*, fraudulenta curat valde.
Theriaca diateſſaron, Nic. apoſtematibus venenoſis dictis bonum malum, data cum *decoctione pingui vel gentiana.*
Virga paſtoris, Auicenna apoſtematibus cancroſis.
Viſcum, Serapio ſecundum Dioſc. *cum calce & lapide gagate, aut aſio coctus* ſuperponatur.
Vnguētum { *Diaphœnicon*, Meſue 11. *antid.* peſtilentialibus. / *Palmenum*, Meſ. 11. *antid.* / *Decalcadis*, Auic. 11. v. Sera. 23. *antid.* apoſtematibus peſtilentiæ.

Phlegmaticis & frigidis apoſtematibus.

ABrotonum, Auic. ſoluit ea.
Alkanna, Auic. *decoctio eius.*
Allium, Haliab. *cum aceto cataplaſma* ſubtiliat & diſſoluit ea.
Alumen, Serapio ſecundum Dioſcorid. *vſtum illitum cum aqua.*
Apium, Serapio. ſecundum Dioſcoridem *ſmyrnion emplaſtratum*, reſoluit recentia. Auicenna ſimiliter.
Arum, vide *Iarus*
Bedeguard, Serap. ſecundum Dioſcoridem delentur cum ea apoſtemata phlegmatica. Aui. *radix*, ſoluit ea.
Bdellium, Auicen. *cum ſaliua ieiuni*, reſoluit ea.
Branca vrſina. Circa inſt. *folia cum axungia veteri.*
Caſtorium. Auicen.
Caulis, Sera. ſecundum Dioſcorid. *folia ſola trita, vel emplaſtum cum ſauich & agreſtis folia* reſoluit ea.
Cherua, Serap. ſecundum Dioſcor. *oleum eius cum cicuta ſedat.*
Cyclaminum, Circ. *cum oleo bullitum* calidum ſuperponatur frigidis apoſtematibus, quæ non poſſunt rumpi propter ſpiſſitudinē cutis, aut propter interiora, aut per exteriora purgantur.
Cotula, Serap. ſecundum Dioſc. *flos cum ceroto* ſoluit.
Cucurbita, Serap. ſecundum Dioſc. *cruda emplaſtrata.*
Cucumer aſininus. Auicen. *radix cum farina hordei*, reſoluit

ſoluit omne apoſtema phlegmaticum antiquũ. Sera. ſecundum Dioſc. ſimiliter.

Daucus, Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum ſeminis* reſoluit.

Elaterium. Circ. *ſcrap. 6. cum farina hordei & vitello oui* maturat ea.

Fœnugræcum, Serapio ſecundum Galen. Auic.

Fæx vini, Serap. *vſta & non vſta ſola & cum myrto recenti* ſtringit ea.

Furfur, Auic. *cum vino* reſoluit.

Glandes. Serap. ſecundum Dioſc. *folia arborum omnium ſpecierum eius trita*, conferunt phlegmaticis apoſtematibus.

Haſce, id eſt, *hyſſop*. Auic. *emplaſtrum cum ceroto*.

Hiera Logadii Auic. 2. quinti.

Hypericon, Auicenna. proprie frigidis & duris magnis.

Iarus, Cir. cum *axungia veteri* apponatur apoſtematibus frigidis.

Iris, Serap. ſecundum Dioſcorid. *folia cocta cum vino emplaſtrata*, atque etiam *radicis agreſtis emplaſtrum*.

Lilium, Auic. *ſeminis & foliorum emplaſtrum*. Circ. *cum axungia*, frigidum apoſtema maturat.

Lupini, Circ. *cum oleo*, frigidum apoſtema maturant & rumpunt.

Maiorana, Auicen. Serap. ſecundum Dioſcor. *in ceroto*.

Manna, Serapio. delet ea.

Matricaria. Auic. Serap. ſecundum Galenum *emplaſtrum* reſoluit.

Menta, Circ. *cataplaſma ex ea cocta in vino & oleo*, ſoluit ſelirоſim apoſtematum frigidorum.

Myrrha, Auicenna.

Mumia. Auicenna.

Naſturtium, Auic. *cum aqua & ſale emplaſtrum*.

Nigella, Auicenna. *emplaſtrata*, Serap. ſecundum Dioſcoridem antiqua apoſtemata phlegmatica reſoluit.

Oleum de ſtyrace. Auicen. x. v Serap. *vigeſimoquinto antidot*.

Parietaria, Auicen. *folia*.

Paſſulæ. Circa inſt. *cocta in vino cataplaſmata*.

Pix, Circ. *cum cera & oleo*.

Platanus, Auic. *folia*.

Pſyllium, Auic. Sera. ſecundum Dioſc. *cum oleo roſ. & aceto, & aqua emplaſtratum*.

Roſmarinus, Serap. ſecundum Dioſcor. *emplaſtrum ex radice humida* reſoluit.

Sal, Auic. *cum mentaſtro & melle*.

Siſymbrium. Auicenna.

Sordes, Serap. ſecundum Galen. vniuerſaliter reſoluit apoſtemata indigeſta.

Spongia, Serap. ſecundum Dioſ. noua, reſoluit. Aui. deſiccat ea.

Tamariſcus, Plin. 24. Al. Serap. ſecundum Dioſc. *radicis corticis & fructus emplaſtrum*. ſecundum Alcanzi, fumigatio.

Theca origani. Sera. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum ſauich*.

Teſticulus canis. Auic. reſoluit ea.

Thymus, Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum aceto* in principio.

Virga paſtoris, Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum in principio* confert frigidis.

Viſcum, Auicenna. proprie cum calce reſoluit.

Mollibus & fluxibilibus apoſtematibus conferentia.

A*Nethum*, Serap. ſecundum Galen. & Dioſcor. *coctum cum oleo* mollia cruda maturat. Halia. *combuſtum puluerizatum* appoſitum manifeſte prodeſt.

Bedeguard, Serap. ſecundum Gal. *radicis emplaſtrum* reſoluit ea.

Butyrum, Halia. *recens* maturat & aperit mollia.

Coriandrum. Hali. diſſoluit ea.

Fiſtula paſtoris. Auicen.

Gummi marmoris. Albuk. mollibus apoſtematibus confert.

Indicum, Serap. ſecundum Gal. diſſoluit & minuit multum ea. Haliab. ſimiliter.

Lentiſcus. Alman. diſſoluit ea.

Lycium, Auic.

Parietaria Gal. 6 *ſimplicium*, in principio apoſtematis.

Semperuiuum, Sera. ſecundum Gal. confert apoſtematibus latis, quæ dilatantur in corpore.

Tamariſcus, Auic. *foliorum emplaſtrum*.

Vſnee, Auicenna, ſedat ea.

Nodis & nodoſitatibus conferentia.

A*mmoniacum*, Auic. Haliab. *emplaſtrum, maxime miſta pice*.

Ericius marinus, Auic *caro eius*.

Euphorbium. Meſ. *puluis eius cum aceto fortificatione*, nodoſitates delet.

Diachylon. Auic. 2. *quinti*.

Opopanax, Meſue. *emplaſtrum*, reſoluit nodoſitates membrorum.

Serapium, Meſu. *cum ſucco capparis aceto* linitum, nodoſitates membrorum reſoluit.

Styrax, Serap. ſecundum Albugerig. linitum, confert nodoſitatibus membrorum.

Glandulis & apoſtematibus eorum conferentia.

A*ſphodelus*, Auic. *radix cum fæce vini*.

Althea. Auicenna.

Apium raninum, Auic. Kiran. aperit emplaſtrum, vel *cerotum dimiſſum per tres horas*.

Aſſa, Ser. ſecundum Dioſc. *cum ceroto & ficubus ſiccis* ſuperpoſita, confert: aufert etiam reſiduum earum.

Cicer, Auic. apoſtematibus eorum confert.

Fæx olei, Auic. *amygdalarum* apoſtematibus confert.

Ficus, Iſaac, *cruda & cocta cataplaſmata* diſſoluunt.

Pix, Auic. *cum ſulphure*, prohibet earum exituras.

Plumbum, Auicenna, *lamina eius ſuper ligata*.

Scrophulis & ſtrumis eorum ſecundum plurimum conferentia.

A*cetoſa*, Ser. ſecundum Dioſcorid. quidam ſuſpendunt *radicem eius* ſuper habentem ſcrophulas, & dicunt ſanari. Auic. *emplaſtrum, & radix appenſa collo*, vt quidam.

Adeps anguis. Plin. 30. *cum oleo*.

Allium. Plin. 20. *crudum*.

Althæa. Plin. 20. *cum vino*. Serap. ſecundum Dioſcor. *cum vino cocta, vel ſola trita* confert. Auicenna *cum caulibus*. Macer. *flos tritus cum vino* appoſitus. Vide *Maluauiſcus*.

Ammoniacum, Al. Hali Auic. Serap. ſecundum Gal. reſoluit. Circ. *vnguentum ex ſale gemma, ſale nitro ſucco marrulii, & cera.*

Anguis, Plinius 25. *cutis eius cum oleo & cera.* Vide *Adeps.*

Andrachne agria, id eſt, *portulaca ſyluestris.* Serapio ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum axungia veteri*, reſoluit ea.

Aniuden, Serap. ſecundum Dioſc. *radix cum ceroto* reſoluit. Hali. *folia cum cera & oleo.*

Apium raninum. Plin. 25. appoſitum, & parte eius in fumo ſuſpenſa. Kir. *emplaſtrum vel cerotum* dimiſſum per tres horas.

Apium riſus, Apul. *cum fimo porci*, appoſitum.

Apoſtolicon, Auic. 11. *quinti.*

Araneus, Kir. *magnus niger, qui in arboribus facit telam*, acceptus in nomine patientis, & circumquaq; aptatus incipientes ſanat.

Ariſtolochia, Theſſalus. *vnguentum ex radice.*

artemiſia. Plin. 26. Macer. intus ſumpta & exterius *cum axungia.*

Arum, vide *Iarus.*

Aſphodelus. Plinius 22. *folia cum vino cocta.* quidam aiunt, ſi appoſita *radix eius* in fumo ſuſpendatur, quarta die ſoluatur vna cum radice, areſcere ſtrumam.

Aſinus. Aui. *cinis hepatis eius cum oleo.*

Axungia. Plin. 28. *cum elleboro albo, farina, & ſale.*

Berbena. Apul. *cum axungia non ſalita.*

Berſteguaſcen. Auic. Alman.

Bithermarien Auic. *ſuccus.*

Bitumen iudaicum, Auic.

Bdellium. Auic Hali. cum *ſaliua ieiuni.*

Braſſica ſylueſtris, Plin. 20.

Callitrichum Apul. *tritum* appoſium ſolum virginibus ſtrumas ſanat.

Cancer, Plinius 22. *fluuialis contritus vel combuſtus cum melle.*

Cappares. Plin. 20 *radix* Auic. ſimiliter Serap. ſecundum Dioſco. *radix & folia* reſoluunt ea. Haliab, *folia cum farina hordei*, manifeſte ſoluunt.

Capillus Veneris. Meſ. Serap. ſecundum Gal. diſſoluit. Hali. *folia* ſuperpoſita.

Capra. Plin. 38. *ſeuum eius cum calce, vel fimus eius cum aceto.* Haliab. *eius extremorum cum oleo.*

Caprificus. Plin. 23. *caprifici corticem impubeſcentem* puer ſi de fracto ramo detrahat dentibus *medullam ipſam*, alligatam ante ſolis ortum, prohibere ſtrumas.

Chelidonia, Plin. 26. *cum melle & axungia.*

Centumcapita. Plin 22.

Cicuta. Circ. *cataplaſmata ex duabus partibus cicutæ & tertia ſcabioſa.*

S[illegible], Ser. ſecundum Gal. *radicis emplaſtrũ.*

Sumach, Auic. prohibet ambulationem fraudulentorum.

Scordion, Serap. ſecundum Dioſc. fraudulentis

Stœcamus. Ser. ſecundũ Gal. *cinis in ſordibus & putridis.* ſecundum Dioſc. ſimiliter *ſolum, & cum axungia porci vel arietis.*

Splen Plin. 28. *vituli.*

Spongia, Plin. 31. Auic. [illegible] *aut infuſa aqua vel vino, aut ſicca ſuperpoſita* conſolidat. Serap. ſecundum Dioſc. conſolidat antiqua.

Squamma ferri. Plin. 34.

Staphyſagria. Plin. 22.

Stercus. Sera. ſecundum Gal. *vſtum capri.* curat mala. Sext. *hominis vſtum aſperſum* etiam inſanabilibus maxime valet. Plin. 30. *pecudis vſtum cum nitro aut cinere oſſium agni.*

Tama-

Tamariſcus, Auic. *fructus & cinis* exiccant d. ſiſtula.

Terra ſigillata. Serap. ſecundum Galen. fraudulentis & ſordidis, & cum *aceto* antiquis.

Teſticulus canis, Auic. incarnat fraudulenta.

Tithymalus, Serap. ſecundum Dioſc. *lac eius* fraudulentis confert. ſecundū Gal. putrida curat adminiſtratum vt oportet loco & tempore, & *folia & ſemen*, ſimiliter, ſed debilius.

Thutia, Serap. ſecundum Galen *vſta*, fraudulentis confert.

Thus, Haliabas. *cortex eius* replet ea carne. Vide *Olibanum*.

Vetonica, Plin. 26. *cum ſale*.

Vinum Serap. *vetus infuſa lana non lota*.

Viſcum, Serap. ſecundum Dioſc. cum *olibano*, curat antiqua. Auicenna lenit antiqua.

Vitis alba, Serap. ſecundum Dioſcor. *emplaſtrum cum ſale*. Auicen. ſimiliter *radix*. Kiran. cum *ariſtolochia*.

Vipera, Plinius 29. *carnes* comedere mirabiliter valet.

Volubilis, Auic. cum *vino cocta*.

Vlmus. Auice. quod cadit ſicut *farina ex cortice eius æquali pondere ex aniſo cocto*, prohibet ambulare fraudulenta.

Vnguentum
- *Nicolemi*.
- *Ceraſeos magnum*.
- *Siruninum*.
- *De lilio*. Meſ. 11. *antidot*.
- *Ex melle*. Alman. 7. *tra. 1. c. 6*.
- *Arabicum* Meſ. 11 *antid*.
- *Diachalcition* Meſ. 11. *antid*.
- *Caleſis*. Aui. 11. *quinti*. Serap. 28. *antid*.
- *Viride aeris*. Auic. 11. 5. Ser. 28 *anti*.
- *Colcotaris*, Halab. 11 *antid*.
- *Zenit*, Halia 14. *antid*.
- *Palmeum*, Meſ. 11. *antid*. vlcerib. ſanguinolentis.
- *Ariſtolochia*, Theſſ. cap. *herbe pectium*.

Vrina, Halab. *hominis*. Plin. 28 *ſuis & cameli*. Sera. ſecundum Dioſc. *vetus* maxime prohibet dilatari in corpore fraudulenta ſecundum Galen. curat profunda & multæ ſordis. Auice. *aſini*, ambulatiuis confert.

Vrtica, Plin. 22. *cum ſale*, Serap. ſecundum Dioſc *folia ſale trita*. Auic. *cinis cum ſale*.

Fimus, Plinius 28. *ſuis linitum, & capra cum aceto coctum*.

Galla, Serap. ſecundum Dioſc.

Gentiana, Serap ſecundum Dioſc. maxime *ſuccus radicis*.

Indicum, Serap ſecundum Gal. valde confert.

Iuniperus, Auic *fructus cum melle*.

Lapis phrygius. Serap. ſecundum Galen. & Dioſc. curat ea.

Maſtiche. Serap. ſecundum Dioſcor. *decoctio corticum arboris* prohibet dilatari.

Muria, Ser. ſecundum Dioſc. *ex piſcibus vel carne* prohibet dilatari.

Oleum nucum, Sera. ſecundum Gal.

Panax aſclepij, Serap. ſecundum Gal. & Dioſc. *folia & ſemen*.

Plantago, Serap. ſecundum Dioſc & Galen *folia in emplaſtrum*.

Plumbum vſtum, Sera. ſecundum Dioſc. *cum oleo roſ.*

Puluis
- *De chartis*.
- *Alkokion*.
- *Rubeus* Serap. 30 *antid*.

Sal, Plin. 31. Serap ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum farina hordei*.

Salis flos, Serap. ſecundum Dioſc. corroſiuis, & illis, quæ ſerpunt.

Sauina, Mac. Serap. ſecundum Dioſc. & Galen. *folia* prohibent dilatari.

Teſticulus canis, Auic incarnat ea.

Tithymalus Sera. ſecundum Dioſcor. & Gal. *lac & folia, & ſemen*.

Vitriolum. Serap. ſecundum Dioſc. prohibet corroſiua & ambulatiua.

Vnguentum calcis Halab. 24. *antid*.

Vrtica Serap. ſecundum Gal.

Zinar Serap. ſecundum Dioſc. prohibet ambulationem eorum.

Corroſiuis vlceribus conferentia.

ÆS, Serap. ſecundum Dioſc. *vſtum* prohibet augeri vlcera fraudulenta & corroſiua. & batitura (*ſquamma*) *æris* ſimiliter.

Alumen, Serap. ſecundum Dioſcor. *vſtum cum tanto galla & face aceti*.

Aſphodelus. Sera. ſecundum Dioſc. *radix cocta cum face vini*.

Baucia, Serap. ſecundum Gal. *emplaſtrum ex folijs*, vlceribus incipientib. corrodi confert. Auic. *ſemen & folia* appoſita. Hali. & Col. *paſtinaca* dicunt.

Chamaleon, Auic. *emplaſtratum*.

Chamaleon niger. Serap. ſecundum Galen. & Dioſc. *emplaſtrum*.

Ciſſus, i. *Ciſthus* Auic. *emplaſtrum*.

Cyperi. Serap. ſecundum Gal. *ſicci triti*. Auic. *cum oleo de canna*.

Fel, Plin. 24. *apri vel ſuis cum reſina & ceruſſa, vel cinis maxillarum eius*.

Cancroſis vlceribus conferentia.

APium riſus. Apul. cum *axungia ſine ſale*, impoſita vulneri, corrodit putredinem, & expurgat, ſed non diu permaneat, ne ſanum corrodat.

Agrimonia. Apul. *trita* appoſita. Plin. 26. *cum melle* efficaciſſima.

Ariſtolochia. Theſſal. *vnguentum radicis*.

Aron. Plinius 24. *cum melle* mire ſanat.

Cancer, Kiran. *marinus crudus cum plumbo vſto* comminuit.

Canis. Sex. *cinis capitis aſperſus*

Centaurea, Apul. *maior trita* appoſita.

Cicera. Auicen. *farina eorum*.

Dragontea, Ignot. *radix cum melle, & cum radice vitis albæ*.

Epithymum. Meſ.

Ficus. Serap. ſecundū Dioſc. *cum hirino cinis ramorum infuſa ſpongia* ſuperponatur.

Lac, Serap. ſecundum Gal. *miſtum cum aliqua medicina ſedatiua doloris, ſicut eſt cinis fornacis æris*.

Lappa. Plin. 24. *cum plantagine & millefolio, vel cum vino*, ſanat trinis diebus ſoluta.

Lentes. Serap. *in aqua maris coctæ*.

Lepus. 3. Plinius 28. *coagulum cum cyperis & vino*.

Platanus. Plin. 24. *grana eius cum vino & melle*.

Plumbum. Aui. *vſtum lotum, vel ipſius fricatio cum plumbo & oleo*. Serap. ſecundum Galen. ſimiliter.

Sauina, Macer *cum melle*.
Stercus, Sex. *hominis vſtum & aſperſum* maxime valet.
Thutia, Serapio ſecundum Gal. *lota* ſimiliter.
Vetonica, Plinius cum *melle*.
Vrtica, Sera. ſecundum Gal. *folia trita cum ſale*.

Siccis corticalibus, & oſtracatis vlceribus conferentia.

A*Qua caſei*. Diuiſiones. Meſ. ſiccis malis confert.
Cera. Serap. ſecundum aliquos, cum *oleo violato*, mollificat vlcera habentia eſcharam.
Elleborus niger, Serap. 7. *practica*.
Matricaria, Auicenna.
Mezereon, Serap. ſecundum Gal. aufert cortices ſeu eſcharas magnas, quæ ſunt in facie vlcerum, ſecundum Dioſc. *folia trita cum melle*.
Olibanum, Auic. *cum adipe porci*.
Papauer cornutum, Serap. ſecundum Gal. *flos & folia* auferunt eſcharas aduſtas, quæ ſunt in vlceribus; oportet tamen quod cito auferantur.
Pinus, Auic. *cortex arboris*.
Pix, Serap. ſecundum Dioſcor. cum *paſſulis & melle*; aufert eſcharas in vlceribus, quæ dicuntur pruna.
Thus vide *Olibanum*.

Verminoſis vlceribus conferentia.

A*Riſtolochia*, Plinius 26. *cum melle*.
Calamenthum. Ser. ſecundum Gal. *ſuccus* appoſitus, occidit vermes.
Cappares. Plinius 20.
Cochlea, Plin. 30. *cum corticibus ſuis trita*.
Fel, Plin. 32. *rana*.
Multipeda Plinius 29. *cum terebinthina*.
Muſtella Plin. 30. *fimus & etiam cinis eius*.
Napta. Serap. *nigrum cum lana*.
Oleum de perſicis. Meſ. 12. *antid.* vermibus in vulneribus valet.
Saluia, Plin. 21.
Vrina, Auicen. *fæx eius*.

Melinis vlceribus conferentia.

B*Litum*, Auicen. *emplaſtrum ipſius & radicis*. Vide *Holus iamenum*.
Ficus, Serap. ſecundum Dioſ. *cruda cum melle*.
Holus iamenum. Serap. ſecundum Eben Meſ. *radicis emplaſtrum*. Vide *Blitum*.
Melilotus, Plinius 21 Auic. *cum gallis & aqua*.
Naſturtium, Serap. ſecundum Dioſc. *ſemen cum melle* mundat ea. Auicen. ſimiliter.
Orobus. Sera. ſecundum Dioſc.
Sauina, Serap. ſecundum Galc. cum *melle* mundificat ea.
Stercus, Auicen. *pecudis*.

Vlceribus dictis faui.

B*Litum*, Serap. ſecundum Iſ. *emplaſtrum ex radice*. Vide *Holus iamenum*.
Holus iamenum, Serap. ſecundum Eben Meſ. *radicis emplaſtrum*, Vide *Blitum*.
Lini ſemen, Serap. ſecundum Dioſc. *cum vino coctum*.
Melilotus, Serap. ſecundum Dioſc. *cum aqua vel emplaſtrum ex radice*.
Melon. Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum ex radice*.
Paſſula. Serap. ſecundum Dioſc. *cum ruta*.
Pepo, Plin. 20. *radix*.

Fiſtulis conferentia.

ÆS, Plin. 34. *ærugo eius* collyrii modo impoſita. Cir. *vſtum cum melle vel ſapone* impoſitum, dilatat & curat.
Agaricum. Kir. cum *ſale vſto, & tartaro, & melle* impoſitum contenta oſſa extrahit, & malam carnem.
Agreſta. Serap. cum *aceto*.
Allium. Plin. 20. *cum reſina & ſulphure*.
Aloe, Auicen. Serap. ſecundum Gal. glutinat ea.
Alumen, Cir. *licinium ex puluere eius cum lumbricis terrenis* impoſitum.
Amurca olei. Plinius 32. *cocta*.
Antimonium. Circ. *cum ſapone licinio* impoſito.
Apoſtolicon, Auicenna. 11. *quinti*.
Ariſtolochia, Plin 26. *radix* impoſita. Apul. ſimiliter Theſ. *vnguentum ex radice*. Meſ. Mac.
Aron. Plin. 24. *Aegypti*.
Atramenta, ſ. *colcatar*. Auic. impoſito licinio cum *allio*. Cir. *cum farina fabæ & capitello*, vel cum *ſapone gallico* licinium imponatur ori fiſtulæ.
Athanaſia, Hali 6. *antid.*
Barba hirci. Colliget.
Berſeguaſcen, i. *capillus Veneris*. Auic.
Betonica, Muſa *cum modico ſale*.
Burdi, Serap. ſecundum Dioſc. Medici dilatant cũ eis orificia fiſtularum. infundunt primo in aqua, poſtea ligant ſuper eum lutum, & ſiccant, & poſtea diſſoluunt & imponunt fiſtulis. implentur n. humiditate, & tumeſcunt, & dilatantur.
Braſſica, Plin. 20. *domeſtica & ſylueſtris elixa*.
Chalcitis, Plin. 34. *cocta cum aceto* duritiei earum.
Caulis. Mac. *elixa vel decoctio eius*.
Centaurea, Meſ. Serap. ſecundum Gal. *minor ſicca in vnguentis*. Plin. 26. *minor cum melle*. Auic. *ſicca*, & quandoque impletur ea fiſtula.
Chelidonia. Circ. *puluis cum capitello* ori fiſtulæ.
Cyclaminum, Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum ex radice*. Circain. tenta ex *radice* impoſita.
Cotyledon, Plin. 26. *cum medulla cerui*.
Confectio aſuledati. Auic. 3. *quarti in cura lepræ*.
Confectio alfaſurine. Meſ. 11. *antid.*
Decoctio epithymi. Meſ. *in cura ſoda melancholica*.
Dipſacos. Plin. 27. *radix cocta in vino* impoſita.
Dragontei. Mac. *radix cum betonica*. vide *Luſ.*
Ebulus. Serap. ſecundum Dioſc. *folia recentia cum ſarich hordei* conglutinant.
Elleborus niger, Plin. 25. die tertio exemptus. Serapio ſecundum Gal. in fiſtulam duram impoſitus in duobus diebus vel tribus, duritiem aufert. ſecundum Dioſc. *niger* in fiſtula tribus diebus dimittatur: quarto vero die ablatus, mundat eam Auic. fit ex eo euacuatio ad duras, & immittantur licinia ex ea in fiſtulam. & dimittantur per diem, & extrahantur eradicantes eas.
Electuarium regum, Auic. 3 *quinti*.
Emplaſtrum arabicum. Meſ. 11. *antid.*
Fel. Plin. 23. *tauri cum ſucco porri aut lacte mulieris*.
Fimus. Plin. 30. *ouis calefactus*.
Filix, Serap. ſecundum Dioſc. *cuiuſdam ſpeciei eius puluis radicis impoſitus*, ſanat eas, quæ difficulter ſanantur.
Hermodactyli. Circain. *cum ſapone gallico* licinium intinctum imponatur.
Hiera Rhaſis, Meſ. 2. *antidot.*

Hiera Ruffini, Sera.11.*antid.*
Indicum, Colliget.
Iris, Serap.ſecundum Dioſc.replet ea carne *pulueri-zatum & miſtum cum melle* mundat eas. Auic.car-nem generat. Macer.*radix impoſita*.
Kekengi, Auic.duritiem eius delet.
Keiri, Serap.ſecundum aliquos, puluerizata in eas.
Lacticinium Auic. *radix cum aceto* linita, reſoluit du-ritiès in circuitu fiſtularum.
Lactuca, Auicenna.
Lana, Plin.29.*ſuccida combuſta*.
Laudanum. Plin.26.*cum caſtorio*.
Luf, Sera. ſecundum Dioſcor. licinium ea impoſi-tum. Auice.*radix* impoſita. Meſ.auctoritate Ga-leni, confert. Circain.*ſerpentaria* dicit. Vide *Dra-gontea*.
Malua, Auic.*cruda maſticata cum ſale*.
Matricaria, Auicenna.
Mel, Serap ſecundum Gal.*coctum*, incarnat eas.
M zereon, Meſue.
Medicamen calidicon, Alm.*tract.7.cap.7*.
Oleum de ouis. Meſ.12.*antid*.
Oleum remiſch. Auic.10.*antid*.
Oliua, Plin.23.*cinis eius cum aceto*.
Opopanax, Auicenna
Oſtraca, Sera.ſecundum Gal. *teſta vſta* maxime con-ferunt cum *axungia*.
Papyrus, Plin.24. papyro præcipue vtilitates cum inaruerit, ad laxandas ſiccandaſq; fiſtulas & in-tumeſcendo ad introitum medicamentorum aperiendas. Auic.intus *in aceto* exiccatus impo-ſitus. Serap.*ſupra in hac tabula burdi*,
Pellis, Aui.*muli* & ſimilium.
Plantago, Plin.26.*ſuccus*. Serap.ſecundum Gale.in-carnat. Ign.*ſuccus infuſus in clyſteri*. Apul.ſimiliter. Col.*lingua arietis* dicit.
Quinquefolium, Plin.26.
Salſamenta piſcium, Plin.32. immiſſa cum linteolo.
Sandaracha, Aui.ſuffumigata deſiccat ea.
Sanguis, Plin.28.*ſuccus*.
Syrupus de epythymo. Meſ.6.*antid*.
Scoria argenti, Auic.prohibet fluxum.
Squamma ferri, Plinius 24.
Teſticulus canis, Auicen aperit eas.
Tithymalus, Plin.26. Col.Serap. ſecundum Dioſco. *lac*, ſecundum Galen. duritiem aufert. ſimiliter. *folia & ſemen*. Ignot.*ſuccus* exedit eas. Apul.*ſuccus cum vino*.
Verbaſcum, Plin.26 *medulla radicis impoſita*.
Vermis, Serap. ſecundum Iſ. *ſuffumigatio* ſecundum aliquos exiccat.
Vitis, Pli.23.*cinis cum axungia veteri*.
Vitriolum, Serap. ſecundum Dioſcor.tentæ ex ipſo impoſitæ.

Vnguētum { *Diaphœnicon*. / *Arabicum*. / *Craſeos magnum*. / *Aegyptiacum*. / *De tilio*. Meſ.11.*antidot*. }

Ziniar, Serap.ſecundum Dioſc.cum *ammoniaco*, fa-cto licinio intromiſſo fiſtulæ diſſoluit duritiès & calloſitates earum.

Auferentia & minuentia carnem ſuperfluam.

ÆS, Plin.34.*vena æris*. Sera. *vſtum* minuit ſuper-fluam, & non ſinit augeri. Et *flos æris* ſimiliter. Auic.Col.*flos æris*.
Alcali. Serap.ſecundum Meſeha.
Alumen, Serap.ſecundum Dioſc.aufert ſuperfluam carnem in vlceribus & ſcabie.
Ammoniacum. Sera.ſecundum Dioſc. comedit car-nem corruptam, & facit naſci bonam. Auic.
Anethlini, Macer.*ſeminis cinis vel radicis*.
Antimonium, Serap.ſecundum Dioſc. Aui. Hali. Cir. *puluis* carni ſuperfluæ eſt optimum remedium.
Apoſtolicon, Auic.11.*quinti*.
Argentum viuum ſublimatum, Serap.ſecundum Rha-ſem, deſtruit carnem malā in vlcerib. & fiſtulis.
Ariſtolochia, Circa.*puluis* carnem mortuam leuiter corrodit in vulnere vel fiſtula.
Arum, vide, *Iarus*.
Aſſa, Ser.ſecundū Gal.carnem minuit & liquefacit
Auri folia, Haliab.rodit ſine morſura.
Auripigmentum, Serap. ſecundum Dioſc.
Calx, Al. Auic.*non abluta*.
Colcotar, Auic.adurendo operatur.
Chalcanthum. Plin.34.
Chalcitis. Plin.34.
Canis, Plin.30 *cinis capitis eius*.
Cedrus, Plin.24.*ſuccus eius*.
Ceruſſa, Auic.Serap.ſecundum Dioſc.Gal.*vſta & lo-ta in vnguentis*.
Cytinus granati Plin.23.
Cyclaminum, Cir.*puluis* carnē ſuperfluam corrodit.
Confectio alfaſuria, Meſ.11.*antid*.
Corallus. Sera.ſecundum Dioſc.*rubeus* aufert carnes ſuperexcreſcentes. Auic.
Coſtum. Alman.
Climia. Serap. ſecundū Dioſc.aufert & minuit car-nem ſuperfluam in vlceribus. Auic. *climia* valet ad hoc.
Elleborus niger. Meſ.Auic. Serap.ſecundum Dioſco. ponitur in vnguentis corrodentibus.
Ericius, Auic.Serap.ſecundum Gal.& Dioſco. *cinis cutis marini*.
Euphorbium, Circ.*puluis eius*, corrodit carnem ſuper-fluam.
Fel, Serap.ſecundum Galen. *anſeris & muli* corrodit carnem ſecundum Dioſc. *hirci*, aufert ſuperflu-am. Auic. Col ſimiliter.
Fæx, Serap. *vini vſta* Albuk. *vini & aceti vſta*, aufert carnem ſuperfluam ab vlceribus.
Ficus, Plin.23.*cinis foliorum*, Serap.ſecundum Dioſc. *aqua cineris arboris*.
Fimus, Plin.30.*maris & columbi cum arſenico & melle*.
Galla, Plin.24. Serap. ſecundum Dioſcor.*puluis*, A-uic.ſimiliter.
Gluten auri. Auicenna
Gummi iuniperi. Haliabas.
Hæmatites, Auic.Hali.Lapid. Serap.ſecundum Gal. *tritus* aufert carnem.
Hermodactyli, Meſ. Circa.moderate corrodunt.
Iarus, Circ.*puluis eius ſolus* corrodit ſuperfluam car-nem.
Iris, Circainſt.*puluis radicis*, lenit & corrodit ſuper-fluam.
Kali, Sera. ſecundum aliquos, deſtruit carnem ſu-perfluam in vlceribus.
Kitran, Haliab.
Lacticinia. Auicen.
Lana vſta. Auic.Halia.Serap.ſecundum Galen.

Lapis phrygius. Serap. ſecundum Dioſcor. aufert ab vlceribus.

Lapis aſius, Auicenn. Plinius 36. Serapio ſecundum Galenum, diſſoluit carnem ſine mordicatione. ſecundum Dioſcoridem. *flos eius ſiccus*, aufert carnem ſuperfluam in vlceribus ſimilem fungis.

Lithargyrus, Serap. ſecundum Dioſcorid. aufert & conſolidat.

Lolium, Auicenna. liniatur cum *tritico aut pulueriz etur*.

Marrubium, Mac cum *melle*.

Marchaſita, Serap. ſecundum Dioſc. cum *reſina pini*, aufert ſuperfluam cum parua calefactione & ſtypticitate. Auic. cum *gummi pini*.

M[illegible] Alman. 7. *tract. cap. 6.*

Medicamen acutum. Alman. 7. *tract. cap. 6.*

Minium, Serap. aufert putridum.

Oeſypus, Plinius *trigeſimo*, *cum ærugine & cinere hordei*.

Oleaſter. Plin. 23. *cinis cauliculorum*.

Papauer cornutum. Auic. *folia*.

[illegible] Colliger.

Piſces, Auicen, *capita ſemerot. i. ſardelli vſta*. Serap. ſecundum Galen. *caput vſtum ſalſum piſcis abſamatis*, aufert ſuperfluam ab vlceribus.

Porphyra marina, Serap. ſecundum Dioſcor. *vſta* maxime diminuit & corrodit.

Pulmo, Plin. 30. *arietis*, efficax eſt.

Pumex, Serapio ſecundum Dioſcoridem aufert ab vlceribus.

Plumbum, Plinius 34. Serapio ſecundum Dioſco. *vſtum lotum*.

[illegible], Serap. ſecundum Dioſc. *emplaſtrum cum foliis & melle*, aufert putridam.

Sal, Plin. 31. Auic. Meſ. Serap. ſecundum Dioſc. ſuperfluam vlcerum aufert, & cum *adipe vituli* ſuperfluæ in exterioribus confert.

Sanguis, Plin. 28. *equi*.

Sarcocolla Serapio ſecundum plures. Auicenn. corrodit.

Sepia Plin. 32. *os vſtum*.

Scordotis, Plin. 26. *puluis eius*.

Scoria argenti, Plin. 23.

Spongia, Plinius 31. *vſta*.

Squama æris, Serapio.

Stercus, Serapio ſecundum Galenum, pecudis cum *aceto* linitum, confert ſuperfluæ carni. Hali. ſimiliter.

Tamariſcus Auicenna. *cinis*.

Teſta clibani, Haliabas.

Vitis, Plinius *vigeſimotertio*; *cinis cum aceto & nitro*.

Vitis alba, Auicen. *radix* imponitur *emplaſtru*. Serap. ſecundum Dioſc. ſimiliter.

Vnguentum { *Zenit*, Hali. 24. *antidot.* / *Centrualis*, Haliab *ibidem*. / *Aegyptiacum*, Alman. 7. *tract. c. 6.* / *Viride*, Alman. *ibidem*. Nicol. valet vlceribus, vbi ſuperfluę carnes naſcuntur, & corrodit malam.

Ziniar, Haliabas, Auicen. Serapio ſecundum Galenum carnem teneram & duram ſuperfluam in vlceribus reſoluit, abſtergit, comedit, & diſſoluit appoſitum cum *ſummitate radii*.

Incarnantia, glutinantia, & conſolidantia.

Aes, Col. *vſtum*, Auicenna. *vſtum* glutinat. Hali. Conſolidat. Serapio ſecundum Galenum, *vſtum* incarnat, ſecundum Dioſco. *vſtum & batitura æris* incarnat & conſolidat vlcera.

Allium, Serap. ſecundum Galen. incarnat & glutinat plagas magnas.

Aloe, Alman. Col. Serapio ſecundum Galenum & Dioſcor. incarnat Auicen. *prima ſecundi*, conſolidat.

Alkanna. Circ. conſolidat ſola applicata.

Amylum. Auic.

Ammoniacum, Auic. generat bonam carnem, & aufert malam. Serap. ſimiliter.

Antimonium, Sera ſecundum Dioſc. glutinat. Auic. conſolidat & incarnat.

Anagallis, Serapio ſecundum Galenum incarnat vlcera.

Apoſtolicon, Auic. 11. *quinti*.

Apium, Auicenna.

Argenti ſcoria. Plin. 33.

Ariſtolochia. Meſ. Col. Mac. Auic. carnem generat, proprie *longa*. Serap. ſecundum Galen. ſimiliter cum *ireos & melle*.

Aſius lapis. Plin. 26. Auicen.

Aſphaltus. Plin. 35. Sera. ſecundum Galen. glutinat. Cir. conſolidat.

Auricula muris. Auic. *quædam eius ſpecies* facit adhærere plagas.

Balauſtia, Auic. Ser. Cir. conſolidat.

Barba hirci. Ser. Auic. *folia ſicca*.

Berbena, Macer. *trita*.

Biſtorta, Circainſt. conſolidat.

Bitumen, Plinius 35.

Bolum commune pictorum, Auic. conglutinat.

Britannica, Auic. conſolidat vulnera & vlcera.

Bulbus, Serap. ſecundum Gal. incarnat.

Butyrum, Auic. replet vlcera & mundat.

Calx, Serap. ſecundum Dioſc. cum *axungia vel oleo*, conſolidat & incarnat. Auicen. *abluta* conſolidat.

Candaruſum, Serap. ſecundum Galen. glutinat & incarnat.

Cardamomum, Alman. *vſtum*.

Caries lignorum. Auicenna proprie *ex ligneis ſtypticis*.

Caſtanea, Sera. ſecundum Galen *fructus* incarnat, & *folium* glutinat plagas recentes.

Caulis, Serap. ſecundum Galen. conglutinat, Auic. conſolidat. Hali. *caulis napo* glutinat & conſolidat vlcera.

Cauda equina, Auice. conſolidat vulnera, & vlcera mirabiliter etiam ſi ibi fuerint nerui.

Centaurea, Meſue, Auicen. Col. Serap. ſecundum Galenum *maior* incarnat & glutinat. ſecundum Dioſcoridem *recens & ſicca* impoſita vulneri, & *ſuccus eius* ſimiliter glutinat & conſolidat. *Minor* ſecundum Galen. *recens* incarnat & conſolidat antiqua duræ incarnationis. ſecundum Dioſcoridem, *recens contuſa* conglutinat, incarnat, & conſolidat vlcera. Macer. *minor*. Circ. *radix* ſolidat vlcera.

Ceruſſa. Serap. ſecundum Gale. glutinat & *vſta loca* replet

replet vlcera carne. Auicen. carnem glutinat & generat.

Chamæpitys, Serap. ſecundum Galen. *recens*. Auicen. conſolidat.

Cyminum, Auicen. conſolidat repleta vulnera proprie *ſylueſtre*.

Cinnamomum, Circ. conſolidat.

Cypreſſus Auicenna. Sera. ſecundum Galenum *folia & nux eius recentia* incarnant. Circ. *nux* eius conſolidat.

Colla. Auic. omnis. Sera. ſecundum Paulum, *gluten piſcium*.

Colophonia, Auic. carnem generat maxime in corporibus terrenis. Circ. conglutinat.

Cornal arbor, Auic. conſolidat.

Climia auri, Auic. incarnat.

Crocus, Auic. conglutinatiuus.

Dactylus, Serap. *oſſa eorum*, Auic. *nuclei*.

Diachylon emplaſtrum, Nico. incarnat ſuper vulnera & cicatrizat.

Didar, Serapio. ſecundum Galenum *folium recens & radix* glutinat recentia vulnera, ſecundum Dioſcor. *cortex arboris* pluſquam *folia*, quando ligatur vulnus ſicut ligantur corrigiæ.

Dragontea, Serap. ſecundum Galenum, *folia* incarnant.

Ebulus, Serap. ſecundum Gale. incarnat. ſecundum Dioſc. glutinat.

Ericius, Plinius *trigeſimoſecundo*, *marinus vſtus* Serap. ſecundum Gal. *ericii cinis* carnem generat in vlceribus.

Fel. Plin. 32. *ſcorpionis marini*.

Ferri ærugo, Plin. 34.

Fæx expreſſionis olei, Auicenna.

Ficus, Plinius 23. *cinis eius*. Auicenna. *ficus* carnoſa glutinat.

Gagates, Haliabas.

Gypſum, Auic. Col. Serap. ſecundum Gal. & Dioſc. glutinat.

Gummi arabicum, Auic. Serap. ſecundum Galen. & Dioſc. glutinat vlcera.

Gummi prunorum, Auic. Serap. ſecundum Gal. glutinat vlcera.

Gummi ceraſorum. Serap. ſecundum Gal. incarnat ſine mordicatione.

Gummi pini, Alman. Auicenn. Haliab. glutinat vulnera.

Glandis folia, Sera. ſecundum Gal. glutinant recentes. Auic. ſimiliter.

Gramen, Plinius *vigeſimoquarto*, Auicenna conſolidat. Serap. ſecundum Galenum glutinat maxime recentia.

Grana tinctorum Serap. ſecundum Galenum incarnat. ſecundum Dioſcoridem cum *aceto* glutinat vulnera.

Granum pini. Auicenna.

Graſſula, Macer.

Hæmatites. Serapio ſecundum Galenum incarnat.

Hypericum, Auicenna, Serapio, Galen. cito incarnat.

Indicum, Serap. ſecundum Galen. incarnat, *agreſte* vero conglutinat plus *domeſtico*. ſecundum Dioſcor. *folia emplaſtrata* in principio vlcerum glutinant.

Iris, Meſue, Serapio ſecundum Dioſcoridem incarnat profunda. Auicen. ſimiliter.

Kitran, Auicenna. carnem laxam fortificat & ſtringit.

Lactuca aſini, Auic. *cum ceroto*.

Lapis phrygius. Sera. ſecundum Gal. incarnat & conſolidat bene.

Laſer, Plinius 22. *cum fimo muris & vino*.

Laudanum, Auic. conſolidat.

Lentiſcus, Circ. conſolidat.

Lenticula aqua, Plin. 22.

Lilium, Auicen. Serap. ſecundum Galenum. cum *oleo roſa. aſſatum* incarnat vlcera omnia. Et quidam infundunt *folia in aceto*, & incarnãt vulnera, & *radix* ſimiliter eſt bona & laudabilis ad incarnandum & conſolidandum omnia vlcera, ſecundum Dioſ. *radix cocta cum roſaceo*, incarnat vlcera.

Lingua auis, Auic. *folia* conſolidant.

Lithargyrus. Serap. ſecundum Dioſc. conglutinat & implet vlcera carne. Auic. ſimiliter, Haliab. carnem producit. Circ. conſolidat.

Lutum:
- *Abſolute*. Auicenn. conſtringit carnem laxam.
- *Samium*. Auic. conſolidat.
- *Magra*, Auic. conſolidat.
- *Sigillatum*, Auic. glutinat & conſolidat.

Mala, Serap. ſecundum Galen. *pontica, ſtyptica, acetoſa* incarnant & glutinant vulnera.

Mandragora, Apuleius *folia* glutinant vulnera.

Markaſita, Auicenna cum *gummi pini*, conſolidat vlcera.

Maſtiche. Sera. ſecundum Dioſ. *decoctio corticis arboris cocta ad ſpiſſitudinem mellis*, in vlceribus. Auic. *decoctio foliorum & ſuccus* generat carnem. Cir. glutinat & conſolidat.

Mel. Serap. ſecundum Gal. coctum incarnat fiſtulas & vlcera profunda. Auic. *coctum, ingroſſatum* glutinat.

Millefolium, Ign. *coma tunſa* impoſita.

Minium. Serap. glutinat.

Myrrha, Serap. ſecundum Dioſcorid. glutinat quicquid indiget glutinari. Auic. conſolidat. Halia. glutinat vulnera.

Morus. Plin. 23. *fructus & ſuccus radicis*.

Mum. Auicenna, glutinat & oppilat poros.

Narciſſus, Sera. ſecundum Gal. incarnat, ſecundum Dioſc. cum *lolio & melle*.

Oleum de granis viridibus. Meſue, *duodecimo antidotarii*.

Olibanum, Serapio ſecundum Dioſcoridem. replet vlcera profunda carne. Haliabas. carnem inducit vulneribus. Auicenna conſolidat valde. Circainſt. conglutinat & conſolidat, Vide *Thus*.

Opopanax, Meſue.

Orobus. Haliabas, carnem producit in vulneribus.

Oſtraca purpurea, Auic. *vſta* conſolidant.

Ouum, Auic. *albumen* conglutinat.

Papyrus, Auicen.

Parietaria, Auic.

Peucedanum, Serap. ſecundum Dioſcor. *radix* incarnat & conſolidat.

Pinus, Serap. *cortex*. Auic. *cortex* conſolidat, *folia* glutinant

Pyra, Auic. *ſylueſtria exiccata* conſolidant.

Pix, Plinius 24. *cum paſſulis axungia*. Sera. ſecundum Dioſc. *cum thure & mum*. *Pix humida* incarnat vlcera profunda, & cum *melle* vlcera profunda & putrida. ſecundum Galenum *pix ſicca* habet parum incarnationis. Auicenna generat carnem cum *thure & melle*. Haliab. carnem inducit vulneribus.

Poma, Auic. *cortex arboris & folia, & ſuccus eorum* conſolidat.

Polium montanum maius, Sera. ſecundum Gal. recẽs incarnat. Auic. *viride*.

Puluis de capparis Serap. 3. *antid.*

Pumex, Serap. ſecundum Gale. imponitur medicinis generantibus carnem. Halia. carnem inducit vulneribus.

Plantago, Ign. Serap. ſecundum Gal. incarnat. Auic. *lingua arietis* conſolidat.

Plumbum, Ser. ſecundum Dioſc. *vſtum*.

Quercus, Haliab. *folia carne* replent vlcera.

Rana, Plin. 32. *cinis cum melle & pice*.

Roſa, Haliab. carnem generat. Mac. oleum eius.

Rubigo ferri, Plinius 34.

Rubus, Serapio ſecundum Gale. *folia* conglutinant. Auic. conſolidant.

Salix, Hali. *folia* incarnant vulnera. Circa. conſolidant.

Sambucus, Serap. ſecundum Dioſc. glutinat.

Sanguis draconis, Aui. Serap. ſecundum Gal. & Dioſ. ſecundum Conſtan. incarnat & conglutinat vlcera & vulnera. Hali. carne replet vulnera.

Sapa, Iſaac.

Sarcocolla, Meſ. Hali. Sera. ſecundum Gal. glutinat & incarnat. Aui. glutinat & conſolidat, carnem generat. Albuk. ſimiliter.

Sepia, Plin. 32. *puluis oſsis*.

Serapinum, Auicen. incarnat.

Seſamum, Auicen. conglutinat.

Sideritis, Ign. conglutinat.

Sycomorus, Serap. ſecundum Galen. *lac* ſecundum Dioſc. *tempore veris collectum & ſiccatum*.

Sinopida, Auicen. Serap. ſecundum Dioſc. conglutinat.

Sordities, Serap. ſecundum Galen. *parietis balnei* facit naſci carnem.

Sucaba, Haliab. *folia* glutinant vulnera.

Scordion, Auic. conſolidat.

Scoria argent. Plin. 33. Auic. conſolidat.

Spina ægyptiaca, Auic. *radix & proprie ſemen* eſt vehementis conſolidationis.

Spongia, Sera. ſecundum Dioſco. noua glutinat vlcera phlegmatica & antiqua.

Tela aranea, Circ. conſolidat.

Terebinthina, Hali. carnem inducit vulneribus.

Teſta, Serap. ſecundum Gal. *fit vnguentum* bonum ad conſolidanda vulnera & incarnanda. Auic. *emplaſtrum* conſolidat fortiter.

Teſticulus canis, Auic. incarnat.

Thus, Alman, Hali. *ipſum & cortex eius* carnem inducit Vide *Olibanum*.

Thutia, Sera. ſecundum Dioſc. replet vlcera carne, & glutinat.

Tragacantha, Ser. ſecundum Gal. & Dioſc. glutinat. Circ. ſimiliter. Col.

Vernix, Circa in. conglutinat.

Vitis Plinius 23. *cortex & folia arida*.

Virga paſtoris, Serap. ſecundum Gal. incarnat. Auic. conſolidat. Hali. incarnat vulnera recentia.

Vnguentum
- *Arabicum*.
- *Nicodemi*.
- *Caraſeos magnum & paruum*.
- *Tripharmacon*.
- *De lilio*. Meſ. *11. antid.*
- *Baſilicon*, Meſ. *ibidem*. Serap. *28. antidot.* Haliab. *14. antid.*
- *Seſami*.
- *Fuduricum*.
- *Aſcerebri*. Haliab. *14. antid.*
- *Tebedurniati*. Serap. *28. antid.*

Verbena, Macer *trita*.

Vrizifur, Auice. incarnat & conſolidat, & carnem generat.

Zintar, Auice. Hali. *cum cera & oleo*, carnem inducit.

Cicatrizantia.

Æs, Haliab. *vſtum*. Serap *1. parte ſimplic. vſtum, ablutum*. & præfertur omnibus medicinis conſolidantibus.

Aloe, Plin. 27. Gal. *6. ſimpl.*

Alumen. Serap. *1. parte ſimplic.*

Anagallis, Gal. *6. ſimplicium*.

Antimonium, Haliab.

Balauſtia, Serap. *1. parte ſimpl.*

Berbena. Ignotus ad cicatricem ducit vlcera.

Calx, Plin. 26 *cum aceto & oleo roſ.*

Cadmia, Plin. 34. *quædam eius ſpecies.*

Centaurea minor, Macer.

Cyperi. Haliab. vlcera difficilia.

Cornua, Serap. *1. parte ſimplic. combuſta*.

Chryſolachanon, Plin. 33.

Diachylon, Nicolaus.

Dragontea, Gal. *6. ſimpl. folia*.

Gallæ, Serap. *1. parte ſimpl. virides*.

Granata Serap. *ibidem cortex ſuccus*.

Lilium, Mac. *ſuccus albi coctus cum melle & aceto*.

Limaces Serap. *1. parte ſimpl. combuſta*.

Lithargyrus. Serap. *ibid.*

Myrrha, Serap. *ibidem*.

Oleaſter. Plin. 23. *cinis eius*.

Plumbum, Haliab. *vſtum*, difficilia cicatrizat.

Plantago, Ignotus.

Scoria æris, Serap. *1. parte ſimpl. abluta*.

Scoria argenti Plin. 33. Haliab.

Teſta clibani, Haliab.

Verbena, vide *Berbena*.

Extenuantia & planantia cicatrices & excrementa vlcerum.

Alumen, Plin. 35. *cum aceto*.

Apoſtolicon emplaſtrum. Nicolaus, ſanat & ſubtiliat.

Balſamum, Circa. cum *cera* applicatum per dies 10. remanendo vſque ad 40. cicatrices remouet.

Braſsica, Plin. 20. *ſylueſtris*.

Corallus, Plinius. 32.

Citrinum vnguentum, Nic. ſubtiliat cicatricem.

Chryſocolla, Plin. 33.

Fel, Plin. 28. *vituli* addunt Medici *myrrham, mel, & crocum* aliqui *florem æris miſcent*. Et 32. *ſcorpionis marini*. Kiran. *tauri cum teſta oui diſſolutum*.

Lendesam, Serap. ſecundum Dioſc. linitum
Pulegium, Plin. 20. *ſylueſtrü radix ſicca.*
Plumbum, Plin. 34.
Serapinum, Sera. ſecundum Dioſc. linitum cum *aceto*, ſubtiliat cicatrices.
Spuma argenti, Plin. 33.
Staphyſagria. Plinius 23.

Veſtigiis & cicatricibus vlcerum conferentia.

A*Pium rusticum*. Gale 6. *ſimplic*. Plin. 25. remouet ſtigmata.
Ben, Meſ. Auicen. *ſemen*. Serap. ſecundum Gal. *ſuccus granorum*, cicatricibus vlcerum confert. ſecundum Dioſc. *grana cum aceto*, cicatricibus nigris ex conſolidatione vlcerum.
Bulbus, Auicen. Serap. ſecundum Dioſ. cum *euphorbio* liniantur cicatrices nigræ ex conſolidatione vlcerum.
Cucumer aſininus, Plin. 20. Auicen. Serap. ſecundum Dioſcor. *puluis radicis*, veſtigiis nigris ex conſolidatione vlcerum confert.
Eruca, Serapio ſecundum Eben Meſ. *ſuccus cum felle* delet cicatrices vlcerum. Auicenna ſimiliter.
Fœnograecum, Auicenna. *oleum eius.*
Herbum. Auicen. *lac & aqua eius.*
Lacca. Auic. velociter confert.
Mandragora, Apuleius 7. diebus leuiter fricata, vel cum *ſale* ſeruata, ſtigmata ſine vlceratione detergit.
Maiorana. Auic. appoſita poſt ſcarificationem ventoſarum prohibet albedinem, quæ conſueuit apparere in eis.
Myrrha, Auicenna.
Oleum been, Meſ. 12. *antid.*
Olibanum, Auicen. *cortex.*
Sputum, Haliabas.
Vitis alba, Meſue. Auicen. Serap. ſecundum Dioſc. cum *orobo & fœnograeco.*

Aperientia cicatrizata.

S*anguinea virga*. Plinius *vigeſimoquarto*, *cortex interior.*

F I N I S.

EXA-

EXAMEN LEPROSORVM,
AVTHORIS INNOMINATI.

Oportet Medicum prouidere, & attentum eſſe circa ſigna ipſius lepræ, & illa reuoluere multoties, & nō vni ſignorum credere, ſed pluribus, & videre, quæ ſint ſigna propria, & quæ æquiuoca, vnde ſecundum propria ſigna iudicet, & ſecundum æquiuoca, ſecundum maiorem partem.

Faciat igitur primo infirmum iurare, vt de interrogandis dicat veritatem, & conſoletur verbis conſolatoriis, dicendo, quod hęc ægritudo ſalus ſit animæ, & tales Chriſtus non deſpexerit, licet mundus eos fugiat.

Tunc Medicus ſecundo quærat de regimine ſuo, & diæta, & num conſueuerit habere hæmorrhoidas, vel mentag. & nunc non habeat. Item quales habuerit ægritudines, quæ ad lepram diſponunt.

Primo facit fieri phlebotomiam de cephalica, vel de baſilica, vel de ambabus, & ex diſpoſitione ſanguinis & eius ſubſtantia iudicet. *Indicia ex ſanguine.*

Primo, ſi ſanguis fœtet.

Secundo, ſi tactu ſit viſcoſus vel vnctuoſus.

Tertio, ſi manibus & digitis totus ſtridcat, ita quod ſit arenoſus, & aſper ad tactũ per aduſtionē.

Quarto, ſi poſt lotionem ſanguinis per pannum lineum duplicem, conſideret carnem illam, quæ eſt in panno, num ſit arenoſa, granuloſa, tumboſa, nodoſa.

Quinto, ſi fila rubea apparent ibidem, & ſi caro alba, quæ ſtridebat ad tactum, & fœteat, & nigreſcat, hoc eſt malum ſignum.

Sexto, ſi color ſanguinis ſit niger liuidus,

DE OCVLIS.

Si oculi rotundantur, & maxime verſus domeſticam partem.

Secundo, ſi ſit palpebrarum inflatio.

Tertio, ſi ſit oculorum inflatio & ſuperciliorum.

Quarto, ſi pili ſuperciliorum cadunt, & apparent creuiſſe pili parui & minuti, quæ non niſi ad ſolem videntur.

Quinto, ſi extractis pilis palpebrarum, & ſuperciliorum, adhæreant eis velut fruſtula carnis.

Sexto, ſi albugo ſit tenebroſa & liuida.

Septimo, ſi venæ rubeæ apparent in alba, & præcipue in angulis oculorum.

Octauo, oculorum aquoſitas.

DE AVRIBVS.

Si ſint rectæ & rotundæ propter conſumptionem pulparum eius.

DE NARIBVS.

Si nares exterius ſecundum exteriorem partem ingroſſentur, & interius conſtringantur, & coarctentur.

Secundo, ſi appareat cartilaginis in medio corroſio, & caſus eius, ſignificat lepram incurabilem.

Tertio, ſi fœteant.

Quarto, ſi apparet polypus & ſtrictura anhelitus.

Quinto, ſi multitudo ſit ſternutationis.

DE ORE.

Primo extrahatur lingua, & videatur, an ſit granuloſa de ſubtus, aut etiam in extremitate linguæ, & in poris apparent grana alba, viridia, vel liuida, hoc eſt certum ſignum.

Secundo, ſi fœteat anhelitus.

Tertio, ſi ſit eius ſpiritus difficilis attractionis, & cum difficultate attrahatur, vt in phthiſi, diſpnoea, & aſthmate.

Quarto, labiorum ingroſſatio, durities, fiſſura, denigratio, & liuiditas.

Quinto, ſi gingiuæ ſint aſperæ, & corroſæ.

Sexto, ſi eius ſermo ſit, ac ſi per nares loquatur.

DE FACIE.

Primo, furfures capitis fricando.

Secundo, color liuidus totius faciei vergens ad fuſcedinem, mortificatus, & terribilis aſpectus faciei cum fixo intuitu.

Tertio, puſtulæ & nodoſitates in facie & tuberoſitates.

Quarto, formicatio & titillatio totius faciei, ac ſi acus pungat eum.

Quinto, ſi ſit tenſio frontis, & ſplendor, vt cornu.

DE PECTORE.

Si in pectore apparent venæ groſſæ. Item ſi ſunt mamillæ duræ.

DE MANIBVS ET PEDIBVS.

Si manuum muſculi fuerint conſumpti, & maxime pollicis & indicis. Item liuiditas vnguium cum ſanguinis diminutione.

Item liuiditas & ſciſſura vnguium.

Item quando digiti manuum & pedum & alii ſibi propinquiores, quæ vocantur medii, patiuntur frigus, & dormitationem, & quaſi quandam ſenſus priuationem. Et aliquando accidit cuti, inter illos digitos vſque ad cubitum vel brachium, & à pede dormitatio illa extendit ſe ad ancham.

Item ſerpigo & impetigo ſi eis adſunt, & prius pili parui aſcendunt, malum ſignum eſt. Et ſi impetigo & ſerpigo fuerint magna quantitate, manuum aut pedum, eſt certum ſignum acuitatis materiæ.

Item conſumptio pulpæ tibiarum.

Item ſenſibilitas ſiue tibiarum, ſiue retro tibias, quod puncturam acus non ſentiat, eſt ſignum lepræ.

Item diſtorſio iuncturarum, & nodoſitas circa illas partes.

DE TOTO CORPORE.

Primo ſi ſit facilis infrigidationis.

Secundo, ſi eminentiæ frigoris, ſicut in anſere apparent, & ſignum infallibile.

Tertio, ſi ſub cute ſint nodi, qui manibus tractari poſſunt.

Quarto, ſi ſit pruritus & ſcabies illic.

Quinto, ſi aqua deſcendit per corpus, ac ſi tranſiret per rem vnctuoſam.

Sexto, ſi ſit corroſio cutis, & proprie inter ſpondylem & dorſum.

Septimo ſentiunt ſe graues cum dormitatione membrorum.

Octauo, ſub cute tranſeunt formicationes, ac ſi eſſet vrtica percuſſus, vel ſicut vermes ibi eſſent.

Item plus appetunt coitum & ardent.

Item ſunt magis doloſi.

Item ſomnia vident terribilia.

Item incubum ſæpius patiuntur, ac ſi cor eorum claudatur in nocte, & comprimatur.

DE PVLSV.

Eſt debilis, & rarus, & ſubtilis.

Item formicatio in palato, lingua, genu, & palpebris, & in toto corpore.

Item color cutis liuidus.

Item fœtor ſudoris.

SIGNA ALOPITIAE SANGVINEAE.

Facies obſcura, ſubtumida, cum ruboribus multis vlceroſis, & virulentia ſanioſa, oculi ſunt rubei, & lachrymantur, vrina vergit ad rubedinem & ſpiſſitudinem.

TYRIAE SIGNA.

Vrina alba, vergens ad ſpiſſitudinem, cum quadam globoſitate ſanioſa.

LEONINAE SIGNA.

Manuum fiſſura, pedúmque aſperitas, cutis macies, pruritus & ardor, vox rauca, calor citrinus, mobile lumen, gingiuarum corroſio, naris acumen, vrina vergit ad citrinitatem & tenuitatem, venterque eſt conſtipatus.

ELEPHANTIASIS SIGNA.

Vrina eſt clara, liuida, tenuis, ſubtilis, arenoſa.

Eſt pondus, tumor, oculi turbatio, fœtor.
Pruritusq́; ſitis, aſperitasque cutis.

FINIS.

GVILIELMI FABRICII HILDANI PATERNIACENSIS CHIRVRGI ORDINARII

OBSERVATIONVM ET CVRATIONVM CHIRVRGICARVM

Centuria,

IN QVA INCLVSAE SVNT VIGINTI ET QVINque, antea ſeorſim æditæ: reliquæ nunc cum nonnullis inſtrumentorum, ab autore inuentorum delineationibus, in gratiam & vtilitatem artis Chirurgicæ in lucem prodeunt.

Prodit

ANNO ©I Ↄ I Ↄ CX.

BENEVOLO LECTORI.

Vix credas, lector, quam ſit iucunda libelli
Lectio, quamq; viris vtilis eſſe queat,
Nam docet exemplis, quot ſint obnoxia morbis
Corpora noſtra, modis quotq; leuentur item:
Et monet attente per multa pericla caueri,
In quibus haud aliquid proditur eſſe mali.
Has ergo hiſtorias Chirurgos quoſq; iuuabit,
Et quoſuis alios ære paraſſe ſibi.

Nathanaël Chambutus.

SERE.

A

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, Dn. FRIDERICO IV. COMITI PALATINO AD RHENVM, VTRIVSQVE BAVARIÆ Duci, ſacri Romani Imperii Archidapifero, & Electori &c. Domino meo clementiſſimo.

B QVæcunque remedia morbos remouere & valetudinem reſtituere poſſunt, ſereniſſime & potentiſſime Princeps, in tria genera Galenus & poſt ipſum Medici celeberrimi diuiſerunt, quæ ſunt Diæta, Pharmacia, & Chirurgia. Ex iis Chirurgia, quæ in vulnerum, fracturarum, diſlocationum, aliorumq; externorum affectuum curatione, occupata eſt, cum ab aliis, tum etiam à Regibus & Principibus magno in honore ſemper habita fuit. Scribit n. Diodorus *lib. 4. c. 9.* & Pauſanias *in Meſſenicis*, Machaonem & Podalirium cum ad Troiam cum Agamemnone Rege acceſſiſſent, plurimumque Græcis in eo bello curandis ſummo ſtudio vulneribus opitulati eſſent, maximā ob id gloriam adeptos, & poſt bellum immunitatibus maximis donatos. Dionyſius Rex Siculus Chirurgia ſummopere delectabatur, & ipſemet eam exercebat, vt autor eſt Ælianus *lib. 1 de varia hiſtoria*. Ioſina Rex Scotiæ illam in primis amplexus eſt, eo, quod cum in Hibernia cum patre exularet Chirurgis maxime familiariter vſus fuiſſet, breui reliquæ nobilitati in Regis mores eunte factum eſt, vt multis ſeculis nemo eſſet in Scotia illuſtriore loco natus, qui vulnerum curationem non teneret, quemadmodum H. Boethius *lib. 2.* memorat. Sed quid plura commemorem exempla, quibus nullum non ſeculum illuſtre fuit.

C Cæterum Chirurgia primum intra priuatos parietes à nonnullis retinebatur, qui eā filios ſolummodo ſuos docebant, poſt creſcente eius vſu, tum a veteribus, tum a recentibus artificibus in certa præcepta redacta, publici iuris facta eſt, & plurimas vel vulneribus, vel vlceribus fracturiſue male affectis attulit vtilitates. Certitudo autem & dexteritas eius ex obſeruationibus ſingularium non tantum vtiliter, ſed etiam neceſſario comparatur. Nam ſi quæ ars eſt, quam obſeruationes excolunt, amplificant & perficiunt, hæc profecto eſt. Illæ Chirurgum ante aggreſſionem operationum, & curationis vulnerū, prouidum, in curando circumſpectum & cautum, ad omnes deniq; effectiones artis ſuæ aptū reddunt. Illæ errores præcauere docent, quibus imperiti Chirurgi & irrationales empirici innumeros ægros, nō tantum per multos dies, menſes, annos, excruciant, verum etiam frequenter necant: aut ad minimum infeliciter curatos, ex rectis claudos fiunt. Illæ vetera Chirurgiæ præcepta vera confirmant, falſa refellunt, obſcura illuſtrant, dubia ab ambiguitatibus liberant. Illæ noua & ab antiquis nō annotata præcepta ſuggerunt. Illæ noua inſtrumenta, & olim ignorata, ſubminiſtrant, quorum vſus & expeditus eſt, & vulneratis ſalutaris. Illarum rerum ſpecimina obſeruationes hæ noſtræ exhibent, multorum annorum ſpacio, multorum laborum ſtudio, multorum ægrorum ſolatio comparatæ, quas publici iuris facio, vt quantum in me eſt, Chirurgicarum operationum dexteritatem adiuuem.

Obſeruationum vtilitas.

D Illas autem Celſ. T. *Sereniſſime & Potentiſſime Princeps*, merito dedico & conſecro, vt quæ non ſolum veterum Regum & Principum exemplo omnes medicinæ partes magni facit, verum etiam innata quadam erga omnes literatos animi inclinatione ſit prædita. Et Sereniſſimorum Potentiſſimorumque Principum, patris ſui *Ludouici*, & aui *Friderici Pii* veſtigiis piis & laudatiſſimis inſiſtens antiquiſſimam illam & florentiſſimam *Heidelbergenſem* Academiam doctiſſimis viris omniumque ſcientiarum luminibus præclariſſimis & prudentiſſimis clementiſſime exornat.

Cum itaq; Celſ. T. non tantum ſtudiorum ſit patronus ſummus, ſed etiam pro iudicii ſui dexteritate Chirurgiam Principibus heroicis & Remp. aduerſus hoſtes propugnantibus, in primis conſectatam procul dubio magni æſtimet, humillima atq; debita animi demiſſione rogo & oro, vt hoc meum ſtudium & quantulumcunq; laborem, pro ſua clementia, in protectionem ſuam ſuſcipere, & contra maledicentium morſus defendere dignetur, vt hoc pacto in propoſito obſeruationum Chirurgicarum curſu progreſſus faciens Celſ. T. perpetuo me obſtrictum eſſe agnoſcam. Præpotens ille Deus Celſ. T. vna cum Illuſtriſſima coniuge, & ſobole optime nata quam diutiſſime incolumem tueatur, ſpiritu ſuo regat, & omni benedictionum genere ornet cumulatiſſime, vt per eam Eccleſiæ incolumitas, Reipubl. Chriſtianæ ac in primis ſacri Rom. Imperii dignitas & optimarum literarum ſplendor conſeruari,
E augerique poſſit. Paterniaci Auenticorum 10. Auguſti Anno 1605.

Sereniſſimæ Celſ. T.

ſeruus addictiſſimus

Guilielmus Fabricius Hildanus.

PRÆ-

PRÆFATIO AD LECTOREM.

CVm artem noſtram Chirurgicam, candide Lector, ex experientia, uſu, atque exercitatione procreatam, nullamque eſſe aliam, in qua experientia adeo ſit neceſſaria, probe animaduerterem, cœpi ante annos aliquot congregare ea, quæ in tractandis ægrotis, & faciendis operationibus, rara & notatu digna mihi occurrebant, idque in proprium vſum. Aduerſaria autem illa cum apud me vidiſſet atque perlegiſſet reuerendus ac clariſſimus Dn. Ioan. Rheterius, Philoſophiæ, & trium linguarum peritiſſimus, & Theologus eximius, compater meus plurimum honorandus, & pro ingenii ſui acumine, ea publicatione non indigna fore iudicaret, ſuaſit, vt eligerem viginti quinq; exempla non vulgaria, quæ ipſe poſtmodum propter ſingulare ſuum iuuandæ reipublicæ ſtudium & ſummam in me beneuolentiam, vna cum tractatu meo de Gangræna & Sphacelo latina fecit & typis mandauit.

Hæc cum læta fronte à Chirurgiæ ſtudioſis excipi, eorumque nunc defuiſſe exemplaria viderem & amici nonnulli hortarentur, vt cæteras, quas haberem obſeruationes, adderem, in hoc etiam genere peragẽdum putaui. Succiſiuum itaq; huic ſtudio tempus libenter impendi, & poſthac libenter impendam, dummodo ad medicinam rede [illegible] aliquid vtilitatis accedere poſſit familiam: Habes itaq; beneuole lector Centuriam vnam, cui, propter penuriam exemplarium illas vigintiquinque Obſeruationes à D. Rheterio editas ſuo loco incluſimus. Centuriam hanc OBSERVATIONVM & CVRATIONVM inſcribere voluimus, ea propter maxime, quod non omnia rara exempla, ſed quod præterea curationes quaſdam contineat, tyronibus [illegible] gratiam hæc à me ſuſcepta fuere vt confido, nec ingratas, nec infructuoſas Epiſtolas præterea [illegible] amicorum, à propoſito noſtro minime alienas adiicere libuit. Sed tractatum de gangræna & ſphacelo, ſuperioribus viginti quinque Obſeruationibus adiunctum, nunc addere non [illegible] fauente Deo laboribus noſtris) propediem auctum, & ſeorſim editurum. Ordo [illegible] eſt, Quæ ad caput eiuſque partes attinent, primum deſcribo: deinde ad pectus, & ventrem, tandemque ad artus deſcendo. Et id quidem ſtylo rudiori & impolito, quod nobis lector humaniſſime ignoſces, quãdoquidem non tam elegantiæ, quam ipſis nos ſtudemus rebus.

Operis ordo.

Admonitio ad tyrones.

Et quia hiſce temporibus vix reperitur ſcientia, quæ calumniis & ſycophantiis adeo ſit obnoxia, atque medicina, neceſſe eſt, vt Chirurgus vtatur prudentia prouidentiaque, quo famæ ſuæ conſulat, vt recte admonuit Hippocrates *libro prædiction. in cap. 1.* Det igitur operam primo, vt in difficilimis affectibus & operationibus, ſi fieri poteſt, ſibi adiunctum habeat Medicum, qui victus rationem inſtituat, & corpus à prauis humoribus exoneret, ſymptomatibusque, quæ ſuperuenire poſſint, proſpiciat. Deinde vt ſit inſtructus omnibus ad operationem neceſſariis, veluti inſtrumentis, cauteriis ignitis, pulueribus ſanguinem ſiſtentibus, [illegible], aceto, cordialibus: vt aqua cinamomi, confectione alkermes, & ſimilibus, ſi vires deficerent. Viris item fortibus, & magni animi, manuque promptis. Tertio caueat, ne in grauiſſimis morbis, & operationibus, temere, & niſi rogatus ab amicis, conſanguineis, aut aſſidentibus ipſius ægrotantis manum operi adhibeat: ne poſtea, ſi res pro voto non ſucceſſerit, nomen mali & imperiti Medici aut Chirurgi ſibi acquirat.

Quid ante operationem conſiderandum.

Ante operationem itaque conſiderare debet, quidnam de morbo futurum, an ſcilicet curabilis aut incurabilis plene, aut diuturnus. Eſt enim prudentis Chirurgi (vt monet Celſus *libro quinto, cap. vigeſimoſexto.*) primum eum, qui ſeruari non poteſt, non attingere, nec ſubire ſpeciem eius, vt occiſi, quem ſors ipſius peremit. Deinde, vbi grauis metus, ſine certa tamen deſperatione eſt, indicandum neceſſariis, id eſt, familiaribus, & amicis periclitantis, in difficili rem eſſe, ne, ſi victa ars malo fuerit, vel ignoraſſe, vel fefelliſſe videatur, *ſed vt hæc* (inquit idem Celſus) *prudenti viro conueniunt, ſic rurſus hiſtrionis eſt, paruam rem attollere, quo plus præſtitiſſe videatur,* hæc Celſus.

Conuocatis igitur parentibus ægri, aut quibuſdam ex proceribus aut primariis eius loci, vbi æger decumbit, coram eis de præſenti periculo, & futuro euentu morbi præſagire debet. *Præſagia enim, quæ ex artis fontibus fiunt* (vt Galenus docet *lib. de conſtitution. artis medicæ*) *Medicum omni mortis culpa eximunt, ſuntque ceu clypeus, quem* DEVS OPTIMVS MAXIMVS *Medicis, vt eo ſe contra maledicentium & Momorum calumnias, & liuorem tueri poſſint* clementer ac benigne conceſſit. Si

enim

A enim Medicus prædicit, quæ cum morbo euentura ſunt, priuſquam eueniant, tum ſi quid ſiniſtri acciderit ægro, Medicum nemo culpare poteſt. Quandoquidem (vt Hipp. *loco antea citato* docet) præſentiã & prædicens coram ægro præſentia, præterita, & futura, quæque infirmi omittunt, enarrans, creditur agnoſcere conditionem ægri. Hinc audent homines magis ſe concredere Medico, atq; (vt Galen. inquit *prædictionum Hipp. commentario*) ſe exhibent obſequentiores, ac demum ſi ſe exhibeant obſequentiores, morbus facilius repellitur, vti ego non raro obſeruaui. Poſtea ex amicis & conſanguineis ſciſcitare conuenit, an in operatione facienda cõſentiant omnes, admonendiq; ſunt, ne culpã in Chirurgum transferãt, ſi res ex animi ſententia non ſucceſſerit. Id cum promiſerint, polliceatur eis Chirurgus, ſe ſummam adhibiturum diligentiam, ac fideliter adminiſtraturum & executurum omnia, quæ iubent artis præcepta.

Sed quia pietas ad omnia vtilis, imo neceſſaria eſt, quemadmodum nos monet diuus Apoſtolus, operatio & curatio prorſum inutilis futura eſt, niſi Deus ei benedicat, ideo reuerẽter accerſendus eſt Eccleſiæ paſtor, vt in re tam graui, & periculoſa, ſicut par eſt & pium ante operationẽ adſtantes admoneat, vt omnes cum ipſo pro felici ſucceſſu operationis, & curationis Deũ ſuppliciter implorare velint. Quod

B ſi non liceat habere paſtorem, hac vel non longe abſimili precatione vti ſoleo.

DEVS omnipotens pater clementiſſime, ingenue ac ſincere cum ſancto Propheta tuo Dauide fatemur, *nos in peccato conceptos eſſe, & in iniquitate natos.* Quod ſane ſi ſecus vel ſaltem cogitare vellemus conſcientia noſtra nos accuſaret, ac facile nos conuincerent morbi pene innumeri, aduerſa, caſus, incõmoda, quibus plerunq; & in animo, & in corpore, vel iuſtiores, vel noſtri ipſi infantuli conflictamur. Quæ haud dubie perſpicua ſunt teſtimonia, fructuſq; inhærentis peccati, impuriq; fomitis. Quam ob cauſam meremur iuſtiſſime non ſolum grauiores pœnas, ſed etiam à benigna tua facie reiici, vt qui nihil ſatagimus aliud quam crebris & continuis malis maieſtatem tuam offendere. At pater clementiſſime, fons omnis miſericordiæ, veniam deprecamur. Condona nobis flagitia, flagitiorum cauſas tolle, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, qui ſemetipſum horrendæ, ac ignominioſæ morti tradidit vt in eius vulneribus ſanitatem reperiremus ac reciperemus. Cæterum ô Pater miſericordiæ ac DEVS indulgentiſſime, qui non vis ægros in ſuis morbis & aduerſis computreſcere, ſed vt ſedulus Medicus ipſis opportuno tempore opitulari: Ideoq; pro tua plus, quam paterna bonitate medicamenta ac omnis generis remedia iam à priſcis & primis ſeculis cõuenientia procreaſti, & viros ad ea applicanda ſuſcitaſti, nec nõ quotidie ſuſcitas idoneos induſtria ac experiẽtia præſtãtes, quorũ cura & opera ſuccurratur afflictis. Iam nunc illa

C tua bonitate fieri, qui huc conuenimus gratia huius afflicti, in graui diſcrimine verſantis. Rogamus te ſupplices, vt ante omnia peccatorum eius immemor, quæ tot ſunt, veriſſimæ morbi cauſæ, illius te miſereat. Ac præterea digneris & adeſſe & præeſſe huic actioni, adeo, vt qui operaturus eſt, & manum adhibiturus, id te Duce faciat, & præſtet. Interim vires dolenti ſuppeditato, quo doloris acerbitatẽ, quę plærumq; tales operationes comitatur, perferre poſſit. Curationem ipſam ad perfectionem, & finem optatum perducito: ita vt & Medicus & Chirurgus, ſimul & æger ipſe, parentes, & quotquot hic adſunt ſpectatores pii, felicem ſucceſſum tibi ſoli acceptũ feramus, tibique immortales gratias agamus per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, cuius oratione nomen tuum ac miſericordiam compellamus, dicentes *Pater noſter, &c.*

Tu lector beneuole omnia æqui bonique conſule; quod te facere cum intellexero & DEVS OPT. MAX. vitam extenderit, & cœptis fauerit, nonnulla alia à me habebis. Vale.

O immenſe Deus ſummi medicaminis autor,
Dirige tu Medicos, erige tu miſeros.

GVILIELMO FABRICIO HILDANO SVO IOANNES RHETERIVS.

D *Mitto [illegible] non [illegible] magni [illegible] & optimi [illegible] memoriæ. Vtinam vero & huius merito & tuæ excellentiæ [illegible] exiguam mihi ingenium [illegible] & [illegible] amicos deprecor [illegible] Apoll[illegible] plenius. Interim, ne contemne. Qui quam potuit, dat maxima, gratus abunde eſt. Vale & me ama. [illegible] 14 Iulii [illegible].*

Ἐ[illegible] τῷ [illegible] τῷ ἀνδρὶ Κα[illegible] Ὀ[illegible] Νεοχ[illegible] πάντοτε [illegible] Ἰωάννου τοῦ Ῥητηρίου.

Βωμὸς [illegible].

Ε[illegible]
βίῳ, μόχῳ τε, μεγάλῳ
[illegible]
[illegible], π[illegible]
[illegible] Νεοχ[illegible]
[illegible] ῥίζα.
πολλοῖς δ' αὖ μόχθοισι
[illegible] βίῳ
[illegible]
[illegible] ἔχοντο [illegible].
Ἀ[illegible] Νε[illegible]
[illegible]
[illegible] Ἀπόλλων
[illegible], Ἀθήνη, καὶ [illegible]
Ἀλλὰ [illegible]
[illegible] ἀμφὶ [illegible]
[illegible] Μα-
[illegible] ὁ βίος [illegible]
[illegible].

SVPERIORIS ARÆ EPITAPHICÆ

In Nobiliſsimi ac Doctiſsimi quondam Viri, Caroli Vtenbouii Neochthonis memoriam, declaratio metrica per eundē Ioannem Rheterium.

Ara ſepulturæ Graia concinna loquela,
Thus adolens oleo nomina magna viri.
Cuius odoratam (dictu mirabile) vitam
Inuida mors ornat ſuauius ipſa tamen.
Nimirum nec nota ſatis, nec amata ſmaragdus,
Mox deſiderio fit pretioſa magis.
At tu tantus eras (generoſa ſtirpe Neochthon
Carole Vtenboui, deliciæ Charitum,
Virtutum effigies, Muſarum ſtemma decorum
Hebræo, Græco dogmate & Aonio)
Quanta ſuis late protenditur alma colonis
Nomine Agrippinæ ſplendida metropolis:
Illa, inquam, quæ te fouit iuuenemq́ſenemq́,
Iamq́ fouet cineres hoſpita fida tuos.
Vel quam longa trahunt vaſtum diffuſa per æquor
Vicini Rheni ſyrmata Nereides.
Hæ laudes magnæ, laudumq́ occaſio magna:
Sed tibi ſancta fides, Karole, plura dedit.
Hoc opus, hoc illud magnumq́ vnumq́ neceſſe,
Quo ſeruatur homo: cætera cuncta nihil.

GVILIELMO FABRICIO HILDANO CHI-*rurgo præſtantiſsimo non amoris, ſed veritatis teſtimonium ſcribebat.*

ANTONIVS FAYVS.

Ad Troiam quondam Podalirius atq; Machaon,
Græcorum multos eripuere neci,
Illorum meritis hinc non ingrata Camœna
Mœonii vitam Vatis vtriq; dedit.
Quod ſi *Fabricium* tunc ſæcula priſca tuliſſent.
Vſu percelebrem, nec minus arte bonum:
Camine Mœonio toto cantatus in orbe,
Ambobus iunctus tertius ille foret.
Et nunc *Fabricium* ſi poſſent noſcere Vates,
Quos decorat lauro clarus Apollo ſua:
Debita *Fabricio* certatim carmina ferrent;
Qui dextram multis auxiliumq; tulit.
Inter quos, vſum, *Fayus*, qui nouit & artem
Fabricii, nunc hæc paucula ſcripta notat.
Quos paßim clarat Chirurgica dextera multos
In Medico memini me numeraſſe choro:
Vſu Fabricium *ſed qui ſuperaret & arte,*
Chirurgum non eſt mi meminiſſe datum.

IN CHIRVRGICAS OBSERVATIONES Clariſſimi ac Peritiſſimi Chirurgo-Medici Guilielmi Fabricii Hildani.

Ioan. Merula Aurelianus.

Confuſum implicitumq́ Chaos, quā prouida conſert,
Natura accumulans munera muneribus
Arte ſagaci opus eſt, Naturam quæ iuuet ipſam,
Diſponat certis quæ facienda modis.
Dotibus at pollens Natura, artiſque peritus,
Anxius optabit clara pericla ſequi
Qui ſequitur lucem, premit & veſtigia doctum,
Tutius ad quoduis progredietur opus.
Eſt etenim rerum experientia certa magiſtra,
Expertus rerum tuque magiſter eris.
Vt tollas igitur dubium, & fidentior adſis,
Explorata oculis ſubiice facta tuis.
Certe Fabricius, *quo vix præſtantior alter,*
Chirurgo Medicus finibus Heluetiicis.
Vtilia & quæ certo vſu comperta fuere,
Obſeruat Medicis conſpicienda viris:
Suſpecti nihil eſt, veriſsima congerit iſta
Omnia, quæ mira ſedulitate facit.
Cætera, quæ magno perfecta labore leguntur,
Cum venia ex hortis colligit ille ſuis.
Eruat vt glandes, intraque hærentia tela,
Plagiſq́ internis, quæ grauiora latent,
Concretus ſi quis lapis eſt, vulnuſq́ profundum,
Perplexum Medicis quod remoretur opus.
Fabricius confictor & indagator acutus
Inſtrumenta tibi fabricat apta ſatis;
Ergo age, permultos quæ conquiſita labore,
Quæ dat Fabricius, ſuſcipe mente pari.
Hæc ſpeculi multis, multis & luminis inſtar,
Conſignat chartis facta pericla ſuis;
Accedet fructus Medicis nec inutilis inde,
Ventura & fructus poſteritatis erit.

IN VIRI CLARISSIMI D. GVILIELMI FABRITII HILDANI ET *Chirurgi peritiſsimi feliciſsimi.* OBSERVATIONES

Amicum adplauſum teſtatur.

Caſpar Dornauius D.

Cur tot præcocibus denſantur funera buſtis,
Nil Aſclepiadum proficiente manu?
Hic vſum, artificum patrem, neglexit, opinans
Oraculum, ſuaſit quod rationis apex.
Ille ſuperciliis artis fundamina ſtringens,
Per varias mortes cæca pericla facit.
Pœonios intra muros peccatur, & extra.
Et ratio atq; vſus iuncta ſilent manibus.
Iuncta manus te, Fabrici, rationis & vſus
Fecit Cimmerias exoneraſſe rates.
Nec ſatis, in plures donaria ſplendida fundis,
Quæ coluiſſe datum eſt ingenio atque die.
Euge! Sic Cous formam pater edidit artis,
Inter honoratos pars memoranda Deos,
Quod Latonigenæ tabulas ſuſpenderat aræ,
Quas oculi ac ſenſus edocuere prius.
Hippocratis quia preſſiſti veſtigia patris,
Non, Guilielme, cluas filius Hippocratis?

Dn. GVIL. FABRICIO HILDANO Chirurgo præſtantiſ. Nathanael Chambutus Verbi diuini miniſter.

S. P. D.

Audieram (fateor) celebres, Hildane, medelas
Eſſe tuas: at res non mihi nota ſatis:
Donec aperta oculis fieret ſolertia, qua tu
Dextere in arte nouas organa quotidie:
Donec item curas aliquot ſpectare daretur,
Quæ ſuperare ſolent ſpemq́ fidemq́ hominum:
Ac variis donec ſcriptis conſtaret idipſum
Amplius eſſe, prior quam tua fama fuit.
Sed modo rumori cedo, cum ſæpe fugaris
Morbos, qui miſere corpora diſcruciant.
Nec modo contuleris opifex pleriſque ſalutem,
At ſimul, id fiat, qua ratione notes.
Namque opus excultum profers, quod monſtrat, vt apta
Extirpes morbos dexteritate graues:

Vtili-

Vtiliterque notas, quæ censes digna notatu,
Quorum participes quoslibet ipſe facis.
Sic pia corda iuuat cuiuis ſuccurrere egeno
Arte ſua, ſiquidem condere dona nefas.
Hic tenet arcanum, Ille aliud, quod celat, vt vni
Vendicet ingratus commoda quæq; ſibi.
Qui ſibi natus erit ſoli: nec dignus habetur,
Qui vocitetur homo, ni volet eſſe probus.
Si quiuis inuenta ſimul conferret in vnum,
Quæ proſint homini, hæc vita beata foret:
Huicce rei intentus ſincero, Hildane, valebis
Pectore mortales conciliare tibi:
Acceptusq; Deo duces feliciter æuum:
Ac nihili facies ſcommata tetra hominum.
Conatus igitur Deus ac incepta ſecundet,
Quo medica ægrotos promptior arte leues.

IN OBSERVATIONVM ET CVRATIONUM Chirurgicarum Centuriam Dn. Guilielmi Fabricii Hildani apud Paterniacenſes Medici & Chirurgi Ordinarii.

Plæriſque turpem hanc, indidit mortalibus
Natura labem, quâ ſaluti publicę
Præferre priuatum ſolemus commodum.
Si quid, benignus diſtributor munerum,
Gratis, DEVS, nobis retexit, abditum
Quod hactenus nulliq; cognitum fuit
In arte quauis, clàm ſeruare cæteris
Id poſſe, permagnę artis eſſe ducimus.
Non tu FABRICI ſic facis, claræ ô decus
Clarum vrbis, olim cui PATERNVS indidit
Hoc quod gerit nomen ſuo de nomine,
Scientia multum mihi chariſſime
Experientiaque præſtantiſſime
Artis medendi, non idem, dico, facis,
Nec quod talentum credidit tibi DEVS
Telluris obſcuro recondis puluere,
Sed fœnori das, vſuique publico
Mortalium gratis lubenſq; deſtinas,
Præ cæteris ſi ſingulare quippiam
In artibus communicauit optimus
Tibi DEVS. Laudem hinc merebere tua
Virtute dignam: nec tui vllo nominis
Peribit æuo fama; Nam laus & decus
Virtutis immortale & expers funeris,
Rubiginem non contrahit: nec vermibus
Fit eſca: nec longo ſeneſcit tempore.
Pergas modo inſiſtens boni veſtigiis
Viri, inchoatam perſequi recto viam
Gradu FABRICI latiuſque priſtinos
Scientiarum prorogare limites.

Ioan. Durenheimerus Vrſellanus Ciuis & Notarius publ. Bernenſis.

IN CENTVRIAM MEDICINALIVM Obſeruationum Dn. Guilielmi Fabricii Hildani Epigramma.

Dan. Tauelli Parten.

Quos aliena iuuat docta experientia rerum,
Quâ morbos vitare queant, iiſdemq; mederi:
Fabricio vtantur, dante obſeruata per annos
Multos, poſſe aliis quotquot prodeſſe putauit.
Has adhibere ſolet tum quas Epidaurius herbas,
Tum quas Philliridis nobis ſolertia præbet.
Quæ docet Hippocrates, Medicorum & turba perita,
Ad praxim appoſite reuocat, morbiſque medetur:
Qui licet innumeri tamen & medicamina tot ſunt,
Queis potis eſt ſapiens Medicus conferre ſalutem,
Vt variant igitur morbi, ſic ipſe medelas
Mutat, & attactu pulſus, variaq; indagine morbi
Et genus aſſequitur, nec non humaniter aptat
Pharmaca corporibus, catapotia & ipſa medendis.
Vt ſua præſcribit ludi moderator acutus
Prima iuuentuti proprie documenta tenellæ.
Hinc rediuiuus agit multos plerumq; per annos
Vitam, ſemianimis miſere qui vixerat ante:
Poſtque Deum, acceptam tibi fert, Hildane, ſalutem
Ac vtriq; refert tanto pro munere grates.
Ergo vbi lyra mea hæc fuerit rubiginis expers,
Tunc, Guilielme, tuas maiori carmine pandet
Laudes, æthereo perges dum numine fretus
Sic prodeſſe viris præſentibus, atq; futuris.

Du meſme.

Quel Serape diuin, veuf du s'ege azure,
A remis ſoubs tes pieds la teſte vulcanique,
Le ris de Iupiter, le tetin Iunonique,
Et du pere des Dieux le treſpas meſuré,
Dans les vaſes fatals: pour d'vn ſtyle aſſeuré
Ramener les manes du pont melancholique
Qui panche ſtyx neuf fois, & le droit Minoique
Defrauder du tribut ia par luy procuré?
Cotilee Chreſtien, ce n'eſt d'vne deeſſe
Variabile en ſon ſort que tu as teſte addreſſe
De fabriquer FABri preſq; de nouueaux corps:
Mais la cauſe de tout, qui tout de rien fiſt naiſtre,
T'ayant cõme vn outil dans ſa puiſſante dextre
Fait (beniſſant ta main) preſq; viure les morts.

Sonnet

A Monſ. G. Fabry Hildanois expert Chirurgien & Medicin ordinaire à Payerne.

Le docte Botanis, curieux de l'honneur
Plus que de la ſante de la nature humaine,
Accourt en mille monts, & ſoigneux s'y pourmaine,
Cherchant pour ornement d'vn iardin quelq; fleur:
Mais toy le fils aiſne d'Aeſculape, as le coeur
Rempli d'affection; tu viſites la plaine
D'vn peuple langoureux gemiſſant ſoubs la peine
D'vn membre gangrene, ou de pire douleur.
Mille autre affliction, que l'on dit incurable,
Tu traictes, tu guaris, a chaſcun ſecourable,
Le poure tes bien-faicts en aumoſne reſent.
Mais puis que les apprens par belle centurie
Aux tyrons, conioignans l'art a la theorie,
Centuries de vers l'on te doibt, cent fois cent.

Iaq. Guy de Neufchaſtel.

A Monſ. Fabry Hildanois expert Chirurgien & Medecin a PATERNE.

Lors que le Capitole & chef du grand empire
Iadis tant illuſtre ſoubs le nom des Ceſars
Apperçeut que la Perque exigeoit ſe ſoldats
Dãs l'orageux Stygie, accroiſſant leur martyre.
Chacun chacun fut lors ſoigneux charger la lyre
Pour capter d'Apollo le fils ſouſtien de Mars:
Qui dedans Epidaure auoit les eſtendars,
Du candide trophee attendant ſa nauire.
Puis arriué qu'il fut au ſeint Dieu par honneur
Chacun pour ſa victime expoſa ſon bon heur,
Sur tel augur ioyeux d'aſpirer à ſa veue
Hà! mais de toy FABRI Chanteront nos neveux
Ton nom qui iuſqu'aux cieux vole encor plus fameux
Rendãt ta Cẽturie à iamais recognue.

Dauid le Clerc.

A

GVILELMI FABRICII HILDANI,

Obſeruationum, & curationum Chirurgicarum

CENTVRIA.

B

OBSERVATIO. I.

Vlcus cancroſum in oculi dextri orbita, cum grauiſſimis capitis ſymptomatis, feliciter extirpatum.

Luſtria oppidulum procul Lauſanna ciuitate duo circiter milliaria, ad marginem lacus Lemani.
Morbi initium.

ANNO Domini 1596. Calendis Auguſti acciuit me Lauſanna Luſtriam Generoſus CLAVDIVS LVSTRIACVS, eius loci & totius Vallis proprie ſic dictæ Maior: quoniam diro & funeſto morbo cõflictabatur. Is fuit tumor prominens, ſcirrhoſus, in cancrum degenerans, cum ſymptomatis internis & externis longe grauiſſimis.

Hic cum à natura, tum à variis morbis, febribus, caſibus, luxationibus, fracturis, &c. haud parũ fuit catarrhis obnoxius: maxime cum accederet, moris patrii victus largior cum amicis & hoſpitibus, in quos fuit perpetuo liberaliſſimus. Itaq; anno 1580. cum fuiſſet hyems humida & clemẽs, haud dubie corporis vniuerſi partes oppletæ ſunt humorib excrementitiis, qui à iecinoris calore ſurſum ac in primis ad caput ſublati, cœperunt diuexare hominem. Ineunte enim anno 1581. circa Febr. finem æger correptus eſt hemicrania ad dextrum latus, & fruſtra adhibitus multum diuque Medicus. ſiquidem humor capite concluſus, euacuationis quæſita via, impetum fecit in oculum dextrum. Hinc vehementiſſimus dolor & inflammatio. Et ſic ſuperiora ſymptomata, dolor capitis, febris, inquietudo, vomitus, lipothymia, aucta ſunt potius, quam imminuta. Nec, vt aiebat æger, præſidiis, reuulſione, deriuatione ve vlla potuit ſiſti humoris affluxus: quin imo congeſtio tãta facta eſt, vt tandẽ eroſa ſit vel potius putrefacta oculi membrana prima, coniunctiua dicta. C

Obſeruatio.

Hic vero breui eaq; neceſſaria digreſſione annotandum, ſupra decem hebdomadas non ſolum dolorem adfuiſſe grauiſſimum, ſed & cerebri motum attrectanti perceptũ fuiſſe, qua ſagittalis & coronalis ſuturæ concurrunt: auditos etiã ſonitus & cranii crepitationem quandã, perinde ac ſi lignum finderetur. Id ego tum accidiſſe autumno, cum cranii ſuturæ ob dolorem, inflammationem & copioſum in cerebro humorẽ diſiunctæ ſunt: & verum fuiſſe mihi perſuadeo, cum ex ampliſſimi viri ægroti relatu, & generoſi Gabrielis à Blonay Baronis à Chattelart, &c. eius generi, aſſiduo præſentis, tum quod ipſe tale quid obſeruarim in viro honeſtiſſimo apud noſtrates Germanos inferiores.

Eiuſdem rei altera obſeruatio.

Hic ex grauiſſimo morbo & febri ardente, cum dolore capitis acutiſſimo, habuit ſuturas adeo diſiunctas, vt per interſtitium illud cerebri, ſyſtole & diaſtole facile deprehenderetur. Vbi via facta eſt ad cõiunctiuam, longo tempore exſtillauit copioſus humor; tumq; primum & dolores & reliqua ſymptomata mitigari cœperunt. Vrgentibus doloribus adhibitus erat ceruici ſetaceus funiculus, ſed eum vt nimis dolorificum & incommodum (vt qui circa ſextam vertebram, vbi nerui eminentiores ſunt, adhibitus eſſet) poſt 15. dies detrahi iuſſit. Clauſo vulnere impreſſum eſt ibidem potentiale cauterium: ſed & hoc vlcus, ceu nimis dolorificum claudendum fuit. His fruſtra tentatis optauit æger humori morbifico dari exitum, excitato vlcere in dextro brachio, beneficio potentialis cauterii. Tum demum partim ob febrim ante dictam, quæ pleroſq; humores ſuperfluos abſumpſerat, ipſumq; adeo corpus exſiccarat atque extenuarat, partim propter euacuationes ſubinde iteratas, partim denique, quod cauterium ita ad brachium applicatum fluxionem auerteret, oculus cœpit areſcere. Et quoniam tres oculi humores, ruptis coniunctiua & cornea membranis, effluxerant, ſenſim etiam concidere & cõtractæ ſunt ipſæ membranæ: atque ita oculus, deperdita naturali magnitudine & rotunditate, ſimul quoque in unam orbitam contractus eſt, & coeuntibus palpebris clauſus ab anno 81. ad 95. citra ſymptoma vllum, niſi quod ſingulis annis ſubinde recurrebant & defluxus & capitis dolor. D

Hipp. Apho. lib. 2. Aph. 52.

Anno demum 95. cum in diæta modum non ſeruaſſet, rediit capitis & oculi dolor, priore tamen leuior: ideo forte, quia membranæ & reliquæ oculi partes etiamnum dilatatæ erãt, vnde poterat humor ſine vi influere. Etenim *quæ ſenſim fiunt mutationes, parum dolorificæ ſunt.* Sic igitur affluente magis magiſq; humore, in capacitatem coniunctiuæ, propriis humoribus deſtitutæ & contractæ, ipſa paulatim intumuit. Tum vero palpebræ quindecim annis clauſæ denuo apertæ ſunt, & oculus adeo intumuit, vt poſt ſemeſtre palpebras ſuperaret, ſparſis per totum oculum venarum ramis liuidis, craſſo, aduſto, & melancholico ſanguine turgentibus. Tum æger ingraueſcentibus indies & morbo & ſymptomatis, vndelibet præſidia conquirere cœpit: Inter quæ adhibitum fuit medicamentum, quod adeo irritauit morbum, E

vt

A Vt ſubito accreuerit oculus plurimum. Exin, vt initio dictum eſt, vocatus ſum ab ægro Luſtriam in eius ædes. Laborabat ille hemicrania ad dextrum latus: oculus ouo anſerino maior extra palpebras prominebat, durus, ſcirrhoſus, liuidus, & cancroſus: aderat magna oculi & vicinarum partium inflammatio: præter capitis dolorem, oculi quoq; dolor acutiſſime pungens, in parte exteriore potiſſimum, hominē male habebat. Quod ſiquis miretur, quomodo ex tumore duro & ſcirrhoſo tantus dolor excitatus fuerit, in promptu ſunt cauſæ. Primum enim tunc formabatur cancer, fiebatque humor corroſiuus & acris, ac proinde vellicans & calefaciens vicinas partes. Deinde inualeſcente morbo violentius humor irruebat in coniunctiuam, quæ eſt exquiſito ſenſu prædita. Doloris vero in extima parte vt plurimum grauioris, quam in intima cauſa fuit oſſiculum quadratum & vndique ſcabroſum, quod interius ad coniunctiuam latens (vti ab operatione compertum) eam perpetuo premebat ac pungebat. Acceſſit & febris, itemque ſitis, lipothymia & vomitus. His ego ſymptomatis cœpi ſtatim occurrere. Itaque poſt præſcriptam legitimam victus rationem, ſub veſperam iuſſi lenientem clyſterem inijci. Poſtridie purgatum fuit corpus ſumptis *duabus vnciis ſyrupi roſacei laxatiui cum rhabarbaro, agarico & ſenna, infuſis & decoctis in aqua betonica, agrimonia, & euphraſia.* Sequentibus diebus propinatum fuit Iulapium ſequens:

B *℞. Aquarum borraginis,*
Acetoſæ &
Betonicæ, ana ℥. ij.
Syrupi de ſucco citriorum & — Iulepiū.
Granatorum, ana ℥ ij.
Miſce pro tribus doſibus.

A purgatione ſecta fuit vena cephalica reſpondens parti affectæ, & miſſus ſanguis ad vncias circiter ſex. Paucis poſt diebus admoui hirudines venis iugularibus ſub aurem ad idem latus, necnon & ſcapulis cucurbitulas modo ſiccas, modo cum ſcarificatione. Pedes laui decocto herbarum calidarum, roſmarini, ſaluiæ, maioranæ, origani, menthæ, cum ſale, &c. Suadebantur & frictiones, ſed cum his incaleſcat ſanguis, ſubtiliſque, calidus & erodens euadat, cenſui abſtinendum, contentus memoratis reuulſionibus: maxime cum æger lubens iteraturus eſſet ſæpius ſuperiorem purgationem per ſyrupū roſaceum compoſitum & ſimilia, quibus peccantem humorem ſubduxi. Ita mitigata imminutaque ſunt paulatim ſymptomata. Statim etiam partem affectam ablui goſſypio imbuto ſtillatitia quadam aqua,
C quæ multum poteſt aduerſus cuiuſcunq; partis cancrum. Eius hæc eſt deſcriptio.

℞. Radicum ſcrophulariæ maioris, — Eximia deſtillatio contra cancrū.
Herbarum geranii primi Dioſcoridis,
hoc eſt, herbæ Roberti, ana M. ij.
Arnogloſſæ maioris,
Solani,
Bugloſſæ ſylueſtris,
Borraginis,
Portulacæ,
Euphraſiæ,
Betonicæ, ana M. j.
Ranarum aquatilium, &
Album. ouorum diu agitatorum, ana num. 12.
D *Seminis cydoniorum, & fœnigræci aliquantum conquaſſatorum, ana ℥ j.*
His ſeminibus affunde aquarum roſarum & euphraſiæ, ana ℔. j.
Incidantur omnia & conquaſſentur, deſtillenturque in alembico plumbeo.

Et quoniam ingens fuit affluxus, præter reuulſiones admoui fronti ſequens vnguentum ad fluxionem intercipiendam.

℞. Farinæ hordei ʒ. ij. — Vnguentum defenſiuum.
Pulueris roſarum rubearum,
Myrtillorum,
Balauſtiorum,
Nucum cupreſſi, &
Florum betonicæ, ana ʒ. ij.
Acaciæ ʒ. j.
Cum oleo roſato, pauca cera, & aceto, fiat vnguentum.

E Hoc defenſiuum adhibui tribus vel quatuor diebus, ad ſiſtendum fluxionis impetum: dein ſuperſedi, ne plus ſatis refrigeraretur caput. Hac methodo ſedaui ad tempus tum capitis, tum vlceris dolores acutiſſimos, cæteraq; ſymptomata, creſcente nihilominus in dies tumore.

Aliquanto poſt rogatus ſum ab ægro, vt ſibi fuſiſſime morbi naturam declararem, liberéque aperirem, quæ præuiderem pericula omnia, ac ſimul quæcunque ad ſanitatem optima viderentur præſidia, proponerem. Tum ego coram clariſſimo Alberto Roſcio D. Medico celeberrimo, in ædibus Claudii Marionis fideliſſimi ac diligentiſſimi pharmacopei & ciuis Lauſannenſis, ita diſſerui. Generoſe Domine, ſiquidem adeo exoptas & iubes coram declarari, quæ ad morbum tuum attinent, etſi præter Medicorum inſtitutum in conſultationibus id ſum facturus, dicam tamen libere & coram, quæ ſentio.

Definitio morbi in hoc ægro. Ad quem uis morbum tollendum, caput eſt, noſſe ipſum morbum. Tuus iſte ab eſſentia definitus, A nihil aliud eſt, quam *ſcyrrhus illegitimus, ſeu potius cancroſus*: quippe qui deſinit in cancrum occultum & latentem, hoc eſt, non exulceratum. At ex figura Celſus *κριθωσιν*, vel cum Latinis, exitum oculi nominat. *Celſus lib. 6.* Actuarius *μῆλον*, id eſt, malum vocat. Ego à figura ficum, ab eſſentia ſcyrrhoſum & cancroſum cognomino. Scyrrhus proprie Medicis dictus, eſt tumor durus & indolens, qualis hic ante annos aliquot. Verum poſtea humor coniunctiua membrana concluſus & ita quaſi conculcatus, vt nulla potuerit fieri tranſpiratio, tandem accenſus eſt, & acrior atque malignior redditus: ſicque formatus eſt ſcyrrhus illegitimus, ſeu potius cancroſus. Hoc indicant non modo durities, inæqualitas, dolor, color liuidus, ſeu potius plumbeus, ſed maxime venæ craſſiores toto tumore ſparſæ, atro ſanguine, aduſto & melancholico turgentes. Et quamuis nondum exulceratus ſit tumor, periculum eſt tamen, ne temporis progreſſu ſanguis & humores melancholici accenſi tantum malitiæ attrahant in locum affectum, vt tandem (proh dolor) exeſis tunicis fiat cancer vlceratus, aduerſus quem medicamentis fruſtra pugnetur.

Cauſa morbi primitiua. Huius & ſimilium morborum cauſa triplex: primitiua, antecedens, coniuncta. Primitiua Medicis eſt exterior, poſita in victus ratione, aliiſque non naturalibus, aere, motu, & quiete, ſomno & vigilia, animi pathematis, excretis & retentis. Plerunque enim ſi ſupprimantur ſolitæ euacuationes, vt menſium B & hæmorrhoidum, fit magna congeſtio humoris melãcholici: vnde hic morbus. Naſcitur etiam ex vulneribus, contuſionibus, fracturis: in primis vero eryſipelate & inflammationib. perperam curatis: cum ſcilicet ipſarum materia frigidiorum applicatione in duritiem concreſcit: aut cum ſolis calidis, nõ etiam emollientibus, tenuior portio diſſoluitur, craſſiore ſubſiſtente.

Antecedens. Antecedens cauſa eſt humor melancholicus, item ſplenis imbecillitas, qua fit vt ex officio ſua ſanguinis portionem fæculentam ex iecore non alliciat. Huc quoq; plurimum facit [illegible] cõſtitutio, ſiue id natura procliue eſt ad generandam atræ bilis copiam, ſiue nimis candidum & bibulum, vnde coquatur nimis & aduratur ſanguis, nec non & alij humores.

Coniuncta. Coniuncta cauſa eſt, humor in locum affectum congeſtus. Tres illæ cauſæ hic concurrunt. Nam cum generoſus Dominus habitu ſit non mediocriter bilioſo, bilis aſſiduo præbuit materiam humori melancholico: ſiquidem cholericus humor ſumma aduſtione tandem etiam vertitur in atram bilem. Adde victus rationem, in qua haud parum peccauit Dominus, largius potans, vtenſque cibariis crudis & concoctu difficilibus, itemque aromatis, cæpis, alliis, porris, raphanis, &c. Huiuſmodi primitiuarum C cauſarum concurſu excitata & corroborata eſt antecedens, inde humor ille, qui ab anno 81 ſuperſtes erat ex inflammatione indurata in oculi membranis, data occaſione, accreuit. Cumque ſuperflui humores ferè influant in locum affectum, natura ſeſe, quantum potuit, exonerauit in eum locum. Hinc coniuncta cauſa in iſtam, quam videmus, magnitudinem, aucta eſt: & perget, inquam, niſi occurratur iis, quæ infra proponemus auxiliis.

Signa cancri Galen. met. med. lib. 14. Quoad ſigna: tametſi initio cancri ſicut herbæ germinantes difficile cognoſcantur, authore Galeno, nihilominus tumor iſte ſat liquido intelligitur cancroſus, contra eos qui merum eſſe ſcyrrhum apud generoſum Dominum contenderunt. Cancri cognoſcuntur eo, quod ſint præduri, inæquales, liuidi, ſparſis circa tumorem craſſioribus venis, atro ſanguine turgentibus.

Sæpe etiam adeſt intemperies calida, ſiue calor & inflammatio cum dolore pungente & pruriente. Si fuerit exulceratus cancer, exit ſubtilis & fœtida ſanies. Iſta autem hic viſuntur pleraque omnia: Nõ quidem peruenit cancer ad ſummam malitiam, ſed ad eam properat, breui peruenturus. Aduſtus enim eſt ſanguis loco affecto, incluſus tandem contrahet (& iam cœpit) malignitatem tantam, vt quæ hactenus mire operata ſunt præſidia ſedandis doloribus reprimendo morbo, & minuendis ſymptomatis omnibus, demum infirma futura ſint ad reprimendum morbum, & prohibendum, ne exulceretur, & oc- D cupet reliquas faciei partes, ſicque fiat Noli me tangere (hoc eſt, vlcus cancroſum in facie perquã malignum & immedicabile, aſſiduo erodens imas partes affectas, nec ſiſti poteſt vt monet Aetius.

Aetius lib. 6. Curatio. Victus ratio. Nunc de curatione. Hæc perfici ſolet tribus potiſſimum: victus ratione, euacuatione humoris antecedentis, & Chirurgicis auxiliis. Victus & cæterorum nõ naturalium quæ ſit ratio, iam ſæpe ex me audiuit Dominus: vitanda nimirum eſculenta dura, vaporoſa, & quæ facile corrumpũtur: cuiuſmodi ſunt carnes ſale aut fumo inueteratæ, bubula, ſuilla, ferina & ſimiles: item aues aquaticæ. Vtendum bona veruecina, vitulina, hœdina, pullis, capis, perdicibus, turdis &c. Piſcibus abſtinendum, niſi forte, vt nõnihil appetitui indulgeatur, iis vti liceat ſub initium prandii, non in cœna, idque adiectis paucis aliis cibis. Sint autem piſces carne firma prædĩti, veluti percæ, trutæ, &c. In aquatilibus optimi ſunt gammari ſine aromatis. Aromata enim omnia vitanda, piper, zinziber, garyophylli &c. Item cæpæ, porrum, allia, raphani, ſinapi, & quæcunq; vim habent calefaciendi nimis ſanguinem: legumina, fabæ, lenticulæ, piſa, phaſeoli, &c. plurimum nocent: item caſeus, & quæuis lactaria opera. Veſpertina iuſcula potiſſimum noxia: vinum item vaporoſum. Bibendum autem album, maturũ, & modice potens. Diuturnus ſomnus potiſſimum ſtatim à cœna, noxius: aer item nimis calidus, aut ſumme frigidus vitandus.

Euacuatio. Secundam ſanationis partem diximus poſitam in euacuando humore antecedente: quod vbi fiet, E ſpectanda erit Domini habitudo bilioſa, & intemperies calida, cum obſtructione iecoris: ideoque purgandum cholagogis, habita tamen partis affectæ ratione. Quem in vſum mire placet *ſyrupus roſ. ſolut. compoſitus cum rhabarbaro, agarico & ſenna*, quo ſæpe vſus eſt æger, *cum decocto betonicæ, euphraſiæ, agrimoniæ, &c.* Salubriter etiam vſus eſt præſcripto à me *diaphœnico in tabellis*, *& electuario de ſucco roſarum*: At ex Hippocrate ante purgationem præparandus eſt & coquendus humor apozematis aperientibus, qualia poterit præſcribere D.D. Roſcius. Phlebotomia, cucurbitulæ, & hirudines ſæpe vtiles, itaq; neceſſariæ ad hunc morbum, tum vt euacues minuaſque cauſam antecedentem, humorem *Hippoc. Aph. lib. 6. Aph. 2.*

videlicet

A videlicet melancholicum, tum vt deriues loco affecto. Opportunum his vernum tempus, authore Hippocrate *Quibus cunq;*, inquit, *vena ſectio, vel medicatio conuenit, hos vere purgare, vel vena ſecta vacuare oportet.* Aperienda vena brachij ad latus partis affectæ: cucurbitæ ſcapulis & clunibus applicandæ. Hirudines applicentur, quo modo iam applicuimus magno Domini bono, modo ſub aures ad iugulares venas, modo ad hæmorrhoidas ano, prout Medico videbitur, idque vigente demum neceſſitate. Tum vero ſenſim emittendus ſanguis propter male conſtitutum iecur, quod cum ſit iam dudum debile, ſcirrhoſum, & obſtructum, dubium non eſt, quin nimia aut importuna phlebotomia plurimum ſit nocitura. *Hipp aph. lib. 6 aph. 4.*

Tertia & poſtrema tollendi morbi ratio poſita in operatione chirurgica, in curando videlicet loco affecto. Porro huius morbi ſanatio Chirurgica duplex eſt: Vna palliatiua ſeu fucata: Altera vera. Palliatiua eſt, quam hactenus adhibuimus, & commodo victu, & purgato ſæpe corpore ad deducendum humorem, ſiue cauſam morbi antecedentem, atque etiam inhibendo eius impetum exterioribus applicationibus, qualibus huc vſque ſumus vſi. Sed cum hæc curatio tandem futura ſit inualida ad reprimendam morbi vehementiam, & perfecte ſanandum ægrum, operæ pretium fuerit, proponere veram & legitimam ſanationem. *Operatio Chirurgica. Curatio palliatiua.*

B Cum igitur legitima ſanatio tumoris præter naturam, authore Galeno, fiat extrahendo tollendoque, quicquid adeſt in parte affecta: videndum quot modis tolli poſſit tumor ſiue excreſcentia iſta, & quæ tollendi tutiſſima ratio. Iam ante ex me audiit Dominus, id faciendum vel reſoluentibus, vel erodentibus pharmacis, aut ipſa manu. Quoad reſoluentia, cum tumor ſit duriſſimus, credibile eſt nullo reſolutum iri medicamento, niſi prius emolliatur. At vero præter quam quod huiuſmodi prædura materia tandiu (quindecim videlicet annis) congeſta emolliri nequit, periculum eſt, ne ex illo emollientium vſu tumor ſubito contrahat ſummam malitiam, vti teſtatur Galenus, & nos in *tractatu de Gangræna* confirmauimus, exemplo ſcirrhi in iecinore inueterati. Hic enim adhibitis emollientibus, ſtatim verſus eſt in cancrum exulceratum, ex quo mors. Ex hac ergo methodo nihil ſperandum. Erodentia vero mihi perquam periculoſa cenſentur. Nam cum prominens hic tumor ſit duriſſimus, credibile eſt, benigna medicamenta irrita futura: quin potius, vt ſumma durities adeſt, ſic vehemens requiritur medicatio, cuiuſmodi eſt, quæ vi ſepticorum & eſcharoticorum fieri ſolet. At vero vt lenibus non afficitur cancer, ſæuiſſimum malum, ſic irritatur & ingraueſcit vel tantillum acribus & vellicantibus, vt ante expertus eſt æger. Porro cum pars affecta ſit cerebro proxima, oculus videlicet, in quem, vt radicitus *Meth. med. l. 13. & 14.* *Author tract. de Gangr. c. 8 & infra obs. 89.*

C tollatur morbus, penetrandum eſt altius ad neruum opticum erodentibus pharmacis, haud dubie illorum vis communicabitur membranis cerebri, vnde maxima & periculoſiſſima exorietur inflammatio, ſiquidem magna intercedit ſympathia & neceſſitudo inter oculi tunicas & capitis, vt *infra* liquebit ex oculi anatome. Ergo ne ſic quidem ſanari poteſt æger.

Supereſt, quam diximus, chirurgica operatio, vt ſimul & ſemel extirpetur quicquid vitioſum eſt. Hæc autem omnium minime periculoſa, meo quidem iudicio. Primum quia ſolide conijcio, me facile poſſe radicitus malum extrahere, quantumuis alte latens in oculi orbita, nempe ad ipſum vſq; opticum neruum, cuius & pars amputanda. Deinde, quia venarum & arteriarum vaſa ibi tenuia ſunt & quaſi capillaria: ideoque nullum hæmorrhagiæ periculum. Denique licet altius incidendi ſint nerui, opticus, & qui ſecundæ coniugationis eſt, nullum tamen periculum: ſiquidem neruis perfecte inciſis in tranſuerſum, eorum extremitas contrahitur, ipſique integuntur carne, ſicque deſinit illorum functio, nec ab aere aut medicamentis lædi poſſunt. Vnum hoc timendum, ne cum ægri corpus iamdudum cacochymum ſit, ac ætate iam prouectiore, ad annum videlicet accedens quinquageſimum ſextum, facile accendatur intemperies in partibus intimis, ſimulque excitentur febris, capitis dolor, aliaque id genus *Curatio legitima.*

D ſymptomata. His vt occurras, laudabili victu vtendum, purgationes vſurpandæ, ſecanda vena, applicandæ cucurbitulæ, & cæteræ reuulſionum ac deriuationum ſpecies: ſicque tuta erunt omnia, ſi modo bene ſauerit Deus Opt. Max. cui pro generoſo Domino vota nuncupamus.

His auditis, partim quod exhorreſceret æger, partim quod diſſuaderent nonnulli, abſurde & imperite ſpem facientes fore, vt quicquid ex oculo prominebat ſponte excideret, viſum eſt pergere in curatione palliatiua. Hac vero etſi ſedabantur dolores, nihilominus tamē excreſcebat fungus indies. Naſcebantur quoq; tubercula & varices liuidæ ad piſi magnitudinem, merum quandoque ſanguinem emittentes. Eiuſmodi hæmorrhagiam etſi probabant nonnulli, vt quæ ægrum, & partem affectam leuatura videretur, ego contra conſtanter aſſirmaui ita in dies magis magiſque debilitatum & refrigeratum iri iecur iampridem obſtructū, durū & ſcirrhoſum, ac tandem illectum iri ſanguinē alioſq; humores ad caput & faciem: vti ſane accidit 13. Iulij: Reuerſo enim generoſo Domino a breui peregrinatione, ex qua incaluerat ei caput, itemq; corpus vniuerſum, tubercula illa & varices oculi cœperunt ſanguinem profundere tanto impetu, vt 13. & 14. diebus eius menſis impletæ ſint ſanguine ſcutellæ ſeptem, præter eum, qui periit in linteis, ſpongijs, veſtibus &c. ſingularum ſcutellarum ſanguis à me appenſus præſen-

E tibus G. D. ægroto, Nicolao Gantino. Franciſco Cruſerano, & Iohanne Glaronio, fuit vnciarum decem & ſemis: quod quidem tam verum eſt, quam dictu mirabile. Paulo poſt æger impenſe debilis, imminente altero profluuio me acceſſiuit eiuſdem menſis die 15. Cum primum aduenio, faſciam, qua malum contegebatur, reſoluo: tum cœpit ſanguis lōge maiore, quam vnquam antea, impetu promanare: id quod, niſi fuiſſem teſtis oculatus, ægre credidiſſem, quum ſint oculi venæ fere omnes capillorum inſtar exiles: ſed hæ contra in hoc bono viro varicum inſtar dilatatæ conſpiciebantur. Attamen inſperſo puluere noſtro ſanguinis ſiſtendi vi prædito, cuius deſcriptio habetur *in libello noſtro de Gangræna* illico ſuppreſſus ita eſt ſanguis, vt deinceps non niſi parciſſimus fluxerit. Ab hoc profluuio declinantibus ſenſim viribus, & excreſcente in dies oculo, non niſi miſerrima eaque propinqua mors expecta- *Obſeruatio inſignis.*

batur, cum tandem generoſi viri, Baro à Chattelart, & Dominus Denezi eius generi, cum aliis nobilibus & honeſtiſſimis amicis ſtatuerunt aduocandos eruditiſſimos & peritiſſimos quoſque Medicos & Chirurgos, quorum deliberationi & ſententiæ ſeſe æger ſubiiceret. Annuente ægro accitur Geneuâ clariſſimus & doctiſſimus IANVS ANTONIVS SARACENVS, Philoſophus eximius & Medicus Regius, Lauſanna item doctiſſimus D. D. ALBERTVS ROSCIVS, ſenex experientiſſimus. His me tertium adiunxit æger beneuolus, vt ſi opus eſſet chirurgica operatione, hanc ego perficerem. Die Iulii 18. inita conſultatione, propoſui, quæ *infra ſuo loco*. Verum hic nunc digrediendum in eos, qui ſpem adeoque fiduciam ægro faciebant fore, vt totus oculus ex orbita ſponte decideret, allatis imperite & ſtolide exemplis, quibus perſuaſus æger operationem tamdiu differri voluit: vnde morbus deterior euaſit, indies noua ſubinde creans ſymptomata, in primis autem profuſum illud & mirabile ſanguinis profluuium, extenuationem maximam, iecinoris refrigerationem, vt autem demonſtremus, non poſſe oculum ſuo impetu decidere item, vt confirmentur quæ paulo poſt ſumus allaturi, conſideranda eſt oculi compoſitio & connexio, quam breuis & ſynoptica eius expediet anatome: tum deinde quam falſo vulgus oculum ex ſua orbita excidere poſſe ſibi perſuadeat, docebimus. A

Oculi anatome. *Muſculi.*

Oculus conſtat muſculis, tunicis, humoribus, neruis, venis, arteriis, pinguedine & glandulis. Muſculi ſunt ſex: quorum quatuor perficiunt motus rectos, ab ima orbita oriundi & cincto neruo optico in medium oculum deſinentes. Hi, dum functiones ſimul omnes exercent, introrſum trahunt oculum: ſi ſuperior ſolus agit, furſum, ſi inferior, deorſum, ſi dexter, dextrorſum: ſi ſiniſter, ſiniſtrorſum trahit oculum. Reliqui duo ipſum circumagunt: vnde præſtantiſſimo BAVHINO circumactores dicti. Horum vnus longior & gracilior, oritur fere ex eodem loco, ex quo ille, qui dextrorſum flectit oculum, ad maiorem videlicet canthum, & poſtquam peruenit ad anteriorem anguli interni partem, qua lachrymalis eminet glandula, tum deſinit in tenuiſſimum tendonem, qui per mediam, quæ illic eſt, membranam, velut per annulum, penetrat: hinc in ſuperiorem oculi partem abſumitur. Quintus hic muſculus dum contrahitur ad principium ſuum tendone circulari, eo motu torquet oculum ad canthum maiorem. Sextus illi contrarius oritur ab inferiore orbitæ parte: & cum ſit tenuiſſimus, tranſuerſim aſcendit ad angulum exteriorem oculumque ita tranſuerſim inuoluit, vt exiguo tendine ipſi inſeratur iuxta quinti inſertionem. Hinc fit, vt duo tendones ſæpe videantur vnus. Hic ſolet oculum extrorſum flectere ad minorem canthum. Eſt & nonnullis ſeptimus muſculus in ima orbita infra ſex illos, opticum neruum ambiens ſed hic in ſolis brutis reperitur. B

Caſ. Bauh. Anat. lib. 3. c. de muſc. oculorum.

C

Tunicæ ſeu membranæ.

Tunicas numerant alii ſex, ſeptem alii, PARÆVS quinque.

1. Coniunctiua.

Prima eſt coniũctiua ſiue adnata, ἐπιπεφυκὼς ὑμὴν Græcis, à pericranio orta: hæc adſtringit & ſtabilit oculum in orbita, ideoq; eum totũ integit vſq; ac circulũ Iridem & totũ oculi albũ conſtituit.

2. Cornea.

Secunda cornea dicitur, cuius origo proxime à dura matre, laternæ corneæ inſtar pellucida: differt hæc & variat à ſe ipſa. ſiquidem anterius eſt perſpicua, vt præbeat rebus obiectis tranſitum: poſteriore parte opaca eſt. Qui ſeptem putant, duplicem hanc faciunt partem quidem diaphanam, corneam: reliquam partem σκληρὰν ſiue duram nuncupantes, mihi vna & ſimplex eſſe videtur.

3. Vuea.

Tertia eſt Vuea ſiue choroides, intertexta venis & arteriis inſtar ſecundarum mulierum. Oritur à pia matre. totum oculum ambit, excepta pupilla, in qua eſt perforata, & corneæ adhæret per venas & arterias, quas nutritionis & vitæ cauſa illi communicat. Vbi ad Iridem peruenit, relicta cornea deſcẽdit intrinſecus, & nonnihil reflectitur ad ampliorem ambitum humoris cryſtallini. Porro in parte poſteriore multicolor eſt, fuſca, nigra, cærulea &c. inſtar iridis cœleſtis, multos in vſus.

Primum ſi vnicolor eſſet, omnia viſui obiecta, eum colorem repræſentarent. Deinde colore nigro tincta eſt: vt cogantur ſpiritus à luce diſſipati. Tertio, fuſca & cærulea, ad conſeruandum & recreandum viſum: mollis eſt, ne lædat humorem cryſtallinum, in cuius circumferentiam deſinit. Perforata eſt ante humorem illum, ne obſcuritate ſua rebus obiectis aditum ad cryſtallinum humorem intercluderet: ſed potius vt tot colorum ſpecies illo nigrore tanquam contrario ſuo colligi & corroborari poſſint. Qui ſeptem tunicas fingunt, hanc quoque diuidunt in duas. a neruo optico ad iridem, ſecundinam: reliquũ quod eſt infra partem pellucidam corneæ, Vueam dicunt. D

4. Amphibleſtroides.

Quarta Amphibleſtroides ſeu retiformis, oritur à neruo optico in tunicã verſo, & in reticuli formam texto ex venis, arteriis & neruis quos accipit ab Vuea, cum ad ſui nutritionem & vitam, tum propter humorem vitreum, quem poſtica parte cingit.

5. Arachnoides.

Quinta Arachnoides, figura & conſiſtentia telam araneæ referens, cingit humorem cryſtallinum anteriore parte, vt conſeruet eum, vt pote primarium viſus inſtrumentum, ſi contigerit lædi reliquos humores. Credibile eſt, vt & AMBROSIVS PARÆVS teſtatur *lib. 6. cap. 6.* oriri ab excrementis humoris illius cryſtallini.

6. Vitrea.

Sexta Vitrea tenuiſſima, vitreum humorem vndiquaque cingens, eumque à cryſtallino ſeparans.

Cæterum reperitur & alia membrana proxime infra coniunctiuam, aliquibus innominata dicta: Verum hos ego putarim potius extremos tendones ſex illorum muſculorum in membranã extentos. E

Humores. *1. Aqueus.*

Tunicis continentur humores tres. Primus aqueus, inſtar aquæ limpidus. Situs eſt inter corneæ pellucidam partem humoris cryſtallini in pupilla parentem portionem, atque eam reflexionem Vueæ, quæ ab Iride eſt ad humoris cryſtallini circumferentiam, vt vacuum, illud implens corneam diſtendat, eiuſdemq; prolapſum in humorem cryſtallinum prohibeat. Item vt humiditate ſua humorem cryſtallinum vindicet à nimia exſiccatione.

2. Cryſtallinus.

Secundus humor cryſtallinus eſt, à colore lucido & ſplendente cryſtalli inſtar, ſitu medius in oculi centro, vitreo innatãs, à quo nutritur: pro ſpeculo eſt vidẽdi facultati eo deductę per ſpiritũ viſualẽ.

A Tertius humor albugineus, figura & conſiſtentia albumini oui ſimilis: ſitus eſt in poſtica parte cryſtallini, vt aliquantum retardetur ſpiritus viſilis impetus, per neruum opticum ad humorem cryſtallinum deſcendentis: haud aliter quam aqueus cryſtallino parte antica obiectus eſt, ad reprimendos obiectorum colorum impetus. Hic humor alitur à tunica retiformi. *3. Albugineus ſeu vitreus.*

Nerui duo. Vnus primæ coniugationis opticus, à quo ſpiritus viſilis defertur ad oculum. Poſtquam peruenit ad vitreum humorem, abſumitur in ſtructuram tunicæ retiformis. Alter ſecundæ coniugationis, ſub egreſſum e cranio in orbitæ radice diſtribuitur, & diſsipatur in oculi muſculos, quibus motum affert. *Nerui.*

Venæ & arteriæ aliæ ſunt internæ, illuc productæ cum tunicis vaſorum cerebri: aliæ externæ, conſtitutæ in coniunctiua & muſculis iis qui à venis iugularib. & carotidibus extimis oriuntur. Miniſtrant oculis alimentum venæ, vitam arteriæ. Interiecta eſt oculorum muſculis pinguedo multa, ne oculi cótinuo motu deſiccentur. Glandulæ quoq; binæ: vna ad maiorem canthum prope naſum, altera ad minorem canthum. Vtiles primo lubricando & humectando oculo, ne continuo motu exſiccetur, vt de pinguedine dictum: deinde continendo firmiter oculo in orbita media, ne in alterutram vergat partem. Siquidem enim teres eſt oculus, oualis autem orbita, neceſſariæ fuerunt glandulæ ad implendos *Venæ & arteriæ.* *Pinguedo. Glandulæ.*

B hinc inde oculos. Facit quoque quæ eſt in maiore cantho glandula ad obturádum meatum, qui euidéter penetrat ex oculi orbita in narem, nempe vt ne cerebri excrementa per nares influentia redundét ad oculos, vt fit in iis quibus fiſtulæ lachrymales, ab exeſa hac glandula: vnde ſtillant illis oculi aſsiduo. Adeſt & ſpiritus viſilis & lucidus, continenter accurrés e cerebro per neruos opticos ad viſum formandū. *Spiritus.*

Ex his intelligimus quam firmiter hæreat capiti oculus, & quam non poſsit, vt ſponte decidat, quacunque tandem putrefactione. Etenim antequam putruerint & nerui & tunicæ parum alioqui procliues, fœtor procul dubio inuaſerit, & lethaliter infecerit ſpiritus animales.

Nunc videamus quid vulgus deliret, dum credit oculum ex capite excidere poſſe. Nunquam accidit illa vulgo credita procidentia, quin præceſſerint ictus, vulnus, aut affluxus magnus, ex quibus orta inflāmatione gignitur pus intra cōiunctiuam & corneam, quod mébranas eas abrumpit & putrefacit, ita vt dehiſcentes, vlcus pateſaciant: quod in oculi capacitatem penetraſſe comperitur. Sex autem muſculi, cum ſint carnoſæ partes, facile afficiuntur illa inflammatione: ex qua intumeſcentes circa neruum

C opticum & pone oculum, coarctant adeo & comprimunt oculum, vt propulſentur humores tres, & cogantur ſimul & ſemel & cum impetu perrumpere. Hi autem humores cum ſint conſiſtentia ſua ſatis ſolidi, (cryſtallinus præſertim & albugineus, oculi figuram repræſentantes) vulgus putat totum procidiſſe oculum. Humoribus ſic effuſis, membranæ tanquam diſploſa veſica, aqua, flatuue diſtenta deprimuntur & contrahuntur in imam orbitam: hinc ceſſante inflammatione & dolore (vere enim deſinunt paulo poſt) adducuntur palpebræ ad ſe inuicem, vix vlla remanente oculi figura. Hinc vulgus falſo ſibi perſuadet, oculum e capite excidiſſe.

Inita conſultatione commemoraui apud clariſſimos Doctores Medicos duos, quæ ante apud ægrum & D.D. ROSCIVM in ædib. & præſentia MARIONIS Lauſannæ propoſueram: iterum cócludens ſola manus opera pleniſsime ſanari poſſe ægrotū. Cumque ex noua quorundā ſententia, ſperaſſet æger commode inciſum iri cancrum, religatū ſerico, neceſſe habui meas contra ſæpius allatas rationes, ſubiicere hunc in modum. *Filo ſerico nō potuiſſe tolli cancrum.*

Primum: quod mali radix à ligatura relinqueretur: ſiquidem quæ facta eſt morbi renouatio, liquido conſtat, factam eſſe in orbita, adeoque altius ad opticum vſque neruū. Ligatura autem cum id ſolū apprehendat, quod prominet à palpebris, relictura eſt quicquid orbita continetur, ſicque irrita futura eſſet operatio. Etenim id, quod relinquetur, illico proferet nouum fungum, priore maligniorem.

D Secundo: quod fieri poſsit, vt rumpatur vena aut arteria quæpiam importuno tempore, puta nocte. & ſic æger vel exigua ſanguinis iactura eueſtigio moriatur, cum tanta iam ſit facta profuſio.

Tertio: quod ex ligatura futurus eſſet grauiſsimus dolor, totis quindecim diebus & vltra: propterea quod coniunctiua, in qua fieret ligatio, vt potè à pericranio deducta, miro ſenſu ſit prędita. Quo ex dolore, vt nihil dicam de cerebri læſione, ſequeretur humorū affluxus ingens in partem affectam. Adde quod æger iamdudum debilis & extenuatus, hos dolores & inquietudines tolerare non poſſet.

Quarto: quod pars oculi ſupra ligaturā, dum corrumperetur, fœtore ſuo grauiſſimo læſura foret partes principes, & ipſis adſtantibus intolerabilis futura. Relinquitur inciſio, quam ſpero à nobis tam dextre factam iri, propitio Numine, vt leuiores ſint cruciatus & nulla aut minima hæmorrhagia. Quod ambigitur, queat ne morbus radicitus erui: ſpero id quidē factum iri. Quippe iam pridē excogitaui inſtrumenta quædā, quibus oculum tuto & agiliter ab ima orbita reciſum extraham. Præterea, quantuluſcunque ille, qui percipitur motus, apprehenſo tumore ficoſo nonnihil mobili, ſpem facit, hunc non hærere perioſtio: cui ſi adhæreret, certe eſſet immobilis. Imo & ex eo intelligimus, reliquā eſſe aliquam pinguedinis & muſculorū ambientium portionem inter oculum & os. ex quibus operatio tanto faci-

E lior, tutior & felicior expectatur. Quoad hęmorrhagiam, ego certe nonnihil moueor, cum ſubit animo nupera illa ſanguinis profuſio vobis notiſsima. Attamé venæ in oculo tenuiſſimę non videntur largum emiſſuræ ſanguiné, ſi incidantur ad baſim: & poteſt diligente manu inhiberi erumpens ſanguis, qué poſt tantum profluuium non eſt veriſimile multum futurum. Denique haud dubie ex ægri metu & horrore maior pars ſanguinis recurret ad cor. Conſultiſſimū tamen fuerit extrema ligare arctiſſime, brachia ſupra cubitū, tibias ſupra genua, idque horæ dimidio ante operationem, vt nimirum moleſta & conſtringente hac ligatura ſanguis auertatur ad illas partes, & procul ab iis, in quibus futura eſt operatio. Atque hoc meū eſt de hoc morbo eiuſq; chirurgica extirpatione iudicium. Vos medica videte, & de noſtris iudicate, Doctores clariſſimi.

Hic

Hic Medici poſtquam diſſeruiſſent de morbo & medicamentis vniuerſalibus, noſtra omnia comprobarunt: & decreta eſt mali extirpatio per inciſionem. D. SARACENVS rem detulit ad Ægri neceſſarios & amicos, quotquot aderant. Illi audito tum præſentaneæ & quidem funeſtiſſimæ mortis periculo, tum ſanationis ſpe per oculi extirpationem, facile aſſenſerunt, multoque libentius Æger ipſe magnanimus. A

Tum poſtquam prædixi metuenda ſymptomata, decreta eſt in proxime ſequétem diem lunæ, qui in Auguſti Calendas incidebat, operatio. Interea præſcripta eſt Ægro victus ratio congrua, ad reparandas vires deperditas ſuperiore ſanguinis profluuio. Præſcriptus & illi ad diem Sabbathi decimum nonum Calendas Auguſti laxatiuus potus.

Potus laxatiuus.

℞. Tamarind. electorum.
Foliorum ſennæ oriental. mundat. ana ℥ ij.
Vuarum paſſarum mundat. ℥ j.
Epithymi. ſem. aniſi, fœniculi, ana ℥ ſ.
Cuborũ, agrim ceterach. polytrichi, ana p. j.
Fiat decoctio ad ℥ iij in qua colatura macera.
Rhabarb. elect. ℥ j ſ. B
Cinamomi electi gra. 7.
In expreſsione diſſolue Syrupi violati ex 9. infuſionibus, &
Mannæ granatæ ana ℥ j.
Miſce. fiat potio.

Sequente die Dominico, & die Lunæ mane ante operationem exhibitus eſt potus cordialis ſequens:

Potio cordialis.

℞. Aquarum bugloſſæ.
Violarum.
Roſarum.
Meliſſæ, ana ℥ j.
Syrupi corticum citri & de ſucco acetoſæ, ana ℥ j.
Confect. Alkermes ℥ j.
Pulu. diambræ ℥ ſ. C
Miſce: fiat potio pro duabus doſibus.

Exterius ſuper corde, ante & poſt operationem, applicitum eſt ſcutum ſequens:

Scutum pro corde.

℞. Florum trium cordialium, ana p. ij.
Meliſſæ.
Maiorana, ana M. ſ.
Seminis & cortic. citri,
Seminis ocymi, ana ℥ ij.
Pulu. elect. Diamargar. frigidi,
Pulu. elect. è gemmis. ana ℈ iiij.
Pulu. diamoſchi dulcis &
Diambræ, ana ℥ ſ.
Croci ℈ j.

Excipiantur goſſypio, & cum ſindone rubra fiat ſcutum interpunctum, pro regione cordis.

Ante & diu poſt operationem vnctus eſt ſtomachus hoc vnguento:

Vnguent. pro ſtomacho.

℞. Cerati ſtomachi. Galeni ℥ iij. D
Pulu. aromat. roſati ℥ j.
Garyophyll. & nucis moſc. ana ℥ ſ.
Olei Nardini & maſtichini, ana ℥ ſ.
Fiat linimentum pro regione ſtomachi ante cibum.

Aliud vnguentum pro ſtomacho, aliquandiu applicitum poſt operationem factam.


Aliud Vng. pro ſtomach.

℞. Olei maſtich. & de menta, an. ℥ ſ.
Olei Nardini & de
Abſynthio pontico, ana ℥ iij.
Cerati ſtom. Gal. ℥ ij.
Ladani &
Olei de nuce moſch. ana ℥ j.
Pulu. arom. roſ. &
Ligni Aloes, ana ℈ j. E
Pulu. garyophyll. &
Ambræ griſeæ, ana ℈ j.
Cum cera noua. q. ſ.

Fiat vnguentum, quo calide illinatur regio ventriculi ante cibos, bis die.


His ita præſcriptis, amici, qui aderant, ſtuduerunt Ægrum recreare, quantum fieri potuit. At ille magnanimus, & ſanitatis auidiſſimus conſtantia ſe ſua magis, quam alienis verbis ſolabatur: niſi quod ſtato die nonnihil territus eſt De ROSCII excuſatione per literas facta, veritus nimirum, ne quid ille mali

A mali præſagitet: quod tamen ita diſſimulauit, vt non niſi ab operatione reſciri potuerit: adeo vrgebat ipſe operationem.



Itaque præmiſſis ſolennibus precibus pro felici ſucceſſu, & tribuenda Ægro patientia ac viribus, ipſemet ſumpto recente ouo & cyatho vini; cathedram accommodatam ſibi delegit & vltro ſedit: ita vt quum mollis quiſpiam cathedrę alligandus foret, neceſſe duntaxat habuerim adſtantium duobus brachia, tertio caput committere. Ac tum cœpi ſub palpebra ſuperiore ad maiorem canthum, inſtrumento hic figurato, (quod ipſe inueneram & nominatim præpararam ad eam operationem) lenticulari forma, ne orbita lęderetur, ſed nonnihil incuruo, ſeparare coniunctiuam: adactoque ferro ad opticum vſque neruum, percurri oculi ambitum, quæ erant ſeparanda disiungens: eodemque inſtrumento opticum ſecui, tũ
B & eum, qui ſecundæ coniugationis eſt: & tam dextre & agiliter me geſſi, vt vix decem paſſus fierent, dum ficus ille cancroſus totum oculi orbitam implens, & in faciem late prominens, intactis pàlpebris radicitus erutus eſt.

C



Nec tamen non dolorifica fuit operatio, quantũuis diligens, ob coniunctiuam membranam & neruos. Nulla Ægri agitatio, niſi lingua, cum ter quaterque Deum inclamauit. Inieci illico copioſe puluerem noſtrum, cum album. ouorum, ad ſiſtendum ſanguinem, cuius vix ſtillarunt vnciæ duæ: ideoque nihil opus fuit actuali cauterio argenteo, (hic adpicto) quod proprie præpararam propter loci affecti nobilitatem & præſtantiam.

Dein inuoluta faſciis orbita, & defenſiuis ad frõtem & collum circumcirca adhibitis Æger ipſe ſe abluit, & voluit ire pedibus in lectum triginta circiter paſſus ab operationis loco. Nos prohibuimus, & ſella detulimus. Mirum tam diuturno morbo, tanto ſanguinis profluuio, æuo tam profecto, Ægrum ſic ſubſtitiſſe, niſi Deus, cui Laus &
D gloria, eum corroboraſſet.

Operationis teſtes fuerunt.

Generoſus Gabriel à Blonay Baro à Chattelart.
Gen. Philippus Ceriatius Dominus à Donizy, &c.
Prudentiſs. & Conſultiſs. Georgius Anſellus Illuſtr. Dominorum Bernenſium procurator patrimonialis.
Gen. Hildebrandus Croſanus, Dominus à Prilly, &c.
E Gen. Philibertus à Saconay.
Venerandus Claudius Merlinus Villetanæ & Culliacenſis Eccleſ. paſtor.
Vener. Iacobus Richardus Sauiniacenſis Eccleſiæ paſtor.
Clariſs. & præſtantiſs. Ianus Antonius Saracenus M. D. & Philoſophus eximius, Regis Galliæ & Nauarræ Conſiliarius prudentiſs.
Conſultiſs. Nicolaus Ganthinus Luſtriacenſis Tribunus.
Conſultiſs. Iacobus Gerbeſius Villetanus Senator.
Conſult. Franciſcus Croſeranus Luſtriacenſis Senator & Caſtellanus Corſiacenſis.

Iohannes

Iohannes Glaronius Ægri Chirurgus ordinarius. A
Fideliſs.& diligentiſs.Ioachimus Rohaut Pharmacopœus Lauſannenſis.
Hon.Moſes Bettetus Ægri negotiorum geſtor:& alij plurimi.

Oſsiculum intra oculi ſubſtantiam repertum.

In tumore poſt operationem diſſecto inuenimus oſſiculum & mole & figura dimidiatam fabam repræſentans,vbique tuberoſum,prope minorem oculi canthum.Hic varia iudicia. Alij in tumore natum dixere,quod denſa & dura integeretur tunica,quæ mihi ſclerotica eſſe videbatur. Alij diutino defluxu carie affectum cranium cenſebant,indeque carioſum oſſiculum ſponte naturæ ſeparatum ſenſim membranam illam penetraſſe,atque illud callo deinde obductum fuiſſe. Veri mihi ſimilius videtur,id oſſiculum è cranio illuc penetraſſe,quam in ipſo tumore natum. Primum enim ex figura euincitur,ad orbitam oculi pertinuiſſe. Deinde materia, intra quam repertum illud eſt,inſtar atramenti nigra erat nihilque aliud,quam ſanguinis fæx. At neceſſe eſt,quod ex materia aliqua gignitur, eius colorem referre:oſſiculum autem album fuit,ac proinde non ibidem genitum. Tertio ex curationis progreſſu facile fuit animaduertere,è cranio illud delapſum: ſiquidem percipiebatur cicatrix nonnihil caua ad minorē canthum:qualis eſſe ſolet,vbicunque eſt oſſis deperditio,teſte Hippocrate.Reſiduum tumoris duabus diuerſis ſubſtantiis conſtabat.Nam pars ea,quæ extra orbitam prominebat, inſtar fæcis atramenti fuit, ſatis denſa,forti membrana inuoluta,quam autumo ex coniūctiua & cornea membranis ita coaluiſſe. B
Pars vero orbita contenta,dura fuit & ſcyrrhoſa,colore liuido.Hos,ego puto fuiſſe oculi muſculos,qui quidem nequaquam conſpici poterant agnoſciue,vti neque membranæ, quia plane occalueiant cum aliqua alia materia reſidua ex priore illa inflammatione anni 1581.

Hippocr. ſect 6. Aph. 45.

Ipſo operationis die non eſt retectum vulnus metu hæmorrhagiæ: at poſtridie tantum applicatū ex conceptis linamentis digeſtiuum ſequens:

Digeſtiuum.

℞. *Terebinth.lotæ in aqua betonica ℥ ij.*
Gummi elemi ℥ ſ.
Diſſolue in olei roſacei ℥ j.
Adde vitell.ouorum nu. 2.
Croci ℈ ſ.
Miſce:fiat digeſtiuum.

Inſuper admoui *emplaſtrum baſilicum.* Inunxi totum caput & collum *oleo myrtil.& roſato*: fronti & collo defenſiuum applicui nec aliter proceſſi, quoad facta eſſet vulneris digeſtio. Sequenti die Saracenus relicto longiore ſcripto,in quo victus ratio tum in rem præſentem, tum etiam in futurum conueniens tradebatur,domum repetens mihi rem omnem commendauit. Ego ſex diebus continuaui digeſtiuum & baſilicum: Ex indigeſto vulnere,pro digeſtiuo adhibui mundificatiuum ſequens: C

℞. *Terebinth.lotæ in Aqua betonicæ ℥ ij.*
Gummi elemi diſſol.in oleo Roſaceo ℥ ſ.
Radic. Ariſtol.rotundæ,
Iridis flor.ana ʒ.ij.
Cum melle roſaceo,fiat mundificatiuum.

Tum applicui *emplaſtrum de betonica*,eoq; ipſo incarnaui vulnus: cicatricem induxi puluere ſicco, *ex ceruſſa,lithargyro,cornu cerui vſto,alumine & radicibus iridis,& ſuper inducto empl.diapalma.* Victus rationem æger adeo accurate & lubens obſeruauit, vt ſupra decimum quartum diem vino ſibi temperarit, contentus ptiſſana,cui adiectum erat paucum coriandrum præparatum, aut etiam oxyſacharum, cui inter parandum indebatur tantillum cinnamomi.Atque ſic adductis tandem concinne palpebris,à fico cancroſo eiuſque omnibus ſymptomatis,vir genere & virtute,in primis vero pietate,nobiliſſimus perſanatus eſt. D

Setaceo locus opportunus.

Porro cum locus multum diuq; affectus,ac proin debilis, vt plurimum obnoxius ſit defluxionibus à valentioribus partibus tranſmiſſis, ideo, vt ne deinceps noui exorirentur in facie affectus aut in parte nuperrime ſanata,author Ægro fui,vt clauderetur vlc⁹,cauterio excitato in brachio dextro,quod progreſſu temporis inferius deſcenderat,& circum circa calloſum euaſerat,& nouum applicui ſuperius ac propius venam cephalicam 22. Auguſti. Porro in eundem vſum & ad maiorem præcautionem ſuaſi ſetaceum ad ceruicem traiici legitimo loco,qui eſt à prima vertebra ad tertiam,nec inferius.Adhibitum quidem fuerat anno 81.ineunte morbo,ſed male ad ſextam ceruicis vertebram, vbi eminentiores ſunt nerui,quam ſuperius ad caput: hinc acutiſſimus dolor, ob quem ab eo excitatum vlcus poſt menſem claudendum fuerat.Ille conſilium noſtrum admiſit,&conſultus Saracenus literis,eandem ſententiam ſcriptis confirmauit.

Laus Deo.

OBSERVATIO II.


Ficus ſcyrrhoſus ad maiorem oculi canthum feliciter extirpatus. E

ANno 1598.20.Februarii ad ædes reuerendi D.Petri Dunantii verbi diuini miniſtri,ad quadragenarium,habentem tumorem ſcyrrhoſum ad magnum oculi ſiniſtri Canthum, Caſtaneæ magnitudine,colore liuido,& multis venis capillaribus intertextum,vocatus fui. Ille autem tumor ab vna parte adhærebat coniunctiuæ membranæ,vſque ad iridem,ab altera vero hærebat palpebræ ſuperiori, & lachrymali glandulæ:ita vt ad oculi motum totam cooperiret pupillam ſcyrrhus ille. Nos ægro purgato (prout in præcedente obſeruatione fuſius declarauimus) inciſa item cephalia in ſiniſtro brachio: inſtitutaq;

A tutaque optima victus ratione, præſente M. Nicolao Feuotto & Dauide le Clerc. Lauſannenſibus, forcipe noſtra oculari, hic delineata tumorem apprehendimus. Tum attracta paulum forcipe, & inuerſa ſuperiori palpebra, tumorem cultello ſeparatorio, ad id aptato, cõmode ſeparauimus. Poſtea *albumen oui, aqua roſacea miſtum* impoſuimus. Inde Collyriis anodynis, & abſterſiuis, & tandem exſiccantibus, oculum intra ſeptimanas tres, viſu plane illæſo, perſanauimus. Interim tamen purgationes aliquoties iterauimus, & cucurbitulas cum largiori flamma ſcapulis & nuchæ admouimus. Defenſiuum item fronti & temporibus applicuimus.

Delineatio forcipis ocularis & cultelli ſeparatorii.

B



C

Collyrium anodynum. *Collyrium anodynum:*

℞. *Mucil. Sem. Cidoniorum*
& Plantag. cum Aqua
Roſacea extracta.
Lactis muliebr. ana ℥ ij.
Camphoræ &
Croci ana ℈ I.
Miſce & applica tepide.

Collyrium exſiccans. *Collyrium exſiccans.*

℞. *Aquarum Plantag. &*
Roſar. ana ℥ iij.
Tutiæ præparat.
Cornu Cerui vſti & præpar.
Ceruſſæ lotæ ana ℥ j.
Miſce fiat collyrium.

Hic monitos velim Chirurgos, collyria in quæ ingreditur lac, æſtate ſingulis, hyeme vero alternis diebus iteranda eſſe. Aceſcit enim lac & acre efficitur: hinc dolores & inflammationes excitat. *Admonitio.*

OBSERVATIO III.

De Gangræna ex interceptione ſpirituum animalium.

Ad Virum

AMPLISSIMVM *ac clariſſimum* D. D. FELICEM PLATTERVM *Baſilienſium Archiatrum feliciſſimum & Profeſſorem primarium.*

Singularem tuam humanitatem, Vir vndiquaque clariſſime & ampliſſime, qua me (quoties Baſileam veſtram inuiſi) amplexus es, mecum animo ſæpe meditor, nec abſque dolore. Quid enim aut quomodo iſti reſpondeam, non equidem video. Gratum ſane me eſſe animo, Deum teſtor: factis vero cum
D nequeam, votis eundem compello, vt pro me benefacta rependat. Si qua tamen ratione Exc. T. gratificari poſſim, me quamdiu vixero, promptiſſimum habebit. Cæterum cum Exc. T. circa res Chirurgicas æque ac circa alias medicas non ſolum ſtudioſe verſantem, verum etiam cum doctrina tum longo rerum vſu percelebrem eſſe norim: placuit cum eadem, quamuis in grauioribus haud dubie occupata, de peculiari quodam Gangrænæ genere familiariter communicare, vt ſententiam ſuam mihi ſuper hac re viciſſim impertiri non grauetur.

GANGRÆNAS vt plurimum ex intemperie & interceptione ſpirituum vitalium & naturalium oriri, *in Tractatu de Gangrana* oſtendimus. Aliquando tamen ex interceptione ſpiritus animalis fieri poſſe VESALIVS, & poſt eum FALLOPIVS voluerunt. Id vero an primario, an per accidens fiat, ſequenti obſeruatione manifeſtum erit.

IVRGEN von Bonſuelt Langenbergenſis, in Ducatu Montenſium, quadragenarius, vir robuſtus 11. Decembris anno 1581. altitudine 16. pedum in terram cadens, paralyſi ab vmbilico ad pedes ipſo momento correptus fuit. Ego tertio die aduocatus inueni ipſum maximis doloribus circa imum ventris affectum: quod à principio morbi neq; vrinam, neq; aluum exonerasset. Exhibitis ſuppoſitoriis & clyſteribus nonnullis vrinam reddidit, & aluum exonerauit. Dolor mox ceſſauit, poſtea tamen vrina guttatim
E exſtillauit, neque excrementa alui retinere potuit. A duodecimo die vſq; ad decimum quintum diē morbi, vltra libras ſex humoris viſcoſi, nullis admiſtis excrementis nulloq; tetro odore, eiecit. Ego itaque ex conſilio D. COSMI SLOTANI Chirurgi præſtantiſſimi, quam potui diligentiam adhibui. Nihilominus tandem Gangræna nates inuaſit, & paucis poſt diebus in ſphacelum degenerata, nates vſque ad os eroſit: ita vt 25 die, à morbo contracto, è vita deceſſerit.

Interceptionem autem ſpiritus animalis non ſimpliciter fuiſſe cauſam huius Gangrænæ, ex hoc apparet, quod indies videmus ſenes paralyſi corripi, nec propterea Gangrænam ſubſequi: licet in eis nõ

leuis adſit cauſa Gangrænæ, nimirum penuria alimenti, & defectus caloris natiui: quæ duo per ſe poſ- A
ſunt eſſe cauſæ Gangrænæ: quemadmodum *in tract. de Gangrena* oſtendimus.

Scimus Gangrænam fieri ex alimenti & ſpirituum vitalium & naturalium penuria, aut ex eorundem ſuffocatione. At alimentum hoc & ſpiritus per arterias & venas in partes corporis infunduntur, per neruos autem ſentiendi & mouendi facultas fertur. Poteſt itaq; pars aliqua viuere, donec arteriæ & venæ munus ſuum faciunt, interim tamen ſenſu & motu carere: vt in paralyticis apparet. Quod ſi acciderit Gangræna, eam per accidens fieri certum eſt, vt ex *ſuperiori obſeruatione* apparet. Vrina enim, quæ guttatim effluebat, & quæ propter decubitum in dorſum excalefacta & acris reddita fuit, cutem exulcerauit. Hinc ſecuta eſt inflammatio, & affluxus humorum. At quia corpus à lumbis vſque ad pedes ſuo ſpiritu animali, ac proinde facultate ſentiendi deſtitutum erat, redditum fuit graue & immobile. Hinc propter decubitum in dorſum, & molem corporis, (erat enim homo corpulentus & grauis) nates continuo compreſſæ, excalefactæ, & ab vrina & excrementis humectatæ fuerunt. Vnde mirum non eſt, Gãgræna correptas fuiſſe. Vidimus enim ſæpiſſime coccygem in diuturnis morbis non tantum exulcerari, verumetiam Gangræna corripi.

Obſeruatio. Memini me aliquoties inuiſiſſe Nouiſiæ cum clariſſimo D. D. RECKIO, eius vrbis Medico celeberrimo, & cum IOHANNE DVMGENS ibidem Chirurgo exercitato, hominem quendam, qui ex B
morbo diuturno propter decubitum in dorſum, primo circa coccygem vlcus contraxerat: ex qua exorta eſt gangræna & ſphacelus qui nates vſq; ad oſſa corroſit, hominemq; tandem extinxit. Hinc perſpicuum fit, gangrænam ex interceptione ſpiritus animalis ſimpliciter non fieri, ſed per accidens. Vt ex *ſuperioribus obſeruationibus* apparet. Sed Exc. T. vt vno atq; altero verbulo, hic ſe iudicem haud difficilem interponat, obſecro: plurimum & reuerenter eandem cum tota familia auere, ac boni publici cauſa diu feliciter valere iubens. Ex Muſæolo noſtro Machaonico 6 Septembris Anno 1604.

Tuæ excellentiæ addictiſſimus & obſequentiſſimus
G. Fabricius Hildanus.

OBSERVATIO. IV.

Ex globulo vitreo in auris meatum immiſſo grauiſſima ſymptomata tandem curata. Vbi de diſtributione neruorum quintæ coniugationis cerebri agitur.

AD C

CLARISSIMVM *ac celeberrimum Virum* D. D. CASPARVM BAVHINVM *Anatomicæ iuxta ac Botanicæ Profeſſorem ordinarium in Academia Baſilienſi: Cui*

S. P. D.

FAteor accepiſſe iampridem, Vir Clariſſime, tuas literas, quę inſignem tuam erga me beneuolentiam teſtantur: ſed quod hactenus ſilui, id ne obliuioni, ſed plurimis ſubinde incurrentibus negotiis tribuas velim. De obſeruatione autem Anatomica, quam á me expectaſti, ſic habeto. Omnino neruorum quintæ coniugationis cerebri diſtributio multo amplior eſt, quam hactenus apud Anatomicos legere meminerim. Etenim quam primum Neruus ille à laterali parte cerebri exoritur, ingrediturq; foramen cœcum ſiue labyrinthum, diſtentuſque membranam tympanum format. E foramine cœco mox egreditur ramulus minor eo, qui ingreſſus eſt, verſus ſpinalem medullam tendens, perinde ac ſi cum neruo ſextæ coniugationis tenderet ad partes infimas. Sed mox emittit rurſus ramulos per primam & ſecundam vertebram colli, qui inſeruntur laringis muſculis. Argumento eſt ex immodice & nimis alte aut profunde titillatis auribus ſicca ſubito exoriens tuſſicula. Mittit tertio ſuos ramulos cum quarto, quinto, & ſexto brachium mouentibus neruis ad brachia & digitos: nec deſerit vnquam neruus ille ſpinalem medullam, ſed continenter emittit ramulos cum neruis ſpinalis medullæ ad ipſa vſque crurum & pedum extrema. Hæc ſuper diſtributione neruorum quintæ coniugationis cerebri, Vir clariſſime, in diuerſis diſſectionibus ſuperiore hyeme obſeruaui: quæ ipſa cum ſint paulo obſcuriora, ſequentis hiſtoriæ narratione illuſtrabo. D

ROSÆ, filiæ quondam Roberti Chaperonis, annos 10. natæ, verno tempore ſui ſimilibus colludenti inſinuatus fuerat in concauum auris ſiniſtrę globulus vitreus inſtar piſi, cuiuſmodi puerorum carpis pro brachialib. accommodantur. Admonita mater Chirurgum aduocat, qui globulum extraheret: fruſtra. Venit & alter, tertius, item & quartus, diuerſis tamen temporibus: ex his nemo iuuit, quin imo altius inſinuatus eſt ab illis globulus. Exin deſperauit mater de extractione. & quamuis caſum filię doloribus aſſiduis conflictatæ ægre ferebat, Dei tamen & naturæ arbitrio permittendum ſtatuit. Poſtmodum ſedatus quidem eſt auris dolor: ſed tota pars illa capitis vſq; ad ſuturam rectam nocte dieq; doluit, plus tamen minuſve pro aeris conſtitutione: cœlo maxime humido ac pluuioſo, quale eſt hyeme & autumno, cruciatus vigebant. Accidebāt pręterea læuo brachio quaſi ſtupores vſq; ad digitos pollicem & indicem, progrediẽtes ad lumbos vſq;, tibiam & pedem: &, vt paucis dicam, totum latus ſiniſtrum continuis iis ceu ſtuporibus languebat. Tranſmutati ſunt poſtea torpores in dolores grauiſſimos brachii, humeri, & cruris: idque, vt dictum eſt, noctu & aere frigido & humido. Tuſſicula ſicca aſſiduo aderat. E
Menſtrua ex parte ſupprimebantur, & nonniſi ſemel ſingulis trimeſtribus, aut parum fluebant. Cum annis quatuor aut quinque ſic doleret, acciderunt interdum epilepticæ conuulſiones: ipſum quoq; brachium in atrophiam incidit. Videns mater tam dira ſymptomata, varios adhibuit Medicos, Chirurgos, & empiricos: & cum nullus auris dolor adeſſet (quippe maximi dolores obſcurabant minimum)

A de ſymptomatis tantum querebatur, omiſſa primaria morbi cauſa. Nequicquam autem hæc omnia iuuere neque enim intermittebant dolores, aut ſymptoma vllum, imo augeſcebant. Tandem adiit me anno 1595. menſe Nouembri. Purgaui ipſam aliquoties: inunxi præterea humerum, brachium, & reliquas partes dolentes, oleis anodynis & calidis: breuiter quæcunque neceſſaria ad hunc morbum videbâtur, adhibui: fruſtra tamen, vt priores. Cum viderem, morbum repugnare omnibus idoneis remediis, deſperabam de ſalute. Latebat enim me iſtius morbi cauſa, niſi forte an ex catarrho foret.

Interim cogitanti mihi, quid melius adhibere poſſem, ipſa nec opina cœpit recitare caſum: nempe quod ſibi ante octo annos globulus in aurem demiſſus eſſet. Hæc ego audiens, cœpi cogitare, eam eſſe morbi cauſam. Et quamuis illa valde repugnaret operationi propter ſuperiorum chirurgorum irritos conatus in recenti morbo, tandem tamen paruit. Tum ego feliciter extraxi globulum ſine vi vlla quamuis profundius prope tympanum videlicet, excrementis & ſordibus auris firmiſſime hærentem. Ceſſarunt illico dolores capitis, reliquarumque partium corporis, & ſubſequente nocte meliuſcule habuit: ſicque paulatim leni inunctione olei lumbricorum reſtituta fuit. Ceſſarunt, inquam, dolores, ſtupores, conuulſiones epilepticæ, reliquaque omnia ſymptomata. Reſtitutum eſt quoque brachium: ita

B vt hactenus, Dei beneficio, bene ſe habeat.

Huius operationis teſtes ſunt Clariſſimi ac Doctiſſimi Viri,

IANVS ANTONIVS SARACENVS Medicus Regius:

ANDREAS BONETVS, Medicinæ & Philoſophiæ Doctor:

ANTONIVS MACA Pharmacopæus: quorum penes me ſunt chirographa. Vale Vir Clariſſime & Doctiſſime Lauſannæ 27. Decembris anno 1596.


Tuæ excellentiæ addictiſſimus & obſequentiſſimus

G. Fabricius Hildanus.

Hæc autem fœmina, ad hunc vſque annum 1605. quo hæc ſcripſi, viuit, ac proſpera fruitur valetudine, & quidem in coniugio minime infelici.

C

Delineatio inſtrumentorum.



ANNOTATIO.

CÆterum in hac operatione perficienda hoc modo proceſſi. Primo locum ſplendidum elegi, ita quidem vt radii ſolares in auris meatum penetrarent. Mox meatum auris vndiq; inunxi *oleo amygdalarum dulcium.* Deinde dilatato nonnihil ſpeculo (hic figurato) auris medio (quo facilius eo poſſem introſpicere) tum oculis contéplari, tum ſpecillo explorare cœpi, quanam ex parte tutius poſſet inter globulum & auris


D ambitum ſeu circuitum immitti cochleare: qua quidem explorata, ſpecillum extrahebam, & cochlear immittebam vſq; ad globulum: demum violentia quadam (aliter enim fieri non potuit) impulſo cochleari inter globulum & ambitum auris, globulũ, vt dictum eſt, eduxi. Habebam quoque in promptu tenaculam: qua, ſi forſan opus foret, vterer.

E

Hoc quoque modo aliquoties extraxi piſa.

Nunc tamen breuiorem & faciliorem viam indagaui, nimirum infra figuratorum inſtrumentorum medio: quorum vſus talis eſt. Inuncto meatu auris oleo amygdalarum dulcium, immittenda eſt fiſtula litera A notata, vſque dum ipſius extremitas B notata, piſum, quantum fieri poteſt, amplectatur. Mox altera fiſtula C. notata, per priorem immittenda eſt quoq; vſque ad piſum. Sit autem illa in ſua extremitate D notata, denticulata, ita tamen vt apices dentiũ ex ſiniſtra parte in dextram vergant. Tandem terebellum E ſignatũ, per ſecundam fiſtulam immittendum ad piſum vſque, clementerq; circumuoluendum, & piſo infigendum: quemadmodum fuſius declarabimus, cum de ſclopetorum vulneribus agemus. Cum primum vero terebellum piſo ſatis affigi & inhærere Chirurgus cognouerit, clementer & terebellum & ambas fiſtulas ſimul, & piſum vna extrahat.

Vide infra Obſeru. 88.



A

Minus habet doloris operatio hæc, quam ſuperior, quæ fit cochleatis medio. Sed aduertat Chirurgus, vt circũſpecte operetur. Si enim meatus auris aliqua in parte, aut terebello, aut fiſtula dentata forte compungeretur, haud paruum periculum ægroto adferret. Itaque ſuadeo, niſi ſatis ſit exercitatus in hac operatione Chirurgus, vt potius vtatur cochleari, quam hiſce modo dictis inſtrumentis. B

Observatio. V.

Piſum auri profundius inſinuatum feliciter eductum.

ANno 1596. Puellæ Geneuæ inſinuatum fuit piſum in auris meatum: quod cum mox excitaſſet dolorem, ſuadet vetula fouendam eſſe partem affectam ſpongia madefacta lacte calido. Ex hac humiditate accreſcit piſum: inde fit dolor vehementiſſimus. Vocatus in conſilium Clariſſimus D. D. ANDREAS BONETVS, eius vrbis Medicus celeberrimus, me aduocandum iubet. Præparatis igitur omnibus neceſſariis, caput firmiter tenendum iubeo. Deinde ſupra ſcriptis inſtrumentis piſum ſine violentia extraho.

Extracto piſo, ſpongia in *decocto radicum althex, ſeminis fœnigræci florum chamomili, Meliloti, & betonicæ* madefacta, & quotidie ter aut quater applicata, ſedatus eſt dolor: & breui conualuit ægra. C

ANNO 1604. 30. Iunii.

Lauſannam ad puellam CLAVDII MARIONIS Pharmacopæi peritiſſimi ſanandam vocatus fui. Illa ante annum in vtriuſque auris meatum piſum immiſerat. Hinc ſemiſurda facta, circa pleniluniũ maximis doloribus tum capitis, tum brachiorum, & crurum vexabatur, ita vt noctu vix ſomnum capere poſſet. Meatibus aurium inunctis *oleo amygdalarum dulcium*, ſuperiorum inſtrumentorum; atque cochlearis medio piſa feliciter & ſine magno dolore extraxi: poſtea breui tempore priſtinæ ſanitati reſtituta fuit.

Observatio VI.

Acicula auri inſinuata feliciter extracta.

ANte annos aliquot filiola ANDREÆ MITS Colonienſis, aciculam minutiſſimam expurgandis aurium ſordibus ſibi inſinuauit profundius in auris meatum. Aduocatus inuenio meatum plenum ſanguine, doloreſq; vehementiſſimos. Quapropter ſpongiam in *prædicto decocto* madefactam applico calide. Ea non tantum dolorem quodammodo leniuit, verumetiam ſanguinem ex auris meatu exſorpſit: ita vt caput aciculæ nobis appareret, meatu tamen prius nonnihil aperto ſpeculi ſupra figurati beneficio. Deinde aciculam parua tenacula apprehenſam feliciter & ſine dolore extraxi. Poſtea per aliquot dies ſpongiam in *ſupra dicta decoctione* madefactam quotidie bis aut ter applicandam iuſſi. Atq; ſic breui conualuit Puella. D

Observatio VII.

Inciſo & perforato cranio dura mater vbiq; cranio firmiſſime adhærere inuenta.

DVra mater caluariæ connectitur ſuturarum ope, tum vt penſile & erectum teneat cerebrum, tum etiam vt per ſuturas egreſſa pericranium procreet. Spacium vero inter ſuturas recte natura liberum reliquit, vt vacuum quoddam eſſet inter duram matrem & caluariam, has ninirum ob cauſas. Primo, ne quicquam ipſius cerebri ſyſtolæ & diaſtolæ obſtaret. Secundo, ne venæ & arteriæ per externam duræ matris partem ſparſæ, leui aliquo ictu in cranio facto rumperentur. Poſtremo, vt ruptis in dura matre venis, ſanguis non inter duram & piam matrem, ſed inter duram matrem & cranium effunderetur, & perforato cranio facilius extraheretur. Hic eſt ordinarius naturæ ordo: nos contrarium & in vno atque altero obſeruauimus, vt ex ſequentibus liquet. E

Puerum quadrimum ex phthiſi mortuum priuatim cum quibuſdam Medicinæ ſtudioſis anno 1596. diſſecui. Huic dura mater vbique inſtar perioſtii vitreæ tabulæ adhærens neutiquam auelli potuit, niſi prius incocto in aqua cranio. Itaque venæ, quæ alioqui per externam partẽ duræ matris, quæ

cranium

A cranium reſpicit (duplicem enim duram matrem cum REALDO COLVMBO aſſero) expanduntur, quæ in parte interna verſus cerebrum conſpiciebantur. Erat nihilominus vacuum aliquod inter duram & piam matrem: hæc enim cerebro adhærebat, illa cranio. Plagas & contuſiones in huiuſmodi caluariis maxime periculoſas eſſe nemo dubitat, tum quod membranæ cerebri facillime læduntur, tum etiam quod earum ruptis venis, ſanguis inter cerebrum & duram meningem effunditur. Venæ enim, vt dictum eſt, in interna parte duræ matris ſitæ ſunt: ita vt nullo modo ſanguis extrauenatus euacuari poſſit, quamuis cranium terebello perforetur, vt ex ſequente hiſtoria liquet.

RVSTICVS, in pago Geneuæ proximo Cheſne dicto, vulnus circa dextrum os bregmatis baculo accepit: mox in terram cecidit, vomuit, & loquelam amiſit. Neglecto primum morbo, tandem octauo poſt die vocatus ſum vna cum clariſſimo IANO ANTONIO SARACENO. Inuenimus ipſum febricitantem & delirantem lingua arida, oculis rubicundis. Cum autem nec rima, nec fractura appareret, cranium perforaui. Nihil inueni vacuum: ſed dura mater ita adhærebat cranio, vt ſtyli acies inter cranium & duram matrem minime poſſet immitti. Vnde cum nihil puris extillaret, perforatio inutilis fuit: ipſe decimo quarto poſt die è viuis exceſſit.
B Quamdiu dura mater retecta fuit, nempe ab octauo die vſque ad ſuptemum, motus cerebri quantumuis continuus minime percipiebatur. Verum ea fuit diſtantia inter cerebrum & duram matrem, vt pulſus cerebri membranam non attingeret. Hinc perſpicuum fit, cerebrum moueri, non autem ipſius membranas tantum, vti volunt nonnulli.

OBSERVATIO IIX.


Puer diuturno capitu dolore laborans tandem vermem per nares eiecit, deinde conualuit.

FIlius, Theodori auff der Koulen in Hilden auunculi mei, diuturno vexabatur dolore capitis, qui primum è regione muſculi crotaphiti ſiniſtri, cum paruo tumore œdematoſo inceperat. Dolor per menſes aliquot totum fere caput, præcipue autem partem ſiniſtram peruadebat. Tandem vero ab impreſſione naſi & oſſis cribroſi vſque ad ſuturam coronalem fixus permanſit: tumore inſenſibiliter reſoluto. Dolor nihilominus ſemeſtri ſpacio dies noctesque continuabat. Deinde dolore & febricula auctis, & ſternutatione exorta, ruptus eſt abſceſſus circa os cribroſum, inde nonnihil puris fœdiſſimi
C effluxit: cum quo ſimul vermis proſerpſit: qua magnitudine & figura hic depictus eſt. Poſtea dolor capitis, reliquaque ſymptomata ceſſarunt. Vlcus quoque paulatim ſequenti medicamento curatum: ita vt pleniſſime conualuerit, & per annos aliquot vixerit. Tandem vero iliaca paſſione correptus obiit, vt poſtea dicetur.

Sequens medicamentum naſo inſtillauimus, quo curatum fuit vlcus.

℞. Aquarum plantaginis ℥j.
Aquæ aluminoſæ &
Mellis roſacei ana ℥ß.
Viſci Arnogloſſæ ʒj.
Tutiæ præparatæ,
Cornu cerui vſti & præparati
Aluminis vſti,
Lapidis Calaminaris ana ʒj.
Miſce diligenter in mortario.

Magnitudo & figura vermis.



D
OBSERVATIO. IX.

Mirabilis diſtributio venarum & arteriarum iugularium internarum.

ANno 1596. rogatus à quibuſdam Medicinæ ſtudioſis, priuatim illis diſſecui caput detruncatum. Inueni diſtributionem venarum iugularium & arteriarum carotidum internarum obſeruatu digniſſimam. Quoniam maior pars earum venarum & arteriarum, quæ per duram & piam matrem ſparguntur ab vtraque capitis parte, immiſſis ramulis quibuſdam ad venam torcular dictam conſtituendam, in vertice ſibi inuicem coniungebantur, & conſtituebant prope ſuturam rectam vas capacitate exæquans pennam cygni, quod tum dura tum pia matre obuolutum erat. Huius extremitas vna, cerebri ſubſtantiam reſpiciebat, nullis interiectis membranis: altera cranio tam firmiter adhærebat, vt non niſi vi auelli potuerit. Præterea cranium in ea parte vix papyrum craſſitie æquabat, vbique inſtar oſſis cribroſi perforatum. Cutis, quæ extra cranium ſpiraculum ſeu caminum illum cooperiebat, flauens fuit. Hominis robuſtiſſimi caput vix vnquam dolore affectum crediderim: ita vt proculdubio ad decrepitum ſenium peruenturus fuiſſet, niſi præueniſſet eum mors violenta.

E
OBSERVATIO X.

Monſtroſus hydrocephalos.

IN raro contingentibus recte hydrocephalos cenſetur: vt nobis in vno & altero videre contigit Coloniæ in vico Ehrenſtraß multoties inuiſi puerũ robuſtiſſimis parentibus natum, cui caput in incredibilem molem excreuerat: ita vt ipſius rotunditas vlnam & quartam partem vlnæ Colonienſis, eiuſdemque altitudo ab vna aure ad alteram vlnam cum quarta parte excederet. Non autem ſic natus erat: ſed cum ſeptimum menſem ætatis vix attigiſſet, cœperat ei caput monſtroſe excreſcere. Nullus præceſſerat

morbus:reliquum tamen corpus parum nutriebatur. Verum caput intra menſes 30. paulatim in illam A
magnitudinem accreuit ac tandem puer in ſoporem lethargicum incidit, nec ita multo poſt obiit, anno
1594.19 Februarij. Cranio diſſecto coram clariſſimis doctiſſimiſque IOHANNE SLOTANO, ET
HENRICO PALLANTIO Medicinæ Doctoribus, inuenimus in duobus anterioribus cerebri ventriculis aquam cryſtallo clariorem, ad libras Colonienſes 18. Illa autem non ſolum ventriculos ſed & ſubſtantiam cerebri diſtendebat: ita vt totum cerebrum (cerebellum excipio) in ſacculum extenderetur. Hinc fiebat, vt circumuolutiones & gyri cerebri non conſpicerentur, ſed turgerent omnia. Dura & pia matres integræ erant, atque ita dilatatæ, vt totum cerebrum cooperirent. Cranium ſimiliter dilatatum erat, ſed paſſim membranoſum potius, quam oſſeum. Id adhuc in muſæo meo viſitur. Tertius ventriculus cum duobus anterioribus confuſus non apparebat. In quarto viſcidam quandam materiam, parua tamen quantitate, inuenimus: reliqua in cerebri baſi ſecundum naturam erant: nec reperiebantur meatus, per quos ſeroſus ille humor ad caput delatus fuerat, quantumuis accurate diſpiceremus omnia. Denique cor, pulmo, diaphragma, hepar, ſtomachus, meſenterium, lien, renes, perquam ſana erant. Quapropter functiones vitales & naturales, eo ægrotante, parum lædebantur: ita vt vix febre vnquam laborauerit: quin imo edebat, bibebat, excernebat, & dormiebat tanquam ſanus. ipſa tantum deerat, nutri- B
catio. Totum enim corpus (excepto capite) perexiguum & extenuatum remanſit: vt patet ex effigie, quã ad viuum domi habeo. Actionibus autem animalibus & facultatibus, quæ ex cerebro prodeunt, puta ingenio, loquela, viſu, auditu, & cæteris plane deſtitutus fuit. Brachia etiam & tibias, labia, palpebras, oculos voluntarie vix mouebat: at inuoluntarie ſæpius, hoc eſt, contrahebantur & conuellebantur cõtinuo: attamen abſque dolore.

Cognoui & alium puerum Coloniæ hydrocephalo laborantem: qui ex omni parte ſinus permãſit vſque ad tertium annum ætatis: tum demum cœpit ipſi caput accreſcere, verum [illegible] molem. Obiit tandem ex variolis. Aperto cranio inuenta eſt aqua multa in duobus anterioribus cerebri ventriculis.

OBSERVATIO XI.

Commotio cerebri in principio neglecta, poſtmodum grauiſſimorum ſymptomatorum cauſa fuit.

Filius, Domini Bernardi ab Hatzueld Domini in Wildenberg decennis ex alto cecidit: mox vomuit, C
ſanguinemque per nares & aures egeſſit: Verum neque loquelam, neque ſenſum, aut motum amiſit. Cum autem nec vulnus, nec contuſio aliqua externa appareret, nec febricitaret ipſe, morbus plane neglectus eſt, nec vllum initio adhibitum remedium, capite alioqui perpetuo dolente. Poſt menſes quinq; aut ſex collum relaxatum eſt, adeo vt nullo modo caput erigere aut erectum, niſi beneficio numellæ ex pelle & xylo contextæ, continere poſſet. Poſtmodum aſthmaticus factus eſt, & relaxatis ligamentis 10.11.12 vertebrarum metaphrenı, gibbotus factus eſt. Coxam quoq; dextram [illegible] mouebat: ſub clauiculis ex vtraque ſterni parte atheromata conſpiciebantur. Cum circiter biennium ita cruciatus fuiſſet, & ſymptomata in peius euaderent, parentes ipſum Coloniam ad clariſſimum Dn. HENRICVM BOTTERVM Illuſtriſſ. Haſſiæ Lantgrauii archiatrum adduxerunt, qui variis adhibitis remediis collum in integrum, vocemque & loquelam ex parte reſtituit. Deinde exortus eſt ipſi tumor ad ſiniſtram aurem inter iugulares venas & arteriam aſperam, qui ſenſim in maximum abſceſſum auctus cum eſſet incidendus, aliaque chirurgica peragenda, accerſitus fui. Primo, 2. & 3 diebus vltra libras ſex materiæ eiecit, extillauitque ea quotidie copia ſatis magna. Huius euacuationis beneficio dolor capitis, omniaque fere ſymptomata ex parte leniebantur: at vires in dies imminutæ. Circa 28. menſis D
Martii nouus incidit catarrhus, qui in pulmonem & ſtomachum influens, tuſſim, nauſeam, & vomitum prouocauit, ſiniſtrum latus reſolutum fuit. Nonnulli quoque paroxyſmi epileptici acciderunt, & vlcus in collo penitus exiccatum eſt: ita vt 6. Aprilis 1593. deceſſerit.

Præſentibus clariſſimis viris IOHANNE SLOTANO ET HENRICO BALLANTIO, Medicæ Doctoribus. Cadauere inciſo, viſcera ſic affecta comperimus.

1. Inciſa cute in tumoribus ſub clauiculis reperta eſt copia ſatis magna puris inſtar, pultis, quę coſtis & ſterno cariem contraxerat.

2. Cyſtis felis prægrandis, & inteſtinum duodenum vbiq; humore bilioſo refertum.

3 Hepar ſcyrrhoſum & obſtructum.

4. Pulmo vbique pituitoſis & viſcidis humoribus oppletus.

5. Lapides quam plurimi ex gypſea materia concreti, & cyſti incluſi proxime cor, nimirum in ea parte, qua arteria aorta ex corde prodit, & ramos ſuos versus iugulum mittit. quorum vnus magnitudinem nucis ſuperabat: reliqui parui. Adhærebant autem non tantum arteriæ aortæ & ipſius ramis, qui iugulum petunt, verumetiam aſperæ arteriæ, & ſiniſtro recurrenti neruo. Ex quibus facile colligitur, quibus cauſis vocem & loquelam ex parte amiſiſſet. E

6. Capite aperto, lapidem ex ſimili materia concretum & membrana incluſum in poſteriore parte capitis ſub ſutura lambdoide inter duram & piam matrem inuenimus adeo adhærentem duræ matri, vt non niſi violenter auelli poſſet.

7. In tribus cerebri ventriculis, hoc eſt, in duobus anticis & medio, vltra libras duas aquæ limpidæ reperimus.

8. Vlcus in collo tum ad aſperam arteriam, tum etiam ad os baſilare, & foramen, quo ſpinalis medulla vertebras ingreditur, penetrabat: ita vt materia ex vlcere manans tum ex pectore, tum ex capite

con-

A conſtrixiſſe [illegible] Verum propter [illegible] [illegible]
pedes conſ [illegible] qualeſ prope [illegible]

OBSERVATIO XII.

Cerebri conuulſiones & quidem grauiſſima curata.

COmotio cerebri recte in morbis acutis numeratur. Verum initio adhibitis idoneis remediis mul-
toties curata, tum ex doctorum virorum ſcriptis, tum ex ſequentibus intelligitur exemplis.

1. Equiſo, Generoſi Viri Domini Herſi ſatrapæ in Lunſdorf Duſſeldorpiæ, ad dextram partem
capitis percuſſus in terram concidit, euomuit: mox loquelam amiſit, & cruorem per nares & aures eie-
cit. Eam in diuerſorium delatum COSMVS SLOTANVS Illuſtriſſimi Iuliacenſium, Cliuenſium, &c.
principis archichirurgus adhibitus, variis remediis ſanauit cum: loquela quoque & mens amiſſa paucis
poſt diebus illi redijt.

2. Herman Kikup venator Generoſi Domini à Velbruch in Hattad ex arbore in congelatam ter-
ram lapſus mox euomuit, & ſanguinem per nares, aures, & palatum eiecit, loquelam amiſit. fuitque ad
B vndecimum ferè diem ſine ſenſu & motu quaſi apoplecticus, febricitans vehementer. Vocatus crines
abraſi, & caput oleo roſaceo & myrtillorum inunxi, venam brachii ſecui: clyſteres acres inieci, aliaque
quamplurima remedia adhibui, quæ hic breuitati ſtudens omitto. Tandem diuino fauore, & mea dili-
gentia, ſtupentibus ſpectatoribus conualuit.

3. Puerum grauiſſima cerebri concuſſione laborantem cum peritiſſimo chirurgo IOHANNE
GRIFFONIO curaui Variis remediis capiti additis, exortus eſt tandem tumor inſignis ſub aure, quo
inciſo maxima puris & ſanguinis coagulati copiam effluxit atq; ſic puer conualuit.

OBSERVATIO XIII.

Læſo cerebro, aut etiam portiuncula eius amiſſa, non ex neceſſitate mortem conſequi.

PVtant nonnulli, cerebro læſo, aut etiam ipſius tunicis, mortem neceſſario conſequi, ex Hippocratis
authoritate, qui ſic ſcriptum reliquit. *Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto tranſuerſo, aut aliquo ex* Hipp Aph. 18 ſect 6.
C *tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale eſt.* Sed hoc (*lethale*) teſte Galeno Hippocrates, alias v-
ſurpauit, ceu mortem neceſſariam inferens, alias ceu periculoſum. Cerebri certe quidem vulnus, niſi
profundum, & ad ventriculos vſque penetrans, non ex neceſſitate mortem inferre, teſtatur Galenus,
commentario ad ſuprà dictum Aphor. Id quod & nobis ſæpius obſeruare contigit, idque ſequentibus con-
firmo exemplis.

EXEMPLVM I.

[illegible] cum darem operá prædicto præſtantiſſimo Archichirurgo COSMO
[illegible] in oppidum Langenberg 8. Septembris 1581. Vt ibi curatem varios æ-
grotos: Vocatus fui á quodam ruſtico Iohanne Horſtman prope Hattingen, vt ipſius inuiſerem filio-
rem, quæ vulnus contuſum in dextro oſſe bregmatis cum fractura & impreſſione cranii acceperat. Euo-
muit mox ab initio biliofum humorem, & cibum indigeſtum, ſiniſtrum latus reſolutum eſt: in dextro
autem conuulſiones patiebatur. Abraſis crinibus fragmenta aliqua cranii & portiunculam ad inſtar fa-
bæ ex cerebri ſubſtantia digitis extraxi. Altero die aduenit Slotanus, qui dilatato vulnere denuo extra-
D hit fragmenta quædam oſſis, & portiunculam ipſius cerebri ad nucis auellanæ magnitudinem. Poſtea
aliquoties ipſemet Slotanus me præſente de cerebri ſubſtantia detraxit. & tamen conualuit pleniſſime.

EXEMPLVM II.

ANNO 1596. acceſſit ad me puella cum inſigni tumore ad dextram ſincipitis partem, in concurſu
ſuturæ rectæ & coronalis. Cauſam exquirenti reſpondit, ſe ante ſex hebdomadas in lapidem im-
pegiſſe. At cum nec vomitus, nec dolor febriſve adfuiſſet aut adeſſet, non ſuſpicabar, cranium, mul-
to minus cerebrum, læſum fuiſſe. Tumore tamen inciſo maxima effluxit puris quantitas: poſtea ſtylo
deprehendi inſignem cranii fracturam: vnde ſubeſſe periculum animaduertens, Medicum accerſen-
dum ſuaſi. Perendie cum aduocatus eſſet clariſſimus DIANVS ANTONIVS SARACENVS
Medicus Regius, cutem decuſſaui, extraxique fragmenta quamplurima cranii: ita vt cerebrum ad ta-
lem latitudinem denudatum conſpiceretur. Tunicæ enim plane corruptæ erant, quarũ particulas quaſ-
dam præſente Medico SARACENO extraxi. Tribus hebdomatibus ferme quotidie portiones aliquas
ex cerebri ſubſtantia abſtuli, natura ipſa expellente: ita vt pars illa valde concaua conſpiceretur. Nihilo-
E minus tamen cerebri motus egregie apparebat: vt de cerebri motu nihil quicquam dubitandum ſit.
Mouetur enim cerebrũ, non membranæ tantum. Tandem vero exorta ſunt ex ipſo cerebro denudato Cerebrum ipſum ve moueri.
& carente membranis tubercula carnoſa lentium inſtar, quæ ſenſim aucta ſe mutuo coniungebant &
tegumentum carnoſum & ſatis ſolidum procreabant, cuius beneficio concauitas impleta & cerebrum
tectum fuit: ſicq; priſtinam ſanitatem puella breui recuperatura videbatur. Nihilominus cum alio me
negotia vocarent, neglecta, vt veriſimile eſt, curatione, ipſam poſt ſemeſtre obiiſſe intellexi. Sed illud
notandum, quandiu illam curaui, nullũ ſuperueniſſe dolorem, febrem, aliudve ſymptoma: ita vt domi
ſtica ſua curaret, quaſi plane valens, ſtupentibus omnibus iis, qui curationi interdum intererant. In qui-
bus præcipue fuerunt [illegible]

[redacted] A
CENVS philoſophus eximius & Medicus [redacted] Dominus GEORGIVS IENISCHIVS illuſtriſſimi WENCESLAI à ZEROTIN Medicus: præterea ANTONIVS MACÆVS pharmacopœus, & multi alii, qui non immerito illius caſus admiratione tenebantur.

EXEMPLVM III.

DVm hæc curabatur, vocatus fui vna cum clariſſimo D. IANO ANTONIO SARACENO in Sabaudiæ vicum quendam ad ruſticum, qui exigui vulneris contuſi occaſione ſupra dextrum os bregmatis maxima fractura cranii laborabat: vnde febricitabat vehementer, & delirabat, ſiniſtro ſimul latere reſoluto. Cute ad Y figuram iuxta cranii fracturam inciſa, ſtatim tria fragmenta oſſis ſatis magna digitis extraxi. Inueni quoque in vulnere portionem cerebri ad nucis magnitudinem. Chirurgus eius prior (agebatur enim quintus dies) cum id vidiſſet, aiebat ſe deſperare de ſalute. Verum admonitus cerebri vulnera interdum curari, nobis promiſit ſummam ſe adhibiturum diligentiam. Nos omnia ad morbum & ſymptomata eius præcepimus. Ceſſauit febris & delirium: latus paralyſi laborans reſtitutum fuit. B

Verum cum reliqua fragmenta cranii eſſent extrahenda, & chirurgus ipſius propter imperitiam id negligeret, poſt hebdomadas aliquot in febrim aliaque ſymptomata recidit, & paucis poſt diebus è vita deceſſit, adeoque meræ Chirurgi negligentiæ pœnas tulit. Si enim fragmenta oſſis vti decuit, extracta fuiſſent, proculdubio pleniſſime ſanus euaſiſſet.

EXEMPLVM IV.

SVperiori anno 1604. menſe Octobri, hic Paterniaci Lauſannenſem 30. annos natum curandum habui, cui acie gladii Heluetici dextrum bregma reciſum, & in ipſam ſubſtantiam cerebri vſque, impreſſum fuit, cum ſiniſtri brachii reſolutione, aliſque grauioribus ſymptomatibus. Fragmenta quamplurima cranii extraxi. Tandem Dei beneficio priſtinæ ſanitati reſtitutus fuit, non ſine admiratione multorum, qui huic curationi interfuere. Inter quos fuit Reuerendus ac doctiſſimus Dn. NATHANAEL CHAMBVTVS verbi diuini miniſter.

Vulneratos nunquam eſſe relinquendos ſine auxilio. Deſperatos non eſſe negligendos.

Exempla hæc in gratiam tyronum Chirurgorum recenſere placuit, quos adhortor, ne vnquam de ſanitate ægri, quantumuis morbus magnus fuerit, ac prima fronte incurabilis videatur deſperent, quēadmodum chirurgus ille, cuius in proximo præcedente exemplo, mentio facta fuit, de ſalute ægri ſui deſperabat. Poſita itaque fiducia in Dei omnipotentia (facta tamen prius prognoſticatione & proteſtatione coram conſanguineis & adſtantibus de manifeſto periculo) curationem aggredi, omnemque diligentiam adhibere debet chirurgus. Nec impio illo dicto DESPERATOS NON OPORTET ATTINGERE ab officio ſuo auocari. Sæpiſſime enim in morbis contingunt multa, quæ antiquos latuerunt; Et quorum ratio nulla reddi poteſt: [redacted] in quodam epigrammate, mihi non ita pridem communicato eleganter cecinit; quod exemplum, quia ad noſtrum propoſitum facit, hic ſubiicere viſum eſt. C

Ad illud Auerrois, MONSTRA IN MORBIS FIVNT.

ANTONIVS FAYVS.

Non audita loquor, narranti credite, vidi
His oculis, tetigi non dubitante manu. D
Acer erat iuuenis, medio cui vulnus adactum
Eſt capiti; Cerebrique pars reciſa fuit.
Ille tamen viuit. Si credas, arte Melampi
Id factum, peccas; hic medicina ſilet.
Monſtra ſed in morbis Arabum flos ille ſophorum
Quod fieri dixit, re patet ipſe palam.

OBSERVATIO XIV.

Ex fungo male curato mors.

COSMAS SLOTANVS Chirurgus præſtantiſſimus, Iuuenem nobili familia natum, cui cranium fractum, portioque eius quædam exempta fuit, vnde fungus exortus, curandum habuit. Ille, ab omni propemodum periculo leuato ægro, & ſedatis ſymptomatibus, à curatione continuanda deſiſtere coactus fuit, quod aulam principis ſui ſequeretur. Barbitonſor, cui cura erat demandata, contempto conſilio & medicamentis SLOTANI, nullaque habita ratione loci affecti, puluerem aluminis & vitrioli vſti inſperſit fungo. Inde exortis ſtatim dolore vehementiſſimo, febre acutiſſima, delirio, & inflammatione, paucis poſt diebus mors ſubſecuta eſt. E

OBSERVATIO XV.

Legitima fungi curatio.

ANNO 1601. 9. Februarii D. FRANCISCI CROSERANI Luſtriacenſis patricii ac tribuni filius, Petrus nomine, 14. annos natus, vulnus ex caſu lapidis, ex alto diruti (cuius pondus libra-

A librarum duodecim cum vnciis decem) in dextro bregmate cum inſigni cranij fractione accepit. Ego ad curationem vocatus, puerum inuenio ſine loquela, viſu, auditu, &c. vt breuiter dicam, ſemianimem. Vomitus aderat vehemens, & continuus, & ſanguinem eiiciebat, tum per os, & nares, tum etiam per aures. Abraſis crinibus dilatoque vulnere impreſſum cranium altius in ſubſtantiam cerebri, & duram matrem diſruptam, conſpiciebam. Exemptis eadem nocte cranii fragmentis, curationem aggredior, prout neceſſitas vrgebat. Et quamuis grauiſſima adeſſent ſymptomata, ita vt de recuperanda ſanitate parum ſupereſſet ſpei, tandem nihilominus paulatim & ante vigeſimum diem morbi ex toto fere remiſerunt. Pars quoque duræ matris ab impreſſo cranio diſrupta, ſenſim naturæ & medicamentorum beneficio fruſtatim excidit, ita vt ſperabamus, iam procul abeſſe à periculo. Sed elapſo vigeſimo die morbi, ecce nouum malum, exortus enim eſt è vulnere fungus inſignis, qui intra viginti quatuor horas ita excreuit, vt magnitudine oui gallinacei extra cranium emineret, quem diuino fauore infra ſcriptis medicamentis feliciter perſanaui. *Libra autē illo in loco continet vncias ſedecim.*

In principio ſingulis, deinde alternis, ac tandem tertio quoq; die, ſequens enema inieci. *Enema.*

℞. *Radicum & foliorum althea,*
Maluarum,
B *Parietariæ,*
Mercurialis,
Florum Chamomill.
Meliloti,
Florum & foliorum betonicæ ana M. ſ.
Semin. fœnigraci,
Lini,
Aniſi ana ℥ ſ.

Coquantur in aqua ad conſumptionem tertiæ partis, in ℔. j. colaturæ diſſolue benedictæ Laxat. & hieræ picræ compoſitæ ana ℥ iij. vitellum oui, ſalis p. j. Ol. Chamomillæ ℥ ij. Miſce fiat enema. Bis vero in die fomentationem ſequentem vulneri applicui.

℞. *Foliorum & florum betonicæ,* *Fomentum.*
Saluiæ,
Chamomill.
C *Meliloti,*
Roſarum
Summitatum maioranæ
Roriſmarini ana M. j.
Sem. aniſi &
Fœnigraci ana ℥ j.

Incidantur & contundantur pro fotu. Harum herbarum q. ſ. indatur ſacculo, eius magnitudinis, vt mediam ferè partem capitis cooperiat; qui filo intertextus, coquatur in vini & aquæ communis ana partibus æqualibus, & applicetur calide. Poſt fotum diligenter abſtergendum eſt caput linteis calidis, deinde ſequentem puluerem inſperſi fungo atque toti vulneri.

℞. *Radicum garyophyllat.* *Puluis fungo & vulneri inſpergendus.*
Angelicæ,
Calami aromatici an. ℥ ſ.
Rad. ariſt. rotund.
Iridis Florent.
D *Ligni guaiaci ana ℥ ij.*
Florum ſaluiæ
Summitatum maioran &
Roriſmarini ana p. j. fiat omnium puluis tenuiſſimus. Deinde ſequens emplaſtrum applicui.

℞. *Emplaſt. de betonica ℥ iiij.* *Emplaſtrū.*
Gummi elemi diſſoluti in oleo roſaceo ℥ j.
Puluer. roſarum
Myrtillorum ana ℥ j.
Maſtiches,
Calami aromatici ana ℥ j. ſ.
Cum ſ. q. ol roſacei fiat emplaſtrum.

His fungus paulatim & intra quatuordecim dies ſubſedit. Officula quoque quæ cum aliis prima nocte extrahi non potuerant, exierunt; ita vt intra hebdomadas decem pleniſſime conualeſceret.
E

Fragmentorum Cranii prima nocte extractorum delineatio. A



His coniunctis fragmentis, latitudo exempti cranii facile apparet. At quamuis fractio & exemptio cranii magna eſſet. Nihilominus tandem cicatrice obductum fuit vulnus: ſed motus cerebri diu nobis perſpicuus fuit: cute enim & portione aliqua carnis tantummodo obtegebatur. Ne autem aliqua occaſione externa facile læderetur cerebrum, laminam cupream adaptari curaui, quæ annexa pileo, partem illam capitis obtegebat. Nunc vero quia natura paulatim foramen cranii callo quodam obduxit, motus ille cerebri non amplius perſentitur. Viuit & optime valet corpore adoleſcens ille, ad hanc vſque diem 19. Martii Anno 1605. quo hæc ſcripſi. Ingenio quoq; ad ſtudia aliaque aptiſſimus eſt. B

ANNOTATIO.

Vnde fungus naſcatur & quid ſit.
li. 1. de locis Aff. & 3. Epidem.

QVemadmodum in ſtirpib. arborum humores ſemiputridi per corticẽ extuberantes in fungos coaleſcunt: ſic fracta exemptaque portione aliqua cranii, ac dura matre læſa, ſtatim humores cerebri circa plagam affluunt, qui ſiue oſſis (vt Alexander Aphrodiſæus voluit) ſiue aeris frigiditate condenſati, inſtar fungi concreſcunt, atque interdum adeo intumeſcunt, vt extra cranium emineant. Affectus C autem ille Galeno fungus à ſimilitudine appellatur: eſt enim *caro mollis, leuis, pallida, & ſpongioſa*: quæ quidem cito excreſcit, lento vero pede retrocedit. Poteſt & ex flatu procreari. Si enim calor cerebri imbecillus factus, in materiam, quæ circa vulnus collecta eſt, aliquid agere intendit, flatum procreat: qui cum per tenuem menyngem expirare nequeat, eam in altum eleuat. Obſeruaui enim hactenus in his, qui fungis affecti mihi occurrerunt, tenuem menyngem vt plurimum integram, craſſam autem diſruptam fuiſſe. Craſſa enim rupta factaque digeſtione vulneris, natura ſtatim incipit carnem ſupra tenuem menyngem generare, quæ loco tegumenti incumbit, ne ex aeris iniuria nocumentum contrahat. Si namque humores copioſe, aut flatus circa plagam colliguntur, tenuem membranam ſimul cum adnata carne facile ad inſtar fungi in altum eleuant. In noſtro vero iam commemorato ægro, & craſſa & tenuis meninx vulneratæ fuerunt.

OBSERVATIO. XVI.

Pus fœtidiſſimum, & vermes ad duram matrem reperti.

CÆſo ſub Canicula anni 1587. Heluetiorum exercitu apud Delphinates, venit nobis ad manus ex numero vulneratorum iuuenis robuſtus, & bono habitu, at capite ſauciatus, hunc in modum. Secta illi fuerat pars oſſis parietalis circiter palmam lata: hæc autem cuti muſculoſæ adhæſerat, ſuoque loco erat reddita: quin & ſanguinis & pilorum interuentu concreuerat, veluti cruſta, quæ totam illam D partem contegens, impedierat, quo minus vlla materia ſex diebus totis ab accepto vulnere promanaret. Porro abraſis crinibus, apertoque vulnere, inuenta eſt inter partem oſſis ſeparati & duram matrem plurima materies graueolens, ſimul & oſſium tenuia aliquot fragmenta: Præterea, quod maius eſt, vermes granduſculi quatuor aut quinque. Inſuper & dura mater denigrata & infecta erat putredine tamdiu inſidente. Æger nihilominus conualuit clariſſimi IANI ANTONII SARACENI Medici Regii conſilio, & IOANNIS GRIFFONII Chirurgi longe peritiſſimi opera atque induſtria: quibus & ego interfui. Quibus autem putredo hæc cohibita fuerit, petat lector ex *Tractatu meo de Gangræna.*

OBSERVATIO XVII.

Iuuenis, cui caput vulneratum & cranium fractum, ex ſola ira in febrim recidit & moritur.

IVuenis quindecim annos natus, vulnus contuſum cum cranii fractione circa bregma accepit. Primo E apparatu vulnere dilatato, & deinde oſſiculis extractis ad ſupurationem feliciter perduximus vulnus, omniaque ſymptomata remiſſa ſunt. Elapſo vero decimo quarto die, cum adoleſcens alius (qui circa lectum ludebat) ipſum ad iram prouocaſſet, recidit in febrem & phreneſin, ita vt quarto poſt die è vita deceſſerit. Cranio aperto coram clariſſimo viro D. D. MARCO OFFREDO philoſopho & Medico celeberrimo, inuenimus cerebri membranas vndique inflammatas, ac tum venas, tum arterias omnes ſanguine turgeſcentes.

OBSER-

OBSERVATIO. XIIX.

A *Ex animi quadam commotione vehementi, arteria nuper vulnerata, poſtmodum autem pene ſanata, denuo magno cum periculo rupta eſt.*

INcidit in manus meas homo quadragenarius robuſtiſſimus, natura biliofus & iracundus, cui vulnerato capite ramus ſiniſter ſoporalis arteriæ, deſuper muſculo crotaphito inciſus fuerat. Sanguine primo apparatu puluere meo reſtricto, vulnus ad digeſtionem perduxi. Quinto vero die morbi, cum ex propinquis quidam, qui vulnus inflixerat, ex improuiſo in cubiculum ingrederetur, vulneratus inſcius aduentus, ex ipſius aſpectu adeo perturbatus eſt, vt denuo rupta ſit arteria, adeoq; ſecuta hæmorrhagia, quæ vix reſtangui potuerit: conualuit tamen penitus. *Tract. de Gang. c. 15.*

ANNOTATIO.

CVm ex cunctis animi perturbationibus nulla tum ſanis tum inprimis ægris ſit periculoſior ira, moneat Chirurgus ægrotos ſuos, vt ſummo ſtudio ſibi ab ea caueant. *Eſt enim ira, omnium perturbationum atrociſsima & fœcundiſsima infinitorum malorum mater*: quæ naturam hominis in truculentam commu- *Ira quam ſit agris periculoſa.*
B tat feram. In pectoribus humanis graues excitat fluctus, caloris iuxta cor eſt vti quidam feruor: vbi is per totum corpus diſpergitur, ſolet febris ſuccendi eaque acuta, vt *alibi* Galenus teſtatur; ſanguinem item concitat in venis: Cerebrum concutit, neruos côuellit, humores exagitat, calorem labefactat innatum, cuius veluti feruor eſſe videtur, teſte Galeno. *Gal. lib. de cauſ. morb. De placit. Hipp. & Plat. l. 5.*

Hominem doctum & eruditum cognoui, qui facile (vt ſæpius ipſe vidi) ex ira in febrim vt plurimum ephemeram, nonnunquam & in tertianam incidebat, non ſine magno periculo. *De ſanit. tuen. l. 6.*

Matronam item honeſtiſſimam & piam cognoui Duſſeldorpiæ, quæ adeo à pharmacis abhorrebat, vt mannam aut ſyrupum roſaceum vix potuerit ſumere. Contra, tali naturæ beneficio erat prædita, vt ex minima etiam animi perturbatione, præcipue ex ira, aluus adeo ſubduceretur, ac ſi pharmacum quantumuis efficax ſumpſiſſet. *Obſeruat.*

OBSERVATIO. XIX.

Iuuenis vulnere capitis cum fractura cranii laborans & pene ſanatus ex vſu venereo incidit in febrem, inde moritur.

C IVuenis robuſtus & biliofus baculo vulnus ad ſiniſtrum bregma cum oſſis fractione recepit: Ego aduocatus dilataui vulnus, & ad digeſtionem perduxi, dolorem ſedaui, fragmenta item cranii ex percuſſione facta extraxi. Vulnus deinde mundificatum carne oppleui. Cum autem iam ſpacio quinque hebdomadarum tractaſſem vulnus, ac omnia ſymptomata plane eſſent remiſſa, & vulnus pene cicatrice obductum, cum ſcorto rem habuit. Itaque paucas poſt horas recidit in febrim, ac dolorem capitis vehementiorem, quam antea. Latus item oppoſitû reſolutum eſt, brachium vero lateris ægrotantis ſpaſmo correptum, ſymptomata ingraueſcentia ſingulis momentis ac nullis cedentia remediis quarto tandem die miſerum hunc libidinoſum extinxerunt. *Ægrotis fugienda Venus.*

OBSERVATIO. XX.

Puer vulnere capitis, & cranii fractione laborans, ex tumultu & ſtrepitu nimio grauiſsimis ſymptomatis conflictatus tandem moritur.

QVantum ira, timor, apprehenſio, concubituſque capite vulneratis noceat, ex ſuperioribus conſtat. Quam vero itidem periculoſum ſit tumultuoſe quippiam circa vulneratos agere, iam tyronibus Chirurgis exemplo demonſtrabo. Tractaui cum COSMO SLOTANO Chirurgo præſtâtiſſimo pue- *Tumultus nocens ægrotis.*
D rum 14. annorum, cui bregma ex vulnere contuſo fractum fuit. Extraximus oſſicula quamplurima, febrem extinximus, dolorem reliquaque ſymptomata compeſcuimus. Patri autem illius pueri, quod œnopola eſſet, prohibuimus, ne permitteret pulſare tympanum, tubas, aliave eiuſmodi inſtrumenta in domo ſua. At pater neglectis admonitionibus noſtris permiſit pulſari tympanum & fiſtulam prope cubiculum decumbentis, & ſaltare ruſticos vſque ad mediam noctem. Poſtridie inuenimus ægrum acutiſſima febre, delirio, ſpaſmo, nauſea, aliiſque peſſimis ſymptomatibus laborantem: propter quæ quarto die è vita deceſſit. Pater huius rei cauſa ad magiſtratum delatus, grauiter, nec iniuria, mulctatus fuit.

OBSERVATIO XXI.

Virgo nobilis neglecto paruo vulnere in capite, moritur.

VIrgo nobilis, cum in choreis incaluiſſet, & capite in poſtem cecidiſſet, vulnuſculum in vertice contraxit, vbi cutis vix læſa fuit. Illa, quia neque dolorem, neque inflammationem ſentiebat, primo & ſecundo die vulnus aut potius contuſionem plane neglexit. Tertio die incœpit parum dolere; quapropter barbitonſorem acceſſiuit, qui tali crinibus cutem vix læſam animaduertens, virginem irride-
E bat. Quarto vero, capitis grauitate & febricula correpta eſt. Ego ſexto die morbi ad ipſam vocatus, côperi ipſam delirantem, faciem & oculos inflammatos, & linguam aridam: ita vt ſequenti die è vita deceſſerit. Aperto capite, ſanguinem ſub cranio collectum & cerebri mêbranas inflammatione correptas inuenimus: cranium tamen nequaquam læſum fuit. Hinc perſpicuum fit, vulnera capitis, quantumuis minima, præcipue quæ circa ſuturas occurrunt non eſſe negligenda. Infiniti enim ramuli venarum & arteriarum ex vna & altera parte membranarum cerebri circa ſuturas concurrunt, & ſuturis inſeruntur, quorum beneficio cerebrum cranio alligatur, & ſuſpenditur. Quapropter contuſiones ea in parte facile ad cerebri membranas magno cum ægrotantium periculo extenduntur.

OBSERVATIO. XXII.

Actus venereus in neruorum vulneribus periculoſus. A

MVltoties contingit vulneratos ſpaſmo & morte corripi: cuius occaſio vel cauſa Medico incognita eſt. Quomodo autem id fieri poſſit, ſequenti hiſtoria nobilis cuiuſdam (cui COSMVS SLOTANVS peritiſſimus Chirurgus Valentiæ læuam amputarat ex ictu ſclopeti inflicto contuſam) apparebit. Ægrotanti iuueni voluptatibus dedito diſerte interdictum erat ab vxoris congreſſu. At is vulnere propemodum perſanato & ſedatis ſymptomatis omnibus eam interpellauit, qua renuente propter ſeria SLOTANI monita, ipſe emiſit ſperma citra coitū: atq; hinc recidit protinus in febrim, deliria, ſpaſmos aliaque grauiora ſymptomata, tandemque obiit quarto poſt die. Ex his intelligimus, quam infeſta ſit venus neruis & neruorum vulneribus, æque ac capitis & articulorum affectibus. At quidni actus venereus neruos exagitaret atque periculoſa accidentia excitaret? Vidi enim ex riſu vehementi in neruis ſauciatis ſymptomata periculoſiſſima naſci, vt ex ſequenti obſeruatione videre eſt.

OBSERVATIO XXIII.

Riſus in vulneribus neruorum periculoſus. B

ANNO 1601, 14. Aprilis nobiliſſimo viro IMBERTO à DIESBACH Domino S. Chriſtophori, ſiniſtra manus ictu ſclopeteo adeo fracta & contuſa fuit, vt pollex vſque ad carpum plane ſeparatus, metacarpus quoque adeo fractus & contuſus fuit, vt oſſa quamplurima metacarpi eximere cogerer: &, vt verbo dicam, tota manus nerui & oſſa adeo lacerata & quaſſata fuerunt, vt ad eam conſeruandam parum ſupereſſet ſpei: fuit nihilominus Dei beneficio ita reſtituta, vt ne digitum quidem amiſerit. Cum vero ſtatim ab initio ſummo ſtudio in hoc incumberem, vt dolores repellerem, & partem læſam ab inflammatione & à fluxu humorum vindicarem, curatio tam feliciter ſucceſſit, vt minimum doloris ſenſerit, febris & inquietudines fere nullæ ſuperuenerint. Porro quarto die morbi, cum quidam ex adſtantibus iocaretur, & ridiculoſam hiſtoriam quandam narraret, Nob. vulneratus nobiſcum quoque ad riſum excitatus fuit. Hinc ſtatim exortus eſt dolor adeo grauis per totum brachium vſque ad nucham, vt ſpatio 24. horarum de conuulſione periclitaretur. Sequentibus vero adhibitis remediis paulatim ſedatus eſt dolor, & in priſtinum ſtatum reſtitutum eſt brachium.

℞. *Radicum & foliorum Althea,*
Maluarum, C
Violarum,
Branca vrſine,
Fomentum. *Florum meliloti,*
Betonica,
Primula Veris,
Saluia ana M. j.
Sem. fœnigraci,
Lini ana ℥ j.

Incidantur, contundantur, & coquantur in aqua ad conſumptionem tertiæ partis. In ea decoctione madefacta linteamina calide applicui toti brachio: poſtea totum brachium & nucham ſequenti linimento inungebam.

℞. *Ol. Lumbricorum.*
Vulpini
Linimentū. *Axungia humana ana ℥ j.*
Succi lumbricorum ℥ ſ. D

Miſce fiat linimentum. His remediis ſedatus eſt dolor: poſtea curatio feliciter progreſſa eſt.

Anno 1603. menſe Aprili ſimilis fere caſus accidit Claudio Dodino ciui Paterniacenſi. Is vulneratus in brachio & carpo dextro, vbi nerui nonnulli quartæ & quintæ partis colli læſi fuerant, ex riſu in maximos incidit dolores & conuulſionis periculum, ita quidem, vt ea nocte nulla quiete frui potuerit. Inuncto brachio ſuperiori vnguento ſedatus eſt dolor.

ANNOTATIO.

Riſus immoderatus vulneratis noxius. RIſum eſſe affectionem cordis, ac ridendo cor ipſum, & per conſequens pericardium magno cum impetu moueri, atque ex vna in alteram partem ferri contrahique. Eximius & ſummus ille Philoſophus ac Medicus LAVRENTIVS IOVBERTVS teſtatur, & experientia docet. Ac quia pericardium mediaſtino & diaphragmati alligatur, vt in riſu violento, ipſum quoque diaphragma violenter moueatur, neceſſe eſt. Porro quia diaphragma lumborum vertebris, ac notarum coſtarum extremitatibus, atque inferiori ſterno & xiphoidis cartilagini alligatur, prætereа inferiore ſua parte peritonæo, ſuperiori vero pleura inueſtita eſt membranis, fit, vt in riſu violento, tum abdominis, tum præcipue pectorales muſculi ſimul moueantur atque contrahantur. In eo autem motu violento diaphragmatis & muſculorum pectoralium, concutiuntur & agitantur quoque muſculi, brachia mouentes. In primis autem muſculus brachium pectori adducens & brachium attollēs, tum etiam nerui omnes, qui iis intertexti ſunt, & tendones ex iis prodeuntes, ſimul contrahuntur atque agitantur. Hinc fit, vt violenter ridentes brachia pectori imponant. E

Ridentes vehementer cur brachiū pectori imponant.

Ac quia muſculi collum & caput mouentes partim ab oſſe pectoris & clauiculis, partim vero à verte-

A vertebris pectoris oriuntur, neceſſe eſt, vt in violento riſu & agitatione diaphragmatis & muſculorum pectoralium caput ſimul moueatur. Hinc fit, vt violenter ridentes caput inclinent, iam retro & mox in dextrum aut ſiniſtrum humerum proiiciant. *Cur caput inclinent.*

Inter crurum & abdominis muſculos magnus quoque eſt conſenſus, ideoque violenter ridentes ſe incuruare coguntur: cum enim abdominis muſculi ex eleuatione violenta diaphragmatis in altum trahuntur, muſculi crurum, venæ, arteriæ & nerui, qui illis intertexti ſunt, ſequantur, neceſſe eſt. Hinc perſpicuum fit, riſum in omnibus vulneribus (magnis ſcilicet) periculoſum eſſe, ac in neruis vulneratis dolores acerrimos & conuulſiones, in venis, & arteriis hæmorrhagiam excitare. Monitos igitur velim Chirurgos & adſtantes, ne vulneratos facetiis & iocis ad riſum prouocent immoderatum. *Cur ſe incuruent.*

OBSERVATIO XXIV.

Ex ſternutatione neruorum opticorum obſtructio, & ex hac cæcitas conſecuta:

ADoleſcens 14. annos natus & phlegmatici habitus cum æquali ſponſionem fecit, poſſe ſe ſternutare ad libitum, imo etiam centies. Depoſito pignore cœpit ex immodica triſtitione irritatis naribus B ſternutare circiter centies & amplius. Ex in protinus correptus eſt dolore capitis & hebetatione viſus, qui etiam ſequenti die deperditus fuit, citra tamen inflammationem oculorum aut febrim. Conuocatis mecum clariſſimis doctiſſimiſque viris IANO ANTONIO SARACENO ET ANDREA BONETO, decretum eſt, vt purgato corpore ſetaceum adhiberetur collo, vti & ſcapulis cucurbitulæ: atq; his viſus reuulſionibus, viſum paucos poſt dies recepit. Hinc apparet, quantum hallucinentur, qui in neruorum obſtructione aliiſque morbis oculorum errhina & ſternutatoria præcipiunt & adhibent. Materia enim, quæ à vehementi motu ex cerebri ventriculis ad nares trahitur, & circa os cribroſum accumulatur, tranſiens prope neruos opticos, ratione propinquitatis eos magis magiſque obſtruit. Obiicitur, purgationem vniuerſalem præmittendam errhinis: ſed nunquam ita poteſt exonerari cerebrum, quin tantum materiæ ſuperſit, quantum ad hanc exiguam neruorum opticorum capacitatem obſtruendam ſatis ſit. *Sternutatio viſui noxia.*

OBSERVATIO XXV.

C *Ex cicatricis ad pupillam extirpatione grauiſſima ſymptomata.*

NObilis puella ita laborabat variolis, vt & cornea vnius oculi afficeretur puſtulis: ex his relicta eſt cicatrix ad canthum maiorem, inſtar vngulæ, quæ Græcis pterygion dicitur. Conſuluerunt me parentes: ſed cum reſponderem, nihil hic me poſſe præſtare, adhibuerunt empiricum, qui negauit cicatricem eſſe, ſed concretam materiam dixit in ſuperficie corneæ, quam ſe facillime & ſine periculo abſtrahere poſſe audacter affirmauit. Parentes confiſi filiam ipſi cõmiſerunt: at ipſe admota manu dilacerauit corneam. Inde dolores vehementiſſimi, inflammatio, febris, aliaque grauiora ſymptomata. Tandemque humores omnes exciderunt: vnde tunicæ contractæ ſunt, & oculus plane clauſus. Honeſtiſſimam matronam Coloniæ in vico nouo, In korb, noui, quæ in pueritia, vt ipſa retulit ſæpe, laborauerat variolis: vnde etiam cicatricem pupillæ contraxerat. Eam empiricus ſibi commiſſam, non manu, ſed medicamẽtis erodentibus ſe curaturum promittebat: ſed incidit & illa in grauiora ſymptomata: quippe effluxerũt humores, contractæ ſunt tunicæ: inde oculus tota vita clauſus.

OBSERVATIO XXVI.

Adoleſcens oculo perforato viſum recipit.

D QVindecim annorum adoleſcentem ſutoris cuiuſdam filium Geneuæ in vico diuæ Mariæ cum Domino IOHANNE GRIFFONIO Chirurgo præſtantiſſimo curaui, circa annum 1587. cui acus ſutoria perforauerat adnatam membranam prope Iridem: hinc factum, vt humor aqueus ſtatim effluxerit, & adoleſcens illico viſum plane amiſerit. Oculo impoſuimus in primo apparatu *album.n oui cum aqua roſacea*, & nonnihil *croci* fronti autem defenſiuum *ex bolo Armeno, terra ſigillata cum oleo roſaceo paucaque cera & aceto in formam vnguenti redactum*, atque iniecimus ſtatim enema. Sequenti die catharticum exhibuimus & anodynis ad ſeptimum vſque & amplius vulnus tractauimus. Deinde collyrio ex *aqua euphraſia, ſaccharo, & tuthia præparata* cicatricem induximus. His curatus fuit nullo ſuperueniente ſymptomate: haud multo poſt curationem viſum quoque recepit. DODONÆVS *in ſuis obſeruationibus* ſimile aliquid refert.

Anno 1597. curaui filium MATTHÆI BARBOTTI, ciuis & mercatoris Lauſannenſis: cui, infixa ſagitta, perforata fuit cornea, qua parte conſpicitur Iris. Effluxit nonnihil humoris aquei, vnde contracta eſt cornea, & puer protinus viſum amiſit. Vulnus curaui ad modum *ſupra* dictum: puer hic quoq; non multo poſt viſum recepit.

ANNOTATIO.

E Omnino his ægrotis cryſtallinus humor compunctus non fuit: eſt enim ille humor præcipuum inſtrumentum viſus, ac ſua propria continetur membrana Arachnoide: qua dilacerata, amplius humor cryſtallinus officium facere nequit. Effluxit autem in his aqueus tantum humor, quem natura in anteriorem partem inter vueam tunicam (quo loco duplicatur & inuertitur) & corneam locauit. Atque hic cum ſit excrementum, quod exudauit ex venulis illis, quæ in vuea tunica conſpiciuntur, & circa locum humoris aquei terminantur, aliquãdo renaſcitur, præcipue in pueris, vt etiam eximius Anatomicus REALDVS COLVMBVS *in ſua Anatomica* ſcriptum reliquit. Id autem hic notandum, *vulnerata pupilla viſum*

ſum recipi non poſſe, quamuis humor cryſtallinus ſit illæſus, & aqueus renaſcatur: vt in multis, ac potiſſimũ in aſſecla generoſi viri OTTHONIS SCHENCHII domini ab Horſt ante annos aliquot obſeruaui. Is cultello perforata pupilla viſum amiſit. Curaui vulnus vt *ſupra*: viſum tamen non recepit. Ineuitabilis enim cicatrix impedit, quo minus radii eorum, quę viſui obiiciuntur, ad humorem cryſtallinum perueniant. Ex quibus perſpicuum fit, in extirpãda ad pupillam cicatrice nihil temere tentandum, ne malum incrudeſcat, quod ex obſeruatione proxime præcedente patet. A

Obſtructio.

Observatio XXVII.

Ex frequenti oculorum ablutione aqua frigida obfuſcatio & hebetatio viſus.

Nobilis quidam à multis annis aſſuefactus ſingulis matutinis diebus abluere faciem & oculos aqua frigidiſſima. Hinc paulatim debilitatus & obfuſcatus eſt viſus. Tandem anno 1602. ophthalmia vtriuſque oculi correptus, me aduocandum iuſſit. Ceſſit ei hoc malum in maximum commodum. Curatus enim ab ophthalmia, & aqua noſtra viſum corroborante ad tempus vſus, lotioneque aquæ frigidæ reiecta, viſus acutior, quam ante factus eſt B

Annotatio.

Aqua frigida loto oculis nocua.

Cum frigus teſte Hippocrate condenſet & induret, mirum non eſt, ſi frequenti ablutione oculorum in aqua frigida viſus debilitetur: Incraſſat enim & condenſat aqua frigida ſpiritum viſiuum & humores oculorum, ſed in primis membranam ipſam corneam denſam & craſſam efficit, ita vt per eam res obiectæ ad humorem cryſtallinum (qui præcipuum eſt inſtrumentum viſus) penetrare difficulter poſſint. Vſum quoq; aquæ frigidæ, ex parte fuiſſe cauſam huius ophthalmiæ rationi conſentaneum eſt; retinuit enim & incluſit humores & ſanguinem in venis palpebrarum & adnatæ membranæ, qui poſtea putredinem & inflammationem contraxerunt. At quia hi humores ab inflammatione partim reſoluti & extenuati fuerunt, partim in pus conuerſi effluxerunt, mirum non eſt, viſum poſt curationem ophthalmiæ acutiorem fuiſſe.

Observatio XXIIX.

Vulneratæ linguæ curatio.

Vix membrum in humano corpore reperitur, quod magis moueatur, quodque adeo ſit humidum laxumque, atque lingua: Hinc fit, quod ipſius vulnera tranſuerſum facta, vt plurimum incurabilia cenſentur. Suadeo tamen, vt (niſi plane abſciſſa fuerit) curatio tentetur, non enim huiuſmodi vulnera ex toto ſunt incurabilia, vt ſequens obſeruatio teſtatur. C

Anno 1587. Puellam trimam Lauſannæ curandam habui, quæ extenſa lingua in terram cadens, partem illam, quæ inter dentes erat, fere ex toto abſcidit, & quidem plane abſcidiſſet, niſi duorum dentium defectus obſtitiſſet. Vocatus, putabam diſciſſas partes ſutura coniungere: Id vero cum propter puellæ impatientiam minime fieri poſſet, ſequentibus remediis curationem tentaui, atq; feliciter abſolui.

℞. *Foliorum & florum lique. Iri,*
Plantaginis,
Roſarum rubearum ana M. j.
Corticum granatorum,
Balauſtiarum ana ℥ ß.

Coquantur in ℔ *ij aqua chalybeata, ad conſumptionem tertiæ partis. In colatura diſſolue Acatia* ℥ *ij Syrupi de roſis ſiccis* ℥ *ij. Miſce: fiat gargariſma*, quo ſæpius interdiu abluatur lingua. In ore continenter tenebat *ſyrupum de roſis ſiccis, de cydoniis, ſyrupum conſeruationis ceraſorum, de Ribes, & coagulum cydoniorum.* D

Veſcebatur iuſculis carnium recentium & hordaceis, lacte amygdalarum dulcium, & ſimilibus. His Dei beneficio pleniſſime curata fuit, neque vllo modo deprauata fuit loquela, vt poſtea apparuit per duodecim integros annos, quibus vixit.

Observatio XXIX.

Ex calefacta facie abluta aqua frigidiſſima grauia ſymptomata.

Adoleſcens in Solingen 24. annos natus, robuſtiſſimus & ſanguinei temperamenti, cum hyemali tempore in duello vehementer incaluiſſet, & vulnuſculum in faciem accepiſſet, ad flumen accedit vbi cum frigidiſſima aqua primo, inſuper niue abluiſſet faciem, exortus eſt ſtatim vehemens dolor cum totius faciei tumore, & nodulis duris, lividis & aſperis. Dolor ſedatus eſt paulatim, ſed noduli & liuor cutis manſerunt, ita vt à leproſorum vultu parum differret ipſius facies: reliquę vero corporis partes tum internæ, tum externæ ſanæ erant omnino. Adiit me tandem anno 1599. cum per biennium hoc morbi genere laboraſſet. Purgato prius corpore, ſecta in cubito cephalica, & applicatis cucurbitulis nuchæ & ſcapulis, primo hoc fotu nodulos emollire ſtudui.

Fomentum.

℞. *Radicum & foliorum Althea* E
Radicum bryoniæ ana ℥ j.
Florum Chamomillæ, Roſarum Rubearum, Meliloti,
Betonicæ ana M. j.
Sem. fœnigræci ℥ ß.

Coquantur in aqua, in qua intincta ſpongia calide applicetur nodulis. Hoc fomento per aliquot dies vſus, denuo corpus purgaui *pilulis aureis & cochiis*, & cucurbitulas ſcapulis & nuchæ applicui:

Deinde

A Deinde hirudines nodulis grandioribus admoui. Poſtea faciem *aqua roſacea, & liliorum alborum, item florum fabarum* quotidie abluendam curaui. His vſus per paucos dies, duritiés & nodulæ ſubſiderunt, & liuedo ex parte remiſit.

Similis fere caſus accidit nobili cuidam mihi notiſſimo. Is cum iuuenis eſſet, & Bacchanalia cum ſociis celebraret, laruæ loco, faciem peculiari atramento commaculauit: finitis Bacchanalibus, cum incaluiſſet, faciem aqua frigida abluere tentat: Sed quia atramentum exſiccatum tenaciter adhærebat cuti, non niſi cum difficultate abſtergi potuit. Ex violentis hiſce lotionibus primo aquæ frigidæ poſtea calidæ, exortus eſt dolor in facie & vndiq; nodulæ liuidæ: vbi Medicorum quantumuis doctorum conſilia fruſtra adhibita fuerunt.

OBSERVATIO. XXX.

De catarrho ad gingiuas, gangræna, & mors.

GAngrænam gingiuarum & oris, præcipue in pueris, raro ſanabilem, in ſphacelum autem degenerantem inſanabilem eſſe, *in Tractatu noſtro de Gangræna & ſphacelo* oſtendimus. Id vero iam quibuſ-
B dam obſeruationibus confirmare operæpretium eſſe exiſtimaui.

EXEMPLVM I.

PVella 4. annos nata, eaque filia nobiliſſimi viri N. Von Hoſtein zu der Wolckerbecen/ ex morbo acuto ſanata, catarrho vehementi ad gingiuas cum nauſea & capitis dolore correpta fuit. Adduxerũt eam parentes Duſſeldorpium, vbi ad conſilium vocati fuerunt clariſſimi D D. GALENVS WIERVS Illuſtriſ. principis Cliuiacenſis, Iuliacenſ. & Montenſ. Archiepiſcopi Treuerenſis, Archiater digniſſimus, & COSMVS SLOTANVS (apud quem ego tunc temporis praxim exercebam) eiuſdem principis Chirurgus præſtantiſſimus. Tota facies in tumorem œdematoſum eleuata fuit. In ſiniſtra mala tumor rotundus, durus & liuidus, non adeo tamen magnus apparebat. Gingiuæ vero, & ſiniſtra pars oris gangræna correpta fuit. Multa ſed fruſtra ipſi adhibuimus remedia: tantus enim fuit defluxus humorũ pituitoſorum & frigidorum, vt calidum innatum, ex præcedenti morbo labefactatum refocillari non potuerit. Itaq; tandem exeſis gingiuis labiiſq; ad naſum vſque, è vita deceſſit.

EXEMPLVM II.

C GENEVÆ cum clariſſ. D.D. IANO ANTONIO SARACENO, philoſopho ſummo & Medico Regio, compatre meo omni ſtudio reuerendo, & IOHANNE GRIFFONIO Chirurgo præſtantiſſimo, in duabus puellis ſimilem pene caſum obſeruaui. In curatione nihil, quod neceſſarium videbatur, prætermiſſum fuit: nihilominus ex laborantes febre, delirus, ſyncope, vomitu, & ſpirandi difficultate, tandem è vita deceſſerunt.

EXEMPLVM III.

FIlius auunculi mei Theodori Auff der Keulen/ eroſione gingiuarum propter ſcorbutum, vehementer laborabat, tandem in gangrænam degenerauit eroſio illa, &, vt priores, è vita deceſſit, cum doloribus maximis, aliiſque peſſimis ſymptomatibus. Summa igitur adhibenda eſt diligentia in huiuſmodi morbis oris: præſertim in iunioribus, qui putredini obnoxii ſunt: tum quia pars oris per ſe calida eſt & humida, tum etiam quod conſtitutio puerorum talis ſit. Ideoq; proſpiciant tyrones Chirurgi, ne temere polliceantur ægris, quæ præſtare nequeant, & quæ queant, fideliter præſtent.

OBSERVATIO. XXXI.

D *Quidam per imprudentiam deuorans fruſtum corii, propemodum ſuffocatus tandem conualuit.*

ANNO 1594. menſe Maio, ciuis & ſutor quidam Colonienſis, è regione diui Laurentii, inter confabulandum ore continebat corii fruſtum, quod illo præ riſu hiante gutturi ſe inſinuauit & infixit. Prouocauit ſtatim vomitum: ſed neq; regerere, neq; deglutire potuit: quapropter homo ille propemodum ſuffocatus eſt. Vocatus vna cum clariſſimo viro Domino IOHANNE KVENIO BRIDEMBACHIO Med. D. protinus inieci gutturi decoctum emolliens ex *radicibus Althea, ſeminis lini, fœnigraci, cum oleo amygdalarum dulcium*: deinde ſtylo argenteo incuruo corium ad capacitatem ſtomachi depuli: quod poſt ſemeſtre ſpacium per aluum egeſſit. Operationi præter alios quamplurimos interfuit Reueren. D. D. SEBASTIANVS SEYDELLIVS verbi Diuini miniſter fideliſſimus, qui & ſanationis teſtis eſt.

OBSERVATIO XXXII.

Mulier oſſiculum deuoratum, quo pene ſuffocabatur, ſeptimo tandem die egeſſit.

E ANNO 1592. Metzgen auff den Walber Haldenæ, oſſiculum vndique per acutum deglutiuit. Primo, ſecundo & tertio diebus prouocato vomitu, neque egerere, neq; transglutire potuit. Vocatus tandem quarto die inueni collum intus & extra inflammatum, ita vt vix inſpirare aut exſpirare, vel etiam iuſcula ſorbere poſſet. Vrgebant dolor vehemens, febris, delirium, & conuulſiones. Cum oſſiculum neque vomitu, neq; inſtrumentis vllis depelli, nedum extrahi poſſet, ſed iam in ipſo gutture abſceſſum procreaſſet, anodynis, quantum potui, dolores ſedaui, & ſuppurationem prouocaui. Intus *decoctum ex radicibus althea, ſemine Lini, fœnigraci & cydoniorum, cum oleo amygdalarum dulcium*, per ſiphonem inieci. Exterius autem collum inunxi *oleo anethino, liliorum alborum & amygdalarum dulcium*: & cataplaſma ex *farina fabarum, floribus camomeli, meliloti, ſemine Lini, fœnigraci coctum in hydreleo* adhibui. Interim etiam aliquoties

quoties enemata inieci, & vires iuſculis conſeruaui vſque ad diem ſeptimum. Tum per os reiecit plurimum puris, ſimulque oſſiculum, cuius magnitudinem hic ſubieci: ſicque liberata & breui curata fuit. A



Observatio. XXXIII.

Spina piſcis gutturi infixa, biennio poſt excitato abſceſſu in externa colli parte extracta.

ANNO 1594. Coloniæ acceſſit ad me mulier laborans tumore inſigni ad maxillæ inferioris partem dextram, qui tumor ſeſe ad aſperam vſq; arteriam, aurem, & furculam extendebat, repræſentabatq; ſteatoma: mollis erat ſine inflammatione. In primis emollientia & diſcutientia per aliquot dies applicui: ſed cum viderem, his nihil profici, cauſam penitus inquiſiui. Illa reſpondit, ſe ante biennium inter edendum ſpinam piſcis deuoraſſe, quæ œſophago adhæſiſſet, indeq; ſtatim exortum dolorem maximum, ita vt difficile cibum & potum deglutire poſſet: tandem dolore ſedato collum paulatim intumuiſſe. Ex hac declaratione cognoui, ſpinam aut ipſius portionem adhuc remanere; hinc ad ſuppurantia confugi. Suppuratus tumor, à Ludouico Gandorpio chirurgiæ ſtudioſo, cui alio proficiſcens curationes commiſeram, inciſus eſt. Manauit materies plurima: ſpina poſt apparuit, quam ipſe integram & incorruptam extraxit. Vlcus poſt paucos dies coaluit. B

Observatio. XXXIV.

Ex deglutita acicula horrenda ſymptomata.

ANno 1592. Hildenæ in arce Horſt. ancilla nobiliſſimi viri OTTON. SCHENCK von NIDECK 18. annos nata, aciculam grandiuſculam forte deglutiuit. Hinc tamen, quia triduo nullum ſenſit dolorem, aciculam iam dudum per ſeceſſum deiectam fuiſſe ſperabat: ſed decepta fuit miſera illa. Quarto enim die, primo in fundo ventriculi, mox quoque circa pylorum exortus dolor & cruciatus adeo vehemens & acerbus, vt dies noctesq; exclamare & vlulare coacta fuerit. Ego ſexto die, à morbo incepto, vocatus inueni ipſam phreneticam, cum ardentiſſima febre, lingua arida, vultu inflammato, mente adeo captam adeoque furioſam, vt neminem agnoſceret, nec cibum & potum expoſceret. Conuulſiones colli, brachiorum & crurum maximæ & horrendæ aderant. Aliquando ſeſe ex vna in alteram partem lecti, tali impetu proiiciebat, vt tres viri quantumuis robuſti vix illam tenere poſſent. Exclamabat, vlulabat, & manibus ventrem, non aliter, quam ſi ipſum dilacerare voluiſſet, tractabat: & (vt verbo dicam) videbatur potius à dæmone obſeſſa, quam morbo laborare. Cum vero aliquando per horam integram aut circiter ita vexata, & conuulſionibus horribilibus, cum incredibili cruciatu, ex vna in alteram partem agitata & fatigata eſſet, conquieſcebat pauliſper, & tanquam ſemimortua iacebat: rurſus & repente priora ſymptomata inuadebant eam. Ego interim iuſculis pinguibus caſtratorum, item cremaṫura hordei mundati, quibus admiſcebam butyrum recens & oleum amygdalarum dulcium, ptiſſana quoque & lacte amygdalato corpus continuo nutriri curaui. Præterea ne excrementa in parte aliqua inteſtinorum indurata aciculæ impedimento eſſent, leniter illam purgaui. Sic diuino fauore aciculam in illo cruciatu tandem decimo quarto die egeſſit. Poſtea ſedati ſunt dolores, reliquaque ſymptomata, ita vt breui priſtinæ ſanitati reſtituta fuerit. C

Observatio XXXV.

Ex rebus extraneis gutturi infixis mors. D

INter comedendum ſæpius accidit, vt oſſiculum, ſpinæ piſcis, aut ſimile quid gutturi inhæreat: inde compreſſa trachea arteria, quæ gutturi incumbit, protinus ſuffocatur animal: quod ſequentibus confirmo exemplis.

EXEMPLVM I.

ANno 1595. Coloniæ Agrippinæ mercatori cuidam ientando fruſtum cutis pernæ aſſatæ, ac mica panis ſale & pipere aſperſæ, infixũ eſt gutturi: vnde protinus dolor vehemens, conuulſiones, rigor, ac tandem ſuffocatio orta ſunt.

EXEMPLVM II.

EOdem anno Coloniæ mulier, pertranſiens piſtoris officinam, ac manu ducens puellum, laganum emit, quod puellus in manum ſibi datum eundo comedebat: huius fruſtum cum adhæſiſſet gutturi, ſtatim ſuffocatus eſt puer, antequam mater ad ædes ſuas perueniret.

EXEMPLVM III.


HOc quoque anno puer erat Coloniæ auff dem Bull bey der Schilbergaſſen cui globulus plumbeus deglutitus tracheæ arteriæ ſe inſinuauit. Vocatus quidem fui, ſed puer ante meum aduentum ſuffocatus deceſſit. E

Observatio. XXXVI.

Modus eximendi oſſicula & alias res gutturi infixas.

QVam periculoſa ſit mora hac in re, ex ſuperioribus ſatis conſtat. Subito igitur diligentia adhibenda vt quicquid gutturi infixum eſt, quamprimum extrahatur. Ideoque ſtatim *oleum amygdalarum dulcium,*

A *dulcium*, aut *oliuarum* (caue tamen ne ſubſtituas butyrum) in œſophagum infundendum. Deinde digito, penna, aut ſimili aliquo inſtrumento in os immiſſo, vomitus prouocandus: his enim ſæpius ſecum expellit, quicquid gutturi inhæret. Poſtea ſpeculo oris lingua depreſſa, ſi oſſiculum ſeſe viſui præbeat (roſtro coruino incuruato apprehendendum atque extrahendum eſt. Si vero profundius fuerit, nec roſtro apprehendi poſſit: nonnulli ſpongiam nouam, auellanæ magnitudine, eamq; compactam filo longo & forti alligatam, *& oleo amygdalarum dulcium* inunctam, ægro deglutiendam ſuadent, filum digitis tenente Chirurgo: fieri enim ſic poteſt, vt deglutita ægro ſpongia ſecum ſimul in ventriculum depellat id, quod gutturi inhærebat, aut retracta filo eadem, ſimul nonnunquam extrahatur, vomituue reiiciatur. Aut poteſt globulus plumbeus filo alligari & deglutiri, atq; denuo extrahi, vt de ſpongia iam dictum eſt.




Nihil vero præſtantius, aut aptius ad extrahenda oſſicula, & ſpinas piſcium è gutture, hoc ſequenti inſtrumento, quo ego feliciter vſus ſum, tum alias, tum præcipue anno 1603. 16. Auguſti in Ludouico Tiſſot Luſtriacenſi, qui inter cœnandum oſſiculum, triangularis figuræ, ſed craſſum, quale hic depictum eſt, deglutiuit.

Hoc profundius œſophago è regione ſcilicet, inter vltimam vertebram colli, & primam
B metaphreni, ſe adeo inſinuarat, vt id neque deglutire, neq; reiicere poſſet. Adſtantes ſtatim porrum profundius in ipſius gulam intromiſerunt, & vomitum prouocarunt, ſed fruſtra: ita quidem vt noctem magno dolore & ſuffocationis metu tranſigeret. Sequenti die, pene ſuffocatus ad me ducitur. Ego *oleum amygdalarum dulcium*, œſophago ſatis copioſe infudi, & vndique exterius collum *eodem oleo* inunxi. Poſtea iuſſi, vt ei tenerentur manus & caput, interim ego, depreſſa prius lingua ſpeculo oris, inſtrumentum *inſertum* depictum in gulam intromiſi, vſque ad oſſiculum, ſenſimque & modice circumducto ex vna in alteram parte inſtrumento, donec id paulatim ad latus oſſiculi, profundius depulerim. Deinde retrahendo oſſiculum ſimul ſuo loco amotum & extractum fuit. Atque breui conualuit. Huius operationis & curationis teſtes ſunt Daniel Tauellus, & Samuel Galliardus ambo Ludimagiſtri in ſchola Paterniacenſi.

Figura & deſcriptio prædicti inſtrumenti.

C



D

Eſt autem fiſtula argentea aut ænea incuruata, craſſitie pennæ oloris, longitudine vero vnius pedis cum dimidio aut circiter. Eſt & vndiq; perforata. In ſua extremitate vero habet ſpongiolam nouam auellanæ magnitudine firmiter alligatam. Hac fiſtula in œſophagum immiſſa & circumducta, quemadmodum antea diximus, poſtea extracta, oſſiculum, aut quicquid ſimile fuerit, extrahimus. Si enim accidit, vt foramen aliquod fiſtulæ oſsiculum aut ſpinam excipiat, tum ſimul cum fiſtula extrahitur: ſin minus, aſperitas oſsis ſpongiæ adhærebit, & ſuo loco amouebitur: quod & ego experientia comprobaui, antequam haberem fiſtulam perforatam.

Non tamen oſsiculum aut ſpina prima vice, dum intromittimus fiſtulam, extrahitur, nec propterea ab incepto opere deſiſtendum: Aliquoties enim quinquies aut ſexies fiſtulam intromittere coactus fui, donec tandem oſsiculũ ſuo loco amotum & extractum, vel (ſi aliter fieri non potuit) in ventriculum depulſum fuerit: quod & periculo vacat: præſtat tamen per os extrahere, ſi fieri poſsit. *Nota.*

In hac operatione autem circumſpecte agẽdum, ne inſtrumentum in aſperam arteriam loco œſophagi immittatur, quod valde periculoſum eſſet. Itaque, vt Chirurgus harum partium anatomiam ſciat neceſſe eſt. Incumbit autem œſophag' vertebris colli: Aſpera vero arteria anteriorem partem occupat. Itaque quamprimum Chirurgus linguam ſpeculo depreſſerit: extremitatem inſtrumenti ſui, vbi ſpongia (quæ *oleo amydalarum dulcium aut oliuarum* prius inungenda) alligata eſt, vertebris imponat, ac leuiter leniterque deorſum immittat. Sic enim ratione ſpongiæ inſtrumento alligatæ, epiglottis (hoc eſt, operculum laryngis) deprimitur, & aſpera arteria clauditur, vſq; dum inſtrumentum immiſſum ſit profundius. *Cautio in operando.*

E Quantum ad ſpongiam filo alligatam, de qua mentionem fecimus, non vſque adeo illi eſt fidendum. Contrarium enim in enarrata operatione expertus ſum. Et quomodo fieri poſſit vt ſpongia leuiſſima, vel ſimile quid tranſeat in os infixum in œſophago: Huius monitum volui lectorem, ne rei inutili confidat: at interim æger periclitetur. Habeat igitur Chirurgus ſemper in promptu inſtrumenta ad hãc operationem neceſſaria: cunctari enim hac in re non licet.

Si in aſperam arteriam quidpiam illapſum fuerit, ſternutatorium admouendum eſt naribus: veluti aliquid piperis aut euphorbii vel ellebori albi. Ab acidis & tuſſim prouocantibus, contra opinionem quorundam omnino abſtinendum. Tuſſis enim ſua ſponte ſatis accidit. acida vero & œſophagum & aſperam arteriam & quicquid attingunt coarctant, conſtringunt & anguſtiora efficiunt. Quapropter *Si quid in aſperam arteriam eſt illapſum.*

continuo ore teneat *Syrupum de liquiritia, de polytricho, & violatum*, aut (quod ego expertus ſum) *oleum amygdalarum dulcium ſaccharo ad partes æquales commiſtum.* A

Poſt extractionem guttur ſæpe abluendũ eſt *decocto hordeaceo, aut aqua plantaginis cum melle roſaceo & diamorone*, ſi dolor adeſt, ſumat ter aut quater interdiu cochleare *ol. amygdalarum dulcium, vel roſacei.* A vino & ab iis omnibus, quæ calefaciunt, abſtineat, ne inflammatio & dolor excitentur. Vtatur *iuſculis panatellis, crematura hordei, lacte amygdalarum dulcium, emulſione ſeminum frigidorum maiorum*, iisque omnibus, quæ facile deglutiri & concoqui poſſunt. Si æger iuuenis fuerit, & ſit inflammationis ſuſpicio, *electuario lenitiuo aut diacatholic. aut ſyrupo roſato ſolutiuo, & elect. de ſucco roſarum* euacuandus eſt, & vena baſilica brachii dextri incidenda. Exterius inungendum eſt collum *oleo roſaceo & myrtino*, & *vnguentum de bolo* applicandum.

OBSERVATIO XXXVII.


Ex vlcere circa fauces appetitus vitio, ſus citra quem cibus deglutiri non poterat.

MVlierem quadragenariam ſæpius inuiſi Coloniæ, quæ vlcere maligno circa fauces ex pituita ſalſa è capite diſtillante per annos aliquot laborauerat, adeo vt partes quædam palati, (vti ſunt amygdalæ, vuula, epiglottis, & portio gulæ) exeſæ eſſent. Vix loquebatur: cibum & potum nonniſi maximo cum dolore poterat deglutire. Hæc autem in primis notatu digna: quod quamuis minime grauida eſſet, interdum hæc vel illa prægnantis inſtar appeteret, nempe haleces, carnes, & piſces ſalitos & infumatos, aliosque concoctu difficiles cibos, vti & fructus immaturos. Deinde (mirum magis) quod talia quantumuis dura ſine dolore vllo deglutiret, ſi modo appeteret. Verum appetitum & deglutitionem illam plane ſupernaturalem illo ſummo Dei beneficio accidiſſe non dubito, alioqui vita in tot annos protrahi & foueri non potuiſſet, cum nullo modo hordeatum aut amygdalatum, vel carnium ius, aut tale quippiam ſorbere poſſet, abhorrente ſtomacho, adeoque ſæpiſſime totum triduum à cibo & potu abſtineret, donec appetitus ille vitioſus denuo recurreret. Præterea quamuis quod appetebat, morbo contrarium eſſet, eo tamẽ ſine noxa veſcebatur: quicquid autem reſpuebat, licet idoneum, nauſeam & nonnunquam paroxyſmos febriles inducebat. Ex quibus intelligimus, *non ſemper ægrotis ſeuerius deneganda, quæ natura ſumme appetit.* B Siquidem videmus & nonnullos haud prius ex quartana aliiſque morbis chronicis conualuiſſe, quam illorum quantumuis vitioſo appetitui ſatisfieret. Sed ea curatio non vſquequaq; tuta eſt, imo neq, iſta mulier illo modo ſanitatem recuperauit. C

OBSERVATIO XXXIIX.

Inſignis curatio ad maxillarum iuncturam.

ANno 1590. adiit me mulier quædam cum tumore cancroſo circa dextram maxillarum iuncturam, auxiliares manus implorans. Purgato itaque primum corpore, & in brachio eiuſdem lateris inciſa cephalica, optimoq; præſcripto vitæ regimine, perrupi, & exedi eſcharoticis ſepticiſque tumorem: vlcus raro propter continuum maxillæ motum non ante ad cicatricem perduci potuit, quam maxillam immobilem conſtituerim, quod effeci duobus ligneis inſtrumentis, pares furculas duas A & B inſignitas



habentibus quas circa ſuperiores & inferiores dentes collocatas, dentibus beneficio ęnei fili, quod per foramina, literis O O notata, traducebatur, alligabam. Sicque procurabam, vt os neque clauderet neque aperire poſſet, ſupra magnitudinem illorum inſtrumentorum. Corpus interim iuſculis aliiſque liquidis cochleari cibari iuſſi, atque adeo intra paucos dies vlcus plene curatum fuit. D

OBSERVATIO XXXIX.

Abſceſſus poſt aures ſerius apertus febrim & mortem induxit.

ANno 1599. ineunte Aprili, quadragenariam & innuptam puellam Coloniæ Agrippinæ, abſceſſu poſt aurem ſiniſtram (quem Medici parotidem nuncupant) laborantem vidi. Nulla aderat in principio febris, neque lecto decumbebat, imo domeſtica adminiſtrabat. Demum circa decimum quartum morbi diem cum abſceſſus ad pugni magnitudinem excreuiſſet, & materia plane eſſet præparata, ſed ꝓpter duritiem cutis diutius retenta, viam deorſum ſibi petebat. Tum aduocatus inueni abſceſſum è ſeipſo ante aliquot horas ruptum, puellam vero febre, lipothymia, nauſea, & cibi faſtidio, vigiliis item, dolore dorſi & renum, laborantem: nihil tamen aut parum ex abſceſſu effluebat, neq; pus ſurſum reuocari potuit. Itaque paucos poſt dies è vita deceſſit. Ex quibus perſpicuum eſt, in huiuſmodi abſceſſibus, ſiue ſint in emunctoriis ſiue in vicinia, non eſſe expectandum, donec ſponte erumpant: vt etiam liquet ex obſeruatione 81. E

OBSERVATIO XL.

Setaces abſque igne adhibendi ratio.

CVm nulla ſit operatio in tota Chirurgia, qua magis deterreatur æger, quæque maiorem horrorem ipſi incutiat, quam cauterium actuale, quo hactenus vſi ſunt Chirurgi in conficiendis ſetaceis: adductus ſum ante annos aliquot cogitare de commodiore & iucundiore modo applicandi illud, qui in multis tum præclaris, tum plebeis & Coloniæ & Lauſannæ ex voto ſucceſſit, quique etiã hic Paterniaci

A Auenticorum nuper, præſente ALBERTO HAWENZWEIGIO Berlinenſe, Medicinæ Candidato, & Chirurgicarum operationum inprimis ſtudioſo, conuictore meo ſuauiſſimo, aliquoties feliciter adhibitus fuit. Eum autem modum ſic adminiſtro.

Præparato ſatis ægro cum victus ratione, tum purgationibus, & venæ ſectione, ſi morbus requirat & ætas permittat, tenaculam hic delineatam in promptu habeo.




B

Hac cutem (in humili prius ſcamno ægro collocato, lineaque per longitudinem colli in medio ipſius exacte atramento ducta, necnon vtraque parte perforanda punctis atramento itidem notata) quam inter ſecundam & tertiam, aut tertiam & quartam ceruicis vertebram à muſculis ſeparatam digitis eleuo, miniſtro apprehendendam firmiterq; tenendam permitto: ita quidem vt puncta atramento facta ad forcipis foramina ſint, quemadmodum monſtrat figura.

C

Deinde ab antica parte ſtans, pedibus meis circa patientis pedes collocatis, capiteque eius abdomini meo, quo id (quantum fieri poteſt) tenere queam, impoſito, forcipem ſiniſtra prehendo, & dextra pro ferrea acu candente adhibeo argenteum cultellum frigidum, figuræ hic depictæ, cumque ancipitem & acutum, inſtar ſcalpelli, quo venæ inciduntur. Hoc
D perforo, quod tenetur tenaculis. Mox alia acu, hic quoque depicta, traduco funiculum rotundum, contextum ex ſerico albo aut purpureo, craſſitie æquante & implente fere ipſum foramen: longitudine quatuor ſpithamarum, vt circumeat collum, & ad pectus vſque propendere queat, figura autem cultelli & acus talis eſto.




E

His tandem bene feliciterque peractis, primo apparatu linteum reduplicatum, *oui candido probe conquaſſato*, intinctum applico: ſedat enim dolorem, ſanguinemque, ſi profluit, ſiſtit. Secundo ſequens digeſtiuum impono. A

Digeſtiuum. ℞. *Terebinthinæ lotæ in aqua Betonicæ ℥ ij.*
Ceræ nouæ ℥ ſ.
Gummi elemi ℨ j.
Olei roſacei & amygdalarum dulcium ana ℥ ſ.
Diſſoluatur gummi cum oleis, addita terebinthina & cera F. vnguentum, addendo vitellum oui, Croci ℈ ſ.

Facta ita digeſtione ad ſextum vſque diem, funiculum paulatim à ſiniſtra in dextram, vel à dextra in ſiniſtram duco, donec pars ſanie humectata, ſit amota, & extra vulnus propendeat, quo poſſit abſtergi. Deinde folium hederæ linteolo molli inuolutum indies bis impono, idoneiſque faſciis contineo, & hoc pacto eouſque cum ſetaceo procedo, donec is cum commodo & ægri ſalute, extracto funiculo *phœnicino aut diapalmatis cerato* cicatrice claudi poſſit. B



At hic rei nouitas de more ſuſpecta, ſuis confirmanda eſt argumentis. Hoc vt fiat, ante omnia expendendæ duæ primariæ actiones & qualitates, quas inurit candens ferrum: dein videndum anne ſint propoſito noſtro accommodæ.

Candentis ferri actiones duæ.

I. Ferri candentis actio & qualitas prima eſt deſiccatio, quæ quidem fit ratione qualitatis calidæ & ſiccæ, quam ignis elementum ferro imprimit. Hinc altera, merum tamen prioris accidens: corroboratio videlicet partis, quam afficit, eo quod humiditas excrementitia candente ferro deſiccata ſit. Vt enim humiditas nimia immollit, laxat, ſtupefacit & ineptas reddit partes ad ſuas functiones; ſic temperata ſiccitas contrarium potis eſt efficere. Iam diſquiramus, num actiones & qualitates iſtæ ſint ad inſtitutum noſtrum. Siquidem adhibetur ſetaceus funiculus loco ſano ad deriuandum ac reuellendum humorem quemlibet, nihil opus locum ſanum deſiccari aut roborari. Nam ſi velim ſetaceum ad ſe illicere humorem ex parte affecta, non modo non exſiccandus eſt locus, cui applicatur, ſed cõtra humectandus, quippe conſtat ſicca non attrahere, niſi prius aliquantum mollita. Præterea quoniam corporum noſtrorum ſiccitas accidentalis conſtringit & comprimit partes, hęc eadem humiditas parte illa contenta ſimul exprimit, & depellit in partes debiles, illis excipiendis opportunas. *II.* Alter ferri candentis vſus, quem diximus, eſt corroboratio partis, cui applicatur. Hæc rurſus male conuenit loco, in quem deducendi ſunt humores. Poſtquam enim corroborata eſt actuali cauterio, tantum abeſt, vt attrahat, vt contra propulſatura ſit, quod influebat. Ex his colligimus in defluxionibus, catarrhis, & imbecillitate viſus & faciei partium, nec deſiccanda, nec roboranda eſſe ſetacei vel cauterii loca, ceruicem & brachia: imo contra roborandum locum dolentem, & debilitandum eum, in quem deriuandus eſt affluxus. Setaceus vero D funiculus noſtro modo adhibitus his actionibus vacat. Neque enim deſiccat, cum abſit calor: nec roborat, imo debilitat potius, cum ſoluatur continuitas. Tertio denique in eius applicatione non mihi probatur vſus ferri candentis ob phantaſiam, & horrorem, quem plerique omnes ex eo concipiunt. Age enim quot homines ex ſola phantaſia in grauiſſimos morbos incidũt, febrim, ſyncopas, epilepſiam, apoplexiam &c. Adeo vt ſint nonnulli, quos citius ad prælium adigas, quam vt ferro candenti ſeſe permittant. Dolor non maior, quam in phlebotomia: niſi cum fit digeſtio. Sed quid hoc reſpectu doloris ex cauterio? Atque hæc de noſtro ſetacei adhibendi modo fuſe ſatis dicta ſunto, in rudiorum præſertim, eorumque (qui illum tanquam crudele aliquod remedii genus hactenus auerſati ſunt) gratiam & informationem.

Ferrum candens pro ſetaceo nõ eſſe vſurpandũ, & cur.

Observatio XLI.

De præſtantia ſetacei exempla quinque.

QVia in præcedenti obſeruatione ſetaceum faciendi modum deſcripſimus, non erit abs re, aliquid de ipſius excellentia ſubiungere. Setaceum autem, quam magni faciant præſtantiſſimi Medici, ſatis perſpectum habeo, nec vlla itaque vſus eius luculentiſſimus apud eos indiget demonſtratione: ſed quia multi empeirici, quos huius remedii præſtantia latet, id tanquam crudele reiiciunt: placuit hic in gratiam iuniorum Chirurgorum exempla nonnulla in medium adferre, quibus ipſius pręſtantiam & ſummam vtilitatem in quam plurimis cerebri morbis comprobabo. E

EXEM-

EXEMPLVM I.

A ANno 1598. Iuuenem Lauſannæ 15. annos natum curandum habui, qui ſingulis fere diebus, ſemel ad minimum acceſſionem epilepticam patiebatur, cuique ob id multa, ſed fruſtra, præſcripta adhibebantur remedia. Ego purgato corpore pilulis aureis & cochiis, inſtitutoque regimine optimo, Setaceum ipſi adhibui. Hinc acceſſiones remiſerunt, & paulatim ab epilepſia liberatus fuit, corpore eius poſt leniter aliquoties purgato.

EXEMPLVM II.

FILIA SIMONIS ENGELGRAFF habitantis Coloniæ, poſt variolas ophthalmia ex vtroque oculo radico laborabat, vt de viſu periclitaretur. Multa ipſi quoque, ſed fruſtra, præſcripta fuerunt remedia. Ego tandem cum clariſſimo D. D. ARNOLDO MANLIO medicæ facultatis in illuſtri Academia Coloniensi Profeſſore primario, ad conſilium vocati, ſetaceum ipſi cõſuluimus, & applicauimus, cuius beneficio, & diuino fauore, breui quoque curata fuit.

EXEMPLVM III.

B SIbylla filia mea ætatis ſuæ quinto cum anno 1596. grauiſſime ex variolis laboraſſet, & hinc inde defluxione ad oculos, duorum annorum ſpatio, miſere vexata fuiſſet: nec vllis remediis curari poſſet, ſetacei tandem, 1598. anno, adhibitione, quo defluxus ad nucham reuocatus & euacuatus fuit, paulatim & ipſa, & oculi eius, defluxionum immunes, gratia Deo, conualuerunt.

EXEMPLVM IV.

ANno 1598 Honeſta matrona Lauſannenſis 50. annos nata, robuſta, ſed humidiſſimo cerebro prædita, quæ fiſtula lacrymali, & ſæpius inflammatione oculorum affligebatur, Dei, & ſetacei à me exhibiti beneficio, ab inflammatione & fiſtula liberata, & curata fuit. Laborauerat item antea per annos aliquot fluxu muliebri aut menſtruis albis, quamobrem nunquam vtero geſtauerat, adhibito vero ſetaceo, paulatim ceſſauit fluxus, & paulo poſt concepit, ac filiũ peperit, quæ vſque ad hunc annum 1604. vna cum matre bona valetudine fruitur.

EXEMPLVM V.

C ANno 1603. curandam habui puellam 12. annos natam, quæ præ defluxione, & inflammatione ad oculos, viſum plane amiſerat. Purgato corpore, inſtitutaq; victus ratione, & ſetaceo adhibito, viſum vnius oculi recuperauit: alterius enim oculi tunicæ, ante annos quatuor, ex ſimili defluxione, & inflammatione exeſæ, & plane corruptæ fuerant.

In catarrhis & diſtillationibus ad pectus nihil præſtantius eſſe ſetaceo, quam plurimis exemplis, ſi opus eſſet, probare poſſem, quæ tamen breuitatis gratia omitto. Hoc tamen coronidis vice addo, me nonullos ſemiphthiſicos, qui & ſanguinem & pus expuerunt, hoc remedio præcipue curaſſe.

OBSERVATIO XLII.

De fontanellis in ceruice infantulorum noſtra opinio.

QVia pro ſetaceo pueris nonnunquam adhibetur fontanella in ceruice, maxime circa primam & ſecundam vertebram, idq; non ſine ipſorum damno & detrimento magno, placuit peculiarem noſtram hac de re opinionem in medium adducere. Præſcribunt autem practici infantulis fontanellam hanc pro ſetaceo, quod tolerabiliorem credant & minus doloriſicam. Ego contra plurimum commendo

D ſetaceum. Primum quod cum ſint pueri agiles & turbulenti, ſubinde excidit à vulnere piſum ſiue aliud quippiam vulneri inditum: quo ſublato ſtatim coaleſcit vlcus, ita vt difficile poſſit apertum teneri vti decet, ideoque nullus eſt cauterii effectus. Quæ duo incommoda vt tollantur, neceſſe eſt arctiſſimo ligare vinculo caput, in coronæ figuram: neceſſe item ad continendum in vlcere globulum, duplicatum linteum imponere, vt formetur vlcus altius. Nam in ſumma cutè parum purgabit. At ex hac ligatura ecce maius incommodum. Cum puerulis oſſa, in primis vero cranium ſit tenerum & cartilaginoſum, id ligatura ſic comprimitur, vt nihilo magis poſſit in latitudinem creſcere, quam cucurbitæ, quas ſolent mulieres ad lagenarum vſum in medio ligare dum creſcunt: in altitudinem vero totum excreſcit. Inde perit capiti, (vt vidi in pluribus) ſua proportio & rotunditas in longitudinem educta. Deniq; quod grauiſſimum eſt, cranio ita monſtroſe educto in tranſuerſum, cerebrum eiuſque ventriculi ſimul etiam arctantur & comprimuntur: vnde, ſpiritibus non ſatis elaboratis & præparatis, debilitatur caput & fit catarrhis obnoxiũ & ſi adoleſcant (quod rarum) ingenio ſunt tardiore, niſi mature omiſſa ligatura, dilatatum ſit cranium & naturæ formæ redditum. His ego rationibus ſtatuo, nihil iuuari cauterio iſto pueros, imo contra moroſos effici. Compreſſo ſic cerebro, quę pars corporis humidiſſima, coguntur excremen-

E titii humores, qui nibi aſſiduo oriuntur, vt quadam erumpere: vnde cum non detur tempus quærendo naturali meatui, modo in dentes, modo in ſtomachum, modo in pulmones aliaue loca incidunt. Quod cum citra dolorem nequeat fieri, eo redduntur pueri moroſiores, quod defluxus in partes neruoſas incurrat.

Setacei noſtri dolor, cum ex iis, quæ ſupra diximus, leuis eſt tam tolerabilior in loco extimo: nec non vtilis hic ad attrahendos magis magiſque humores ſuperfluos à cerebro ad colli emunctoria.

I. Ratio cur pueris ſetaceum potius ſit applicandum ad ceruicem, quã fontanella.

II. Ratio.

III. Ratio.

Observatio. XLIII. A

Hydrocardia.

GEORGIVS BENEDICTVS pharmacopola quinquagenarius ſcyrrho hepatis, obſtructione ſplenis,& venarum meſaraicarum, item dolore, cõtinuo tum capitis, tum circa omoplatam dextrã nec non diſtillatione ad pulmones, tuſſi & nonnunquam palpitatione cordis aliquot menſibus vexatus eſt. Mortui cadauer incidi,& inueni pectus plenum ſeroſi humoris: pulmonis dextram partem propemodum abſumptam: ſiniſtram non mediocriter inflammatam, & pleuræ coſtiſque mediante callo quodam firmiſſime adhærentem. Sed quod mirabilius, in pericardio vltra libras quatuor ſanioſi ſanguinis,& materiæ purulentæ inueni. Nullum tamen indicium ſolutionis continui, neque in ipſo corde, alioqui externa ſui parte leuiter inflammato, neque in pericardio: nec patebat via vlla, per quam materia & aqua illa ſeroſa ad pericardium percolata fuiſſe videretur. Id tamen ex ipſo nonnunquam audiui, cum æger eſſet, percipere ſe interdum ad partem colli vtramque, qua carotides arteriæ aſcendunt, frigidiſſimum quendam humorem ex capite delabentem ad pectoris regionem. Diſſectioni interfuerunt, clariſſimi & doctiſſimi viri, IANVS ANTONIVS SARACENVS Medicus regius, MARCVS OFFREDVS, ANDREAS BONETVS, SALVATOR VERDETVS, GEORGIVS IENISCHIVS B Medici Doctores; & quamplurimi alii.

Observatio. XLIV.

Abſceſſus in pulmone ex inflammatione ortus feliciter curatus.

ANno 1595. menſe Decembri, Pitter von Weueldick ciuis Colonienſis, & mihi affinis, per aliquod tempus fœtore anhelitus, necnon difficultate reſpirandi laborans, cum agitato aliquando corpore incaluiſſet, poſtmodum repente in ſcamno decumbens, noctis frigori ſeſe expoſuiſſet, correptus fuit febre & dolore pleuritico lateris dextri. Neglecto in principio morbo, nullis adhibitis idoneis remediis, in peripneumoniam incidit. Tandem aduocatus vna cum clariſſimo doctiſſimoque D.D. HENRICO PALANTIO Medico celeberrimo, hominem pene ſuffocatum inuenimus. Aderant enim præter alia ſymptomata grauiora, præcordiorum anguſtia, febris ardens, ſyncopæ frequentes, nauſea, vomitus, &c. Adhibitis fomentationibus,& embrocationibus anodynis & emollientibus: intus vero, quæ ad facilitatem expuendi faciunt, medicamentis, veluti *ſyrupi de liquiritia, de polytricho, &c.* ruptus eſt tandem circa C decimum diem ingens abſceſſus in pulmone. Inde tuſſi eiecit, primis quinque diebus, quotidie circiter duas libras puris, cadaueris fœtorem referentis. Deinde diminuta paulatim puris quantitate, ac fœtoris vehementia, perſanatus fuit: vt ad hunc annum 1604. vſque, quo hæc ſcripſi, ſalutariter Dei beneficio viuat.

Placuit hanc hiſtoriam meis obſeruationibus chirurgicis ſubiicere, propterea quod rariſſime vlcere in pulmone laborantes valetudini reſtituantur: imo extabeſcant & ſenſim moriantur. Motus enim continuus pulmonis conſolidationem vlceris impedit. Adde, quod difficulter medicamenta ad locum affectum peruenire poſſint. Hæc omnia perpendentes Antiqui (nec immerito quidem) phthiſin vt plurimum incurabilem exiſtimarunt. *Phthiſis* namque *vocabulo mors ipſa denotatur*, vt in ſequenti Epiſtola clariſſimi viri D. IOHANNIS RHETERII G. Philoſophiæ atque linguarum peritiſſimi, & in Academia Lauſannenſi linguæ Hebraicæ Profeſſoris digniſſimi, ad me data fuſius declaratur: quam hic ſubiicere viſum eſt.

D.

GVILIELMO FABRICIO HILDANO CHIRVRGO PRÆSTANTISSIMO. D

S. P. D.

PRæſto fidem, quam toties appellaſti, præſtantiſſime Fabrici. Crebra enim percontatio tua exſculpſerat promiſſum ſcribẽdi, de Phthiſews etymo, & germano ſignificatu, quem in Hebraica profeſſionis meæ lingua, [illegible] eſſe autumas ex ore auguſti illius Muſarum myſtæ, genere, virtute, ac eruditione nobiliſſimi CAROLI VTENHOVII NEOCHTHONIS placide Coloniæ Vbiorum, Auguſto menſe, 1600. anno ſibi vere Iubilæo, ad Chriſtum commigrantis, apud quem ſanctiſsima indulgentia ac libertas, & ſeculorum ſtabilis æternum Sabbathiſmus. Sic igitur aiebas, doctiſsimum iuxta ac humaniſsimum virum à te περὶ φθίσεως, ſiue Athenienſi vocabulo, φθίας olim interrogatum reſpondiſſe, ſibi poſt Galenum, alioſque fere omnes Medicos ſcriptores φθίσιν videri, non tantum vlcus in pulmone cum corporis attenuatione & tabe, ſed amplius quiddam ſignificare, quod inſinuat Pſal. 16. vox quædam Hebræa. Subobſcure enim tu mihi ita, & tanquam per nubem. Vtinam ne Vir ille tot negotiis id temporis diſtineretur eo, vt plenam planamque rem diceret tibi, aut tu poſtmodum interrogares ante tuum ad nos regreſſum, & illius obitum. Non dubium, quin nobilis homo ſpiritus altæque mentis, E magnum quid eximium animo voluerit, ſeu ex aduerſariorum eius editione expectandum, ſeu noſtro & publico malo ignorandum. Quid vero tu me à Theologia mea ſeducis ad Medicos ſatis valentem? *Honora Medicum* (audio) *propter neceſsitatem, imo propter honeſtatem, & acutiſsima ſcientia artiſque eximia dignitatem, ne dicam, Naturæ miraculum ingens, & ſolatium.* Primum igitur de Hebræa, quam requiris, voce, tum Græca φθίσεως appellatione cum bono & fauente Æſculapio. In Hebræo Pſalmi citati contextu vna occurrit vox Schakhat, quæ ad φθίσιν Græcum poſsit accedere: & haud dubie hæc intellecta VTENHOVIO eſt: nempe *verſiculo decimo*, vbi de perſona ſua Dauid typice, de Chriſto vero prophetat, futurum

Vtenhouius quando obierit & vbi.

Medicus naturæ miraculum ingens & ſolatium.

A futurum in ſepulcro incorruptum Chriſti corpus, & ſubſecuturam poſtmodo incaminati eiuſdem corporis reſurrectionem: *Non derelinques*, inquit, *animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Interpretes Græci verterunt διαφθορὰν, vti citat Petrus Apoſtolus *Actor.* 2. item 13. Rectè ſane: Nam Hebræis plane idem eſt Schakhat, quod Græcis διαφθορὰ, vel etiam quiddam intentius. Interim Hebraica vox ſignificat quandoque locum ipſum τῆς διαφθορᾶς, *corruptionis & abſumptionis*, nempe ſepulcrum: imo & quandoque foſſam in genere: vti norunt exercitati in veteri Teſtamento, Hebraicè ſcientes. Sed primaria & maxime propria ſignificatio vocis Schakhat eſt διαφθορὰ; quæ non ſatis rotunde & efficaciter redditur *corruptio*. Non enim exprimitur præpoſitio διὰ, quæ totius cadaueris abſumptionem notat, qualem mihi expreſſit Syrus interpres voce Calah, quæ finem ſiue conſumptionem ſiue conſummationem pro ceſſatione ſignificat: vt ſit hic totius abſumptio ſiue conſumptio. Radix enim Hebræa, à qua hoc nomen, ſignificat funditus perdi, corrumpi, vitiari, quocunque id fiat modo aut inſtrumento. Iam cum nobis Hebræa vox idem ſit, quod Græca διαφθορὰ, oppido diſquirendum, ſitne idem, an aliud διαφθορὰ & φθίσις ſiue φθίνειν. Ariſtoteles *extremo Categoriarum libro*, ſex facit motuum ſpecies. Prima eſt Ariſt. lib. Categ. c. 6.
γένεσις generatio ſiue ortus: ſecunda, eius contraria φθορὰ corruptio ſiue interitus: tertia, αὔξησις, accre-
B tio: quarta eius contraria, μείωσις, diminutio: quinta ἀλλοίωσις, alteratio: ſexta ἡ κατὰ τόπον μεταβολὴ, mutatio ſecundum locum. At vero quam ibi vocauit μείωσιν Ariſtoteles, alibi nominat φθίσιν, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ αὐξήσεως καὶ φθίσεως ἔχει, οὐδὲν γὰρ φθίνει, οὐδ᾽ αὐξάνεται φυσικῶς μὴ τρεφόμενον. Id eſt, ſimiliter etiam de Accretione & de φθίσει ſiue diminutione: Nihil enim decreſcit vel augetur naturaliter, quod non nutriatur. Sic *in Phyſicis* αὔξησιν καὶ φθίσιν opponit. Item in *metaphyſ.* vbi docet Philoſophus, Accretionem & Diminutionem verſari circa quantitatem, ſicut ortum & interitum circa hoc quiddam, &c. Denique in vniuerſa Philoſophia, quam in *Categoriis* μείωσιν, paſſim appellat φθίσιν. At cum μείωσιν diminutionem dixit, deſignauit tantum *motum* illum, qui tendit ad corruptionem & interitum, φθίσιν vero non illum motum duntaxat, ſed continuitatem eius ad interitum ipſum, in quem motus ille deſinit, & res penitus corrumpitur ac diſſoluitur. Sic dies, menſis, &c. dicuntur φθίνειν, cum decreſcunt & vergendo perueniunt ad eum ſtatum, vt non ſint amplius. Ergo φθίσεως vocabulum alias commune, ſicut διαφθορὰ, Medici ſuæ arti, & certo cuidam morbo addixerunt. Hoc ſenſu φθίσις Medicis erit διαφθορὰ ſiue corruptio hectica, qua corpus tabeſcit & minuitur continuo vſque ad interitum. Hæc à forma & fine. Sed cum
C Medici Phyſici maxime conſectentur materiam, illa Galeni accommodatior eſt definitio, quæ efficientem habet cum materia, cum dicit: *Phthiſim eſſe pulmonis exulcerationem cum febre & macie perpetuaque vomica.* Iam congeſtis omnibus, dicamus: Phthiſis eſt *corruptio hectica febriculoſa corporis, propter exulcerationem pulmonis, qua corpus tabeſcit & minuitur, cum perpetua vomica, vſque ad interitum.* Tabem nimis late & ieiune, ſed inopia vocabulorum, reddunt Latini: quomodo Hippocratis interpres *Aphoriſm. Sectione* 5. *Aphor.* 9. 11. 12. 14.

Ariſt. de Anima li. 2. cap. 4.

Ariſt. Phy. 5. cap. 2 Metaphyſ. l. 2. cap. 2.

Phthiſis quid.

Hæc in tui gratiam, ſuauiſſime Fabrici, præter votum & inſtitutum: tibi nempe obſecutus. *Obſequio quoniam dulces retinentur amici.* Tu ſanior momum hic formida, & telum pro vtroque noſtrum indue. Vale, vir ornatiſſime, meiq; amantiſſime, cum lectiſſima coniuge, noſtra commatre & liberis, quos omnes, ego & vxor, demiſſe ſalutamus. Lauſannæ 14. Septembris 1602.

OBSERVATIO XLV.

Inciſo cadauere, gibboſitatis cauſa abdita inuenta eſt in cranio, quippe vertebrarum carioſæ partes in media fere pulmonis ſubſtantia deprehenſæ.

D ADoleſcens à pueritia gibbo & aſthmate vexatus, tandem ex phthiſi obiit circa annum ætatis decimum ſextum. Huius cranium aperui præſente clariſſimo doctiſſimoque viro Dn. ESAIA COLLADONE Medico Doctore, & Philoſophiæ in Geneuenſi Schola Profeſſore ordinario, atq; celeberrimo. Inueni proceſſum ſiue interſtitium aut ſeptum illud, quod eminet in medio oſſis ethmoidis, ſeu cribroſi (qui proceſſus craſſitiem papyri excedere vix ſolet) in latitudinem & altitudinem ita auctum, vt fere totum os cribroſum obtegeret; adeo vt foramina huius oſſis, per quæ pituita ex cerebro ad nares ſolebat effluere, plane oppleta viderentur, Et quamuis percocto cranio, vix eorum vllam pateret. Denique oſſicula ſuperioris maxillæ quæ in magno oculi cantho conſpiciuntur, adeo excreuerant, vt ſeptum naſi hinc inde propemodum attingerent. Hanc præcipuam fuiſſe gibboſitatis cauſam veriſimile eſt. Cũ itaque pituita per nares minime poſſet expurgari, verſus ſpinalem medullam tendebat; ſicque vertebræ earumq; cartilagines aſſiduo irroratæ pituita viſcida, & relaxatæ, tandem excreuerunt in gibbum maximum. Nec ſolum pars illa dorſi ex hac defluxione & irroratione pituitæ relaxata fuit, verum etiam omnia oſſa à collo vſque ad pedes, præcipue vertebræ, os ſacrum, os pubis, oſſa pedis, denique omnes epiphyſes ſiue appendices præter conſuetudinem molles ac teneræ erant, ita vt fere inſtar ceræ tractari
E poſſent. Illud præterea in hoc cadauere notandum viſum, quod ſexta, ſeptima, octaua, nona, & decima vertebræ metaphreni, quæ gibbum efficiebant exeſæ erant carie, præcipue autem ſeptima, octaua, & nona, quarum nihil præter exteriores ſemicirculos & eorum proceſſus, quos ego adhuc in muſæolo meo conſeruo, conſpiciebantur. Interiores autem partes harum vertebrarum in quatuor aut quinque partes fractas, non ſine admiratione in ipſa media pulmonis ſubſtantia inuenimus. Pulmo enim ea in parte, quæ dorſum reſpiciebat vlcere magno & calloſo laborabat, per quod ea fragmenta ex continuo pulmonis motu attracta fuiſſe, dubium non eſt. *Tanta enim eſt pulmonis ad ſe attrahendi facultas, vt nonnunquam turundas ſiue clauiculos ex vulneribus pectoris penetrantibus, magno cum periculo ægrotantium ad ſe attrahat*, vt ex ſequenti obſeruatione apparet. Quam D. IACOBVS GVY vir probus, & fide dignus ac apud Neocomenſes pharmacopæus exercitatiſſimus amicus meus plurimum honorandus, ad me

Vis attrahendi pulmonum.

ad me non ita pridem ſcripſit. Illam in gratiam ac vtilitatem tyronum hic ſubiicere viſum eſt, vt ex ea A
ediſcant, turundæ aut clauiculo, in vulneribus thoracis ſemper filum ſatis longum annectí debere, ne ob perpetuum motum thoracis atque pulmonum, & propter attractionem, quæ fit vacui vi in diaſtole, in thoracis cauitatem attrahatur.

Observatio. XLVI.

Turundæ ex vulnere thoracis in cauitatem delapſæ, tuſſi eiiciuntur.

AD

Solertiſsimum nec non experientiſsimum virum Dominum GVILIELMVM FABRICIVM HILDANVM, *Medicum & Chirurgum Paternacenſem ordinarium.*

ANte omnia me excuſatum velim, vir Clariſſime, quod tam diu nihil literarum ad te ſcripſerim. Obſtiterunt negotia domeſtica; in arte præterea mea multa occurrunt, & interueniunt, quæ non ferunt, me eſſe arbitrii mei. Cæterum quia te circa res medicas & chirurgicas curioſum eſſe, & propediem B centuriam obſeruationum, & curationum Chirurgicarum, in lucem miſſurum ſciam, placuit nunc ſcriptis communicare caſum illum, quem alias tibi coram narraui, qui forſan eis adſcribi non erit indignus.

Vir probus, nec ex obſcura familia oriundus, & mihi ſanguine iunctus Anno 1597. in duello, à quodam mihi quoque amico, nec non confratre, vulnus cuſpide gladii, ſiniſtra manu illatum inter ſecundam & tertiam coſtam veram, haud procul ab axilla dextra recepit; ex quo ſanguis per quindecim dies continuo effluxit, nec à Chirurgis ſiſti potuit. Ac quamuis ſymptomata diuerſa & grauia adeſſent (ardens enim erat febris, difficultas anhelitus maxima, & ſanguinem cum tuſſi expuebat, vigiliæ item & appetitus deiectio aderant) nihilominus tandem cicatrice obductum fuit vulnus. Maxima tamē difficultas anhelitus, & tuſſis continua, ipſum moleſtabant; & pus fœtidum & viride expuebat. Sed quod notatu dignissimū, refert, duas turundas, diuerſo tamen tempore ſub emplaſtro deperditas fuiſſe, quod quidem eueniſſe exiſtimat, quod Chirurgus eis filum non annexerat, vt efficeretur nodulus. Poſt menſes tres a curato vulnere, cum difficultas anhelitus & tuſſis, vti dixi, ipſum continuo infeſtarent, quodam die, matutina hora tuſſiendo, turundas cum multo pure, expuiſſe, & ab eo tempore nullum aut exiguum ſaltem prioris morbi veſtigium ſenſiſſe aſſerit. Anno vero ſequenti à curatione, ex bello huc in C patriam reuerſus, cum denuo dolor è regione vulneris ortus fuiſſet, me aduocandum curauit. Tum reperi partem dextram pectoris inflammatam: locum vero prioris vulneris tumidum, ac durum. Ex his aliiſque ſignis & circumſtantiis conniciebam, non ſolū vulnus in ipſam ſubſtantiam pulmonis penetraſſe, verum etiam in prima curatione pectus non ſatis expurgatum fuiſſe: hinc iterum pus collectum eſſe circa prioris vulneris cicatricem. Quapropter leuiter purgato corpore, maturantia & pus mouentia applicui, poſtea à Chirurgo aperta vomica, pus fœtidum effluxit. Vlcus diu apertum tenendum curaui, quo poſſit retenta in pectore materia paulatim effluere. Tandem curato vlcere, valetudo ipſius adeo confirmata fuit, vt ad hunc vſq; diem nullum incommodum prioris morbi, quantumuis magni & acerbi, ſentiat. Hæc vera affirmare ne dubites; eſt enim vir probus & fide dignus, mihiq; familiariſſimus. Plura non licet propter occupationes. Vale vir clariſſime, & me, vt facis, amare perge, Datum Neocomi 6. Ianuar. 1605.

T. E. addictiſsimus

IACOBVS GVY pharmacopœus. D

Observatio XLVII.

Hydrops per vmbilicum euacuatus.

AD

Clariſsimum ac doctiſsimum virum D. D. ALB. ROSCIVM *Reip. Lauſannenſis Doctorem Medicum ordinarium atque celeberrimum.*

DE hydropico noſtro Iuerdunenſi, vir doctrina & virtute clariſſime, recte prognoſticati ſumus. Audiui enim ipſum poſt diſceſſum noſtrum, non diu ſuperſtitem fuiſſe. Quamobrem Deo Opt. Max. gratias ago, quod paracenteſis ipſi à nobis facta non fuerit. Quandoquidem cuncti cauſam mortis ipſi adſcripſiſſent, ſed iniuria. Morbus enim iam per ſe, propter viſcerum, hepatis, ſcilicet & ſplenis intemperaturam maximam, atq; labefactationem, ne dicam, corruptionem, plane incurabilis erat. Niſi enim viſcera interna ſana & illæſa fuerint, parum aut nihil, vt plurimum, inciſionem hanc ægrotis profuiſſe, E vſus atque experientia edocuit. Euacuatur enim tantummodo aqua, quæ in vacuo ventris continetur; radix vero & origo mali in viſceribus remanet. Contra ſi vmbilicus in hydropicis paulatim naturæ beneficio in tumorem eleuatur, & tandem erumpit, aut inciditur, commodiſſimam eſſe viam expurgandi humorem ſeroſum hydropicorum, ac ſæpiſſime ægrotos ipſos hoc beneficio à morbo liberatos fuiſſe, viri docti obſeruarunt. Mihi quoque huius rei exempla occurrerunt: quorum quia Excel. Tuam rerum iſtarum ſtudioſiſſimam eſſe ſcio, præcipuum commemorare non pigebit.

ANTE annos aliquot Hildenæ in patria mea, PETRVS KICKVP quadragenarius ex febri terriana, eaque diuturna curatus, in aſcitem incidit. Ego aduocatus ventrē in monſtroſam fere magnitudinem eleuatū inuenio. Vmbilicus ad oui anſerini magnitudinē aqua plenus propēdebat, quem vt phlebotomo

A botomo aperirem, obnixe rogabat. Cum vero in tam graui morbo temere & abſque conſilio nihil tentare vellem, atq; de Medico accerſendo, vt de vmbilici inciſione conſultaremus, cogitarem, vmbilicus ſua ſponte ruptus eſt: inde per trimeſtre maxima copia ſeroſi humoris effluxit. Is autem humor vt paulatim flueret, operam dedi, impoſito ipſi vmbilico linteamine reduplicato & faſcia inuoluto, ne ex intempeſtiua euacuatione aquæ, vires ægri, iam ob morbi vehementiam inualidæ, labefactarentur & plane proſternerentur. Sic diuino fauore venter paulatim ſubſidit, vt tandem pleniſſime conualuerit, & per annos aliquot ſanus vixerit. Demum vero pleureſi correptus, ac nullis adhibitis remediis, obiit.

Poſt mortem, cum cadauer ipſius aperirem, inueni venam vmbilicalem, quæ in adultis in ligamentum ſolebat coaleſcere, adeo dilatatam, vt faciliime pennam anſeris per eam immiſiſſem. Ex his perſpicuum fit, non ſolum aquam ex vacuo ventris, verumetiam viſcoſos humores, qui antea in ipſo hepate incluſi fuerant, per ruptionem hanc vmbilici euacuatos fuiſſe. Vtinam igitur in hydropicis arte & induſtria aliqua, apertio hæc vmbilici fieri poſſet. Verum de his coram inter nos alias. Interim vale, vir clariſſime, & me, vt facis, amare perge. Paterniaci Auenticorum 9. Septemb. Anno 1603.

Tuæ Excel. addictiſſimus Guil. Fabricius Hildanus.

B

OBSERVATIO XLIIX.

Hydrops per pudenda euacuatus.

COSMVS SLOTANVS Chirurgus præſtantiſſimus, quadragenarium aſcite laborantem curandum habuit. Medicamenta permulta cum interna, tum etiam externa, ei abſq; fructu adhibita fuerunt. Tandem vero adeo copioſe in ſcrotum delapſus eſt humor ſeroſus, vt extincto calore natiuo, ſecuta ſit gangræna. Adhibitis quæ ad gangrænæ curationem ſpectant, decidit ſcrotū: ita vt teſticuli nudi conſpicerentur. Hinc tantum effluxit humoris ſeroſi, vt à morbo liberatus ſit æger, & diu ſuperuixerit ſanus: atq; (ſi bene memini) liberos aliquot procrearit. Teſtes autem natura obduxerat callos à quadam ſubſtantia, quæ eos vice ſcroti obtegebat, & ab externis iniuriis vindicabat.

OBSERVATIO XLIX.

Ex veſicatoriis hydropici tibiis adhibitis, Gangræna, tum mors.

C VSitatum eſt practicis, quandoque veſicatoria ex cantharidibus, hydropicorum tibiis applicare, atque ita puſtulas excitare, quibus corpus à ſeroſis humoribus ex parte euacuatur. Verum id parum tuto fieri, ſequens hiſtoria conuincit. Geneuæ ad Rhodani pontem noui ſexagenariam viduam, aſcite laborantem, quæ, cum adhibuiſſet imperitum medicum, cum alia, tum & veſicatoria tibiis imponentem, tantum iiſdem aquæ attraxit, vt inde natiuus calor extinctus ſit, & paucis poſt diebus mulier deceſſerit. Vnde liquet, hoc remedii genus caute eſſe adhibendum. In Iunioribus enim & valentioribus quandoque efficax eſt. ſenibus vero, & quibuſcunque hebeſcit innatum calidum, exitioſum plane.

OBSERVATIO L.

Ex hydrope neruorum opticorum obſtructio: idemq; hydrops maxima hæmorrhagia narium curatus.

LEutgen à Thenhauſen prope Hilden homo robuſtiſſimus & ſanguineus annum agens triceſimum, incidit in leucophlegmatiam maximam ita vt à vertice vſque ad pedes intumuerit. Inde obſtructi

D ſunt nerui optici, & ſenſim cæcus factus eſt. Ad eum curandum cum eſſem vocatus vna cum clariſſimo doctiſſimoq. Domino IOANNE SLOTANO Medico Doctore, vtrique noſtrum viſum eſt in primis curandum eſſe hydropem, ceu morbum primarium & cauſam cæcitatis. Curatio apozematis aperientibus, & præparantibus, necnon catharticis lenitiuis inchoata fuit. Sed antequam valentiora exhiberemus, accreuit hæmorrhagia ex nare dextra, atque adeo magna, vt ſubito vltra libras 4. effluxerit: vnde in ſyncopen æger incidit. Vocatus inueni ipſum ſemianimem: ſanguine tamen ſuppreſſo non tantum vires reſtauratæ ſunt, verumetiam ab hydrope, citra vllorum aliorum remediorum vſum, breui curatus eſt æger. Sed propterea quod dehinc remedia omnia reſpuit, à cæcitate non penitus liberatus, bienrio poſt ex febri continua deceſſit.

OBSERVATIO LI.

Adoleſcens per vmbilicum excrementa excernens: in cuius diſſectione ſedecim ſunt obſeruationes luculentæ.

E ADoleſcens duodecim annos natus cacochymicus, tumore inſigni, duro & dolorifico, muſculorum rectorum abdominis ad vmbilicum laborabat. Rupto tumore excrementa hanc viam inire, vt per hebdomadas quatuor aut quinque, nihil per aluum egeſtum ſit. Ego ventrem diſſecui, coram clariſſimo & doctiſſimo PETRO CANALI, GEORGIO IENISCHIO, PHILIBERTO SARACENO, Medicinæ Doctoribus; & M. SIMONE Chirurgo.

1. Inuenta ſunt excrementa in vacuo ventris, inteſtinis ſuffuſa.
2. Inteſtina, præter naturalem ſitum, miro quodam modo intertexta.
3. In colo verſus hypochondria ſiniſtra vlcus oblongum & calloſum.
4. Colon in maximam capacitatem diſtentum, vt ventriculum potius eſſe, quam inteſtinum iudicaturus eſſes.

5. In fine meſenterii tumor inſignis & prædurus inteſtinum rectum adeo comprimens, vt exinde nihil excerni poſſet. A

6. Quod reliquum fuit excrementorum in inteſtinis, adeo induratum, vt lapides potius, quam excrementa viderentur.

7. Totum meſenterium, pancreas, item inteſtina, vena portæ tumoribus ſcirrhoſis ſcatentia.

8. In imo ventriculo vlcus.

9. Tubercula glanduloſa pylori in ſcirrhum maximam aucta.

10. Lien firmiſſime coſtis adhærens.

11. Circa vaſa ſplenis, venam portam & cauam ſteatomata, & ſcirrhi non pauci.

12. Hepar exangue & ſcirrhoſum.

13. Diaphragma vndiq; tumoribus ſcirrhoſis & ſteatomatis ſcatens.

14. In pectore & pulmonis ſubſtantia, item circa cordis vaſa, œſophagum, & aſperam arteriam ſcirrhi quamplurimi, & ſteatomata pene innumerabilia.

15. In pericardio ichoris magna copia.

16. In cordis acumine tuberculum album, ad nucis auellanæ magnitudinem. B

OBSERVATIO LII.

Poſt ſanguinis ex vmbilico infantuli profluuium, totius corporis imbecillitas, ac tandem mors.

OBſtetrices parum exercitatæ ſolent nonnunquam infantulorum vaſa vmbilicalia, aut nimis ſtricte ligare, vt citius abſcindantur: aut nimis laxe, vt ligatura nõ ſatis retinere poſſit ſanguinem. Id quod Coloniæ in duobus infantulis Nobiliſ. matronæ accidiſſe memini, quorum vires naturales, vitaleſve, ex huiuſmodi hæmorrhagia adeo fuerunt exhauſtæ, vt nullo modo refici potuerint, donec tandem languidi è vita deceſſerint. Eruntitaq; filo ſæpius duplicato diligenter liganda vaſa illa. Ad maiorem quoque ſecuritatem videant Obſtetrices, vt inſtructæ ſint ſequenti puluere, qui poſtquam abſciſſa fuerint vaſa, illico inſpergendus eſt.

Instructio Obſtetricũ.

Puluis ſiſtẽs ſanguinem infantulorum.

℞. *Aloes,*
Thuris,
Sanguinis draconis ana ℥j. C
Cornu cerui vſti,
Terræ ſigillatæ,
Farinæ volatil. ana ℥ij.
Pil. leporum minutiſſ. inciſorum ℥ſ.
Miſce.

OBSERVATIO LIII.

Ex vmbilici abſciſſione ſubita mors.

ADoleſcens quidam, poſt vulnus exiguum inter vmbilicum, & coſtas mendoſas, acie gladii ipſi inflictum, mox humi procumbens, quamprimum expirauit. Vocatus, miratus ſum, eum tam leui vulnere accepto, & circa locum (mea quidem ſententia) haud ita periculoſum, tam ſubito deceſſiſſe. Sequenti die, cadauere ſecto, cauſam peruestigans, inueni interiora omnia illæſa, præter vmbilicalem venam in adultis ligamentum potius; quæ quidem vena plane abſciſſa fuit.

ANNOTATIO. D

Vaſorum vmbilicalium vſus.

Infans quandiu geſtatur in vtero, per venam vmbilicalem ad ſe trahit alimentum. Nato puero vena illa (ne penitus ſit inutilis) ſenſim indureſcit in ligamentum, cuius beneficio hepar vmbilico alligatur. Ligamento autem abſciſſo, hepar ſurſum retrahitur, & diaphragma adeo comprimit, vt homo neq; inſpirare, neque expirare poſſit; imo ſuffocetur illico.

OBSERVATIO LIV.

Ex vehementiſſimo dolore colico, abſceſſu in ſiniſtro hypochondrio, cum inteſtini eroſione, & excrementorum per vlcus eiectione, feliciter curatus.

AD

Clariſſimum ac celeberrimum virum D. D. GALENVM WIERVM Reuerendiſſ. Electoris Treuirenſis &c. nec non illuſtriſſimi Cliuenſium, Iuliacenſium, & Montenſium, &c. Principum Archiatrum digniſſimum.

QVoties ſubit animo tua illa in me, vir clariſſime & præſtantiſſime, propenſa voluntas, & amor à teneris meis annis, (fraterno ornatiſſimi HENRICI WIERI Treuirenſis Epiſcopi Archiatri ſimilimus,) geſtit animus gratitudinis meæ ſymbola quædam, cuiuſmodi ſaltem ſunt literæ, apud Exc. T. relinquere. Remorantur tamen me & obſiſtunt tua illa ampliſſima munia, negotia, ac ſtudia indefeſſa, quibus vereor, ne tædium potius importuno meo alloquio pariam, quã ſolatium aut delectationẽ aliquam adferam. Verumtamen, cum T. Excel. norim circa res medicas & chirurgicas libenter verſari, quæ modo raro contingant, & tua contemplatione ac ratiocinatione indignæ non ſint: (Nam ex illa, quam in Gallia, ac Italia, Florentiæ inprimis, comparaſti tibi rerum cognitione, & in iis tractãdis dexteritate, T. Excel. ac humanitas mihi ſæpius imperiuit, cum D. COSMO SLOTANO Chirurgo, E

experien-

A experientiſſimo operam darem.) Ideo hoc nomine auſus ſum tecum familiariter communicare, haud vulgare quiddam, quod non ita pridem in manus meas incidit, quodque Dei beneficio feliciter curatum eſt.

Anno 1601. menſe Octobri, Nicod. Eſtopey paganus de Trey quinquagenarius & homo robuſtiſſimus, acutiſſimo dolore colico, maxime ſub coſtis mendoſis lateris ſiniſtri, & ventris cōſtipatione correptus eſt. Cum autem nulla adhibuiſſet idonea remedia, & excrementa ſupra modum indurata, per anguſtiam (quam CASPARVS BAVHINVS Anatomicus & Botanicus inſignis, in colo inteſtino primus obſeruauit) permeare non poſſent, inteſtinum vero in ea parte excrementorum & flatuum copia turgeret, exacerbatus eſt dolor & cruciatus. Inde febris vehemens & continua, item vomitus, ſyncopæ frequentes, deliria, aliaque grauiora ſymptomata ſecuta ſunt, ita vt præſens vitæ periculum immineret. Accenſa in colo inflammatio degenerauit in abſceſſum, ſimul & excrementa, & lumbrici aliquot manarunt. Ego itaq; literis clariſſimi ac reuerendi D. IOHANNIS MERVLÆ apud Paterniacenſes Paſtoris vigilantiſſimi, & ABRAHAMI ESTOPEI ibidem Ludimoderatoris, aduocatus ægrum in extremis inuenio languoribus. Nam præter ſymptomata ſuperiora, ipſa quoq; excrementa toto bimeſtri per
B vlcus emanarant. Remediis tamen tum interius, tum externus adhibitis, dolor, febris aliaq; ſymptomata ſenſim remiſerunt: ita vt trimeſtri ſpatio, Deo gratia, priſtinæ ſanitati, nulla relicta fiſtula, reſtitutus fuerit. Qua de re hactenus.

Verum tamen aliquid præterea de extractione fœtus mortui familiariter, & amice dicam. Quam cum, nec immeritò, Celſus difficillimis operationibus annumeret, me tamen ad maximam facilitatem hanc reuocaturum, iuuante Deo, auſim profiteri. Cum enim frequenter in his locis ad eiuſmodi curationes accerſar, indies adminicula & artificia ad eius facilitatem maxime accommoda, cum felici curationum exitu, comminiſcor.

Hæc placuit ad te, vir vndiquaq; doctiſſime ac experientiſſime, de hiſce duobus Chirurgicis capitibus ſcribere, non modo vt te aliqua occaſione, poſt tantum ſilentium affarer, & de tua valetudine, & rebus, ſollicitum me teſtarer, ſed etiam vt tuum de iiſdem capitibus aucuparer iudicium. Cæterum Obſeruationum & curationum Chirurgicarum Centuriam, prælo ſubiiciendam paro: Meditor etiam de illa fœtus extrahendi methodo Tractatum. De Gangræna quoque, & ſphacelo paratum habeo tractatū, Germanica Lingua, multo auctiorem prioribus: quem, ſi Deus cœptis fauerit, Latinum dabo. Vbi ſup-
C petent ab impreſſione exemplaria, eorum dono mihi honorem abs te comparabo. Vale Æſculapia ſoboles, meque ama, vt facis Paterniaci Auenticorum. 5. Martii Anno 1601.

T. Exc. addictiſſimus & obſequentiſſimus.

G. Fabricius Hildanus.

ANNOTATIO.

Superioris curationis, & ſanationis, qua prædictus Nicod. Eſtopey Dei beneficio ad hunc vſq; annum 1605 fruitur præter cæteros commemoratos, teſtis eſt D. NATHANAEL Chambutus, verbi diuini miniſter, & Paſtor ipſius.

GALENVS WIERVS

Reuerendiſſim. Electoris Treuirenſis, &c. nec non Illuſtriſſ. Principum Cliuiacenſium, Iuliacenſ. & Montenſ. &c. Archiater, Guilielmo Fabricio Hildano Chirurgo præſtantiſſimo.

S. P. D.

TVas, ornatiſſime vir, non minus doctas, quam experientia plenas accepi literas, quæ mihi dupl[i]ci
D nomine fuerunt gratiſſimæ, tum quod locupletes amoris erga me tui indices ſint, tum vero quod ſingulare tuum iuuandæ Reip. artiſque medicæ ſtudium teſtentur, quorum vtrumque eximiam animi bonitatem arguit. Legi obſeruationem 54. de dolore colico, in abſceſſum inteſtini deſinente, quo externus rupto, fœtidiſſimum pus, excrementa, & lumbrici aliquot exierant; vnde æger poſtea commodis medicamentis, à te præſcriptis conualuit. Placet multum obſeruatio hæc, & curatio: quæ ſi remediis illuſtrata eſſet, magis magiſq; poſthac aliis vſui foret. De variis & admirandis abſceſſibus, plurima leguntur in *Tractatu de partu Cæſareo* D. FRANCISCI ROVSSETI Medici Galli, qui liber multa habet lectu vtiliſſima. Memini ego Monſpelii à præceptore meo D. LAVRENTIO IVBERTO Medico, & Profeſſore Regio celeberrimo, nobis oſtenſum fuiſſe cultellum obtuſum, qui panno obductus, ab opilione alteri cuidam vi in os ingeſtus, & per gulā demiſſus, lōgo tempore, & (ſi recte recordor) toto biennio in corpore delituit, donec abſceſſu in inguine facto excretus, & æger ope Chirurgi curatus fuit, qui poſtea ſeptennium adhuc ſuperuixit. Scribit etiam ANTONIVS BENEVENIVS de abditis nonnullis ac mirandis morborum & ſanationum cauſis. Hæc & ſimilia, quando occurrunt, notatu ac obſeruatu ſunt digniſſima. Macte igitur ingenio, vir amiciſſime, qua cœpiſti via, perge, & quam extrahendi fœtus mor-
E tui inueniſti rationem facilem, communica: Tum & alia, quæ præ manibus habes, aliquādo perfice, & in publicam vtilitatem profer. Interim vnicum illud, dum hæc ſcribo, in mentem venit, quod in Obſeruationibus tuis legi, ex meo relatu additum, de Verme in Cyſti fellis reperto, veriſſimum quidem illud eſſe, non vnum ſed duos fuiſſe vermes, qui in puella quadam hydrope mortua Monſpelii, cuius cadauer in hoſpitio meo ſecui, ſunt inuenti: quorum vnus adhuc inhærebat poro cholagogo declini, at alter penetrarat in hepar: quos ego non in veſicula fellis genitos, ſed ex inteſtinis per meatum illum expurgandæ bili deſtinatum aſcendiſſe exiſtimo, Cyſti fellis aquea bile vel aquoſo potius humore, quam felle referta in corpore hydropico: Hinc etiam alterum vermem penuria alimenti ad hepar penetraſſe veriſimile eſt. Calculis veſicam fellis confertam ſe deprehendiſſe inquit FERNELIVS *lib. 1. ſuæ med. ca. 7.* AN-

TONIVS BENIVENIVS idem affirmat: quod & ego in diſſectione obſeruaui, minuſque rarum eſt. A
Plura adderem, niſi Neiſel Rodium vocato mihi cum pharmacopœo iſtuc properandum eſſet. Ignoſcas itaq; feſtinationi & tumultuanti calamo. Bene vale cum ſuauiſſima coniuge, quam vna tecum ego meaque ſalutamus peramenter. Raptim Duſſeldorpii 16. Iunii Anno 1602.

OBSERVATIO LV.

Gangræna ex hernia inteſtinali, cum inteſtini eroſione curatio.

NObilis matrona MARGARITA à GLERESSE, ſeptendecim annis inſigni hernia laborauit, quæ circa annum ætatis ſexageſimum tertium, menſe Decembri anno 1597. torminibus maximis vexata eſt. Inteſtinum in abdominis rupturam impulſum, ac inibi retentum dolores non leues, ſimul & inflammationem aliaque grauiora ſymptomata conciuit. Vocatus demum K. Ianuarii 1598. inueni dextrum inguen gangræna affectum. Scarificato itaque tumore & cæteris, quæ ad gangrænæ curationem attinent, adhibitis, caro putrida & calloſitas rupturæ exciderunt: vnde ſymptomata, dolores, inflammatio, febris, tormina, lipothymia, nauſea & vomitus ſedata ſunt. ſed inteſtinorum materia, nondum penitus excrementoſa velut ilei & coeci, per abdominis rupturam excernebatur, circiter menſes duos. B
Ægra tamen multum mirantibus adſtantibus, fauente numine, ſanata & à ruptura perfecte curata fuit, nulla relicta fiſtula.

Vulnera inteſtinorum non eſſe prorſus deplorata.

Curationi ſæpius interfuere, qui & ſanationis teſtes ſunt, Nob. GABRIEL à BLONEY Baro en chaſtelart, & Nob. PHILIPPVS CERIATIVS Dominus de Deneii, & Reuerendus Claudius Merlinus Villetanæ & Culicenſ. Eccleſ. paſtor, Moyſes Bertetus, & plurimi alii, quorum etiam mentio facta fuit in prima Obſeruatione.

Ex his duabus iam recitatis Obſeruationibus, palam fit, inteſtinorum vulnera, non eſſe prorſus deplorata.

OBSERVATIO LVI.

De vermiculis, abſceſſu in reſica putrido rupto, cum vrina excretis.

VIRO

Clariſſimo & excellentiſſimo D. D. IACOBO ZVINGERO Baſileæ patriæ Medico, eiuſdemq; Academiæ celeberrimæ Profeſſori celeberrimo. C

VNdenam iſta immenſa tua in me beneuolentia, vir clariſſime & excellentiſſime, qua me, dum iam ſæpius ante, ac non ita pridem denuo paucis ante diebus, Lucullico & Platonico exceptus ſum conuiuio, complecteris? Reſpondere quidem par & æquum foret, ſed quid, aut quomodo? Ad ſilentium redigor. Tantis enim beneficiis obruor, vt quantumuis pro virili Excel. T. ſim promptiſſimus, ac talis, quandiu diuina nobis gratia vitã benigne conceſſerit, futurus ſim, iis tamẽ minime reſpondeam. Porro, vt tandem amicorum quorundam obtemperarem petitionibus, poſt meum à vobis diſceſſum, manum Obſeruationibus meis Chirurgicis admoui: In quibus cum caſum quendam (mea quidem opinione) non ita frequenter obuium annotatum expenderem, eundem T. Excel. in ſimilibus haud dubie in conſilium adhibitæ, inſcriptum, vt, ſi huius forſan argumenti haberet exempla, ea huic in gratiam ſtudioſorum ſubiicere, & pro ſummo innatoq; ingenii ſui acumine atq; doctrina, luculentius explicare minime grauaretur, meis hiſce Obſeruationibus inſerere volui. Iſte autem eiuſmodi eſt.

Anno 1591. menſe Iulio vocatus in Garrad, ad vxorem Hermanni Kickup (cuius antea quoque mentio facta fuit) quinquagenariam quidem, ſed tamen robuſtiſſimam, quam inueni laborantem vehementiſſimis circa imum ventrem doloribus, cum manifeſta duritie. Hæc vrinam & excrementa non niſi cum grauiſſimis doloribus, parturientis ſimilibus excernebat; febrim, quandoque etiam lipothymiam patiebatur. Purgato autem leniter corpore enematibus emollientibus, anody na interius: exterius D
fomentationes eiuſdem intentionis applicui. His per aliquot dies adhibitis, ruptus eſt tandem in veſica abſceſſus, iſque octo aut nouem diebus excretus fuit. Quoties vero ægra lotium reddebat (reddebat autem ſæpius) ſimul etiam multum puris fœtidi, innumeris ſcatentis vermibus (quales in caſeo naſcuntur) eminxit. Inde ſedati ſunt dolores aliaque ſymptomata. Poſtea iniecto per ſyphonẽ in veſicam diebus aliquot *decocto ex centaurio, abſynthio, hyperico ne, herniaria, cum vino albo, cui nonnihil mellis roſacei admiſcuelã,* perſanata fuit ægra; multiſq; poſt annis incolumis vixit.

Alia obſeruatio fere ſimilis.

Retulit mihi aliquoties COSMVS SLOTANVS Chirurgus præſtantiſſimus, ſe diſſecuiſſe cadauer hominis, non obſcuri nominis, cuius veſica ad magnitudinem capitis infantis, ſcirrho extenſa fuit. Laborauerat ille antea per annos aliquot, difficultate mingendi, cum maximis doloribus. Adhæſit autem vndique firmiſſime ſcirrhus corpori veſicæ, præterquam ea in parte, qua vreteres in veſicam ingrediuntur, vbi natura ſibi ductus ad penem vſq; pro excretione vrinæ reſeruauerat.

Tertia non abſimilis obſer.

Ante annos ſex Lauſannæ honeſtam matronam aliquoties cum clariſſimo D. D. ROSCIO Medico celeberrimo, & CLAVDIO MARIONE pharmacopœo peritiſſimo inuiſi, cui ſcirrhus magnitudinem pugni excedens, in ipſo veſicæ corpore concretus fuit. Magnitudo ſcirrhi tum immiſſo in E
collum matricis digito, tum ſtylo exploratorio, & cathetere, notari comprehendique facile potuit.

Quarta obſeruatio.

Anno 1599. Coloniæ Agrippinæ cum D. D. IOHANNE SLOTANO Medico celeberrimo, iuuenem virum curandum habui, cui ex caſu in dorſum, vrina retenta fuit. Multa ei remedia adhibuimus,

A nus, vrinam tamen niſi immiſſo cathetere vſque ad 17. diem reddere non potuit: demum rupto in veſi-
ca abſceſſu, pus fœtidiſſimum ſimul & vrinam libere excreuit, ac breui conualuit: vt aliàs fuſius decla-
rabimus, cum iam propter temporis anguſtiam plura non liceat inſerere.

Atque hæc ſunt, quæ ad T. Exc. Chirurgicarum operationum dexterrime adhibitarum amantiſſi-
ma hac vice ſcribenda potiſſimum duxi. ſuper qua te iudicium tuum exactũ videre perceperem. Deum
Opt. Max. oro, vt T. Exc. cum tota familia quam diutiſſime incolumem conſeruare clementer. velit.
Datum Paterniaci Auenticorum 6. Septemb. Anno 1604.

T. Exc. addictiſſimus & obſequentiſſimus.

G. Fabricius Hildanus.

IACOBVS ZVINGERVS

Guilielmo Fabricio Chirurgo Præſtantiſſimo.

S. P. D.

B

QVando ergo tu, peritiſſime Fabrici, plus mihi tribuendum exiſtimas, quam ego agnoſcam, haud
obſcure ſubinnuis, reipſa præſtare me debuiſſe, quod, ceu acceptum a me, plenis verbis extollis &
prædicas. Quicquid ſit, ingenuitatem tuam amplector, inprimis laudo conſilium tuum, quod cepiſti,
deſignandis iis operationibus, quas ſoleis [illegible] præclaro ſucceſſu toties obiuiſti. Probe monet Hip-
pocrates, decere nos [illegible], quod commodum de otioſis plurium commentatio-
nibus dici poteſt, quos præſtaret, ingeniorum ſuorum acumen, in vtilem medicæ artis, hoc eſt, opera-
tionis ſeu [illegible] ſcopum actorum traducere, quandoquidem intra ſcholarum vmbracula magni Me-
dici, plerumque, vocantur, vix tyrones futuri, ſi iam iam manus cum exitiali morboſo hoſte conferenda
eſſet. Recte ergo tu, & præcepta tenes Coi noſtri ſenis, & exemplum imitaris: quo præſens nobis, euen-
tus medicos, à ſe viſos, tum ab aliis ſ[illegible]orum ſacrariis appenſos, ſollicitius obſeruat, poſteriſque [illegible]
[illegible], quaſi per manus tradit. Et quamuis vniuerſalis quorumlibet morborum theoria, inprimis
ſi methodica fuerit, ſua vtilitate non caret, vt quæ bona ingenia, in viam medicæ [illegible], factis vere
principus, conſtituat, cum tamen ſit [illegible], ſingularium momenta omnia, ſic vti contingunt, in falli-
C bili decurſu præſignare, rectius ii, meo ſaltem iudicio, Medicæ œconomiæ ſed & humano generi, con-
ſultum volunt, qui experimentorum ſuorum hiſtorias, optatis euentibus nobiles, bona fide litteris de-
ſcriptas, publicitus communicarint. In his cum ipſe ſis, vt erectior ceptũ opus, elegantis ingenii probatiq;
iudicii tui condignum fœtum, emitteres, hac mea [illegible] hortandus & ſollicitandus videbaris.

Et quando tu mihi arduum affectæ vrinariæ veſicæ caſum expendendum porrexiſti, quantumuis
Chymicorum principiorum paulo altior conſideratio, hoc ipſo momento, me diuerſum abripiat, di-
cam tamen nonnulla, quæ iam venerunt in mentem, forte non ineleganter ad rem præſentis negotii
facientia.

Abſceſſus veſicæ eſt, quem deſcribis, euentu rarus, ſcitu digniſſimus. Cum enim tumor omnis in
abſceſſum demum abſcedens, ſit extra vaſorum ductum effuſi cuiuslibet humoris proles, dum conge-
ſtus partes ſibi mutuo incumbentes ſubleuat & attollit. ratio quidem non ſatis mente concipimus, quo
pacto concauam veſicæ ſuperficiem is liquido e[illegible]deat, ſi vna duntaxat, ſimplici tenuique, dura quan-
tumuis tunica, ſit contexta. Id enim ſtatuit Galenus cum excrementi ſeroſi duntaxat receptaculũ eſſet,
ſimplicis duræque membranæ amictum illi ſufficere. E contra, cum non obſcure alibi duas eidem vali-
D diſſimas attribuat, quas ne queat tranſſudando permeare vrina, quod Aſclepiadis erat ſomnium, euitata
priore dubitandi anſa, non diſſitemur, id, quod cum Hippocrate idem teſtatur Gal. affectionis iam di-
ctæ capacem eſſe veſicam. Et quamuis Galeni hæc duo loca nonnihil aduerſa conciliaturi, haud graua-
tim largiamur, cum plerique Anatomici præter vnam veſicæ propriam, etiam alteram obiiciunt, quæ fo-
rinſecus à peritonæo aduenit. harum quidem *primo naturalium facult.* meminiſſe Galenum, ſolius autem
propriæ, *quinto de vſu partium* hac vice tamen, non poſſum non præſtantiſſimo Archangelo Piccolomi-
neo, anatomico Romano ſubſcribere, qui præter eam, quam ſufficit peritonæum, binas alias obſeruat
proprias, quibus interius cruſtoſa quædam pellis integatur. Hinc enim contingit, quod tu quoque ex-
pertus dicis, vt dum proprias iam dictas infeſtet abſceſſus, rupta interiore, quæ tenuis eſt, in cauum veſi-
cæ ſe exoneret: cum in illi ſpatio, quæ inter peritonæi tunicam & veſicæ propriam intercedit, ſe inſinua-
ret, facilius peritonæi rupta propagine, abortum euaderet. Narrat Piccolomineus, eiuſdem lationis non
admodum diſſimile exemplum puellæ vndecim annorum, cui interiorem hanc tunicam humorũ acri-
monia deglubeerit, vt ſibi ex exterioris, inflammatione conſpicuæ, eam penitus carneam argueret. Hic
eſt locus [illegible]. Affectus tandem ipſe mihi in memoriam reuocauit Hippocratis Prognoſticum.
E Κύστι: [illegible]. Hoc tam apte & ad vnguem congruit affectui tuo, vt
mirum ſit, nihil dici ab Hippocr. quod ſe tibi impræſentiarum non obiiciat. Ergo quod deterius malum
eſt, maioreque cum ambiguitate iunctum: dolores ſat grandes & internecini, vt ægræ tuæ animi quoq;
deliquium arceſſiuerint, eo tu felicior Medicus es, qui veræ medicæque rationis ſuaſu ductuque, eidem
expugnando, ſtrenuam operam nauaſti: eo ipſo euentu, quem idem noſter ſenex feliciter [illegible]
prædiuinat: dum ſubiungit [illegible]. Diſſentit tamen à
te, qui fœtidum pus deſcribis, & vermibus innatis fœdum. Iacotius *in Coacis*, *Si pus*, inquit, *corruptum ap-
paret, cum fœdo odore & dolore, ſignificatur vlcus in ſe habere, cauum manſiſſe & ſordidum, aut in corpore veſicæ: è quo*

Aaaaa 3 cum

De deſignatione 66
5. de Vſu part. 11. & 12.
1 Natural. fac. 13.
2 Prognoſt. 71.
Lib. 5. Anat. Lect. 14.
Hiſtoria.
7 libro 2.
Comm. Lib. 6. ſect. 2 aph. 48.

cum vrina craſſa, modo ſanies, modo pus graueolens excidit, tandemque ſubſidet in imo. Ad melius nos ominari iubet curationis tuæ κατόρθωμα; quod nullius grauioris vlceris periculum ſecutum eſt. Ergo ſi vniuſmodi fuerit is humor, qui facto abſceſſu maturuit, albam & leuem hypoſtaſin cum Hippocrate tum præſtolabimur, ſin ſecus, & diuerſorum humorum putrida colluuies vitium faciat, qui poterit natura eodem caloris gradu, è diuerſis humoribus, eiuſdem læuitatis & caloris pus elicere? quãdo ne in ſanguinis quidem generatione id poteſt, vt omnes illius portiones, eiuſdem ſint ſubſtantiæ & accidentium. Ergo ſi materiæ labes interuenerit, non ea debilitati agentis naturæ, nõ alteri alicui grauiori damno aſcribenda eſt. Sic tu Fabrici vir ἀντάξιος ἄλλων, Hippocraticæ προγνώσει felici experimento auctoritatem dediſti; vt ipſe Hippocrates viciſſim, tuum hocce experimentum, θεσπέσιος vates, aptiſſime collineans prædixiſſe videtur. Quanto ergo maior eſt, & inconſtans coniectura Medicæ artis, tanto præſtantiores Medici ii demũ futuri ſunt, qui certas vniuerſales, ex incertis ſingularibus, mira iudicii felicitate condere poſſunt. A

Coronidis loco, non pigebit cuiuſdam affectus breuem delineationem tibi ob oculos collocare, qui exterioribus ſignis illi tuo nonnihil aſſimilis, commodum hunc diſquiſitionis locum non reſpuere videtur. Virgo 40. circiter annorum, equo exterrito deiecta, λειποθυμίαν incurrit: Subſequentibus diebus, ſub vmbilici regione, tumoris ſubnaſcentis inditia animaduertit, quę incrementis prouecta, ad pilę ſat grandis magnitudinem hoc ipſo tempore excreuit. Ad tactum durus eſt tumor, à carne incumbente, vt præ ſe fert, liber, grauioris doloris expers; quanquam, dum fluunt menſes, (fluunt autem præter ordinem frequenter, vt ægrius non ſemel adficiatur) exacti ſenſus, tangentis vel incumbentis moleſtiam, quantumuis leuem, non ferat. Vrinam inoffenſe veſica excernit; in meatu tamen, neſciens quibus obſtaculis intercepta, exiguam moram trahit, dum libere, haud vllo doloris ſenſu proſiliat. Conſiderandũ hic eſt, vbi ſtabuletur malum, vterone, an veſicæ, vel ſaltem meſenterio, aut omento adhæreat. Momus ille Homericus, in homine, quem fabricarat Vulcanus, feneſtratum pectus requirebat, quo recluſis penetralibus viſui offerret ſe, quicquid illic fraudium lateret abſconditum. Quod ſi nobis, Medicis votis agendum eſſet, tales ſenſibus noſtris aditus, vel ſaltem lynceos oculos exoptaremus, quibus nequicquã externi corporis integumentis obſiſtentibus, in abdita penetraremus, adfecti loci cum morboſo hoſte conflictum libere perſpecturi, ὦτα γὰρ ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. At cum paciſcendum ſit nobis cum diuerſorum ſignorum aſſiduo concurſu, quanto cum periculo, ſæpius, quam par ſit, id fiat, tam mihi probe cognitum eſt, vt quid de præſenti caſu ego conſtituam, tantiſper ἐπέχω, dum tuam ſententiã inaudiuero. Opt. Vale Vir Clariſſ. Baſileæ 7. Nouemb. 1604. B

C

Observatio LVII.

Colica ex vermibus quomodo curata.

PVella 12. annos nata, eaque mihi ſanguine iuncta, grauiſſimis doloribus colicis vexabatur; febris continua, & ſyncopæ frequẽtes aderant. Ego vocatus enemata aliquot anodyna, & flatus diſcutientia exhibui. Exterius fomentationem *ex floribus chamameli, meliloti, ſemine carui, aniſi, fœniculi, fœnigraci, folia & radicibus maluæ, althea & ſimilibus*, applicui. Sequenti die *infuſionem rhabarbari ex aqua abſynthii parumque benedicta laxatiua* propinaui: quibus tamen dolor non ceſſauit. Tandem adhibito clyſtere ex lacte recens mulcto, globulum vermium pugni magnitudine, vltra ſeptuaginta lumbricos adeo intricatos & conglomeratos complectentem, vt ſeparari vix potuerint, aluum exonerando, excreuit. Quo facto, dolor reliquaque ſymptomata, quibus antea vexabatur, illico ſedata ſunt. Et breui poſt tempore priſtinæ ſanitati reſtituta fuit.

Observatio LIIX.

De dolore colico. D

QVadragenarius quidam in ſiniſtro latere maximis doloribus cruciabatur: quos Medicorum nonnulli ex calculo renis ſiniſtri, alii ex ſplene originem ducere rebantur: Ego aduocatus ex flatibus & excrementorum retentione in colo; id quod etiam euentus demonſtrabat. Exhibitis namque enematibus & fomentationibus, inunctionibuſque emollientibus, & anodynis, excrementa prædura & ſanguine circumcirca cooperta eiecit. Purgato deinde corpore *electuario benedicta laxatiua* ℥ß. *cum decocto agrimoniæ, cuſcutæ, capilli veneris, ſeminis aniſi, fœniculi diſſoluto, & aquam cinamomi aromatizato*; pleniſſime conualuit.

ANNOTATIO.

Cur dolores colici in ſiniſtro latere exacerbentur.

Dolores Colicos vt plurimum in ſiniſtro latere ſub coſtis mendoſis exoriri & exacerbari, iam plaries obſeruaui. Id autẽ accidit propter coli in ea parte anguſtiam, quam doctiſſimus D.D. CASPARVS BAVHINVS Anatomicus & Botanicus inſignis, & Ducis Wirtenbergenſ. atq; comitis Montpelgardenſis Medicus ordinarius, primus animaduertit. Cum enim excrementa in ſuperiori & capaciſſima coli inteſtini parte in globos magnos, prout capacitas inteſtini ferebat, indurata, à flatu verſus hanc anguſtiam magna cum violentia pellantur; accidit, vt non niſi ſummo cum dolore permeare poſſint. Id quod diligenter animaduertendum, ne huiuſmodi dolores colici, cum dolore ſplenico, nephriticove, ægrotantium damno confundantur. E

Observatio LIX.

Ex vermium abundantia eroſio gingiuarum, ex qua tandem mors ſecuta eſt.

CViuſdam honeſti ciuis Duſſeldorpenſis puer, eroſione gingiuarum à longo tempore grauiſſime vexabatur. Multa variaq; remedia tam interna, quã topica à D. COSMO SLOTANO Chirurgo præſtan-

A præſtantiſſimo ipſi præſcripta & adhibita fuere, fruſtra tamen omnia. Tandem vitam cum morte commutauit. Aperto corpore tanta inuenta eſt abundantia vermium, vt aliquib. in locis inteſtina eroſerint, multiq; in vacuo ventris reperti fuerint.

OBSERVATIO LX.

Lapis in veſica fellis, item Vermes.

GENEROSVS CONRADVS à Steinberg pituitoſus & cacochymicus, obſtructionibus viſcerum vlcere maligno ad genu ſiniſtrum, interdum etiam ictericia annis aliquot laborauit, ac tandē obiit ex febri Duſſeldorpiæ Septembr. 26. 1582. Incidi & condiui cadauer cum præſtantiſs. COSMO SLOTANO, coram clariſs. ac doctiſs. D D. REINERO SOLINANDRO, & GALENO WIERO. In veſica fellis inuenimus lapidem duriſſimum ad nucis iuglandis magnitudinem, anterius atrum, poſterius croceum.

ANNOTATIO.

CONCRESCVNT lapides in corpore humano ex viſcidis & pituitoſis humoribus calefactis. *Lapides in corpore humano vnde fiant.*
B Et quamuis id in veſica fellis propter viſcidi humoris abſentiam perrarum ſit, aliquoties tamen inuentum DODONÆVS etiam annotauit.

Sed quid rarius, quid admirabilius, quam gigni vermes in veſica fellis? Attamen doctiſs. & præſtantiſs. D. GALENVS VVIERVS Illuſtriſs. Principis Iuliac. Cleuenſ. & Mont. Archiater vir probus & fide digniſſimus, in illa diſſectione, ac deinde ſæpius domi ſuæ Duſſeldorpiæ, mihi priuatim retulit, ſe inueniſſe vermes in veſica fellis. Quod ſane mirabile, cum nihil ſit in corpore humano felle amarius: cumque & hominibus, & brutis, ipſisq; adeo plantis, vt teſtatur Galenus, amara omnia aduerſiſſima ſint, & ad nutricationem inepta. Quæ iis autem de his vermibus fuerit opinio clariſs. ac doctiſs. D. D. VVIERI, paulo ante ex ipſius epiſtola, ad me ſcripta, videre licet. *Vermis in veſica fellis.*

OBSERVATIO. LXI.

Ex ſcyrrho & vlcere cancroſo in inteſtino cæco exorta iliaca paſſio.

C THEODORI auff der Keulen in Hilden puerum aliquoties inuiſi, qui dolore fixo & continuo ſub regione hepatis per annos aliquot laborauerat. Eo tandem ex grauiſſima Iliaca paſſione mortuo, vocatus ſum, vt cauſam præcedentis doloris inquirerem. Aperto corpore inueni inteſtinum cæcum contractum, in inteſtinum ileum ſeſe inſinuaſſe, idque oppleuiſſe adeo, vt nihil ex ſuperioribus inteſtinis ad colon permeare poſſet; inde iliaca. Denique fiſſo ileo, & exempto cæco, id vbique inflammatum & prætumens inueni. Præterea ſcyrrhus exulceratus, aut potius cancer exulceratus in ipſius cæci inteſtini fundo conſpiciebatur.

ANNOTATIO.

Diuerſæ conſtituuntur cauſæ iliacæ paſſionis, quam nonnulli Miſerere mei appellant. Præcipua autem eſt *ilei conſtrictio & coarctatio*. Itaque huius rei indagandę cauſa diuerſa cadauera inſpexi: & quamuis vt plurimum fœtor adeo teter erat, vt vix poſſent exquiſite omnia conſiderari, id tamen in omnibus hactenus obſeruaui, principium & originem huius morbi fuiſſe circa inteſtinum cæcum: hoc eſt, ſacculum, qui in fine ilei & coli principio conſpicitur. *Iliacæ paſſionis cauſa.*

D Quamobrem exiſtimo valuulam, quam præſtantiſs. D. CASPARVS BAVHINVS Anatomicus & Botanicus inſignis in principio inteſtini coli inuenit, primum ex inteſtini cæci inflammatione adeo contrahi & conſtringi, vt plane nihil excrementorum permeare poſſit: ſicque accreſcere inflammationem, vt tandem totum inteſtinum ileum, imo & circumiacentes partes gangræna & ſphacelo corripiantur vt obſeruaui in omnibus, quos præter prædictum puerum hactenus diſſecui.

OBSERVATIO. LXII.

Cultri oblongi dimidium lumbis infixum, biennio poſt extractum eſt, relictaque inde fiſtula, ſanata.

ANno 1591. adiit me iuuenis robuſtiſſimus optimiq; habitus, laborans perangusta quidem, ſed profunda & perpetuo dolorifica fiſtula, ad dextram ſpinæ dorſi partem, circa quartam vertebram lumborum Is narrabat ſibi ante biennium cultro illatum vulnus, in quodam tumultu: quod à nemine hactenus curari potuiſſet. Dilatata fiſtula *trochiſcis de minio & ſpongiis præparatis*, item *radicibus gentianæ*, inueni in ima parte oblongi cultri dimidium, cuius mucro defixus fuit inter tertiam & quartam vertebram,
E reliquum callo obductum. Inciſo callo extraxi cultrum: cuius longitudo cum latitudine hic ſpectatur. Ex in mundificato vlcere, cum *puluere præcipitato*, & *vnguento*, quod *Apoſtolorum* vocant, iuuenis breui tempore conualuit.



Id autem hic inſigne eſt, quod à vulnere accepto, ad extremam curationem, vix vnquam febricitarit: nedum paſſus ſit inflammationem, ſpaſmum, dolorem acutiſſimum, & reliqua ſymptomata, quæ ſolent ſaucio dorſo accidere grauiſſima.

OBSERVATIO LXIII. A

Abſceſſus ſub pſoa muſculo inciſus & curatus.

COSMVS SLOTANVS Chirurgus præſtantiſſimus, in Gerſheim / ad honeſtam matronam acceſſitus, eam inuenit decumbentem cum acutiſſimis doloribus circa lumbos, febre leipothymia, & vrinæ difficultate. Is cum ex doloris ſpecie, aliiſque indiciis cognouiſſet apoſtema eſſe internum (externus enim nihil apparebat, nec tactu quicquam apprehendi poterat) nimirum ſub pſoa muſculo, qui Veſalio femur mouentium ſextus & *ſeptima muſculorum tabulæ & octaua* θ notatus eſt, vitæ periculum prædixit: niſi forte aperto latere illo, contentus humor efflueret. Annuentibus amicis ipſe ad ſpinæ dorſi latus, cutim & muſculos exteriores ad pſoam vſque incidit nouacula. Effluxit copioſus humor purulentus & fœtidus. Ab eo tempore mitigata ſunt ſymptomata omnia, & ipſa breui reſtituta, vixit & valuit multos annos.

In quibus Vlceribus & Vulneribus iniectiones per ſyphonē vitandæ.

Vlcus ad menſes aliquot turundis, cum ex *radicibus gentianæ*, tum & *ſpongiis preparatis* factis, & *medicamentis mundificantibus & abſtergentibus illinitis*, apertum retinuit. Poſtea ſarcoticis carne impleuit. Ab iniectionibus tamen, quæ ſyphone fiunt, plane abſtinuit. Quod etiam in omnibus aliis vulneribus & vlceribus ſiue ea in pectore, ſiue in inferiori ventre fuerint, obſeruandum. faciliſſime enim pars aliqua iniectionis in vacuum pectoris aut ventris delaberetur, ibique non leuiora ſymptomata, magno cum periculo ægrotantis, excitari poſſent. B

Similem plane curationem, feliciter abſoluit IOHANNES GRIFFONIVS Chirurgus præſtantiſſimus; vt ex literis humaniſſimi atque doctiſſimi viri D. D. CLAVDII BOVCARDI in Academia Lauſannenſi Philoſophiæ Profeſſoris celeberrimi, ad me miſſis, apparet, quas hic ſubiicere viſum eſt.

GVIL. FABR. HILDANO
Viro Clariſſimo, Chirurgo Doctiſſimo
CLAVDIVS BOVCARDVS
S. P. D.

QVod à me poſtulaſti, Vir ornatiſſime, vt quam medendi rationem ante aliquot annos inijerit D. IOHANNES GRIFFONIVS, Chirurgus apprime expertus, quamque methodum ſecutus fuerit, in aperienda interiore vomica, tum ab eo, qui perſanatus eſt, & etiam nunc apud nos ſuperſtes & ſanus viuit, diligenter inquirerem, tum quæ ſatis explorata forent, ad te fideliter perſcriberem, omnino mihi perficiendum eſſe, facile in animum induxi. Etſi enim mihi in mentem venit, te, qui rerum medicarum & chirurgicarum longe es peritiſſimus, ab homine ipſo coram percontando, multo melius omnia, & ſingula morbi accidentia, comprehendere animo potuiſſe. Quia tamen ſenſi de hac re meum à te requiri iudicium, non committendum putaui, vt officium meum, quod cæteris omnibus in rebus tibi debetur, quas tu pro tua dignitate, & amicitiæ iure deſiderare ex me potes, in hac vna defuiſſe videatur. Quomodo igitur in hac curatione ſeſe geſſerit D. GRIFFONIVS, paucis nunc aperiam, prout mihi narrauit is, qui ab illo ſecundum Deum in bonam valetudinem eſt reſtitutus quiq; non ita pridem ludimagiſter in pago Verbigenenſi, nunc Lauſannę apud nos habitat: vir probus & mihi familiariter coniunctus. Hic anno 1585. iuuenis adhuc annum agens prope vigeſimum ſeptimum, dum ex Cinecii montis faſtigio, ad radices deſcendit, in ſemita admodum procliui, ſibi minus proſpiciens, repentino impetu cecidit ſupinus. Et quod ad mali cumulum acceſſit, enſis en ſcapulis ſub coſtis nothis, & rene ſiniſtro interceptus, lumbos non leuiter contudit atq; obtriuit. Neq; tamen tunc temporis, aut ſe magnopere læſu, ſenſit aut ab incœpto itinere deſtitit. Poſt aliquot deinceps dies remiſſus primū dolor, in parte lumborum ſiniſtra ab eo perceptus eſt, qui ſenſim tamen creuit, vt ad cruciatum, tormentiq; vim accederet. Hinc vigiliæ aſſiduæ, appetētia deiecta, cum interim nec ſitis magna, nec febris admodum ſenſibilis, hominem affligerent. nec vero etiam in affecta parte liuor, aut tumor, aut macula extrinſecus omnino appareret ſed plana omnia, & à naturali ſitu, coloreue nullatenus diſcrepantia. Quod rei ipſius euentus poſtea perſpicue docuit, ingens humorum vis ex vniuerſo corpore ad eum muſculum ſeceſſerat, qui ſimiliter eſt duorum dorſi internorum, quos pſoas Græci dicunt, quique ad penitiores lumborum partes diſpoſiti, renibus ſubſternuntur. Quippe lapſus ille *ſupra* commemoratus, & vehementior contuſio, in eam partem fluxioni occaſionem dederat. Ibi in anguſtiis humores conclusi prohibita tranſpiratione, facile computruerunt, & mole ſua verum abſceſſum effecerunt. Nam vt docet Galenus *primo lib. de different. febrium cap. 3. promptiſſime putreſcunt omnia calida & humida, in calidis locis contenta: niſi diſſlari ipſa & refrigerari contigerit.* Idem *lib. 11. & 12. meth paſſim.* Porro quis humor in hoc abſceſſu dominaretur, ſi quod ſentiam, quæras. Exiſtimo, quamuis cæteri non defuerint, pituitam tamen quantitate plurimum ſuperaſſe. Huiuſce rei argumentum mihi ſuppeditant ſymptomata ipſa. Nam bilis præſertim flaua, vbi computruerit & præter naturam incaluerit, ſi in alios humores dominium obtinet, inflammationem vehementem & febrium citiſſimi motus, ſenſuſque ipſos acutiſſime ferientem excitare ſolet: hic autem febris adeo, vt ita dicam, obtuſa fuit, vt vix ſenſibus perciperetur. Præterea cum ſiti non premeretur æger, quid inde aliud conìectare licet, quam in cacochymo corpore pituitam tantopere redundaſſe, vt ea ventriculi tunicæ penitus imbutæ, cibum quidem omnem faſtidirent, verumtamen nullo potus deſiderio nimis humidæ ipſæ tenerentur. Accedit, quod iuuenis ad multos annos in locis maritimis commoratus fuerat, vbi, ſicut retulit, piſcibus, & id genus eſcis pituitoſis victitare conſueuerat. Dolores intenſi partim eſt nonnulla inflammatione naſcebantur, partim ex membrana-

Hi ſunt muſculi, qui trifidi, id eſt, ſolū omnib. corporis muſculis in tres tendines deſinunt, ad vertebras dorſi & femoris motum a natura comparati: vt autor eſt Galenus in 2 de Anatom. adminiſtrat.

C D E

A branarum, neruorum, aliarumque ſentientium partium diſtentione, quæ nimia humorum copia ſupra modum turgeſcentes inſtantem ſolutionem præſentiebant. Denique ex acutis doloribus ſomni capeſſendi facultas adempta. In hoc valetudinis ſtatu conſtitutus homo, Geneuam (à qua ciuitate tum forte proxime aberat) à ſuis perducitur. Ibi à quodam Medico (cuius nomini de induſtria parco) tanquam nephriticus habitus & exceptus eſt, cui renis eius ſubſtantiam vel phlegmone laborare vel quoquo modo obſtructus, ipſum iis omnibus potionibus intus proluebat, quæ & inflammationem ſedare, & calculum extrinſecus diſturbare potenter valent. Sed perperam, nam nec *mictio ardens & laborioſa, nec vrina mucoſa, nec vrina arenoſa, quæ ſunt ἀληθινὰ τῶν νεφριτικῶν* ſigna, ſeſe oſtentabāt, ſed contraria & naturalia omnia. *Nephritidis vera ſigna.*
Quapropter vbi poſt multos dies non ſuccedit medendi methodus: Tandem à pharmacopœo ad D. IOHANNEM GRIFFONIVM adductus eſt. Qui confeſtim, quod alium quendam ſimiliter affectum non ita pridem curauerat, totum, quod erat morbi & mali cognouit, & infirmo iuueni diſerte explicauit, ac ſi nulla ars naturæ hac in parte deficienti & impotenti opem ferret, putrique intus concluſo exitum quoquo modo pararet, ingentem illi imminentemq; perniciem prædixit. Nimirum fore vt diſrupto tandem ad partes interiores abſceſſu, humores noxii in *κοιλίας* diffuſi, & in abdominis capacitatem
B dilatati, renum ſubſtantiam, peritonæum, & ſenſim viſcera corrumperent: præter quam, quod tetri vapores dubio procul ex tam lutulenta ſentina in cordis ſinus eſſent aſcenſuri, qui tum febrilem & accidentarium in eo calorem accenderent, tum natiuum ſuffocarent & extinguerent, tum ſpiritus per vniuerſum corpus ſpargendos labefactarent. Ex his non poſſe vitam in certum diſcrimen non adduci. Quibus acceptis æger totum ſe beneuoli Chirurgi commiſit arbitrio. Hic vero quamprimum iſtud curauit (qua in re ſingularis eius eluxit induſtria,) vt materia, quæ vniuerſam lumborum regionem occupabat, in vnum eius locum, adhibitis medicamentis, potenter ex alto trahentibus, conuocaretur: vbi ſcilicet & præcipua vaſa pauca eſſent, & motus inſtrumenta, minus inter operandum lædi poſſent. Quod poſtquam ſtylo argenteo partem ſæpe ac ſæpe pertentans, ex doloris ſenſu aſſecutū ſe eſſe vidit, illico (neglecta purgatione præuia, quam æger paulo ante cum magna virium iactura multoties ſuſceperat) ad latus ſiniſtrum, quartæ lumborum vertebræ, nouacula ignita vulnus inflixit, profundum certe quantum digiti indicis longitudo ex vola prominet, ſicut ex penicillo poſtmodū iniecto licuit conicere. Tum nihilominus duobus digitis in illud idem vulnus intromiſſis, quo patentior fieret exitus, pus ex eo copioſum effluxit. Poſito vero vacuationi iuxta artis præcepta modo, Chirurgus ægroto peniculū, ſeu (vt vocant)
C turundam argenteam imperauit, qua vnguentis purgantibus & detergentibus illita, ad aliquot menſes vteretur. Quæ vbi ad amuſſim obſeruaſſet, & decentem viuendi rationem tenuiſſet, vulneris labra ſpōte coaluerunt, ſic obducta cicatrice, vt fiſtuloſum nihil aut dehiſcens, relictum fuerit, ac demum ita de integro conualuerit, atq; in ſanitatem reſtitutus eſt, vt poſtmodū nec in femoris erectione, nec in dorſi inflexione, nec in vlla actione naturali, difficultatem ex prædicto vulnere vel abſceſſu, vllam vnquā ſenſerit. Hæc ſunt, Doctiſſime vir, quę de hoc argumento mihi pro Epiſtolæ breuitate ad te ſcribere licuit: multo plura congeſturus, ſi & me ſcribendi modus inuitaſſet, & grauiores occupationes conceſſiſſent; verum de his, quæ deſunt, coram inter nos alias. Tu interim opera noſtra vtere, & me, vt facis, amicus amicum ama. Vale ex Muſæo meo 4 Idus Nouembri 1604.

OBSERVATIO LXIV.

Infans eruptione facta matricem lacerat, totoque capite in ventris capacitatem delapſus, & contracta matrice, ſtrangulatus deprehenditur.

D ANno 1593. 21. Aprilis Coloniæ, præſentibus Clariſſimis & Doctiſs. IOHANNE SLOTANO ET HENRICO PALANTIO M. D. D. diſſecui aurificis vxorem, habitantem in platea, quæ appellatur larga, ex partu mortuam. Comperta eſt matrix erumpente infante lacerata, eiuſque caput in læuam ventris capacitatem dimiſſum; eademque matrix, pars neruoſa, circa infantis collum contracta, quæ ipſum procul dubio ſuffocarat. Mater totos vndecim dies parturiens fuerat, obſtetricibus, meq; tandem ipſo pridie ante obitum, fruſtra adhibitis: cum multo ante mortuus eſſet infans, in vtero ſolo extante læuo brachio quod propendebat.

ANNOTATIO.

Abſoluta ſuperiori editione, relata mihi nonnulla ſunt ab obſtetrice quadam aliiſque matronis, quæ in parturientis agone adfuerant, quæ hic adſcribere libuit. Aiunt vero anguſtiſſimi oris matricem fœminę iſtius fuiſſe vnde magnus extans fœtus, per viam anguſtam erūpere nequiuerit, robuſtus quantumuis fuerit. Anguſtiam autem illam partim naturalem, partim quoq; ab ætate (agebat enim tum trigeſimum ſeptimum, aut circiter annum, neque vnquam antea vterum geſtauerat) fuiſſe arbitror. Exhi-
E bita præterea ipſi fuit à matrona quadam potio validiſſima ad fœtum expellendum, ex qua parturientis dolores & conatus adeo exacerbati ſunt, adeoque fœtus commotus eſt, vt petens cum impetu exitum, ſed viam nimis ſtrictam inueniens, vterum dilacerarit. Ex quibus perſpicuum fit, hoc genus remedii non niſi prudentia & conſilio magno adhibendum. Ante omnia autem inſpiciendum an membrum genitale ſatis aptum ſit, an etiam fœtus eius ſitus talis ſit, vt naturæ & medicamenti beneficio expelli poſſit: alioqui ſi arcta nimis inuenitur via, antequam exhibeatur potio, erit relaxanda, emollienda, & lubrica facienda. Si vero fœtus ſitus eſt vel trāſuerſim, vel oblique, vel quouis alio modo præternaturali, tunc reducendus eſt manu, inuncta oleo liliorum alborum vel amygdalarum dulciū, ad naturalē ſitum antequam exhibeantur potiones illę violentæ. Hęc in iuniorū Doctorum, & Chirurgicorū, cōmunisve *Cautio.*
vtilita-

vtilitatis gratiam in medium adducere placuit, donec tractatum noſtrum de extractione fœtus mortui A
in lucem edamus, & particularia multa, eaq; vtilia ad hanc operationem, declaremus.

OBSERVATIO. LXV.

Inciſo corpore, abdita ſterilitatis cauſa inuenta.

SExagenariam matronam, quæ binis nuptiis ſterilis fuerat, cum D. IOANNE GRIFFONIO Chirurgo Præſtantiſſim. Clariſſim. D. D. IANO ANTONIO SARACENO Medico regio, diſſecui. Perquiſita diligenter ſterilitatis cauſa, inuenimus ſcirrhum circa orificium fundi vteri, qui inſtar annuli collum matricis circumdabat, adeoque vterum claudebat, vt ſtyli acies vix immitti poſſet: vnde nihil mirum, quod in coitu ſperma à matricis ingreſſu perpetuo arceretur.

OBSERVATIO LXVI.

Alia abdita ſterilitatis cauſa, quæ per diſſectionem innotuit.

NOn multum à ſuperiori ſterilitatis cauſa diſcrepabat hæc ſequens. Honeſta quædam matrona in primo puerperio inflammatione vteri laborauerat, curata tandem ſterilis manſit. Cum autem poſtea morbo acuto extincta eſſet, corpus eius præſente Clariſſim. D. D. IANO ANTONIO SARACENO Medico regio, diſſecui, atque in ceruice ante orificium fundi vteri, ſcirrhum magnitudine oui B anſerini inueni, ipſi adeo adhærentem, vt vnum videretur corpus, nec vllo modo ab ea diuelli potuerit. Propter hunc ſcirrhum ſemen virile ad vterum penetrare non potuit. Nemini igitur mirum videri debet, quod Medici aliquando in ſterilibus fruſtra ſibi multa negotia faceſſant. Huiuſmodi enim cauſæ Medicos latent, aut ſi non lateant, eæ tamen non niſi ab ipſo Deo (qui vuluam claudere, 1. *Sam.* 15. & aperire, *Geneſ.* 29. 31. dicitur) auferri poſſunt.

OBSERVATIO. LXVII

Ex ſcirrho matricis difficultas parturiendi.

HOneſta quædam matrona, Luſtriæ ad marginem Lemani lacus, totos ſex dies parturiens fuerat. Ego tandé aduocatus ipſam in agone mortis comperio. Nam ea ipſa nocte è vita deceſſit: ſequenti vero die corpus aperui. Vterum laceratum, & caput infantuli in ventris capacitatem dimiſſum inueni. Huius autem difficultatis parturiendi cauſa fuerat ſcirrhus, qui magnitudinem capitis infantuli propemodum adæquabat, matrici tamen non vſque adeo, vt ille, de quo *in præcedente Obſeruatione* mentionem feci, adhærebat. Hic igitur ſcirrhus obſtitit, quominus vterus tempore prægnationis ſeſe ſatis extendere, & parturientis violentum motum fœtus ſuſtinere potuerit. C

OBSERVATIO LXIIX.

Ingens calculus ex imo veſicæ fundo in nobili muliere extractus


VEſicæ vulnera, quia ſunt vt plurimum exitioſa, non immerito inter lethalia cenſet Hippocrates. Attamen cum læſa veſica conualeſcere aliquos, cum alii, tum etiá mihi ex ſequenti hiſtoria, cópertú eſt.

Nobilis matrona VRBANA PROVX vidua DANIELIS HVGONINI Viuiacenſis patritii, biennio miſerrime cruciata eſt calculo in veſica. Ego tandem adhibitus, partim cathetere in veſicá immiſſo, partim impoſito in matricis collum digito, calculum oui gallinacei magnitudine ſenſi, à quo cótinuis iiſque acutiſſimis dolorib. afficiebatur, vires plane proſtratæ erant, vnde ægra pariter cum adſtantibus de vita deſperabat. Pluries rogatus, ac tandem victus ipſius decumbentis & affinium precibus, vt calculum extraherem, ante omnia cum totum corpus, tum in primis partem affectam præparaui hunc in modum. Primo leui quodam medicamento ægram purgaui: vires, quantum potui, cibis euchymis, itemq; potionibus cordialibus, & epithematibus reſtauraui. Deinde dolores, quoad fieri potuit, emollientibus fomentationibus, & anodynis, veſicæ regioni appoſitis, & ſyphone in ipſam iniectis, ſedaui. Tum leniculum vlcus ex ipſo veſicæ fundo in collum matricis ad vteri orificium intrans deprehendi, quod calculus ſua cum aſperitate, tum pondere eroſerat, quodq; vna cum calculo, quoties recta ſtaret D ægra, acie digiti indicis in collum matricis immiſſi, facile deprehendere poteram.

Præparatio ad extractionem calculi veſicæ.

Die igitur 28. Iulii 1598. apparatis omnibus ad operationem neceſſariis, ipſaque ægrota in ſede parturientis collocata, veſicam *oleo amygdalarum dulcium* ſyphone immiſſo impleui: (Sic namq; reddebatur lubrica, & ab lapidis aſperitate vindicabatur) Deinde ipſo vlcere nonnihil partim digiti opera lacerato, partim cultelli acie ad veſicæ collum inciſo, ac per ipſum immiſſis tenacula & idoneo vnco, calculum (vti dixi) ad oui gallinacei magnitudinem, citra vim, hæmorrhagiam, doloremq; magnú, eduxi. Ab operatione ventré & totú inguen, defenſionis gratia, *oleo roſaceo & myrtino* inunxi. *Peſſarium ex ſtupis, albumine ouorú imbutum,* matricis collo indidi, triduo *aquam plantaginis cum oleo amygdalarú dulcium* (ad dolores ſedandos) tepide iniеci. Poſtmodú *decocto petroſelini, aſparagi, bruſci, Herbæ herniariæ, ſaxifragiæ, & ſeminú petroſelini, geniſtæ, & aniſi, cum melle roſaceo miſto* veſicam quotidie ablui. Sic diuino auxilio, nullis ſuperuenientibus ſymptomatibus reſtituta & perſanata fuit: & vſq; ad hunc anú 1604. quo hæc ſcripſi, bona valetudine fruitur.

Delineatio lapidis prædicti.



E

Teſtes ſunt reuerédi IOANNES ROLANDVS, ET IOANNES SAMPAVLINVS Eccleſiæ Viuiacéſis Paſtores, Nobilis MICHAEL PROVX, ET IACOBVS PROBVS, eiuſdé loci Pharmacopæus exercitatiſſimus, qui operationi huic interfuerunt.

OB-

A

Observatio. LXIX.

Trecenti maiores calculi biennio excreti.

ANno 1599. 14. Aprilis, GODDART VAN BIESTE ciuis Colonienſis homo fide digniſſimus, Nobiliſs. Doctiſſimoque Viro D. CAROLO VTENHOVIO, me præſente narrauit, ſe cognouiſſe adoleſcentem quendam tredecim annos natum, eumque filium HENRICI VAN GVSTEN ciuis Colonienſis, qui excernebat per membrum virile lapides diuerſi coloris, quorum nonnulli caſtaneæ magnitudinem ſuperabant, idque ſuis ſe oculis vidiſſe affirmabat. Nos huius rei admiratione moti, matrem eius, Steingen Van Guſten nomine, pariter adiuuimus, ad rei huius veritatem diligentius inquirendã. Illa, quæ Bieſte nobis paulo ante declararat, plane affirmauit, ſcilicet filium ſuum Petrum nomine, ab anno 13. vſque 15. ætatis calculo laboraſſe, quo tempore circiter trecentos lapides per membrũ virile (quorum nonnulli aut nucis aut caſtaneę magnitudinem adæquaſſent) magno cum dolore & ſanguinis profluuio excreuiſſe, donec tandem anno 1597 peſte correptus obiiſſet. Nobiſq, huius rei maiore quam antea admiratione ductis, monſtrabat pixidem, in qua plures quam ſeptuaginta, diuerſi coloris
B eorum lapidum aſſeruabat: nonnulli autem erant pellucidi, flaui, fuſci & rubri, non aliter, quam ſi in ripa Rheni fuiſſent collecti: Ex quibus aliquot mihi ipſa dedit, quorum aliqui ad ſemunciam fere pendunt, quos ego penes me cõſeruo. An autem hic fuerit naturalis morbus necne, aliorũ iudicio relinquo.


Observatio. LXX.

Puella tabeſcens appetitu minime priuata.

SOlent nauſea & cibi faſtidium comitari tabem. Vidimus tamen Coloniæ Agrippinæ puellam 14. annos natam, quæ circiter 10. annum ætatis ſuæ, paulatim in tabem incidens, quatuor ſequentium annorum ſpatio ita laborauit, vt penitus extabefacta fuerit; appetitu tamen eius vix vnquam imminuto. Nam comedebat & bibebat nõ parcius, quam ſi ſana fuiſſet, & exercitia ſua puerilia vt plurimum peragebat, neque lecto decumbebat, niſi per ſex aut ſeptem hebdomadas ante obitum. Febricula tamen & tuſſicula vexabatur continuo. Tandẽ penitus extenuata obiit 1600. menſe Ian. Vocatus ad cadauer de-
C ſecandum, cauſamq, mali inueſtigandam; reperi meſenterium vndiq; refertum tumorib. duris ſcyrrhoſis atq; ſteatomatibus, præcipue autem circa vaſa & venas, quæ ad venam portam protendunt.

Circumcirca venam portam tumores ſcyrrhoſi inueniebantur multi, quorum nonnulli oui gallinacei, alii nucis & caſtaneæ magnitudinem excedebant. Hinc chylum per meſenterium, & venam portam, ad hepar peruenire, & per reliquum corpus diſtribui non potuiſſe, indeque tabem exortam fuiſſe, quis eſt, qui ambigat? Hanc quoque ob cauſam excrementa quotidie bis terue liquida & chylo permiſta excernebat.

In rene dextro lapis erat eius magnitudinis & figuræ, qualis hic depictus eſt.



Hepar vndique ſanum erat, ſtomachus & ſplen ſecundum naturam plane ſe habebant, inde appetitum non fuiſſe degrauatum, rationi conſentaneum eſt.

In dextro lobo pulmonis abſceſſus erat putridus & fœtidus, in quo continebatur pus in membrana incluſum ad libram vnam & ſemi: vt erãt ſteatomata & ſcyrrhi multi vndiq; per ſubſtantiam pulmonis. Cor flaccidum & plane extenuatum erat.

D

Observatio LXXI.

In inciſo cadauere rara plurima obſeruatu digna.

AMedeus quidam faber lignarius quadraginta annos natus biẽnio variis per interualla morbis, dolore capitis, ictero, viſcerum obſtructionibus, imo etiam cachexia, poſtremum etiam dolore iſchiadico, laborauit: tandemque, aucta febri cum paraphrenetide, 19. Aprilis 1596. extinctus eſt.

Incidi cadauer coram D.D. GEORGIO IENISCHIO ET PHILIBERTO IANI ANTONII SARACENI filio Medic. Doct. In diſſectione viſa ſunt obſeruatu digna quæ ſequuntur.

1. Omentum inflatum & corruptum.
2. Inteſtinum Colon, præter conſuetudinem arctum circa ilia ſiniſtra.
3. Inter collum veſicæ & inteſtinum rectum, tuberculum ſcyrrhoſum, ex quo ſæpe vrinæ difficultas, ac interdum etiam iſchuria.
4. Ad rotatorem femoris dextri ingens abſceſſus, humorem purulentum copioſiſſimum ſupra libræ pondus continens: hinc eroſis articuli ligamentis, inhibitis etiam muſculis luxatio, quam paſſus erat æger.

E 5. Sub muſculo pſoa ſiniſtro, cui Ren incumbit, quique in cruris interiorem partem inſeritur, ingens atheroma vltra libras duas puris craſſioris continens: ibidemque tres aut quatuor lumbrorũ vertebræ ita carie affectæ vt earum fruſtula coram adſtantibus extraxerim digitis, & atriuerim.

6. Inteſtina vermibus ſcatentia.
7. Tumor ſcyrrhoſus, ſuppuratus & inſtar ſteatomatis, magnitudine duorum pugnorum, ortus ab inferiore parte pancreatis, inteſtinum duodenum circumdederat, ſic vt peritonæo tectus, alterum quaſi ventriculum mentiretur. Materia per ramos venæ portæ in ipſum pancreas deſinentes, affluebat.
8. In hepate ſcyrrhoſo apoſtemata exigua multa.

9. Lien

9. Lien totus corruptus multos continebat calculos.
10. Pulmo inflammatus, multis refertus glandulis. A
11. In ſuperficie ſterni, ad clauicularum coniunctionem, atheroma oui magnitudine.
12. Apoſtema ſub ala dextra, inter pleuram & coſtas maximi pugni magnitudine, & graueolens; cuius purulenta materia quartam quintam & ſextam coſtam exederat. Atque adeo non modo diuulſæ erant coſtæ à vertebris, ſed & ſumma parte, qua vertebris iunguntur, vſque adeo carie corruptæ, vt facile eximi, digitiſque friari poſſent.
13. In cranio dura mater inflammata.
14. Dura matre detracta, tumor ſcyrrhoſus & latus in pia matre ad ſiniſtram falcis partem. Hęc nimirum fuit cauſa doloris capitis, qui totum biennium perſeuerarat.
15. Inter meningas & cerebrum ichor multus.
16. Plexus Choroides inflammatus.
17. Circa cerebri baſin & cerebellum, ſelibra ſanguinis, & amplius è iugularibus internis, affluxerat.

ANNOTATIO. B

Inteſtini coli anguſtiam naturalem, in ſiniſtra parte D. CASPAR BAVHINVS Anatomicus inſignis, annnotauit. Huius cauſa, dolores colici in ea parte plurimum, & oriuntur, & exacerbantur: quippe anguſtia illa, facile obſtruitur ab excrementis, quæ in colo propter copiam filamentis obliquis (vt D. RONDELETIVS diligenter annotauit) diu retinentur, ideoque indureſcunt.

Pſoæ muſculi Galeno *lib. 6 de diſſectionibus muſculorum* ſic dicti, renibus ſubiacent, & Veſalio ſunt femur mouentium ſexti. In his nonnunquam oriuntur apoſtemata grauiſſima, & periculoſa, vt ſuo loco declarauimus.

OBSERVATIO. LXXII.

Ex epiplocela & enterocela, gangræna & mors ſecuta.

EXEMPLVM I.

ANno 1585. menſe Auguſto, robuſtiſſimus quidã faber lignarius cum Geneuæ eleuaſſet pondus ingens, omentum ei prolapſum eſt in ſcrotum, & quia reductum non fuit, intumuit, inde dolor acutiſſimus, inflammatio, febris, vomitus, aliaque grauiora ſymptomata exorta denique mors ſecuta eſt ſeptimo die Ego vna cum IOHANNE GRIFFONIO Chirurgo præſtantiſſimo vocatus, ſcrotum, præſente IANO ANTONIO SARACENO Medico regio, incidimus, & inuenimus omentum, imo etiã teſtes & vicinas partes plane corruptas & gangræna infectas. C

EXEMPLVM II.

ANno 1596. inteſtina in ſcrotum ceciderunt. Vnde, quia reducta non fuerunt, exortus eſt dolor aliaque ſymptomata grauiora. Barbitonſorem in conſilium aduocat æger. Is *fomentum ex abſynthio & roſis vino rubeo coctum* applicari iuſſit: ſed vt erant aliena à morbo, ſic quoque ingraueſcebat morbus. Ego vocatus, cum clariſſimis doctiſſimiſque D.D. IANO ANTONIO SARACENO, ET ANDREA BONETO, apud Genuenſes Medic. Doctoribus, ſcrotum magnitudinem capitis excedens inuenimus. febris erat vehemens, ſyncopæ, & vomitus frequentes.

Quomodo inteſtina in ſcrotum delapſa, reducenda.

Statim *fomentum ex radicibus althea, ſemine lini, fœnigræci, ſeſeleos, floribus chamomillæ, meliloti, folijs maluarum & violarum applicuimus.* Deinde capite inclinato, & pedibus in altum eleuatis, reductum eſt & inteſtinum. Sed quia propter inflammationem, & compreſſionem in ruptura abdominis iam cœperat corrumpi inteſtinum, paucis poſt horis è vita deceſſit. D

OBSERVATIO. LXXIII.

Ani clauſi apertio, & curatio in infante.

ANno 1593. vocatus fui in Medman prope Duſſeldorpium, in ducatu Montenſium, vt inuiſerem infantulum, qui clauſo ano natus iam vſque ad ſextum ætatis diem, cum maximo angore torminibus cruciabatur, & (vt verbo dicam) in vitæ periculo verſabatur. Venter enim inflatus, extentuſque erat, leipothymię & ſudores frigidi aderant, anus obducta erat membrana prædura, in qua nullum fere indiciũ, aut veſtigium ani, præterquam macula nonnihil liuida apparebat. Illic facta parua inciſione (ne ſphyncter læderetur) nouacula linteis iuxta aciem inuoluta; deinde immiſſo ſpeculo ani, & quod reliquum dilatato, ſtatim eiecta eſt excrementorum colluuies. Hinc venter confeſtim ſubſedit, reliquaque ſymptomata remiſſa ſunt. In anum demum immiſi, per aliquot dies, fiſtulam plumbeam inunctam vnguento quodam deſiccante: veluti *de ceruſa, de minio, diapompholygos*, & ſimilibus. His facta cicatrice, pleniſſime conualuit.

OBSERVATIO LXXIV. E

Excrementa per inguen egeri ſolita.

ANno 1604. 15. Nouembris die, vidi hic Paterniaci adoleſcentem, cui pars inteſtini ex inguine propendebat Ego hanc rem admiratus, adduxi ipſum in ædes meas cum quibuſdã ciuibus, inter quos erat D. NICODVS PROBI huius Reip. Senator digniſſimus, N. IACOBVS DE BRVEL & nonnulli alii. Singula, quantum fieri potuit, & ipſe lubens nobis diligenter ea explorantibus aperuit, eodem momento annotauimus.

Erat

A Erat autem is natione Delphinas, ex pago Emuns, ad flumen Liſcerré, oriundus, natus 2[illegible]. annos
aut circiter, Cæſar Luitre nomine, iuuenis robuſtus, & bono corporis habitu præditus: habebatque ſibi
adiunctum fratrem Petrum Luitre 24. circiter annos natum. Affectus autem talis eſt. Paulo ſupra ingué
dextrum, ad latus Ilii oſſis, aperto, aut rupto abdomine, inteſtinum emergit; quod longitudine Spitha-
mæ cum dimidia propendet, & ad craſſitiem brachii iuxta carpum fere, adæquatur Rupturæ, aut aper-
turæ, nihilominus vndique firmiter adnatum eſt hoc inteſtinum, carnoſum, item rubicundum, ac vndi-
que humore viſcoſo & albo aſperſum. Habet quoque tubercula multa rubra, nec tamen vſq; adeò du-
ra. Huius autem inteſtini quarta circiter portio, quamuis ſupra abdominis aperturam ſurſum erecta ſit,
vti poſtea ex figura apparebit, nihilominus tamen cum inferiore parte continua, ac nullis interſtitiis di-
ſtincta eſt, multo tamen durior tactu percipitur: quapropter excrementa non recipit, atque (vti Iuuenis
nobis retulit) ſemper extra abdomen propendet: cum tamen quod reliquum eſt inteſtini, facile manu
intromittitur, vti egomet periculum feci: quandoquidem indice dextro poſito in extremo partis, quæ
de inteſtino egreditur, facillime eam intro reduxi, atque (quod amplius eſt) digitum in ventre circum-
circa rupturam circumduxi. Erat enim ruptio abdominis ampla trium digitorum in latitudinem poſito-
B rum, ſed & aliquando totam fere portionem, quæ deorſum pendet, ſponte ſurſum retrahi vidimus, ſta-
tim tamen denuo redit atque ſimul excrementa multa liquida viſcoſa, ſpumoſa & flaua ſecum adducit



& expuit: aſſeruitque Iuuenis ille, ſe nihil
per ſeceſſum, ſed excreméta & flatus hac
via exonerare. Dolorem nullum adeſſe
ait; niſi cum frigus ipſum moleſtat, & ex-
crementa (quæ inuoluntarie ſemper ef-
fluunt) indurata ſunt. Vrinam quoq; ſine
difficultate reddit, teſticulus ex hac parte
paulo craſſior eſt ſiniſtro, reliqua ſecun-
dum naturam conſpiciuntur omnia: niſi
quod cutis circumcirca rupturam abdo-
minis aliquantum rubeſcat, ſine tumore
C tamen.
Quantum ad cauſam huius mali,
affirmabant Iuuenis & frater ipſius anno
1602. menſe Septembri ex alto in terram
ipſum cecidiſſe; atque in eo caſu cuſpide
pali, abdominis muſculos, peritoneumq;
in vacuum ventris vſq; confoſſum fuiſſe.
Inteſtina quoq; per vulnus ad magnitu-
dinem capitis excidiſſe: neq; ante tertium
diem chirurgum habere potuiſſe, tum in-
teſtina reduci non potuiſſe, niſi nouacula
dilatato prius vulnere; nec tamen redu-
cta, intus retineri potuiſſe; quantumuis
ſumma adhibita fuiſſet diligentia. Excre-
menta quoq; ab eo tempore nunquá per
D aluum, ſed per hoc inteſtinum exoneraſ-
ſe, atq; variorum Medicorum chirurgo-
rumque conſilia & medicamenta fruſtra
adhibuiſſe. Sed quia in hac relatione
quędam obſcura & præter naturam oc-
currunt, optarem acceſitos ad hoc opus
Medicos & Chirurgos, rei veritatem declarare. Interim quę ego de hoc affectu annotaui in gratiam ſtu-
dioſorum rerum rararū, communicare placuit, ſimul cum inteſtini prolapſi adumbratione.

OBSERVATIO LXXV.

Excrementa per ductum vrinarium eiecta.

HOneſta quædam matrona Geneuenſis filium peperit, qui clauſo ano, excrementa per ductum vri-
narium ſimul & vrinam excernebat. Acceſito itaque Medicorum & Chirurgorum Collegio, nul-
lus in ea fuit opinione, vt de ani inciſione quicquam tentaretur. Tandem cum excrementa indureſce-
E rent, nec per ductum illum anguſtum amplius permeare poſſent; inflatus eſt venter, exorta febris, alia-
que ſymptomata: ita vt decimo ſeptimo ætatis die è vita deceſſerit. Aperto cadauere, inuentum eſt inte-
ſtinum rectum adnatum fundo veſicæ.

OBSERVATIO. LXXVI.

De duplici ductu vrinario.

PVerum 12. annos natum aliquoties inuiſimus Coloniæ Agrippinæ anno 1600. cui natura duplicem
vrinarium ductum dederat, quique per vtrumque vrinam ſine vlla difficultate emittebat. Erant

autem in loco ſolito alter ſuper altero ſiti, tenuiſſimaque membrana & interſtitio diſtincti: ſed inferior aliquantulum incuruabatur, ita vt ex eo lotium non recta, quemadmodum ex ſuperiori, ſed nonnihil deorſum fluitaret. A

OBSERVATIO. LXXVII.

Quomodo ægri ſituandi in exhibendis clyſteribus.


VSus Clyſterum in pleriſque morbis inteſtinorum in primis, maximus eſt, nec exigua vtilitas inde ad ægrotos redit, dummodo recte adhibeantur; quod præter cætera, fieri debet habita legitimæ collocationis ægrotantis ratione. Vt autem demonſtremus, in quodnam latus æger decumbere debeat, conſiderandus eſt ſitus Coli inteſtini, quod oritur à cæco ad dextrum renem: & ad iecoris cauum vergens reflectitur, & conuolutum ſub ventriculi fundo progrediens ad ſiniſtra, lieni accumbit, moxque in poſteriora vergens, ad ſiniſtrum renem deſcendit, cui alligatum eſt, ibique multo anguſtius, quam in reliquis partibus efficitur, cellulisque caret; poſtea deſcendit, & cum duos gyros fecerit, in rectum deſinit inteſtinum.

Ex his perſpicuum eſt, ægrum in dextrum latus eſſe collocandum: cum alioquin ſi in ſiniſtrum latus depoſitus ſit æger, tota moles viſcerum, tum rectum inteſtinum, tum maxime poſtremam partem coli (quæ ſub ſplene deſcendit & ad renem ſiniſtrum annectitur) comprimat; adeo vt clyſter vlterius ad capacitatem coli progredi nequeat: ſed in duobus inferioribus gyris coli remaneat, nec diutius retineri poſſit. In dextrum vero latus decumbente ægro, Clyſter ſyphone aut alio quouis inſtrumento, facile vſque ad reflexionem ſub liene, deinde ſine obſtaculo vſq; ad valuulam (quam Clariſſimus D. D. CASPARVS BAVHINVS in fine cæci, & principio Coli primum inuenit) ducitur. Atque ſic æger, cum diutius clyſterem retinuerit, maiorem quoq; inde fructum percipiet. B

OBSERVATIO. LXXVIII.

Delineatio & deſcriptio inſtrumenti, quo æger ſibi ipſemet clyſterem minimo negotio infundere poteſt.

QVam neceſſarii & vtiles clyſteres cum ad conſeruandam valetudinem, tum ad amiſſam recuperãdam, omnes Medici norunt. Verumtamen quia plerique, præſertim mulieres propter verecundiã, ſummopere ab eis abhorrent; ideo ſequens inſtrumentum, quo quiſq; ſibi ipſemet, paruo cum negotio, clyſterem infundere poterit, excogitaui. C



A. Fiſtula eſt ex ligno fabricata, pollicis craſſitie, longitudini ſpithaminis cum dimidio, cuius foramen craſſitiem pennæ oloris non excedit. Quanto enim anguſtius fuerit foramen fiſtulæ tanto violentius & altius aſcendet clyſter ad inteſtina.


B. Cannula eſt vulgaris clyſterum, quæ in anum immittitur.

C. Veſica eſt bouina, in quam infundendus eſt clyſter. Illa autem ex vna parte fiſtulæ litera A. notatæ, ex altera vero parte orificio veſicæ litera D. notato, ex ligno quoq; fabricato, firmiter eſt alliganda.

E. Huius orificii operculum eſt.

F. Clauis eſt fiſtulæ A. notatæ, cuius beneficio clyſter in veſica C. notata, ad libitum ægrotantis retinetur. D

Præparato igitur clyſtere, & in veſicam infuſo, atq; operculo ſuo D. & claue F. notata bene clauſa veſica, æger in dextrum latus decumbet: & cannulum B. notatam ſibi in anum immittet. Id autem vt ſine difficultate fiat, crura vt aliquantum incuruet neceſſe eſt. Deinde linteamina reduplicata, aut ſtupas ex aduerſo fiſtulæ firmiter ponet, ne excidat cannula ex ano. Ideoq; ſiniſtrum crus paululum extendatur, quo genu ſiniſtrũ in dextrum poplitem ſeſe inſinuare poſſit; hoc modo enim facile retinetur cannula in ano. Hiſce omnibus, vti dixi, expeditis, vertet æger clauem F. notatam, vt aperiatur fiſtula. Mox veſicam manibus comprimat & detorqueat: ſic clyſter ſine vlla difficultate ad inteſtina perueniet. E



Aptiſſimum eſt hoc inſtrumentum: nam ſiquis ſuperiorem inſtructionem ſequatur, paruo cum negotio ſibi ipſemet exhibebit clyſterem; vt in me ipſo ſæpiſſime expertus ſum. Quod ſi fuerit æger debilis, ita vt ex lecto egredi non poſſit, habeat in promptu peluim, quam ſub finem huius obſeruationis delineatam habes.

Tandem inflanda eſt veſica, & reponenda vt exſiccetur & conſeruetur. Habeo quoq; ad hoc perficiendum hanc particularem fiſtulam.


A. Fiſtula

A *A. Fiſtula minimo foramine, quæ in operculum D notatum firmiter inſeratur.* Clauſa igitur veſica, ex infima parte, mediante claue F. notata, per hanc fiſtulam inflanda eſt veſica, poſtea illico infigendus eſt clauus B. notatus, quo flatus intus retineri poſſit.

Qui ad ſanitatem conſeruandam propter ſiccitatem & conſtipationem ventris, aliquando clyſteribus vti coguntur, non opus habent, vt in lecto decumbant; ſed ſedendo poſſunt ſibi ipſimet, ſine vllo negotio, ſuperiori inſtrumento, clyſterem infundere, hoc modo. Incuruato aliquātum corpore, immittant ſibi cannulam in anum: poſteà ſedeant in ſcamno, ne excidat cānula. Mox aperta claue, & cōpreſſā veſica, quemadmodum antea diximus, Clyſter facilè altius in corpus infunditur.

Peluis delineatio.

B



C *A. A. Capacitas eſt peluis.*
B. *Foramen eſt ſpitami latitudine aut circiter.*
C. *Margo, ſiue extremitas peluis nonnihil depreſſa, vt ei æger commodius inſideat.*
F. *Manubrium*
E. *Fiſtula trium digitorum in latitudine poſitorum, per quam expurgatur peluis.*
D. *operculum eſt huius fiſtulæ.*

OBSERVATIO. LXXIX.

Arthritis inueterata tortura ſanata.

AD

Reuerendum ac Clariſſimum Virum D. D. ANTONIVM FAYVM S. S. Theologiæ apud Geneuenſes Profeſſorem digniſſimum, necnon Philoſophicarum ac Medicarum rerum ſcrutatorem diligentiſſimum

D RArius ad te, quam vellem, ſcribo, vir vndiquaq; doctiſſime, atq; reuerenter mihi obſeruande, quod T. Exc. in ſeriis ſuis ſtudiis, aliiſque negotiis grauiſſimis occupatam interpellare verear. Hac tamen oblata occaſione, hæc medica ad te bis Medicum, & abditarum rerum ſcrutatorem diligentiſſimum, quin ſcriberem, abſtinere minime potui. Præteritis hiſce diebus obortus eſt mihi in ſiniſtro brachio catarrhus, qui me per aliquot dies vehementer excruciauit, cuius nihilominus nullum ſiue ruboris ſiue tumoris apparuit veſtigium. Ego in ſummis conſtitutus doloribus, non alio remediorum genere, quam vehementi brachii extenſione, haud leuem doloris mitigationem ſenſi. Quod autem neceſſitas tale dolorum anodynum excogitarit, maxime admiratus ſum. Recordari tamen cœpi, Vir doctiſſime, & abs te olim in familiari colloquio mihi dictorum, & à me non abſimilis vnius aut alterius exempli haud ita pridem obſeruati.

Nam ante annos tres Caſtellanum en la Chaux prope Lauſannam MARIA nomine, octogenarium, cum doloribus ex retentione vrinę propter abſceſſum in ductu vrinario, afflictatum, curandum habui: qui ſpatio quatuor aut quinq; dierum vrinam reddere non potuit, niſi porrectis in altū brachiis, & proiectis in funem ad id aptatum manibus, atque ita reliqua corporis mole extenſa, non ſecus ac ſi E tortura afficeretur. Tandem rupto abſceſſu, pus fœtidiſſimum emanauit, dolores ac reliqua ſymptomata remiſſa ſunt, atque ſic priſtinam ſanitatem, qua adhuc Dei beneficio fruitur, recuperauit.

Porro *inter morbos plane incurabiles aut difficulter curabiles, ipſa Arthritis inueterata non tantum doctorum conſenſu iudicatur, ſed etiam ipſa experientia comprobatur.* Peccans enim ille viſcoſus & lentus humor articulis, ligamentis, neruis, & iuncturis tenaciter inhærens & inſidens, medicamentis haud tollitur, nec radicitus euacuatur. Violenta tamen illa diſtorſione & expanſione membrorum, quæ fit in tortura criminali, penitus illam ſublatam fuiſſe, tum ex quorundam virorum fide dignorum relatione habeo, tum etiam egomet in viro quodam obſeruaui.

Anno 1596. Nobilis & Magnificus ABRAHAMVS à Graffenried Reip. Bernenſ. Conſul. vigi- A
lantiſſimus, præſente Nob. ANTONIO à Graffenried eiuſdem Reip. nunc Tribuno vigilantiſſimo, & nonnullis alijs, Bernæ domi ſuæ narrauit mihi, Commiſſarium quendam (cuius nomen nobis quoq; aperuit) arthriticum grauium facinorum ſuſpectum, ante annos viginti Bernam adductum, ibiq; multoties torturæ ſubiectum: Inque ea, cum intrepide innocentiam ſuam tueri pergeret, non modo criminis, verum & arthriticorum dolorum, quibus ante torturam diutius affligebatur, abſolutum fuiſſe.

Sic ego non infimæ ſortis quendam 18. ab hinc annis familiariter noui, qui ante annos 16 grauiter accuſatus, Bernam adductus fuit; vbi cum tortura multis vicibus ipſi rigidiſſime adhiberetur, ille vero innocentiam ſuam conſtanter affirmaret, tandem abſolutus, & priſtinæ dignitati reſtitutus eſt. Hic antea per multos annos podagra miſerrime cruciabatur: à tortura autem poſtquã thermis Valeſianis vſus eſſet, valetudo ipſius adeo confirmata eſt, vt vſq; ad hunc diem ſuperſtes nulla doloris arthritici veſtigia à torturæ tempore ſenſerit; ſed erectus in pedes quantumuis ſenex inſiſtere atq; incedere potis ſit.

Cura podagra.

Eiuſdem rei hiſtoriam memini T. Exc. aliquando me præſente narraſſe, quendam nempe podagricum in carcerem coniectum, & quæſtione examinatum, poſtea tamen priſtinæ dignitati reſtitutum, ab arthritide ſimul liberatum fuiſſe. Exempla hæc Obſeruationibus meis Chirurgicis, amicorum ad- B
monitionibus, in lucẽ propediem edendis inſerere decreui, ſi forſan podagrico cuipiam vtilitatis hinc aliquid conferri poſſit. Proinde ſi hiſtoriam tuam plenius communicare, atq; ſimul exiguo aliquo carmine haſce obſeruationes illuſtrare Exc. T. dignetur, id mihi gratiſſimum fuerit, eoque me tibi magis ac magis totum deuinxeris. Mitto exemplar tractatus mei de Dyſenteria, quod vt ſereno vultu accipiat Exc. T. vehementer rogo. Vale, vir clariſſime ac perpetuo mihi honorande, cum honeſtiſſima tua coniuge, quam tecum ego & Colinetæa mea chariſſima, denuò ſalutamus 10. Febr. 1604.

Exc. T. addictiſſimus & obſequentiſſimus
G. Fabricius Hildanus.

ANTONIVS FAYVS.

GVIL. FABRITIO HILDANO *Chirurgo Præſtantiſſimo.*

S. P. D.

ITa eſt, vt ſcribis, Vir clariſſime & amiciſſime, Narraui tibi ante annos aliquot, quod non oculis vide- C
ram, ſed quod ab oculatis auribus acceperam. Vir clarus in carcerem coniectus propter occulta cum principis ſui hoſt.b. colloquia, quæſtione adhibita, tortus eſt. Laborabat ille totius corporis arthritide. Quod vero ei videbatur ſummũ incommodum adferre debere, in maximum commodum ceſſit. Nam poſtea non tantum ab arthritide ille eſt liberatus, ſed bonæ valetudini reſtitutus eſt, qua & vſus multos annos vixit. Memini Auerrhoici dicti, *In morbis monſtra fieri*, id eſt, vt ego quidem exiſtimo, contingere multa, quorum ratio nulla reddi poteſt. Sed nemo te melius aut certius id docere poteſt, qui deploratis, & ab alijs Chirurgis derelictis, ita ſoles manum opiferam adferre, vt admirabilium tuarum curationum tam ſit celebris fama, quam incredibilis & frequens ſucceſſus. Cognoui id nouiſſime, cum IVVENONI tui, quid enim tuum non appellem, cui vitam ſecundum Deum reſtituiſti, manum, quam fere cum humero & brachio ſemimortuam videram, priuſquam ad te, tanquam ad alterum Æſculapium ſe contuliſſet, à te reuertentem, literaſque tuas tradentem gratulabundus intuerer. Non dubito, quin maiora & mirabiliora lecturi ſimus in tuis obſeruationibus, quę non voluptatem tantum, ſed vtilitatem Medicæ familiæ ſint allaturæ. Legi, quod nuper de Dyſenteria ſcriptum, placuit. De Epigrammate quod petis, petam ab Apolline, vt miniſtret aliquid te non indignũ. Quanquam vereor, ne parum mihi faueat, in verſibus pangendis hoc tempore, cum iam diu ab illius caſtris diſceſſerim, abiecta medicinę faciendę D
cura, vt Chriſto & eius Eccleſię vocanti parerem, medicinamq; corporis cum medicina animæ commutarem. Dominum MERVLAM, popularem meum, Paterniacenſis Eccleſiæ paſtorem fideliſſimum, quæſo officioſe meis verbis ſaluta. Ego & vxor mea tibi & vxori tuæ ſalutem dicimus, & à Domino ſalutis Authore precamur. Vale Geneuæ 16 Februarii Anno 1604.

ANTONIVS FAYVS.

GVIL. FABRICIO HILDANO *Chirurgo Præſtantiſſimo.*

S. P. D.


MItto tibi, vir clariſſime, Epigramma, quod luſi non inuito Apolline, quia de te Apollineo alumno cogitabam & ſcribebam. Erit mutui amoris noſtri τεκμήριον. Accipe etiam, quæ inter Obſeruationes tuas reponatur non indignam hiſtoriolam, ſuperiori illi, quam ad te nuper miſi, affinem. Ducebatur ad ſupplicium, caput amiſſurus, quadragenarius podagricus: in medio itinere allatus eſt de venia principis benignitate miſero illi conceſſa nuntius plane inſperatus. Illo ſic affectus eſt miſer ille, vt qui E
exanimis prope membrorum omnium vſu carebat, ſtatim alacri & expedito motu ſe in pedes dederit: annoſque multos poſtea liber ab omni arthritidis moleſtia vixerit. Narrationem hanc pro vera affirmare ne dubites, illam enim excepi ex Actis publicis Senatus Reipublicæ tibi ſatis notæ. Cum autem antea priuato nomine gratias egerint ex fratribus noſtris nonnulli, pro ea fide & diligentia, quam in curando IVVENONIO adhibuiſti, nunc totius Collegii noſtri conſenſu aguntur, vt ex literis D. GOVLARTII intelliges, addito munuſculo, exiguo quidem illo, ſed non exiguæ obſeruantiæ erga te arrhabone. Boni omnia conſule, & nos ama. Vale. Geneuæ 12. Martii Anno 1604.

Hiſtoria podagrici.

OBSERVATIO. LXXX.

De brachii ex tumore pituitoſo circa cubitum reſoluto atrophia correpti, curatione.

ANno 1594. menſe Ianuario puer 13. annos natus, filius PETRI von Werd ciuis Colonienſis, ex variolis tumores aliquot ex lenta & viſcida materia circa humeros, cubitum dextrum & genu contraxerat. Horum nonnullos, qui humores occupabant, incidi, & proceſſus ſuperiores ſcapulę (quos roſtra porcina vocant) extraxi: quo facto humeri nullo motu deperdito reſtituti fuerunt. Cubiti vero tumorem, cum ad id me parentem cogerent preces, diſcutientibus medicamentis reſolui. Sed non multo poſt, brachium vſque ad humerum in atrophiam incidit, & ita deſiccatum eſt, vt periret motus omnis. Verum appetente Vere, puerum denuo purgaui leni quodam medicamento phlegmagogo, qualia ſunt *Diacbartamum & Diaphœnicum cum rhabarbaro*. Deinde ſingulis diebus bis terve brachium *decocto capitum, pedum, & inteſtinorum veruecu vel vituli cum lumbricis incocti*, inſuccare iuſſi, quoad pars inciperet rubeſcere. Tum præſto fuit famulus, qui paruo quodam inſtrumento excauato corneo præcipua brachii vaſa ſugeret. Hinc totum brachium, humerum, collum, & pectus cum *ſucco lumbricorum & oleo amygdalarum dulcium* ſimul miſtis inunxi. His Deo benedicente, brachium priſtino reſtitutum fuit vigori.



ANNOTATIO.

Atrophiæ huius cauſam autumo materiam lentam & viſcidam reſoluti humoris, tum intra tum circa vaſa, venas nimirum, arterias, & neruos ſparſam & induratam, ac proinde prohibentem, quo minus ſanguis & ſpiritus ad brachium peruenire, idque nutrire poſſent. Vnde intelligimus, melius incidi abſceſſum, & pus extrahi; quam ſi humor extra vaſa diſcutiatur: quod ipſum ex ſequenti obſeruatione quoq; manifeſtum erit.

C OBSERVATIO. LXXXI.

Abſceſſus circa humerum ſero aliquantum apertus, quæſita deorſum via, genitalibus gangrenam ſuccendit.

TRimeſtris puer Reuerendi DAVIDIS CLAVDII M. Geneuenſis, abſceſſu circa humerum dextrũ laborabat. Vocatus vna cum clariſſimo D.D. IANO ANTONIO SARACENO Medico regio, materiam plus quam digeſtam adſtantibus ſignificaui, qui tamen inciſionem reſpuerunt. Poſtridie tumorem multum imminutum inuenimus, ſed humorem deſcendentem apprime cognouimus. Tum inciſo tumore aliquantum effluxit puris, paulatimque ſubſedit tumor, defluente ſenſim in imum ventrem & genitalia humore, qui extincto calore natiuo gangrænam procreauit, & paucos poſt dies ſphacelum, indeque mortem. Eſt enim ſphacelos hac in parte vt plurimum lethalis: vt in *tractatu noſtro de Gangrana* annotauimus.

Similem propemodum caſum vidi in puerulo duorum menſium ætatis, Nobiliſſimi viri IOHANNIS à WILICH zu Bernſau, qui per eundem obiit Coloniæ, Anno 1599. 10. Iulii.

D OBSERVATIO LXXXII.

Eryſipelas oleo inunctum in gangrænam terminatum.


RVſticus quidam, Eryſipelate phlegmonoide in ſiniſtra manu laborans, ex tonſoris conſilio ſibi inũxit per aliquot dies manum & brachium *oleo roſaceo*: vnde dolores, inflammatio, aliaq; ſymptomata magis magiſque ingraueſcebant, ita vt tandem gangræna correpta ſit tota manus. Is, cum ad me acceſſiſſet, ſcarificatione, aliiſque remediis, quæ ad Gangrænæ curationem ſpectant, curatus fuit. Ex quib. perſpicuum eſt, *oleum maxime inflammationibus aduerſari*: vt etiam Galenus *lib. 5 de ſimplic. medicamentorum facultat.* monuit.

OBSERVATIO LXXXIII.

Digiti omnes dextræ manus, pollice excepto, ex combuſtione in externam manus partem retracti, ibique conglutinati, reſtituti.

E ANno 1596. Iſaacus Gotteran de Perroy, adduxit ad me Lauſannam filium ſuum Michaelem 14. menſes natum. Is autem ſexto menſe ætatis, manu dextra in prunas ceciderat: Hinc index, medius, annularis, & auricularis, vna cum externa metacarpi parte, adeo combuſti fuerunt, vt apices horum digitorum vſque ad primam articulationem deciderint. At quia pater curationem imperitis commiſerat, digiti omnes (excepto pollice) cum cute metacarpi quaſi in globum, (vt ſequens figura oſtendit) conglutinati fuerant.

A



Septimo menſe poſt abſolutam curationem, adducunt ad me puerum parentes Lauſannam, auxiliumque meum implorant. Purgato itaque corpore, manna ex iuſculo exhibita, topica & chirurgica ſic inſtitui. Primo, ſequenti decocto emollienti, & vnguento, per dies aliquot vſus ſum.

B

Fomentum.

℞. Radicum althaæ cum toto,
Radic. Bryoniæ,
Liliorum alborum ana ℥ j.
Florum Chamomillæ,
Meliloti.
Hyperici,
Chamæpitios
Chamedrios ana M. j.
Sem. Fœnugraci
Lini ana ℥ j.

C

Coquantur in iuſculo pedum & capitis veruecis aut vituli pro fotu. Poſtea inunxi totam manum & brachium ſequenti vnguento.

Vnguentum

℞. Vnguenti Dialthææ ℥ j.
Axungiæ humanæ,
Gallinarum,
Anſeris,
Vrſi ana ℥ ij.
Succi lumbricorum ℥ ſ.
Miſce, fiat vnguentum.

Tandem manum inuolui *emplaſtro de mucilaginibus.* His nerui & calloſitas ex corrugata cute metacarpi & digitorum, in externa parte manus concreta: ſatis emollita: Inde callum illum inter digitos & metacarpum nouacula excidi, digitos item ſeparaui. Deinde inſperſi *puluerem noſtrum ad ſanguinem ſiſtendum, & albumina ouorum miſta cum aqua roſacea, & plantaginea, oleoque roſaceo*, applicui. Defenſiuum quoque ad carpum adhibui, & totum brachium *oleo roſaceo, myrtillorum, & lumbricorum* inunxi. Poſtero die ſequens digeſtiuum filamentis ſuauibus ſupra inciſiones poſui, & brachium, vt antea, ſupra dictis oleis inunxi. D

Vide Trac. de Gang.


Digeſtiuum.

℞. Terebinthinæ, lotæ in aqua roſacea & plantagin. ℥ j.
Olei roſacei &
de vitellis ouorum ana ℥ ij.
Croci ℈ ſ.
Vitellum vnius oui. miſce.

Quinto die appoſui ſequens inſtrumentum ex ligno fabricatum, & incœpi paulatim attrahere digitos, ad naturalem ſitum.

E

A. Ferula



A *A. Ferula eſt, lata tribus digitis in latitudine poſitis, eius longitudinis, vt à carpo, ad cubitum fere vſque pertingat. B. Baculus eſt rotundus, pollicis craſſitie, qui ferulæ firmiter affixus eſt: è medio autem huius baculi exſurgunt claui quatuor rotũdi, & ex ligno fabricati, C.C.C.C. notati. Habet item ferula fibulas duas D D. notatas, & lora duo E.E. notata, quorum beneficio inſtrumentum brachio alligatur:* vt ex figura ſatis apparet.

Alligato itaque inſtrumento, & vndiq; linteis ſtupis, aut goſſipio bene munito, habui in promptu digitalia ex pelle fabricata, quæ extremitatibus digitorum appoſui. Deinde filo, quod eis appendet, digitos deorſum attraxi, & clauis C.C.C.C. notatis alligaui, atq; ſingulis diebus magis magiſq; incuruaui. Id
B autem vt eo melius fieret, brachium & manum ſuperiori vnguento, quotieſcunq; vulnera tractabam, inunxi. Ne autem digiti denuo cõglutinarentur, laminas plumbeas digitis interponebam. His paulatim digiti ad naturalem ſitum reducti fuerunt. Interim vulnera quoque conſolidaui & cicatrizaui, non quidem iis, quæ valde exſiccant, ſed iis, quæ ſimul emolliendi vim habent, medicamentis: quemadmodum *in tractatu noſtro de Combuſtionibus* oſtendemus. Atque ſic, diuino fauore, manus in integrum reſtituta fuit.

C

Observatio LXXXIV.

De morſu humano, eiuſdemq; curatione.

DVplex homini ab homine morſus infertur, nam alias fit ab homine rabioſo, iſque ſumme malignus atq; venenoſus eſt, ideoque nõ ſecus, quam ſi à cane rabioſo factus eſſet, curari debet. Alias fit itidem ab homine, aut phrenetico, aut furioſo ira percito. Quem morſum poſtremum periculo non vacare, exempla, quæ ſequuntur, fidem faciunt.

Anno 1581. GIRHARDVS MVNCHS, mercator in Langenberg in Ducatu Montenſi, cum inter pocula cum alio quodam litem haberet, eiq; colaphum impingere tentaret, dentibus haud leuiter infixis apicem dextri eius indicis apprehendit. Vnde, quia non recte curatus, nec vlla vitæ regimine ratio habita eſt, exortus eſt dolor magnus, aliaq; grauiora ſymptomata. Cum vero de abſciſſione manus barbitonſores duo, quibus curandam ſe commiſerat, inter ſe conferrent; is vocari iuſſit præſtantiſſimum COSMVM SLOTANVM, apud quem tunc temporis praxim exercebam. Cum itaq; perueniſſemus
D ad ægrum 26 Iulii, inuenimus totam manum inflammatam, & iam incipiente gangræna correptam: dolores quoq; extremi, conuulſiones, febris ardentiſſima, ſyncope, & inquietudines maximæ aderant; ita vt non ſolum de manu, verum etiam de vita periclitaretur.

Scarificauimus itaq; ſtatim totam manum, & applicuimus, quæ gangrænæ aduerſantur. Moχ vniuerſalibus veluti clyſmatis, purgationibus, venæ ſectione, epithematibus, cordi & hepati applicatis, & vitæ regimine frigido & humido, humores & ſanguinem ad manus cum impetu fluentes, repulimus, detraximus, diminuimus, & partes principes ad temperiem vocauimus. Sic tandem æger, diuino fauore, conualuit, ita vt non manum, imo ne digitum quidem morſum amiſerit.

Anno 1603. menſe Aprili, cum phreniticam quandam mulierem tractandam haberem, & linguã, an arida eſſet, explorare vellem, illa digitum incauti, & nimis curioſi Medici dentibus arripuit, atque adeo dentes digito impreſſit, vt ſine violentia eum inde extrahere non potuerim. Hinc ſtatim dolor vehemens non ſolum in ipſo digito, ſed per totum brachium, exortus eſt. Applicatis tamen iis, quæ ſequuntur, paulatim dolor ſedatus eſt: & quinque vel ſex dierum ſpatio digitus conualuit. Primo diligenter ſanguinem ex morſibus (diuerſis enim in locis dentes infixerat) expreſſi, mox *aceto acerrimo* abluitum morſus, tum etiam totum digitum. Poſtea *theriacam diſſolutam in aqua vitæ cum* goſſipio morſibus
E impoſui, ac *emplaſtro baſilico* apicem digiti, totam vero manũ linteo reduplicato ac in *oxycrato madefacto* inuolui. Atque his remediis quotidie bis vel ter iteratis, Dei beneficio, conualui.

Observatio LXXXV.

Alia morſus humani curatio.

ANno 1604. ſub Canicula, ESAIAS RAPIN, Corſellis prope Paterniacum, à quodam viro furioſa ira percito, ad primam articulationem pollicis grauiter morſus fuit. Hinc ſtatim exortus eſt dolor vehemens per totum brachium. Neglecto ab initio morſu, dolores, reliquaque ſymptomata ſingulis

 momen-

momentis ingraueſcebant. Ego quarto die morbi accerſitus, febricitantem ipſum comperi, ſyncopæ A item aderant, & dolor acutiſſimus. Pollex item vſque ad carpum correptus erat phlegmone, quæ poſtea in putridum & ſinuoſum vlcus degenerauit. Morſus liuidi erant, ex quibus ſubtilis, acris, & fœtidiſſima materia effluebat. Doloris leniendi gratia, brachium *oleo roſaceo & lumbricorum* inunxi. Ad carpum, de- ſenſiuum morſibus, toti vero digito ſequens vnguentum, applicui.

Vnguentum

℞ *Vnguenti baſilici*
Butyri recentis ana ℥ ſ.
Ol. amygdalarum dulcium ℥ j.
Theriacæ opt. ℥ j. *cum vitello oui, fiat vnguentum ſ. a.*

Poſtero die *electuario de ſucco roſarum* ipſum purgaui. Poſtea baſilicam brachii ſani incidi: & vitæ regimen præſcripſi. His ſedato dolore, & probe digeſtis morſibus, vlceribus mundificatiuum ſequens impoſui.

Mundificatiuum.

℞ *Pulueris Myrrhæ, Aloes,*
Radicum ariſtolochiæ rotundæ,
Iridis florentinæ, Angelicæ ana ℥ j.
Theriacæ diſſolutæ in aqua vitæ ℥ ij. *cum melle roſaceo, fiat vnguentum.* B

Tandem vlcera aliorum vlcerum more conſolidaui, curamque Dei beneficio, maximo cum labore abſolui.

OBSERVATIO LXXXVI.

De morſu canis rabioſi.

A D

Clariſſimum ac Doctiſſimum Virum D. D. ABELEM ROSCIVM *Reipubl. Lauſannenſis Doctorem Medicum ordinarium, atq; celeberrimum.*

QVia multi hiſtoriam de quadam matrona, quam aliquando tibi coram narraui, vir vndiquaq; doctiſſime, atque amice plurimum obſeruande, pro fabula habuerunt; ideo ſtatueram illam, quantumuis memorabilem, obliuione ſepelire. Hoc tamen anno, quia duo ſeſe obtulerunt exempla, quibus illa confirmari poteſt, audentior factus ſum, vt hiſtoriam ipſam letheis aquis pene immerſam, literis tanquam remis ad ripam appellerem, tibique rerum naturalium atque medicarum ſcrutatori diligentiſſimo emerſam communicarem. Hiſtoria autem illa, erat de matrona quadam, quæ ex leuiſſima (vt videbatur) occaſione in hydrophobiam inciderat, ac tandem morte ſublata fuerat. Porro res ita ſe habet. In via obuiam venit ei canis rabioſus, qui veſtem eius dentibus arripiens, huc & illuc trahebat, donec tandem veſte lacerata, cute tamen mulieris illæſa & intacta, canis aufugit. Illa vero neſcia, canē rabioſum fuiſſe, laceratam veſtem filo (prout ſarcinatrices factitare ſolent) dentibus abſciſſo reſarcire cœpit. Vnde nullum quidem per tres menſes ſenſit dolorem. Poſtea vero ſenſim melancholica facta, imaginationibus, viſionibus horribilibus & pauoribus agitari cœpit, & paulo poſt, aquam, & vinum odiſſe, & quod peius eſt, inſtar canum latrare, domeſticos non agnoſcere, dentibus arripere, atq; modo hunc, modo illum mordere tentans. Donec tandem in ea miſeria animam efflaret. Hæc eſt Hiſtoria, vir clariſſime, quam nonnulli, huius veneni ſæuitiam ignorantes, in dubium vocarunt. C

Quæ partes à veneno rabido primum afficiantur.

Quomodo autem venenum partes nobiles infecerit, iam operæpretium eſt perquirere. Venenum hoc vniuerſam complexionem ac molem humorum in corruptionem trahere, ac omnes partes principes inuadere, ſymptomata, quę inde ſequuntur, ſatis ſuperque teſtantur. Cerebrum enim in primis à veneno occupari, furor, & inſania denotant: quandoquidem ſpiritus animales, alus ſubtiliores, primo offenduntur. Poſtea quoque in corde, & hepate ſummam intemperiem calidam & ſiccam exoriri, lipothymia, incēdium, febris, ardor linguæ, ſitis vehemēs, anxietates, inquietudines, & huiuſmodi ſymptomata, denotant. Hinc certum eſt, excrementa & ſaliuam præcipue (quæ in canibus rabioſis partim cerebri, partim pulmonis excrementū eſt) venenoſam eſſe. Veſtis igitur matronæ virulenta ſaliua canis madefacta, filum infecerat, atq; inde mulier dentibus filum abſcindens, venenum partim ex filo, partim ex ipſa veſte, labiis ad ſe attraxerat, quod deinde paulatim ad partes nobiles ſerpſit. Tanta n. eſt huius veneni ſæuitia, ac malignitas, vt hominis iudicio cōprehendi non poſſit. Neglecti enim morſus canis rabioſi, quantumuis minimi, cute vix læſa, ſine dolore aut inflammatione, nihilominus poſt longum tempus omnibus partibus principibus, labem atq; perniciem communicant, ita vt tandem homo in furore moriatur. Nonne Baldus eximius ille Iuriſconſultus à caniculo ſuo in labiis morſus, neglecto morſu, poſt quatuor menſes rabidus periit? Sed non tantum morſum pernicioſum & mortiferum eſſe, ſed & ipſam ſaliuam teſtantur Galenus, & poſt eum multi viri docti. D

Exemplum Baldi.

I. Exempl.

Quanta autē huius veneni ſit ſæuitia, atq; malignitas, licuit hoc anno binis exemplis mihi obſeruare. Primum fuit SEBASTIANI CVISINERI Paterniacenſis filia, quatuordecim annos nata. Illa à rabioſo cane vulnuſcula quinq; in tibia acceperat. Parentes illam vetulæ empiricæ curandā commiſerant. Illa vulnera ferro candenti inuſſit, poſtea neſcio quo vnguento 15 dierū ſpacio, curationem abſoluit. Sed quia (vt ex parentum relatu colligo) non ſatis profunde immiſſum fuit cauterium, & mature nimis obductæ fuerunt cicatrices, accidit, vt poſt menſes tres ſubito melancholia, triſtitia, mœrore, & timore, ac paulo poſt hydrophobia correpta ſit. Ego tandē accerſitus, inueni ipſam in mortis agone. Maximus ardor, ſudores, anxietates, & ſitis aderant: aquam tamē, neque vinum videre potuit, neque etiam ſibi nominari paſſa eſt. Lingua arida erat. Domeſticos non agnoſcebat, quos quandoque dentibus apprehendere tentabat. Atque in eo angore paulo poſt è vita deceſſit. E

Alterum

A Alterum exemplum fuit de Iuuene quodam viginti annos nato, Daniel Pettin nomine. Is ſuperiori æſtate, tempore meſſis, à fele rabioſo ſcalpturam in dextro pollice accepit: vbi epidermis vix offenſa fuit. At quia ipſe inſcius felem rabioſum fuiſſe, hanc ſcalpturam (quæ non diu poſt ſponte coaluit) plane neglexit. Nullus enim ſequebatur dolor, nullaq; inflammatio aut aliud ſymptoma. Proxima vero die 1. menſis Martij paulatim incœpit melancholicus fieri, & pauoribus, atque falſis imaginationibus commouerì ita quidem, vt poſtero die domo egredi, atque in publicum prodire non auderet. Ego tertio die eiuſdem menſis vocatus, inueni ipſum hydrophobia correptum. Aquam enim, vinum, omniaq; ſplendida adeo abhorrebat, vt ne videre quidem poſſet nec vellet. imo interrogatus, an vellet bibere, ſtatim alta voce exclamabat, ſeq; abſcondebat. Vultus, collum, & pectus inflammata erant: colore cæruleo imbuto, ſudores & anxietates aderant: maximo cum impetu ex vna in alteram lecti partem ſeſe ita proijciebat, vt tres viri quantumuis validi, vix eum continere poſſent. Nonnunquam exclamabat, & ſeſe in adſtantes proijcere tentabat: quos dentibus arripuiſſet, niſi cuſtodes eum retinuiſſent. Cibum & potum non ſolum reſpuebat, ſed ex ſola nominatione aut inſpectione calicis expaueſcebat & tremebat. Atque in ea miſeria eadem nocte è vita deceſſit. 1. Exempl. Hydrophobiæ ſigna.

B Vides itaque, vir doctiſſime primam, quam recenſui hiſtoriam de matrona, non eſſe incredibilē. Si enim huius veneni vis tanta eſt, vt etiam vnguibus tantum felis communicatum, hinc inde per venas & arterias capillares in maiora vaſa, & per conſequens ad partes principes delatum fuerit, nonne multo facilius potuit matrona illa, ex veſte, virulenta ſaliua canis, recens madefacta, & infecta hoc exitioſum venenum ad ſe attrahere: quandoquidem (vt antea dixi) ſolo canis rabioſi ſputo, ſi humanum corpus contigerit, niſi ſtatim abluatur, rabiem excitari poſſe, teſtentur viri docti. Corpus enim noſtrum, cum ſit vndiq; perſpirabile, mediante attractum diaſtole, facile ad ſe venenum attrahit. Hæc, quia te, vir doctiſſime, rerum medicarum ſtudioſum eſſe, earum præcipue, quæ raro contingunt, & huiuſmodi hiſtoriarum electiſſimo, ad te ſcribere placuit. Tuam, quam habes huius argumenti obſeruationem non vulgarem, ſi communicare libuerit, gratiſſimum feceris. Vale vir clariſſime, & amiciſſime, & me, vt facis, ama perge. Ex muſæolo noſtro Machaonico 13. Auguſti, Anno 16[illegible]. Gal. de locis aff. l. 6. Aëtius Tetr. 4. ſerm. 4. cap. 68. Ambr. Paræus lib. 20. cap. 15.

Exc. T. addictiſſimus

G. Fabricius Hildanus.

C

ABEL ROSCIVS

Medicus Doct. GVILIEL. FABRICIO HILDANO *Chirurgo Preſtantiſſimo.*

S. P. D.

QVas de hydrophobia obſeruationes ad me miſiſti, vir clariſſime, artiſque Chironicæ expertiſſime, ac amice chariſſime, gratiſſimas, accepi his tribus potiſſimum nominibus, primo, quod quanti merito ſis, luculenter oſtendant, tum quod hiſtoriā, quam alias à te audiueram & pene iam obliuioni tradideram, in memoriā reuocarint, tum denique, quod anſam mihi dederis ex tuo ſcripto, de hoc ſæuo morbi genere, quę obſeruare mihi licuit, ad te ſcribendi. Quapropter quod huius argumenti præ manibus, vel potius præ mente habeo, breuiſſime exponam. In primis à tua opinione & ſententia non deflecto, aioque tecum, mulierem illam dentibus rumpendo filum, ſpuma venenata inquinatam, & gingiuis, lingua etiam forſitan, oreque pannum lingendo, ſeu tangendo lethifera rabidi canis ſaliua infectum, venenū ſubtiliſſimum & contagioſiſſimum repente & faciliime attrahere potuiſſe. Cum dubium non ſit facultatem tandem eque exitialem ineſſe, ſaliuæ ſeu ſpumæ canis, alteriuſve animalis in rabiem acti, ſi ea partem

D nudam, vel cute nudatam contigerit, ad animal interimendum, & in eandem rabiem, qua vexabatur, conuertendū, non aliter, quam ſi ab ipſo rabido demorſum fuiſſet. Mirabilis quidem eſt illa tua prima obſeruata hiſtoria, ſed non incredibilis. Idem alias eueniſſe, teſtantur graues viri, huic ſimillimā refert Andreas Baccius. Altera inter quotidianos, frequentes, ac communes euentus eſt reponenda. Tertiā vero ęgre crediderim, niſi te eiuſdem adhibeo, teſtem oculatum fuiſſe aſſereres. Etenim, in vngue excrementi genere ſicciſſimo, nulla ineſt humiditas, quæ tam celeriter vulnus, ſeu ſcalpturam veneno inficere queat. Et quæ corporis humores à ſeo citiſſime vitiet. Sed cū ita ſe res habeat, tuq; id aſſirmes, verum eſſe non dubito. Cauſam ſcrutari decet. Neceſſe eſt ſpiritualis quædam ſubſtantia adſit, veluti in venenatorum animalium ictibus, quæ aculeis noxiam vim habet, quæ vt mole minima, ita facultate quam maxima euadat. De maligna & venenata huius veneni vi, etiamſi quæpiam producantur, quorum nulla extet, vel reddi poſſit ratio, pro ing. moliſ tum mei viribus, & temporis penuria aliqua diſſeram, vt dilucidior reddatur res. Eorum, quæ deleteria à Galeno vocantur, hoc eſt, venena, quæ totius ſubſtantiæ proprietate nobis aduerſantur, quædam actu ſtatim corrumpunt, quædam poteſtate agere exiſtimantur. Quæ vel actu [illegible] a ſunt, quæ ex animalium ictibus & venenatorum morſibus,

E intactu, halitu, aut [illegible] ſola [illegible], vel vrina corpus contingunt, vel in corporibus relinquuntur. Quæ poteſtate a[illegible] hæc vel [illegible] ſumpta, vel extra adhibita, aut vtraque ratione nocent. Quæ igitur tota ſubſtantia nocent, [illegible] varia & ferè infinita exiſtant, eaque vel lædant, vel determinatis partibus quibuſdam, cerebro, iecori, cordi, pulmoni, ventriculo, veſicæ, nocumentum inferunt, ſuntq; omnia vel liquores, vel plantę & earum partes, radices, folia flores, fructus, ſemina, medullę etiam, &c. vel ſunt animalia, & horum partes, cerebrum, fel, ſanguis, lac, ſaliua, vrina & ſimilia. Vel demum mineralia ipſa, quorum ingens eſt numerus. Rurſus horum vires in occidendo variæ, vt varia eſt natura & complexio: ex his alia conuulſiones, torporem, riſus, delitia, alia corporis motus, ſaltationes nōnulla [illegible], ardores, inflammationes, febres, & pleraque id genus inducunt. Quædam attonitos,

furenſ-

furentes, alios rabioſos videas, lætos alios, triſtes permultos, & timidos, prout varia aſſumpti, vel excepti veneni vis & proprietas: nonnulli celerem, tardiorem alii mortem obeunt, ſunt, qui facilem, difficilem alii. ſunt etiam nonnulli, *qui venena præparant* ex Theophraſto) *quæ ſtatu & certis temporibus*, quomodocunque demum libet, interimant. Quædam etiam quæ coitum inhibēt, & generationi aduerſantur. Sed quia venena, quæ intro ſumpta, lethum afferant, non ſunt huius propoſiti. De iis, quæ extra adlubita nocere ſolent, quæ ab animalibus ſcilicet venenatis infliguntur, breuiter dicam. A

Venena poſſe præparari, quæ certo tempore perimant.

Horum certe quædam, obſeruantur eſſe in totum adeo exitialia, tamque ſæua & horrenda inuehere ſymptomata, vt dæmoniorum potius, quam morborum genera dicantur. Quæ igitur actu, hoc eſt, animalium ictu, morſuve, tactu aut halitu perniciem adferunt, accidentium varietate, & ſæuitia, cunctis præferenda videntur Morſibus & ſaliua ſeu ſputo lædunt, canis rabidus, bufones, & aſpidis tertium quoddam genus. Morſu tantū vipera, ſcolopendra, mus araneus, phalangium, dryinus, dipſas, aſpis, hæmorrhois, natrix, cenchris, ceraſtes, Cæcilia, amphisbæna, ſeps, Acontiæ, quæ ſe eiaculādo mordet, Ammodites ex Aetio, & reliqua ſerpentum genera, ac pleraque alia animalia, Baſiliſcus & Catoblepas, quæ duo ſerpentum genera, etiam halitu & intuitu, & ſolo tactu interficiunt. Solo tactu etiam nocent Salamandra, Eruca pini, & rabidi canis ſpuma, quæ rabidos homines quoq; reddit. Id ex variis teſtatum eſt hiſtoriis, præcipueq; ex tua ſatis liquet, in illa nempe muliere, quæ dentib. filum infectum abſcidit. Sed & bufonum, irritatorum præſertim, ſaliua lethalis euadit. Nec mirum, cum hominis quoque ieiuni animalibus cæteris, imo etiam homini quandoque, eadem veneno ſit. Quin etiam animalia aliquorundam à venenatis interfectorum ſames ipſa, interitū affert. In ſumma, cunctarum feræ morſus, imo etiam hominis, veneno aliquo non carere arbitror, de irritatis potiſſimum intelligo, bile ſcilicet exacuta, & per totum diffuſa, hoc præſertim accidit, ſi excandeſcant, tuncque morſu inferant. Quod in homine ſæpius eſt compertum. Quid de iis, quæ non ſolum ita percita, ſed tota rabida euaſerunt, exiſtimandum putas? quanto grauiores morſus eſſe, quantum malitiæ, malignitatis & veneni mortiferi in iis ineſſe autumas? Vtinā nobis deeſſent exempla, eorū præcipue, quorum ob neceſſitudinem, familiaritatē & affinitatem, lugemus, & dolemus vitā calamitoſam, & cruciatibus variis, nimisq; frequentibus plenā. Venenorum hæc omnia genera, non qualitatibus vllis, ſed totius ſubſtantiæ proprietate vt *ſupra* diximus, operantur, quamuis calida aut frigida exiſtimentur. Ignotam igitur horū rationem, experimurque effectus in re parua ſæpe contingit admiratione omni longe maiores. Admirabiliſſimos tamē omnium canis rabidi, vel hominis, alteriusve animalis rabie perciti effectus cenſeo, tranſeunte contagio ab altero in alterum, neque ſtatim ſe prodeunte malo, vt ſæpe damnū cū morte ſentiatur. Humor ille ſaliuoſus, qui ab ore rabientis animalis eructatur, vim veneni in ſe habens, ſenſim ſpiritus, ſanguinem, humores, ac partium ſubſtantiā contagione labefactat, vt inquit FERNELIVS, longius ſerpendo in partes principes, ſed adeo ſegniter agit, & per moras, vt nullum fere per principia ſentiat malum æger, ac propterea neſciat quanta pernicies lateat, quam mox tum fere, cum ad cor, & cerebrū iam pertingit, quo vbi peruenit, incredibili cruciatu, mirabilibus & horrendis ſymptomatis hominem affligit, febrem tamen plerunq; non excitat hæc contagio, niſi ad poſtremum, cum iam propagatum fuit malum, per partem poſt partem ad interna, ac demum ad præcordia, tam & febrem inuehat, & ſeptum tranſuerſum, & corpus ipſum conuellit, ac poſtremo cerebrum ferens, furorem & lethum adfert. Ex prædictis patet fere integra hydrophobiæ, ſeu rabiei caninæ definitio. Eſt enim Rabies canina, nihil aliud, quam *inquinamentum conterulentum* (vt inquit CAPIVACCIVS *vel intemperies contagioſa, & exiſia cerebri & cordis, à ſucco atrabilario veneni participe, omnium principum facultatem cerebri functiones ſ banta tam præſertim deprauans.* *Contagioſa* dicitur, quia ab vno in alium mali labes transfertur, & fomite & contactu. Eos idcirco admonet Auicenna, qui rabidorum curam agunt, ne eorum reliquias ciborum comedant. Vetant & alii, ne olfaciant excrementa, vel halitum eorum recipiant, vel ſaliuam tangant. *Calidam & ſiccam, & veluti incendiariam eſſe intemperiem*, ſymptomata luculenter oſtendant, ardentes oculi, hians os, vigiliæ aſſiduæ, igneam intemperiem aperte teſtantur: hinc etiam fit, vt maximis cœli caloribus, vt ſub canicula, ardente ſyrio, hoc affectu percellantur canes: Vnde ſequitur, quod quodcunque humidius exiſtit, eo rarius, & infrequentius atque mitius, hoc morbo prehendatur. Dixi eſſe *cerebri præſertim, & cordis intemperiem*, quia etſi plurimæ aliæ partes hic in vitio ſint, potiſſimum tamen cerebrum & cor afficiuntur, abalienata mens eſt, vt phantaſia labefacta, dum liquida omnia perhorreſcunt ægri. Cor eſſe maxime affectum, hinc manifeſtum fit, quod pulſus illis ſiccus, languidus, nimirum, & frequens pectoris & vitalium partium ardor adeſt, & anhelitus æſtuans, febris valida circa finem. Videntur etiam rabie affecti continuo exſiccari, & tandem quandoque conuulſiones à ſiccitate incidere; ſitim etiam patiuntur inexhauſtam. Ideo hoc venenum hoc ordine quarto calidum, teſtari experientiam, inquit CAPIVACCIVS. Cum enim diſſectum eſſet Monachi cuiuſdam cadauer, tria notanda ſcribit apparuiſſe: primo nullam adfuiſſe humiditatem aquoſam in pericardio, totamq; ſe fuiſſe conſumptam, ab igneo hoc veneno: Secundo ſinus cordis conſpectos fuiſſe aridos, & ſanguine prorſus deſtitutos: Tertio in pericardio portionem quandam obſeruatam, ferme cōbuſtam, & in puluerem redactam. Obierat autem Monachus ille, ex canina rabie. B C D E

Animalia venenata.

Definitio rabiei caninæ.

Quæ partes à veneno rabido imprimis afficiantur.

Huius veneni qualitas.

Præter vitalia & animalia, naturalia etiam lædi, patet hinc, quia nauſea fatigat ægrotantes, ore ventriculi horas veneni occurſu fœdato, atque polluto. Ex prædictis liquet, quam pernicioſus, quam malignus & exitialis ſit hic affectus. Nam vbi inualuerit, curabilis non eſt, & quamuis diu latitet, cum tamen ſe aperit, celeriter enecat. AETIVS fatetur, ſe neminem vidiſſe curatum, hoc intellige de iis, qui iam in liquidorum metum, & abominationem inciderāt. Latens eſt certe, & inſidioſum hoc morbi genus, quod interdum ad multos dies, menſes & annos ſilet fermentum, tandem furtim obrepit. Refert GVEINERIVS *in tractatu ſuo de venenis*, quod cuidam poſt 18. annum à cane rabido morſu, metus

aquæ

A aquæ acceſſerit. Narrant alii, ad ſeptimum annum, alii ad duodecimum latuiſſe venenum. Mirum equidem eſt, quod tam cunctanter & paulatim agat tam infeſtū, tam periculoſum, & tam contagioſum veneni genus, vt in tantum tempus differatur & occultetur. Mirum ſane videri debet, quod quoſdam celerius, alios tardius enecet. Quæ ratio huius effectus tam ſtupendi reddi poteſt? Si quæ ſit, hæc erit, ni fallor. Venena deleteria, quæ toto genere humanæ naturæ aduerſantur, à calore noſtro nunquā euinci, neq; ſuperari poſſunt, ſed vel hauſta, vel eiaculata in corpore humano exiſtentia, ſemper agunt, vitam oppugnantia, in perniciem tandem homines ducunt. Actio illa alias cito, alias tarde perficitur. Huius diuerſitatis ratio à duobus pendet, videlicet, vel ex violentia ſeu imbecillitate agentis, vel a fortitudine ſeu debilitate patientis. Ratione agentis quandoq; idem venenum cernitur, modo ſuam actionem citiſſime, modo longo tempore edere, ex eiuſdem violentia, vel maiore vel minore. Id cernitur in ſerpentibus, pro temporis anni diuerſitate & mutatione. Nam hyeme non æque viget eorum venenum, ac æſtate, nec tam cito penetrat, & interiora ſubit eorum morſus. Nec tam repentinam mortem adfert, vt æſtiuo tempore: & ſic de pleriſq; aliis. Ratione patientis, multos nouimus, qui eodem aſſumpto veneno,
B diuerſis tamen temporib. extincti fuerunt, quia ad omnem actionē, patientis diſpoſitio requiritur, cuius merito imbecilla corpora citius, fortia tardius veneno necantur. His ſtantibus, dicendum, cum ex ſui natura virus rabidum ſegne ſit in agendo, tardius multo ex morſu agere. Cur autem in aliquibus citius, in aliis tardius rabiem producat, hoc ex patientis ratione fieri aſſero, pro ratione fortitudinis & imbecillitatis patientis. Cui hoc forte addatur, quod victu aliqui vtantur, qui venenum acuere, vel hebetare, eiq; reſiſtere apti ſunt. Hæc de rabiei ſeu hydrophobiæ, (vt vocant) eſſentia ſatis dixiſſe videor, ſi de Etymo hoc addidero. Nomen hoc Hydrophobia, ad hunc morbum exprimendum nō competit. Cum enim rabidi homines non ſolum aquam, ſed etiam vinum & omne liquidum timeant, & quicquid humidum eſt, perhorreſcant & abominentur, non recte quidem, meo iudicio, Hydrophobia verus erit rabiei character. Abhorrent etiam ab eſculentis, cur igitur ab eo verbo, quod nihil aliud, quam aquæ metum ſonat, hunc affectum denominemus? Sed hic diſputandi locus non eſt. Sunt etiam nonnulli rabie perciti, qui mente ſemper conſtant: non poteſt ergo delirium huius morbi pathognomonicon ſignum conſtituere. Verum hæc omittamus.

Cur hoc venenum nonnunquam admodum diu lateat.

Cur in aliis agat citius, in aliis tardius.

Eorum, qui à cane rabido demorſi fuerunt, & ex eo veneno perierunt, quamplurimæ extant hiſto-
C riæ apud Authores, Rhaſim, Auicennam, Galenum, Aetium, Mathiolum, Paræum, Geſnerum, Nicol. Florentinum, Fracaſtorium, Foreſtum, Georgium Palmam, P. Salium, Vidinum, Andr. Baccium. Am. Luſitanum, Palmarium, Ioh. Bauhinum, & alios permultos. Eorum vero, qui à rabie curati & ſeruati fuere, leguntur apud Valeriolam, Paræum, Foreſtum, Palmarium, Plinium, Gemmam, Galenum, Scribonium Largum, aliosque. His iam meam Obſeruationem ſubdere datur locus, ſed prius aliquot alias, ex variis authoribus excerptas & auditas, caſq; ſcitu & notatu dignas, præmittam.

Exempla communicatæ rabiei.

Scribit ARETÆVS, à rabido cane, qui in faciem, dum ſpiritus adducitur, tantummodo inſpirauerit, & nullo modo momorderit, in rabiem hominem agi poſſe *libr. 1. de ſign. & cauſ. acut. morb.* 1.

Aſſerit quoq; CÆLIVS AVRELIANVS, quoſdam ſe vidiſſe, qui in paſſionem hydrophobicam deuenerint, ſolius aſpirationis odore ex rabido cane abducto. Alios rabidi animalis vnguibus læſos, in rabiem incidiſſe. *Acut. morb. lib. 3. cap. 9.* 2.

Memorat idem author, quendam à gallo gallinaceo pugnante leuiter læſum, rabie correptum. *Ibidem.* 3.

D Similis caſus adducitur ab ANDR. BACCIO *in ſuis prolegomenis & antidot.* qui ſic inquit: *Nouum caſum & admirandum ſubiungam. His annis olitorem in hortulis Narniæ correptum improuiſo inſultu, à veteri gallo gallinaceo, roſtro atroci ac rubris pennis, in ſiniſtra manu læſum ſanguinis guttis etiam ductis à me viſum. At prima ipſa die ringentem ore hominem inuentum, nec ferro nec igne, nullis præſidiis iuuantibus, cum adſtantium ac totius viciniæ horrore pugnacis galli inſtar oculis decumbentem, tertio die interemptum vidimus. Vnde cum fabuloſa multa veris inuoluerit antiquitas, non alium crediderim Baſiliſcum.* 4.

Narrat ſupradictus Author Aurelianus, ſartricem quandam, cum chlamydem ſciſſam rabidis morſibus, ſarciendam ſumeret, atq; ore ſtamina componeret, & lingua puta ſuturas contingeret, ſeu forſan lamberet aſſuendo, quo tranſitum acus faceret faciliorem, tertia die veniſſe in rabiem *lib. 3. cap. 9. Acut. morb.* Hæc tuæ primæ reſpondet. 5.

In conſiliis IOH. MATTHÆI de gradibus legitur, Magnificum Dom. Iohannem Cuqueranum infectum fuiſſe rabie poſt multos dies, ex ſola impoſitione manus, in os canis rabidi, etſi eum canis non momorderit. 6.

Sic etiam MATHIOLVS dicit, ſe duos vidiſſe homines, qui ſpuma tantum perfuſi, nullo quidem 7.
E ex morſu accepto vulnere, rabiem contraxiſſent.

IOANNES PIERIVS VALERIANVS refert, eos, qui canem rabie laborantem diſſecuerant, ea affectos exhalatione, contagionis vim efficaciſſimam expertos fuiſſe. 8.

Ait etiam, vrinam rabioſi canis, quomodocunque calcatam, valde nocere, maxime vlcus aliquod habentibus.

Halitu & contactu ſolo rabientes, alios contagione inficere, probat PALMARIVS *lib. de morbis contag.* hac experientia. Cum Ruſticus quidam, rabie perculſus, furiis agitatus ſibi è viuis breui migrandum eſſe intelligeret, aſſidentes, qui eum vinculis conſtrictū tenebant, in furoris intermiſſione obnixe rogauit, vt quos deſerturus eſſet liberos, ſibi deoſculari liceret. Quod cū ei conceſſum eſſet, liberiſque 9.

oſcula

oſcula libaſſet, præfocatus eſt. Sed ecce ſeptimo poſt die, liberi eodem morbo correpti, eiſdemq; cruciatibus torti, breui miſerrimam vitam, cum morte commutarunt. A

10. Præterea ſe vidiſſe ſcribit, ex ſtraminis, in quo ſues rabie perciti decubuerant, eſu, equos, boues, & oues, quæ ſtramentum deguſtaſſent, rabiem contraxiſſe.

11. SVRIVS *in ſuo commentario, rerum in orbe geſtarum*, in Ducatu Wirtenbergenſi eueniſſe narrat, cauponem quendam hoſpitibus carnes porci rabidi, canis morſu infeſtati edendas propoſuiſſe (ipſorum certe hoſpitaliter:) vbi homines eius rei ignari comederunt, mox verſi in rabiem, mutuis ſe morſibus lacerarunt.

12. Inter obſeruationes D. ESAIÆ MEISCHNERI hæc continetur his verbis. *Puer adoleſcens, apud equitem nobilem, forte fortuna inuenit deliteſcentem ſub ſponda gladium, quo ex actu pluribus annis, canis rabidus confoſſus fuerat. Is ſibi vt concederetur petiit; quo facto cum eum rubigine obductum extergeret, & perpolire vellet puer, improuidus ſibi digito inflixit vulnuſculum, vnde rabie percitus, nemine aduertente periit.* Tanta vis veneni, cuius venenum per dies & annos exoleſcere, multi autumant.

Delirium non ſemper adeſſe a cane rabido demorſis.

13. Teſtatur P. SALIVS, ſe vidiſſe aliquos à cane rabido demorſos, in quibus nulla vnquam fuit delirii ſuſpicio. *Imo, inquit, perſuaſi ad bibendum dicebant: claudite oculos, ne videamus, & omni conatu conuicite intra os aquam, & alia, quæ in potu prodeſſe poſſant, cumque dentibus fremerent, more ſ, canum alios morſu petere ob vim rabidum cogerentur; precabantur adſtantes, vt eos valide continerent, ne e manibus eorum ad aliquem mordendum exilirent; eoſque admonebant, vt ad os eorum manum, vel aliam partem corporis non admouerent, ne ex ea propinquante cogerentur eos dentibus petere. Hos eoſdem propter miſeriam & calamitatem lamentari noui, conquerentes morbi principium non valide oppugnatum fuiſſe, ſe in omnibus Deo maxima cum commiſeratione commendantes, ab eo peccatorum veniam & vitam æternam implorantes audiui.* Hæc & ſimilia ſe vidiſſe dicit. B

Alias permultas notarem hiſtorias, quas ſcribere prolixius foret. Nunc ergo ad meam obſeruationem accedo.

Anno à Deiparæ virginis partu 1581. menſe Sextili, matrona quædam, honeſtaq. mulier Doctoris celeberrimi filia, quam nobilis vir ante duos annos in vxorem duxerat, hæc mihi familiariter nota, proximeque affinis: cum quodam die per vrbem negotia haberet & ageret, à cane rabido ex improuiſo impetitur, in ſiniſtro brachio mordetur. Vicini, & cõcomitantes rei magnitudine, & triſtiſſimo caſu vehementer perculſi, illico canem interficiunt: Dein præſto aduocati adfuerunt ſeduli doctiſſimi Medici, qui exquiſite remedia præſcripſerunt, partique affectæ apponenda iuſſerũt. Per os item Alexipharmaca propinari curarunt. Brachium ſupra vulnus, ligatura valida, vinculo arctiſſimo exceptum fuit. Topica attrahentia, fotaſq; venenum euocantia eiuſq; vim retundentia, adhibita. Deniq, ferrum & ignẽ loco læſo applicuit Chirurgus. Tandem elapſis paucis diebus Deo volente ſalua & incolumis euaſit, vel euaſiſſe videtur, nulla in brachio noxa, nec tantum cicatrice fere relicta, nulloq, in corpore, vt apparebat, reſtante veneno. Verum quid euenerit, audi, quæſo. Septimo ab hinc anno recurrunt ſymptomata ſæuiora multo: perſentit in brachio alias læſo dolorem acerbiſſimum, veluti à caninis dentibus diſcerpi, & dilaniari. Inde pauco interiecto tempore, furor & mentis alienatio ſubſequuntur, mœror, triſtitia, vigiliæ ſummæ, ſitis inexplebilis, febris tandem, & maxima virium proſtratio: ciborum denique omnium odium, nunquam tamen à potu abhorruit. Nec liquida, quæ ſitim extinguere valebant, reiecit. Morti proxima iudicata eſt, imo nulla nobis relicta erat vitæ vel ſalutis ſpes. Sed in tot tantiſque malis, ita diligentiſſime ei manus auxiliares adhibitæ fuere, tum à præſtantiſſimis Medicis, tum à domeſticis, vt intra paucos dies perfecte ſanata viſa ſit. C

SÆVA etenim illa accidẽtia, paulatim miteſcendo, abſolute ceſſarunt. Poſt annos ſeptem ab hac inuaſione, & decimo quarto à canis morſu, & tertio ab obitu mariti ſui, mirabilibus, uſque grauiſſimis morbis, iterũ tentari cœpit, principio ducto à ſiniſtro illo brachio. Tormina lethalia ſenſit, vomitiones & ructus incredibiles, omniaque ſymptomata atrabilaria ſuſtinuit, vigilias & ſitim maximam paſſa eſt. Vellicationem, & dolorem ingentem in loco prius morſo habuit. Curatur iterum diligentiſſime, & me præſente ſanitati, vt videbatur, reſtituitur perfecte, aptis ad id adhibitis remediis. Sopitum tantum iudicaui malum, non deletum. Sic manſit per annos ſex. Anno vigeſimo à vulnere accepto, denuo recurrit affectus, excitantur accidentia, vt prioribus annis, redeuntque eadem ſymptomata. Sedatis anno ſequenti iiſdem, ruſſus tentatur honeſta fœmina. Subſequenti anno repetiit malum bis. Anno proximo illapſo, ter ita correpta fuit. Hoc anno iam bis. A tribus annis frequentiores, ſed breuiores fuerunt paroxyſmi. Tres aguntur hebdomades, quod ab vltimo prehenſa fuit, & euaſit paroxyſmo. In omnibus fere temporum mutationibus ſibi brachium vellicari perſentit. Vereor, ne breui vitam anxiam, & calamitoſam, cum morte ſæpius optata commutet. Huius rei teſtis ſum: hæc egomet vidi. Tuis ſcriptis reſpondiſſem citius, ſi per negotia licuiſſet. Nunc cum aliquantulum otii ſim nactus, his reſpondere volui. Tuarum eſt partium ea boni conſulere, gratoque animo accipere. Interim bene vale. Datum Lauſannæ decimo quarto Calend. Octobris, Anno 1604. D

OBSERVATIO. LXXXVII. E

Morſus canis rabidi curatio.

PEriculoſiſſimum eſſe morſum canis rabidi, cum experientia, tum omnes, qui de hac materia ſcripta prodiderunt, fidem faciunt. Quapropter ſtatim ab initio adminiſtranda eſt curatio. Quãdoquidem (vt Dioſcorides & omnes monent Medici) ſi legitima auxilia primis diebus fuerint prætermiſſa, alienum deinceps erit, & carnem ſcalpro excindere, & vſtionem experiri. Qua autem methodo iam aliquoties huiuſmodi morſus curauerim, hoc exemplo breuiter proponam.

Anno

A Anno 1602. 30. Iulij adoleſcens quidam Paterniacenſis Dauid Willometus nomine, prope cubitum dextrum à cane rabido vulnus accepit. Venit ad me primo Auguſti. Tum præparatis omnibus, ſic proceſſi. Primo morſum ſcalpello ſcarificaui, cucurbitulamque cum largiori flamma appoſui, & quantum fieri potuit, ſanguinem extraxi. Deinde totum brachium *poſca, in qua diſſoluta erat theriaca parum ʒj. ſalis marini*, ablui. Saliua enim canis rabidi in parte aliqua cutis exſiccata, niſi mature & diligenter abluta, & abſterſa fuerit, rabiem excitare potens eſt. Poſtea cauterio actuali morſum vndiq; ac profunde inuſſi. Hic monitos velim tyrones Chirurgos, vt diligenter proſpiciant, ne nimis leuiter & ſuperficialiter inurant huiuſmodi morſus, ſed vt potius in exceſſu, quam in defectu peccent. Cum enim morbus ſit extremus, extremum quoque requirit remedium. Expertus loquor. Filia enim Sebaſtiani Cuiſineri (cuius antea memini) fruſtra paſſa eſt cauterium ab empirica vetula adhibitum, quod non ſatis profunde impreſſum fuiſſet. Audacter itaque atque ſatis alte, ſi pars affecta conſentit, imprimendum eſt cauterium, admodum ardens, vt Galeni verbis vtar. Quandoquidem ex leui applicatione cauterij, duo ſequuntur incommoda. Non enim ſatis conſumitur virus illud, atque malignitas à cane relicta, & mature nimis coaleſcit vlcus. Hinc remanens portio aliqua veneni in parte affecta, tandem ſerpendo ad partes principes peruenit, eaſque in perniciem trahit. *Admonitio.* *Lib. de Theriac. ad Piſonem.*

B Nunc ad propoſitum noſtrum redeamus. Poſt inuſtionem non vſque adeo ſollicitus fui de leniendo dolore. Vnctuoſa enim & eſcharam relaxantia, veluti *butyrum, oleum*, & ſimilia, multo minus refrigerantia & repellentia medicamenta, mihi in huiuſmodi vlceribus non vſque adeo probantur. Illa enim exhalationem, euaporationemq; veneni impediunt, hæc vero ſanguinem, atque cum eo venenū ad partes nobiles repellunt. At quia omnis dolor, ad ſe attrahit ſanguinem & humores ex corpore (vt Galenus teſtatur,) veriſimile eſt, dolorem prodeſſe huiuſmodi vlceribus, dummodo leuis fuerit. Itaque poſt vſtionem, vulneri impoſui goſſipium madefactum *aqua vitæ, in qua diſſoluta erat theriaca*. Poſtea ſequens emplaſtrum ſupra linteum extenſum applicui.

℞. *Cepā aliquantum ſub prunis coctā,* *Emplaſtrū.*
Fermenti
Farinæ ſinapi ana ℥j.
Theriac. ℥ ſ.
Foliorum rutæ &
C *Scordii ana M. ſ.*
Miſceantur in mortario, addendo parum mellis.

Sequenti die ſcalpello eſcharam vndique quantum fieri potuit, incidi, deinde iam iam memorata medicamenta applicui: atque ſic vſque ad caſum eſcharæ proceſſi. Poſtea, ne labia vlceris coaleſcerēt, bis in die piſum impoſui, quemadmodum fit in fonticulis: & præſcriptum emplaſtrum applicui. Atque hoc modo, vlcus ad menſes tres apertum retinui. Interim tamen per interualla, ſingulis ſcilicet hebdomadibus, bis, terue, vlceri ſequentem inſperſi puluerem.

℞. *Puluer. præcipitat.* *Puluis.*
Lapidis bezoardici,
Pulu. radicum angelicæ ana ℈ j.
Miſce.

Mirifice enim malignitatem ad ſe ex profundo attrahit, & veneno aduerſatur puluis ille. Per os alexipharmaca, veluti *theriacam, mithridatium, cornu cerui vſti & præparati, & lapidem bezoardicum* propinaui. Sequens quoque puluis, cum *aqua bugloſſæ aut boraginis* exhibitus ſummopere laudatur à veteribus, & mo-
D dernis Medicis.

℞. *Cineris cancrorum fluuiatilium ℥ x.* *Dium.*
Radicis gentianæ ℥ v.
Olibani ℥ j.
Miſce, fiat puluis tenuiſſimus.

Venam non incidi, neque pharmacum ſolutiuum exhibui, ne venenum ab externis ad interiora traherem membra. Sic diuino Numine curatus fuit. Atque ad hunc vſque diem, quo hæc ſcripſi, proſpera valetudine fruitur.

Eodem tempore huius Iuuenis fratrem, ab eodem cane, ſeptē in locis morſum, ſuperiori methodo curaui: qui à curatione per annum integrum ſanus vixit, tum pleureſi correptus obiit. *16. Martii. Anno 1605.*

Nunc matronam quandam Paterniacenſem quinquagenariam, à cane rabido quatuor in locis morſam, cum grauiſſimis ſymptomatis, curandam habeo. Qualis vero huius curationis futurus ſit exitus, expecto, & ſuo quoq, tempore auxiliante Deo, qualis fuerit, declarabo.

E
OBSERVATIO LXXXIIX.

De extrahendi globuli ſclopetarii modo perquam facili, cum inſtrumentorum ad hanc operationem neceſſariorum delineatione.

AD

IOHANNEM GRIFFONIVM *Geneuenſium Chirurgum præſtantiſſimum & experti ſſimum.*

QVia, Vir præſtantiſſime, de ſtatu rerum domeſticarum mearum & aliarum, quæ hic hactenus cōtigerunt, prolixe ſatis ad Clariſs. D. D. IANVM ANTONIVM SARACENVM, communem

 noſtrum

noſtrum vtriuſque amicum ſcripſi, nihil hic de his repetere ſtatui; cum is, vt ſpero, literas tibi ſit communicaturus. Aliquid tamen de re alia, haud dubie tibi non ingrata ſcribam. Cum in hoc patriæ noſtræ perturbato ſtatu, ſæpiſſime mihi ſclopetorum ſananda occurrant vulnera: vnde ſæpe quoq; non parua in extrahendis globulis difficultas extitit, quamuis inſtrumenta illa vulgaria ad hanc rem neceſſaria in promptu fuerint: Non tamen ea mihi adeo commoda viſa ſunt, vt ſatis facerent. Niſi enim (quod probe noſti) globulus fuerit in ſuperficie corporis, aut aliquo in loco, vbi inter oſſa hæreat, non niſi maxima cum difficultate ac dolore apprehendi atque extrahi poteſt. Tenaculis enim aut alphonſino, ſi vti volueris, inſtrumento, vt extẽdatur & dilatetur, vulnus opus eſt. Si vero Terebellum globulo infigi volueris, vt hactenus conſueuerunt Chirurgi nonne cũ terebello globulus circumuoluitur? Coactus itaque fui, aliam extrahendi globuli viam ac rationem, quæ quidem Dei beneficio ex voto ſucceſſit, meditari. Inueni enim non ita pridem aptiſſimum quoddam inſtrumentum, quo globulus magna cum facilitate & fere ſine dolore extrahi poteſt. Ideoque, quia te mei amantiſſimum, & propter bellum veſtrum aduerſus Sabaudiæ Ducem, in hunuſmodi vulneribus ſanandis occupatiſſimum eſſe noui, mutuæ inter nos amicitiæ fouendæ gratia non potui, quin te huius inſtrumenti participem facerem, quod ab amico tibi ad gratificandum promptiſſimo haud inuitus accipies. Inſtructionem eius nullam tribuo, quod facile tibi homini ingenioſiſſimo, ex primo quoq; intuitu, vſus eius, & applicationis modus innoteſcere poſſit. Nolim tamen inuentionem hanc noſtram, aliaque pleraque particularia, aliis quam intimis noſtris amicis communicari donec in communem Reip. vtilitatem abs te, quod facile præſtiteris, edantur. Scio etenim a te quotidie in Chirurgicis rara quamplurima, Marte potiſſimum apud vos hoc tempore furente, obſeruari quæ quidem ſi annotare, ac tandem typis mandare libuerit, multum ſane obſtringes tibi poſteritatem, laudemque apud omnes Medicos & Chirurgos tibi parabis non exiguam. Id ſi quando feceris, huius quoque inſtrumenti delineationem typis tuis addere liberum erit. Interim vale cum honeſtiſſima tua coniuge, quam tecum ſalutat Coluntxa mea chariſſima. Dabam Hildenæ ex Muſæolo noſtro Machaonico, Anno 1590. 10. menſis Auguſti.

Tui ſtudioſiſſimus.


G. Fabricius Hildanus.

Delineatio & explicatio prædicti inſtrumenti.


QVamquam non raro globuli plumbei, ſclopeto proiecti, per multos annos in parte aliqua corporis, ſine dolore, aut aliquo alio incommodo delituſcere poſſint eſt tamen officii rationalis Chirurgi, extrahere quicquid extraneum eſt in vulneribus, nec ideirco vllo modo (ſiquidem fieri poſſit) in iis relinquendus eſt globulus. Donec enim (quod omnibus Chirurgis notum eſt) vel minima etiam feſtuca, aut oſſis fracti ſquama, vel ſimile quid extraneum parti læſæ inhæſerit, vulnus incurabile exiſtit. Globulus vero, ſi nonnunquam propter particularem plumbi facultatem in corpore remaneat, longam & difficilem reddit curationem, propterea quod ægre carne obduci poſſit globulus. Præterea ſi globulus in partem aliquam neruoſam proiectus fuerit, & neruum aliquem, tendinem, vel membranam compreſſerit, dolores maximos excitabit. Hinc inquietudines, deliria, febres, inflammationes, aliaque grauiora accidentia. Si circa ventris alicuius regionem, lateat ſphærula bombardaria, verendum, ne ſucceſſu temporis in ventrem ipſum penetret, & de nouo morbum excitet. Mutat enim ſitum & locum propter pondus. Si circa vaſa arteriarum, aut venarum fuerit, hæmorrhagia timenda eſt. Aut ſi tandem remanſerit globulus ſubter vaſe aliquo, & calloſa quadam ſubſtantia obductus fuerit, periculum eſt, ne comprimat adiacentia vaſa, & impediat, ne ſanguis, & ſpiritus libere permeare poſſint, ſequaturque extenuatio, ac aliquando interitus membri propter penuriam alimenti. Det igitur Chirurgus omnem operam, vt quamprimum extrahatur globulus.

In prima itaque curatione vulneris, niſi hæmorrhagia impedierit, Chirurgus diligenter vulnus exploret digito, aut ſpecillo, & quicquid extraneum commode apprehendi poterit, extrahat. Præſtat id digitis fieri, ſin vero nequeat, fiat hamulo aliquo apto, aut roſtro coruino, ciconeo, aut anatino, prout requiret neceſſitas. Quorum inſtrumentorum delineationes, apud Bartholomæum Maggium, Alphõſum Ferreum, & Ambroſium Paræum licet videre. Quod ſi autem globulus profunde corpori inhæſerit, non ita commode tenaculis apprehendi poteſt: quandoquidem meatum non modo obſtruant vulneris, ſed etiam dilatatæ, neruos, tendines, membranas, & carnem premant, dilacerent, vnde dolor ſequitur magnus, aliaque accidentia. Noſtrum vero inſtrumentum, nullum fere infert dolorem: quantũuis enim anguſtum ſit vulnus, ingredi tamen ſine violentia poteſt vſque ad globulum, dummodo Chirurgus habeat penes ſe, tria diuerſa huius inuentionis inſtrumenta, cum ſuis cannulis denticulatis & terebellis (maius ſcilicet, mediocre & minus) quorum primum ad anguſta vulnera, & paruos globulos confectum ſit, idque craſſitiem pennæ Oloris non excedat: ſecũdum paulo craſſius primo ſit. Tertium ad craſſitiem digiti indicis accedat. Huius autem inſtrumenti cum ſua cannula & terebello hæc eſt delineatio.

A Fiſtula




A A. Fiſtula eſt argentea aut ænea, vndique optime
polita, longitudine vnius pedis aut circiter. Illa inun-
cta *oleo roſaceo*, immittenda eſt vulneri clementer, vſque
dum ipſius extremitas B. notata globulum, quantum
fieri poteſt, amplectatur. Idque vt eo melius, fiat, pro-
portionem, vt habeat fiſtula aliquam cum vulnere &
globulo neceſſe eſt. Si enim vulnus globulo paruo in-
flictum, ac proinde anguſtum fuerit, inſtrumentum
quoque paruum eſſe debet. Cum primum itaq; prima
fiſtula, ad globulum vſq; immiſſa fuerit, protinus alte-
ra fiſtula ſeu cannula. C. notata, per priorem inſinuan-
da eſt quoq; ad globulum vſque: ſitque hæc aliquan-
tulum longior priore, quo ipſius extremitas præemi-
nere poſſit: vt *infra* ex figura apparebit. Hæc autem ſe-
B cunda fiſtula in ſua extremitate D. notata, denticulata
vel ſerrata ſit; & quidem ita, vt cuſpides dentium ex ſi-
niſtra in dextram vergant: quemadmodum ex delinea-
tione fiſtulæ huius liquet: ſintque apices dentium acu-
tiſſimi, quo facilius globulo infigi poſſint. Sic enim im-
pediunt, ne cum terebello globulus ſimul circumuo-
luatur: quandoquidem fiſtula hæc, & terebellum du-
plicem, ac inter ſe contrarium motum conſtituunt. A-
pices enim dentium fiſtulæ ex ſiniſtra, vt diximus, par-
te, in dextram vergunt, terebelli vero cuſpis, ex dextra
in ſiniſtram. Tandem terebellum E. ſignatum, per ſe-
cundam fiſtulam immittendum vſque ad globulum,
ſitq; duabus ipſis fiſtulis paulo longius: vt ſequens in-
dicat figura, qua ambæ fiſtulæ, prima nempe in ſecun-
C dam immiſſa, ſimul & terebellum adumbrantur.



Vbi ergo vulneri intromiſſæ fuerint fiſtulę, cum terebello, tunc pollice at-
que indice ſiniſtro, firmiter teneat Chirurgus ambas fiſtulas; & quantum æger
pati poterit, ad globulum pellat, quo is firmiter teneatur, poſtea indice atque
pollice dextro, terebellum circumuoluat, atq; globulo paulatim infigat. Quam-
D primum vero terebellum globulo ſufficienter inhærere Chirurgus cognouerit,
clementer, & terebellum, & ambas fiſtulas ſimul, & globulum vna extrahat, vt
vltima figura demonſtrat: in qua globulus fiſtulæ denticulatæ adhærens con-
ſpicitur.

Facillima eſt, & doloris expers hæc operatio, dummodo Chirurgus dexte-
ritate, atque experientia polleat, & dentes atque cuſpides fiſtulæ ac terebelli,
acutiſſimi ſint, & ex optimo chalybe fabricati.

E



A. Prima & exterior fiſtula, vndique vnita ac polita.
B. Altera in extremitate dentic[illegible] globulum tenens.
C. Terebellum globulo infixum. A

OBSERVATIO LXXXIX.

Emollientibus medicamentis tumores cancroſos exacerbari.

QVamuis vt plurimum ſit veriſſimum axioma, *Contraria contrariorum ſunt remedia*, videant tamen Chirurgi, ne temere cancroſos tumores, qui duriſſimi ſunt, emollire ſtudeant. Veriſſimum enim eſt, quod Galenus ſcriptum reliquit, *de ſimp. medicam. facultatibus lib.* [illegible]. *At*, inquit, *quæ ab atrabilario ſucco dura erunt, cancroſa ſunt omnia, & ab emollientibus medicamentis exaſperantur.* Huius rei exempla [illegible] nulla in gratiam Iuniorum Chirurgorum, in medium adducere placuit.

1. Exemplū. Vxor Iudicis O[illegible] ad Coloniam, 24. annis, & amplius [illegible] hepatis laborans, tandem anno 1594. cum ex conſilio [illegible] multa adhibuiſſet emollientia, fomentationes ſcilicet, inunctiones, & emplaſtra [illegible], dolor acutiſſimus, febris, inflammatio, [illegible] abſceſſus maximus in hepate, ita quidem, vt abdominis muſculi & cutis [illegible] ex communicatione ad [illegible] exulcerationem [illegible]. [illegible] cum Clariſs. B
D. D. ARNOLDO MAN[illegible] Medic. facult. [illegible] Coloni[illegible] Academia Profeſſore primario [illegible] paulo ante [illegible], quam [illegible] cum tanto fœtore [illegible] ex[illegible] vlcus [illegible], ex quo plurima materies [illegible] & graueolentiſſima, imo & plures [illegible] particulæ, vt & [illegible] hepatis lob[illegible] plane ſyderatæ [illegible]. Vnde paucis poſt diebus obiit.

2. Exemplū. Iohannes auff der Cuſſen in Hilden [illegible] per multos annos tumore ſcyrrhoſo in ſiniſtro clune laboraſſet, ad [illegible] vocauit Barbitonſorem Duſſeldorpenſem, qui nulla habita morbi [illegible], multis vnctionibus & cataplaſmatis, tumorem ad ſuppurationem prouocare ſtuduit. Hinc exorta inflammatione, & dolore acutiſſimo, nouaculam tumori infixit, ſed nihil præterquam aliquid ſanguinis aduſti eduxit. Dolor in dies factus eſt vehementior, ita quidem, vt nullo modo ſedari potuerit, vlcuſq; intra paucos dies totum clunem inuaſerit, labiis eiuſdem in altum eleuatis, inuerſis & calloſis. Incredibile eſt, quo dolore ipſe excruciatus fuerit. Ego illum aliquoties cum Clariſſ. D. D. REINERO SOLENANDRO Illuſt. Princip. Cliuiæ &c. Medico, & COSMO SLOTANO eiuſdem Principis Chirurgo [illegible], inuiſimus. Quamuis autem nos ſummo ſtudio in hoc incumberemus, vt dolores aliquo modo leniretur, fruſtra tamen omnia tentauimus. Tandem enim ipſe in ea miſeria, & cruciatu deceſſit. C

3. Exemplū. Dominus Polerius ciuis Lauſannenſis, vir ingenio & virtute præſtans, [illegible] amicus, tumore cancroſo ad magnitudinem oui Gallinacei, circumcirca papillam ſiniſtram, per multos annos vexatus eſt. Suaſerunt ipſi aliquando Medici, vt tentaret tumorem paulatim emollire, & diſcutere *emplaſtris de mucilaginibus, de meliloto, & ſimilibus.* Sed quam primum eiuſmodi medicamenta tumori [illegible], ſtatim exortus eſt dolor & inflammatio, ita vt illa abſtrahere, & frigidum aliquod [illegible] coa-ctus fuerit. Sedato dolore ac inflammatione, denuo applicauit emollientia, [illegible] vt ante, ſecutus eſt dolor. Tandem, cum ipſemet experientia exploraſſet, hunc dolorem, & inflammationem ex horum emollientium vſu manare, ab eis plane abſtinuit, diuque poſtea ſuperſtes fuit. D

OBSERVATIO XC.

De præſtantia lapidis Oſteocollæ in fracturis oſſium.

CVm nonnulli lapidem Oſteocollam ad cœlum vſque extollant, quid de eo obſeruarim, paucis indicabo. Grauiter tamen errant impoſtores nonnulli, qui hoc lapide ſe fracturas, paucorum dierum ſpatio poſſe curare glorientur. Attamen illum ſingulari quadam virtute, & proprietate occulta generandi callum, præditum eſſe, certum eſt. Idque ego cum in aliis, tum [illegible] Rorgeto in Broch Langenbergenſi, obſeruaui. Is cum vtraque tibia [illegible] ſibi confregiſſet, me aduocandum iuſſit. Oſſa in ſitum naturalem repoſui, [illegible], ieiuno ſtomacho, dragmam vnam huius lapidis, in marmore cum aqua [illegible] præparati, exhibui [illegible] quidem diebus cum ptiſana, aut iuſculo carnis recentis, poſtmodum vero cum vino. Iis, quæ fracturæ [illegible] applicui medicamentis, eundem lapidem puluerizatum & præparatū admiſcui. Inde factum eſt, vt [illegible] triginta dierum pleniſſime reſtituta ſit tibia, ita vt ſine adminiculo incedere potuerit. Notandum quoque, hanc fracturam non tantum completam, hoc eſt, amborum foſſilium, verumetiam compoſitam fuiſſe. Quandoquidem propter maximam cacochymiam corporis, & contuſionem partis male affectæ ſtatim ab initio dolor magnus, febris item, & herpes miliaris ſuperuenerunt: ita vt coactus fuerim aliquoties purgare corpus, & ſingulis diebus ſemel ad minimum ſoluere ligaturam, & mutare medicamenta. Motus autem ille & agitatio, tum corporis, tum tibiæ, quantum in curatione afferat detrimenti, nuilā E

1. Exemplū.

Eius doſis & vſus.

practi-

A practicorum latet. Ex quibus perſpicuum fit, hunc lapidem multum ei profuiſſe. Solebat enim ſimplex fractura in tibia, vbi nec vulnus, nec inflammatio aut dolor magnus adiit, in ſenibus præcipue, non niſi duorum menſium ſpatio aut circiter conſolidari.

Anno 1600. Lauſannæ famulam Ioachimi Rohaud pharmacopœi peritiſſimi ſexagenariam, quadraginta dierum ſpatio, hoc lapide, ex fractura tibiæ completa, & cum vulnere complicata, ſanitati Dei beneficio reſtitui. *2. Exempl.*

OBSERVATIO XCI.

Quænam incommoda, ex vſu Oſteocollæ imprudenter exhibita, accidere poßint.

EX optimo illo & maximo ſucceſſu Oſteocollæ, quem in ſuperioribus duabus obſeruationibus recitauimus, auſus ſum illam omnibus fracturis affectis, cuiuſcunque ſexus aut ætatis fuerint ægri, exhibere & applicare. Mira enim me eo lapide præſtare poſſe ſperabam. Verumtamen incidit in manus meas nobilis quidam Belga iuuenis 14. annos natus, robuſtus, ſanguineæ complexionis, & bono corporis habitu, cui ambo foſſilia ad malleolum fracta fuerant. Accerſitus, fracturam feliciter repoſui. Poſtea lapidem (vt in *ſuperiore Obſeruatione* dictum eſt) exhibui, & exterius applicui. Tertio die, ſeptimo, itẽ vndecimo, & decimo quarto faſcias ſolui, quo tempore nulla excreſcentia aut deformitas calli apparebat. Vigeſimo vero die morbi, cum faſcias ſoluiſſem, inuenio callum, præcipue circa ſpinam tibiæ adeo magnum & eleuatum, vt perpetua inde deformitas tibiæ ſecuta fuiſſet, niſi protinus ab vſu huius lapidis abſtinuiſſem; callumque, vt ſequitur, expreſſi. Primo itaque callum ſequenti *decocto emollienti*, quotidie bis fomentaui. *Fomentum.*

B

℞. Radicum & foliorum Althææ, Bryoniæ, Liliorum Alborum, Bryoniæ, Liliorum Alborum, Branca Vrſinæ, Florum Meliloti & Chamomeli ana M. j. Abſynthii vulgar. Roſarum rubearum ana M. ſ. Seminu lini, Fœnigræci ana ℥ j.

Coquantur in vna parte aceti (extenuat enim & exſiccat) *& quatuor partibus aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis.* In hoc decocto madefactam ſpongiam, aut linteum reduplicatum, calide loco affecto applicui. Poſtea ſequenti vnguento callum inunxi. *Vnguentum.*

℞. Axungiæ humanæ, Vrſi, Anſeris an. ℥ ij. Succi lumbricorum, & Aceti Scyllitici ana ℥ j.

C *Miſceantur, fiat j. vnguentum*, quo callus & tota tibia poſt fotum inungantur.

Poſt inunctionem, ſequens emplaſtrum ſupra allutam extenſum applicui. *Emplaſtrũ.*

℞. Emplaſt. de Ranis cum Mercurio.
Emplaſt. de Mucilaginibus ana ℥ j.

Miſce.

His per dies ſex proceſſi, callumve non ſolum emolliui, verum etiam manifeſte diminui. Poſtea loco emplaſtri laminam plumbeam adaptaui & applicui, firmiterque faſcia ſuperligaui. His remediis diuino fauore callus emollitus, reſolutus, extenuatus & depreſſus, tibiaque in priſtinum ſtatum, ac robor reſtituta fuit. Hinc perſpicuum fit, hoc genus remedii, caute, & in ſenibus tantum, aut extenuatis, & quibus languet calidum innatum, adhibendum eſſe.

OBSERVATIO. XCII.

An vſus alimentorum viſcoſorum, in fracturis oſsium proſit, tutusve ſit necne?

D QVia de fracturis, & generatione calli *in ſuperioribus obſeruationibus* tractauimus, non erit abs re, ſi quid de alimentis viſcoſis obſeruauerim, paucis hic aperiam.

Quadragenarium, & bonæ complexionis hominem cognoui, cui in fractura tibiæ, victus ratio ab empirico præſcripta fuit ex viſcoſis, veluti pedibus, capitibus, & inteſtinis vaccarum, bouis, caprarum, ouium &c. Curata quidem fuit ei fractura, ſpatio quadraginta dierum; ſed paulatim in cachexiam incidit. Itaq; iam Ictericia, iã dolore renum, aliorumq; viſcerum laborauit, donec tandẽ hydropicus obiit.

ANNOTATIO.

Cum cuncta ſui ſimilia procreent, vt recte Galenus ſcriptis mandauit, & experientia docet; neceſſe eſt, vt ex alimentis viſcoſis chylus generetur viſcoſus: ex quo venæ meſaraicæ facile obſtruuntur. Et ſi quid huius chyli ad hepar peruenit, efficit vt tota maſſa ſanguinea reddatur viſcoſa & glutinoſa. Ex huiuſmodi ſanguine viſcoſo fiunt deinceps obſtructiones viſcerum, ſcyrrhi, hepatis, & lienis, lapides renũ, & veſicæ, hydrops, atq; totius corporis imbecillitas.

E Quemadmodum autem exigua flamma in lampade oleaginoſa & pingui, ſi nimis viſcida & glutinoſa fuerint, vt ſunt pix, cera terebinthina, ſeuum & id genus alia, ex longinquo difficulter attrahere poteſt, ita proculdubio calor natiuus partium imbecillus redditus, huiuſmodi ſanguinem viſcoſum difficulter attrahere poteſt. Hęc ego animaduertens, nunquam ęgrotis, & vulneratis, huiuſmodi alimenta præſcripſi aut conceſſi, licet multas & inſignes fracturas curauerim. Oſſa enim (vt Galenus teſtatur, & experientia docet) habent ſuas cauernulas, in quibus naturaliter multum continent humoris craſſi & albi; ad id comparati, vt oſſa nutriat. Ex illo ipſo autem oſſis nutrimento, in fracturis generatur callus, authore Galeno. Itaq; concludo, ſuperuacaneum eſſe, huiuſmodi nutrimentis naturam grauari. Sufficit enim primo, vt Chirurgus ſua induſtria & arte partem affectam à ſymptomatibus, dolore ſcilicet, in- *Method. med. lib. 6. Ars med. cap. 86.*

 flam-

flammatione (quorum ſymptomatum interuētu natura à ſuis actionibus deturbari ſolet) vindicet. Deinde vt medicamentis leuiter exſiccantibus, exterius applicatis, proprium oſſis nutrimentum in callum exſiccet, & quod reliquum eſt, beneficio naturæ relinquat. A

Observatio. XCIII.

De ſitu tibiarum fractarum.

IN fracturis tibiarum curandis, nonnulli Chirurgi non leuem committunt errorem, cum volunt tibiā erectam inſiſtere talo; ex qua ſituatione hæc ſequuntur incommoda. Primo quidem fit, vt æger temporis progreſſu maiorem dolorem patiatur in talo, quam in ipſa fractura; idque propter tendines magnos & neruoſos, qui talo inſeruntur. Dolor autem ille, multos ad ſe trahit humores, qui in ipſa iunctura, & ſpatiis inter oſſa pedis fracta, atque ligamenta retinentur. Et quia ex hac ſituatione, venæ, & arteriæ comprimuntur, & proinde pars affecta ſuo calore quodammodo deſtituitur; neceſſario condenſantur & refrigeſcunt hi humores in ipſa iunctura, & ſpatiis inter oſſa pedis. Inde curata fractura, pes nouam adfert moleſtiam. Aegre enim & difficulter mouetur iunctura, ſequuntur & nonnunquam alia, quam peſſima ſymptomata.

Ante annos aliquot, cum clariſs. D. D. IANO ANTONIO SARACENO, MARCO OFFREDO, ET ANDREA BONETO, Medicinæ Doctoribus, curandum habui Nob. Henricum Balbanū. B
Is vlceribus nonnullis in tibia laborans, ex erecta illa ſituatione pedis, gāgrænæ ad talum correptus fuit, qui ipſi, & nobis, non paruas attulit moleſtias, ita vt tibiam abſcindere coacti fuerimus. Erecta autem ſituatio pedis, primaria cauſa huius mali fuit. Primo enim dolorem tali excitauit, qui ad ſe humores & ſanguinem attraxit, vnde conſecuta eſt inflammatio. Secundo contuſus & quaſſatus fuit talus ex erecta illa pedis ſituatione. Tertio arctatæ, & compreſſæ fuerunt ex eadem ſituatione venæ, & arteriæ, quæ per ipſum crus, & tibiæ pulpam deſcendunt; ita vt ſanguis, & ſpiritus, ad talum libere deſcendere non potuerint. Aſſidua quoque tibiæ extenſio, non parum huc fecit: diſtentis enim vaſis, innatum calidum & ſanguis nequeunt deſcendere in partem affectam, vnde tandem ea frigeſcit & interit. Ea porro extenſione vaſorum, poſſe frigeſcere partem affectam, ex eo intelligitur, quod equitando per frigidam tempeſtatē, pedes ſi diutius intra fulcra equeſtria contineantur, frigeant impenſiſſime; ſin extra fulcra propēdeant, per ſe ocyus incaleſcant. Sanguis n. & calor, patientibus ipſis vaſis, illico ad pedes recurrunt.

Proſpiciant igitur Chirurgi, ne nimis curioſe (vt huius artis imperiti ſolent) ſituationem hanc in fracturis tibiarum obſeruent. Inuoluta autem tibia faſciis, ſplenīs & ſtupis, & in capſula ad id apta collocata: ea (vt Galenus docet *Meth. Medic. lib. 6.*) eligenda eſt ſituatio, quæ minime ſit doloroſa. Itaq; modo in hanc, modo in alteram partem collocanda eſt tibia, vt æger alias in hoc, alias in alterum decumbere poſſit. Sic enim multa accidentia euitabuntur. C

Observatio XCIV.

Ex applicatione cauſtici ſub genu, dolor vehementiſſimus, inflammatio & febris.

CAuteriorum potentialium applicatio, tum ad ceruicem, tum ad brachium, & ſub genu, ſi recte adminiſtrata fuerit, omni periculo vacat, imo & ſine dolore eſt: ſi vero imprudenter applicata fuerint dolorem adferunt & periculoſa ſunt. Quod tum in aliis, tum præcipue in Pharmacopola quodam, in ſua tamen arte experiſſimo, vidimus. Is enim, cum ſibimetipſe ſub genu dextro, cauſticum applicaret, nec locum, cui applicandum erat, ſatis obſeruaret, ſuæ in hac operatione ignorantiæ, ingratam mercedem accepit. Secutus enim eſt paulo poſt applicationem, dolor acerbiſſimus, inflammatio, febris, inquietudines, & cōuulſionis metus. Acerſitus itaque, coxam, & os ſacrum, *oleo vulpino, lumbricorum, & anethino* calide inunxi: deinde defenſiuum ſupra genu applicui, & tibiam faſcia madefacta in *oxycrato* inuolui. Baſilicam dextram incidi. Item eſcharæ ſuperficiem, quæ præmagna erat (nimis enim laute applicauerat cauſticum) reſecui, quo vapores exhalare, & medicamenta penetrare poſſent. Poſtea vnguentū ſequens ad caſum eſcharæ applicui. D

Vnguentum

℞. *Vnguenti baſilici, butyri recentis & loti aqua roſacea*
Olei liliorum alborum ana ℥ ſ.
Olei de vitellis ouorum ℥ ij. *croci* ℈ j.
Mucilaginis ſem. cydoniorum extract. cum aqua roſacea ℥ j.
Miſceantur. fiat vnguentum.

Si paulatim dolor, reliquaque ſymptomata remiſſa ſunt. Sed quia cauſticum ad coarticulationem fibulę cum tibia, vbi validiſſimum ligamentum exit, applicuerat, & ligamentum hoc attigerat cauſtico, fontanellam propter continuos, qui inde ſequebantur, dolores, apertam retinere non potuit. Conſolidato igitur vlcere, & denuo applicato loco apto cauſtico, aliam fecimus fontanellam, quam ad hoc vſque tempus magno cum fructu apertam habet. E

Observatio. XCV.

Ex calefacto corpore & in aquam frigidam immerſo, grauiſſima ſymptomata orta.

De animarum & corporū temperamenti mutua conſecutione.

VEriſſimum eſt, quod olim Galenus ſcriptum reliquit, *De temperamentis lib. 3.* inquiens: Quæ vero refrigerant à noſtro corpore ne vel paululum quidem demutantur, ſed ipſum ſtatim vincunt ac mutant. Frigiditas enim, vt Galenus *alibi* docuit, omnibus animæ actionibus officit. Quemadmodum

enim

A enim aqua copioſe iniecta in ignem eum extinguit: ſic calor natiuus frigidis afficitur. Id mihi multoties, præcipue autem in iis, quæ ſequuntur, videre contigit.

EXEMPLVM I.

Anno 1591. ſub Canicula, Hildenæ puella quædam laborans febri continua, eaque ardentiſſima, dum die critico ſudore & calore ſummo æſtuat, deducitur ab imperita quadam fœmina è lecto ad puteum: hinc hauſta ſitula frigidiſſimæ, (qualis eſt fere puteorum tunc temporis) immerſiſq; manibus ad refrigerationem corporis, ſtatim exortus eſt dolor in facie, & vbicunq; aqua attigerat, cum tumore & liuore. Propinqui neglectis remediis initio ſalutaribus, poſt octauum diem me cõſuluere, tum deprehendi dextram puellæ, ad carpum vſq; veſicis liuidis extuberantem: extrema digitorum arida, & vere ſiderata: vt in *tractatu noſtro de Gangrena* fuſius declaratur.

EXEMPLVM II.

Anno 1597. ineunte Iunio, nobilis quidam in Rol. ad lacum Lemanum, Samuel Arpeau nomine, cum vehementer incaluiſſet, & in lacum ſeſe refrigerãdi gratia immiſiſſet, mox febre continua, & pleu-

B reſi periculoſiſſima correptus eſt. Quem accerſitus, diuino fauore reſtitui.

EXEMPLVM III.

Miſerabile etiam ſpectaculum, anno 1601. Studioſi aliquot Lauſannæ præbuerunt: qui dum in diebus canicularibus, calefacto corpore in frigidam aquam inſilirent, poſt lotionem in pleureſin lethalem inciderunt.

EXEMPLVM IV.

Ego etiam puer duodecim annorum, dum æſtiuo tempore, plus, quam par eſſet, fluminibus frigidis innataſſem, paralyſim linguæ inde contraxi: cuius incommodum per multos annos ſenſi.

Diligenter igitur ſibi caueant omnes, qui de optima valetudine conſeruanda ſoliciti ſunt, vt corpus nimis calidum, nec aqua frigida conſpergant, nec aquis innatent, niſi calore prius temperato.

OBSERVATIO XCVI.

Ex acaro grauiſſima ſymptomata.

C ANNO 1599. diebus Canicularibus, honeſtus ac pius quidam ciuis Colonienſis, STEPHANVS FAVCONNIER, compater meus plurimum honorãdus, quadragenarius, robuſtus, & ſanguineæ complexionis, acarum habebat in metacarpo, circa digitum auricularem. Cum autem manum fricuiſſet, ſubito exorta eſt inflammatio, dolor acerbiſſimus, phlegmone, febris, lipothymia, aliaque grauiora ſymptomata, quæ mihi accerſito gangrænam ſignificabant non procul abeſſe. Maximo enim impetu affluebant humores. Regimine tamen inſtituto frigido & humido, purgato item corpore, *electuario de ſucco roſarum, & ſyrupo roſato ſolutiuo compoſito cum rhabarbaro & ſenna*; venaque brachii ſani aperta; & topicis primo aſtringentibus, refrigerantibus, repercutientibuſque; deinde iis, quæ reſoluunt & diſcutiunt, adhibitis; in integrum Deo fauente manus reſtituta fuit.

Memini quoque me audiuiſſe ex proprio ore Reuerendi D.D. BEZÆ, ſe cognouiſſe hominẽ magni nominis, qui hoc modo ex acaro interiit. Ex quibus palam fit, primo ſumma hominis miſeria, qui poſt lapſum, infinitis, hoc eſt, vltra trecenta morborum genera, obnoxius fuit, quorum vel etiam minimus hominem occidere poſſit. Deinde quod morbi magni non tantum cenſendi ſint hi, qui principes, & præſtantiores corporis partes vt cerebrum, cor, hepar, occupant: aut qui ex ſeipſis magni ſunt (veluti angina, pleuritis, peripneumonia &c.) verum etiam qui ex cacochymia & malignitate humorum proueniunt: vt Galenus *lib. 4. & 7. Method. medendi* admonuit.

D

OBSERVATIO XCVII.

Panaricii ſiue paronychiæ incidendæ modus tutiſſimus, & compendioſa curatio.

QVam doloriſica, & longæ curationis ſit paronychia, neminem practicorum latet. Si tamen ſtatim ab initio pars affecta eo modo, quem mox expediam, incidatur, cedit dolor citoque curantur ægri prout hactenus in pleriſq; expertus ſum. Quod ſequentibus exemplis illuſtrare viſum eſt.

Ante annos aliquot Coloniæ Agrippinæ ad piam & honeſtam matronam, vxorem D.D. IOAN. BVRGOIS diuini verbi miniſtri fideliſs. & amici mihi multum obſeruandi, laborantem dolore acerbiſſimo in extremitate digiti cum febre, lipothymia, nauſea, aliiſq; grauioribus ſymptomatis, vocatus fui. Digitus tamen nondum inflammatus aut tumefactus erat, ſiquidem morbus tantum incipiebat. Ideoque curationem ſic inſtitui. Primo quidem digitum *lacte vaccino, in quo flores chamomeli, meliloti, ſemen fœnigræci & cydoniorum incocti erant*, aliquantulum fomentaui. Deinde ſuperficiem cutis paulatim diſſecui.

E Abraſa cute maculæ quædam rubicundæ apparebant: Quibus acie cultelli inciſis, guttulam vnam aut alteram aquæ ruſæ ſub cute inueni. Illa vacuata, linteum madefactum *aqua vitæ, vbi nonnihil theriacæ diſſoluta* erat, applicui. His ſtatim ſedatus eſt dolor: atque hoc vnico remedio altero die ſanatus fuit digitus. Reliqua quoq; ſymptomata, purgato leuiter corpore, ſopita fuerunt.

Hoc anno 1604. vocatus fui ad nobiliſſimam Dominam de Monte, Bernenſem matronam honeſtiſſimam, quæ triduo propter paronichyæ doloris vehementiam dormire non potuit. Abraſa cute maculam huius magnitudinis O in apice digiti ſub cute inuenimus, in qua vix guttula vna ichoris continebatur. Inciſa macula applicatoque ipſi digito goſſipio intincto *aqua vitæ, in aqua diſſoluta erat theriaca*,

manui vero & carpo linteo reduplicato ac imbuto *poſca*, ſtatim ceſſauit dolor: Ita vt poſtero die pleniſſime ſanatus ſit digitus. A

ANNOTATIO.

Huius curationis cum anno 1593. primum periculum in vxore mea feciſſem, & ex voto ſucceſſiſſet, poſtea in ſupradictis matronis, ac multis aliis maxima cum vtilitate ægrorum, adminiſtraui. Et ſemper ad vngulã ſub cute nonnihil ichoris inueni. Sed neceſſe eſt ſtatim, vt ab initio fiat inciſio hæc: alioquin ex doloris vehementia cito concurrunt humores, qui inflammationem ac tumorem excitant, atq; ſubiectam carnem, imo etiam oſſa erodunt. Eſt enim cutis ea in parte admodũ denſa, ita vt materia paronychiæ (quæ per ſe maligna eſt) cum nullo modo exhalari poſſit, maiorem acrimoniam & venenoſitatem acquirat: digitus quoque, imo tota manus, propter doloris vehementiam inflatur, parumque prodeſt inciſio hæc, niſi prius materia cocta & in pus conuerſa fuerit.

Vacat autem eo modo facta inciſio omni periculo, nec eſt dolorifica, neq; neruos aut tendones offendit, cum ſit ſuperficialis. Alius vero modus apud practicos paſſim vſurpatur; inciſio nimirum, quæ fit à ſuperficie ad centrum, & verſus os, valde periculoſa eſt. Lædit enim neruos & tendones: vnde dolor acerbiſſimus, inflammatio, febris, aliaque grauiora ſymptomata oboriuntur. B

OBSERVATIO XCIIX.

Emplaſtrum ſtypticum Paracelſi ſiue fodicationum indocte applicatum periculoſum.

EMplaſtrum Stypticum ſiue fodicationum, quod Paracelſus vernacula ſua lingua Stichpflaſter appellat, ſi à Chirurgo rationali, cum ratione, & iis tantum vulneribus, quibus conuenit, applicetur, præſtantiſſimum eſſe medicamentum, experientia ſatis ſuperque docuit. Contra vero periculoſum eſt, ſi ab empirico empirice, hoc eſt, nulla habita ratione vulneris aut partis læſæ applicetur. Quod multis exemplis monſtrare poſſem: ſed hoc vnicum ſufficiet.

AVLICVS quidam Illuſtriſſimi Cliuiac. Iuliacenſium, Montenſium &c. principis, vulnus circa cubitum accepit, vbi axillaris vena & nerui nonnulli abſciſſi fuerunt. Incidit in manus Empirici; qui hoc ſolo emplaſtro ſe poſſe ipſum curare, gloriabatur. Breui quidem cicatrix obducta eſt vulneri, ſed brachium mox intumuit ac doluit, tandemque exorta eſt febris, hinc affluxus, & inflammatio noua, & collectum fuit pus in imo vulneris. Ex illa demum putrefactione, exeſa, & denuo aperta vena, tanta ſecuta eſt hæmorrhagia, vt vulneratus interierit. C

OBSERVATIO XCIX.

Combuſtio leuis ex vſu medicamentorum frigidorum in herpetem exedentem degenerans, eiusq; herpetis curatio.

IVueni cuidam Gallo, cui puluis tormentarius ad pedes incenſus fuit, tibia à pede vſque ad genu comburitur, leuiter tamen, quandoquidem cutis vix læſa fuit. Accedit is ad Empiricum, qui ſtatim ab initio & per dies aliquot *emplaſtrum ex argilla fornacum & bolo armeno cum albuminibus ouorum, & ſucc. ſemperuiui & ſolatri*, applicuit. Poſtea linteis, in huiuſmodi ſuccis & eorum aquis deſtillatis intinctis tibiam inuoluit. Dolor, qui ab initio grauis fuerat, ex vſu horum medicamentorum auctus eſt: inde febris, inquietudines, affluxus humorum ad locum affectum, inflammatio totius cruris vſque ad coxam, aliaque grauiora ſymptomata ſecuta ſunt: tandem vero herpes exedens totum crus inuaſit, idque adeo vehementer, vt Chirurgi de abſciſſione tibiæ cogitarent, ſiquidem ea in genu fieri potuiſſet. Poſt menſes ſex venit ad me Coloniam, vbi diuino fauore, ſequenti methodo & remediis infra ſcriptis curatus fuit.

Primo hac potione corpus leuiter purgaui.

Potio purgans.

℞. *Radicum Scrophulariæ maioris,*
Corticum interior. rad. frangulæ, D
Radicum polypodii ana ℥ ſ.
Herbar. fumariæ,
Cuſcutæ & ſcabioſæ ana M. ſ.
Foliorum ſenæ mundatæ ʒ iij.
Fiat decoctio in aqua ad ℥ iiij.
In colatura diſſolue conf. Hamech. ʒ ij.
Syrupi Roſati ſolutiui ex multis infuſionibus ℥ j.
Miſce, fiat potio.

Sequenti die baſilicam eiuſdem lateris, vbi tibia laborabat, incidi, & ad vncias ſeptem ſanguinis extraxi. Poſtea ad maiorẽ humorum præparationem & euacuationem, ſequens apozema exhibui.

Apozema.

℞. *Radicum lapathi acuti, Scrophulariæ maioris,*
Corticum interiorum radic. frangulæ,
Polypodii, Petroſelini, Corticum Tamariſci ana ℥ j. E
Herbarum agrimoniæ
Veronicæ,
Scabioſæ,
Fumariæ,
Cuſcutæ,
Ceterach ana M. j.
Trium Florum Cordialium & Geniſtæ ana P. ij.

Liqui-

A *Liquiritia*
Vuarum paſſularum ana ℥ j.
Seminis Aniſi &
Fœniculi ana ℥ ij.
Fiat decoctio in ſ. q. aquæ puriſſimæ ad conſumptionem tertiæ partis. In ℔. j. ſ.
Colaturæ infundantur & macerentur ſ. a.
Rhabarbari electi
Agarici recenter trochiſcati ana ℥ iij.
Foliorum ſennæ ℥ ij.
Fiat ſ. a. apozema pro 4. matutinis horis.

His corpore purgato, & regimine ipſi præſcripto, ad topica peruenimus. Itaque quia cutis ab vſu frigidorum medicamentorum indurata fuerat, ſtatim ab initio hac fomentatione emolliente totam tibiam ſingulis diebus bis terve fomentandam curaui.

♃. *Radicum biſmaluæ cum toto, lapat. acuti,* — *Fomentum.*
B *Scrophulariæ ana ℥ ij.*
Foliorum Maluar.
Violarum
Florum meliloti
Sambuci ana M. j.
Semin. Fœnigræci ℥ ſ.

Coquantur in aqua ad conſumptionem tertiæ partis. Lintea reduplicata aut ſpongiæ magnæ intinctæ in hac decoctione, applicentur toti tibiæ; fomentatæ per dimidiam horam ſequens emplaſtrum applicui.

♃. *Farinæ fabarum* — *Cataplaſma*
Lupinorum ana ℥. ſ.
Fœnigræci & lini ana ℥ ij.
Radicum altheæ recent. coctæ & cribratæ ℥ iiij.
C *Puluer. Florum Chamomil.*
Meliloti,
Roſarum rubearum
Et abſynth. vulgar. ana ℥ j.
Fiat ſ. a. Cataplaſma.

Hac methodo proceſſi per dies quatuordecim. Interim cutis emollita, & dolor ſedatus fuerunt. Ichor item ſeu virulenta & acris materia, quæ ex vlceribus effluebat, inſpiſſata & ad digeſtionem præparata fuit.

Poſtea vlceribus *puluerem præcipitatum aqua plantaginis & roſacea lotum* inſperſi: & ſequens emplaſtrum applicui. — *Emplaſtrũ.*

♃. *Emplaſtri de mucilaginibus*
Emplaſtri palmei ana ℔. ſ.
Emplaſtri de ranis cum Mercurio ℥ ij.
Aluminis vſti
D *Chalcanthi ana ℥ j.*
Olei roſacei quantum opus eſt. Terantur lentiſſimo igne, fiatq́, ceratũ,

Sequenti quoque vnguento vſus ſum ſub finem morbi.

♃. *Radicum Scrophulariæ maioris,* — *Vnguentum*
Lapat. acuti,
Corticum ſrangulæ ana ℥ iiij.
Succi ſcabioſæ
Fumariæ
Aceti ana ℔. j.
Pinguedinis porcinæ recent. ℔. ij.

Conquaſſentur radices, deinde in lebete cum pinguedine & ſuccis coquantur ad ſuccorum conſumptionem, colentur, & reſeruetur pinguedo. Huius pinguedinis ♃. ℔. j.
Pulueris Aluminis &
E *Vitrioli vſti*
Farinæ lupinorum
Baccarum lauri
Cinerum fuliginis ana ℥ j. ſ.
Argenti viui extincti ℥ ij.
Theriacæ ℥ j. Fiat ſ. a. vnguentum in mortario, quo inungatur tota tibia hora matutina.

Singulis ſeptimanis ſemel ad minimum leuiter purgaui eum: idq; *ſupra ſcripta potione*, aut aliquo alio pharmaco conuenienti: veluti *pilulis de fumo terræ, confectione hamech, electuario indo maiori, & ſimilibus, cũ decocto fumariæ, ſcabioſæ, cuſcutæ, & radicum lapat. acuti*, exhibitis. His remediis diuino fauore duorum menſium ſpatio curatus fuit.

ANNO-

ANNOTATIO. A

Cauſam huius herpetis fuiſſe vſum medicamentorum frigidorum & emplaſtrorum, nullum eſt dubium. *Frigidum* enim (vt Hippocrates recte docuit) *vlceribus mordax*, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, denigrat: rigores febriles, conuulſiones & diſtenſiones creat. Hinc humores, ratione ſolutionis continui, & doloris vehementia confluxi ab vſu medicamentorum frigidorum ſub cute retenti fuerunt, ibique poſtea putrefacti, & acres redditi cutem eroſerunt: quemadmodum in *tractatu noſtro de combuſtionibus*, fauente Deo, fuſius declarabimus.

Lib 5. Aph. 20.

OBSERVATIO C.

Lues venerea, ex veſte eodem morbo infecta, contracta.

LVem veneream ex veſtimentis, ſudore, aut ichore vlcerum infectis, poſſe contrahi, minime rarum eſt: quod equidem aliquoties obſeruaui. Vnicum tamen huius mali exemplũ non vulgare hic ſubiicere ſufficiet.

Puella quædam 15. annos nata, ex nobili familia orta, cum Duſſeldorpii in caterua atque conuentu nobilium Bacchanalia celebraret, factum eſt, vt adoleſcentes virginum veſtes, & viciſſim virgines adoleſcentum caligas & veſtes induerent. Vnde non multo poſt puella, eiuſmodi veſtimentis vſa, circa pudenda dolorem contraxit & pruritum percepit, moxque exortæ ſunt puſtulæ & vlcera maligna, quæ tamen matri ob verecundiam indicare auſa non fuit, vſque dum propter ingraueſcentia vlcera & doloris vehementiam incedere vix poſſet amplius. Tandem autem accerſitus, inueni pudenda & partẽ colli vteri & veſicæ ad inteſtinum rectum vſque fœtidiſſimo vlcere exeſa: ſphincteres quoque tum veſicæ tũ inteſtini recti eroſi erant: quapropter vrina ſimul & excrementa alui inuoluntarie effluebant. Res erat horrenda: præter vlcus enim dolores acutiſſimi, febris continua & ardens, vigilię, nauſea, & cibi faſtidiũ aderant. Atque in ea miſeria intra paucos dies puella deceſſit. B

Cum autem ante obitum, de huius morbi cauſa inueſtiganda mecum ſoliciti eſſent parentes, atque ex ipſa puella olfacere vellent, num ex copulatione cuiuſquam morbum contraxiſſet: illa ſe nunquam virum cognouiſſe multis iuramentis affirmabat. Inquiſitione itaque facta, adoleſcens (cuius caligas puella in ſuam perniciem pręter fas & decorum induerat) lue venerea grauiſſime infectus inuentus eſt. C

Deut. 22. 25.

B. LECTORI.

Viue diu, ſed viue Deo, nam viuere Mundo,
Mortis opus; viua eſt viuere vita Deo.

FINIS.

D

E

GVILIEL-

GVILIELMI FABRICII HILDANI CHIRVRGI,

DE

COMBVSTIONIBVS, QVAE OLEO ET aqua feruida, ferro candente, puluere tormentario, fulmine, & quauis alia materia ignita fiunt,

LIBELLVS:

IN QVO DIFFERENTIÆ, SIGNA, PROGNOſtica, & Curatio, tum ipſarum Combuſtionum, tum omnium fere Accidentium perſpicue deſcribuntur.

Prodit

ANNO cIↃ IↃ CX.

GENEROSO, VIRTVTE ET DOCTRINA VERE Nobiliſsimo, prudentia ſummaq́; humanitate præſtantiſsimo viro,

DOMINO,

SEBASTIANO AB HATZFELD, DOMINO IN WILDENBERG, CROTORFF, &c.

LITERATORVM PATRONO MAXVMO,

DOMINO SVO BENIGNISSIMO,

hunc

DE COMBVSTIONIBVS TRACTATVM,

Grati animi & perpetuæ obſeruantiæ monumentum,

GVIL. FABRICIVS HILDANVS

offert, conſecratque.

EPISTO-

A

EPISTOLA DEDICATORIA.

B Qvemadmodum ex minima ſcintilla Generoſe Domine, ſæpiſſime ingentem flammam & incendium maximum, quod pagos & oppida integra conſumit, excitari videmus: Sic non raro ex affectu aliquo, qui & prima fronte nullius momenti videatur, morbum diuturnum, imo etiam incurabilem, & lethalem procedere, vſu atque experientia indies edocemur.

Quid enim, quæſo, [illegible] corpori humano accidere poſſit? Attamen ex eo alterum interiiſſe, alterum vero quaſi ex Cymba Charontis ereptum fuiſſe, in meis Obſeruationibus annotaui. Huius autem rei cauſa, aut ex parte ægri aut ex parte Chirurgi accidit. Ex parte Ægri; quando corpus prauis humoribus, aut ſanguine vel quantitate vel qualitate peccante, refertum eſt, neque æger conſilio Medici obtemperare, neque illam, quam docet, victus rationem obſeruare velit. Tum enim ex minimo quolibet affectu externo commoti humores ad partem affectam, cum impetu confluunt, ac primo quidem dolorem ac inflammationem, mox febrim, aliaque grauiora ſymptomata excitant. Vnde non immerito morbi hi, a vitioſi ac praui humoris motu orti, a Galeno Method. med. lib. 4 & alibi, inter morbos magnos numerantur.

Ex parte vero Chirurgi fiunt ex affectibus leuiſſimis morbi magni, aut etiam lethales, quando is exactam artis cognitionem non habuerit, aut in curando negligens fuerit. Cum enim occaſio præceps, vt recte monuit Hippocrates, ac materia, circa quam verſatur Ars, vt Galenus docet, continuo fluat, corpusque noſtrum mutationibus obnoxium, & tum
C a cauſis internis, tum externis facillime alteretur, temporis habenda eſt ratio, ne occaſio hac aut illa circa ægrum facienda, prætereat. Summa igitur in Chirurgo diligentia, vigilantia & ſobrietas requiritur. Præterea ad exactam artis cognitionem ſimplicem aliquam habere notitiam, aut externorum affectuum curandorum experientiam, videlicet vulnera curare, luxata aut confracta oſſa reponere, aut calculum extrahere, Chirurgo haud ſufficiet, ſed vt alterum oculum ad interna viſcera, alterum vero ad externum affectum fixum intuitumque habeat, neceſſe eſt. Niſi enim recta ægro præſcripta fuerit victus ratio, corpusque a prauis humoribus ſi Cacochymia, aut ſanguine ſi Plethora adſit, expurgatum fuerit, ex minimo quolibet affectu externo morbus magnus aut lethalis expectandus erit: humores enim ex corpore dolore vt, ad locum affectum impetu confluunt attrahunturque, Galeno atteſtante. Hanc autem cognitionem non ex ſimpliciſſima aliqua experientia, multo minus ex [illegible] vt plerique glorientur, ſed ex Hippocratis, Galeni, aliorumque probatiſſimorum Medicorum atque Chirurgorum monumentis haurire licet. Inprimis vero in admiranda illa & diuina ſtructura humani corporis, vt notitiam non ſuperficiariam habeat Chirurgus neceſſe eſt. Sed proh dolor, quamplurimi hodie exercent hanc artem tam nobiliſſimam, tam pie a [illegible] Imperatoribus & Regibus celebratam, aliarumque omnium artium digniſſimam habitam, qui vix, quid Hippocrates aut Galenus fuerit, ſciant, imo nec vernaculam ſuam linguam legere noſcant.

At quia ignorantia homines impudentes & audaces efficit, qui quamuis in morbis curandis methodum nullam ob-
D ſeruent, [illegible] multa promittant, multaque de morborum conſtitutionibus blaterant, Quandoquidem

Inſipienti ineſt maior iactantia menti,
Vas etenim pleno tinnit inane magis:

Nam hepar & pulmones [illegible] eſſe. Se [illegible] integrum poſſe reſtituere, ſe iactant. Nunc calculum, [illegible] poſſe conterere & expellere, multaque alia vana & impoſſibilia promittunt. Sed vt & aliquid agere videantur, [illegible] antimonio vel ſimili medicamento acres humores educit, decoctum ligni [illegible], aut membra [illegible] hydrargyro inungit, a quibus medicamentis [illegible] & citra iudicium exhibitis [illegible] ſæpiſſime ægroto plus accedat periculi, quam a morbo ipſo. Interim [illegible] pecuniam ſimul emungunt. Hinc apud illos augentur diuitiæ, augeturque apud vulgus eorum æſtimatio & authoritas, [illegible] tandem eruditis atque exercitatis Medicis ac Chirurgis, qui iuuentutem multis vigiliis multisque laboribus ad artem ex veris fundamentis addiſcendam, conſumpſerunt [illegible], non ſolum a plebeiis frequenter, verum etiam a magnatibus ſæpe negliguntur. Tam depravatum eſt [illegible] exulceratiſſimum ſæculum. Mirum itaque non eſt ſi ſæpiſſime ex minimis quoque & leuiſſimis externis affectibus grauiſſimi, imo & lethales oriantur morbi, ſi item curatione ſiniſtre ſuccedant, ſi
E denique tot homines ab huiuſmodi imperitorum barbitonſorum, ſeplaſiariorum, Iudæorum ac carnificum ſæuore trucidentur, aut ad [illegible] ad ſummam miſeriam & membrorum ſuorum impotentiam, redigantur. Hanc porro imperitiam & ignorantiam artis, perſæpe barbitonſores, aliosque Chirurgiam exercentes a naturali, & a Deo conſtituta via, morbos [illegible] ad illicita, diabolica & ſuperſtitioſa media rapuiſſe, obſeruaui, quorum nonnullos [illegible], qui ad hominum morbos curandos, coniurationib. S. S. Scripturæ vocibus, vel conceptis & collo ſuſpenſis verbis vte-

Opinio autoru de inunctione & deligatione armorum.

bantur: Alios, qui ad vulnera cūranda, non vulnus ipſum curabant, ſed lapidem, cultrum, gladium, aut baculum, qui vulnus inflixerat, deligabant atque faſciabant. Quam curationem ducant illi, quicquid velint, illicitam tamen, magicam, & plane diabolicam eſſe, quin etiam tum in ſacris, tum Patrum ſcriptis vetitam, teſtantur viri graues. Merito itaq; in Republ. Chriſtiana bene conſtituta, huiuſmodi praſtigioſi & magici Curatores, tolerandi non ſunt. Quam ob cauſam ſanitas à Deo, tum precibus ſupplicibus, tum adhibitis à Deo creatis naturalibus remediis, petenda eſt, nec vnquam malum faciendum, A
quemadmodum monet Diuus Apoſtolus Paulus Rom. 3. cap. verſ 8. *vt inde bona eueniant. Quicunque vero ad morborum Curationes, aut praſeruationes caracteribus, & verbis S. S. Scriptura collo appenſis, aliiſque ſuperſtitioſis coniurationibus vtuntur, verbo Dei abutuntur, & contra ſecundum praceptum grauiſſime peccant.*

Porro Combuſtiones etiamſi non ſpernenda, res tamen eo deuenit, vt vulgo ſusq; deque habeantur, adeoque quilibet ſutor, textor, circumforaneus, & ſimiles ſtupidiſſimi aſini, illas curare nunc aggrediantur. Qua vero inde ſequantur mala, quamq; iacturam ſanitatis plurimi, qui ſuperficiaria combuſtione herpetes exedentes, & vlcera incurabilia, contrahūt, faciant, verbis hic exponere ſuperuacaneum videtur, cum res ipſa loquatur.

Caterum quamuis à multis ab hinc annis methodum facilimam & tutiſſimam Combuſtiones curandi inueniſſem, lubensque in Chirurgicam artem exercentium vtilitatem & agrorum ſalutem, typis mandaſſem, diu tamen ſuppreſſi, & animo ſuſpenſus fui, quid agerèm, vt recte agerem. Quan loquidem tam varia tamque diuerſa hoc tempore ſunt hominum iudicia, vt qua vni ſapiunt, alteri nauſeam prouocent. Verum poſtpoſitis hiſce, aliiſque nonnullis rationibus, qua me ab inſtituto merito deterrere potuiſſent, Chriſtiana tamen charitate commotus, quicquid occupationibus meis temporis ſuffurari licet, id libenter in tyronum & agrorum vtilitatem impendo. Faxit Deus Opt. Max. vt vberrimus inde fructus ad Aſclepiadeam familiam redundare poſſit. B

Hunc vero quantulumcunque laborem meum ſub celeberrimi nominis tui patrocinio & auſpicio, Generoſe Do*mine, ideo in lucem dare ſtatui: Primo, quod inter viros literatos, doctrina praſtantia, & ingenii acumine, non infimum tibi occupaueris locum, & etiamnum continuo bonis literis incūbas, ita vt de tractatione materia huius non ſolum cenſuram ferre, verūetiam illam, contra maledicētium morſus, ſi opus ſit, vindicare potens ſis. Deinde propter ſingularē amorem atque humanitatem, qua totum illud temporis ſpacium, quod Colonia triui, me amplecti non ſolum dignatus es, verumetiam pra aliis quam plurimis viris doctis & eruditis, in grauiſſimis quoque affectibus, adhibere, valetudinemque corporis tui tuorumque mihi committere volueris. At cum nunc priuatim locus gratias referendi, non concedatur, publico hoc teſtimonio perpetuam animi mei gratitudinem atque obſeruantiam, erga G. T. totam que familiam Hatzfeldiorum, teſtari volui*

Munuſculum itaque hoc Chartaceum Generoſe Domine *obſeruantia mea perpetuum monumentum pro ſolita tua in me humanitate ac beneuolentia, benigne vt ſuſcipias, ſummopere rogo atque flagito. Vale* Generoſe *& humaniſſime Domine cum Nobiliſſima tua coniuge, & ſobole generoſiſſima, totaque familia* Hatzfeldiorum, *quam, vt Deus* C
Opt. Max. diutiſſime incolumem conſeruare, ac omnibus ſpiritalibus ac temporalibus bonis ditare dignetur, demiſſe precor. Ex Muſaolo noſtro Machaonico 20. Ianuarii, 1607.

Tuæ generoſitati addictiſſimus

Guil. Fabricius, Hildanus.

GVILI-

D

ERVDITIONE VIRTVTIS PIETATIS LAVDIBVS INSIGNI VIRO,

Dn.

GVILIELMO FABRICIO

Hildano,

Medico celeberrimo, Chirurgo præſtantiſſimo.

DVM ſua Romulidæ iactarent ſigna per orbem:
Vrbis dum ſceptrum dum foret orbis idem.
Hi valido aduerſas peterent dum Marte phalanges.
Seruanti ciuem querna corona data eſt.
Quid tibi, Chriſtiadûm ſeruanti millia, Doctor,
Quid dignum meritis ſancta cateruа dabit?
Querna corona minor, minor aurea: laurea factis
Inferior dignas non habet Indus opes.
Sed tibi præ reliquis quæ pandet dona Viretus?
Quæ tibi Mæonidûm Pæonidumq; decus?
Præco tuæ virtutis erit, dum ſpiritus artus
Hos reget, & fragilem me mea membra ferent.
Debetur mea Muſa tibi, mea carmina dextra
Debentur Medici: profuit illa mihi.
Pro quibus vt meritis reddatur gratia, laudes
Vt poterit, panget parua Camœna tuas,
FABRICIO faueant, faueant pia Numina dextræ;
Millia, quæ è ſtygiis multa reduxit aquis.
Nec tantum Heluetiis, quæ dextera floret in oris:
Præbet at externis ſcripta legenda viris.
Scripta legenda viris, quæ Phœbo pectora forment,
Pæonio famulos adiiciantque Choro.
Iam ſileant fratres Podalirius atque Machaon:
Nam noſtro auxilium maius in orbe viget.
Tu nunc inuidiâ maior, GVILIELME, triumphas,
Ingenio referens præmia digna tuo.

Nicolaus Viretus Thononienſis.

IN THESAVRVM VVLCANIVM G. F. Hildani.

QVis nouus in lucem iam prodit, amice, libellus
Hic Latia nobis lingua, quem ſcripſit acute
Fabricius? valida theſaurus hic eſt Medicinæ
Vulnera ſanantis, tibi quæ intulit vſtio quæuis.
Nam ſeu vulgaris caſu te læſerit ignis,
Seu quæcunq; ab eo ſumpſit ſubſtantia vires
Lædendi, veluti ferrum, & quodcunque metallum
Et liquidum quoduis; nitri quoque pulueris ardor;
Hic certam poterit monſtrare viamque modumque
Curandi codex: merito vt Vulcanius hoſtis
Inſcribi poſſit; ſiue Inuiolabile ſcutum
Hildenſis Fabri, contra omnes ignipotentis
Inflictus Fabri, Sicula regnantis in Aethna.
Nec modo terreſtris metuit Mulciber arma
Paruę liber: ſed & æthereo, qui mittit Olympo
Fulmina, dum antidotum inſuperabile & acre paratum
Eſſe ſibi ſentit: quo informes non modo næui
Tolluntur: verum & cruciatus quo leuigentur
Ardentes, fugiantque truces rabidique dolores.

Vſtio præterea poſſit quid feruida, quidue
Frigida, queiſque eadem curari ſedulo poſſit
Artibus atque modis, charta erudieris eadem.
Tu ſaltem vt caueas, vrat male conſcia mens te,
Cuius ad ardores nullum medicamen in hortis
Creſcit: at æterna ſequitur mala flamma gehennæ.

Verſus, qui videt hoſce claudicantes
Vulcanum ſciat hiſce claudicantem
Tractari, nihil ergo amice mirum,
Verſus materiæ ſuæ QVADRARE.

M. Quad.

 A

GVILIELMI FABRICII HILDANI CHIRVRGI

DE

COMBVSTIONIBVS, QVÆ OLEO ET AQVA B
feruida, ferro candenti, puluere tormentario, fulmine & quauis alia materia ignita, fiunt, Libellus:

IN QVO

DIFFERENTIÆ, SIGNA, PROGNOSTICA, ET CVRATIO, tum ipſarum combuſtionum, tum omnium fere eorum Accidentium, perſpicuè deſcribuntur.

Definitio, & cauſa combuſtionum. CAP. I.

Definitio combuſtionum. Accidentia.

QVanquam Combuſtio ſit affectus omnibus notiſſimus, attamen clarioris doctrinæ gratia, antequam vlterius progrediamur, eum ſic deſcribemus. C

Combuſtio eſt *ſolutio continui Epidermidis, & Cutis vt plurimum, nonnunquam etiam carnis muſculoſa, Venarum, Arteriarum, Neruorum, &c. vi ignis impreſſa.* Hanc autem combuſtionem ſequuntur mox dolor acerbiſſimus, inflammatio, puſtulæ & ſi combuſtio profunda, corpusque cacochymicum fuerit, faciliime degeneratur in vlcus fœtidiſſimum & malignum, quamprimum enim ignis, aut res ignita cutem attigerit, ratione caliditatis & ſiccitatis ignis, humidum radicale, ex parte illico exiccatur: hinc cutis indureſcit, & contrahitur: quod reliquum eſt humoris in cute, & proximis partibus, ſupra modum incaleſcit, & acquirit naturam ignis.

Vnde dolor. Curſus humorum. Puſtula.

Porro durities illa cutis (quia circumiacentes partes contrahit) item ebullitio humorum, & ſolutio cõtinuitatis, protinus acerbiſſimum excitant dolorem, ille vero ex proximis partibus ad ſe attrahit multos humores, qui (ſi combuſtio leuis fuerit) ſub Epidermide concurrunt, eamque, quia vi ignis induruit, nec tranſpirationem admittit, in altum eleuant, hinc fiunt puſtulæ. Si autem combuſtio inſignis fuerit, ita vt vera cutis ſimul læſa, in eſcharam indurata fuerit, tunc humores innati, & quicquid continuo ratione doloris adfluit, retinentur, & incarcerantur ſub cute illa indurata, inde non ſo- D lum augetur eorum caliditas, quam ab igni acceperunt, verum etiam quicquid ſanguinis & humorum ex corpore, & proximis partibus adfluit, ſimul incaleſcit, efferueſcit, & acrimoniam quandam acquirit, hinc fit, vt humores illi locum affectum erodant, & vlcus magnum efficiant.

Exulceratio.

Cæterum notandum eſt, quemadmodum multiplices & diuerſæ occurrunt materiæ, quibus ignis vim aut qualitatem ſuam imprimit, quę, vt ſubſtantia differunt, ſic etiam vna multo vehementius vrit, quam altera. Itaque quanto durius & ſolidius exiſtit lignum, aut metallum aliquod, tanto vehementiorem in ſe quoque retinet calorem. Calor item olei, pinguedinis, ceræ, picis, ſapæ ad conſiſtentiam coctæ, vti poſtea declarabimus exemplo, & eorum, quæ facile adhærent, multo eſt vehementior, calore aquæ feruidæ, quandoquidem experientia docuit, plumbum & ſtagnum in oleo feruido liquefieri, id quod nunquam fiet in aqua, quantumuis in ſummo gradu caliditatis fuerit. Quando calx extinguitur, tunc adeo incaleſcit, vt non ſolum cutem & carnem vrat & exulceret, verum etiam cutem, neruos & iuncturas violenter contrahat. Ignis vero omnium vehementiſſimus & periculoſiſſimus eſt ignis cœleſtus, ſiuè fulminis continet namque in ſe quaſdam facultates ſupernaturales, quemadmodum ſuo loco exponemus.

Calorem pinguium eſſe maiorem calore aquæ feruentis.

Ignem cœleſtem eſſe omnium calidiſſimum.

E

Gradus & diſtributio combuſtionum in tres ſpecies, itèm ex quibus Indicationes curatiuæ petendæ. CAP. II.

QVamuis autem combuſtio à diuerſis fiat materiis, metallis & liquoribus, quemadmodũ diximus, nihil tamen, vel parum id facit ad curationem. Quandoquidem combuſtio ferro candenti facta,

A ſimilis eſt combuſtioni auro aut argento candenti factæ. Sic & combuſtiones ſiue oleo feruido, cera, pice, &c. factæ fuerint, inter ſe (quantum ad materiam) non differunt, neque particularem requirunt curandi methodum. Quemadmodum clariſſ. D.D. Laurentius Ioubertus vir eximius & de Chirurgia bene meritus, teſtatur. Nulla igitur ſumenda eſt indicatio curatiua ex materia ignita, ſed potius ab effectu, quem impreſſit. Vt autem curatio recte inſtituatur, diſtribuemus combuſtiones omnes, à quacunque fuerint factæ materia ignita, in tres gradus ſeu ſpecies, nempe in leuiſſimam, mediocrem & inſignem. Si enim materia, quæ vrit, non vſque adeo diu adhæſerit corpori noſtro, aut leuis fuerit, quemadmodum ſtramen, linum, ſtupæ, aut lignum aliquod leue, vel aqua, quæ cito [illegible], tunc tantummodo eleuantur puſtulæ, eſtque hic primus gradus ſeu ſpecies. Si vero materia paulo diutius adhæſerit, aut violentiore calore prædita fuerit, tunc non ſolum eleuantur puſtulæ, verum etiam cutis vera ſuo humido radicali ex parte deſtituitur, & aliquo modo exiccatur & contrahitur, nondum tamen facta eſt eſchara. Tertio ſi res ignita diutiſſime adhæſerit, & violentiſſimum calorem in ſe continuerit, tunc non [illegible] cutis, verum etiam caro, venæ, arteriæ, nerui, &c. comburuntur, contrahuntur, & in eſcharam [illegible], quandoquidem humidum innatum vi ignis exiccatum & conſumptum eſt. Sunt itaque

Prima indicatio ex qui bus ſumenda.

Gradus 1.

2.

3.

B medicamenta [illegible] & applicanda ſecundum has differentias, quemadmodũ poſtea declarabimus.

2. Indicatio

Secunda [illegible] ſumitur à parte affecta: non enim vnum idemq; medicamentum ſimul conuenit oculis [illegible], neruo, iuncturis, carni muſculoſæ, &c. Mulieres item, pueri & qui exquiſito ſenſu præditi [illegible] mitiora requirunt medicamenta, contra vero fortiora, qui duram habent carnem, & robuſtiores ſunt homines, vt Galenus recte admonuit: Ex hac deſcriptione & diſtributione [illegible] facile apparet curandi methodus, quam nos poſtea tribus capitibus, prout combuſtiones [illegible] tres ſpecies diſtribuimus, Deo dante, declarabimus.

De arte curat. ad Glauconem lib. 2. cap. 9.

Signa quibus tres illi gradus combuſtionum cognoſcendi & diſtinguendi CAP. III.

QVia combuſtiones in tres diuiſimus ſpecies vel gradus, ac deinceps ad vniuſcuiuſq; ſpeciem proprie [illegible] remedia, neceſſe eſt, vt quomodo ex ſignis & notis diſtinguendæ ſint, declaremus. Signa itaque primæ ſpeciei, ſiue leuiſſimæ combuſtionis hæc ſunt: cutis rubicunda, dolor acerbiſſimus & pungitiuus, non aliter, ac ſi cutis ſemine vrticæ fricata eſſet. Mox, [illegible] citiſſime occurratur, [illegible] inflatur locus, & eleuantur puſtulæ, in quibus aqua clara & [illegible] continetur, tandem [illegible] ſeparatur. Ex circumſtantiis quoq; cognoſcitur combuſtio leuis, nimirum

Signa primæ ſpeciei combuſtionis.

C rem ignitam [illegible] fuiſſe, quemadmodum ſtramen, linum, ſtupæ, & ſimilia: aut ſtatim defluxiſſe, vt [illegible] exiguo momento attigiſſe. Contra vero in altera ſpecie, res ignita aliquandiu corpori [illegible], vel [illegible] in ſe habuit calorem, quemadmodum ferrum ignitum, aut metallum [illegible], lignum duriſſimum, pix, oleum, cera, vel ſimile quid. Hinc fit, vt pars illico [illegible] rubeſcat, doleat, vrat, & ipſo momento puſtulæ eleuentur, in quibus continetur aqua ſubtilis, & [illegible] de tenſione cutis conqueritur: eſt enim vi ignis contracta atque tenſa. In vltima vero ſpecie, ipſo quoque momento, dum res ignita adhæret corpori, eleuantur puſtulæ, ſed illico denuo concidunt, [illegible] præcipue loco, in quo combuſtio ignis & vehemens eſt: ſubiecta vero cutis nigra, vel [illegible] conſpicitur, & obtuſe ſentit, ſi ſcalpello pungitur, eſt enim dura, & exiccata cruſta, ca[illegible] [illegible] et vlcus profundum, & putridum. Ex natura rei ignitæ, & ſpacio, quo corpori adhæſit, combuſtio inſignis cognoſci licet.

Signa ſecundæ ſpeciei

Signa tertiæ ſpeciei.

Porro quam primum Chirurgo occurrit combuſtio, inquirat, ad quamnam ſpeciem ſit referenda, hoc eſt, an leuis, mediocris, vel inſignis fuerit, ſi leuis, impediat remediis, *ſequenti 6. cap.* declarandis, ne puſtulæ eleuentur: ſi vero mediocris, ad ſeptimum caput confugiat. Si enormis & magna, procedat, quemadmodum *cap. 8* declarabimus.

D *Prognoſtica combuſtionum.* CAP. IV.

COmbuſtio leuis, vbi cutis tantummodo læſa eſt, quantumuis dolorifica, facile tamen & breui curatur, & vix apparebit cicatrix, ſi modo recta & methodica inſtituta fuerit curatio. Contra vero difficile ſanatur combuſtio inſignis & magna, quæ turpē & rugoſam poſt ſe relinquit cicatricem, propter cutis deperditionem & contractionem. Si puſtulæ in principio non aperiantur, tunc multi humores concurrunt ad partem læſam, qui putreſcunt, & acrimoniam acquirũt, ita vt cutem & carnem profundius erodant, vlcus putridum, & tandem cicatricem turpiſſimam efficiant. Sunt itaque puſtulæ ſtatim ab initio incidendæ, vt aqua acris & feruida effluere queat.

Puſtulæ cur à principio aperiendæ.

Facile & paruo negocio ſaneſcit combuſtio in corporibus ſanis, & bene temperatis. Contra difficillime in corporibus cacochymicis & plethoricis, facileque degenerat in vlcus putridum; dolor enim continuo ad ſe attrahit ex corpore humores & ſanguinem, hinc pars affecta incaleſcit, & inflatur, variaque & peſſima ſymptomata ſequuntur.

Combuſtiones capitis & faciei, ſi magnæ & profundæ fuerint, glabras poſt ſe relinquunt cicatrices, quandoquidem cutis adeo areſacta & contracta eſt ab igne, porique clauſi, vt pili poſtea erumpere nequeant.

Combuſtiones capitis & faciei.

E Combuſtio ad oculos præcipue ciliorum & membranarum Adnatæ & Corneæ, quantumuis leuiſſima ſit, periculoſa eſt, & facillime viſus depravatio, aut ad minimum imbecillitas ſequitur, & palpebræ inuertuntur.

Combuſtiones membranarũ oculi.

Periculoſæ item ſunt combuſtiones Inguinum, & difficillime curantur: ſunt enim huiuſmodi membra per ſe humida, imbecilla & affluxui humorum obnoxia.

Cõbuſtiones inguinum.

Combuſtio Ventris ſemper periculoſa eſt, difficillimeque curatur: ſunt enim muſculi abdominis

Combuſtio ventris

 propter

propter inſpirationem,& expirationem,extenſionem,quæ fit mediante cibo & potu,excrementorum A
excretionem, riſum & clamores, in perpetuo motu, quemadmodum Hildenæ in patria in quodam puero trium annorum ætatis,obſeruaui: is enim combuſtione periculoſa ventris affectus, vltra menſes octo nobis multum negotii faceſſit.

Combuſtio inteſtinor.
Fulminis

Si vero inteſtina aliqua in parte ſimul combuſta fuerint, lethale eſt. Eſt & combuſtio Fulminis mortalis,vti ſuo loco dicetur.

Combuſtio ad magna vaſa Arteriar. & venar.

Combuſtio ad magna vaſa arteriarum & venarum periculoſa eſt,præcipue ſi profunda fuerit. calor enim contrahit,& vaſa claudit,hinc ſpiritus & ſanguis ad viuificandum & nutriendá,non ſatis perfluere poſſunt & tandem ſequitur Atrophia, nonnunquam & Gangræna, quemadmodum *in tractatu noſtro de gangrana & ſphacelo* oſtendimus. Combuſtiones item ad neruos & Articulos facillime contrahũt iuncturas,ideoque vt Chirurgus in huiuſmodi combuſtionibus ſummam diligentiam adhibeat,& ſtatim ab initio medicamentis aptis duritiem & rugoſitatem cutis emollire, & calorem ab igne impreſſum,extrahere & diſſipare ſtudeat,neceſſe eſt.

De duplici methodo combuſtionum curandarum. C A P. V.

Finis ad quẽ combuſtionũ remedia tendunt.

QVamuis paſſim infinita ad Combuſtiones apud Practicos & plebeios in vſu ſint remedia, ſiue ea B
emplaſtra,vnguenta,ſucci aut aquæ deſtillatæ fuerint,nihilominus tamen omnia ad hunc finem tendunt,nimirum,vt empyreuma ſiue calorem ab igne in parte affecta relictum,aut ſuffocent, aut reſoluant,& diſſipent. Suffocatio autem Empyreumatis,fit aut frigidis & humidis medicamentis, veluti *ſucco & aqua ſemperuiui,lactuca,hyoſcyami,ſolatri,& ſimilibus.* aut frigidis & ſiccis, quemadmodũ ſunt *bolus armenus,terra ſigillata,ceruſa,argilla fornacum*, & huiuſmodi emplaſtica, quæ poros concludunt. Ita vt calor extraneus ab igne relictus,non aliter ac ignis in loco occluſo,intus ſuffocetur & extinguatur.

Altera via extinguendi empyreuma

Altera via extinguendi empyreuma in hoc conſiſtit, vt calor extraneus, & humores acres reſoluantur,& diſſipentur quemadmodum vidimus prunas extingui,ſi huc illucque diſſipentur. Id vero fit calidis medicamentis,vt *ſequenti capite* declarabimus. Nunc operæpretium eſt, inquirere, quænam methodus ſit eligenda.

Lib. de flatibus Galen. meth. med. lib. 11. & lib. de optima corporis conſtitutione.
Frigida in combuſtionibus, non eſſe vſurpanda.
Lib. de liquidor. vſu in fine, & libr. 5. aphor. 20. de ſimplic. med. facult. lib. 4. cap. 1. & de ſymptom. lib. 36.
Lib. de inæquali intemperie.
Lib. 6. aph. 25.

Qui primam methodum ſequuntur, hoc axiomate Hippocratis, Contraria contrariorum ſunt remedia, ſe fulciri putant. Cum enim combuſtio ſit accidens calidum,ſuo contrario,nempe frigidis empyreuma,& incendium ab igne relictum,extinguere conantur. Veriſſimum quidem eſſe recitatum Axioma Medicorum,fateor,ſed refrigerationem in combuſtionibus per accidens fieri debere,ſentio. Ex prima n. curandi methodo,cum varia vt plurimum oriantur ſymptomata, quemadmodum poſtea de- C
clarabimus,merito reiicienda eſt. Non n. ſolũ empyreumati occurrere ſufficit,ſed præcipue aliis quamplurimis accidentibus, vt ſunt dolor,retractio & rugoſitas cutis,ſtipatio pororum,&c. proſpiciendum eſt,quæ omnia calida requirunt medicamenta. Hæc autem, vt penitus intelligantur, videamus primo proprietates frigoris. Eas autem Hippocrates deſcribit his verbis. *Vlceribus frigidum mordax,cutem obdurat, dolorem intolerabilem facit,denigrat,rigores febriles,conuulſiones & diſtentiones creat.* Et Galen. *Subiectam materiam contrahere condenſareque,frigidi ſemper eſt proprium.* Id quoque perſpicuum fit in oleo,pinguedine aliiſq; rebus,quę frigore denſantur & indureſcunt. Ex quibus perſpicuum fit,frigida combuſtionibus plane aduerſari,& varia peſſimaque accidentia procreare. Cutis enim ab igni indurata & contracta,magis ab vſu frigidorum medicamentorum indureſcit,& dolor augetur,hinc concurrunt humores, qui ſub cute indurata non ſolum retinentur,imo ab vſu frigidorum Medicamentorum in profundum repelluntur, ibique magis magiſq; incaleſcunt,& ſummam acrimoniam & malignitatem acquirunt. Hinc tandem fit inflammatio,abſceſſus,& nonnunquam Gangræna. Incluſus n. humor,quia perſpiratione caret,illico putreſcit, vt Galenus teſtatur: vel quia calor aduentitius, dum in parte læſa incluſus eſt, exiccauit humidum radicale,in quo conſiſtit calor natiuus, quemadmodum *in Tractatu de Gangrana* oſtendimus. Hanc quoque ob cauſam monuit Hippocrates *Eryſipelas ab exterioribus ad interiora verti,non eſſe bonum.* Se- D
quitur & nonnunquam, ſi combuſtiones magnæ frigidis medicamentis tractentur, Herpes exedens; humores enim ſub cute incluſi acrimoniam & malignitatem acquirunt. Anno 1594. venit ad me Coloniam iuuenis,cui ex ſimplici combuſtione Herpes totam tibiam à pede vſque ad coxam inuaſerat, ita vt nonnulli tibiam abſcidiſſent,ſi malum tantummodo ſub genu fuiſſet. Hunc qua methodo, & quibus medicamentis curauerim,lector ex meis obſeruationibus Chirurgicis intelligere poterit.

Obſeru. 99.

Libr. 2. ad Glauc. c. 2.
Lib. 2. aph. 22.
Gal. meth. med. libr. 4.
Meth. med. lib. 11.

Cum igitur animaduerterem,quemadmodum prunas, ſi cineribus diligenter cooperiantur, calorem ſuum diu conſeruare, ſic etiam Empyreuma, & humores, qui in combuſtionibus ad locum affectum confluunt, ab vſu frigidorum medicamentorum intus retineri,alteram potius methodum mihi ſelegi,quam hactenus etiam maximo cum fructu ægrotantium exercui. Quemadmodum enim pruna cito refrigeſcit,ſi diſperſa diſſipataque fuerit. Sic cito refrigeſcunt (per accidens tamen, vt Galenus teſtatur) per calida medicamenta diſcutiendo & extrahendo Empyreuma: Quandoquidem calor,vt Hippocr. ſcriptum reliquit,cutem emollit, extenuat, dolorem ſedat,rigores, conuulſiones mitigat,& vlcera ad ſuppurationem præparat,ideoque etiam iis partibus, quæ phlegmone infeſtantur,eiuſmodi applicantur medicamenta,à moderato calore tamen,humores liquefieri, vias ac poros dilatari, idem Galenus teſtatur. Frigida item turpem,rugoſam & liuidam poſt ſe relinquunt cicatricem,vt ex Hippo- E
crate oſtendimus: calida vero non item.

Gal. meth. med. lib. 12.

Vt autem recta & methodica inſtituatur curatio combuſtionum, diligenter examinandi & inſpiciendi ſunt omnes effectus & accidentia combuſtionum, vt ſecundum earum naturam remedia inueniantur & applicentur, inprimis autem, quia propter ſolutionem continui, & ſubitam mutatio-

A nem dolor ſubſequitur, qui violenter ad ſe attrahit ex corpore humores & ſanguinem, neceſſe eſt repellentibus medicamentis, defenſiuis nimirum, & faſciis, in oxycrato, intinctis impedire, ne huiuſmodi humores & ſanguis in partem læſam confluant. Mox victus ratione, purgationibus, venæ ſectione, cucurbitulis, aliiſque reuulſionibus imminuantur, & ad alias partes trahantur & euacuentur humores & ſanguis. *Meth. med lib. 3 & 5.*

Quantum ad topica attinet, in prima ſpecie combuſtionum, ſi nondum eleuatæ fuerint puſtulæ, euocetur empyreuma, & humores acres, vnguento ex cæpis & huiuſmodi: ſi vero cutis combuſta, contracta & indurata fuerit, diligentia adhibenda eſt, vt ea emolliatur, & lubrica efficiatur. Id autem fit medicamentis calidis & humidis, vt *ſequentibus capitibus* fuſius declarabimus.

De curatione primi gradus Combuſtionum. CAP. VI.

PRimum & præcipuum negotium in combuſtionibus eſt, vt Chirurgus impediat, ne puſtulæ oriantur; ſi enim id fieri poſſit, non eſt, quod æger poſtea vllam moleſtiam vereatur. Itaq; quamprimum quis igne, aqua, aut oleo feruido, aut ſimili quapiam re combuſtus, ac combuſtio leuis fuerit, illico locus B ambuſtus aqua, aut proprio ſputo madefiat, & ad ignem admoueatur, vt incaleſcat, quantum ferre poterit, vel in aquam calidam immergat locum ambuſtum: aut ſi id fieri nequit, intingatur ſpongia aut linteum reduplicatum in aqua calida & applicetur loco ambuſto: calor enim ille externus Empyreuma, hoc eſt, calorem ab igne in parte combuſta relictam, ad ſe attrahit, vt Ariſtoteles & experientia teſtantur. Quemadmodum enim contuſis ſcorpio ictui ſuo impoſitus, venenum proprium ad ſe attrahit, ſic calor calorem. Hinc cæpæ in mortario cum ſale contuſæ, & illico loco combuſto applicatæ, empyreumata extrahunt, nec ſinunt, vt puſtulæ eleuentur. Poſſunt & in taleolas ſcindi, & loco ambuſto imponi, vnus ad alterum, donec tota pars combuſta ſit cooperta. Sequens quoque vnguentum empyreuma potenter extrahit, nec ſinit puſtulas eleuari. *Primum chirurgi negotium.*

Vnguentum.

℞. *Cepæ crudæ ℥ j ß.*
Salis
Saponis albi veneti ana ℥ ß.
Miſceantur in mortario, fiatq; vnguentum cum ol. roſac. & amygdalar. dulc.

Anno 1604. cum dulciſſima mea coniunx ſapam in magno aheno coqueret ac ipſam ſpatula agitare vellet, ex improuiſo dextram ad carpum vſq; in ſapam ebullientem immiſit, ea autem manui tanto C tenacius adhærebat, quanto ad conſiſtentiam ac ſpiſſitudinem cocta erat. Ideoque illico exortus eſt dolor vehementiſſimus, non ſolum in ipſa manu, verū etiam toto brachio. Sapa ablota calida aqua vnguentum iamiam præſcriptum (quod opportune tum temporis in promptu mihi erat) applicui, totum brachium *oleo roſaceo* inunxi, & faſcia poſca intincta, inuolui, ſæpiuſq; omnia illa reiteraui. Hinc diuino fauore, ex tanta combuſtione nulla ſecuta eſt cutis exulceratio, præter duas paruas puſtulas vna in pollice, altera in indice digito, quæ tamen paruo negotio *vnguento baſilicone*, curatæ fuere. *Hiſtoria.*

In combuſtionibus vero vniuerſalibus procedatur, quemadmodum ſequenti exemplo declarat.

Anno 1605. Paterniaci tinctoris cuiuſdam Magiſtri Ioachimi nomine, famulus, in ahenum tinctura calida plenum incidit. Hinc totius quidem corporis combuſtio ſecuta eſt, ſed quia tinctura non omnino feruida, illæ potiſſimum partes corporis, quæ fæcibus tincturæ in fundo aheni præcipue ſerraturæ ligni quercini, quibus adhuc calor maximus inerat, inhæſerant, veluti brachia & facies, combuſtæ fuerunt. Accerſitus, illico totum corpus, facie excepta, hoc vnguento inunxi. *Alia hiſtoria combuſtionis vniuerſalis.*

Vnguentum.

℞. *Saponis liquidæ lib. ß.*
Cepæ crudæ vnc. ij.
D *Salis ℥ j. ß.*
Ol. de vitellis ouorum vnc. j.
Ol. roſac. &
Amygdalar dulc ana vnc. iij.
Mucilag. ſem. cydonior. vnc. ij. *Miſce.*
Fiat vnguentum.

Oculis ſequens inſtillaui Collyrium anodynum. *Collyrium anodynum.*

℞. *Aq. roſar. vnc. iij.*
Aq. plantag. vnc. j.
Sem. cydonior. &
Fœnograeci ana ℥ ß. Miſce.
Maneant in Infuſione ſupra cineres calidos per horam, deinde exprimantur, addaturq; parum lactis muliebris, & oculis calide inſtilletur. Reliquis vero partibus faciei *vnguentum quoque ex Sapone*, ſolidum tamen & ſpiſſum, ne ad oculos perflueret, eoſq; læderet, applicui. Huius autem vnguenti talis eſt deſcriptio.

Vnguentum

℞. *Gummi elemi ℥ j.*
E *Ol. de vitell. ouor.*
Roſar. ana ℥. iij.
Saponis albi & Veneti ℥ ij.
Diſſoluatur gummi cum oleis, omnia in mortario diligenter commiſceantur, fiatq; vnguentum, quod ſuper linteum extenſum, applicetur toti faciei, & de quatuor in 4. horas reiterentur emplaſtra; collyrium vero ſingulis horis. Eodem quoque die, exonerata prius aluo ſuppoſitorii beneficio, baſilicam dextram incidi,

& ſanguinem ad vncias decem extraxi; erat enim vir robuſtus & plethoricus. Altera vero die ſequens exhibui pharmacum. A

Potio purgans.

℞. *Electuar. diacathol. drach. vj.*
Electuar de ſucco roſar. drach. ij.
Syrupi roſati ſolut. vnc. j.

Cum aqua cichorij & buglossæ, fiat potio, detur hora matutina cum cuſtodia, & optima victus ratione.

Altera quoque & tertia die, ſimili vnguento corpus totum bis inunxi, & faciei vnguentum, quod præſcripſi, applicui, oculiſque collyrium frequentiſſime inſtillaui. Sed quia quibuſdam in locis, præcipue in brachiis combuſtio in profundum penetrarat, neceſſe fuit iiſdem in locis, eandem, quam 7. & 8. *cap.* declarabimus, curandi methodum, ſequi. His diuino fauore intra dies quatuordecim ex tanta combuſtione, pleniſſime ſanatus fuit.

Porro combuſtionibus faciei, vnguentum ex cæpis minime conuenit: ex iis enim oculi damnum atque iacturam non exiguam contrahunt. Itaque loco ipſius vnguenti, ſequens præparatur.

Vnguentum ad combuſtionẽ faciei.

℞. *ſaponis Veneti vnc. j.*
Olei roſar. &
Amygdalar. dulcium ana vnc. ß. B

Miſce, fiat vnguentum in mortario, addendo parum mucilaginis ſeminis cydoniorum, extractæ cum aqua roſar.

Nota.

Notandum eſt Saponẽ mollem, quamuis in combuſtionib. minime reiiciendus ſit, in facie tamen, non applicãdum eſſe, liquefit enim, penetrat & offendit oculos, hanc quoq; ob cauſam proſpiciendum eſt, ne præſcriptum vnguentum nimis ſit liquidum. Nonnulli, vt impediant, ne puſtulæ eleuentur, linteum vernice intinctum, applicant illico. Alii taleos & lardo locum ambuſtum cooperiunt. Paulus Ægineta ſuadet linteum reduplicatum muria intingere, & applicare. Lixiuium item & aqua, in qua calx extincta fuit, idem efficiunt, ſed huiuſmodi remedia ſæpius ſunt iteranda, & tepide applicanda, ne linteamina ſiccata, in loco affecto dolorem excitent.

Facies puluere bombardico cõbuſta, quomodo curanda.

Si facies puluere bombardico combuſta, & grana pulueris cuti infixa fuerint, illico extrahendus eſt puluis, quantum fieri poterit, idque acu, aut aliquo alio inſtrumento acuto. Poſtea expectandum, eſt, vt puſtulæ eleuentur Sic enim quod reliquum eſt pulueris in cute, paruo negocio extrahi, & cutis mundificari poterit.

Si vero Chirurgus in principio non aduocatus fuerit, ita vt cutis iam cicatrizata, maculæ vero nigræ ex puluere relictæ fuerint, neceſſe eſt denuo exulcerare cutem; id autem commode fiet, ſequenti veſicatorio. C

Veſicatorium.

℞. *Cantharidum num. vj.*
Fermenti ℥ ß.

Miſce in mortario cum gutta vna aut altera aceti, fiatque vnguenti inſtar, de quo fiant parua emplaſtra, quæ maculis applicentur. Sed diligenter proſpiciendum, ne ad oculos perueniat vnguentum hoc.

Cumprimum puſtulæ fuerint eleuatæ, incidendæ ſunt forficibus, poſtea acu aut aliquo alio inſtrumento acuto eximendus eſt puluis, tandemque applicandum eſt ſequens vnguentum.

Vnguentum.

℞. *Butyri ſine ſale vnc. j.*
Vnguenti Baſilic.
Olei lilior. albor.
De vitell. ouor. ana ℥. ij. Miſce. F. vnguentum.

Quotieſcunque Chirurgus tractat vlcera, proſpiciat, vt nigredinem pulueris diligenter abſtergat, aut cum *decocto fœnograci. & florum meliloti* abluat, poſtea applicet præſcriptum vnguentum, atq; ita procedat, donec vlcera ſatis ſint mundificata. Ego hoc in caſu aliquoties vſus ſum *puluere præcipitato*, idque maximo cum fructu ægrotantium. Circumcirca vero vlcera, doloris leniendi gratia ſequens applicetur vnguentum anodynum. D

Pulueris præcipitati vſus in hoc caſu.

Vnguentum anodynum.

℞. *Olei amygdal. dulc.*
Roſacei
Ceræ albæ ana ℥. j.

Liquefiant, & miſceantur, poſtea adde camphoræ ℈. j. mucilaginis ſem. cydonior. parum. Miſc. Fiat vnguentum.

Si vero puluis in oculos impulſus fuerit, abluendi ſunt *lacte muliebri, aut aqua roſac. tepida.* Imprimis autem diligentia adhibẽda eſt, vt affluxus humorũ impediatur, & dolor leniatur, vt *c. 11.* declarabimus.

Si vero puluis in cutem impulſus non fuerit, ſed cutis tantummodo ex flamma pulueris combuſta, tunc illico *vnguentum ſuperius præſcriptum ex Sapone, oleo, amygdal. dulc. & roſaceo*, applicetur. Interim dum affectus ita tractatur, diminuendi & per alia loca educendi ſunt humores noxii, & ſanguis, ne ratione ſolutionis continui, & doloris in partem læſam confluant, inflammationemque & alia grauiora ſymptomata excitent. Id autem commode fiet victus ratione, purgationibus, venæ ſectione, cucurbitulis & defenſiuis, vt *ſuo loco* declarabimus.

De curatione ſecundi gradus combuſtionum. CAP. VII.

E

PORRO ſi Combuſtio altius penetrauerit, ita vt non ſolum puſtulę eleuentur, verum etiam cutis combuſta, ſiccata, & contracta fuerit, tunc neq; cæpæ, ſapo, ſal, & quæ ex huiuſmodi fiunt medicamenta, multo minus etiam *ſuperius* enarrata frigida & ſicca, ſed quæ cutem emolliunt, & lubricam reddunt, erunt applicanda; ea autem ſunt temperata, calida ſcilicet & humida. Itaque hoc modo procedendum.

Impri-

A Imprimis puſtulæ omnes forficibus incidantur, quo aqua acris & calida effluere poſſit, epidermis item vbicunque ſeparata eſt abſtrahatur, ne ſub ipſa pus colligatur. Et quia illico humores & ſanguis ad locum affectum affluunt, neceſſe eſt, vt affluxui illi humorum, defenſiuis aduerſetur. Applicetur itaque vnum ex ſequentibus defenſiuis, ad latitudinem palmi minoris, ſupra locum ambuſtum. *Defenſiuum.*

℞. *Pulu. boli armeni.*
Sang. drac.
Gallar.
Croci Martis
Acaciæ ana vnc. ß.
Ol. roſac. vnc. iij.
Ceræ nouæ vnc. j. ß.

F. vnguentum ſecundum artem, addendo parum aceti. Vel

℞. *Farinæ hordei*
Argillæ fornac. ana vnc. ij.

Coquantur cum aceto, & aqua ad formam Cataplaſmatis, in fine admiſce albumina ouor. num. ij. Hoc defenſiuum B ſingulis diebus bis aut ter reiteretur, ne in parte affecta exiccetur, & dolorem excitet. *Aliud defenſiuum.*

Toti vero loco ambuſto imponatur ſequens vnguentum.

℞. *Vnguenti baſilicon. vnc. j.* *Vnguentum.*
Ol. roſacei &
Lilior. albor. ana vnc. ß.
Vitell. ouor. num. ij. Miſce.

Sequens quoque vnguentum combuſtionibus ſummopere conuenit, dolores mitigat, cutem emollit, & humores affluxos reſoluit. *Aliud.*

℞. *Butyri recent. ſine ſale*
Pinguedinis gallinæ recent. ana vnc. j.
Ceræ nouæ,
Ol. liliorum alborum ana vnc. ß. Liqueſiant ſimul, poſtea admiſce croci ſcrup. j. mucilaginis ſem. cydonior. vnc. j. Miſceantur in mortario, fiatque vnguentum.

Si vero dolor adeo vehemens fuerit, vt æger nihil, aut parum dormire poſſit, admiſceatur prædicto vnguento *opii diſſoluti ſcrup. ß.* Aut

C ℞. *Butyri recent. vnc. ij.* *Vnguentum.*
Ol. Amygdalar. dulc.
De vitellis ouor. ana vnc. ß.
Croci, opii ana ſcrup. ß.
Camphoræ ſcrup. j.
Mucilaginis ſem. cydonior. vnc. j.

Miſce. Fiat vnguentum. & applicetur.

Applicato defenſiuo, & vno ex præſcriptis vnguentis, pars affecta inuoluenda eſt, faſcia in *oxycrato*, madefacta. Et quidem brachio aut crure laborante, ab infima parte incipiendum, hoc enim modo reprimuntur humores, qui iam in partem læſam influendam, præparati ſunt. Si vero combuſtio aliqua in parte fuerit, quæ faſcia amplecti non poſſit, intingendum eſt linteum reduplicatum in *oxycrato*, & applicandum ſingulis diebus ter aut quater. Aqua item, in qua caules conſeruantur (quæ fit ex *aceto, aqua, & ſale*) ſi in ea intincta fuerint linteamina, & applicata, mirum in modum humores reprimit, dolorem lenit, & empyreumati aduerſatur. In facie tamen huiuſmodi medicamenta, vbi *acetum & ſal* ingreditur, propter oculos non ſunt applicanda. Emollita & ſatis lubrica facta cute, doloreque lenito, nonnulli exiccantibus medicamentis, veluti *vnguento ex calce lota, diapompholygos, albo Rhaſis, & ſimilibus*, D cicatricem inducendam eſſe volunt. Verum enimuero, quia huiuſmodi exiccantia cutem contrahunt, & cicatrices turpes efficiunt, vſus eorum medicamentorum mihi non probatur.

Vtor igitur vt plurimum emollientibus vſque ad finem curationis. Præparo quoque vnguentum ad omnes combuſtiones præſtantiſſimum, hunc in modum.

℞. *Butyri recent. & loti in aq. roſac. vnc. iij.* *Vnguentum ad omnes combuſtiones præſtantiſſimum.*
Ol. violacei
De vitellis ouor.
Amygdalar. dulc. ana vnc. ß.
Farinæ hordei vnc. j. ß.
Croci ſcrup. j.
Mucilaginis ſem. cydonior. vnc. j.
Ceræ q. ſ. F. vnguentum in mortario.

Hoc vnguentum emollit, dolorẽ lenit, & paulatim cicatricem inducit. Sed quia combuſtiones, imprimis, quæ in cutis ſunt ſuperficie, vehemẽtiſſimo ſenſu ſunt præditæ, videant Chirurgi, vt blande vlcera E abſtergant. Ego ne abſtergendo vlcera, excitem dolores, tela ſubtiliſſima, qualis eſt Cambriacenſis, aut ſyndone cooperio totam partem ambuſtam; nec illam amoueo, donec vlcera ſint ſanata, per hanc telam pus facilime effluit, & virtus medicamentorum ad vlcera peruenit.

Dum vero locus ambuſtus, vti dictum eſt, curatur, victus ratio, purgatio humorũ, & venæ ſectio, minime erit negligenda. A ſalſis omnibus vehementer calidis, & acribus, & quæ difficilis concretionis ſunt, *Victus ratio.*

ſunt, abſtineat. Vtatur iuſculis carnium recentium, in quibus *Acetoſa, Endiuia, Lactuca, & Borrago* coxe- A
rint. Bibat phtiſanam, aut ceruiſiam minime generoſam. Si plenitudo adeſt, incidatur Baſilica, aut
Mediana, extrahaturque ſanguis, prout vires conſentiunt. Si purgare neceſſe eſt, purgetur ſecundum
humoris prædominantis naturam, de quibus Medicus conſulendus eſt. Si combuſtio in facie fuerit,
cucurbitulæ ſpatulis erunt applicandæ, vt ſanguis & humores retrorſum trahantur.

De curatione tertii & vltimi gradus combuſtionum. CAP. VIII.

Tertius gradus combuſtionum periculoſus tribus potiſſ. de cauſis.

Periculoſus eſt tertius & vltimus hic gradus combuſtionum, propterea quod nonnunquam degenerat in Gangrænam & Sphacelum. Primo enim ratione caloris vehementiæ, exiccatur & conſumitur humidum radicale, & innatum calidum. Secundo exiccantur & contrahuntur Cutis, Caro muſculoſa, venæ & arteriæ, vt ſanguis per eas in partem læſam influere minime poſſit. Tertio concurrunt ratione doloris & ſolutionis continui humores & ſanguis, augentque incendium. Hinc ex penuria ali-

1. 2. 3.

menti, & ſuffocatione caloris natiui emoritur pars affecta, quemadmodum in *Tractatu de Gangrana & Sphacelo* monſtrauimus.

Hiſtoria.

Anno 1592. incidit in manus honeſtiſſima matrona in Hilden, illa propter negotia domeſtica defatigata ſoli, ad focum ſedens, & ſyncope correpta, in terram decidit, dextrum vero crus in prunas proiectum eſt, hinc ſura ita combuſta fuit, vt paulo poſt, quia corpore craſſa & caco- B
chymica erat, Gangræna & Sphacelo correpta fuerit, ſeparata tamen eſchara, & applicatis, quæ ad Gangrænam pertinent, ſanitatem recuperauit.

Imprimis igitur puſtulæ omnes ſunt incidendæ, & æqua ratione combuſtionis conſluxa ſpongia vel linteo exiccanda. Poſtea eſchara leniter eſt ſeparanda, aut ad minimum in diuerſis locis fere ad carnem vſque incidenda, quo humor acris ſub cruſta retentus effluere, medicamenta penetrare, & quicquid à calore induratum, emolliri poſſit. Separatio autem illa eſcharæ primo aut ſecundo die fieri de-

Vnguentum.

bet, antequam pars affecta infletur: ſequens quoque vnguentum ſtatim ab initio eſt applicandum.

℞. *Butyri rec. & loti in aq. roſ. vnc. ij.*
Vnguenti baſiliconis vnc. j. ß.
Ol. lilior. albor.
Amygdal. dulc. ana vnc. ß.
Vitellum vnius oui. Miſce & applica.

Poſtea linteum reduplicatum in ſequenti emulſione intinctum, tepide applicetur. Sedat enim dolo-

Emulſio.

res, emollit, & affluxionem humorum reprimit. C

℞. *Medulla ſem. cucurb. vnc. ij.*
Sem. cydonior.
Fænogr. ana drach j.

Contundantur in mortario, & cum lib. vj aquæ puræ colentur, fiatque emulſio in qua diſſolue Saponis Veneti albi vnc ß. camphoræ ſcrup. ß. Si vero combuſtio in facie fuerit, ſapo minime eſt addendus, propter oculos, ſed eius loco addatur parum *aq. roſar. & plantaginis.*

Defenſiua ſtatim ab initio ſunt applicanda, & faſciæ in poſca intingendæ, vt impetus affluxus humorum impediatur. Si vero pars affecta iam inflata fuerit, præcipue vero ſi venæ & arteriæ ab igne ſunt contractæ, non vſque adeo probantur defenſiua, niſi aliquid, quod vim habeat reſoluendi, cuiuſmodi ſunt *farina fabarum, lupinorum, ſolu & puluis flor chamom. &c.* iis admixtum fuerit. Vtatur æger victu tenuiſſimo, purgentur item humores noxii catharctico ſecundum humoris prædominantis naturam. Incidatur vena, & cucurbitulæ applicentur, de qua re Medicus conſulendus.

Cumprimum autem affluxus humorum & ſanguinis ex parte remiſerit, ab vſu defenſiuorum deſiſtendum eſt, quo ſpiritus & nutrimentum eo melius poſſint in partem læſam influere, eſcharamque digerere, atque ſeparare, vbi Chirurgus, miniſter naturæ, ſingulis diebus, quantum abſque dolo-
re fieri poteſt, aliquid ab eſchara excidere debet, poſtea præſcriptum *vnguentum ex butyro recenti,* &c. im- D
ponere. Sequens quoque fomentum non habet exiguam vim ſedandi dolorem, cutem emolliendi,

Fomentum.

& digeſtionem promouendi.

℞. *Radicum althea ℥. ij.*
Semin. cydonior.
Fænograeci ana vnc. ß.
Flor. Chamom.
Meliloti ana M. j.

Coquantur in aqua, aut ſi dolor vehemens fuerit, *in lacte vaccino*, deinde ſpongia madefacta in decocto, applicetur calide: poteſt & admiſceri aliquid *olei lilior. alborum.*

Si vero combuſtio adeo magna fuerit, vt in Gangrænam & Sphacelum degeneret, tunc curatio Gangrænæ, ex *Tractatu noſtro de Gangrana* eſt petenda. Sed quia huiuſmodi combuſtiones, quemadmodum diximus, ſæpiſſime in Gangrænam degenerent, ideoque caute & cum iudicio in iis procedendum eſt, & ſemper aliquid applicandum, quod putredini aduerſetur.

In pueris mihi aliquoties acciderunt combuſtiones manuum & pedum, in quibus extremitates E
digitorum plane combuſtæ fuerunt. In his autem diligentia adhibenda eſt, vt quicquid ita combuſtum, mature ſeparetur, ne putredo partes ſanas inuadat. Itaque ſi caro & os vſque ad articulum adeo combuſta fuerint, ita vt conſeruari non poſſint, incidendum eſt os nouacula in ipſo articulo, non autem tenaculis, vt nonnulli voluerunt. Si articulus ipſe quoque affectus fuerit, retro articulum, caro nouacula, os vero minutiſſima ſerra incidatur. Cur autem abſciſſio hæc ſcalpellis fieri non debeat, in

Tractatu

A *Tractatu noſtro de Gangrena* declarauimus, vbi etiam modũ abſcindendi digitos monſtrauimus. Quamprimum autem eſchara ſeparata fuerit, operæprecium eſt primo mundificare vlcus, quapropter ſi putridum ac fœtidum fuerit, æger robuſtus, & affectus in parte non vſq; adeo ſenſibili, ſolebam applicare *Ægyptiacum*. Si vero æger delicatulus, & affectus in loco ſenſibili, temperandum eſt *vnguentum prædictum melle roſac. Puluis* item *præcipitati lotus in aqua roſac.* præſtantiſſimum eſt medicamentum ad omnia vlcera putrida. Aut.

Puluis præcipitati præſtantiſſimũ in vlceribus putridis

Vnguentum

℞. *Pulueris præcipitati*
Radic. ariſtoloch. rot.
Farinæ hordei ana ℥. j.

Cum melle roſac. parumq; therebinth. lotæ, fiat vnguentum. Si combuſtio in capite aut facie fuerit, addatur parũ *gummi Elemi in oleo roſ. diſſoluti.* Mundificatiuum item noſtrum *de ſucco Apii*, mirum in modum mundificat vlcera putrida, vti & *mel roſar. cum aqua vitæ mixtum* & applicatum: Huiuſmodi autem medicamenta xylone aut filamentis ſuauibus vlceribus impoſita, linteaminibus ſuauibus reduplicatis, aut ſpongia molli inuoluenda eſt pars affecta; attrahunt enim huiuſmodi linteamina, & ſpongia humóres ſeroſos, qui conſolidationem impediunt.

Vide tract. de Gang. c. 12.

B Mundificatis vlceribus, incarnantibus vti conuenit, quale eſt *vnguentum aureum*, *Nicotianæ*, aut ſequens puluis.

Puluis ſarcoticus.

℞. *Pulu. aloes*
Sarcocollæ
Myrrhæ ana ℥ ij. Miſce. F. puluis.

Sequens quoq; viſcus mirum in modum mundificat, & incarnat, quæcunque fuerint vlcera putrida.

Viſcus.

℞. *Herbarum centaurii & hyperici cum toto*
Diapenſiæ,
Alchymillæ
Betæ ſylueſt.
Folior. arnogloſſæ maioris ana M. iiij.
Radic. Tormentillæ
Ariſtolochiæ longæ ana ℥. iij.

Incidantur & contundantur omnia, poſtea in vas vitreum proiecta, ſuperinfundatur vini tantum, vt ſupernatet, digeranturq; in ſole per dies tres, deinde coquantur lento igne, donec tertia pars ſit conſumpta, colaturam cum fortiſſima expreſſione C *infunde in alembicum vitreum, & in Balneo Mariæ fiat viſcus.*

Tandem inducenda eſt cicatrix, non autem iis, quæ vehementer exiccant, qualia in aliis vlceribus Chirurgi vti conſueuerunt; vehementer enim exiccantia in combuſtionibus, cicatricem rugoſam ac turpem efficiunt. Applicetur igitur ſequens vnguentum.

Vnguentum cicatrizans.

℞. *Emplaſtri palmei ℥. ij.*
Pingued. Gall.
Et anſer. ana ℥ ß.
Liqueſiant ſimul. Deinde admiſce
Aluminis vſti
Saturni calcinati
Lythargirii aurei
Lapidis calaminaris ana ℥ j.

Et in mortario plumbeo & addendo mucilag. ſem. cydonior. & fœnograci, quantum excipere poſſit, fiat vnguentum, quod in omnibus combuſtionibus præſtantiſſimum eſt. *Vnguento Alabaſtrino* quoque hoc in caſu ſæpiſſime vſus ſum magno cum fructu, cuius eſt deſcriptio. D

Vnguentum Alabaſtrini deſcriptio.

℞. *Lapidis Alabaſtriti calcionati vnc. j ß.*
Pumicis albi calcionati vnc. j. ß.
Aluminis vſti ℥ ij.
F. omnium tenuiſſimus puluis. Poſtea.

℞. *Ceræ albæ*
Seui ceruini
Ol. amygdalar. dulc.
Lilior. albor. ana vnc j.
Ol. de vitell. ouor vnc ß.

F. vnguentum ſ. a. Hoc vnguentum emollit, dolorem lenit, & cicatricem pulchram inducit.

Si combuſtio ad ſupercilia, labia, aut in digitis fuerit, diligentia adhibenda eſt, ne huiuſmodi partes contrahantur, & ad inuicem conglutinentur. Itaque linteamina & filamenta, aut laminæ plumbeę ſubtiliſſimæ fabricatæ partibus vbi conglutinationis eſt periculum, ſunt interponendæ.

In magnis combuſtionibus ad magna vaſa arteriarum & venarum, vbi atrophiæ ex penuria alimenti metus adeſt, tota pars affecta primis quidem diebus *oleo roſac.* ad reprimendos humores, poſtea vero ſequenti vnguento inungenda eſt. E

Vnguentum combuſt. magnorum vaſorum.

℞. *Succi lumbricor. vnc. ij.*
Pingued. humanæ
Gallinæ
Vrſi ana vnc. j.

Aqua

Aqua vitæ ℥ ij.

Miſc. Hoc vnguentum emollit, reſoluit, corroborat, & aperit, ſi quæ venæ & arteriæ propter violentiam ignis contractæ & opilatæ fuerint, atq; proinde Atrophiam impedit. A

De Combuſtionibus ad oculos.

Cap. IX.

QVãto nobilior corporis noſtri pars aliqua exiſtit, tanto maior adhibenda eſt diligentia, cum male afficitur. Oculus itaque quia nobiliſſimum eſt membrum, & valde ſenſibile, particularem quandam requirit curationem. Imprimis autem Chirurgus in toto hoc laboret negotio, vt dolori, & affluxui humorũ & ſanguinis reſiſtat. Ideoq; ſtatim ab initio defenſiua fronti & temporibus applicare, & puſtulas omnes incidere debet, quo aqua acris & calida effluere poſſit. Oculis vero tepide inſtillet continuo *Lac muliebre cum aqua roſac. mixtum, in qua parum croci integri* maceratum fuerit. Linteum item reduplicatum, & in hoc lac madefactum, oculis tepide applicet, & reiteret, quotieſcunq; ſiccum fuerit, aut,

Collyrium. ℞. *Aq roſac.* ℥ iij.
Sem. cydonior. &
Fœnogr. ana ʒ. ß.
Croci integri ℈. ß. *Miſceantur.* B

Maneant in infuſione horas 4. deinde exprimantur. Huic mucilagini admiſceatur parum lactis muliebris, deinde tepide oculis inſtilletur, & linteis reduplicatis applicetur oculis. Si dolor magnus eſt, addãtur *grana tria aut quatuor opii diſſoluti in aq roſac ſanguis item columbinus* calide oculis inſtillatus, dolorem lenit. Tandem applicetur ſequens Cataplaſma.

Cataplaſma. ℞. *Pulpæ malor. dulc. ſub prunis decoctorum* ℥ ij.
Farinæ fœnogr. &
Hordei ana ℥. ß.

Coquantur in lacte vaccino ad formam cataplaſmatis. In fine admiſceantur croci ℈. ß. *vitellum vnius oui, parumq; olei roſac.* & calide applicetur. Circumcirca tamen oculos ſi combuſtio leuis adſit, applicari poteſt vnguentum aliquod ex ſapone, quod tamen ſolidum ſatis ſit, ne aliquando oculos offendat.

Hic proceſſus non eſt mutandus, donec ab inflammatione & dolore tutus ſit æger, poſtea applicetur ſequens collyrium, ad maiorem exiccationem, & viſus corroborationem.

Collyrium. ℞. *Aquar. Euphraſiæ*
Fœniculi
Roſarum ana ℥. j. C
Tutiæ præparat.
Sief albi ſine opio ana ʒ. j.
Miſce. Fiat Collyrium.

Sciat autem Lector, Collyria, in quibus ingreditur lac muliebre, æſtate ſingulis, Hyeme vero alternis diebus mutanda eſſe: facile enim aceſcit lac, & acrimoniam acquirit, tunc dolorem non lenit, ſed excitat. Hanc quoq; ob cauſam acria illa, quæ in reliquis combuſtionibus præſcripſimus, qualia ſunt lixiuium, muria, &c. in combuſtionibus faciei non ſunt applicanda.

A narcoticis, item, niſi dolor magnus adfuerit, quantum fieri poterit, abſtinendum eſt; quandoquidem illa propter ſummam ſuam frigiditatem incraſſant ac condenſant humores & ſpiritus viſiuos oculorum.

Si vero cutis ad oculos indurata fuerit, emollienda & lubrica facienda eſt, idq; *ſuperius enarratis vnguentis.* Adhibenda tamen eſt diligentia, ne vnguenta aut pinguia intrent in oculos, excitant enim dolorem. Interim dum cutis emollitur vnguentis & oleis, inſtillentur collyria, & applicetur cataplaſma, quemadmodum diximus. Quamprimum cruſta abſceſſerit, conſolidãda ſunt vlcera, quemadmodum *præcedenti cap.* declarauimus, id tantum addo, *vnguentis ad oculorum & capitis vlcera ſemper aliquid gummi elemii commiſcendum eſſe, eſt enim præſtantiſſimum medicamentum ad huiuſmodi partium vulnera.* Diligentia quoq; adhibenda eſt inter curandum, ne palpebræ retrahantur, id enim maximam deformitatem adferret. Ideoque tota facies inungenda eſt vnguento quodam emolliente, veluti hoc. D

Gummi Elemii præſtãtia ad combuſtiones faciei.

℞. *Gummi Elemii* ℥. j.
Ol. lilior. albor.
Pingued. vrſi ana ℥. j.
Mucilag. ſem. fœnogræci ʒ. ij.
Liqueſiant lento igne, colentur & fiat vnguentum.

Sequens quoque fomentum ad idem valet.

Fomentum. ℞. *Folior & radic. althea*
Maluæ
Brancæ vrſinæ
Flor meliloti ana M ß.
Sem. fœnograci & E
Lini ana ℥ ß.

Coquantur in aqua: Spongia madefacta, calide applicetur, poſtea inungatur facies ſuperiori vnguento.

Fomen-

A Fomentata & inuncta facie, paulatim cutis extendatur ambabus manibus, non ſecus ac pelliones pelles extendere ſolent.

Victus ratio. Quantum ad vniuerſalia, imprimis vtatur æger victu acutiſſimo, tum ab omnibus calidis, ſalitis, pipere, zingibere, garyophyllis, allijs, cæpis, raphanis & ſimilibus, ſale conditis, tum quæ difficilis ſunt digeſtionis, abſtineat. Vinum item & ceruiſia generoſa nocent. Bibat ptiſanam, in qua aliquid *ſeminis coriandri preparati, ſem. aniſi* coxerit. Si æger à vino propter ætatem abſtinere non poſſit, eligat ſibi vinum album, & minus generoſum. Cum iuſculis coquantur herbæ, quæ refrigerant, & bilem reprimunt, quales ſunt *Acetoſa, Borrago, Cichorium, Cerefol, radic. petroſel. fœniculi, Maiorana, Roſmari & Euphraſia*. Poſt paſtum ſumat æger parum *micæ cydoniorum ſimplicis, aut conſeruæ roſarum antiquæ*, vt eleuatio vaporum ad caput impediatur. Si ſitis vrgeat, vtat' *decocto ſuo hordeaceo*, in quo diſſolutus ſit *Syrupus de ſucco acetoſæ, aut Limonū vel Granatorum Ceraſa item condita, rob. de ribes, de Berberis* & alia huius generis ſimplicia conueniunt. Corpus purgetur *Electuariis lenitiuis, caſsia, manna, ſyrupo roſato ſolutiuo, & ſimilib*. Clyſteres item & ſuppoſitoria, quia materiam deorſum trahunt, ſummopere conueniunt. Incidatur Cephalica in brachio, applicētur ventoſæ ſcapulis, & veſicatoria poſt aures Somnus ſummopere cōuenit oculorum morbis. Contra vero vigiliæ & ſplendor Solis nocent, ideoque cubiculum, vt tenebroſum ſit, operæpretium exiſtit. *Purgantia.* Porro anteq uam huic capiti finem imponam, in gratiam tyronum exemplum Combuſtionum non adeo vulB gare, in medium adferam.

Hiſtoria. Puella duorum annorum ætatis ſuæ aut circiter, filia Domini Samuelis Gaillardi Ludimagiſtri à pud Neocomenſes vigilantiſſimi, compatris mei plurimum honorandi, ad focum ſedens, in prunas decidit, vnde non ſolum frōs circa oculos, verum etiam tota fere facies potiſſimum ex vna parte, grauiter combuſta fuit. Ego momento ipſo accerſitus, illico ſequens vnguentum in linteum extenſum toti fere faciei, in formam emplaſtri, applicui.

Vnguentum.

℞. *Saponis Veneti vnc. j.*
Ol. de vitellis ouor. &
Amygdalar. dulc. ana ℥. ij.
Gummi elemi diſſoluti cum oleis ℥. j.
Miſce Fiat vnguentum, addendo parum mucilaginis ſeminis cydoniorum.

Collyrium. Oculis vero *Collyrium ex lacte muliebri, parumque aqua roſar.* cōtinuo repide inſtillare, & linteis ſuauibus reduplicatis applicare iuſſi. Prima die ſingulis horis quatuor emplaſtra renouaui, hinc maior empyreumatis pars euocata fuit. Die ſecunda, *pulueris radicum mechoacæ ℈ j. ex iuſculo carnis recentis* exhibui; C parti vero affectæ, ſequens applicui vnguentum.

Aliud vnguentum.

℞. *Ol. de vitellis ouorum*
Ol. Amygdalar. dulc.
Pinguedinis vrſi, &
Pingued. humanæ ana vnc. ß.
Gummi elemi, diſſoluti cum oleis drach. ij.
Ceræ nouæ vnc. j.
Croci ſcrup. j.

Miſce. fiat vnguentum, quo ſolo curationem fere abſolui, niſi quod circa finem curationis eidem vnguēto aliquantum *farinæ lentium* maioris exiccationis gratia, admiſcuerim, totam quin etiam partem ambuſtam aliquando ſequenti vnguento emolliente inunxi.

Aliud Vnguentum.

℞. *Gummi elem. ℥ ß.*
Ol. de vitell. ouorum &
Lilior. albor, ana ℥. ß.
Pingued. humanæ ℥. ij.
D *Miſce.*

Interim, dum cutem ita emollirem, ſæpiſſime illam ambabus manibus extendebam, quemadmodum pelliones pelles, dum illas adornant, extendere ſolent. Sic diuino fauore curata fuit, ita quidem, vt nullum relictum ſit veſtigium combuſtionis, niſi minimum in ſuperiori labello, quo in loco medicamenta propter impatientiam pueri, contineri non potuerant.

De Combuſtionibus Inguinum. CAP. X.

Inguina, quia membra ſunt rara, laxa, humida, & fluxionibus obnoxia, atque ita facile putreſcentia; particularem quoque diligentiam & methodum curandi requirunt. Inprimis autem, quia propter vicinitatem emunctoriorum ibi humores illico concurrunt, applicandum eſt ſtatim ab initio defenſiuum ad imum ventris ſupra combuſtionem, vena in cubito incidatur, & vomitus, ſi fieri poteſt, prouocetur, ſin minus per inferiora leuiter purgetur æger, & victus tenuiſſimus inſtituatur: à vino generoſo, & à cibis calidis & acribus abſtineat, quemadmodum *ſuperiori capite* declarauimus. Topica inguinum, quia membra ſunt rara, laxa, humida & corruptioni obnoxia, vt magis, quam in aliis combuſtionibus exiccent, & putredini aduerſen ur, neceſſe eſt. Itaque ſi puſtulæ nondum eleuatæ fuerint, applicetur il- E lico *vnguentum aliquod ex ſapone, & cæpis preparatum*: ſi vero iam eleuatæ fuerint, incidantur, quo aqua acris effluere poſſit Poſtea applicetur ſequens vnguentum.

Vnguentum.

℞. *Vnguenti roſati vnc. j. ß.*
Ol. de vitell. ouor. &
Amygdal. dulc. ana vnc. ß.

Liqueſiant. quibus admiſce

Myrrha

Aloes ana ℥ j. *Miſce* & applica cum filamentis, poſtea cooperiatur tota pars affecta ſequenti cataplaſmate. A

Cataplaſma

℞. *Farina hord.* &

Fabar. ana vnc. iij.

Pulu. roſar. rub. vnc. ß. cum oxymellite fiat cataplaſma, quod calide applicetur.

Vnguentum ad caſum eſcharæ. Si autem combuſtio inſignis fuerit, ita vt inducta ſit cruſta, ſeparanda eſt paulatim ſcalpello, aut ad minimum vbique ſcarificanda, poſtea applicetur ſequens vnguentum ad caſum Eſcharæ.

℞. *Superioris vnguenti vnc. ij.*

Pulueris ſcordii ℥ j.

Vnguenti Aegyptiaci ℥ ij. *plus aut minus*, prout putrefactio magna, & æger robuſtus, aut debilis fuerit. *Miſce* & applica cum filamentis, poſtea

Cataplaſma

℞. *Far. lupinor.*

Fabar.

Lolii ana vnc j. ß. B

Coquantur cum lixiuio barbitonſor. Tandem admiſce.

Pulv. Scordii

Aloes

Myrrhæ ana vnc. ß.

Miſce fiat cataplaſma, quod calide applicetur.

Poſt eſcharæ caſum, mundificetur, incarnetur, & cicatriſetur vlcus, quemadmodum *capite octauo* declarauimus.

De Combuſtionibus iuncturarum.

CAP. XI.

IVncturis, quia partes ſunt neruoſæ, & maximo ſenſu præditæ, ſtatim ab initio defenſiua applicanda, corpus purgandum, vena incidenda, & victus ratio inſtituenda eſt, quemadmodum *ſuperioribus capitibus de Combuſtionibus oculorum & inguinum* declarauimus: medicamenta ex ſapone, cæpis & huiuſmodi acrioribus (niſi combuſtio leuis fuerit) minime ſunt applicanda, ſed emollientibus, lenientibus & anodynis tractanda eſt pars affecta. In magnis autem iuncturarum combuſtionibus diligenter proſpiciendum eſt, ne nerui retrahantur & iuncturæ incuruentur: ideoque totum membrum bis in die inungendum eſt *oleo lumbricorum, anethi, liliorum albor axungia humanæ, vrſi gallinarum, caponum, vng. dialthea & ſimilibus*, vt quæcunq; indurata, lubrica reddantur, atq; retineantur. Interim quoque ferulæ, aliaque inſtrumenta apta, ex ligno fabricata, circumcirca iuncturas ponenda ſunt, vt retractio neruorum impediatur. Blande tamen omnia agenda, ne dolor excitetur, qui ſi ſuperuenerit, protinus ſedandus eſt iis, quæ ſequenti capite deſcribuntur remediis, reliqua ex ſuperioribus petenda ſunt. C

De dolore eiuſque curatione. CAP. XII.

GRauiſſimum ſymptoma dolor eſt, tum in cõbuſtionibus, tũ in omnib aliis affectibus: diſſipat enim & abſumit ſpiritus vitales, inquietudines & febres excitat, hinc ſequuntur animi deliquia, fluxiones attrahit, inde inflãmatio, phlegmone, cõuulſio, aliaq; grauiora ſymtomata oriuntur, eſt igitur, quãtum fieri poteſt, leniendus. Generalis autem curatio doloris eſt ablatio eius cauſæ. At quia in combuſtionibus binę concurrunt cauſæ, nimirum ſubita alteratio, & ſolutio continui, duplex quoque erit curandi ſcopus: primo vt empyreuma ab igne relictum, eliciatur, & pars affecta refrigeretur, & ad temperiem ſuam reuocetur, quemadmodum antea ſatis declarauimus. Secundo, vt quicquid diſiunctum aut combuſtum eſt, vniatur & conſolidetur. Sed quia empyreuma exhalari, multo minus puſtulæ & vlcera ſanari minime poſſint, niſi prius indurata & contracta cutis, emollita & lubrica reddita fuerit, neceſſe eſt, vt Chirurgus totus in hoc incũbat, vt ſuperiorib. recitatis medicamentis calidis & humidis, cutem lubricam & mollem reddat, quo humores acres & ſubtiles poſſint per poros exhalari, & abſumi At quamuis huiuſmodi medicamenta calida ſint, refrigerant nihilominus, per accidens tamen, hoc eſt, vt Galenus teſtatur, reſoluendo & diſſipando humores. Itaque ſi dolor magnus fuerit, atque iis, quæ *cap. 7. & 8.* præſcripſimus, non ſedetur, neceſſe eſt, (purgato tamen prius corpore, & vena inciſa, ſi ætas aliaque permittant) ſequens applicare fomentum. D

Fomentum.

℞. *Radicum althea vnc. j.*

Florum chamomil.

Meliloti

Roſarum

Abſynthii ana M. ß.

Sem fœnogr. E

Anethi ana vnc. ß.

Ol. violar. vnc. iij.

Coquantur in lacte vaccino, in quo ſpongia intincta, aut linteum reduplicatum ſæpius calide interdiu loco dolenti applicetur. Sequens quoque cataplaſma mirum in modum dolorem lenit.

℞. *Micarum*

A ℞. *Micarum panis albi lib. ß.* *Cataplaſma*

Coquatur in lacte vaccino, ad formam pultis, poſtea admiſce olei amygdalar dulc. butyri rec. ana vnc j. ol. de vitellis ouor. vnc ß. croci ſcrup j. vitellum vnum oui. Miſce, fiat cataplaſma, quod calide applicetur, ter aut quater in die, fomentato tamen prius loco affecto, ſuperiori fomentatione. Si pinguedo humana in promptu ſit, poterit eiuſdem aliquid admiſceri, eſt enim ſingulare anodynum. *Pinguedinem humanam eſſe ſingulare anodynũ.*

Defenſiua quoque ſunt applicanda. Victus tenuis inſtituendus, & corpus purgandum eſt, ſecundum humoris prædominantis naturam, vena item incidenda, & cucurbitulæ applicandæ. Si vero dolores hiſce non mitigentur, ad Narcotica tranſeundum eſt; ea autem, quia frigida ſunt ad quartum gradum vſque, non immerito ſuſpecta habentur, applicata tamen cum ratione & prudentia, periculo vacant, præcipue in externis partibus, à leuioribus tamen incipiendum, ideoque

℞. *Florum Nymphea* *Cataplaſma Narcoticũ.*

Folior hioſcyami &

Papaueris, ana quantum volueris.

Inuoluantur herba panno madefacto, & ſub cineribus calidis parum cocta, piſtentur in mortario, addendo parum olei roſacei, nymphea, vnguenti populeonis, & applicentur loco dolenti, ſint tamen vlcera vel cruſtæ prius B coopertæ *vnguento quodam ad eſcharam eſcharo*, ne natura huiuſmodi frigidis in ſeparanda eſchara, & digerendis vlceribus, remoretur. Aliud cataplaſma narcoticum.

℞. *Micarum panis albi lib. ß. Coquatur in lacte vaccino ad formam cataplaſmatis, cui admiſce opii diſſoluti in aqua papau albi ſcrup. ij croci & caſtorii ana ſcrup. j.* vel *Aliud cataplaſma Narcoticũ*

℞. *Herbæ acutæ,*

Solatri

Hioſcyami

Papau. ana M j.

Coquantur in lacte vaccino poſtea piſtentur in mortario, coquantur que parum cum vnc ij farina hord. ad formam cataplaſmatis, cui admiſce opii diſſoluti in aq. papau drach j. croci ſcrup. j. Miſce & applica tepide.

De imbecillitate viſus. Cap. XIII.

QVia ſæpiſſime poſt combuſtiones faciei, imbecillitas viſus, & lacrimatio oculorum ſequuntur, ideo operæpretium eſt, paucis declarare, quomodo eis ſit occurrendum, ne in fiſtulas lachrymales ophthalmiam & ſuffuſiones degenerent, aut viſum plane auferant. Curatio autem his tribus intentionibus, diæta ſcilicet, purgationibus & Topicis medicamentis, perficitur. Et quia in lachrymationibus oculorum, cerebrum humores mittit, oculi vero eoſdem recipiunt, neceſſe eſt, vt omnimodo prohibeatur, non tantum, ne humores praui in corpore & cerebro generentur, verum etiam vt qui iam generati ſunt, & ad oculos defluunt, exiccentur, atque deorſum trahantur. Interim quoque oculi corroborandi ſunt, ne fluxionem excipiant. C

Quantum ad Diætam, imprimis eligendus eſt aer temperatus: calidus enim humores in capite liqueſcit, excalefacit, ſubtiles, acres, & ad fluxionem aptiores efficit: frigidus vero poros claudit, exhalationemque impedit, ſed imprimis cerebrum comprimit, hinc vehementes fiunt fluxiones. Quemadmodum enim ſpongia imbuta aqua, ſi manu comprimatur, vi quadam aquam emittit. Sic excrementitii humores e cerebro frigore compreſſo erumpunt. Ideoque ſi anni tempus frigidum fuerit, calefaciendum est cubiculum, ſin calidum, inſperſa aqua frigida, & ſubſtratis frondibus, herbis & foliis, refrigerandum. Auſtralis item, & Aquilonaris ventus nocent: ille enim præ ſua humiditate, cerebrum implet humoribus, hic frigiditate, cerebrum comprimit, & exhalationem impedit. *Prima intentio.*

In cibi adminiſtratione tria hæc, Quantitas nimirum, Qualitas & Vſus obſeruanda ſunt. Primo enim exceſſus omnis, tum cibi, tum potus vitandus eſt. Secundo, quia fluxiones oculorum ſemper D fiunt ex ſuperfluis humoribus frigidis, vt cibus habeat qualitatem & vim exiccandi, neceſſe eſt. Quod ſi fluxus ex humoribus frigidis fuerit, cibus nonnihil calefacere; ſi ex calidis & acribus, refrigerare debet. In genere autem nocent, quæcunque ſunt difficilis concoctionis, & ſale, aromatibus, cæpis, alliis, raphano, ſynapi & ſimilibus condita, & cocta, item quæcunque flatus procreant, & caput vaporibus implent. Tertio obſeruandum eſt, nunquam edendum eſſe, niſi prior cibus probe concoctus fuerit, naturalis appetitus adſit, & varia quoque ciborum genera, quæ ſubſtantia aut qualitate differunt, vno paſtu coniungi non debent, panis ſit ex optimo tritico bene fermentatus & coctus. A carne ſalita & infumata abſtineat, præſertim à porcina. Conuenit recens caro boum caſtratorum, Caponum, & auium in arboribus viuentium. Cum carne autem que iuſculis coquantur *hyſſopus, maiorana, ſaluia, roſmarinus, euphraſia, radix petroſelini, pimpinella*, & ſimilia. Si autem defluxus ex humore ſubtili & acri fuerit, coquatur cum carne & iuſculis, *Borrago, bugloſſa, acetoſa, cerefolium, calendula, euphraſia, radix fœniculi & petroſelini.*

Reliqua olera, vt ſunt *lactuca, portulaca, caules item cucurbita, melones, cæpe, porrum, allium, ſinapi, raphanus*, in defluxionibus oculorum, ſummopere nocent, vti & *piper, zingiber, garyophilli, legumina, & lacticinia* propter butyrum.

E Vinum generoſum, vti & Cereuiſia generoſa nocent, vtatur cereuiſia minime generoſa, ſed bene cocta, aut ptiſana, in qua *agrimonia, euphraſia & pruna* coxerint, poſtea aliquantum dulcoretur *ſacharo, & aromatizatur cinamomo*. Si vero æger ratione ætatis, aut imbecillitatis ventriculi à vino abſtinere non poſſit, eligat ſibi vinum aliquod album vetus, & minus generoſum.

Somnus & quies ſummopere conueniunt in oculorum morbis: vigiliæ vero & ſtudia, præcipue ſtatim a cibo, nocent, vti & actus venereus.

Secunda intentio. Secundo digeratur, præparetur, & euacuetur humor noxius, qui ad oculos defluit, ideoque ſi de- A
fluxio ex humore acri & calido fuerit, digeratur ſequenti Iulapio.

Iulepum. ℞. *Aq. betonicæ*
Euphraſiæ
Borraginis
Acetoſæ ana vnc. j. ß.
Syrupi de Nymphæa
Violatii &
de cichorio ana vnc. ß.
Miſce, fiat Iulapium pro duobus matutinis, poſtea purgetur ſequenti potiuncula.

Potiuncula purgatiua. ℞. *El. diacathol. drach. iiij.*
diaphœnic. drach. ij.
Syrupi roſ. ſolut. cum rhabarbaro & agarico vnc. ij. Cum aqua aut decocto betonicæ & euphraſ. Fiat potiuncula.
Vel dentur pilulæ ſequentes.

Pilulæ. ℞. *Maſſæ pilular. de quinque generibus*
Myrobalonorum, B
Pilular. agregatiuar. ana drach. ß.
Diagridii grana iiij.
Cum aqua euphraſiæ formentur pilulæ quinque.

Pueris exhibeatur à ʒ j. vſq; ad ʒ. ij. vel ʒ. iij. prout ætas & vires fuerint, *electuarii de ſucco roſar. in tabellis, diſſoluti in aqua betonicæ vel euphraſiæ.* Qui vero tabellis vti non poſſunt, purgentur *manna* aut *puluere radicum mechoacæ.* Purgato corpore, vtatur ſequenti Electuario.

Electuariū. ℞. *Conſeru. flor. betonicæ,*
Euphraſiæ &
Roſarum ana vnc. j. Miſce.

Si defluxus ex humoribus frigidis fuerit, digeratur primo ſequenti potione.

Potio digeſtiua in cauſa frigida. ℞. *Aq. betonicæ*
Euphraſiæ
Fœniculi ana vnc. iij.
Mellis roſati colati,
Syrupi de Stœchade ana vnc. j. Miſce. C
Fiat Iulapium pro duobus matutinis; poſtea purgetur ſequenti potione.

Potio purgans. ℞. *Electuarii Indi maioris drach. iiij.*
Benedictæ laxatiuæ drach. ij.
Cum decocto betonicæ, euphraſiæ, paſſularum & ſeminis aniſi, fiat potiuncula.
At dentur ſequentes pilulæ.

Pilulæ. ℞. *Pilul. cocbiar.*
Lucis maior. ana drach. ß.
Diagridii grana vj. cum ſyrupo de
Stœchade formentur pilulæ quinque.

Pueris detur drachma vna aut altera Electuarii diacarthami in tabellis, aut diaphœnici cum rhabarbaro, prout ætas fert. Purgato corpore, vtatur ſequenti Electuario, pro corroboratione cerebri, & exiccatione humorum.

Electuariū. ℞. *Conſeru. florum betonicæ &*
Euphraſiæ ana vnc. ij.
Saluiæ & D
Roſmarini ana vnc. j. Miſce.

Huius Electuarii ſumat æger ieiuno ſtomacho magnitudine caſtaneæ. *Decoctum Guaiaci, radicum Chinæ, Salſæ parillæ, ſaſſaphras* ſummopere conueniunt: exiccando enim humores noxios, viſum quoque corroborant.

Stomacho quoque propter ipſius cum cerebro conſenſum, proſpiciendum eſt Debilis enim ſtomachus ad cerebrum multos mittit vapores, qui poſtea ad oculos deſcendunt. Abſtineat igitur æger ab omnibus iis, quibus ſtomachus grauatur, & quæ difficilis ſunt digeſtionis, ſumat quoque ſemel aut bis in hebdomade drach. j. huius maſſæ.

Maſſa pilular. ℞. *Pilul. hieræ picræ ſimplicis Galeni*
Maſſæ pilular. Aſſaieret
Rhabarb. opt. triti
Pulueris ſenæ ana ſcrup. j.
Garyophillor.
Macis E
Cinnamomi ana ſcrup. ß. cum ſyrupo roſato ſolutiuo fiat maſſa pilular.

Vtatur quoque æger ſemper poſt paſtum aliquo medicamento, quod ſtomachum corroboret, & eleuationem vaporum impediat, qualia ſunt *mina cydoniorum ſimplex, conſerua roſar. coriandrum præparatum, & ſem. aniſi & fœniculi,* aut ſequens puluis.

℞. *Seminis*

Puluis.

℞. *Seminis Coriandri præparati*
Sem. aniſi ana vnc. j.
Flor. betonicæ
Roſar. rub.
Euphraſiæ ana vnc. ß.
Cinamomi electi
Macis ana drach. ij.
Pelliculär. interior. ventriculi gallinarum ℥. ß.
Sacchari roſati ad pondus omnium.
Miſce. Fiat puluis.

Sequitur tertia intentio, quæ in Topicis & Chirurgicis conſiſtit. Itaque ſi dolor magnus, & Inflammatio adſit, applicetur fronti defenſiuum aliquod, ex *cap. 7.* Oculis vero inſtilletur ſequens Collyrium, & linteis reduplicatis in eo intinctis, applicetur. *Tertia intentio.*

Collyrium.

℞. *Aq. Plantaginis*
Roſarum
Euphraſiæ ana vnc. j.
Ceruſæ lotæ
Tutiæ præparatæ
Olibani ſubtiliſſime pulueriſati ana drach. j. Miſce.

Si vero defluxus oculorum ex frigidis humoribus fuerit, applicetur ſequens Collyrium. *Aliud collyrium.*

℞. *Aq. euphraſiæ*
Fœniculi
Rutæ ana vnc. ij.
Olibani
Maſticis
Myrrhæ
Aloes
Tutiæ præparatæ
Sarcocollæ ana. ℥. j. Fiat Collyrium ſecundum artem

Si defluxio ex ſanguine & humoribus calidis fuerit, incidatur cephalica in brachio, ſi ætas & vires concedant. Ego in defluxionibus oculorum ſæpiſſime magno cum fructu venas iugulares externas incidi, verum ſectio harum venarũ requirit Chirurgum expertum; eſt enim periculoſa. Pueris loco phlebotomiæ hirudines applico, aut ad venam cephalicam in brachio, aut in collo ad venas iugulares. Cucurbitulæ item magnæ cum flamma magna applicentur ſcapulis cum ſcarificatione. *Sectio iugularium venarum in morbis oculorum vtiliſſima.*

Applicetur item ſequens veſicatorium poſt aures. *Veſicatorium.*

℞. *Cantharidum in puluer. redactarum num. 6.*
Fermenti acris vnc. ß.
Miſce cum guttula vna aut altera aceti.

Cortex interior fruticis vitis nigræ contuſa & applicata eandem vim habet.

Vtatur quoque æger bis aut ter in hebdomada ieiuno ſtomacho, ſequenti maſticatorio. *Maſticatorium.*

℞. *Maſticis*
Radic. pyretri
Summitat. maioranæ
Nucis muſcatæ ana drach. j. Fiant in mortario cum melle trochiſci magnitudine lupini.

Maſtiche item per ſe maſticata, & diu in ore retenta, multas ex capite trahit humiditates. *Paſſulæ item, aut pruna damaſcena, oleo fœniculi inuncta, & maſticata*, non tantum ex capite trahunt humores, verum etiam cerebrum & viſum corroborant.

Sternutatoria in morbis oculorum non probo: humores enim ad naſum trahendo, neruos opticos ſimul adimplent, & viſum debilitant, quemadmodum in *Obſeruatione 24.* declaraui. Sequens quoque puluis capiti inſpergendus eſt, ex quo etiam cucufa parari poteſt. *Sternutatoria in morbis oculorũ periculoſa.* *Puluis.*

℞. *flor. roriſmarini*
Saluiæ
Betonicæ
Stœchados
Roſar. rubr.
Summitatum maioranæ ana M. ß.
Coriandri præparati drach. j.
Ligni aloes
Maſticis
Thuris
Spec. Diamoſchi dulcis
Nucis moſcatæ
Granor. Alkermes ana drach. ß.
Incidantur & contundantur omnia ſ. a.

Si viſus ex continua, & longa defluxione debilis factus ſit, corroboretur aqua ſequenti deſtillata. A

Aqua viſum corroborans.

℞. *Euphraſiæ cum toto*
Anagallidis flore purpureo,
Herbæ fœniculi ana M.xij.
Rutæ M.vj.Incidantur,

Poſtea ſuperinfunde aq.roſac.lib.ij. digerantur in ſole, in vaſe vitreo, & bene clauſo, per diem, poſtea lento igne deſtillentur in balneo Mariæ, ſeruetur que aqua ad vſum: eſt enim præſtantiſſima ad corroborandos oculos.

Setaceum. Si defluxio & lachrymatio oculorum his non ſedetur, & æger de viſu periclitetur, applicandum eſt Setaceum ad tertiam aut quartam vertebram colli, non tamen ferro candente, ſed acu argentea, quemadmodum *obſeruatione 40.* ſatius declarauimus. Adultis Setacei loco cauſticum ad ſecundam vertebram poteſt applicari, vt inde fiat fontanella. Pueris tamen pernitioſa eſt fontanella in vertice, vt *in obſeruatione 42.* demonſtrauimus: Fontanellæ item in brachio ſiniſtro, & crure dextro, non exiguam vim habent in defluxionibus oculorum, vt experientia indies docet.

De Cicatricum turpitudine earundemque ablatione.

CAP. XIV.

B

PRæcipuæ cauſæ turpitudinis cicatricum poſt combuſtionum curationes ſunt, primo, quod cutis, caro, venæ &c. vi ignis contrahuntur, & indurantur; ſecundo, quod humidum radicale (cuius beneficio vulnera, & vlcera omnia, cicatrizantur) vi ignis exiccatum, conſumptumque eſt, inde fit, vt quemadmodum ſiccus & aridus ager ſpinas tortuoſas, zizania, & omnia imperfecta, ager vero pinguis & humidus, omnia perfecta producit: Ita etiam ex caloris innati, & humidi radicalis defectu cicatrices fiunt turpiſſimæ. Vſus quoque medicamentorum frigidorum turpem gignit cicatricem, quemadmodum Hippocrates his verbis teſtatur: *Vlceribus frigidum mordax, cutem obdurat, dolorem inſupportabilem facit, denigrat, &c.* Vt autem hoc incommodum euitemus, ab initio vſque ad finem curationis emollentia ſunt applicanda, quemadmodum *antea* monuimus.

Hippocr. lib. 5. aphor. 20.

Quantum ad curationem, imprimis durities cicatricum emollienda, & lubrica facienda eſt, *pinguedine vrſi, gallinarum, caponum, oleo liliorum, & de vitellis ouorum*, aut ſequenti vnguento.

Vnguentum

℞. *Pinguedinis gallinæ:*
Vrſi.
Piſcis thymali
Ol. Liliorum
De vitellis ouorum ana drach.ij.
Ol. myrrhæ drach.j.
Succi lumbricor. drach ß. Miſce, fiat vnguentum, quo ſingulis diebus bis aut ter cicatrix, & circumiacentes partes ſunt inungendæ. C

Poſtea applicanda eſt lamina plumbea ſpiſſa, inuncta *Mercurio*. Sed antequam inungatur pars affecta ſuperiori vnguento, abluenda eſt aqua, in qua *furfures*, & nonnihil *myrrhæ* incoxerint. Si vero cicatrices adeo duræ & eleuatæ fuerint, vt maiorem emollitionem requirant, fouetur locus prius ſequenti decocto.

Pro fomento

℞. *Radicum altheæ cum toto*
Radicum bryoniæ, &
Lilior. alborum ana vnc.j.
Flor. chamomillæ
Meliloti ana M.j.
Sem. fœnograci
Lini ana vnc ß. D


Coquantur in aqua aut decocto pedum & capitis veruecis, applicenturque cum ſpongiis aut filtris, in eo intinctis. Poſt fotum inungatur *ſuperiori vnguento*, applicetur que *ceratum Oeſyppi, Philagrii*, aut *emplaſtrum de Ranis cum Mercurio*, idque tantiſper faciendum, & ſingulis diebus bis reiterandum, donec cicatrix ſatis ſit emollita, vt poſſit à lamina plumbea deprimi.

Quotieſcunq; autem Chirurgus cicatrices inunxerit, ambabus manibus cutem induratam contractamque extendere tentabit, quemadmodum pelliones ſolent extendere pelles.

Si vero cicatrix adeo eleuata, contracta, & indurata fuerit, vt inde maxima turpitudo & deformitas faciei ſequatur, excidenda eſt (ſi æger conſentiat, & pars affecta admittat) linea in rectum, quantum fieri poterit, diducta. Poſtea vulnus, quod antea contractum fuit, dilatandum erit, id autem fiet mediantibus linteaminibus, illinitis glutine, vt ſequens figura indicat.

E

A, Cica-



A *A. Cicatricis exciſæ vulnus eſt:*

BBBB. *Quatuor ſunt lintea oblita glutino, quorum ad vtrumque latus vulneris duo erunt ponenda, ita tamen, vt ſpacium aliquod inter vtrumque remaneat, vt ex figura apparet.*

C. C. C. C. C. C. *Fibulæ ſunt ſex plus aut minus ſecundum magnitudinem vulneris.*

Porro quam primum gluten ſiccatum fuerit, ita vt lintea cuti firmiter adhæreant, quod ſpacio quatuor aut quinque horarum fit, aut ad ſummum diei dimidiæ, conſtringendæ ſunt fibulæ: ſic enim contrahitur & conſtringitur cutis, quæ eſt inter lintea; vulnus autem dilatatur. Interim carnatio & cicatrizatio vulneris, quantum fieri poteſt, acceleranda eſt, nec amouenda lintea, donec vulnus ſit curatum.

B Glutinum conficitur ex adſtringentibus viſcoſis & emplaſticis medicamentis, vt — *Glutinum.*

℞. *Farinæ volatilis vnc. j.*
Maſticis
Roſar. rub.
Sanguinis drac. ana drach. ij. Fiat omnium puluis ſubtiliſsimus, qui albuminibus ouorum & mucilagine gummi tragacanthi, ad mellis conſiſtentiam, miſcendus.

Illud tamen notandum, applicationem huius glutinis non niſi poſt factam digeſtionem vulneris, fieri debere. Dum enim fit digeſtio, dolores adſunt, & labia vulneris inflantur, ideoque glutino dolor non eſt augendus, facta digeſtione abluendum eſt *aqua vitæ*; facit enim pulchras cicatrices: loco quoque emplaſtri poteſt applicari lamina plumbea, inuncta mercurio. — *Nota. Glutinum quando adhibendum.*

Curato vulnere, applicanda ſunt, faciem dealbeſcunt, qualia ſunt *aqua liliorum alborum, aqua florum fabarum, ſudor item ouorum, aut aqua deſtillata ex teſtis ouorum*, illa enim pretioſiſſima eſt ad cicatrices dealbandas. — *Præſtantia aquæ deſtill. ex teſtis ouorum.*

De retractu neruum & incuruatu iuncturis poſt combuſtiones.

C

Cap. XV.


IN maximis combuſtionibus ad articulos, ſolent nonnunquam nerui retrahi, & iuncturæ incuruari, idque præcipue ſi Chirurgus circa initia non ſatis diligens fuerit, nec ferulas, aliaque inſtrumenta, de quibus monuimus *cap. 11.* adhibuerit. Eſt igitur noua inſtituenda curatio. Sed prius purgandum eſt corpus ſecundum humoris prædominantis naturam. Inprimis autem conueniunt *pilulæ de hermodactylis, & pilulæ aggregatiuæ*, Item *Electuarium Indum maius, & benedicta laxatiua.* Si plethora adeſt, incidatur vena, extrahaturque ſanguis virium magnitudinem, de quibus omnibus conſulendus eſt Medicus.

Purgato iam & præparato corpore, vti modo diximus, pars affecta ſequenti decocto emollienda lubricaque facienda eſt. — *Decoctum molliens.*


℞. *Radicum althea cum toto*
Radic. bryoniæ
Liliorum albor.
Maluarum ana vnc. ij.
Fol. violarum
Flor chamomillæ
D *Meliloti*
Hyperici
Chamæpythidis
Chamædrios ana M. j.
Sem. fœnograci
Lini ana vnc. j.
Coquantur in iuſculo pedum & capitis veruecis aut vituli pro fotu. Poſtea inungatur totum membrum ſequenti vnguento. — *Vnguentum.*

℞. *Vnguenti dialthea vnc. ij.*
Axungiæ humanæ
Gallinarum
Anſeris
Vrſi ana vnc. ß.
Succi lumbricorum vnc. j.
Aqua vitæ vnc. ß. Miſce, fiat vnguentum.

E Poſtea applicetur *emplaſtrum ex mucilaginibus, vel emplaſtrum Oeſypi, Philagrii*, aut *de meliloto*, extenſum ſupra alutam. Neruis his & ligamentis iuncturæ ſatis emollitis, ad extenſionem tranſeundum eſt, ea autem commode ſine dolore & periculo fieri poteſt, inſtrumentis ad hoc negotium accommodatis. Si vitium eſt in genu aut cubito, aptiſſima ſunt hæc inſtrumenta, quæ & à Gualthero Reyff in ſua Chirurgia depinguntur.



Aut vtere ſequenti inſtrumento ex noſtra inuentione, quod quiuis paruo cum negotio, & ſumptu habere & tam ad genua, quam cubitos incuruatos adaptare poteſt.



A A. *Capſulam ex ligno fabricatam, tam in prima, quam in ſecunda figura denotat.*

B.B. *Annulus eſt ex lamina ferrea eius latitudinis, vt genu totum poſſit amplecti, fabricatus. Is autem in prima figura apertus, in altera vero clauſus, & genu amplectens, conſpicitur. Vt autem eo melius adaptari poſſit, pars illa, qua rotulam reſpicit, aliquantum excauata ſit, neceſſe eſt.*

C.C. *Torcular exiſtit, beneficio cuius annulus capſulam verſus trahitur, aut quantum opus eſt, in altum eleuatur.*

D.D.D. *Tam in prima, quam in ſecunda figura parte vna clauiculum, altera vero foramina denotat, quorum beneficio annulus tantum, quantum neceſſe eſt, conſtringitur, vel laxatur.*

E. *In prima figura cardines, quibus annulus clauditur aperiturque, denotat.*

Aperto itaque annulo, collocataque tibia in capſulam annulus circumcirca genu aptandus eſt, ſtupiſque vndiquaque & linteis muniendus: poſtea clauo & foraminibus D.D.D. notatis, claudendus. Habet præterea fibulas duas, F.F.F.F. denotatas, & lora duo G.G G.G. ſignata, quorum beneficio tibia capſulæ alligatur. Circumducto præterea torculari C.C. notato, à dextra in ſiniſtram, annulus, ſimulque genu capſulam verſus trahitur, extenditurque tibia tantum, quantum Chirurgo opus eſſe

A eſſe videbitur. Porro torcular, vt libere in an nulo circumuoluatur neceſſe eſt: ideoque ex interiori ſua parte nodum H. notatum habeat.

I. *Lamina eſt ferrea, quæ capſulæ mediantibus duabus clauiculis, firmiter annexa eſt, vt in ea torcular commode circumuoluatur.*

Si vero combuſtio in digitis fuerit, ingenioſi & induſtrii Chirurgi erit, inſtrumenta ad id apta & commoda, prout affectus requirit, excogitare. Ego ſequentibus medicamentibus & inſtrumentis, digitos omnes manus dextræ, excepto pollice, ex combuſtione in externam manus partem retractos, ibique conglutinatos, reſtitui. Quæ curatio, etſi iam antea in *Obſeruationibus noſtris* propoſita ſit, attamen ne quid hoc loco deſideraretur, quod ad hanc materiam ſpectare poſſet, denuo illam hic annectere placuit, tu lector omnia beneuole conſule.

Anno 1596. Iſaacus Gotteran de Perroy, adduxit ad me Lauſannam filium ſuum Michaelem, 14. menſes natum. Is autem ſexto menſe ætatis, manu dextra in prunas ceciderat: Hinc index, medius, annularis, & auricularis vna cum externa metacarpi parte, adeo combuſti fuerunt, vt apices horum digitorum vſque ad primam articulationem deciderint. At quia pater curationem imperitis commiſerat; digiti omnes (excepto pollice) cum cute metacapi quaſi in globum (vt ſequens figura oſtendit) con-
B glutinati fuerant.



Septimo menſe poſt abſolutam curationem, adducunt ad me puerum parentes Lauſannam, auxiliumque meum implorant. Purgato itaque corpore, manna ex iuſculo exhibita, topica & chirurgica ſic inſtitui. Primo, ſequenti decocto emollienti, & vnguento, per dies aliquot vſus ſum.

C

Fomentum.

℞. *Radicum altheæ cum toto,*
Radic. Bryoniæ,
Liliorum alborum ana ℥ j.
Florum Chamomillæ,
Meliloti.
Chamedrios ana M. j.
Sem. Fœnugræci
Lini ana ℥ j.
Coquantur in iuſculo pedum & capitis veruecis aut vituli pro fotu. Poſtea inunxi totam manum & brachium ſequenti vnguento.

Vnguentum.

D ℞. *Vnguenti Dialtheæ* ℥ j.
Axungiæ humanæ,
Gallinarum,
Anſeris,
Vrſi
Succi lumbricorum ℥ ſ.
Miſce, fiat vnguentum.


Tandem manum inuolui *emplaſtro de mucilaginibus.* His nerui & calloſitas ex corrugata cute metacarpi & digitorum, in externa parte manus concreta: ſatis emollita: Inde callum illum inter digitos & metacarpum nouacula excidi, digitos item ſeparaui. Deinde inſperſi *puluerem meum ad ſanguinem ſiſtendum, & albumina ouorum miſta cum aqua roſacea, & plantaginis, oleoque roſaceo,* applicui. Defenſiuum quoque ad carpum adhibui, & totum brachium *oleo roſaceo, myrtillorum, & lumbricorum* inunxi. Poſtero die ſequens digeſtiuum filamentis ſuauibus ſupra inciſiones poſui, & brachium, vt antea, ſupra dictis oleis inunxi.

Digeſtiuum.

℞. *Terebinthinæ, lotæ in aqua roſacea &*
E *plantagin.* ℥ j.
Olei roſacei &
de vitellis ouorum ana ℥ ij.
Croci ℈ ſ.
Vitellum vnius oui. miſce.

Quinto

Quinto die appoſui ſequens inſtrumentum ex ligno fabricatum, & incœpi paulatim digitos, ad naturalem ſitum attrahere. A



B

C

A. *Ferula eſt, lata tribus digitis in latitudine poſitis, eius longitudinis, vt à carpo, ad cubitum fere vſque pertingat.*

B. *Baculus eſt rotundus, pollicis craßitie, qui ferulæ firmiter affixus eſt: è medio autem huius baculi exſurgunt claui quatuor rotūdi, & ex ligno fabricati,* C.C.C.C. *notati. Habet item ferula fibulas duas* D D. *notatas, & lora duo* E.E. *ſignata, quorum beneficio inſtrumentum brachio alligatur:* vt ex figura ſatis apparet.

Alligato itaque inſtrumento, & vndiq; linteis ſtupis, aut goſſipio bene munito, habui in promptu digitalia ex pelle fabricata, quæ extremitatibus digitorum appoſui. Deinde filo, quod eis appendet, digitos deorſum attraxi, & clauis C.C.C.C. notatis alligaui, atq; ſingulis diebus magis magiſque incuruaui. Id autem vt eo melius fieret, brachium & manum ſuperiori vnguento, quotieſcunque vulnera tractabam, inunxi. Ne autem digiti denuo conglutinarentur, laminas plumbeas digitis interpoſui. His paulatim digiti ad naturalem ſitum reducti fuerunt. Interim vulnera quoque conſolidaui & cicatrizaui, non quidem iis, quæ valde exſiccant, ſed iis, quæ ſimul emolliendi vim habent, medicamentis: quemadmodum *in tractatu noſtro de Combuſtionibus* oſtendimus. Atque ſic, diuino fauore, manus in integrum reſtituta fuit. D.

De Fulmine, & quomodo eis, qui ab eo læſi, ſit ſuccurrendum.

CAP. XVI.

QVia ignis cœleſtis omnium vehementiſſimus & periculoſiſſimus, ac in ſe contineat quaſdam facultates ſupernaturales, quibus homo protinus extinguitur, cunctandum non eſt, quid faciendum ſit. Hanc ob cauſam, in gratiam tyronum, Chirurgorum caſtra ſequentium, breuiter declarare placuit, quomodo eis, qui à fulmine læſi, occcurrendum ſit: omnibus tamen Chirurgis ad huiuſmodi ægrotos accerſitis, ſuadeo, vt operam dent, quo poſſint ſibi adiunctum habere Medicum.

Ignis cœleſtis facultas ſupernaturalis. Quamuis autem ignis ille cœleſtis, vt experientia docet, in ſe facultates quaſdam ſupernaturales & hominis ingenio plane abditas, contineat, id tamen perſpicuum eſt, ignem illum adiunctam habere qualitatem, & materiam mirum in modum malignam atque venenoſam, idque ſatis denotat teter ille & peſtiferus odor, qui tum ex hominibus, tum animalibus, arboribuſque à fulmine ictis erumpit. Hinc fit, vt vrſi, vulpes, cuniculi aliaque animalia iis in locis fulmine ictis, degentia (vt viri nonnulli docti teſtantur) propter huius odoris ſæuitiam, in eorum ſpeluncis morari non poſſint. Canes item de carne animalium à fulmine interfectorum non guſtant. Ex his perſpicuum fit, quam periculoſum ſit, vti herbis iis in locis collectis: conſpicitur enim quandoque, vt Olaus magnus *Hiſt. Septentrionalium lib. 1. cap. 12.* E

teſtatur

A teſtatur, terra quaſi ſulphure conſperſa. Mirum igitur nemini videri debet, aliquando homines ſubito, & ſine manifeſta cauſa mori.

Eſt autem ignis ille, quemadmodum Seneca teſtatur, triplex. Primum enim ſubtiliſſimus eſt; hinc fit, vt inanimata, veluti arbores & ſimilia illæſa peruolet. Secundo præter ſubtilitatem illam, materiam quandam continet ſicciſſimam, & magis terreſtrem: hinc fit, vt partes corporis molles, illæſas penetret, duriora vero, quemadmodum oſſa, rumpat, id vero non ſolum in animatis, verum etiam in inanimatis accidere obſeruaui, Superiori anno 1604. cum ligna pro vſu culinæ aduehenda curaſſem, occurrit ingens quercus, quæ ante annos aliquot à fulmine icta fuerat, quod quidem ex fiſſura, quæ in exteriori parte corticis à ſummitate ad radicem vſque conſpiciebatur, manifeſtum erat. Extrinſecus tamẽ pulchra & vireſcens erat quercus illa Fiſſo trunco inuentá eſt medulla, quæ in querceis arboribus duriſſima, à ſummitate vſque ad radicem plane carioſa Tertio materiam habet adhuc magis terreſtrem & craſſam, quamobrem non vſque adeo penetrat, vti de aliis diximus, ſed incendit ea, quæ primum obuia veniunt, quemadmodum videmus ciuitates, templa, aliaq; ædificia à fulmine incendi, & in cineres redigi. *Ignis cœleſtis triplex.* *1. 2.* *3.*

Id autem fit partim propter ignis vehementiam, partim quoque, quod homines vtplurimum ad defenſionem & extinctionem ignis negligẽtes ſint, ac tardi. Communis enim opinio eſt, ędificia fulgure incenſa, non poſſe aqua reſtingui. Mihi vero contrariũ videre contigit. Anno n. 1592. Hildenæ in patria, turrim templi, altam ſatis & lapidibus tectam, fulminis ictu adeo incenſam vidi, vt ex vna parte flagrare cœperit, trabeſque nonnullæ ingentes ab ictu illo fiſſæ fuerint, quod tandem incendium poſtmodum aqua reſtinctum fuerat. Sic etiam inurit hæc ſpecies ignis corpus humanum, ac poſt ſe relinquit veſtigia ſatis manifeſta, quemadmodum puſtulas, maculas nigras, & fractiones oſſium. Subtilis autem & abdita illa penetrabilis qualitas prioris ignis, venenum illico ſecum ducit ad cor & cerebrum, moriturque animal ipſo momento. Secunda quoque huius ignis ſpecies, quia ſubtilis eſt, ſtatim officit partibus nobilibus, ſed quia coniunctam ſecum habet materiam magis terreſtrem, quemadmodum dixi, oſſa etiam & vaſa abrumpit, atque protinus extinguit animal, aut ipſo momento, aut paulo poſt. Tertia vero ſpecies, quia (vt dixi) ipſius materia terreſtris eſt, & craſſa, minus erit periculoſa. B

Ex his facile apparet, qualis nam methodus curandi ſit inſtituenda. Illa enim in hoc conſiſtit, vt cor parteſque nobiles corroborentur & à vaporibus malignis & venenoſis defendantur. Ideoque illico exuendæ & abiiciendæ ſunt veſtes, non ſolum, vt inſpirationi & expirationi pulmonis conſulatur, verum etiam ne malignus ille vapor fulminis, qui veſtibus inhæret, partes nobiles, plane ſuffocet. Exutis veſtibus, & ægro decubito inter linteamina ſuffumigata *baccis Iuniperinis, radicibus angelicæ, foliis lauri & rutæ*, exhibenda illi ſunt *lapidis Bezoardici in ſubtiliſſimum puluerem redacti grana 6. aut 8. cum aqua bugloſſæ, cardui benedicti aut meliſſæ diſſoluta*, prouocanduſque eſt ſudor, quo natura venenum ad exteriora propellere poſſit Si lapis ille in promptu non fuerit, exhibenda eſt *theriaca ad drach. j.* plus aut minus, prout ætas fuerit. Labia, lingua, nares, tempora, frõs & arteriæ ad carpum inungendæ ſunt *vino maluatico, in quo theriaca ſit diſſoluta*. Cordi applicetur ſequens Epithema. *Curatio.* C *Epithema cordiale.*

℞. *Aquarum bugloſſæ &*
Meliſſæ ana vnc. ij.
Vini maluatici vnc. j. ß.
Aquæ cinamomi vnc. j.
Spec. Electuar. de gemmis drach. j.
Confect. Alkermes drach. ß.
Croci ℈. j. *Mixtis omnibus cordi tepide applicetur.*

Brachia & crura fortiter liganda, linteiſque aſperis & calidis fricanda, vt venenum ad exteriora attrahatur. Si puſtulæ, vulnera, aut maculæ adſint, applicentur protinus *cepa cum ſale, foliis rutæ & theriaca, quaſſata*, applicenturq; cucurbitulæ, hirudines, inciſis prius veſicis. Putrefacientia & Eſcharam relaxantia hic locum non habent. Excidatur igitur Eſchara ſcalpello, & forficibus, poſtea vlcera ſequenti vnguento ſunt mundificanda. D *Vnguentum.*

℞. *Mellis roſacei vnc ij.*
Pulueris radic. vincetoxici &
Angelicæ ana vnc. ß.
Fol. rutæ cum pulueribus quaſſator. p ij.
Theriacæ drach. ij.
Aquæ vitæ vnc. ß. Miſce.

Fiat mundificatiuum. Mundificatis vlceribus, inſpergendus eſt ſequens puluis ſarcoticus. *Puluis ſarcoticus.*

℞. *Pulueris radicum Vincetoxici &*
Angelicæ ana vnc. j.
Myrrhæ
Maſticis
Olibani
E *Fol. Scordii ana drach. iij.*

Fiat omnium tenuiſſimus puluis, ex quo cum ſufficiente quantitate ſucci Nicotianæ, Saniculæ vel pyrulæ fiant trochiſci, qui in vmbra exiccentur, iterumque in puluerem redigantur. Is puluis pretioſiſſimus eſt, & in huiuſmodi aliiſque vlceribus putridis & venenoſis, veluti in Anthrace, Gangræna, & Cancro: mundificat enim, & putredini aduerſatur: admixto parum *aluminis vſti*, cicatricem quoque inducit.

Si quæ

Si qua oſſa fracta fuerint, reponenda ſunt, ſed proſpiciat Chirurgus, ne emplaſtica aſtringentia & refrigerantia, vt in fracturis fieri ſolet, applicet, his etenim expiratio & euaporatio veneni impeditur, applicetur itaque ſequens cataplaſma. A

Cataplaſma ℞. *Farinæ fabar.*
Lupinor. ana vnc. ß.
Pulu. radicum vincetoxici &
Angelicæ ana vnc. ß.
Folior. Rutæ M. ß.

Coquantur cum oxymellite ad formam cataplaſmatis. Poſtea admiſceatur theriacæ, aut Mithridatii vnc. j.

Fractura ſingulis diebus ſemel deliganda, & cataplaſma renouandum eſt, membro prius vino, *in quo radices vincetoxici & angelicæ coxerint*, & *theriaca parumque aceti roſacei diſſoluta fuerit*, abluto. Idque tantiſper, dum metus veneni adeſt, faciendum. Defenſiuum ad latitudinem palmi minoris ſupra fracturam applicetur, vt eleuatio veneni ad partes nobiles impediatur.

Interim autem dum externa, vti dixi, adhibentur, Cor, parteſque nobiles roborandæ ſunt, non tantum ſupraſcripto Epithemate, verum etiam conſeruis & electuariis, veluti *conſerua florum bugloſſæ, calendulæ, roſmarini, meliſſæ, corticum citronum, Diamargarito frigido, Lætificante Galeni, confectione Alkermes, aqua* B
cinamomi & ſimilibus.

Victus ratio. Vtatur iuſculis carnium recentium, in quibus *borrago, bugloſſum, calendula, acetoſa, roſmarinus, maiorana, macis, crocus, cinamomum*, & ſimilia coxerint. Ab omnibus, quæ difficilis ſunt digeſtionis, abſtineat.

Proſpiciendum eſt quoque, vt aluus ſemper ſit lubrica, idq; ſi naturaliter nequeat, fiat Suppoſitoriis aut Enematibus lenitiuis. A purgantibus & venæ ſectione abſtinendum eſt, niſi aliqua adfuerit occaſio particularis, vbi conſulendus eſt Medicus.

FINIS.

INDEX

C

D

INDEX RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR, LOCVPLETISSIMVS.

A

ABortio quid eius cauſæ 518
Abortum magis & grauius afficere mulieres, quam partus maturos ibid.
Abortum prohibentia ibid.
Abortus cur tempeſtate peſtifera ſint frequentes 459
Abſceſſus quid 990
Abſceſſus mox futuri ſigna 686
Abſceſſus iam factæ notæ ibid.
Abſceſſuum iudicia ibid.
Abſceſſus quinam facile concoquantur ibid.
Abſceſſus per reſolutionem terminantes qui 686
Abſceſſus quo inſtrumento commodius aperiantur ibidem.
Abſceſſus peſtilentes vaſtos eſſe lethiferos 479
Abſceſſus poteſt fieri in cerebro 223
Abſceſſus poſt aures ſerius apertus febrim & mortem induxit 1098
Abſceſſus qui dicantur Galeno 684
Abſceſſuum duplex genus ibid. quæ in abſceſſibus inueniantur 685
Abſceſſus quando potiſſimum ſecandi 689, & quibus inſtrumenta ibid. 690
Abſceſſus ſuppurati apertio quot requirat ſpectanda 690
Abſceſſum in vtero etiam contingere pueris 319
Abſceſſuum magnorum ſplenia 856
Abſceſſuum pituitoſorum enumeratio 714
Abſceſſuum pituitoſorum differentiæ 715
Abſceſſuum ad pituitam pertinentium cauſa, materia, ſigna, duplex curandi ratio 716, 717
Accipitrariorum in auibus edocendis ſolertia 40
Acetum ciere non ſiſtere fluxiones ſi vulneri infundantur 261
Acetum deſtillatum quomodo à vino deſtillato differat, 615
Acetum rubores extinguere 626
Aceti aduerſus venena omnia vires 463
Aceti vſus 839
Acicula auri inſinuata feliciter extracta 1084
Aconitum mederi veneno ſcorpii ingeſto 451
Aconiti differentia 451
Acrochordones 680, 206. 707
Acrochordones & myrmeciæ quomodo inuicem differant 706
Aeronii duo ſignificata 305
Actio quid 14
Actio princeps quotuplex 15
Actio cur naturalis dicatur 14
Actio cur voluntaria dicatur 14
Actio & opus differunt 14
Actio muſculi quid ſit 165
Acus ad conſuenda vulnera qualis eſſe debeat 746
Acus deglutita & cum vrina excreta 567
Acus per natem intruſa & inguine tandem reddita ibid.
Acus in calculo è veſica extracto depacta ibid.
Acus deglutita & biennio poſt vmbilico reddita 569
Acus ſuturæ ratio 191
Adeps cur circum cor concreſcat 81
Adeps cur & quibus partibus obtigerit denſior 53
Adeps ſub cranio gigni nequit 223
Adipis ſubſtantia ibid.
Adipis cauſa efficiens ibid.
Adipis quantitas, compoſitio, ſitus, temperies & vſus ibidem.
Adeps quidam ſolidior ibid.
Adipem excrementum verius eſſe, quam partem 52
Adipes anodyni 854
Adipum tres naturæ 839
Adipis purgatio ibid.
Adeps vetus quomodo fiat recens ibid.
Adipis vulnerati curatio 236
Adſtringentia calida 835
Adſtringentia quem habeant vſum in curandis gangrænis 275
Adſtringentia quid valeant in contuſione 268
Æger terebrandus quomodo collocandus ſit 214
Ægri cibandi tempus 755
Ægri quando tuti à tromate 209
Ægritudo quid.
Ægrorum corporum & partium ægrarum diligens habenda ratio 286
Ægylopa quid, eius differentiæ 353
Ægyptiaci deſcriptio 254
Ægyptiorum in defunctorum cadauera pietas 659
Aer cur noxius nobis euadat 248
Aer cur non ita impenſe calefaciat, vt ignis 3
Aer Lutetianus cur vulneribus capitis ſit infenſus, crurum vero amicus 18
Aer quibus ex cauſis inficiatur & corrumpatur 458
Aer quibus modis corpora immutet 18
Aer quinam ſalutaris 18. qui inſalubris ibid.
Aer quot & quibus modis inficiatur 455
Aer quomodo tonitruis & fulminibus inficiatur ibid.
Aeris ad inſpirationem vtilis conditiones 657
Aeris ad vitam neceſſitas 17
Aeris nomine tria intelliguntur 18
Aeris peſtilentem conſtitutionem omnes morbos conuertere in peſtem 458
Aerem putreſcere quomodo ſit intelligendum ibid.
Aeris conſtitutionem Auſtriam peſtis eſſe fomitem, ibidem.
Aer cur facile inficiatur 459
Aeris nebuloſi & fœtentis incommoda 469
Aerem per diſploſas bombardas igniuomas expurgari, 464
Aeris mutationem valere ad ſanationem peſtis 468
Aerem concluſum facile corrumpi ibid.
Æris ſquamma quæ inferat incommoda 452
Ærugo quid 799, 800. 707
Ærugo æris quæ inferat ſymptomata 452
